K. 1063

# ANNALES
## ECCLESIASTICI
AUCTORE
## CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
## CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
## P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
*Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.

*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*

*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

*Accedit inſuper ad calcem hujus voluminis Dionyſii Exigui cyclus ab A. D. 532. ad 1171. cum Chronotaxi, adnotatiunculis illuſtrata.*

## Tomus Decimusquartus.



LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXLIII.
*De Superiorum Licentia.*

R. 1063

# ANNALES
## ECCLESIASTICI
AUCTORE
# CÆSARE BARONIO
## SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
# CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
# P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
*Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* PAGII; *& Epiſtola conſularis Henrici* CARD. NORISII.

*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*

*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

*Accedit inſuper ad calcem hujus voluminis Dionyſii Exigui cyclus ab A. D. 532. ad 1171. cum Chronotaxi, adnotatiunculis illuſtrata.*

# Tomus Decimusquartus.




LUCÆ

Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXLIII.

*De Superiorum Licentia.*

# ANNALES
## ECCLESIASTICI.

| JESU CHRISTI ANNUS | PASCHALIS PAP. ANNUS | LUDOVICI 7. / LEONIS ARMENI 7. IMPP. |
|---|---|---|
| 820. | 4. | |

I. CHRISTI Redemptoris annus agitur octingenteſimus vigeſimus Indictione decimatertia, idemque perſecutionis Leonis Armeni annus ſeptimus, idemque noviſſimus, ſed omnium acerbiſſimus, ut docent (a) litteræ Theodori Studitæ ad Naucratium, cum ab Imperatore mortis reſcriptum opperiretur, quæ ſic ſe habent:

(a) *Theod. l. 2. ep. 71. Cod. Col.*

Invaleſcit magis perſecutio.

*Naucratio filio.*

*Serius ad te ſcripſimus, frater chariſſime, ſed quia fervet etiam perſecutio, plagæ, vincula, carceres, ſic eo, qui nos detinet, ſpirante furoris & minarum, & hic & illic inventos pios comprehendente, ac divexante. Qui quidem in urbem proficiſcens (ibi enim nunc agit) dicere non dubitavit: Rogabo Imperatorem, ut mecum ducam regium miniſtrum, qui aut capite penitus obtruncet, aut linguam aſcindat. Neſcimus an verba ad exitum pervenerint. Ob hanc vero cauſam nos omnia diſpoſuimus, conjecturam ex alio etiam capientes, hominis ſcilicet perverſitate, & concurſu Epiſcoporum, quandoquidem adſunt, ut fertur, quo tale aliquid perficiatur. Miniſter vero timore & metu perculſus (graves enim minas antea impius intentarat, morte propoſita, ſi vel leviſſimi errati reus foret) chartam, & atramentum nobis dare omnino reformidavit. Hinc tarditas. Acceſſit ad impedimentum, quod audieram te ex carcere eductum eſſe. Sed & Sardenſem* (qua-



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCC. LVIII. Anno Hegiræ CCV. inchoato die 17. Junii fer. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6313.

☉ 17. AG. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 820.

PASCHALIS PAPÆ 4.

LUDOVICI IMP. 7.

MICHAELIS BALBI IMP. 1.

A. C. 820. I.

*Barda Ichonomachus pœnas luit.*

AD Num. I. ad IX. Eſt hic annus *ſextus* perſecutionis Leonis Armeni, idemque noviſſimus, non vero *ſeptimus*, ut habet Baronius num. I. indeque quod num. V. & ſeqq. de *Barda* Patricio Imperatoris cognato, & Orthodoxorum hoſte infenſiſſimo narrat, contigit anno DCCCXIX. Ignatius enim in Vita Sancti Nicephori Patriarchæ Conſtantinop. n. LXXII. refert, Leonis Imp. Miniſtros, cum Sanctum Patriarcham e Monaſterio *Boni* ad Inſulam Preconneſum transferre vellent, uſos eſſe opera ejuſdem Bardæ, aitque: *Bardam itaque Leonis conſobrinum & familiariſſimum ad Nicephorum deſtinant, qui conſcenſa nave ad locum deductus, cum ſediſſet in Cathedra, & magnum Antiſtitem coram eo ſui ſtitiſſent ſatellites, ne minima quidem reverentiæ ſigna ad amabilem Viri ſacri oſtendit adventum; ſed proverbialis illius admonitionis oblitus rationem, qua ſapienter jubemur ad cani capitis conſpectum aſſurgere, velut ſedi ſuæ fixus hærebat. Is porro elatos juvenis animos intuens, nihil aliud niſi unum hoc illi acclamavit. O bone Barda! ex alienis calamitatibus, tuas ipſo pro eo ac decet, ferre noveris; eoque dicto ſe trahentibus, quo vellent, ducere permiſit. O perſpicaciſſimam ſanctiſſimæ mentis munditiem! quæ longe eſſent prope admoventem, ac futura præſentibus connectentem. Haud enim actutum juvenem ultio attigit, ſed* QUADRIENNII FERE SPATIO *ſubſecuta calami-*

*( qualis non definiebatur ) ob nefarium aliquod facinus capite plexum fuiſſe. Utraque itaque ex cauſa diſtulimus. Nunc autem conceſſum eſt, ut auribus tuis vox noſtra rurſum inſonet, ſignificans nos corpore valere ( dicere autem liceat ) etiam ſpiritu, ſanctis precibus veſtris cum beato Patre meo.*

II. *Ad ea vero, quæ indicaſti, quid dicam aut quid loquar, niſi quod hæreſeos atrocitati congruat acerbitas perſecutionis? Quid enim videre velis, quando Criſtus negatur per ſanctæ imaginis ſuæ contumeliam? An non fluentem ſanguinem, carneſque conciſas? non afflictiones & anguſtias? non vincula & carceres, & alias omnis generis vexationes? non vaſa iræ præparata in interitum, ex quibus unus eſt quem dixiſti? Et videbis frater, etiam graviora, ſi diutius duret hæreſis, ſed beati: qui ſuſtinent, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Jam chori Confeſſorum & Martyrum exultant, lætantur, alios quidem per legitimam mortem ſuſcipientes, alios inviſibiliter conſolantes, & confirmantes. Et quid Martyres dico? Chriſtus ipſe, quem Martyres confitentur, gaudens & una certans, adeſt unicuique confitentium. Niſi enim ita res eſſet, haudquaquam perferrent, qui præſentia perferunt ſtrenue: haudquaquam mulieres virilem animum gererent ad exemplum antiquarum; haudquaquam laici & Senatores ad agones proſilirent: haudquaquam puellæ ipſæ impiorum marium aſpectum contemnerent: haudquaquam oſtenderentur ubique publicæ cuſtodiæ, nec refertæ eſſent ſolitudines & montes & ſilvæ, & ſpeluncæ iis, qui propter Dominum ejecti ſunt: non denique ( ut concludam ) concuteretur terra*, terræmotus enim magni invaſerunt loca, ubi perſecutio ipſa vigebat.

III. *Quare manifeſto credunt, perſecutionem pati Chriſtum; ſperandumque ſimul & audendum, ut ſupplicia quævis, in veritate credens, cum Chriſto, & adjuvante Chriſto, quiſque ſuſtineat. Hæc ſunt quæ narramus. Audient manſueti & lætentur. Audiat Oriens & Occidens ea quæ apud Byzantium fiunt, & laudem dicat. Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit & gratia. Hic certantium defenſio, hic ſanguis fluit irrigans Eccleſiam Chriſti ſupra ipſam paradiſi Edem irrigationem (a): Vivo ego, dicit Dominus: quoniam glorificantes me glorificabo, & qui me ſpernit, erit inglorius. Deſcribe & tu quiſquis es zelum Domini habens nova, ſeu potius divina martyria, ut ſciant poſteri, quia Dominus vere in nobis eſt, vivitque ſemen juſtorum, & Chriſtum gerit aureum genus Martyrum, adverſus quod portæ inferi non prævaluerunt, nec prævalebunt; quemadmodum promiſit qui verax eſt. Durum, inquit (b), tibi contra ſtimulum calcitrare. Et aliter eſſe nequit. Ego quidem infelix hæc dico. Tu vero, ſacer fili, repende mihi tuas preces. Saluta Confeſſores tuos nominatim & condiſcipulos; neque hos tantum, ſed ſi poſſis, alios omnes electos Dei, electos ex millibus, lumina mundi, vaſa miſericordiæ, Deo utiles, deſideratos Trinitati, quorum precibus ſalvemur & nos indigni. Te cum omnibus, qui mecum eſt, ſalutat.* Hucuſque epiſtola Theodori urgente magis perſecutione ad Naucratium data, eademque noviſſima hujus Leonis temporis.

(a) 1. Reg. 2.
(b) Act. 9.

IV. Eccleſia Conſtantinopolitana vireſcit.

Cum ita quidem perſecutio magis ſæviret, ipſe Deus ad confitendum atque patiendum auxit numerum, & vires addidit, ut Conſtantinopoli ſponte exurgerent qui libere palamque Fidem Catholicam profitentes damnarent impios Iconomachos, idque non monaſtici tantum ordinis cultores, ſed alii cujuſvis conditionis & ſexus, adeo ut civitas illa deleret confeſſione eam, quam ob negationem contraxiſſet, infamiam: ita plane emortua pene illa & ſpiritus exors revixit Eccleſia, ubi ( ut ex Theodoro anno ſuperiori audiſti ) ex Occidente venere Legati a Paſchali Pontifice miſſi, & lectæ ſunt Apoſtolico ſpiritu plenæ litteræ, quibus ſignificatum eſt, exciſos eſſe ab Eccleſia Iconomachos, & a ſpe ſalutis prorſus factos extorres. Tunc enim mi-



PAGIUS *lamitatem invexit; quam ſi quis explorate noſſe cupiat, Virum adeat; videnſque laborantes oculos, triſtem, quo exceptus eſt, caſum, palamque deplorandum perſpiciet.* Quare cum *Sanctus Nicephorus* anno DCCCXV. die XIII. menſis Martii e Monaſterio *Boni* ad Monaſterium Sancti *Theodori* e regione Boſphori Thracii, ſeu Steni poſitum tranſlatus fuerit, caſuſque *Bardæ* Patricii acciderit, cum jam Sanctus Theodorus in carcere Smyrnenſi ageret, ut ſcribit Michael in Vita ejuſdem Theodori, cujus verba recitat Baronius numer. VII. non dubium, quin Bardæ punitio ad annum DCCCXIX. quo menſe Maio *Theodorus* Smyrnam perductus, quique quartus erat a Prædictione Sancti Nicephori, pertineat.

II. *Ignatius Diaconus majoris fidei quam Michael Studita.*

Michael tamen Studita in Vita Sancti Theodori, Bardæ caſum aliter narrat ac Ignatius Diaconus, cujus verba mox recitavimus. Ait enim, *Bardam* Smyrnæ gravi morbo correptum fuiſſe, & cum remedia undique tentaſſet, quemdam ex ejus familia, qui Orthodoxorum partium erat, ei perſuaſiſſe, ut Theodorum advocaret, qui opem ferret. *Itaque ad Sanctum mittit e veſtigio, veniam petens tantorum facinorum*, &c. *Orantis commiſeratione tactus Theodorus, & morbum ſanavit, crebris precibus Deum exorans, & cum corpore, ut anima ſimul melius eſſet, effecit*, &c. *Verum amens ille, ac ſupra modum ſtupidus, quaſi nihil novi accidiſſet, repente animum mutat, reditque ad priſtinam hæreſim & errorem, peſſimo conſiliario uſus Smyrnen-*



(a) Ezech. 37.

miraculum velut oſtenſum eſt ( *a* ) Ezechielis, dum oſſibus aridis inhærens ſpiritus, eadem compage Catholicæ Fidei jungens capiti vivere fecit, & confiteri palam adverſus rugientem leonem Catholicam veritatem. Cum diabolus ſentiens appropinquare judicium, quo ſceptrum auferretur exactoris ( ſecundum illud Joannis *b* ) ſciens quod modicum tempus habet, venit habens iram magnam, atque acriora adverſus Eccleſiam prœlia concitavit: verum ad finem anni hujus quievit tempeſtas iſta, & media hieme, ceſſante vento, tranquillitas inexpectata eſt Eccleſiæ reſtituta. Quomodo autem id acciderit, paulo poſt dicturi ſumus.

(b) Apoc. 12.

V. Barda perſecutor ægrotat.

Modo autem quod accepit judicium maximus perſecutor Barda Patricius cognatus Imperatoris militari adhuc præfectura conſpicuus, dicendum erit ex Michaele in Theodoro, cum res ab eo Smyrnæ geſtas enarrat; ait enim: *Eodem tempore Bardas ille Imperatoris propinquus, quem & militaribus illis copiis præfecerat, gravi morbo correptus, Smyrnæ in lectulo decumbebat, exiguum ſpiritum ducens, animamque, ut videbatur, brevi exhalaturus. Is cum remedia undique tentaſſet, quod in tanto periculo fieri par erat: quidam ex ejus familia, qui Orthodoxorum partium erat, mentionem intulit Theodori, quantamque a Deo gratiam conſecutus ſit, expoſuit. Et vis, inquit, ad eum confugere, eumque advocare, ut tibi opem ferat in extremis laboranti? Quo mox annuente ( flexibiles enim ſunt, quos urget neceſſitas ) feſtinanter abiit ad Sanctum, oratque, ut ægro ſalutem dare velit. At ille de infirmo, ut cognovit quis & qualis eſſet, curationem quidem tunc differt, graves dudum & atroces viri mores haud ignorans, eique utiliorem adhuc morbum eſſe. Cæterum ea illi denuntiat, quæ ſi vel minimum ſapiat, plurimum illi ad vitæ emendationem profutura ſint.*

VI. Bardæ pœnitentia momentanea.

*Vide, inquit, in die obitus quid reſponſurus ſis, vita ſic tranſacta tot malis in Orthodoxos irrogatis: Tu enim ille es, qui inter cætera monachos meos nefandis modis divexans, ſuppliciiſque mactans, magnum & admirabili virtute Thadæum ſuſtuliſti: quem duplex & vitæ & confeſſionis corona exornavit: at beatus nunc Thadæus cum Sanctis æternis gaudiis fruitur. Te vero inſtantibus pœnis quis eripiet, cum, tot tantiſque ſcelerum notis hinc abeuntem? Agnoſce nunc tamdem ultimo in fine te ipſum, Deoque reſponde, cui anteactorum tuorum pœnas daturus es.* Mirabilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum ( legens iſta exclamare cogor ) illum ipſum dirum perſecutorem monachorum Studitarum Smyrnam perduxit, ubi eorum Abbas S. Theodorus degebat vinctus in carcere, eumque ipſi ſupplicem, ut reum Judici reddidit, & pro vita impetranda rogare coegit, ut vinctus licet in carcere Theodorus, tamquam in regio ſolio conſtitutus de ejus ſalute decernat; ipſe vero licet regia cognatione clarus, magiſtratu quoque conſpicuus, & exercitu potens, vinctus tamen jacens duris vinculis conſtrictus, lethalis morbi, a Sancto vitam quibus valuit precibus ſuppliciter atque humiliter deprecari cogatur. Ita plane Deus ubi vult, hunc humiliat ( *c* ) & hunc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto inclinans ex hoc in hoc, ut bibant omnes peccatores terræ. Pergit vero Michael.

(c) Pſal. 74.

VII. Barda pœnitens convaleſcit.

*Hæc ægroto Sanctus cum ſignificaſſet, hominis mentem terrore perculit, permovitque, ut præteritæ vitæ culpas agnoſceret: ſtringens enim in tempore ſermo multo melior eſt ſermone molli. Itaque ad Sanctum mittit e veſtigio, veniam petens tantorum facinorum, oranſque, ut ſe præſenti periculo eripiat. Habebis me, inquit, deinceps obſequentem tibi, atque ex legibus tuis vitam moderantem; tantum hoc mihi beneficium impende. Orantis commiſeratione tactus Theodorus, & morbum ſanavit, crebris precibus Deum exorans, & cum corpore ut animæ ſimul melius eſſet effecit, miſſa ad eum Deiparæ imagine, quam totius vitæ cuſtodem haberet. Hanc enim ( inquit ) ſi amplectare, colaſque, recte ac feliciter ages in omnibus; ſin rejeceris, graviſſima ſenties, & cuivis abominanda mala.*

VIII. Bardæ mutatio & interitus.

*Verum amens ille, ac ſupra modum ſtupidus, quaſi nihil novi accidiſſet, repente animum mutat, reditque ad priſtinam hæreſin & errorem, peſſimo conſiliario uſus Smyrnenſium Epiſcopo: a quo olei vaſculo donatus, eulogiæ nimirum nomine & valetudinis confirmandæ: ſimul ac illo ſe unxit, morbus illico invaſit, nefandumque caput lecto iterum affixit. Cui mortem ſtatim prædixit Pater, ac perfi-*



PAGIUS *nenſium Epiſcopo, a quo olei vaſculo donatus*, &c. *ſimul ac illo ſe unxit, morbo illico invaſit, nefandumque caput lecto iterum affixit. Cui mortem ſtatim prædixit Pater ac perfidiæ præjudicium: neque enim impune, ait, ferunt qui malis conſociantur. Unde animam infelix ſubito ejiciens, peſſimi conſilii peſſimum finem invenit. Atque ille quidem hunc temeritatis ſuæ quæſtum cœpit*, inquit Michael laudatus. Quare quem oculorum amiſſione Ignatius, Michael morte punitum fuiſſe dicit, & tamen uterque Auctor Theodori æqualis eſt, Ignatius Nicephori diſcipulus, Michael vero Theodori. Cum igitur alterutrum male de re geſta edoctum fuiſſe neceſſe ſit, & Ignatius de Barda tanquam de Viro Theodoro ſuperſtite, & adhuc vivente, cum

*diæ præjudicium: Neque enim impune, ait, ferunt, qui malis conſociantur. Unde animam infelix ſubito eiiciens, peſſimi conſilii peſſimum finem invenit. Atque ille quidem hunc temeritatis ſuæ quæſtum cœpit. Chriſti vero famulus annum integrum ac dimidium Smyrnæ degens in carcere; alacriter omnia cum gratiarum actione perferebat, generoſum animum nullis moleſtiis frangi ſinens. Quo tempore ad eum venerunt nonnulli ex antiquis diſcipulis, in quibus erat virtutem a puero complexus, admirabilis Dorotheus, Beſſarion item & Jacobus, Domitianus, ac Tithoes, aliique plerique, vita inſignes ſinguli, fideque erga Patrem inconcuſſa.* Subiicit his auctor dicere de impii Leonis Imperatoris interitu

IX. De quo acturi, quæ de eo prædictiones præceſſerunt, quibus ſi compos mentis fuiſſet, potuiſſet Deum ulciſcentem placare, in medium adducamus. Secundum illud Davidis (*a*): Non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum libere pro animo hominis impii agere: cum infelix ad ſeptem annos majoribus in dies progreſſibus perſecutionem propagaſſet, ulterius etiam producturus eam, ſi licuiſſet, in omnium Orthodoxorum interitum; ne id faceret, quam opportune occurrit Deus, licet ſatis importuno loco & tempore eum ab adverſariis miſerando modo necari permittens. Iſta admodum tragica quomodo ſe habuerint, a Cedreno rem geſtam illius temporis ſcriptore acceptam, in medium adducamus. Is enim a Michaele majeſtatis reo, qui ei ſucceſſit in Imperium narrationem auſpicatus ſic incipit: *Michaelus Amorienſis cum ſemper ad ulteriora ac majora pergeret, majeſtatis accuſatus, cum ſe difficulter admodum purgaſſet, ab Imperatore miſſus eſt, ut diſciplina ordinum exercitus inſtitueret. Fuit is homo non cæteris modo vitiis depravatus, ſed & linguam habuit effrænam, arcana cordis identidem effutiens, & quod in buccam veniret proferens. Ita & de Imperatore quædam parum honeſte dixerat, minans ei Imperii privationem, & uxori illicitas nuptias.*

(*a*) *Pſal.* 124.

Michael Balb. multa in Imperatorem.

X. *Ea cum eſſent ad ſe allata Imperator principio ſtatuit, arte eum a maledicentia ac pravis conſiliis detrahere (noverat enim eum turpiſſimo linguæ immoderatæ morbo laborare) diſſimulata eorum, quæ in ſe erant dicta, notitia. Cum autem interminatus, uſuſque admonitionibus, deprehenderet eum in præſentia maledicta inficiari, rurſumque nactum licentiam ab incepto non deſiſtere: ſubmittit occulte auſcultatores, qui obſervent hominem. Hi cum notaſſent, eum ſæpenumero in conviviis atque inter pocula, vino mente alienata, magno conatu propoſitum ſuum perſequi, rem Imperatori exponunt. Plurimum delatoribus Michaelis fidei conciliavit Exabolius homo prudens, Regique familiaris, ipſi Michaeli non ignotus. Quem is cum ſæpe ab immodica dicendi licentia eſſet dehortatus, monuiſſetque ut taceret, neque tam intempeſtiva libertate oris in præſens periculum ſe coniiceret: cum non perſuaderet, omnia ejus ſtudia Imperatori declaravit.*

XI. Michael damnatur majeſtatis reus in ignem. *Pridie itaque Natalitiorum Chriſti Imperator præceptis judiciis, in Archivo pro tribunali conſidet, ipſe de his inquiſiturus. Ibi Michaelus, rei accurate explorata affectatæ tyrannidis reus peragitur. Ipſe etiam confiteri ſcelus ob probationum perſpicuitatem coactus. Ferturque in eum ſententia, ut in caminum lavacri, quod eſt in palatio, vivus conjectus cremetur, inſpiciente Imperatore. Cum jam ad ſupplicium duceretur, idque Imperator coram cernere geſtiret: interim dum ſpatium, quo ad locum pœnæ veniret, perambularent: Imperatrix Theodoſia Arſaberi filia illa, quid agendum eſſet, cognito: celeriter thalamo exit, Bacchæ cujuſdam inſtar, motu furioſo ſeſe agens, Imperatoremque apprehenſum, flagitioſum ac Deo adverſantem appellat, qui ne ſacræ quidem diei parceret, Dominicum Corpus percepturus. Ita Imperatoris impetum ea cohibuit, ut metuens, ne Deum offen-*

PAGIUS cum ſcriberet, loquatur, exiſtimandum, rem aliter ac contigerat, Michaeli relatam fuiſſe.

III. *Leo Armenus die natali Chriſti occiſus.* A num. IX. ad XIX. Interitum Leonis Armeni, qui hoc anno, ipſo Chriſti die natali, Orthodoxorum ærumnis finem impoſuit, narrat Cedrenus ex aliquo Auctore coævo, eodemque modo ac Cedrenus, Theophanis Continuatores, nempe Leo Grammaticus, Conſtantinus Porphyrogennetus, Symeon Logotetha & Georgius Monachus, quorum veſtigia Zonaras premit: *Deus autem (o quam ille non rigidus aut acris, ſed patiens mitiſque!) gladium quidem vibrabat, nec tamen feriebat. Nam modo quidem lues, & ſqualores, Soliſque nimii ardores; modo autem terræ motus ac eruptiones, quandoque etiam flammæ ſimiles vaſto aere ejaculationes; alias denique (quæ malorum vis maxima) domeſticos tumultus ac ſeditiones illis intentabat. Cohiberi tamen non poterat, ſuis aggreſſis more, in præceps depravatus animus* (nempe Imperatoris). *Tandem igitur tardus ille quidem, ad cujus lethale vulnus, a Deo gladius proficiſcitur; ut interim clavus clavum trudat, malumque malo medeatur. Michael is erat, qui tum fœderatorum Præfecturam gerens, Majeſtatis crimine delatus, vix, multoque labore illud a Sede pellere potuerat,* &c. *Porro Michael præcipitis procaciſque linguæ vitio aſſuetus cum eſſet, feros Leonis mores traducendi (velut cum illo adultus, ſibique fortitudinis laude placens) nullum finem faciebat,* &c. *Interim igitur, cum effrænem illam dicendi ac deridendi licentiam minime repri-*



*offenderet, in præſentia ſalute Michaelum donarit, compedibus modo ferreis incluſum, quarum clave ſibi retenta, hominem Papiæ cuſtodiendum mandavit. Ad uxorem vero converſus: Feci, inquit, quod juſſiſti, mulier, tuis perſuaſus bacchationibus: ſed tu mox cernes & proles noſtra quid eventurum ſit, etiam ſi me hodie a peccato abſtinuiſti. Atque hoc quidem ille, quamquam a fatidica inſpiratione alieniſſimus, vere vaticinatus eſt.*

XII. De Leonis interitu prædictiones. *Fertur hoc oraculum Sibyllinum inſcriptum libro cuidam bibliothecæ Imperatoriæ, quo non oracula modo continebantur, ſed ſigna Imperatorum coloribus depicta. In eo libro depicta erat fera, leo, cui ſuperne in dorſo littera X. ad ventrem uſque erat inſcripta: Et a tergo vir quidam accurrens leonem haſta per ipſam litteram configebat. Cum æque oraculum obſcurum videretur, ſolus eo tempore Quæſtor interpretabatur, Leonem dicens, olim Imperatorem fore, qui ipſo Chriſti Natali mala morte eſset interiturus. Neque minus Leonem perterrebat matri ejus oblata viſio: ea enim per viſum acceperat, ſe cum in ædem Deiparæ Blachernenſem crebro commearet, virgini cuidam occurrere albatis viris ſtipatæ: porro ædem ſe videre ſanguine repletam, & virginem cuidam albatorum mandare, ut ollam ſanguine impleret, matrique Leonis bibendam porrigeret: ſe autem multorum annorum viduitatem prætendere, cujus gratia neque carnes, neque quicquam ſanguine præditum guſtaſset, ideoque olla etiam hac abſtineret. Tum virginem iratam dicere: Qui ergo filius tuus non deſinet ſe multo cruore implere, eoque me, & filium Deum meum irritare? Atque ab eo tempore mater viſionem iſtam tragice referens, non deſtiterat crimen dehortari, ut ab Iconomachorum hæreſi abſtineret.*

XIII. *Perturbabat & alia haud modice viſio, Taraſium Patriarcham nobilem illum jamdudum mortuum, Michaelum quemdam nominatim exhortari, ut in Leonem impetum faceret, lethalique ictu ſterneret.*

S. Taraſius immittit Michaelem in Leonem. Sed hæc ab Ignatio in Taraſio paulo fuſius ita narrantur: *Leo adhuc Imperatoriæ gloriæ ſceptra adminiſtrans, & Iconomachorum hæreſim nefariam amplectens, cum ei appropinquaret vitæ finis, quo erat gladio feriendus (ut ipſe adhuc ſuperſtes ſua voce declaravit) vidit beatum Taraſium in ſomnis ad eum accedere, & cum gravi ira jubere cuidam nomine Michaeli, ut enſem in eum adigeret. Ille vero juſſui morem gerens, gladio tranſegit Imperatorem. Hic autem Leo multus in hoc fuit, eum, qui in ſomnis ſauciaverat Michaelem omnino conans invenire in ſancti Taraſii monaſterio, ejus interfectorem eſſe indicandum, fremens; quem etiam ut everſorem Imperii, eſſe extrema paſſurum. Hoc enim ei perſuaſit, vel quod factum erat, narrare monachis; a quibus cum nos quoque miraculum tamquam maturum fructum decerpſiſſemus, venimus ad vos fideles afferentes craterem lætitiæ. Non enim prætererat tempus ſex dierum, cum Michael ſuſcepit ſceptra Imperii, qui eum interfecit.* Hæc Ignatius res geſtas ſui temporis proſecutus.

XIV. Imperator explorat cuſtodiam Michaelis. *Exagitabat eumdem Leonem monachi apud Philomelium prædictio, & veſtis ſuæ a Michaele indutæ recordatio, quam rem ſupra poſuimus. Prædixit & interitum Leonis magnus ille Joannicius Anachoreta, manifeſtavitque Euſtraſio monacho id roganti. His omnibus terroribus actus Imperator, metu concutiebatur, & animo fluctuabat, eamque noctem inſomnem exigens, ſapientius quam ſibi commodum conſilium init. Nam perrupta, qua ad Papiam ibatur, portula, domum ejus intravit, ſpeculatum quid ibi gereretur. Ingreſſo domum eam, ſpectaculum oblatum eſt, quod eum haud vulgariter perterruit. Vidit namque damnatum alte ac magnifice admodum extructo thoro jacere, Papia in nudo pavimento recumbente; curioſiuſque aggreſſus, ut deprehenderet, an Michael (quod ſolent anxii & in vitæ diſcrimine conſtituti) ſomnum ancipitem ac curis plenum, an contra ſecurum at-*

PAGIUS *primeret, ac velut turbulentus fluvius limum omnem importune ebulliens, extremam Leoni perniciem ac interitum comminatus eſſet, ac ſi qua malus furor alebat, verbis produxiſſet; re ad Leonem delata, confeſtim rapitur ipſa die. Poſtremo delatoribus accuſationis capita confirmantibus, affectatæ tyrannidis ac Majeſtatis reus decernitur. Pridie Chriſti verbi Dei noſtri Natalis, iſthæc agebantur,* inquit Conſtantinus Porphyrogennetus lib. 1. Chronographiæ num. XXI.

IV. *Ejus Imperii duratio.* Scribit poſtea *Michaelem* convictum ab accuſatoribus, condemnatum fuiſſe, ut igni cremaretur, ſed *Theodoſiam* Imperatricem Leoni perſuaſiſſe, ut ob Feſti Natalis Chriſti reverentiam, illius interitum differret. Poſtridie *Michael*, ubi primum diluceſſit, literas ad conſcios ſcribit, quibus minabatur, ſe omnes Imperatori indicaturum, niſi celeriter adeſſent. Quare ii ad Regiam ſe conferunt, & ſe ſe cum Clero commiſcentes, ubi Imperator hymnos, ut conſueverat, auſpicatus eſt, ſtrictis enſibus ex angulo proſilierunt, eumque multis vulneribus confecerunt, *menſe Decembri, hora noctis decima, cum annos ſeptem, menſes quinque Imperium rexiſſet*, inquit Conſtantinus, quod & alii habent, unanimi conſenſu ſcribentes, hæc contigiſſe die natali Chriſti. Quam ob rem cum anno DCCCXIII. die X. menſis Julii Imperator ſalutatus fuerit, præter annos ſeptem & menſes quinque, dies quindecim imperavit, ab omnibus Hiſtoricis neglectos. Subjungit poſtea Con-

*atque ſuavem duceret: ſenſit eum profundo ſopori deditum, adeo ut ne contrectando quidem eum potuerit excitare.*

XV. *Hoc autem inſperato ſpectaculo ira acrius incenſa, diſceſſit, per ocium non Michaeli tantum, ſed ipſi quoque Papiæ exitium ſtructurus. Neque hæc res Papiam fefellit, quod quidam Michaelis excubitorum ex puniceis cothurnis Imperatorem agnoverat; ipſique quid actum eſſet, perſpicue indicaverat. Itaque Papias cum ſuis animo graviſſime perturbatus, ac prope extra ſe raptus, de periculo effugiendo deliberat. Jamque illuceſcebat, cum Michael hoc conſilii capit: ſimulat ſe opera Theoctiſti (quem poſtea ad Caniclei dignitatem evexit) quaſdam animæ ſuæ mendas quibuſdam religioſis hominibus velle aperire. Cumque id Imperator permiſiſset, licentiam nactus, Theoctiſto indicat, tempus poſcere, ut sociis conjurationis minetur, niſi ipſum celerrime diſcrimine eriperent, ſe totam rem Imperatori enuntiaturum.*

De nece inferenda Imperatori Michael & Papias agunt.

*Hoc mandatum exequente Theoctiſto, conſpirationis populares non mediocris inceſſit ſolicitudo: anxieque conſultaverunt, quomodo & ſuam, & Michaelis jam in extremo de vita ſua periculo verſantis ſalutem conſervarent. Tamdem conſilium componitur, quod & ipſos incolumes reddidit, & Michaeli cum vita Imperium paravit. Mos tunc erat (mos is, qui nunc tenetur ab illo tempore receptus) ut qui in palatino templo pſallunt clerici, in Regia habitent, ſed quiſque domi ſuæ degens circa tertiam noctis vigiliam ad portam Elephantinam ſeu Eburneam conveniebant, indeque in templum progreſſi, Dei matutina vota nuncupabant. Iis tum conjurati ſe permiſcentes, pugionibus ſubter alas occultatis, una intrabant, abditique in obſcuro templi loco, teſſeram expectabant. Hymno abſoluto, venit etiam Imperator, ac pro more ſuo voce grandiore intonavit carmen:*

Conjuratorum conſilium.

*Sprevere ſummi cuncta amore Principis.*

XVI. *Tum conjurati confertim impetum dederunt, qui eos initio per errorem in cleri magiſtrum tulit; ſive quod is corpore Imperatori adſimilis erat, ſive quod caput ſimili veſte velaverat: erat enim tempore eo magnum gelu, ideoque quis caput ſuum dentiore pileo tectum non denudabat. Sed is quidem pileo detracto, oſtenſa calvicie, periculo ſe ſubtraxit. Imperator inſidias ſentiens, in penetrale altaris ſe ſubduxit, direpta thuribuli catena, aut (ut alii perhibent) ſancta Cruce, ictus percuſſorum excepit. Verum ii non ſinguli, ſed facto cuneo irruentes, alius capiti, ventri alius, alius aliæ corporis parti plagas intentabant. Leo aliquamdiu Cruce ſe defendit, ictibus gladiorum repulſis, donec feræ inſtar undiquaque impetitus ſuccubuit. Tamdem quemdam immani corpore gigantis ſimilem inferre ictum cernens, per inhabitans templum illud numen iratum obſecratus eſt, ut ſibi parceret. Fuit nobilis iſte Crambonitarum ſtirpe oriundus, ac dicens, non juramentorum eſſe hoc, ſed cædis tempus, gravi ictu manum Leonis abſcidit clavicula, ſimulque cornu Crucis. Tamdem vulneribus victo, & ad terram ſubſidenti quidam caput amputavit. Hunc finem vitæ ſortitus eſt Leo menſe Decembri, octavo Kalendas, ejuſdem hora noctis prope decima, cum Imperium annos ſeptem, menſes quinque geſſiſſet, & majori quam ullus anteceſſorum crudelitate atque impietate uſus, diligentiam in Republica procuranda, inque rebus bellicis fortitudinem ſuam obſcuraſſet.*

Occiditur Leo Imp. juxta altare.

Leo occiditur.

XVII. *Ajunt vocem quoque ſtatim cœlitus editam, quæ lætum de ejus morte nuntium multis patefecerit, ac navicularios quoſdam, qui eam audiviſſent, notato tempore & nocte ea, ratiocinando eam veracem deprehendiſſe.*

Leonis necis cæleſtia nuntia.

*Interfecti Leonis cadaver percuſſores crudeliter per ſpolia in Circum traxerunt omnis metus vacui, quod ſuis armis Regiam undiquaque cinxiſſent. Aula quoque Auguſtam ejecerunt, cum quatuor filiis ejus, Sabbatio qui Imperator deſignatus*

Quid de Auguſta & filiis Imp.

PAGIUS Conſtantinus lib. 2. numer. I. *Hac Michaelis fautores expleta carnificina, defuncti cadaver crudeliter effranique licentia trahentes per Scyla, ad Circum eduxerunt, nullo jam metu deterriti, quod omnis Regia conjuratis, iiſque qui Leonis vitæ inſidiati eſſent, foret conferta. Unaque illius uxorem* (Theodoſiam nempe) *eiiciunt cum quatuor liberis, Symbatio, cui per inaugurationis ſolemnia inditum Conſtantini nomen, Baſilioque & Gregorio, nec non Theodoſio. Hos omnes lembo impſitos in Proten Inſulam duxerunt. Ibi exſecti cum eſſent, Theodoſium mori contigit.*

V. Antea ſcripſerat Conſtantinus *Michaelem* circiter meridiem ad Templum proceſſiſſe, ut ex Patriarchæ manu coronam conſequeretur, ejuſque patriam fuiſſe *Amorium*, Phrygiæ Superioris Civitatem. *In ea Judæorum*, inquit, *eorumque quos Athinganos vocant, frequens ſemper multitudo conſedit. Sed & alia quædam hæreſis, ex aliorum cum aliis ſocietate jugique conſuetudine, nova prorſus exque novis & inauditis decretis conflata, emerſit, cujus ipſe quoque Michael, accepta a majoribus ſuperſtitione, particeps fuit. Secta hæc, divinum quidem lavacrum ut ſalutare, & a ſuis explorate agnitum probatumque, eos qui initientur, percipere ſinit: in reliquo autem omnia, præter unam Circumciſionem, ex Legis Moſaicæ ritu ſervat*, &c. *Eam quæ rationem excolit, ſcientiam & eruditionem ſeu literas, quibus evertenda eſſent illius problemata, ac quibus ſuaderi licebat atque doceri, haud ſe-*

Michael Amoræus ſit Imp.



*tus Conſtantini nomen ſuſceperat, Baſilio, Gregorio, & Theodoſio, qui omnes in lembum impoſitos in Protam inſulam avexerunt, ibique omnes caſtrati ſunt, & Theodoſius vita functus una cum patre eſt ſepultus.* Sed inferius de iiſdem agens, Conſtantinum dicit ob eam exſectionem mutum eſſe redditum; uxorem vero Leonis in monaſterium, quod dicitur Dominorum, incluſam. Subdit vero hæc de ejus coronatione idem auctor his verbis:

*At Michaelus Papiæ cuſtodia liberatus, ita ut pedes adhuc in ferris habebat compedibus incluſos (earum enim claves in ſinu Leonis aſſervabantur) Imperatorio ſolio conſedit, eſtque ab omnibus, qui tum in palatio aderant, Imperator ſalutatus, & adoratus. Sub meridiem vero, fama jam undiquaque diſſipata, malleo per vim diffiſſis compedibus, neque manibus ablutis, neque Dei metu in animum ſuum inducto, neque ulla re alia, quam decebat fieri, peracta, ad magnum S. Sophiæ templum prodiit, cupiens manu Patriarchæ coronari, & ab univerſo populo Imperator ſalutari, ſolis fidens conjurationis ſociis, & Leonis percuſſoribus.*

Michael Imp. coronatur.

XVIII. *Utriuſque hic miretur aliquis perverſitatem Leonis, quod adeo nullum habuit ſui defenſorem de tot, tantiſque aſſentatoribus, qui tum omnes reptantium beſtiarum in morem, in foramina ſe ſua abdiderunt; Michaelis vero impudentiam, qui in ædem intraret, non ut homicida aliquis aut carnifex ſanguine pollutis manibus, ſed veluti victor, & qui palmam meruiſſet, eo facinore ſuperbiens; cum quidem civilem ſanguinem non quovis loco fudiſſet, ſed ad ſacram aram, ubi quotidie Dominicus ſanguis, pro peccatis noſtris expiandis funditur.*

Michaelis impudentia.

*Fuit hic Michael Amorii natus ſuperioris Phrygiæ urbe, in qua ab antiquis temporibus Judæorum, Athinganorum, aliorumque impiorum multitudo habitabat, & quædam ibi hæreſis ex iſtorum diuturna atque continenti inter ſe conflata conſuetudine, enata erat nova prorſus, & inuſitatis conſtans opinionibus, a qua & ipſe erat Imperator, ut traditæ a majoribus ſuperſtitioni inhærens. Ea hæreſis ſuos ad divinum ac ſalutare Baptiſmum admittit quidem, in reliquis autem omninibus, dempta circumciſione, Moſaicam legem tenet. Erat Michaelo præceptor, qui eum iis ſacris initiaverat, & quaſi præfectus Hebræus quidam (ſicut is feminæ potius Hebraica fuit) quem domi fovebat, ab eoque non ad religionem modo, ſe & ad rem domeſticam pertinentibus rebus inſtituebatur. Ab eo præoccupatus nihil integrum ſervaverat, ſed erat pravæ religionis in eo quaſi colluvio quædam, cum & Chriſtianæ decreta adulteraret, & Judaicam religionem ſpuriis opinionibus pollueret. Fuitque omnino quod pietatis profeſſionem attinet, talis in eo varietas, & confuſio, qualis fertur Libycarum eſſe beſtiarum natura, quæ ex diverſis animalibus ob aquæ defectum congreſſis naſcuntur.* Hæc de Michaelis omni ex parte collecta impietate: pergit autem dicere de prædictionibus de ipſius Imperio: reliqua vero de ipſo anno ſequenti.

Michaelis origo repetitur.

Quod ad res ſpectat Occidentales, laboratum eſt in Galliis potiſſimum peſte hominum & animalium, ob nimiam pluviarum abundantiam: ſecuta eſt & penuria, cum nec a bello ceſſatum fuerit. Hæc Annales pluribus. XIX.

XIX. Peſtis in Gallia.

Quod autem ad peſtilentiam atque penuriam ſpectat, quibus hoc anno magnopere eſt afflictatum Regnum Francorum: hic opportune revocanda ſunt in memoriam, quæ Carolus Magnus ejuſmodi temporibus a ſibi ſubditis populis præſtari voluit. Iſta enim in Capitularibus ipſius leguntur (*a*).

Annonariæ leges penuriæ tempore.

De fame, clade, & peſtilentia, ſi evenerit.

(*a*) Capit. l. 1.

*De hoc, ſi evenerit, fames, clades, peſtilentia, & inequalitas aeris, vel alia qualiſcumque tribulatio: ut non expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim deprecetur Dei miſericordia. Et in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos quiſque adjuvet, prout poteſt, & ſuam annonam non nimis care vendat, & ne foris Imperium noſtrum vendatur aliquid alimoniæ.*

PAGIUS *ſequendam illam ſuam hæreſim ac ſuperſtitionem, tum eſt aſpernatus, tum ex ſuo doloſe animo ablegavit.*

VI. Ad num. XIX. & ſeq. Eginhardus in Annal. ad hunc Chriſti annum ſcribit: *Hoc anno, propter juges pluvias & aerem nimio humore ſolutum, magna incomoda contigerunt. Nam & hominum & boum peſtilentia tam immanis longe lateque graſſata eſt, ut vix ulla pars totius Regni Francorum, ab hac peſte immunis atque intacta poſſet inveniri: Frumenta quoque & legumina imbrium aſſiduitate corrupta, vel colligi non poterant, vel collecta computreſcebant. Vinum etiam cujus parvus proventus eodem anno fuit, propter caloris inopiam acerbum & inſuave fiebat. In quibuſdam vero locis, de inundatione fluminum aquis in plano ſtagnantibus autumnalis ſatio ita impedita eſt, ut penitus nihil frugum ante vernam temperiem ſeminaretur.*

*Hic annus lethalis fuit.*

VII. Antea dixerat Eginhardus, *menſe Januario* Conventum Aquiſgrani a Ludovico Imp. habitum eſſe. Subdit: *In eo Conventu Bera Comes Barcinonæ, qui jamdiu fraudis & infidelitatis a vicinis ſuis inſimulabatur, cum accuſatore ſuo equeſtri pugna confligere conatus, vincitur. Cumque ut reus Majeſtatis, capitali ſententia damnaretur, parſum eſt ei miſericordia Imperatoris, & Rotomagum in exilium deportatus eſt.* Sane oportuit, inquit Marca lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 21. dubiam eſſe criminis probationem, quandoquidem monomachia eis indicta eſt, ex uſu tum recepto, ut in rebus dubiis examina, igni

*Bera Comes Barcinonenſis in exilium actus.*

(a) Eod. l. c. 24. *niæ*. Et inferius (*a*) quæ & recitata eſt ſuperius brevis lex:

*De mendicis, qui per patrias diſcurrunt, volumus, ut unuſquiſque fidelium noſtrorum ſuum pauperem de beneficio, aut de propria familia nutriat, & non permittat alibi ire mendicando. Et ubi tales inventi fuerint, qui ſibi manibus laborent, nullus eis quicquam tribuere præ-* (b) Eod. l. c. 131. *ſumat*. Ac rurſum inferius (*b*):

XX. *Conſideravimus itaque quia per plurima loca fames valida eſſe videtur: ut omnes Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, Optimates, Comites, ſeu domeſtici, & cuncti fideles qui beneficia regalia tam de rebus Eccleſiaſticis, quamque de reliquis habere videntur, ut unuſquiſque ſuo beneficio ſuam familiam nutricare faciat, & de ſua proprietate propriam familiam nutriat.* Intelligit per familiam ruſticos, colonos, agri cultores. Sed & pretium ſtatuit, dicens: *Non carius vendat, niſi modium de avena denarios duos, modium de bordeo denarios quatuor, modium unum de ſigele denarios quatuor, modium unum de frumento parato denarios ſex.* Ex his intelligas abundantiam Galliarum, cum tempore ingentis penuriæ tam vili pretio iſta vendi juberentur.

Sed & hoc ipſo anno, qui & tertius incipit Apollinaris Caſſinenſis Abbatis, auctor eſt (*c*) Leo Oſtienſis in Caſſinenſi Chronico, Sarracenos invaſiſſe Siciliam, atque potitos eſſe Panormo nobiliſſima civitate.

(c) *Leo Oſtienſ. Chron. Caſſin. l. 1. c. 28.*

Panormus capta a Sarracenis.

Jam vero antequam anni hujus claudatur periodus, de tranſlatione S. Marci corporis agendum eſt.

XXI. Sub eodem namque Leone Imperatore (quoto autem anno ejus Imperii neſcitur) facta reperitur tranſlatio corporis ſancti Marci Alexandria Venetias per mercatores. Jam ante diu ſedes ejuſdem Evangeliſtæ ſub Heraclio Imperatore delata fuerat, ab eo dono data Reipublicæ, quæ ejuſdem Evangeliſtæ ſtudioſiſſima eſſe ſciretur, ut quæ gloriaretur, ab eodem ſacrum Evangelium accepiſſe antequam idem S. Marcus Alexandriam mitteretur a Petro. Accidit plane ex divina diſpenſatione, ſecundum illud Dominicum (*d*): *Habenti dabitur*: vel illud (*e*): *Qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis erit.* Ut qui hactenus quam religioſiſſime anniverſariis ritibus ſolemniter colere conſueviſſent ejuſdem ſancti Evangeliſtæ memoriam, quem & in præcipuum patronum recepiſſent, cujus & patrocinium præſentaneum adeſſe in ſuis ipſorum opportunitatibus ſæpe experti fuiſſent: ejuſdem quoque ſacras poſſidere reliquias meruerint. Jacebat etſi non incognitum, tamen inglorium inter perfidos Sarracenos ipſum ſancti Evangeliſtæ corpus, quorum deriſioni potius, quam venerationi eſſet expoſitum. Cum moderator rerum omnium Deus ſua providentia ita diſpoſuit, ut quando minus id a Venetis cogitaretur, ejus tranſlatio clandeſtine fieret per eoſdem Venetos mercatores, illuc præter voluntatem impellentibus ventis, miſſos.

Veneti præcipui cultores S. Marci.

(d) *Marc. 25.*
(e) *Luc. 16.*

Cujus veritatis cum plures ſint teſtes nos rerum geſtarum ſeriem petimus e tabulis Vaticanæ bibliothecæ, ubi ejuſmodi hiſtoria prolixe deſcripta habetur, accidiſſeque ponitur ſub eodem Leone Imperatore atque Juſtiniano tunc Venetiarum Duce. Ex quibus corrigas eos, qui anno Redemptoris octingenteſimo vigeſimooctavo, vel trigeſimo id factum eſſe dixerunt, annos Ducum haud adeo exacta temporis ratione dinumerantes, dum tempus ipſius Juſtiniani ad Michaelis Imperium reiiciunt, quem conſtat tempore Leonis Armeni Reipublicæ præfuiſſe. Sed reddamus jam hiſtoriam ipſam ex Vaticanis (ut diximus) erutam monumentis. Omiſſis autem quæ auctor, qui ſcripſit, de rebus Venetis eſt præfatus, ejus verbis (ut in codice ſcripta reperitur) aggredimur hiſtoriam narrare: XXII.

De tranſlatione S. Marci corporis narratio.

*Cum Sarraceni univerſam Ægyptum, & Alexandriam invaſiſſent. Leo deinde Romanum adeptus Imperium, per diverſas partes Regni ſui juſſit, ut nullus omnino ad terram Ægypti negotii cauſa pertingeret. Cujus videlicet juſſio dum circumquaque pervolitans, Veneticis quoque delata fuiſſet, Juſtinianus, qui eo tempore Dux Venetiæ erat; Imperatoris ſta-*

PAGIUS gni, aquæ, & duelli, quæ vocabant *Judicium Dei*, admitterentur, ut docet inter alios Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis in tractatu de Divortio Lotarii. Comitatum Barcinonenſem ab anno DCCCI. *Bera* rexerat, cui ſuffectus eſt *Bernardus* filius Sancti Willelmi, Vir ſolertis ingenii poſtea variis caſibus afflictus.

VIII. *Ludovicus Aug. Saracenis bellum indicit.* Poſt hæc ſcribit Eginhardus: *Fœdus inter nos & Abulaz Regem Hiſpaniæ conſtitutum: & neutri parti ſatis proficuum, conſulto ruptum, bellumque adverſus eum ſuſceptum eſt.* Ejus gerendi cura impoſita eſt Comitibus Marcæ Hiſpanicæ in Conventu Aquiſgranenſi anno ſequenti habito, ut docet idem Eginhardus: *Simili modo de Marca Hiſpanica conſtitutum, & hoc illius limitis Præfectis imperatum eſt.* Quid eo anno geſtum ſit, in obſcuro latet. At de rebus geſtis anno DCCCXXII. ſic ſcribit idem Eginhardus: *Comites Marcæ Hiſpanicæ trans Sicorim fluvium in Hiſpania profecti, vaſtatis agris, & incenſis compluribus villis, & capta non modica præda, regreſſi ſunt.*

IX. *Annus Tranſlationis Corporis S. Marci Venetias.* Ad num. XXI. & ſeqq. Sigonius lib. 4. de Regno Ital. ad annum DCCCXXVIII. ſcribit: *Eo anno Corpus S. Marci Evangeliſtæ Venetias Alexandria delatum, & magno honore a Civitate tota exceptum. Sequenti Juſtinianus Dux eſt mortuus, atque ei Joannes frater ſuffectus: quo ſe-*



*tuta confirmans, idipſum omnimodo ſuis præcepit. Sed cum ut ſolitum erat Veneticis loca mercationis frequenter exquirere, quidam ex eis navibus oneratis, cum trans mare pergere vellent, profundaque pelagi navigantes incederent; divino factum eſt nutu, ut flante congruo vento, quod ſponte agere propter metum Principis non audebant, velut inviti ad Alexandriam ducerentur.*

XXIII. *Marmoribus Eccleſiæ ſpoliatur.* *In illis autem diebus Regulus quidam nefandæ gentis Sarracenorum, dum ad Urbem, quæ ex nomine civitatis antiquæ Babylonia vocitatur; palatium ſibi conſtruere vellet, Deo ſibi contrario, juſſit ut ubicumque in terra Ægypti columnæ marmoreæ, ſive tabulæ, tam in Eccleſiis, quam in vulgaribus eſſent repertæ, ob pompam fabricæ, quam parabat, ad eum ducerentur. Unde factum eſt, ut dato impietatis decreto, etiam de Alexandrinis Eccleſiis lapides tollerentur: Cumque Venetici apud eamdem urbem negotiis inſudarent; moramque aliquandiu facerent; conſuetudinem ſibi fecerunt, ut beatiſſimi Marci corpus quotidianis orationibus frequentarent: muneribuſque ſive oblationibus eum pro ſuis delictis interceſſorem expeterent. Locus enim ipſe in proximo erat.*

XXIV. *Mercatores Veneti frequentant Eccleſiam S. Marci.* *Porro Veneticorum naves, quæ Deo trahente advenerant, decem erant, in quibus erant pariter omnes nobiles viri, inter quos erant clariſſimi Bonus Tribunus Metamaucenſis, & Ruſticus Torcellenſis. Iſti dum cauſa quotidianæ orationis apud cuſtodes Eccleſiæ beati Marci locum familiaritatis ſibi adeſſe inſpicerent: quadam die videntes eos triſtes, primum quidem compati, & condolere eis cœperunt de Sarraceni Reguli juſſu, qui marmoreas tabulas, vel columnas auferri præceperat. Nam & cuſtodes propterea triſtes erant, quia timebant, ne miniſtri illius impii Reguli illud B. Marci Eccleſiæ facerent, quod locis cæteris faciebant. Deinde vero inter eadem verba compaſſionis Domino inſpirante, Bonus, & Ruſticus dixerunt: Quare in tantum triſtamini Chriſti ſervi? quare plus ſolito animus veſter affligitur? Ecce videmus quod impii Reguli perſecutio, etiam ſacratiſſimis locis infeſta eſt, quæ non ſolum vobis, ſed cunctis in Chriſto credentibus magni doloris triſtitiam generat. Sed quid contra hæc agere poſſumus, cum Dominus ipſe prædixerit ſuis fidelibus perſecutiones innumeras eſſe futuras? Unde ſi ſecretum poſſetis cuſtodire; aut placeret vobis conſilium noſtrum, hortaremur utique illud vos facere, per quod ſecuri a perfida iſta gente eſſetis, & in honoribus maximis viveretis.*

Agunt Mercatores cum cuſtodibus S. Marci.

*Erant ſane duo cuſtodes iſti, cum quibus loquebantur hæc, quorum unus Stauratius nomine monachus erat; alter vero Theodorus ſacerdotii fungebatur honore. Porro & alii ejuſdem Eccleſiæ erant cuſtodes, ſed iſti plus cæteris eminebant. Et quia ambo ex Græcorum genere erant, Theodorus presbyter uxorem habebat & filios quem etiam Bonus Tribunus compatrem fecerat, ob eam maxime cauſam, ut verba, quæ ſuadebat, in ejus aures facilius intromitteret. Reſpondentes itaque ambo Stauratius, & Theodorus dixerunt: Secretum erit in corde noſtro, tantum dicite quod vultis & ſi gratiſſimum eſſe probaverimus, plane quia faciemus. Qui dixerunt: Tollite corpus B. Marci, & aſcendentes occulte navim, venite nobiſcum ad terram noſtram.*

XXV. *Cuſtodes ſe excuſant.* *At illi primum dure accipientes, dixerunt: Quid eſt quod dicitis? numquid ſuper anguſtiam, quam habemus, mortem nobis inducere quæritis? Quis etenim ex nobis vel cogitare audeat, ut faciat rem iſtam grandem, & illud reverentiſſimum corpus, quod veneratur in terra Ægypti, alienis hominibus tradatur? An forſitan vobis incognitum manet, quod idem B. Marcus Evangelium quod Petro dictante ſcripſerat, ipſo quoque jubente in hac provincia prædicaverit; Alexandrinoſque cives, qui idolis ſerviebant per fontem baptiſmi Jeſu Chriſti Domini noſtri adoptionis filios fecerit? Unde & merito tamquam revera ſanctiſſimus Pater ab omnibus veneratur. Et quomodo fieri poterit, ut urbem Alexandriam quæ propter eum toto in orbe præclara eſt, tanto quis audeat privare patrono? Sed etſi faceremus adverſus animam noſtram audacter, nequaquam hoc plebem latere potuiſſet, & tunc apprehenſi, per multorum generum pœnas occideremur, & eſſemus in opprobrium omnium earum.*

De S. Marci prædicatione.

*Bonus & Ruſticus dixerunt: Si de prædicatione ejus tractandum eſt, ſcimus quia primum Aquilejam civitatem Italiæ du-*



PAGIUS *ſedente Baſilicæ Ducali Prætorio continens in honorem Evangeliſtæ conſtrui cœpta Corpus ejus recepit.* Quare cum Dandulus Dux Venetiarum anno MCCCCXXXVI. creatus in ſuo Chronico teſtetur, *ſecundo* ejuſdem Juſtiniani Ducis *anno Corpus Sanctiſſimi Marci de Alexandria tranſlatum Venetias*, eaque Tranſlatio die XXXI. menſis Januarii, qui anno DCCCXXIX. in Dominicam incidebat, in Tabulis Eccleſiaſticis notetur, non dubium, quin Sigonius annum, quo Corpus Sancti Marci Venetias delatum, ibidemque ſolemniter tranſlatum, accurate conſignarit. Angelo Participatio Venetiarum Duce defuncto, *Juſtinianus filius major natu Rempublicam adminiſtrare cœpit, ſtatimque gratificaturus Michaeli Imp. Conſtantinopolitano, miſit ei in*

*duxit ad fidem, quæ ſita eſt in provincia illa, quæ ex antiquo Venetia nuncupatur, de qua nos orti ſumus. Ergo nos ſumus primogeniti filii ejus, qui primum ab eo per Evangelium geniti ſumus. Unde & credi poteſt, ut filios, quos alios acquiſiturus reliquerat, multa poſt tempora, vel mortuus videns gaudeat, & forſitan, ut ſperamus, ideo nos Dominus huc velut invitos adduxit, ut nobis eumdem noſtrum ſanctiſſimum Patrem reſtituat, nam certe ad aliam regionem ire voluimus.*

XXVI. *Stauratius, & Theodorus dixerunt: ſufficiat vobis quod ſedem ejus habetis. Cæterum autem rem difficilem poſtulatis. Quis enim ſciat ſi placet Domino iſtud, quod dicitis? vel quis dicere poterit, quod ſuum corpus B. Marcus vel tangere dimittat? Unde ceſſate jam talia dicere, quæ ſcimus nullo modo fieri poſſe. Et tamen dicamus, ut fieri potuiſſet: de nobis quid ageretur? Si dato corpore hic remaneremus, diverſis pœnis a plebe occideremur. Sin autem vobiſcum in navim aſcenderemus, haberemur utique tamquam captivi ad terram, quam ignoramus. Quapropter multo magis nobis melius eſt hic manere, & perſecutionem ſufferre, quam novis rurſum anguſtiis ſubjacere. Nam & Dominus dicit (a): Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Et iterum (b): Qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit.*

(a) Matt. 5.
(b) Marc. 10.

*Bonus & Ruſticus dixerunt: Iſta, quæ dicitis, vera ſunt, ſed tamen in alio loco Dominus item dicit (c): Cum perſecuti fuerint vos in civitate una, fugite in aliam. Quam admonitionem multi Sanctorum ſecuti ſunt, etiam ſicut audivimus hic Beatiſſimus Marcus implevit, quando perſecutione fervente, ab Alexandria exiit, & ſeceſſit Pentapolim. Unde quia Deo omnipotenti, & ipſi beato Evangeliſtæ hoc credimus complacere; humanus timor vos non terreat, quia ubi Deus adjutor eſt, humana temeritas nihil poteſt.*

(c) Matt. 10.

XXVII. *Stauratius & Theodorus dixerunt: Temeritas iſta quamvis nobis anguſtioſa ſit propter Eccleſiæ lapides, qui tolluntur, tamen portari poteſt, quia in noſtris membris Pagani iſti aliquam læſionem non inferunt. Hæc & his ſimilia illis per aliquot dies occulte loquentibus; tamdem divina gratia reſpirante, Stauratius, & Theodorus quod verbis audierant animo conceperunt. Cumque ab invicem receſſiſſent ecce Stauratio nuntiatum eſt, quod miniſtri illius Pagani Reguli, cujus memoriam fecimus; unum ex cuſtodibus ejuſdem Eccleſiæ crudeliter flagellaſſent. Siquidem fuerat in eadem Eccleſia tabula marmoris nimium pretioſa, & timens cuſtos, ne tolleretur a Sarracenis, abiit & confregit eam in loco, ubi ſtabat. Quod cum miniſtri Reguli comperiſſent, apprehenſum cuſtodem flagellis condemnaverunt. Hæc igitur audientes Stauratius, & Theodorus, timore perterriti, miſerunt, & vocaverunt Bonum Tribunum, & Ruſticum dicentes: Pertractavimus inter nos de cauſa, quam expetiſtis, & licet neſciamus ubi Domino placeat, tamen intravit in cor noſtrum, ut illud ſanctiſſimum corpus tollentes egrediamur vobiſcum. Nunc ergo volumus ſcire, quid erit nobis, dum ad veſtram provinciam venientes tam magnum theſaurum adduxerimus.*

Cuſtodes tractant de tranſlatione S. Marci.

*Bonus & ruſticus dixerunt: Cum Deo auxiliante illuc pervenerimus, vita comitante, perducemus vos ad dominum noſtrum Juſtinianum egregium Ducem, virum illuſtrem, Sanctorumque amatorem. Cui dum fuerit nuntiatum, protinus mente gaviſus venerabile corpus ſuſcipiet, & Eccleſiam conſtruens cum honore dedicabit, voſque eritis in oculis ejus ultra quam credi poteſt dilecti, & primi in ordine ſacerdotum, quemadmodum hic fuiſtis in ordine miniſtrorum. Cuſtodes dixerunt: Quomodo credere poſſumus? Bonus & Ruſticus dixerunt: Dominus teſtis ſit. Tunc ſtatuerunt diem in quæ advenientes ſanctiſſimum corpus ſuſciperent.*

Pollicitatio Mercatorum.

XXVIII. *Cumque ſtatuta dies veniſſet, euntes prædicti cuſtodes, aperuerunt occulte ſepulcrum, quod erat ex marmore, habens veluti incruſtaturas per latera in modum capſellæ per quas tabula deſuper erat inducta. Jacebat autem beatum corpus undique circumdatum chlamyde ſerica, & poſitum reſupinum, habens a capite uſque ad pedes ſigilla impoſita per ea loca, quibus ora ejuſdem chlamydis deſuper jungebantur. Cumque quid agerent ignorarent, tandem præcipuum invenerunt conſilium. Vertentes igitur corpus, ſciderunt a dorſo chlamydem, ut ſalva ſigna, quæ fuerant, remanerent, & adducentes B. Claudiæ corpus quod erat in proximo tumulatum, in loco B. Marci repoſuerunt ſimili modo ſupinum, & chlamyde circumdantes, ſigillorum quoque impreſſio-*

Corpus S. Claudiæ ſuppoſitum pro Corp. S. Marci.

PAGIUS *in auxilium adverſus Saracenos aliquot naves bello aptiſſimas, ſed cum hoſtis receſſiſſet, naves non multo poſt incolumes domum redire, tranſlatumque eſt hoc tempore Venetias Beati Marci Corpus ex Alexandria*, inquit Petrus Juſtinianus in Hiſtoria Veneta ad annum uſque Chriſti MDLXXV. perducta. Subdit idem Auctor Juſtinianum ex humanis deceſſiſſe, *cum duos circiter annos Ducatum adminiſtraſſet*, ideoque anno DCCCXXIX. juxta id quod antea ſcripſerat. *Joannes frater ei ſucceſſit qui ſtatim, ut fraternam exequeretur voluntatem, fanum Duca-*



*ſiones in pectore ſtatuerunt, ut ſi fortuito diceret aliquis, quod corpus B. Marci furatum eſſet; chlamydis ſigna, quæ ibi remanſerant, verum non eſſe oſtenderent.*

*Tanta igitur ſublato corpore odoris fragrantia emanavit, ut non ſolum Eccleſia, vel circuitus ejus, ſed etiam tota civitas Alexandria repleretur. Commoti cives Chriſtiani, ac Pagani dicebant: Quid eſt hoc? Alii dicebant neſcimus. Alii vero dicebant: Videamus ne forte a nautis illis Veneticis corpus beati Marci furetur. Concurrentes ergo ex urbe, ad eamdem Eccleſiam pervenerunt; & aperientes ſarcophagum, viderunt corpus beatæ Claudiæ chlamyde involutum ſignaque ſalva. Quod cum vidiſſent creduli facti quod B. Marci corpus ibi jaceret, ſedato tumultu ad propria remearunt.*

XXIX. *Porro Venetici, quorum jam ſæpe memoriam fecimus, cum ibi laterent, tulerunt corpus, & ſubmittentes in ſportam, operuerunt illud ex foliis olerum, ac deſuper carnes porcinas impoſuerunt. Cumque ad navim pergentes incederent, accedebant Sarraceni, qui obviabant, ut cernerent quod portabant. Sed cum viderunt carnem porcinam, quam ipſi abominantur, clamabant dicentes: Canzir, çanzir, id eſt, porcus, porcus, & expuentes elongabantur; at vero illi pertranſeuntes venerunt ad rupem, quæ proxima mari erat, & deponentes cum funiculis, ſportam miſerunt in ſcapham, ac perduxerunt ad navim; quam cum intraſſent, extrahentes beatum corpus de ſporta, abſconderunt illud in pannis velorum; timebant enim, ne perſcrutata navi ab Alexandrinis inveniretur. Cumque veniſſet dies egreſſionis eorum, Stauratius monachus, occulte* abſcedit cum illis. Theodorus vero timebat; timens plebem, quæ ſtabat ad litus, remanſit ibi, habens jam ſuppellectilem ſuam navi impoſitam. Erat etiam quidam monachus ibi Dominicus nomine Cumaclenſis, qui fultus amore divino, eodem tempore, fuerat Hieroſolymis, qui & ipſe aſcendit cum illis. Cum ergo ab Alexandria receſſiſſent, tulerunt Venetici ſanctum corpus de velis, in quibus eum abſconderant, & ſub ſolario navis digniſſime locaverunt, accendentes lucernas, ac hymiama aſſidue inferentes. Dominicus vero monachus cum Stauratio diuturnis officiis jugiter inſudabat. Multa inter hæc ſigna per eum Dominus, dum adducitur, operatus eſt.*

Defertur S. Marci Corpus in navim.

* aſcendit.

*Quadam etenim die dum omnes pariter illorum Veneticorum naves velificantes incederent, & cauſam reliqui ignorarent, dixerunt nautæ beati Marci ad quoſdam, qui erant in alia navi: Neſcitis quod eſt factum? qui dixerunt: Quid? ajunt illi: Vere nos corpus beati Marci portamus. At illi dixerunt: Et quomodo iſtud fieri potuit? cumque illi exponerent ordinem rei, quidam ex illis irridens ait: Forſitan alicujus Ægyptii corpus vobis datum eſt, & dicitis quia ſanctum Marcum portamus. Quod cum dixiſſet, protinus navis illa, in qua beatum corpus jacebat, tanta celeritate converſa, quanta nullus hominum vertere poteſt, inſurrexit adverſus eam, in qua vir ille erat, partemque lateris ejus confregit, nec prius ab illa receſſit, quamdiu omnes confiterentur beatum ibidem Marcum jacere.* XXX.

Incredulitas mox punita.

*Deinde cum nocte quædam tempeſtas adeſſet, naveſque illæ curſu velociſſimo ducerentur, ac nautæ neſcirent, quo pergerent propter tenebras noctis, venit Beatus Marcus in ſomnis Dominico monacho, dicens: Surge, & dic hominibus iſtis, ut citius vela deponant, ne patiantur naufragium, quoniam terra non longe eſt. Quod cum monachus ſurgens dixiſſet, illico velis depoſitis, cum jam auroræ inſtaret crepuſculum, & ecce apparuit inſula quædam, Stroalia nomine, quam beatiſſimus Marcus adeſſe prædixerat. Tunc omnes pariter fidem dantes, reverentiſſime ejus corpus ſolertiori ſtudio venerari cœperunt. Creduli facti, & congaudentes, quod Marcum Evangeliſtam habere meruerunt; erat tamen apud illos occultum, atque decreverant, ne ullus omnino cujuſlibet regionis rem iſtam cognoſceret. Timebant enim ne illis beatum corpus per vim tolleretur ab aliquo.*

S. Marcus ſe manifeſtat periculi tempore.

*Sed quia Dominus tantum ſuæ lucernæ lumen lucere voluit: coram hominibus multis per proxima maris loca degentibus, qui cauſam penitus neſciebant, dignatus eſt revelare, quod ſui Martyris intra navim luciflua membra quieſcerent, qui ex diverſis locis advenientes, dum navis ad portum, vel litora regionum accederet, poſtulabant dicentes: Revelatum eſt nobis a Domino, quod B. Marci Evangeliſtæ corpus habetis, unde divino amore precamur, ut nos ad eum orare ſinatis. Qui cum ingrederentur, fuſis ad eum orationibus, poſitiſque muneribus, cum timore revertebantur, dantes gloriam Deo atque dicentes Veneticis: O quam beati eſtis, qui talem Sanctum habere meruiſtis!* XXXI.

Pluribus revelatur Corpus S. Marci.



PAGIUS *cario propinquum auguſtiori forma ædificandum curavit, in quod rite dicatum Divi Corpus ex minori ſacello, ubi jacebat, tranſlatum eſt, atque arcula ferrea obſeratum intra columnam, marmoreis lapidibus compactam reconditur*, inquit idem Petrus Juſtinianus. Baronius Hiſtoriam integram Tranſlationis ex Codice MS. Vaticano recitat, in qua quoad rem geſtam non diſſimilia narrantur.

A dæmone punitur incredulus. Sed cum (ut plerique ſtultorum ex tali re dubitare diutius ſolent) quidam ex nautis nequaquam beati Marci, ſed cujuſlibet alius corpus portare ſe diceret: volens omnipotens Deus ipſius duritiam coarguere, eumque illico credulum facere, digna continuo illum damnavit ſententia. Nam arreptus vir ille dæmonio tamdiu vexatus eſt, quouſque ad ſanctum corpus deductus, ſpumans, & ſtridens dentibus, beatum ibidem Marcum jacere confiteretur, ac munus pro ſuis delictis offerret. Qui ſtatim a dæmonio liberatus, & Domino gloriam dedit, & nihil ſe jam de corpore ſacro dubitaturum profeſſus eſt. Verum quia multa ſunt, quæ de virtutibus per eum a Domino Deo factis dicuntur, qualiter ad Venetiam venerit, explicemus.

XXXII. Cum igitur nautæ ad Iſtriam perveniſſent, diverterunt ad urbem quamdam, quæ appellatur Humacus: timebant enim redire ad ſua, quia Juſtinianus Dux eorum vehementiſſime contra illos erat iratus, pro eo quod juſſionem ſuam repudiantes, ad Alexandriam ire præſumpſerunt. Qui tamen miſſa ad eum legatione dixerunt: Confitemur peccatum noſtrum, & erubeſcimus, quia ſumus tamquam rebelles inventi, ſed Dominus teſtis eſt, quomodo magis inviti, quam ſponte hoc fecimus. Ecce enim habemus corpus beati Marci Evangeliſtæ: Si Dominus noſter gratiam ſuam nobis reddens, promittat nequaquam inferre moleſtiam nec in corporibus, nec in rebus noſtris: adducimus eum illi: Sin autem aliter, divertemus in aliam regionem. Ad hæc Juſtinianus Dux valde gaviſus ait: Si iſtud, quod aſſerunt, verum eſt, revertantur in pace, quia ſi talem theſaurum adducunt, non ſolum illis malum non inferam, ſed etiam filios meo vocabo. Accepto igitur nautæ verbo, Venetiam redeunt, cumque ad portum Olivenſem veniſſent, egreſſus cum crucibus Urſus Epiſcopus loci illius, & omnibus miniſtrorum ordinibus, indutis ſacerdotalibus tunicis, reverentiſſime corpori obviant; ſuſcipienteſque illud, duxerunt ad palatium Ducis, ubi dum per cœnaculi ſcalam aſcenderent, tanta agilitate pallium, quo corpus erat opertum, cum eſſet tranquillitas, movebatur; quanta vix aura venti movere poterat: Sed & miniſtris, qui eum portabant, fiebat ſubito pondus graviſſimum, & immobile, & iterum ſubito tantum leve, ut nihil ſentire ſe dicerent. Accepto igitur corpore Dux, repoſuit illud in cœnaculi loco, qui apud ejus palatium uſque ad præſens tempus monſtratur; ordinatis cantoribus, ac miniſtris, qui ibidem Deo laudes referrent, inter quos cuſtos ille Stauratius primus erat. Sed & Theodorus presbyter anno ſequenti cum ſuis advenit. Porro Dominicus ille monachus ad propria remeavit.

Delatum Venetias corpus S. Marci.

XXXIII. Eccleſia S. Marci ædificata. At vero Juſtinianus Dux cum ſupra beatum corpus Eccleſiam vellet conſtruere, morte præventus eſt, cujus germanus Joannes vir Deo dilectus Ducatum ſuſcipiens, vicem ejus explevit: conſtruxit namque juxta palatium elegantiſſimæ formæ baſilicam, ad eam ſimilitudinem, quam ſupra Domini tumulum Hieroſolymis viderat: Quam etiam multis ac variis juſſit depingi coloribus, ubi & aromatibus venerabile corpus conditum honore digniſſimo poſuit. In eo floreſcunt orationes ipſius, & multa beneficia præſtantur Chriſto credentibus, maxime autem, & plurimi a dæmoniis liberantur. Cujus glorioſa tranſlatio celebratur pridie Kalendas Februarii. Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Hactenus ibi.

Cum autem ingentem adeo theſaurum Veneti eſſent adepti; ut caute eum cuſtodirent, omnem adhibuerunt induſtriam. Sciebant enim Francos, penes quos erat in Occidente ſumma vis atque potentia, Sanctorum corporum cupidiſſimos, venari ea, iamque ex Italia complura ipſorum in Gallias tranſtuliſſe. Ne quid igitur ejuſmodi pati cogerentur inviti: ita in ſumptuoſa recens erecta baſilica eadem ſacra pignora collocarunt, ut ubi locorum in ea poſita eſſent, penitus ab aliis fuerit ignoratum. Cum tamen certo ab omnibus ex majorum aſſertione tradatur, ipſa eadem ſancta baſilica contineri.

Octin-

PAGIUS X. Hoc anno Lotharius Rex Italiæ a Ludovico Auguſto patre ante diem ultimum menſis Maii renunciatus, & poſt mortem Ludovici Aug. anni Lotharii in Italia regnantis ab hac Epocha ſæpius deducti, ut anno ſequenti oſtendo. Lotharius fit Rex Italiæ.



I. Octingenteſimus vigeſimus primus annus Redemptoris numeratur indictione decimaquarta, quo a Paſchali Romano Pontifice (a) corpus S. Cæciliæ virginis & martyris, ipſa relevante, repertum eſt aureis velatum indumentis ſanguine adhuc infuſis; quod inventum ſimul cum corporibus ſanctorum Martyrum Valeriani ejus ſponſi, Tiburtii, Maximi, necnon Urbani atque Lucii Romanorum Pontificum tranſtulit in Eccleſiam ejuſdem S. Cæciliæ nomine nuncupatam, quam & plurimis donis auxit. At quo modo iſta ſe habuerint, ab Anaſtaſio Bibliothecario enarratam audiamus hiſtoriam. Continet iſta Codex Vaticanus acceptus e Cavenſi monaſterio Ordinis S. Benedicti, in quo ſunt nonnulla, quæ in aliis deſiderantur, & inter alia, iſta, quæ ſequuntur:

(a) Sigeb. in Chron. hoc anno.

De inventione corporis S. Cæciliæ.

II. Paſchalis reſtituit Eccl. S. Cæciliæ. Chriſti omnipotentis Domini famulus Paſchalis Pontifex maximam Eccleſiarum Dei curam & ſolicitudinem diligenter gerens, quadam die cum orationis ſtudio ad ſanctæ Dei virginis Chriſtique Martyris Cæciliæ Eccleſiam adveniret nimio jam quaſſatam ſenio, ejuſque mœnia a fundamentis ruitura videns, quod per olitana tempora vetuſtute marcuerant; magno ſtudio & opere eodem in loco novam Eccleſiam in meliorem quam antea fuerat formam ſtruere cœpit. Inter hæc accidit quod prætereundum minime exiſtimamus. Dum quadam die ad B. Petri principis Apoſtolorum Eccleſiam pergeret quatenus apud eumdem B. Apoſtolum ſolito more vigilias celebraret, & ante ejuſdem Confeſſionem Dominicas laudes reſidens decantaret: ſubito depreſſus ſopore, vidit adſiſtentem ſibi virginali aſpectu puellam Angelico aſpectu decoram; taliaque ipſam ſibi locutionis affamina protuliſſe: Multas tibi gratias agimus, quod ad incertam famam, quam de me ſparſam fruſtratoriis relationibus pervulgatam aures accomodare reliquiſti: quippe qui tanto penes me fuiſti, ut proprio loqui invicem ore valeremus. Hæc jam ſæpe fatus Pontifex diligenter audiens: ſtudioſe requirere cœpit, quæ eſſet ipſa, quæ talia illi verba diceret, vel quo nomine vocaretur. Cui illa reſpondit: Si nomen inquiris, Cæcilia, famula Chriſti vocor. Ad quam ſummus Pontifex: Quo modo hoc credere poſſum eo quod olim fama relatum ſit, quatenus ejuſdem venerabilis Chriſti Martyris Cæciliæ corpus ab Aiſtulpho Longobardorum Rege hoſtiliter Romam obſidente furto eſſe per ejus homines ſublatum?

S. Cæciliæ apparitio facta Paſchali.

III. Cui venerabili Pontifici iſta intimanti omnipotentis Dei famula Cæcilia dixit: Quod me deſiderabant, & ut me invenirent Longobardi quæſiverunt; omnino verum eſt. Sed Domini mei Jeſu Chriſti opitulatione, & Dominæ meæ ſanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ auxilio me neque invenire, neque deportare longius valuerunt. Et ideo ſicut quærere me cœpiſti, ut invenires, aſſiduo labore non deſinas incumbere quia Domino Jeſu Chriſto, pro cujus amore & honore paſſa ſum, placuit, ut tu me invenias, & in Eccleſiam, quam noviter inſtruxiſti, recondas. Et hæc dicens, ab oculis aſpicientis ſublata eſt.

Tunc idem venerabilis Pontifex matutinalibus laudibus abſolutis, pro tam certo & indubitabili revelationis indicio cœpit hac illac operoſius quærere ubi ſacratiſſimum eius corpus jaceret humatum. Quod tribuente Domino, ſolicite quærens reperit in cœmeterio Prætextati ſitum foris portam Appiam, aureis illud veſtitum indumentis una cum corpore venerabilis ſponſi ſui Valeriani, pariterque linteamina Martyris illius ſanguine plena, quando ab impio percuſſa carnifice Chriſto in cœlo regnanti Martyr eſt conſecrata. Quibus linteaminibus ſanguis S. Martyris tertio a carnifice percuſſæ eſt abſterſus, quæ ad pedes ejus reperta ſunt. Ea cuncta ſuis manibus tractans Paſchalis Pontifex collegit, & cum magno honore intra muros hujus Romanæ Urbis, in Eccleſiam ejuſdem Martyris nomine dedicatam, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, ejuſdem Virginis corpus cum chariſſimo Valeriano ſponſo & Tiburtio & Maximo Martyribus, necnon Urbano & Lucio Pontificibus, iiſdemque Martyribus ſub ſacroſancto altari collocavit. Hæc Anaſtaſius hujus ſæculi ſcriptor. Sed unde iſta ipſe? non aliunde quam ab ejuſdem Paſchalis Papæ Litteris Apoſtolicis, quibus totius rei geſtæ ſeriem prodit. Extant ipſæ in Vaticana bibliotheca (b) quas ne ſit quod deſideres, licet ſatis tibi ad rei geſtæ cognitionem eſſe poſſint, quæ ex ipſo Anaſtaſio ſunt recitata) hic

Repertum corpus S. Cæciliæ.

(b) Bibl. Vatic. plut. 3. n. 153. & alio exempl.

tibi

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLIX. Anno Hegiræ CCVI. inchoato die 6. Junii fer. 5. A. C. 821.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6314.

☉ 18. F. ☽ 5. P. 24. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 821.

PASCHALIS PAPÆ 5.

LUDOVICI IMP. 8.

MICHAELIS BALBI IMP. 2.

tibi eas reddendas exiſtimavimus, quamvis mendis obſitas, ut in antiquis accidit: ſic enim ſe habent omiſſo exordio præponi ſolito litteris Apoſtolicis:

IV. *Cum ſummæ Apoſtolicæ dignitatis apex in hoc divino perſpectus nitore dignoſcitur perfulgere, cum in exercendis Dei laudibus impenſius ſtudebit exhibere * certamen: Ad hoc & injuncta nobis ejuſdem Apoſtolicæ paſtoralis compulit ſolicitudinis cura, quæ ad ſtabilitatem piorum pertinere dignoſcitur locorum, ubertim promulgare, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura confirmare. Et quia convenit noſtro Apoſtolico moderamini, ut diverſa corpora Sanctorum, quæ diu inculta jacuerunt, cum ſumma vigilantia ob honorem omnipotentis Dei intra hujus almæ Urbis clauſtra honeſte congregare, inter quos & corpus beatæ Cæciliæ Martyris, pervigiles omnino inquirere deberemus: Et quia jamdudum fama inter quoſdam vulgaverat, quod ejuſdem beatæ Cæciliæ corpus ab Aiſtulpho Longobardorum Rege furtim fuiſſet ablatum: idcirco pene oblivionis obtentu poſtponere credebamus. Unde tamen, Domini annuente clementia quadam die dum ante Confeſſionem B. Petri Apoſtoli pſallentium, matutinali luceſcente Dominica, reſidentes obſervaremus harmoniam; ſopore in aliquo corporis fragilitatem aggravante, aſtitit nobis puella pulcherrima, virginali aſpectu & habitu decora. Et talia nobis intuens, ait: Multas tibi gratias referimus, quod * cunctamen, quod in medium appoſueras, fruſtratoriis relationibus pervulgatis ſine cauſa, reliquiſti: quia tanto penes me appropinquaſti, quod ore proprio loqui communiter valeremus.*

* conamen

Paſchalis Papæ litteræ Apoſt. de invent. S. Cæciliæ corporis & aliorum.

* certamen

V. *Et dum a nobis diligenter interrogata fuiſſet, tu quis es, & quod eſt nomen tuum, quæ talia, me * præmonendo, conaris? Reſpondit: Si de nomine quæris, Cæcilia, inquit, famula Chriſti vocor. Cui ſubiungens dixi: Quomodo hoc credere poſſumus cum olim fama relatum ſit quod idem ſacratiſſimæ Martyris corpus a Longobardis inde fuiſſet ablatum? Quæ ita reſpondens dixit veritas eſt, quod me multum deſideraverunt, & quæſierunt, ſed gratia Dominæ meæ ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariæ affuit, quod nec me invenire, nec me deportare, ſicut voluerant hinc longius potuerunt. Sed ſicut cœpiſti, * perge, & ſicut operaris, indeſinenter operare, quia Omnipotenti Deo me tibi placuit revelare. Et corpus meum cum aliis corporibus ſanctis, quæ ſunt juxta me recondita, in Titulo, quem nuper reparari mandaſti, recondere ſtude intra muros Urbis. Et hæc dicens, abſceſſit.*

* præſumendo

Se prodit Cæcilia Paſchali.

* perage

*Tunc etenim pro hujus revelationis manifeſtatione, omni poſtpoſita difficultate, incunctanter, & abſque ambiguitate ipſius venerabilis virginis corpus inquirendum decrevimus. Qui & annuente Deo ejuſque ſolito adjuvamine properantes in cœmeterium S. Sixti ſeu Prætextati, ſitum foris portam Appiam (ſicut in ſacratiſſima illius paſſione manifeſte narratur) inter collegas Epiſcopos in aureis indumentis cum venerabili ſponſo reperimus. Ubi & linteamina, cum quibus ſacratiſſimus ſanguis ejus abſterſus eſt de plagis, in quibus ſpiculator trina percuſſione crudeliter ſe * geſſerat, ad pedes beatiſſimæ virginis in unum revoluta, plenaque cruore invenimus. Quæ omnia noſtris manibus * attrectantes, cum venerabili corpore honeſte intra muros hujus Romanæ Urbis induximus.*

Corpus S. Cæciliæ inventum.

* inceſſerat

* pertractantes

*Pro cujus deſiderabili * dilectione Titulum, quem piæ devotionis affectu ſanctus Papa primus Gregorius doctor eximius dicaverat, laxatum exiſtentem, Dei annuente clementia, in meliorem ſtatum a novis fundamentis fecimus reſtaurari, & ad honorem omnipotentis Dei, ejuſdem virginis corpus cum chariſſimo ſponſo atque Tiburtio & Maximo Martyribus, necnon Urbano & Lucio, utriſque Pontificibus, ſub ſacro altare B. Andreæ Apoſtoli dedicantes collocavimus* †. Erat (ut audis Lector) primarium altare Tituli S. Cæciliæ a S. Gregorio, qui Eccleſiam conſecravit, in honorem S. Andreæ Apoſtoli dedicatum: nam erga ipſum S. Apoſtolum fuiſſe S. Gregorium amore propenſiſſimum, quæ dicta ſunt ſuperiori tomo ſignificant. Pergit vero Paſchalis, de monaſterio Titulo itidem Sanctæ Andreæ, & aliorum Sanctorum juxta eamdem Eccleſiam a ſe erecto, iſta ſubjungens:

VI.

* devotione

Titulus reſtauratus.

† Alia lectio inferius non in ſuo loco poſita: Sub altare ſupradicti Apoſt. Corpus prædictæ S. Virginis Cæciliæ cum prædictis Martyribus, & Rom. Pontificibus almis conſtituentes condidimus.

*Ibique ad laudem Creatoris inſtaurato monaſterio beatorum Andreæ Apoſtoli & Gregorii Confeſſoris, necnon in honorem ſanctarum virginum & Martyrum Agathæ & Cæciliæ infra Eccleſiam in loco, qui dicitur Collis * jacentis. In quo monachorum Deo ſervientium congregationi unanimi conſuluimus pro quotidianis laudibus & pro ſubſidio, & luminarium continuatione, ſeu utilitate & ſtipendio monachorum die noctuque Domino Deo noſtro devotione debita perſolvendis, &c.* Quæ ſequuntur ſpectant ad alia Paſchalis opera, quibus aliis religioſis locis conſuluit, ut Hoſpitali Sancti Peregrini poſito apud S. Petrum. *Quæ omnia* (inquit *qui exſcripſit*) *in Epiſcopali libro plenius continentur.*

* Proti & Jacinthi locus titulo proximus, ubi erant corpora dictorum Martyrum.

VII. Hujus autem tranſlationis memoriam teſtatam etiam reliquit idem Paſchalis Papa poſita ante faciem altaris inferius in Confeſſione in marmorea tabula hujuſmodi inſcriptione.

De monaſterio inſtaurato

Hanc



Inſcriptio ſepulcri SS. Cæciliæ & ſociorum.

*† Hanc Fidei zelo Paſchalis primus ab imo*
*Eccleſiam renovans. Dum corpora ſacra requirit,*
*Elevat inventum venerandum Martyris almæ*
*Cæciliæ corpus. Hoc illud marmore condens.*
*Lucius, Urbanus huic Pontifices ſociantur.*
*Voſque Dei teſtes Tiburti Valeriane,*
*Maxime cum dictis conſortia digna tenetis.*
*Hos colit egregio devote Roma patronos.*

Crux ineſt in eadem tabula inter iſtos verſus ſculpta frangens nonnihil ipſos.

VIII. Quanto autem decore & munificentia locum illum ipſe Paſchalis Pontifex exornarit, idem qui ſupra Anaſtaſius, qui cuncta etiam oculis vidiſſe potuit, utpote ejuſdem ſæculi ſcriptor, narrat. Sed antequam eadem recenſeamus, quæ in ejuſdem Eccleſiæ abſide Sanctorum imaginibus muſivo opere exornata, ejuſdem Pontificis extant carmina deſcribamus; quamvis (ut conditio ferebat temporis) in culto loco ſint ipſa parum exculta, & exarata auro ferrea pene ipſa, ſed pietate decora, quæ ſic ſe habent:

*Hæc domus ampla micat variis fabricata metallis:*
*Olim quæ fuerat confracta ſub tempore priſco,*
*Condidit in melius Paſchalis Præſul opimus*
*Hanc aulam Domini firmans fundamine claro.*
*Aurea gemmatis reſonans hæc Dyndima templis.*
*Lætus amore Dei hic conjunxit corpora ſancta.*
*Cæciliæ & ſociis rutilat hic flore juventus.*
*Quæ prius in cryptis pauſabant membra beata.*
*Roma reſultat ovans ſemper ornata per ævum.*

IX. In vertice autem ipſius abſidis arcus ejuſmodi eodem opere habetur ſignum litteris intextis expreſſum, quo Paſchalis nomen inſcribitur P S antea de alio nuſquam viſum. Primus CAL enim id genus ſigni mutuatus viſus eſt Paſchalis a Carolo & Ludovico Impp. qui ejuſmodi uſi ſignis reperiuntur. Riſimus plane qui Gregorio Papæ primo, vel anteceſſoribus Romanis Pontificibus pro inſignibus ſcuta tribuunt (ut nunc moris eſt) diverſis imaginibus picta, cum eorum uſus longe recentior ſit.

Paſchalis ſignum.

Quod vero ad ejuſdem Eccleſiæ ornamenta pertinet, Anaſtaſius narrat, ſed primum de Monaſterio iſta ſubiicit: *Pro quorum Sanctorum honore idem venerabilis Pontifex Paſchalis conſtruxit monaſterium ſub nomine virginum & Martyrum Agathæ & Cæciliæ, juxta ipſius Eccleſiam, in loco, qui dicitur, Collis jacentis, in quo monachorum Deo ſervientium Congregationem pro quotidianis laudibus in præfato Titulo S. Cæciliæ die noctuque omnipotenti Deo decantandis conſtituit. Pro quorum ſubſidio, & luminum concinnatione, & utilitate, & ſtipendiis monachorum ab ipſo pia devotione adducti ſunt redditus, ſive ex agris, ſive ex vineis, atque domibus, & ruſtica familia, ſcripta ejus auctoritatis pagina pro nominata monachorum Congregatione factum donationem confirmavit.*

Rurſum de monaſterio & ejus redditibus.

X. *Quin etiam idem ſanctiſſimus Præſul amore venerandorum Sanctorum, ejus Eccleſiæ abſidem muſivo opere decoravit, & ciborium fecit miræ magnitudinis ex argento penſans libras quingentas & quinque & uncias octo. Propitiatorium denique ſacri altaris, ſeu Confeſſionem interius exteriuſque ex laminis argenteis mirum in modum perficiens compſit, penſantem ſimul libras ſexagintatres & uncias .... Ad ſacrum vero ejuſdem virginis corpus obtulit imaginem ex argenteis laminis penſantem libras nonagintaquinque? Fecit etiam ante veſtibulum altaris regularem veſtitum ex laminis argenteis & columnas duas, ubi & poſuit arcum unum, & gammadias duas, penſantia omnia hæc ſimul libras centum & ſemis. Obtulit ſuper ipſam Imagines ex argento deauratas tres, penſantes ſimul libras quadragintatres & ſemis. Fecit ſæpefatus Præſul ſuper arcus ejuſdem Eccleſiæ calices majores ex argento numero vigintiſex, penſantes ſimul libras centum novem & ſemis. Item ubi ſupra obtulit caniſtra ex argento duo penſantia libras duas & uncias novem. Gabatham ex auro puriſſimo penſantem libras tres, alias gabathas ex argento tres penſantes libras quinque. Thuribulum ex argento deauratum penſans libras ...... unam.*

Ornamenta a Paſchali oblata.

XI. *Hic item benigniſſimus Pontifex obtulit veſtem de blatthi Byzanteo habentem in medio tabulam de chryſoclavo cum hiſtoria, qualiter Angelus beatam Cæciliam, Valerianum & Tiburtium coronavit, cum periclyſi de chryſoclavo mira pulchritudine exornatam. Fecit ibidem & veſtem de fundato alythino, habentem in circuitu periclyſin de holoſerico. Et ob amorem ejuſdem imaginis fecit aliam veſtem de fundato purpureo, habentem in medio Crucem ex auro textam, & compte decoratam: ſic in dicto altari obtulit veſtem aliam ſigillatam cum roſulis, habentem*

in

*in medio Crucem de blatthi cum periclyſi de blatthi Byzanteo pulcherrime ornatam. Obtulit & in prænominato altare veſtem de quadraplo.*

*Idem venerabilis Pontifex fecit ibidem vela alythina, pendentia in circuitu altaris quatuor, habentia Cruces & gammadias de fundato & quadraplo. In arcella vero, ubi venerabile caput ejuſdem virginis condidit, fecit veſtem parvam de Tyrio cum periclyſi de blatthi; & obtulit ubi ſupra veſtem de fundato praſino: item aliam veſtem de ſtauraci cum periclyſi de chryſoclavo: & veſtem de blatthi cum periclyſi de chryſoclavo.* Quod de capite Cæciliæ in arcella (ut ait) poſito habet hic auctor: neſcimus quomodo acciderit, ut idem corpori redditum fuerit. Siquidem conjunctum corpori caput ipſum, nuperrime (ut dicetur) inventum eſt: ſed forte loco, caput, legendum corpus. Pergit rurſum idem Anaſtaſius:

XII. *Fecit & in jam dicta Eccleſia vela Tyria cum periclyſi de blatthi Byzanteo numero decem. Item vela praſina cum periclyſi de chryſoclavo numero quatuor. Obtulitque vela alythina numero tria, ſimulque vela de fundato parva cum periclyſi de blatthi numero duo; pariter vela Tyria cum periclyſi de fundato duo: & ſuper arcus præfatæ Eccleſiæ vela de fundato numero duodecim, & de quadraplo quatuordecim: & inter arcus presbyterii vela parva cum periclyſi de blatthi Byzanteo numero duodecim. Fecit & in ingreſſu ejuſdem Eccleſiæ cortinam majorem de quadraplo & ſtauraci pulcherrime exornatam.* Hactenus ibi.

At quid acciderit his diebus, cum tomum hunc Annalium prælo propediem ſubiiciendum recognoſceremus in Tuſculano, morantes apud Sanctiſſimum D. N. Clementem Papam VIII. exigit opportunitas ac dignitas argumenti, ut hic deſcribamus.

XIII. De inventione corporis S. Cæciliæ.

Cum enim ejuſdem Tituli S. Cæciliæ presbyter Cardinalis Paulus Sfondratus, nepos ſanctæ memoriæ Gregorii XIV. Rom. Pont. poſt exornatam a ſe eamdem Eccleſiam, adiiceret animum ad Confeſſionem ipſius nobilius illuſtrandam, atque locupletandam, delectis Sanctorum reliquiis ſumma induſtria perquiſitis, & in urnis argenteis pluribus magni pretii collocatis, ut eas ibi reconderet, ſed non caperet locus patens inter altare & Confeſſionem, neceſſe habuit ſpacium dilatare. Quod dum fieret, vetus excavatum foramen detegitur pervium ad corpus S. Cæciliæ, per quod (ut alias ſuperius diximus) ſoleret fidelium pietas dimittere ſudariola, quæ tactu ſepulcri Martyris haurirent gratiam ſanitatum. Sicque per ipſum inventum eſt pariter venerandum ſepulcrum illud, quo claudebatur ſacrum corpus inſignis virginis atque Martyris Cæciliæ, de qua inſcriptio foris poſita, certam & exploratam in omnibus fidem faciebat.

XIV. Pontifici nota fit inventio S. Cæciliæ.

Quid tum ille? exemplo (a) Joannis, qui etſi cucurrit citius Petro, & prius venit ad monumentum, abſtinuit tamen ab ingreſſu ſepulcri, deferens Apoſtolico culmini perveſtigationem ipſius: munita mox capſa ſigillis, cucurrit feſtinus in Tuſculanum ad ſummum Pontificem, ut de tanto invento theſauro ipſum præſens redderet certiorem. Laborabat ipſe ſanctiſſimus Clemens acrioribus podagræ doloribus, & licet nullum ad audientiam admitteret, ubi tamen ejus adventus cauſam cognovit, ſtatim præſentem adeſſe voluit, & audire cuncta, quæ facta eſſent. Quibus magna animi delectatione perceptis, ex eo tamen doluit, & gemuit, quod eo detineretur ex mala valetudine impedimento, & non valeret (quod maxime optaret) ad inviſendam & ſalutandam tantam Martyrem properare. Sed ceſſit impedimentum iſtiuſmodi meo lucro: etenim me tanto licet munere indigniſſimum præmiſit explorare, & adorare venerandum Cæciliæ corpus. Sicque nulla penitus interpoſita mora, eadem celeritate qua venit, rediens & ipſe eadem die Romam, ſimul ad ipſum Titulum S. Cæciliæ ſummo veſpere læti pervenimus.

(a) Joan. 20.

XV. Arca cupreſſina illæſa ſervata.

Vidi, quæ in marmoreo monumento poſita erat, arcam cupreſſinam, qua ſacra membra Cæciliæ claudebantur, operculo ductili clauſam, eamdemque modice læſam: ut vehementer fuerim admiratus, quomodo poſt octingentos ſeptuagintaocto annos, potuerit arca lignea humectante illam marmoreo, ſui natura ſepulcro, ſubtus terram abſque ulla aeris participatione locata, ita integra & illæſa ſervari, & non penitus tanta humiditate laxata, jam diſſoluta marcuerit, ſed fortis, ſolidaque perſtiterit, ut abſque læſione tangere, contrectare, amplexari quis eam pro arbitrio poſſet & ſtringere, integrum adhuc uſum ipſo ejus operculo ductili retinente, ut ad oſtenſionem duci poſſet pariter & reduci: quod ſæpe ſæpius fieri contigit pluribus diebus illis, quibus antequam eodem in loco, in Confeſſione iterum conderetur, dum idem venerandum corpus intus clauſum quamplurimi videre cuperent & venerari.

Cum nos iſta de lignea arca non ſine magna admiratione vidiſſemus: ad id quod intus detinebatur ſacrum Martyris corpus intuendum devenimus. Ac plane, ſecundum illud Davidicum (b): *Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri.* Etenim ut a Paſchali Papa inventum & reconditum fuiſſe legimus (& ſuperius re-

(b) Pſ. 47.



recitavimus) venerandum Cæciliæ corpus, ita invenimus, nempe ad pedes ejus quæ fuerant, madida ſanguine vela; & ſerica fila auro obducta, quæ viſebantur, jam vetuſtate ſolutæ veſtis illis auro textæ, cujus idem Paſchalis meminit, indices erant.

XVI. Situs corporis ſanctæ Cæciliæ in ſepulcro.

Alia vero ſupra Martyris corpus ſerica, levia tamen velamina poſita, ipſaque depreſſa ſitum ipſum & habitudinem corporis oſtendebant. Viſebaturque (quod admiratione dignum erat) non ut aſſolet, in ſepulcro reſupinum poſitum corpus, ſed ut in lecto jacens honeſtiſſima virgo ſupra dextrum cubare latus, contractis nonnihil ad modeſtiam genibus, ut dormientis imaginem redderet potius, quam defunctæ, ipſo ita ad inſinuandam in omnibus virginalem verecundiam compoſito ſitu corporis; adeo ut (quod æque mirandum) nemo quamvis curioſus inſpector, auſus omnino fuerit virgineum illud detegere corpus, reverentia quadam inenarrabili repercuſſus, perinde ac ſi cœleſtis ſponſus aſſiſteret vigilans cuſtos dormientis ſponſæ, monens & minans (a): *Ne ſuſcitetis neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.* Vidimus, cognovimus, & adoravimus. Die vero ſequenti illuceſcente ſuper eamdem Confeſſionem obtulimus Deo in memoriam & honorem tantæ virginis & Martyris & aliorum conditorum ibi Sanctorum ſacrificium Miſſæ: inde vero ad ſummum Pontificem, qui miſerat, reverſi in Tuſculanum, ſingula viſa retulimus.

(a) Cant. 3.

XVII. Parat ſolemnem repoſitionem Clemens Pap.

Audivit ipſe cuncta magna animi voluptate, ſimulque de ſolemni mox cogitare cœpit repoſitione ejuſdem venerandi corporis in Confeſſione, quam non per alium quempiam quantavis dignitate pollentem, ſed ipſe celebraturus eſſet ſolemniſſima pompa. Condicitur certa dies, ipſe natalis ejuſdem Cæciliæ virginis. Interim de parando pretioſiori loculo cogitans, aureum facere meditatur, ſed diſſuaſus, eo quod impiis effoſſoribus ſepulcrorum illecebræ aureum eſſe ſoleret argenteam prægrandem, quæ ipſam etiam integram cupreſſinam caperet, arcam fabricari mandavit. In qua elaboranda, inſtar Beſelehelis inſpirati divinitus enituit induſtria excellentis opificis: qui veluti alterum cœlum corpori, cujus eſſet in cœlo anima, fabricans, thecam illam ſtellis auri fulgore micantibus exornavit. Eſt pretium ejus quatuor millium trecentorum nonagintaduorum aureorum, in qua ejuſmodi poſita eſt foris inſcriptio.

CORPVS S. CÆCILIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS
A CLEMENTE VIII. PONT. MAX. INCLVSVM
ANNO M. D. IC. PONTIF. VIII.

Intus vero in argentea lamina ab ejuſdem Tituli dicto ſæpe ſuperius Paulo Cardinali presbytero totius rei geſtæ ſeries ita deſcripta fuit:

XVIII. Inſcriptio intra ſepulcrum poſita.

*Hic requieſcit corpus S. Cæciliæ virginis & Martyris, quod a Paſchali primo Pont. Max. ipſa revelante, repertum, & in hanc Eccleſiam tranſlatum, & ſub hoc altari una cum corporibus SS. Martyrum Lucii & Urbani Pontificum, necnon Valeriani, Tiburtii & Maximi reconditum, iterum poſt annos fere octingentos, Clemente Octavo Pontif. Maxim. cum iiſdem SS. Martyribus lucem aſpexit, die vigeſimo Octobris, anno Dominicæ Incarnationis M. D. IC. Cujus ſanctæ virginis corpus prædictus D. N. Papa Clemens veteri lignea capſa, in qua jacebat, argenteæ incluſa, intactum, immutatumque hoc eodem loco, in quo fuerat collocatum, poſt peracta Miſſarum ſolemnia maxima cum devotione & lachrymis, toto ſpectante populo, repoſuit XXII. Novembris, ipſo feſto virginis die M. D. I C. Ad cujus latus in alia ſeorſum capſa prædicti tres Martyres Valerianus, Tiburtius, & Maximus requieſcunt. Necnon ſub ipſo virginis corpore in alia ſimiliter arca prædicti duo Martyres ac Pontifices Lucius & Urbanus, prout a Paſchali Pontifice omnes in iis conditi ſunt.*

*Ego Paulus Tituli ſanctæ Cæciliæ S. R. E. presbyter Cardinalis Sfondratus, cui licet miſerrimo peccatori prædicta corpora, quæ diuturnitate temporis fere in tenebris jacebant, & invenire, & videre & venerari a Deo optimo Maximo datum eſt, memoriam hanc hiſce litteris conſignavi.* Ita inſcriptio in ſepulcro poſita. Cœptam vero jam hiſtoriam proſequamur.

XIX. Clemens Pap. inviſit inventum corpus S. Cæciliæ.

Interea vero cum idem ſummus Pontifex incolumis rediiſſet e Tuſculano: adivit una cum S. R. E. Cardinalibus ipſam Eccleſiam S. Cæciliæ, ut ejuſdem virginis atque Martyris inviſeret, ac veneraretur ſacra pignora: ubi cum adeſſet educto operculo, cupreſſinæ illius capſæ, venerandum quoque Angelis Sanctiſſimæ ipſius corpus, iis quæ diximus (ut poſitum fuerat a Paſchali Pontifice) opertum velis vidit, & veneratus eſt, atque ei tunc quam ſciret omni auro gemmiſque eſſe gratiorem oblationem, preces obtulit, una cum lacrymis oblationis cordis indicibus; necnon in honorem Martyris incruentum Chriſti Corporis ſacrificium: reliqua ſolenniori ritu impleturus religionis officia, ipſo qui pro-

proxime adeſſet die natali Martyris. Iſta tunc fuere oblata virgini digna tanto Pontifice munera.

Modeſtia Pont. commendata. Sed ejus plurimum in eo commendata modeſtia fuit, quod invitatus licet, noluit, reductis velis, nudum virginis corpus quantumlibet exiccatum inſpicere, cui eſſe videretur loco ruboris cuſtodis verecundiæ virginalis, ſanguis aſperſus; ſatis ad fidem eſſe ſciens, membra ſingula cognoviſſe per ſuper poſita vela, atque vidiſſe a prædeceſſore inſcripta ſepulcro atque deſcripta diplomate ſignacula illæſa reperta, atque divinitus conſervata. Veneratus eſt pariter poſt hæc ſanctiſſimos prædeceſſores Pontifices Urbanum & Lucium, necnon Valerianum, Tiburtium, atque Maximum Martyres in eadem Confeſſione reconditos, tunc ipſi ad breve temporis ſpacium, amoto operculo, demonſtratos.

XX. Solemnis repoſitio S. Cæciliæ corporis. Ubi autem exoptata advenit dies natalis ejuſdem S. Cæciliæ, ipſe Pontifex una cum ſacro Senatu, ipſo Collegio Cardinalium præſto fuit; atque etiam celebri pompa, ritu ſolemni ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium obtulit. Quo ſumma religione perfuncto, miniſterio diaconorum adiutus, arcam illam argenteam jam antea conſecratam, detulit in Confeſſionem, in eaque cupreſſinam illam, quæ venerandum corpus virginis & Martyris Cæciliæ continebat conſuetis adhibitis precibus, collocavit atque intra lapideum monumentum utramque ita ſimul compoſitam clauſit. Dicenda adhuc plurima eſſent de miraculis his diebus, quibus magno populi concurſu eadem frequentabatur Eccleſia, editis: ſed quod longiori ea indigeant narratione nec abutenda nobis eſt licentia conceſſæ digreſſionis: hæc ſatis ſunto.

XXI. (a) Pſ. 33. (b) Pſal. 128. (a) Audiant manſueti & lætentur (b): Confundantur autem & convertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion, impii Novatores, apoſtatæ, Hagiomachi conſortes Apoſtatæ Juliani, quem una cum ipſis Theologorum antiquorum vertex Gregorius (c) ejuſmodi exagitat invectiva: *Non victimas pro Chriſto cæſas veritus es? Non magnos pugiles extimuiſti, Joannem illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Stephanum, Lucam, Theclam, eos qui & poſt illos & ante illos periculis ſe obiecerunt? qui cum igne & ferro, & belluis, & tyrannis, & præſentibus malis & denuntiatis, veluti in alienis corporibus, immo quaſi corporum expertes, dimicarunt. Cur? ne pietatem vel verbotenus proderent. Quibus præclari honores & feſta conſtituta ſunt; a quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur; quorum apparitiones, & prædictiones; quorum vel ſola corpora idem poſſunt, quod animæ ſanctæ, ſive tangantur, ſive honorentur: quorum vel ſolæ ſanguinis guttæ, atque exigua paſſionum ſigna idem poßunt, quod corpora.* Iſta Theologus, & cum eo omnes pariter Patres, Eccleſiaſtici tractatores, & univerſa demum cum eis Eccleſia, quibus ſicut una eademque ineſt communicatio Fidei, ita & certæ expectatio ſpei & cum Deo fruitio, quæ nunquam excidat charitatis: a quibus ſecluſi voluntarii extorres apoſtatæ, apoſtatis Angelis ſicut in perfidia ſociis, ita & in æterno ſupplicio comites inhærebunt, & ſecundum propheticum illud (d): *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, vindicis iræ Dei, & partis vulpium erunt.* Quod Deus ab eis avertat: cupimus enim ſalutem, & non interitum miſerorum.

(c) Greg. Nazian. in Jul. orat. 3.

In Novatores invectiva ex Greg. Naz.

(d) Pſal. 62.

XXII. Legationes Paſchalis ad Ludovicum. Quod rurſum ad Paſchalem pertinet, duas hoc anno miſiſſe ad Ludovicum Imperatorem legationes, habent Annales rerum geſtarum ejus. Priori legatione functos tradunt Petrum Epiſcopum Centumcellenſem, & Leonem Nomenclatorem; poſteriori vero Theodorum Primicerium & Florum cum muneribus. Quæ autem negotia per eos tractata fuerint, nuſquam mentio. Addunt etiam perlatum hoc anno nuntium Ludovico Imperatori de nece Leonis Imperatoris Conſtantinopolitani, & ſubrogatione Michaelis Balbi, de quo modo nobis dicendum erit, ſimulque de ſtatu Orientalis Eccleſiæ ſub eodem Michaele.

Status Eccleſiæ Orientalis ſub Michaele. Cum igitur innotuiſſet ubique Leonis Imperatoris perſecutoris Orthodoxorum interitus, a Catholicis omnibus, qui vel in carcere & vinculis, vel relegati tenerentur in inſulis, vel deliteſcerent in montibus & ſilvis, ſive extorres profugi, huc illucque diſperſi eſſent, Deo redditæ ſunt immenſæ gratiæ, quod liberati eſſent de ore leonis, inter quos Theodorus Studitarum Præpoſitus, quo plus cæteris fuerat ærumnis preſſus, eo alacrius gratias ingentes Deo, qui Tyrannum abſtuliſſet, digne perſolvit, & imitatus Gregorium Nazianzenum in Julianum Apoſtatam ſcriptis invectum, itidem ſuis epiſtolis eumdem ut Apoſtatam lancinavit, Dei prædicans in his potentiam & fortitudinem. Cum ergo de nece Imperatoris audiſſet, mox ad Naucratium ſuum diſcipulum, egregium Confeſſorem iſta reſcripſit, jam ab eo, qui Conſtantinopoli detinebatur in carcere, de omnibus, quæ acciderant, certior factus:

*Naucratio filio (a).*

XXIII. (a) Theod. l. 2. ep. 73. Cod. Col. (b) Matt. 2. *Sacrarum litterarum verba ſunt (b): Vox in Rhama audita eſt, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari. Ego vero infelix voce commutata, jure illud dixerim: Gaudii fauſta nuntia nobis audita ſunt ex reverentia tua, quorum gratia exultet non civitas hæc aut illa, ſed quæ ſub cœlo ſunt fere univerſæ, quia ſuſtulit Dominus non Seon Regem Amorrhæorum, neque Og Regem Baſan, Reges parvos, ſed nuper exortum magnum draconem, & magnam orbis partem populantem, tortuoſum ſerpentem, & blaſphema ſibilantem, abominationem deſolationis, vas iræ, filium Tabeel, ne dicam Cabalini nepotem, Achab, Juliani exemplar, complementum mali, contumelioſum in Chriſtum, Deiparæ hoſtem, adverſarium Sanctorum omnium, quorum enim ſacros characteres perſecutus eſt, & e medio ſuſtulit, eorum proculdubio hoſtis penitus, & perſecutor fuit. Lætentur cœli, & exultet terra, fluant montes dulcedinem, & colles juſtitiam. Cecidit hoſtis, contritus eſt qui nos cædebat; obſtructum eſt os loquens iniqua; repreſſa*

De nece Leonis Theodori epiſtola.

PAGIUS

I. Ludovicus Aug. confirmat partitionem Regni inter filios. A Num. XXII. ad XLIX. Eginhardus in Annal. hoc anno ſcribit: *Iterum Conventus menſe Majo Noviomagi habendus condictus eſt. Comites qui illuc venirent deputati. Eo Dominus Imperator, poſt Feſti Paſchalis expletionem, per Moſam navigavit: ibique conſtitutam annis ſuperioribus, atque conſcriptam, inter filios ſuos Regni partitionem recenſuit, ac juramentis Optimatum, qui tunc adeſſe poterant, confirmavit. Suſceptiſque ibidem Paſchalis Romani Pontificis Legatis, Petro videlicet Centumcellenſi Epiſcopo & Leone Nomenclatore, eiſdemque celeriter abſolutis, Comitibus etiam, qui aderant, ad expeditionem Pannonicam deſtinatis, ipſe paululum ibidem remoratus, Aquaſgrani reverſus eſt.* Partitio illa inter filios Ludovici Pii an. DCCCXVII. facta fuerat, eaque Lotharius filius natu maximus in conſortium Imperialis Nominis a patre vocatus eſt relicta Bajoaria, ei antea commiſſa. *Pippinus* alter filius jam in Aquitanici Regni conſortium adſcitus, in eodem confirmatus eſt Regno, eique præter tres Aquitanias, ut quondam ſub Ludovico Rege, pagus Toloſanus cum integra Septimania, Ditionibuſque Francorum in Hiſpania poſitis attributus. *Ludovicus* filius natu minimus, in Locum Lotharii fratris, a patre Rex Bojoariæ conſtitutus eſt, ut liquet ex Capitulis XVIII. quæ Baluzius Tom. I. Capitul. Reg. publicavit.

II. Epocha Lothario poſt patris mortem uſurpata. Porro valde notanda hæc Eginhardi verba, *Conſtitutum annis ſuperioribus atque conſcriptam inter filios ſuos Regni partitionem recenſuit.* Ludovicus enim Aug. Pippinum filium anno DCCCXIV. rurſumque anno DCCCXVII. Aquitaniæ Regem conſtituerat, & Ludovicum alterum filium anno DCCCXVII. Bojoariæ Regem renunciarat; ſed *Bernardus* ejus nepos uſque ad annum DCCCXVIII. quo miſere periit, Longobardiæ Rex fuerat. Quare cum anno DCCCXX. Lotharium filium, qui jam Imperialis Nominis conſors erat, Longobardiæ Regem dixerit, in Conventu Noviomagenſi quæ *annis ſuperioribus* in filiorum favorem egerat, confirmavit. Neque enim ante annum DCCCXX. Lotharium Longobardiæ Regem præfecit, quia ſc. Regni illius conjurati antea comprimendi erant, ut recte conjecit Chiffletius in Probationibus Hiſtoriæ Trenorcienſis pag. 268. Ab anno itaque DCCCXX. *Lotharius* poſt Ludovici patris mortem, annos Regni ſui Italici de more deduxit, ut oſtendunt complura ejus Diplomata, quæ annum Imperii ſui a morte patris deducti numero vicenario ſemper excedunt. Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. XXVI. num. XV. varia hanc in rem exempla profert, uti confirmationem donationis a Lothario factæ Cœnobio Grandiſvallis *VIII. Kal. Septem. anno Imperii Domini Lotharii XII. Pii Imperatoris in Italia XXX. & in Francia X. Indict. XII.* ideſt, anno DCCCXLIX. ante Kalendas Septembris Indictione XII. notato. Annus Lotharii XII. proficiſcitur ab anno DCCCXXXVIII. [1] quo Ludovicus Aug. novam partitionem fecit inter Lotharium & Carolum filios, ut eo anno videbimus; annus Lotharii in Italia regnantis XXX. petitur ab anno DCCCXX. ut numeranti patet;

NOTÆ [1] LOtharium regni ſui epocham quandam ab anno 838. duxiſſe, vix credo, cum nullum ex tot ejus diplomatibus illam exhibeat, & Grandivallenſe illud diploma, unde eam Pagius extruſit, corruptam præferre lectionem ipſi pariter Mabillonio creditur. Illud autem non ſatis fideliter ex Mabillonio Pagius recitat, ita enim apud eumdem effertur *VIII. Kalendas Septembris anno Imperii Domni Lotharii XII.* ( pro *XII.* lege *pii* ) *Imperatoris in Italia XXX. & in Francia X. Indictione XII.* Illud *pii* correctio eſt Mabillonii, qui ſic legendum ſuſpicatur, loco numeralis notæ XII. quam forte Amanuenſis aliquis per hallucinationem loco *pii* quod forte erat in diplomate, ſubſtituit. Hanc Mabillonii lectionem genuinam eſſe, inde etiam patet, quod tres regni epochas in Diplomatibus numquam Lotharius expreſſerit. Hac igitur numerali nota ſublata, novam pariter Lotharii epocham huic innitentem ruere neceſſe eſt. Vide Muratorium rerum Italicarum tom. II. p. 1. p. 220.

Alteram vero regni ſui Italici epocham cœpit quidem Lotharius ab anno 820. ſed citius aliquanto, quam Pagius cenſuerit; nam invaluiſſe die XVI. Aprilis probat charta Corbini cujuſdam pro monaſterio Caſaurienſi vulgata in appendice chronici Caſaurienſis a Muratorio rerum Italicarum tom. II. part. II. col. 925. Signatur enim illa *Imperantibus Domino Lothario, & Ludovico filio ejus, anno Imperii eorum trigeſimo quarto, & tertio, die XVI. menſis aprilis per indictionem primam.* Is eſt annus 853. quo proinde ea menſis die jam cœperat annus Lotharii XXXIV. ab anno 820. ductus. Denique apud Campi *Iſtoria Eccleſiaſtica di Piacenza* tom. I. in appendice, extat charta ſignata annis *Imperii Ludovici, & Lotharii ſeptimodecimo & undecimo menſe martio, Indictione octava, nempe anno* 830. ex quo liquet Lotharii epocham etiam ante martium anni 820. cœpiſſe. MANSI

*manus Abeſſalom, periit durus corde Pharao; & nondum mihi tempus & locus, ut auditu digna eloquar de peſſimo dracone.*

*Hoc vero adiiciam ad ea, quæ dixi: oportuiſſe Apoſtatam, eo quo ſcripſiſti modo, vitam abrumpere; oportebat noctu tenebrarum filium occumbere: oportebat eum, qui divina templa devaſtarat, in Dei templo nudatos in ſe gladios cernere: oportebat ad divinum altare confugientem non ſalvari, qui altare ipſum deſtruxerat; in eam manum, quæ extenſa in ſancta fuerat, ſectionem inferri: in fauces, quæ impia eructarant, gladium diſtringi; in humerum ejus, qui contumelioſe Chriſto inſultabat, opportunum vulnus infligi; pro juſti ſanguinis effuſione injuſtum ſanguinem ſpargi: pro ſectione & dilaniatione membrorum atque tergorum inviſa Deo membra concidi: pro morte ſancta impiam mortem exhiberi; & pro purpura panniculis indui ſemen inglorium.*

XXIII. Quomodo juſti lætentur malis impiorum.

*Nec vero de caſu gaudens impii, quin gemens & lugens mortis genus ſugillo: ſed quia malus male peribit, ut veritatis (a) eſt ſententia, & omnis, qui contra Deum juveniliter inſurgit, condigna factis capiet etiam hic, necdum enim dico futurum extremum ignem, quo exterminabuntur omnes impii & injuſti. Quid vero poſt hæc? Novo Joſia opus eſt, vel ſi vis, Joviano quopiam, vel alio ex ſimilibus, qui Domini zelo ardens, dejecta erigere ſtudeat, divulſa coaptare, Deo reddere quæ Dei ſunt (ut dicitur) reſtituere imaginem Chriſti & Deiparæ, ac Sancti cujuſque; non quod conciderit umquam Chriſti imago; abſit, ſed ut nos, qui per impietatem cecidimus, ſuſcitemur. Talis ut ſit, optamus peccatores, videaturque piiſſimus Imperator a Deo promotus; & ſiquidem ita ſit, optimum & in perpetuum laudabile. Sin per peccata mea non ita: attamen nos in Chriſti confeſſione, non ſpernentes ſacrum ejus carcerem, nec quicquam pro Deo formidantes, ut Deus ipſe hortatur. Hæc oſtende Confeſſoribus tuis; quos & ex nobis ſaluta; Frater tuus Nicolaus impenſe ſalutat.* Hæc Theodorus, qui ejuſdem in omnibus argumenti ſcripſit epiſtolam (b) ad Joannem Logothetam, qua & deſcribit totidem ferme verbis Leonis occubitum peccatis condignum. Fuerat & hic unus ex Confeſſoribus.

(a) Matt. 21.

(b) Theod. l. 2. ep. 80. Cod. Col.

XXV. Edicto Imper. relaxati Confeſſores.

Inter hæc autem Michael Imperator ubi eſt potitus Imperio, edictum promulgavit, ut omnes exules Orthodoxi liberati carcere, vel exilio libere ad propria redire poſſent, de quo edicto agens Michael in Theodoro hæc ait: *Poſtquam vero qui adverſarios aufert Deus? ſicut ait Propheta (c) recordatus eſt gemitus ſervorum ſuorum, & a ſuperbo & arroganti Apoſtata pœnas exigit, impio iiſdem in locis, in quibus imaginem Domini deſpexerat, in viſceribus percuſſo: tum Imperium quidem qui eum necaverat, Michael ſtatim corripuit: Patrum vero calamitates finem illico acceperunt, Imperatoris edicto reditum omnibus indulgente; etſi enim hæreticarum partium is erat; haudquaquam tamen impudentia ſimilis priori, nec moleſtus ulli erat, quod ei obſequi nollent, quæ vellent agere ſinens unumquemque.* Hæc ipſe. Theodorus autem exilio liberatus ex promulgato pro Orthodoxis edicto, exiſtimans Imperatorem revera Orthodoxum, ipſum mirum in modum præconiis tollens, hanc ad eum ſcripſit epiſtolam (d):

(c) Iſai. 63.

(d) Theod. l. 2. ep. 74. Cod. Col.

*Michaeli Imperatori.*

XXVI.

*Æquum eſt quam maxime hoc tempore ex ore omnium, qui perſecutionem paſſi ſunt, parari laudem, primum quidem Chri-*

PAGIUS tet; annus vero Lotharii X. in Francia regnantis deducitur ab anno DCCCXL. quo patri in Imperium ſucceſſit. Refert ibidem Mabillonius clauſulam Præcepti a Lothario pro Eccleſia Aeduenſi dati *V. Nonas Julii, anno Imperii Domni Lotharii Pii Imperatoris in Italia XXXIV. & in Francia XIV. Indict. I.* qui characteres competunt in annum DCCCLIII. quo annus XIV. Regni Lotharii a die XX. Junii currebat per Indictionem I. & annus XXXIV. Regni Italici ab anno DCCCXX. in curſu erat. Neuter enim annus Regni Italici Lotharii ab alio Chriſti anno deſumi poteſt; quam ab anno DCCCXX. Mabillonius loco laudato dicit, ſe nondum aſſequi potuiſſe, cur *Lotharius* exordium Italici Imperii mortuo patre ab anno DCCCXX. petierit. Sed Chiffletius citatus jam rationem tetigerat, & Cointius anno DCCCXL. num. LX. nuper Chiffletii conjecturæ calculum ſuum adjecit. Verum Chiffletius & Cointius circa hanc Epocham Lotharianam aliqua in medium adducunt, quæ non poſſum non improbare. Sed hic non eſt ejus rei locus. Porro hæc Lotharii Epocha anno ſuperiori ante diem ultimum menſis Maii inchoata; in parte enim II. Bullarii Caſinenſis Conſtitutio XXX. a Ramperto Epiſcopo Brixienſi data his verbis clauditur: *Actum anno Dominicæ Incarnat. DCCCXLI. anno Imperii Chriſtianiſſimi Hlotarii Imperatoris XXII. Indictione IV. pridie Kalendas menſis Junii.* Quare Lotharius eo Chriſti anno poſtremo menſis Maii die Regni Italici annum XXII. jam auſpicatus erat. Hinc in laudatis exemplis anno DCCCLIII. die tertia Julii jam numerabat annum Regni ſui Italici XXXIV. & die XXV. menſis Auguſti anni DCCCXLIX. jam attigerat annum ejuſdem Imperii XXX. Sed redeo ad Eginhardum.

III. *Geſta in Conventu ad Theodonis villam.*

Subjungit Eginhardus: *Medio menſe Octobrio, Conventus generalis apud Theodonis villam, magna populi Francorum, frequentia celebratur: in quo Domnus Lotharius, primogenitus Domni Imperatoris Ludovici Irmingardem Hugonis Comitis filiam, ſolemni more duxit uxorem. Illuc etiam Legati Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Theodorus Primicerius ac Florus ſuper iſta cum magnis venere muneribus. Eminuit in hoc Placito piiſſimi Im-*



Epiſtola Theodori ad Imperatorem.

*ſto univerſorum Regi, deinde veſtro a Deo cuſtodito Imperio, per quod adepti ſumus relaxationem vincti, dimiſſionem carcerati, conſolationem afflicti, libertatem condemnati, reditum exules. Et quidem recte videor exiſtimare, imitationem Chriſti Imperium veſtrum futurum, ut ſimile ſimili reddens, dicat & ipſum (a) iis, qui vincti ſunt, exite; & iis, qui in tenebris, revelamini. Et benedictus Dominus Deus Iſrael, quoniam erexit cornu ſalutis nobis, novum David, alterum Joſiam, pacifici Imperii Regem, qui faciens faciet quæ placita ſunt Deo: qui lapſa reſtituet, diſſecta conjunget; percutiet & ſanabit, & tertia die (ut prophetice (b) loquar) reſurget.* Alludit enim ad edictum tertia die datum pro Orthodoxis reſtituendis. Sed pergit:

(a) Iſai. 49.

(b) Oſe. 6.

*Quoniam autem, Chriſti æmule Imperator, quos in hæreſi mors occupavit, ii in perditionis partem abierunt, Chriſtum negantes, dum ejus imaginem negarunt, quamvis Chriſtiani appellarentur: Credere enim in Chriſtum nihil aliud eſt, quam quod Filius Dei & Patris perfectus homo factus imagine exprimitur ſecundum ſimilitudinem noſtram, ut non ſit aliud quippiam, quam ſumus nos, manens idem incircumſcriptus cum Patre & Spiritu quatenus eſt verus Deus. Sic itaque intelligatur mediator Dei & hominum, tamquam utriuſque utraque habens, & in utrovis nulla parte deſtitutus, ſicut omnis ſanctorum Patrum chorus vociferatur. Et ſicut in Imperio veſtro expreſſæ imaginis ſuſceptio confeſſio eſt Imperii veſtri, & contra: ita & in Chriſto Rege univerſæ terræ idem ſumere licet, ac multo magis, quia Regni ejus non erit finis.*

XXVII.

*Si ergo in negatione imaginis Chriſti, negare Chriſtum ipſum, omni veritate demonſtratum eſt: perſpicuum eſt, & in adorationis ejus improbatione, Chriſti quoque ipſius adorationem abrogari. Atque ideo univerſa, quæ ſub cœlo eſt, ab ipſa Apoſtolica prædicatione, ut teſtatur & aſpectus, per picturam, & auditus per ſcripta monumenta, ſanctam imaginem Chriſti, Deiparæ, Angelorum (quandoquidem cum corpore pinguntur & iſti divino mandato, licet ſint incorporei) & Sanctorum, qui diverſis temporibus fuerunt in divinis templis, ſacriſque vaſis, gerit & adorat.*

Negatores Chriſti imaginis Chriſtum negant

Unionem exoptat cum Rom. Eccl. peragi.

*Quamvis nuper Eccleſia noſtra a quatuor Patriarchis divulſa, nequicquam prævaricata eſt. Sed nunc tempus acceptabile, nunc dies ſalutis, ut reconciliemur nos Chriſto, auſpice & probante pacato Imperio tuo. Ut uniamur nos vertici Eccleſiarum Dei Romæ, & per eam tribus Patriarchis. Ut unanimiter, uno ore, glorificemus Deum & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti cum Filio & Spiritu ſancto, magnificantes & veſtrum piiſſimum & optabile Imperium.* Hactenus ad Michaelem Imperatorem Theodorus, cum eum ex factis iis (ut diximus) crediderit Orthodoxum.

XXVIII. Reditus Theodori Conſtantinopolim

Sic igitur Theodorus ſolutus vinculis nihil antiquius habuit, quam iter Conſtantinopolim verſus dirigere, quo diſperſos diſcipulos congregaret, ſuumque repararet monaſterium. Fuit autem reditus ejus, veluti poſt victoriam adornatus triumphus, longioris viæ ſpacio circumductus: quem a Michaele deſcriptum, hic reddere, congruum exiſtimamus, utpote omnium qui in hoc prœlio certaverint præcipui coryphæi; ut cujus vidimus repetita ſæpe & ſumma gloria conſummata certamina, ejuſdem ſpectemus quoque triumphum, opus Dei, cui facile (c) eſt in momento honeſtare pauperem, & humilem exaltare: ſed audiamus:

(c) Ezech. 11.

*Cum igitur* (inquit) *ſolutus exilio cum cæteris divinus Pater fuiſſet poſt ſeptimum*

PAGIUS *Imperatoris miſericordia ſingularis, quam oſtendit ſuper eos, qui cum Bernardo nepote ſuo in Italia contra caput & Regnum ſuum conjuraverunt. Quibus ibi ad præſentiam ſuam venire juſſis, non ſolum vitam & membra conceſſit; verum etiam poſſeſſiones judicio legis in fiſcum redactas, magna liberalitate reſtituit. Adalhardum quoque de Aquitania, ubi exulabat, evocatum, Corbeiæ Monaſterii, ut prius fuerat, Abbatem ac Rectorem eſſe juſſit. Cum quo & Bernardum fratrem ejus reconciliatum, eidem Monaſterio reddidit.* Theganus cap. 28. ad illud conjugium refert originem diſcordiarum, quæ *Ludovicum* inter & *Lotharium* primogenitum ejus poſtea exarſerunt: Hugonem enim, cujus filiam *Lotharius* duxit, authorem pravorum conſiliorum totiuſque mali fuiſſe dicit.

IV. *Varia Capitula in eo condita.*

In Conventu apud Theodonis villam habito conditi ſunt quatuor Canones, quos Labbeus Tom. VII. Concil. pag. 1519. repræſentat, & recte cum hoc Chriſti anno alligat. In Præfatione Patres XXXII. qui huic Synodo interfuere, queruntur, quod in Vaſconia *noviter* Joannes Epiſcopus occiſus fuerit, ſed mutilis Epiſcoporum indicibus, qui per hæc tempora Eccleſias Vaſconiæ rexere, cui Eccleſiæ Joannes præfuerit, incompertum. Baluzius ad hunc annum aliud Capitulare in quinque Capitula diſtinctum publicavit cum hoc titulo: *Capitulare anni DCCCXXI. ſive Capitula data apud Theodonis villam an. DCCCXX.* (legendum, an. DCCCXXI.) *nunc primum edita*, &c. Nec alium annum ſcripſit idem Baluzius in ſuis ad Capitularia Notis pag. 1055. ubi laudat Capitulare, *quod a Ludovico Pio editum eſt anno DCCCXXI.* In poſtremo Capitulo hujus Capitularis, Imperator Capitula, quæ *præterito anno* Legi Salicæ cenſuit addenda, non amplius Capitula, ſed Legem dicit, & pro lege teneri præcipit, talique mentione Legis Salicæ non obſcure ſignificat, ipſum Capitulare hoc anno conſignandum eſſe; cum anno DCCCXX. Salicam Legem multis Capitulis auxerit. Deinde Capitulare Triburienſe, de quo anno ſequenti, eo an-

De itinere Theodori & rebus in eo geſtis. *mum annum, quam ejectus fuerat: age qualis ejus reditus, quales omnium quam illuſtres, quacumque tranſibat, occurſus honoris & gratulationis ergo fuerint, intueamur. Per familias etenim, ſodalitateſque diſtributi, certatim omnes contendebant, quis prius eum tecto exciperet, quis ei prius lautia præpararet, probrum ducentes, idque maximum in hoc officio poſteriorem videri. Ut vero ad lacus locum pervenit, cui Metata, nomen eſt: ibi multo celeberrimus atque honorificentiſſimus occurſus fuit, Leone illo admirabili, ac finitimis Xerolopſi accolis ſua propemodum omnia ad ejus adventum, profundentibus, nihil enim antiquius illis erat, quam Patrem magnifice honorare, illiuſque preces obtinere, quibus pretioſius nihil ducebant. Poſtquam vero ibi exceptus, habituſque pro dignitate fuit, profectus inde eſt ad Pteleas, quo in loco dies non paucos egit, tum propter loci ſitum elegantem, tum quod multorum adventantium capax eſſet. Ibi cum alios ex diſcipulis confluentes excepit, tum germanum fratrem ſuum Joſephum Theſſalonicæ Archiepiſcopum, quorum omnium aſpectu non mediocriter recreatus, diuturnamque abſentiam præſenti congreſſu compenſans, eximio lætitiæ ſenſu perfundebatur.* Sed quæ a Sancto in via edita ſigna ſunt, idem Michael quam fideliſſime recenſet, atque primum de Leone, apud quem diximus hoſpitatum, eodem ipſo ex Leone teſtante, atque iſta eo dicente poſt obitum ejus, viro ſane fidei ſinceriſſimæ.

XXIX. *Redeunti ab exilio cum iter hac eſſet, Theodoro contigit, ut paulo poſtquam domo mea aberat, puellam quamdam e vicinis filio meo quippe jam maturo in nuptiis apto deſponderem: quam in nuptiarum celebritate, canticis hymniſque perſtrepentibus, vehemens repente febris invaſit, luctuque omnia complevit, mortem illi oſtentans miſerrimam. Mœrentibus ergo nobis ob duplicem calamitatem: tum quod nuptialem hilaritatem turbari videbamus; tum propter teneræ atque immaturæ virginis obitum, quem timebamus: ego cum aliud ſolatium nullum eſſet, ad Sanctum miſi feſtinanter (nondum enim procul admodum ab ædibus noſtris proceſſerat), opem implorans puellæ, mihique in primis, qui multo gravius divexabar: at ille confeſtim oleum ab ſe benedictum remittit, eoque jacentem ungi jubet. Quod ſimul ac peregi, puella meliuſcule habuit, febriſque ardore liberata eſt, ita ut, quod curatione ipſa mirabilius eſt, numquam amplius illam vel minimum infeſtarit.*

*Alias vero cum ſolus, re ita poſcente, remotum ad vicum proficiſcerer, repente obviam, neſcio unde advolans facta eſt pardalis, quæ teribili aſpectu in me converſa, tantum non irruebat, & membra mea, miſere depaſcebatur. Ego vero qui in tanto tamque certo diſcrimine quid agerem non habebam: animum refero ad magnum Theodorum, in illo uno ſpem omnem collocans ſalutis: cui minime dubia fide nixus, intrepida voce pardalim compello: Abſcede a me fera bellua, nec me propius attingere aude: quoniam ad Chriſti famulum Theodorum pergo, cujus ego ſervus, qui tutor, ac cuſtos meus eſt in omnibus. Mirum dictu, nomine audito, bellua evolans e veſtigio, terramque contuens, terga dedit, & viam quaſi ſtudio declinans longiſſime ab ea receſſit.* Subdit his de alio Leone idem Leo, ſic rem geſtam admirandam valde referens.

*Vicus eſt, Achirao, nomine, in quo habitabat* Leo *ille infelici conjugio fe-* XXX.

*minæ*

PAGIUS anno datum eſt ad petitionem Epiſcoporum hoc anno in Theodonis villa congregatorum, ut in eodem legitur.

V. *In eo exules omnes revocati.* Eginhardus citatus de duobus exulum generibus, quos hoc anno Ludovicus Imp. ab exilio revocavit, intelligendus. Alios enim eodem quo Carolum patrem amiſerat anno, alios vero eo relegarat anno, quo *Bernardum* Italiæ Regem exauctoravit, priores nempe anno DCCCXIV. poſteriores anno DCCCXVIII. Primi generis fuerunt tres fratres, Adelhardus, Wala & Bernarius, eorumque ſoror Gundrada, quorum pater Bernardus Comes, Pippini Regis frater, Caroli Magni patruus extitit. Exularunt per ſeptennium, ut teſtatur Paſchaſius Ratbertus, in Vita Sancti Adalhardi num. XLV. ubi ait: *Ad Petram, quæ Chriſtus eſt, fratrum animos ſolidabat* (nempe in Monaſterio Herienſi, ubi exulabat), *quibus paterna ex acie* PER SEPTENNIUM *ita diſcretione virtutum vallatis, factum eſt, Domino annuente, ut ſui exulatus jam finem faceret*, &c. *Quo factum eſt, ut peracto tempore cum ſummo tandem revocaretur obſequio, ut priſtinam reciperet dignitatem, paſſim omnibus exultantibus & congratulantibus pene cunctis*, &c. *Interea tum eodem cogente Principe compellitur recipere ſuum Sanctæ vitæ Cœnobium flagitantibus filiis ſuis*, &c. *Solvitur itaque ſæva multorum captivitas, eorum maxime qui ex Regio pollebant ſemine. Redditur ergo in uno libertas omnibus, quocumque in loco tenerentur, niſi quos vita prius mors privarat. Tum deinde quorumdam tonſura propter furoris ſævitiam illata tranſit ad coronam, & dant Deo ſponte, quod dudum inviti quaſi ad ignominiam ſuſceperant.* Baronius anno DCCCXVII. Adalhardi exilium, anno vero DCCCVXII. numer. V. ejus reditum collocavit. Verum non tantum Eginhardus citatus; ſed etiam Annaliſta Bertinianus Adalhardum hoc anno ſuo Monaſterio redditum tradunt, ideoque & eum anno DCCCXIV. in exilium miſſum eſſe nos edocent.

VI. Alterius generis exules fuerunt, Anſelmus, Wlfoldus, & Theodulphus, Epiſcopi, Anſelmus Mediolanenſis & Theodulphus Aurelianenſis ſuas

Ec-



*minæ copulatus, quam immundus ſpiritus obſederat. Hanc dæmon tam atrociter agitabat, ut ſuas ipſa carnes laniaret ac devoraret, nullum interim ſenſum doloris capiens nec miſeræ conditionis. Cum ergo per eas oras tranſiret Sanctus, aſello inſidens (hoc enim in longioribus itineribus vehi ſolebat) obviam cum uxore Leo occurrit lachrymis profuſus, vultu dejecto ac mœrore proſtrato, precibus imis obteſtans, ut afflictæ ſuccurreret, atque violentum adeo infeſtumque dæmonem profligaret: cujus miſericordia tactus, gravique ærumnæ compatiens Sanctus manum illico vertici mulieris imponit, Crucis ſignum inprimens, & notas adverſus pravos ſpiritus preces addens, quibus peractis; finem ſimul cœpit feminæ calamitas, infeſto dæmone fuga penitus elapſo illamque ſanam ac ſui compotem relinquente. Huic porro miraculo aliud inſuper acceſſit conjunctum. In ipſo enim impuri ſpiritus exceſſu, avulſi utrique tum manuum, tum pedum mulieris ungues prolapſi ſunt, magno ſpectantium ſtupore, atque atque incredibilium obſidentis virium indicio.* Hactenus de Leone Leo. Ita plane cedens imperio viri ſancti ab eo ſæpe victus perfidus dæmon fugæ ſigna, Deo ſic agente, reliquit, ut ſcirent omnes, quoniam mirificavit Dominus Sanctum ſuum, coronis plurimis de iteratis ſæpe confeſſionibus redimitum, de proſtrata perfidia Iconoclaſtarum triumphum agentem. Sed audi quod ab eodem his ſubiicitur grande in itinere perpetratum miraculum:

XXXI. *Fluvius eſt (inquit) Ptelearum agrum percurrens, qui agreſti vocabulo dicitur Onopnictes: ob eam opinor cauſam nomen id ſortitus, quod multa id generis jumenta, nempe aſinorum ſuis undis abſorbeat ac præfocet. Is non raro intumeſcens, exundanteſque fluctus alveo effundens, non ſolum armenta, aliaque animantia rapit, ſed totum fere Pteleenſium agrum cum incolis nonnumquam obruit, ac penitus devaſtat. Cum igitur eo adventantem aliquando ſanctum incolæ vidiſſent: pari omnes ſtudio preces obtulerunt, uti calamitatem hanc eximere evellet, quam perniciem, ruinamque ſuam appellabant, quaque perſeverante, injucundam ſibi, nec vitam fore vitam ipſam affirmabant. Quorum vota nullo momento differans, feſtinat ad fluvium Theodorus: veſpertinos hymnos Deo perſolvit, Crucem ligno efformatam in ripa quæ, exundare ſolebat, defigit: Quam ex eo tempore contuens fluminis curſus, numquam effluens, ſuos alveo fluctus compeſcuit, nec damnum amplius ullum intulit eluvione.* Iſta Leo ſui temporis res geſtas & quæ ſpectavit oculis proſecutus. Ita plane Deus hiſce ſignis, ceu divinis characteribus illuſtravit Sanctum ſuum ut tum Orientalibus, tum univerſo Chriſtiano innoteſceret orbi, nonniſi veritatis Orthodoxæ eſſe Theodorum prædicatorem, quem tanta miraculorum gratia illuſtraret, Apoſtolico more, Deo ipſius prædicationem (a) confirmante ſequentibus ſignis. Omiſſis autem reliquis, quæ ab eodem auctore narrantur miraculis, cœptum Conſtantinopolim uſque iter ipſius proſequamur:

(a) *Marc.* 16.

XXXII. *Diverſatus ergo in Pteleis aliquo temporis ſpacio Theodorus: iter inde Pruſam verſus intendit. Quo ſimul eum qui Olympum incolunt, veniſſe cognoverunt, accurrerunt protinus omnes videndi illius cupidi & audiendi: charus enim illis jam pridem erat & acceptus: quos ut congruenti ſingulos ſermone affatus eſt, mul-*

*tiſ-*

PAGIUS *Theodulphus Ep. ſuæ Sedi reſtituitur.* Eccleſias recepere, ſed Wlfoldus Cremonenſis Epiſcopus in exilio obiit, ut videre eſt apud Ughellum Tom. IV. in Epiſc. Cremonenſibus. Baronius anno DCCCXXXV. num. III. arbitratur, *Theodulphum* eo tantum anno e carcere liberatum eſſe, idque occaſione Carminis ad diem Palmarum in Eccleſia canendi ab eo compoſiti. Verum præter Auctores citatos Auctor Vitæ Ludovici Pii Adalhardi liberationem ad hunc annum refert, & Annaliſta Fuldenſis eamdem gratiam cæteris omnibus factam his verbis teſtatur: *In villa Theodonis omnes, qui ſuo tempore in exilium miſſi fuerunt, revocavit, & ſingulos in ſtatum priſtinum reſtituit, poſſeſſiones quoque judicio legis in fiſcum redactas magna liberalitate reſtituit.* Theodulphi mors hoc anno accidiſſe videtur, ut anno DCCCXXXV. quo ejus obitum Baronius recitat, videbimus.

VII. Venio nunc ad ea quæ in Imperio Orientali peracta. Georgius Monachus in Vita Michaelis Balbi de eo ſcribit: *Is cum parum aliquid ſuperioris malitiam temporis leniiſſet, hactenus ſolum, ut qui carcere detenti eſſent, qui laboribus ſubacti, qui exilio relegati, libertatem, mitioriſque aliquid tractationis velut in ſomnis animo cogitaret, cum Deceſſoris, ominoſi hominis atque impii exoſam Deo ſententiam ſubocculte faveret, parique ac ille ratione, dira hæreſeos unco ex ſumma rationis abſentia ac imperitia, transfixus eſſet. Quamobrem habito Conventu, ait,* „ ſane ii qui nos præceſſere accuratam ſcrutati dogmatum ſententiam, de „ illis quoque rationem reddituri ſunt, num „ bene, an male ſtatuerint. Nos autem in „ quo Eccleſiam incedentem accepimus, in eo „ & manere ſatius ducimus. *Erat Balbo filius Theophilus nomine, ex Euphroſyna, quem Imperiali corona in magna donavit Eccleſia. Sanxit autem nulli liberum eſſe de Imaginibus ſermonem movere, ſed ut faceſſerent ac de medio fierent, tum Conſtantini Synodus, tum Taraſii, ac quam nudius tertius de hujuſmodi quæſtionibus Leo habuiſſet; altoque ſilentio Imaginum memoriam damnavit.* Ita Georgius, qui tamen Euphroſynam Theophili novercam, ejus matrem perperam appellat. Sed hac de re infra.

*Michael Imp. ſancit ne ſermo de Imaginibus habeatur.*

VIII. Idem habent Leo Grammaticus, Conſtantinus Porphyrogennetus, aliique, tam de co-

ro-

*viſque charitatis officiis pro viribus impertivit, relicta Pruſa, Chalcedonenſem viam ingreſſus eſt, Theoctiſtum illum viſurus, qui olim magiſtri dignitate boneſtatus, nunc vero monaſticum inſtitutum ipſo inſtitutore ac paſtore complexus eſt: cujus haud parum aſpectu recreatus eſt, tantum in eo virtutis, tantum cernens rectæ vitæ ſtudium & exemplum.*

Theodorus Nicephorum convenit.

*Pergit deinde ad Patriarcham, Nicephorum dico ejus certaminis ſocium & amicum in cœnobio ſuo ad fretum ſito commorantem, cujus congreſſum in ſumma deputans voluptate, totus toti inhæreſcit, exquiſitis verbis ſuam in illum voluntatem affectumque conteſtans, priſtinæque ſeparationis tædium præſenti nunc conjunctione abſtergens. Poſtquam igitur optatis abunde potitus eſt, & alios quoque adire virtutis diſſeminandæ cauſa ſuadebat, illo ad breve tempus relicto, Creſcentis (uti vocant) loca petiit, in quibus a multis tum monachis tum ſæcularibus officii gratia confluentibus, ſalutatus omnibus utilia & ſalutaria exundanti divinarum rerum ubertate lingua pandebat.*

XXXIII. Petro Anachoretæ quid conſulat Theod.

*Adfuit inter cæteros Petrus ille celeberrimus, incomparabili virtute, tum alia plurima cum Patre tractaturus, tum de ſiniſtra fama, quam ipſi conflabant æmuli, ejus vitam & acta reprehendentes: erant enim nonnulli qui hominem vellicarent, eo quod vitam illum a communi lege remotam agere, & miraculis non exiguis florere cernebant. Quem quidem de ſingulis accurate interrogans Pater, cum in omnibus recta ſentire deprehendiſſet, ac virtutem, gratiæ ope, conſequutum eſſe excellentem: Novum hoc (inquit, ſi me audis, ac penitus intactum vitæ genus paululum remitte; maliſque ſimilem aliis rationem tenere, quæ proſit ſimul atque expediat: pane hoc, quo cæteri veſcuntur, ad victum utens & vino interdum, cibiſque aliis quantumlibet, ut & bis veſci videare, faſtumque ex inedia cibique abſtinentia devites, & iis, qui tibi nunc detrahunt, os claudas, nullaque in re carpi poſſis. Deinde quoniam tibi inter cætera mos eſt nudis pedibus ingredi: mea quidem ſententia id minime neceſſarium videtur: quia ſatius duxerim te integumento aliquo pedes munire, eoſque per hiemem illæſos ſervare. Quæ cum ille in hunc modum ſuaſiſſet, ejus viciſſim accuſatores verbis admonuit, ne tantum virum temere proſcinderent, nec judicium ſibi accerſerent, contraria illi ſentientes, qui laudare potius, admirarique talem virum debeant.* Inter hæc autem affuit legatio miſſa ad Nicephorum Patriarcham ab Epiſcopis in Cherſone relegatis, cum nondum illi ſciviſſent, vel accepiſſent de relaxatione exulum edictum novi Imperatoris; datumque in mandatis Legato (is fuit Agapetus ſanctiſſimus monachus) ut ſalutaret Theodorum Studitam: qua occaſione ſcripſit tunc Theodorus ad ipſos Epiſcopos hanc epiſtolam:

*Epiſcopis propter Dominum Cherſonem relegatis (a).*

(a) Theod. l. 2. ep. 92. Cod. Col.

XXXIV. Ad relegatos in Cherſone epiſcopos.

*Veræ charitatis opus eſt, fideique non fictæ demonſtratio, quod tanto ex locorum intervallo unum de exulibus fratribus miſit paterna ſanctitas veſtra Agapetum reverendiſſimum monachum vel potius beatiſſimum, juxta id, quod a Domino dictum eſt de iis, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, ad viſitandum primum quidem divinum ac ſupremum caput; deinde nos quoque minimos in fratribus & filiis ſpiritualibus. O præclarum conſilium! o ſinceram dilectionem! Et quorumnam aliorum quam eorum, qui propter Chriſtum elegerint a domeſticis ſepa-*

PAGIUS

Filium Imp. coronat & ſævit in Cultores Imaginum.

ronatione Theophili, qui poſtea Michaeli ſucceſſit, quam de Imperiali Decreto adverſus Sacras Imagines. Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis Nummum exhibet, in quo legitur, MIXAHL S. ΘEOFILOS Cernuntur in eo protomæ Impp. Michaelis Palliati & Theophili cum loro & ſtemmatibus crucigeris. Et in Epiſtola utriuſque Imperatoris ad Ludovicum Pium, recitata a Baronio anno DCCCXXIV. n. XVIII. legitur: *Michael & Theophilus fideles in Deo Imperatores Romanorum*, &c. Conſtantinus Porphyrogennetus lib. 2. num. VIII. Michaelem his verbis depingit: *Cum jam Michael Imperio potitus eſſet, ſuoque illud nutu moderaretur, ſcribit per Epiſtolam Beatus Nicephorus, rogans inſtaurari fidem, & ut denuo Sacris Imaginibus ſua veneratio cultuſque adhiberetur.* Ad quem „ Michael: non veni, *inquit*, ut in dogmatis ac fide aliquid innovarem, neque ut eorum quo jam tradita ſunt ac explorata quidpiam exagitarem ac everterem. Quiſque igitur quod viſum fuerit, ſibique arriſerit, ſecure faciat, nihil inde ſibi laborum timens, nihil quod moleſtiam faciat. *Non tamen in finem uſque hujus tenax propoſiti fuit, qui ne a principio quidem verus Chriſtianus extiterit, ſed quanto magis compos Imperii fiebat, tanto mala indole ac ſæviſſima adverſus Chriſtianos, genuſque ſuum bellum acrius excitavit: modo quidem Monachos deſpuens, omniſque generis diris ſuppliciis torquens, aliaſque ex aliis pœnas excogitans; modo alios fideles, miroſque religioſos in carcerem trudens, ac exilio relegans.*

IX. Prava ejus dogmata & conſtituta.

Paulo poſt: *quantum autem Dei hæreditatem premebat, aprique in morem depaſcebatur, tanto Judæos vectigalium ac præſtationum onere levabat, quos ſupra omnes mortales præcipue amabat atque colebat. Cumque pictores pulcherrima corpora, quæ penicillo manuque pictis coloribus imitentur, ſibi proponant; hic Copronymi vitam ceu exemplum quoddam, formamque propoſitam habens, accuratiſſime eum reddere ſatagebat; quamobrem ad ſummam impietatis arcem evadit. Modo Sabbatis jejunandum ſanciebat, modo adverſus Divinos Prophetas linguam acuebat; ac tum fu-*



*ſeparari, & longinquam in oram ſecedere, tanto maris ſpacio disjunctam, eaque illic pati, quæ conſentaneum eſt obtingere, clariſſimum hoc ſpecimen eſſe poſſit? Benedictus Dominus Deus, qui vos erga tenuitatem noſtram ſic excitavit, & vires ac gratiam Miſſo dedit, ut nota nobis faceret omnia, quæ peregiſtis, quæque adhuc ſuſtinetis, feliciſſimi Patres, pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quæ quidem audientes gaviſi ſumus, laudavimus, gratias egimus, & diximus: Vere in nobis Deum eſſe lætantem & honoratum confeſſione veritatis.*

XXXV. *Ego vero ſic exiſtimo, non veſtræ tantum incolumitatis gratia, ſed incolarum etiam ſalutis ab omnium conſervatrice providentia conſtitutum fuiſſe veſtrum in eas oras exilium, ſive ſeceſſum. Eo ſiquidem profecti, mox lumina in tenebris, vitæque errore verſantibus vos præbuiſtis duces cæcorum, virtutis magiſtros, præcones pietatis, doctoreſque omnium, quæ hic contra Chriſtum horrendis auſis geſta fuerunt. Ita & ibi & ubique terrarum ac maris veluti faces accendit Dominus Confeſſores ad oſtenſionem veritatis, averſionem impietatis, quemadmodum ſæculis ſuperioribus & magnificatum eſt nomen ejus, probatus electus populus Chriſti, Chriſti oſor cœtus reprobatus.*

*Denique finem vitæ ſortitus eſt magnus draco, mens Aſſyria, dignum temeritate ſua, quam in Deum exercuit. Quomodo autem nunc ſe res hic habeant, ſupervacaneum dicere foret, cum idoneus divina gratia ſit tabellarius, ut omnia doceat exacte, cui nos cum epiſtola diſtributionem quamdam commiſimus, quam ſuſcipere dignemini, venerandas preces ad animæ ſtabilimentum nobis largiendo.* His ſcriptis litteris Theodorus profectus eſt Conſtantinopolim, abſque tamen Patriarcha cum aliis Epiſcopis: non venit Patriarcha, eo quod adhuc hæreticus intruſus pſeudopatriarcha ſederet.

XXXVI. Epiſcopi juſſu Imperatorum coeunt in urbem.

Poſt hæc autem jubet Imperator, ut Epiſcopi omnes tam Orthodoxi, quam etiam hæretici Iconomachi convenirent, atque una ſimul de dogmatibus agerent. His auditis convenientes inter ſe Epiſcopi Orthodoxi confirmaverunt non decere in Concilium unum cum hæreticis convenire, id vetantibus Eccleſiaſticis regulis; ſupplicavere tamen Imperatori, ut ſe audire velit, excuſantes interea ſibi non licere cum hæreticis habere conventum, nec audire penitus, niſi ad correptionem, haſque ad eum litteras omnium nomine conſcripſere: (a) extant ipſæ inter Theodori epiſtolas, utpote quæ ab eo putentur fuiſſe conſcriptæ, quæ ſic ſe habent hac inſcriptione notatæ:

(a) Theod. l. 2. ep. 86. Cod. Col.

*Epiſtola ex perſona omnium Epiſcoporum & Præpoſitorum ad Michaelem Imperatorem.*

Quæ ſcribant Epiſcopi Catholici ad Imperatorem.

*Nos, qui veſtri a Deo coronati Imperii juſſu, in unum convenimus, minimi Epiſcopi ac Præpoſiti primam hanc vocem ſub divinitus conſtituto Regno veſtro edimus, actiones gratiarum & laudes: quod revocati ſimus qui fueramus ejecti: quod miſericordiam experti, qui ærumnis preſſi: quod refocillati fuerimus, qui deficiebamus: ab hieme ad ver; a tempeſtate ad tranquillitatem; a mœrore ad lætitiam, nova quædam & incredibilia cernentes. Tale enim eſt juſtum Imperium veſtrum, lætum, jucundum, optabile, pacatum, juſti amans, multis aliis appellationibus dignum. Quod ad Chriſti veri Dei exemplum diſſidentia coaptat, ægra ſanat, triſtia exhilarat. Eximium quoddam revera Imperium, & iis quæ beata quondam prædicata fuerunt par. Quod laudibus exornare, hominis linguæ haud facile poſſit. Sed quandoquidem hæc ita ſe habent, oramus & obteſtamur in-*



PAGIUS

*turæ reſurrectionis, tum bonis illam comitantibus, fidem detrahebat. Non eſſe prorſus diabolum, ut quem Moſes non tradiderit, affirmabat. Fornicationem amplexabatur, ac ſolum, qui eſt ſuper omnia, Deum juramentis adhibendum ſtatuit. Judam petulca ac effreni lingua Beatis accenſebat: ſalutaris Paſchæ Feſtum cavillabatur tanquam male nec legitimo tempore celebraretur. Græcanicam ac ſæcularem eruditionem ſeu diſciplinam deſpuens, noſtram quoque ac Divinam ſic aſpernabatur, ut nec pueros illa inbui ſineret, ne quis aliquando illius inſcitiæ reſiſtere poſſet, eumque coarguere; neve rurſus diſciplina adjuti oculorum linguæque velocitate in legendo, ejus rei palmam ei præriperent. Adeo enim in componendis litteris, legendiſque Syllabis tardus erat, ut librum quis alius facilius percurreret, quam ſui nominis elementa præ mentis tarditate is recenſeret. Verum hæc miſſa ſunto, ut quæ Viri Sancti ejus ætatis palam exagitaverint. Extant enim libri ejus notantes ac traducentes dedecora.* Idem narrant Cedrenus & Zonaras.

X. S. Nicephorus contempto ejus Decreto Imagines tuetur.

Nicephorum Patriarcham Conſtantinopolitanum ad Imperatorem ſcripſiſſe, his verbis prodit Ignatius Diaconus in ejus Vita num. LXXXIII. *Divini Spiritus ſtylo rectæ fidei doctrinam conſignans, ad Imperatorem recens purpura auctum ac coronatum ſcribere deſtinat: ita ſcilicet ut ei ob oculos vincula ſua ponens, & qui ipſum ex his eruerat Deum; repræſentaret etiam Tyranni fruſtra malignantis probrum pariter atque ruinam, quodque iis in locis in quibus deliquerat, ultore Deo peremptus ſit: tum veram illi atque a Patribus traditam Sacrarum Imaginum religionem delineabat, ac deſcribebat eſſe ejuſmodi, ut non nudiuſtertius, recenſque inventa obtinuerit, ſed ex quo primum prædicationis Majeſtas Apoſtolicæ tubæ clarius inſonante, Orbem pervaſit, venerationi ſit habita. Is porro ſolertem Viri animum admiratus, doctrinæque & eloquii vim maximam reputans, etſi talium omnium maxime rudis erat, imperitiam ex paterna inſcitia velut ſufficientem adeptus ſubſtantiam, in hunc fere modum nunciis, qui Epi-*

digni, ut ſacro ipſo conſpectu veſtro frui nobis liceat, & ſuaviſſimam vocem audire venerandi ac ſapientiſſimi oris veſtri; ut quæ auribus accipimus, oculis intuentes, animo exultemus, quaſi lugubrem quamdam veſtem, mœrorem noſtrum hilaritate permutantes.

XXXVII. Non arbitrio Imp. tractanda divina.

Et quoniam alterum nobis loquendi argumentum de ſincera & inviolata Chriſtianorum Fide noſtra eſt: illud cum reverentia referre audemus: Quod ſi humanum quippiam eſſet, de quo ſermo eſt; & vel in ſanctiſſimi noſtri Patriarchæ poteſtate ſitum, vel in noſtra: non ſolum parum aliquid, ſed totum ipſum cedere oporteret, ita jubente mandato. Cum autem de Deo ſermo ſit, & in Deum, cui ſerviunt omnia: non modo hic aut ille, ſed neque ſi Petrus & Paulus, neque ſi Angelorum quiſpiam foret, demutare quippiam vel minimum auderet, tamquam everſo ea ratione Evangelio univerſo. Jam vero ſermonem refellendi cauſa cum Heterodoxis conferre, Apoſtolico mandato repugnat, minimeque convenit, niſi ad correptionem tamtummodo. Propterea indigni nos Imperii veſtri famuli ne hiſcere quidem contra præceptum audemus.

XXXVIII. A quo docendus in dubiis Imp.

Quod ſi quid eſt hujuſmodi, de quo ambigat, aut diffidat divina magnificentia veſtra pie a Patriarcha diſſolvi poſſe: jubeat magna ipſius & a Deo confirmata manus ad communem utilitatem a vetere Roma ſuſcipi declarationem, prout olim & ab initio paterna traditione tranſmiſſus mos fuit: hæc enim, Chriſti æmule Imperator, ſuprema eſt Eccleſiarum Dei, in qua Petrus ſedem primus tenuit, ad quem Dominus dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Locum hunc recitat (a) Gennadius ad demonſtrandam Apoſtolicæ Sedis auctoritatem ſemper in Eccleſia cognitam & prædicatam: pergunt vero: Hæc noſtra eſt indignorum famulorum poſtulatio, hæc cum Deo humiliatorum exhortatio. Valida ergo Dei manus ſervet te mundo deſiderabilem, piumque Imperatorem Chriſtianorum ad multos annos ſuperſtitem, & ad filios filiorum Imperium tranſmittentem cum proſperis ſucceſſibus, hoſtiumque & inimicorum victoriis. Fiat. Fiat. Hæc Epiſcopi Orthodoxi ad Imperatorem, a quo, ut petierunt, auditi ſunt. Quid autem ibi egerint, Michael in Theodoro his verbis ſignificat:

(a) Genn. expoſ. pro Concil. Florent. c. 5. Sect. 17.

XXXIX. Epiſcopi Orthodoxi quid cum Michaele Imp.

Cum autem una cum ſelectis Epiſcopis Theodorus conveniſſet: omnes inter ſecum Patriarcha conſilium inierunt adeundi Imperatorem, eique preces offerendi, ut & ipſi proprias Eccleſias reciperent, & qui eas occuparant hæretici pellerentur. Sic igitur eum convenientes, omnia commemorantes, quemadmodum ipſi violenter ab ejus deceſſore ejecti fuiſſent, ac divinæ imagines, quarum cultus e cælo, turpiter ac contumelioſe tractatæ, aliaque id genus, quæ res poſceret, diſerte, planeque repræſentantes: agnoverunt, ſe ſurdo canere, verba fundere non intelligenti: Divini enim verbi expers ad eam diem prorſuſque rudis, neque intelligere poterat, ſi quid recti ab eis diceretur, neque animum illis ullo pacto intendere. Qui enim? qui nondum quicquam ſacri vel ex ſeipſo viderat, vel ab aliis fuerat edoctus. Quare prolixæ Patrum, quam de Fide habuerunt, orationi hoc ſolum abſurde, ſtulteque reſpondit.

Imp. quid reſponderit ad Epiſcopos Catholic[os].

Tametſi, inquit, egregia & honeſta ſunt quæ dixiſtis; at mihi nequaquam amplectenda, qui hactenus imaginem nullam colui vel adoravi. Quocirca & me æquum eſt eum manere, qui fui, & vos pariter priſtinum ſtatum retinere, opinioneſque veſtras ſequi. Per me enim licebit; nec cupiam obſiſtam, niſi quod imagines in regia

PAGIUS

Epiſtolam afferebant, fertur reſpondiſſe. Qui nobis priores Eccleſiaſtica dogmata ſcrutari inſtituerunt, non bene an ſecus ſanxerunt, rationem Deo reddituri ſunt, & cætera mox recitata. Has abſona orationis Imperatorias nugas, ubi auribus accepit Beatus Pater, flocci faciens dicta, eaque ad animum ſubire non patiens, priori veritatis ſolidiſſimæ confeſſioni inhæſit. Dialecticis deinde argumentis ac demonſtrationibus adverſariorum fabellas confutans demonſtravit unicam, eamque inter Oecumenicas VII. Synodum, eſſe tenendam, ad quam ſub Taraſio inclyto Paſtore celeberrimi Patres convenerunt: ſceleſtaſque & inanes oſtendens eſſe opiniones Conſtantini adverſus Imagines Sacras, dementiaque qua Leo eas confirmare niſus eſt, ipſumque pariter triumphatum traduxit coram univerſis, quibus inculpati cultus atque fidei cura adhuc aliqua ſuppetebat.

XI. Anonymus in Vita Sancti Nicolai Studitæ de ejus ac Theodori Conſtantinopolim adventu & congreſſu cum Nicephoro Patriarcha ſcribit: Tunc ſane, magnæ quoque illæ pietatis columnæ Theodorus ac Nicolaus Smyrna diſcedentes, ſolo utique nixi baculo, locum ex loco pedibus iter carpendo mutantes, ad Pruſæ partes devenerunt; atque hinc tandem petentes Chalcedonem, deincepſque a trophæo appellati Patriarchæ adſpectu recreati, juſto ſatis tempore, læti admodum cum eo commorantur. Tum videns communis ille Paſtor, toto corpore eos ſtigmata Jeſu circumferentes, honore proſequebatur, habebatque venerationi, ac in omnium conſpectu, cum tempus tuliſſet, ſermonum conſertis Symbolis exornabat. Faceſſat motu adverſus iſtos invidia, manumque ori dementes imponant, qui ſua ipſi nequitia, Orbis illa luminaria invicem adverſa, effreni hactenus ore calumniantur.

SS. Theodorus & Nicolaus S. Nicephorum conveniunt.

XII. Conſtantinopoli exire jubentur.

Cæterum Pontifex hos bene conſulentes aſſumens, una cum præcipuis Metropolitis, operæ pretium duxerunt, ut coram Imperatorem adirent, ſperantes fore ut ſubingreſſa in Eccleſiam ſcandala, ac nequam hæreticos, deiicerent. Ac vero Virum quemdam in dignitate conſtitutum ſequeſtrum



gia urbe a vobis erigi prorſus nolo, ſed extra eam procul, & ubicumque volueritis. Quo audito, ſtatim exierunt, Theodoro ad Creſcentis loca redeunte, ibique cum diſcipulis vitæ ſtadium decurrente.

XL. Haud longum tempus interceſſit, cum Thomas ille defectionem a Romanis inſtituit, & populari circum omnia cœpit, atque infeſtis armis pervagari, transferre ad ſe nitens Imperium. Tum ne in ejus manus veniant qui foris habitabant: regiam urbem omnes ingreſſi ſunt, alii quidem ſponte, alii ab aliis impulſi. Rediit cum cæteris divinus Pater, in eaque vixit, quoad orta ſeditio reprimeretur, diviſæque Imperii partes coaleſcerent. Hæc Michael, quæ hoc anno cuncta accidiſſe noſcuntur: nam liquet ex epiſtola ejuſdem Michaelis Auguſti ad Ludovicum Imperatorem, quam inferius ſuo loco reddituri ſumus, tyrannidem Thomæ ſumpſiſſe principium hoc anno menſe Decembris, Indictione decimaquinta jam inchoata menſe Septembris, atque Conſtantinopolim obſediſſe; ait enim de ipſo Thoma agens: Feſtinus veniens civitatem noſtram obſedit, & navali exercitu circumdedit eam menſe Decembri decimaquinta Indictione. Quod autem ejus obſidio fuit anni unius, & alia, quæ ad eam ſpectant dicemus anno ſequenti.

Tempus obſeſſæ Urbis a Thoma tyranno.

XLI. Nicephorus Patriarcha ad Imp. ſcribit.

Poſt congreſſum cum Imperatore, Theodorus Studitarum Præpoſitus, de omnibus, quæ tranſacta eſſent cum eo, ſuis litteris Nicephorum Patriarcham reddidit certiorem: jam enim eodem ferme argumento, quo Epiſcopi apud Michaelem Imperatorem perorarunt, ſcripſiſſe ipſum Nicephorum Patriarcham ad eum epiſtolam, auctor eſt Cedrenus, dum ait: Nicephorus nobilis Patriarcha epiſtolam mittit, petens ea ſacrarum imaginum reſtaurationem & pietatis revocationem; reſpondit Michael ſe nullum decretum de Fide convellere ſtatuiſſe, neque quicquam eorum, quæ tradita jam & conceſſa haberentur, damnaturum vel mutaturum. Quivis ſecure id ſequeretur atque ageret, quod ſibi probaretur atque liceret. Non tamen in hoc propoſito perſeveravit; quippe qui ne initio quidem verus fuerit Chriſtianus.

Quo ipſo etiam tempore reddidit idem Nicephorus Patriarcha ad Theodorum Studitam epiſtolam, condolens, quod nondum Eccleſia ſua revera pacem conſecuta eſſet poſt necem perſecutoris Leonis. Ea accepta Theodorus eumdem ſanctiſſimum Patriarcham ſpe meliorum niſus eſt conſolari, ſic ad ipſum reſcribens (a):

(a) Theod. l. 2. ep. 79. ex Cod. Colb.

XLII. Theodori Stud. ep. ad Nicephorum Patriarcham.

Nicephoro ſanctiſſimo Patriarchæ.

Scripſit olim miſer, non retributionem litterarum ſpectans: nec enim ſervis Domini debent, ſed meum ipſius affectum declarare cupiens, amore & opportunitate ita cogentibus non incongrue. Tu vero o divina & ſuprema ſacrorum capitum ſummitas, non ſolum reſpondere indigno dignatus es (Dei videlicet exemplo ductus) ſed ab ipſo inſcriptionis exordio tantum nobis humilitatis tuæ culmen oſtendiſti, ut ſtuporem infelici menti noſtræ inieceris. O rem admirandam! Si tantus ac talis dignitate, & huic quidem parem gerens emicantem virtutem, ut facta ipſa teſtantur, filium ſe vilis homuncionis appellavit: vilis ipſe ac nullius rei quod ſibi nomen imponet? Et ſi ſanctimoniæ lampas peccatorem ſeipſum ſubſcribit: peccator & inops quid reſpondebit? Igitur ſi aliud nihil ſcriptum fuiſſet, ſatis erat hoc unum ad accipientis animum obſtupefaciendum, & ad ſcribentis inſuperabilem virtutem extollendam. Poſtquam autem totum libelli contextum humiliter perlegimus: tum multo magis gaviſi ſumus, totum orationis corpus ſuo capiti apte reſpondere animadvertentes. Scis, Dei ſancte, qualia ſpiritu moneate, locutus ſis:



quo-

PAGIUS

ſtrum adhibentes, ingreſſi ſunt ad Imperatorem, eique pro omnibus, ut quiſque valebat, gratias agentes, cum jam Theodorus ſermonem de Eccleſiæ ſanis dogmatis propoſuiſſet: Juſſerat enim a victoria appellatus Nicephorus Patriarcha, ut is fidem exponeret: perculſus Imperator ejus verbis, nolenſque, ut rem dicam dare ſolutionem Eccleſiæ, quippe qui velut anteſignanus Iconomachorum, ejuſdemque ac illi ſententiæ eſſet. Tu, inquit ad divinum Theodorum, in more poſitum habes ſceptris reſiſtere; velut improperans plenam illam libertatis reprehenſionem, quam communis illa Eccleſiæ fax, ceu Phinees æmulator, ſub duobus Imperatoribus Conſtantino (Irenes filio) ac Nicephoro (qui Synodum adverſus Theodorum & ſocios celebrari præceperat, per quam a Monaſterio & Urbe dejecti ſunt) feciſſet. Sane enim ob animi oculos verſantem habebat, quam is quoque miſerabilem mortem Nicephoro Imperatori ob aliene a ratione, contentioſiuſque defenſas adulterinas nuptias, ſpiritu Prophetico prædixiſſet, metuque percuſſus ſiquidem, inquit, eoriam hoſtes Viri virtutem reverentur hiſce eum verbis modeſte repellebat. Denique ubi Imperator lubentiſſime ſacrum Patrum Senatum ſecuritatis ſacramento firmaſſet: quod ſpectat ad recta dogmata, omni ſatisfactione vacuos, e Palatio juſſit abire.

XIII. S. Nicephorus Conſtantinopolim cum illis venit.

Subdit Anonymus, Theodorum ac Nicolaum vale dicentes Nicephoro Patriarchæ ad deſignatum junctum ſimul Pruſæ locum abeuntes illic demoratos eſſe, donec iterum vel inviti in Regiam Urbem reverſi ſunt, quod Thomas rebellis in Romanum Orbem rabiem exerceret. Baronius, qui hanc Sancti Nicolai Studitæ Vitam non viderat, num. XXXV. ſcribit, Patriarcham cum aliis Epiſcopis Conſtantinopolim non veniſſe, eo quod adhuc hæreticus intruſus ſederet, nempe Theodotus. Imo Bollandus in Notis ad Vitam S. Nicephori dicit hanc Vitæ S. Nicolai Periocham σφάλμα eſſe. Verum Michael in Vita Sancti Theodori apud Baronium num. XXXIX. idem ac Anonymus habet quando ait: Cum autem una cum ſelectis Epiſcopis Theo-

*quomodo infirmam mentem noſtram laudum medicamentis confirmaſti: quomodo ad patientiam nos conſtabilieris, ne in afflictionibus deſpondeamus. Et quæcumque alia divina ſapientia pulchre ſuggeſſit.*

XLIII. *Sed benedictus Deus, qui in tanto impietatis metu & concuſſione talem propugnatorem ſimul ac gubernatorem Eccleſiæ ſuæ largitus eſt, inconcuſſum, immobilem, verba vitæ habentem, confeſſionis lumen in univerſo orbi accendentem. Quod ſi hiems nondum præteriit, licet parva quædam ſerenitas affulſerit: non animo deſperandum, o ter beate: Poteſt enim qui brevem pacis ſcintillam conceſſit Dominus, Deum flectentibus precibus tuis, inflexus, etiam totum Orthodoxæ Fidei ver pandere; & nunc nimirum, quando iræ nubes omnino mutabitur, & piorum ac Deum amantium amor probatus clarius fuerit.* Hæc *auſus ſum in præſentia tamquam catulus quiſpiam mutire optimo meo revera Archipaſtori, & qui venerandum enchiridium cum ingenti exultatione ſuſcepi.* Hæc ad Nicephorum Theodorus.

Pacifice degit Conſtantinop. Theod. Cum igitur degeret Conſtantinopoli Theodorus, Imperator vero ob motus Tyranni totus eſſet in rebus bellicis, ſumma fruebatur tranquillitate, beneque uſus occaſione, nihil pretermiſit loquendo, ſcribendo, vel quidvis agendo quod conducere poſſe ſciret Catholicæ pietati; cujus rei gratia ſcripſit eodem tempore epiſtolam Catecheticam ad ſuos monachos nondum in unum collectos, ſed ob præteritam perſecutionem adhuc hinc inde diſperſos, cum ſicut Paſtor in medio ovium ſuarum diſſipatarum colligens eas, ſic eos litteris eſt alloquutus:

*Dilectis ſpiritualibus filiis & fratribus Laurentio, Simeoni, Dionyſio, Pœmeni, Litorio, & reliquis huc & illuc diſperſis, Theodorus peccator monachus in Domino ſalutem.* Catechetica (a).

(a) Theod. l. 2. ep. 90. Cod. Col.

XLIV. Diſperſos congregat & unit Theod. *Gaudere ſemper licet iis, qui ſecundum Deum vitam agunt, etiamſi in triſtia, & lætitiæ contraria devolvantur, quia unum veræ lætitiæ opus eſt, ſpes in Deum, & pro ipſo & per ipſum vivere, & moveri, & aliud quidvis agere. Quod vero ita vos comparati ſitis, res ipſæ teſtantur. Qua enim alia de cauſa diſperſio, labor & vexatio veſtra, quam propter ipſum Dominum Deum noſtrum, tametſi nunc ejuſdem providentia ceſſavit perſecutio, optimi Imperii renuntiatione: & libertatis oſtium patefactum eſt iis, qui eam patiebantur, modica illis relaxatione & pace conceſſa per urbes ſingulas atque provincias? Quo nomine agere Domino gratias debemus, Patres, & precari eum, tum pro abundantiori pace, tum pro confirmatione a Deo electorum Imperatorum noſtrorum. Hic igitur primus ſermo noſter. Proximus, ut & vos & nos relaxationem iſtam, miſſionemque ad virtutis ſolutionem minime accipiamus; ſed ubicumque ſinguli ſimus, idipſum (b) ſapiamus, eandem normam teneamus, in nullo dantes offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros in patientia, in tribulatione, in anguſtiis, in aliis quibus hujus temporis vita obnoxia eſt. Ita enim & ea, quæ peracta ſunt, ſtabilia corfirmabimus, & ea quæ nunc inſtant, faciliora reddemus, & futuris divinitus occurremus.*

(b) 2. Cor. 6.

*Nos hic ſumus ad urbem habitantes, ſciente Imperatore, videmus pariter, & videmur ab adventantibus fratribus & Patribus noſtris, & libertas a Pio Imperatore conſtituta eſt. De futuro, ut diriget Dominus, & jubebit Imperium, ſive hic manere, ſive alio ſecedere, iter faciemus. Tantum vos in opus veſtrum intenti inſiſtite, & pro humilitate noſtra precari ut ſine offenſione ſimus his atque illis & Eccleſiæ Dei. Fratres, qui abrepti antea nolentes fuerant variis modis, congruentibus verbis nobis uniri Deo optimo placuit. Et gaviſi ſumus indigni gaudio magno, quia quæ non ſperabamus, videmus oculis noſtris, & cicatricem obduxerunt diviſa membra, & feſtum Domino agimus in uniuſcujuſque concurſu, & confitemur Domino & gratias agimus Imperatoribus; quoniam ſi aliud nihil, nobis certe magnum eſt beneficium: & quia mihi hæc nequaquam ita apte cecidiſſent niſi e carceribus ita dimiſſi fuiſſemus, & in tali loco conſediſſemus. Omnia nobis belle venerunt, & evenient, ſat ſcio, ſanctis precibus veſtris.* XLV.

*Et quoniam de revocatione incidit mentio, revocatus eſt, nobiſque cum aliis conjunctus, immo pluſquam alii tabellarius dilectus filius noſter Clemens religioſiſſimus Præpoſitus, omnia lubenter acci-* XLVI.

PAGIUS *Theodorus convenisset, omnes inter ſe cum Patriarcha conſilium inierunt adeundi Imperatorem, eique preces offerendi,* &c. *Sic igitur eum convenientes,* &c. Baronius num. XLI. ſcribit, poſt congreſſum cum Imperatore Theodorum de omnibus quæ tranſacta eſſent cum eo, literis Nicephorum, reddidiſſe certiorem. At eæ quidem Theodori literæ a Baronio num. XLII. recitatæ datæ ſunt poſt congreſſum memoratum, ſed in iis nulla plane mentio eo eorum quæ in illo aut acta aut dicta ſunt, ut legenti patet. Non refert autem quod Nicephorus ad Michaelem ipſo ejus Imperii initio ſcripſerit; cum poſtea ad exilii ſui locum adventante Theodoro potuerit ſelectos Epiſcopos congregare, & cum iis Conſtantinopolim venire. Denique non refert, quod



*cipiens, quæ ei loqui decebat, & de omnibus rationem reddens. Quo quidem recreati, toto eum ſinu amplexi ſumus, ſperantes eum etiam ſalutari nobis gloriæ fore. Hunc ipſum & vos, quæſo, admittite fratrem ut fratres, membrum ut membra, conſentientem ut conſentientes. Sic enim illum reperietis Dei gratia in omnibus recte habentem, & quærentem Deum.* Ita Pater diſperſos uniens, & in unum corpus coagmentare laborans.

Inter alios autem monachorum Præpoſitos lapſos fuit Euſtraſius, qui hæreticis manus dederat, occulte tamen: ob quam cauſam haud ſe inter lapſos pœnitentes conſtituit, ſed inter Sanctos atque juſtos profitebatur, velut omni macula carens. Quod ergo quam longiſſime hic a ſalute eſſet, niſi ad curandum ulcus aperiretur: Theodorus paterna charitate id minime facere prætermiſit, ex multis arguens ipſum lapſum ita ad ipſum ſcribens (a):

(a) Theod. l. 2. ep. 106. Cod. Col.

XLVII. De Euſtraſio lapſum ſuum occultante. *Gaviſus ſum accepta epiſtola tua, Patrum chariſſime, ubi de rebus ſanctitatis tuæ hæc & illa cognovi. Cæterum quod ex nuntiis tantum licet fide dignis accepi, ægerrime tuli, audiens factam ſubſcriptionem. Et audi me, reverendiſſime, liberius diſſerentem. Non ſine cauſa fuit, te cum a Regio miniſtro tenereris, indemnem dimiſſum fuiſſe. Hoc enim illud infert, quod vulgo jactatur. Nullum itaque eorum, qui libertate uſi ſunt, ſine carcere, aut minimum ſine exilio manſiſſe conſtat. Qui vero hæc extra ſunt, intra fraudem ſunt, ut ne quid aſperius dicens offendam. An non vidiſti, oculatiſſime, gravem belluini nominis Leonis perſecutionem? cujus Achabitica manus etiam eos, qui ex alio Imperio erant, apprehendit, occidit, interemit, aut (quod humanius fuit) in carcerem truſit poſt diram flagellationem, nedum eos, qui ſub ejus manu & poteſtate.*

XLVIII. *Quod ſi tu nihil hujuſmodi paſſus es poſt comprehenſionem: ignoſce, abreptus es, Sancte. Et ne mihi dixeris, ſervatas fuiſſe proprias Eccleſias, & picturas integras permanere, & commemorationem ſanctiſſimi Patriarchæ noſtri. Hoc enim & alii, qui ſeducti fuerunt, cauſari ſolent. Non potuerunt hæc ſervari, niſi veræ defenſionis proditio intercederet. Quæ utilitas, ſi nos, qui Dei templa & ſumus & & dicimur, inutiles facti ſumus, & inanimas domos ſervamus?* Hæc idcirco quod lapſus ejus & multorum ille prætextus fuerat, ut eo modo communicando cum illis retinerent monaſteria, nec invaderentur ab adverſariis: ſed pergit: *Imago Chriſti uti nec Deiparæ, nec ſancti ullius cecidit: manet enim in eis ut prototypis, cadant vero qui ſibi videntur illas e medio tollere. Sed & qui ut his pareant, libertatem projecerunt, & quæ ſequitur ex ea vexationem. Væ. Alii morientes, alii relegati, alii flagellis cæſi, alii carceribus addicti: montes & ſolitudines, ſaxa & ſpeluncæ eos, qui perſecutionem patiuntur, paſſim habent, & nos domi hærentes, pie nos manere arbitramur? Nullo modo. Pereat univerſa mundi materia ſic opinantium: certa animæ pernicies: anteponatur quam ſubiit qui occaſionem arripuit.*

*Hæc amoris ergo & commonefaciens dixi, & ut digni ſimus ad pœnitentiam venire: & quia Fidei Orthodoxæ tempore nihil intactum relinquetur. Præſtatque per humilitatem incedere, & ſanari quod infirmum eſt, quam per impunitatem accire ſibi majora delicta.* Hactenus Theodorus, atque de ipſo hoc anno hactenus. Reliqua autem inferius pro temporis ratione dicturi. Porro diverſus ab hoc ille Euſtraſius monachus monaſterii Agri, qui flagrans ſtudio ſacrarum imaginum, adivit S. Joannicium Anachoretam, ſciſcitaturus de fine ejus perſecutionis, quando foret, ut deſineret. A quo de Leonis proximo interitu reſponſum propheticum accepit, ut ejuſdem Joannicii admirandæ res geſtæ continent. XLIX.

Inter hæc vero ille olim lapſus, inde vero ultroneus Confeſſor exiſtens S. Niceta, qui in Glyceriam inſulam miſſus, ſex illic in anguſtiis degerat annos, & ipſe edicto Imperatoris ſolutus, exilio libertati redditus, ſolitariam vitam agens, haud diu multumque ſuperſtes, Deo ſpiritum reddidit: cujus ex hac vita migrationi duo ſanctiſſimi Archiepiſcopi accurrerunt, Theophilus Epheſi, & Joſephus Theſſalonicæ nobiliſſimi Confeſſores. Teſtatur iſta omnia Theoſterictus ejus diſcipulus.

Porro de tranſlatione ex loco, ubi deceſſit, & ſepultura idem hæc habet: *Cum conſuetas exequias viro ſancto exolviſſent, in loculis eum impoſuerunt. Ejus vero diſcipuli cum ipſum navigio impoſuiſſent, ad* L. S. Nicetæ tranſlatio.

PAGIUS quod Ignatius de hac Nicephori Conſtantinopolitana profectione mentionem non faciat; cum ipſemet indicet ſe Sanctiſſimi Patriarchæ literas ad Imperatorem miſſas non vidiſſe, & ne verbum quidem habeat de iis, quæ ſex aut ſeptem ante mortem annos Nicephorus egit. Cæterum cum obſidionis Conſtantinopolitanæ menſe Decembri hujus Chriſti anni a *Thoma* rebelli inchoatæ narrationem Baronius in annum ſequentem differat, eo etiam anno de illa agemus.

XIV. Moritur S. Nicetas Hegumenus Mediciensis. A num. XLIX. ad LII. Theoſterictus Monachus, & diſcipulus *Sancti Nicetæ* Hegumeni Mediciensis in Bithynia in Vita hujus Sancti, intra primos quinque annos ab ejus *obitu* ſcripta, & a Bollando ad diem *III.* menſis Aprilis

*ad ſanctum monaſterium navigarunt, quod ille propriis laboribus excoluerat. Nos autem in litore ipſum expectabamus cum religioſiſſimo Paulo Epiſcopo Pruſiadis; cumque ad nos perveniſſet, & e navigio eum extuliſſemus, ſanctas illas reliquias lachrymantes venerati ſumus, quas in humeros accipientes congruenti pſalmorum cantu omnis fratrum ſocietas ex utriſque monaſteriis, ad ipſius Patris monaſterium deduximus. Tum & dæmones e multis, qui vexabantur, fugati ſunt, & ægroti variis morbis liberati: inter quos & mulier ſanguinis profluvium patiens cum fide acceſſiſſet, & ſanctas reliquias ſolum tetigiſſet, ſanitati reſtituta eſt.* Theoſterictus iſta, &c. Porro dies natalis, qua ad ſuperos tranſiit tertia Aprilis, in Eccleſia perpetua commemoratione annis ſingulis repetenda conſignata remanſit.

LI. S. Theophanis Confeſſ. corporis tranſlatio.

Tranſlatum & tunc fuit venerandum corpus S. Theophanis Confeſſoris præfecti monaſterii Sigriani, de quo dictum eſt ſuperius ſuo loco, poſt biennium carceris in inſula Samothrace obdormiſſe in Domino; inde delatum, ſepultum fuit in Eccleſia ſancti Procopii Martyris, ubi & ipſe innumeris fuit miraculis illuſtratus, quæ recenſet qui res ab eo geſtas enarrandas ſuſcepit. *Hic vero non prætereundum, quod in rebus geſtis magni Patris Joannicii, de quo plura ſuperius, enarratur, cum ipſe veneraturus ſacras reliquias S. Theophanis e monte, in quo habitabat, advenit: hæc enim ſic ſe habent: Navigavit aliquando ſanctus adoraturus S. Theophanis tabernaculum, quod eſt in Sigriana. Illinc revertens, & locum prænavigans, qui eſt ad borealem partem Apolloniadis, appulit Thaſo. Qui autem in illa vitam ſuſceperant monaſticam, & omnes accolæ graviter vexabantur a ſerpentum, qui in ea erant, multitudine: Iis enim repleta erat inſula non parvum afferens damnum habitatoribus. Cum autem Sanctus in ea eſſet, veniunt ad eum omnes, qui habitabant inſulam, & ſupplices ei procidunt, poſtulantque & rogant, ut eis opem ferat, ut eos, quoad ejus fieri poterit, liberet a nocumento ſerpentum. Et ille quidem miſeretur eorum calamitatis, & veluti quædam tela, quæ torquerentur in ſerpentes emittit preces. Illi autem protinus proſerpunt e ſuis cavernis, & relicta inſula, ſe in maris profundum proiiciunt. Atque noſter quidem Joſeph in aquis contrivit capita draconum, illius autem diſcipulus, & quoad ejus fieri poterat imitator, per illas ipſas eos ſuffocavit.*

LII. Joannicius inſequitur Iconoclaſtas etiam ſibi conjunctos.

Erat autem Joannicius iſte decus Anachoretarum ſæculi hujus & ornamentum, ſtudioſiſſimus cultor ſacrarum imaginum, cujus rei ſpecimina haud vulgaria edidit, cum ſæpius experiri accidiſſet. Inter alia autem illud plane memorabile, quod qui res ab eo geſtas fideliſſime ejus temporis auctor proſequutus eſt, ait: *Cuidam Senatori ægrotabat una ex ſuis filiabus, membraque ei erant ſoluta, cum eſſet pia, & Chriſtianam ſervaret religionem. Qui autem Sancti ſororem duxerat uxorem, adverſus Chriſti imagines graviter furebat, & in eis invehebatur. Accedens autem beatus, illam quidem precibus & ſigno Crucis a gravi morbo liberavit: hunc vero, cum admonens non poſſet perſuadere, ut a gravi illa abſtineret inſania, tradidit diſciplinæ, & viſcerum deſpecta cognatione, & ſui ſanguinis oblitus propter veram religionem, precibus eum oculis orbat. Ita zelus pietatis & verus Dei cultus gloriatur etiam contra ipſam naturam, & verum in Deum deſiderium eſt validius neceſſitate cognationis: nam illam quidem etiamſi genere ad eum non attineret, quoniam tamen Chriſtianam obſervabat religionem, a morbo liberavit; hunc autem etſi ſororem duxiſſet in matrimonium, quoniam cum divinis pugnabat imaginibus, viſu privavit; & æquum cenſuit, ut mali qui erant manifeſte caſtigarentur pro iis qui non cernebantur oculis.* Sed de Joannicio alia plura ad hæc ſpectantia, dicenda erunt inferius ſuis locis. Magna autem huic cum ſancto Theodoro Studita interceſſit familiaritas, & cum aliis præ-

PAGIUS

lis recitata, refert *Nicetam* poſt Edictum Imperatoris exiiſſe e loco, ubi *toto ſexcennio* afflictus fuerat, & reſediſſe uſque ad mortem in inſula loco exilii ſui vicina: *Cum vero*, inquit, *adeſſet ei tempus diſſolutionis ſuæ extituſque ad Chriſtum, ingruente vehementius morbo, & vires reliquas conſumente, circa horam ſextam, Dominica die illuceſcente*, &c. *comitantibus Angelis emigravit, die tertia menſis Xanthici* (id eſt Aprilis). *Ubi vero audita eſt ſancta ejus dormitio, convenit multitudo maxima*, &c. *venerunt etiam Archiepiſcopi, Sanctiſſimus Theophilus Epheſi, & S. Joſeph Theſſalonicæ.* Quare cum anno DCCXXIV. die III. Aprilis in Dominicam inciderit in eum Chriſti annum Sancti Nicetæ mors conferenda. Joſephus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis frater germanus erat Sancti Theodori, qui tum verbis, tum Scriptis fidem Catholicam adverſus Iconomachos propugnavit, eamque ob rem in exilium miſſus fuerat, ut videre eſt apud Baronium anno DCCCXVI. numer. XLI. & ſeqq. Papebrocius ad diem III. menſis Aprilis, ubi recitat Vitam Sancti Joſephi Hymnographi differit de Canonibus ab utroque Joſepho compoſitis, obſervatque Sanctum Joſephum, Theſſalonicenſem Epiſcopum Menæis inſcribi ad diem XIV. menſis Julii. Quoad Tranſlationem Sancti Theophanis Magni Agri Monaſterii Præfecti, de qua loquitur hic Baronius, annus quo ea peracta incertus, quemadmodum & annus ejus emortualis.

Ad



præclari meriti Confeſſoribus, qui eum poſt reditum inviſerunt. Quando id acciderit, inferius patebit.

LIII. Theodori & Theophanis fratrum certamen ſub Michaele.

Sed agendum jam de duobus egregiis Confeſſoribus in Ponto exulibus, edicto Imperatoris jam liberatis, Theodoro videlicet & Theophane fratribus, Palæſtinis, S. Sabæ cœnobii profeſſoribus, quorum ſub Leone certamina ſunt ſuperius recitata. Quid autem egerint ſub Michaele, jam explicandum; *Ab exilio & aliis malis relaxati veniunt in Regiam novi Imperatoris, qui præferebat ſe ex humanitate permiſiſſe reditum; nam revera cum impietate præcedenti nihil cederet, ei cedebat in perſecutione. Atque illi quidem cum veniſſent in civitatem, & pietatem libere prædicaſſent, multos ex reliqua multitudine, & ex ipſis etiam magiſtratibus in ſuam adducunt ſententiam, partim quidem per expoſitionem canonum, quos germanus frater Theophanes cecinit verſibus; partim autem per orationum quoque oppoſitionem, quas magnus hic conſcripſit Theodorus. Verum enimvero cum tantam virorum virtutem non ferret Joannes magus Ægyptius & Mambre ſodalis* (ita ſicut Theodorus Joannem illum anteſignanum Iconomachorum auctor appellat) *tam aperte reſplendere: eos includit in carcere.* Hic igitur etſi Imperator a perſecutione quieſcere profeſſus eſſet, tantum ſibi ſumpſit, ut contra ejuſdem Imperatoris edictum ambos fratres libere loquentes in carcerem conjecerit.

LIV. Sed poſt hæc quæ ſequuta ſint proſequens auctor inſtitutam orationem ſic ait: *Et poſtremo cum eis in ſermone congreſſus, cum non poſſet adverſus illos decertare, ſed (ut dicitur) capream pugnam inire cum leonibus: eos ut rurſus expellit e civitate, ut qui multum poſſet apud Imperatorem, tum quod eſſet ejuſdem ſententiæ, tum quod eſſet indutus habitu monaſtico, & quamdam præſeferret pietatis ſpeciem: per quam & Imperatorem & multos ex iis, qui gerebant magiſtratus, decepit ſceleratus, & indigne paulo poſt aſcendit ſedem Patriarchalem. At illi quidem ſic expulſi ex civitate, extraneam regionem tamquam patriam videbant, propter Chriſtum verſantes in loco, qui vocatur Soſtenium.* Ubi manſerunt uſque ad obitum Imperatoris, conſummatum autem eorum certamen ſub ejus filio Theophilo, ſuo loco dicturi ſumus.

Contigit & tunc ipſum Theodorum ab urbe eiici, atque alios fugari; quod teſtatur ipſe Theodorus in epiſtola ad Patriarcham Hieroſolymitanum. Siquidem hoc eodem anno Thomas Patriarcha Hieroſolymitanus ubi accepiſſet, reddita Eccleſiæ pace, detentos exilio Confeſſores eſſe dimiſſos, & Theodorum eſſe profectum Conſtantinopolim: eidem congratulatus officii & amoris plenas ad eum litteras dedit. Non extant illæ quidem, ſed ex iis, quas ad eum reddidit Theodorus, tales fuiſſe conſpiciuntur. Sic enim iſtæ ſe habent (*a*): (*a*) *Theod. l. 1. ep. 121. Cod. Col.*

LV. Theodori ad Thomam Patriarcham Hieroſ. ep.

*Thomæ Patriarchæ Hieroſolymorum.*

*Quanto humiles affecti fuerimus gaudio ex ſapientiſſima qua nos per epiſtolam dignati eſtis allocutione: perſpicere licet ſupremæ beatitudini veſtræ, qui Apoſtolico gradu ſupereminentes, & fratris Domini per legitimam ſucceſſionem perſonam agentes, vel nudo affatu honorare nos inglorios poteratis, nedum tantarum laudum faſtigiis, a quibus nos tam longe abſumus, ut pene arbitrari non auſimus de nobis dicta hæc a vobis fuiſſe, ſed neque cujuſpiam e fortibus viris eſſe hæc encomia, ut diviniſſimi Archipaſtoris noſtri, cui vel omnis omnium laudationum jure congruat oratio. Enimvero qui aliter divina æmulatio veſtra & benignitas poterat declarari? non paterni affectus indiciis patefacta, ſicut & ſolis erumpens lux radiis ſparſa diffunditur? qui aliter unanimis & conſpirans nobiſcum ſenſus cognoſceretur, non ab iis diſcretus, qui ad adverſarios qualeſcumque fuerint, ſponte confluebant? De quibus etſi temerarium ſit, a nobis, æquum eſt loqui.* His ſubiicit quæ ſuperius alia occaſione recitavimus his verbis:

*Quid*

PAGIUS XV. *SS. Theodorus Graptus & Theophanes Conſtantinopoli exire juſſi.*

Ad numer. LIII. & ſeq. *Sanctus Theodorus Graptus* & *Sanctus Theophanes* ejus frater, qui a Leone Armeno in exilium miſſi fuerant, ut ſuo loco narravimus, eo necato Conſtantinopolim venere, ſed cum veritatem rurſus libere prædicarent, opera *Joannis* viri ſceleſtiſſimi, qui imperante Theophilo pſeudo-Patriarcha Conſtantinopolitanus renunciatus eſt, Civitate rurſus pulſi ſunt, ut refert Auctor Vitæ ejus Græce ac Latine a Combefiſio in Originum Rerumque Conſtantinopolitanarum Manipulo editæ.

XVI. *Theodorus Studita teſtatur ſe Conſtantinopoli exire juſſum.*

A numer. LV. ad LVIII. *Sanctus Theodorus* Studita ex Urbe Conſtantinopolitana etiam hoc anno ejectus, ut ipſemet teſtatur in literis ad *Thomam* Patriarcham Hieroſolymorum datis, & a Baronio relatis: *Hæc cauſa fuit*, inquit Theodorus, *ut ſacri apices veſtri nihil profecerint. Qui enim proficerent, nobis in hunc locum procul ab Urbe projectis, uti aliis quoque alio fugatis?* Id quidem Michael in Sancti Theodori Vita non ſcribit, ſed quando Anonymus in Vita Sancti Nicolai Studitæ ait, Michaelem Imp. audita Theodori oratione eum, & qui cum eo erant, Epiſcopos *e Palatio abire* juſſiſſe, ſubintelligit, eos etiam ex Urbe pulſos eſſe. Baronius ait, has Theodori Studitæ literas Conſtantinopoli datas. Verum hæc verba *Theodorum* tunc in exilio egiſſe, manifeſte indicant. *Thomas* non videtur uſque ad Imperii Theophili initium vitam produxiſſe; cum *Baſilius* Sacrarum Imaginum Propugnator tunc Sedem Hie-

LVI. Querela Theodori de Patriarchis Alex. & Antiocheno. (a) 1. Cor. 12.

*Quid hoc rei eſt, quod fervente hæreſis perſecutione, conveniebat ſublimium ſedium Antiſtites, tamquam ſpiritus adjutores, & Apoſtolicis conſiliis plenos fraterno animo commoveri, manumque pro veritate certantibus compatiendo porrigere: Et ſi quid patitur (inquit (a) unum membrum, compatiuntur omnia membra, ſive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra, quia nimirum caput eſt totius Eccleſiaſtici corporis Chriſtus verus Dominus & Deus noſter. Quod ſane Occidentis Apoſtolicus cum præſtitiſſet, quantum profuerit, quid opus eſt loqui? partim quidem reſiſtentium mentes ſummopere confirmans (vel exiguum quippe momentum vim & robur feſſis & laborantibus addere ſolet) partim impiorum inſolentiam a ſpiritu profecta reprehenſione profligans. Quo quid eſſe potuit ſalutarius? At vero qui idem facere cum poſſent, minime præſtiterunt, ſed contrarium: dicere miſer nequeo beatitudinis veſtræ Angeli reverentia, quanta illis debeatur reprehenſio.*

*Verum hæc (ut omnes audierunt) finem jam cœperunt, Deo bono funeſtum draconem exterminante, & quidem atroci morte & apoſtaſiæ congruente. Nec tamen eo loco ſunt præſentia, quem ſuſpicata eſt: quoniam hiems quidem tranſiit, nondum tamen ver exoptatum, niſi quantum ſerenitas quædam affulget, & hæc per nebulam ab aurora. Sufficit enim opinor, imagine adumbrari orationem: quia nec doceri opus eximiam prudentiam veſtram, neque ego, ſi tempus permitteret, clariora proferrem. Hæc cauſa fuit, ut ſacri apices veſtri nihil profecerint. Qui enim proficerent, nobis in hunc locum procul ab urbe projectis, uti aliis quoque alio fugatis.*

LVII. De collecta pro locis Sanctis Hieroſolymorum.

*Itaque nec collectæ, quemadmodum cupiebamus, factæ ſunt, præter eam, de qua in pitacio inſerto indicatum eſt, iis qui contulerunt, accepiſſe potius, quam dediſſe gratiam profitentibus, quod digni fuerint, qui ſanctiſſimis locis communicarent, in quibus magnum pietatis myſterium peractum eſt, Deus in ſpecie noſtra apparens. O ineffabile prorſus miraculum! Quem quidem etiam pictura expreſſum, paterna traditione, ſeu divino præconio, nos, vel potius terra univerſa, confitemur, & adoramus, ab ipſis prædicationis carceribus, & initiis. Aliter enim non confitemur Chriſtum, ſicut vos beatiſſimi docetis. Negant vero Judæorum more diri nominis Iconomachi, tamquam a malo dæmone agitati. Quem tu ipſum Deum flectentibus precibus propitium reddas, o divinum & ſacrum caput! ut populi ſeductricem hæreſim avertat, Fideique Orthodoxæ ſolem attollat. Deinde ut nos minimos filios tuos foveat, beatiſſimi Patris & Præſulis noſtri Nicephori veſtigiis adhærentes. Faxit. Deſervientes vobis Patres, laudatoſque fratres noſtros, ego & frater meus Theſſalonicæ Deo cariſſimus Archiepiſcopus plurimum ſalutamus ex ſancta enim facie tua ante pedes tuos magis benedici ambos, & quotquot nobiſcum ſunt, dicere congruentius.* Hactenus ad Thomam Patriarcham Hieroſolymorum Theodorus.

LVIII. (b) Ambr. Moral. in Schol. ad Eulog.

Hic idem pariter annus numeratur primus (b) Habdarraghman Regis Sarracenorum in Hiſpania, cujus primordiis Cordubæ, ubi ſedem Regni fixerat, coronati ſunt martyrio Adulphus & Joannes, quorum glorioſum agonem latiſſime ſcripſit Spera in Deo Abbas. Teſtatur id quidem S. Eulogius (c) in ſuo Memoriali Sanctorum, ejuſdem temporis ſcriptor; ait enim: *Artemia & ipſa ſummæ ſanctimoniæ femina geminum pignus per martyrialem obitum olim cœlo præmiſerat, Adulphum ſcilicet & Joannem, qui in primordio Regni principis hujus viriliter de hoſte triumpharunt, quorum inſtar ſiderum cœli, geſta micantia ad emolumentum Eccleſiæ ſanctæ & exemplum debilium ſenex & magiſter noſter atque illuſtriſſimus doctor, de quo in libro primo meminimus, beatæ recordationis & memoriæ Sperain-Deo Abbas latiori ſtylo compoſuit.* Hæc Eulogius. Sed perierunt adeo inſignia Martyrum monumenta. Fuerunt iſti primitiarum manipuli a nobili Eccleſia Cordubenſi oblati Domino, quos ingens ſequuta meſſis Martyrum falce Sarracenorum obtruncatorum, de quibus ſuo loco dicturi ſumus.

(c) Eulog. in Memorial. Sanct. l. 2. c. 8. Primitiæ Martyrum Cordubenſium.

LIX.

Hoc eodem anno reddunt Annales Francorum in rebus geſtis Ludovici Imperatoris motus Fortunati Gradenſis Pa-

tri-

PAGIUS

Hieroſolymitanam occuparit, ut infra videbimus.

XVII. Obitus Abulaz Regis Saracenorum in Hiſpania.

Ad numer. LVIII. Mortuus eſt hoc anno *Albacan* ſeu *Abulaz*, vel, ut eum Almacinus lib. 2. Hiſt. Sarac. appellat, *Hakemus*, Saracenorum Hiſpanienſium Rex. Elmacinus enim ejus mortem conſignat anno CCVI. Hegiræ, quemadmodum & Rodericus in Hiſtoria Arabum cap. 26. Elmacinus annos Regni XXVI. Rodericus annos XXVII. ei attribuit, quia nempe alter annos tantum completos, alter annos etiam incompletos numerat. Poſt eum regnavit filius ejus *Abderamen*, ſeu *Abdurahaman*, qui plurima bella geſſit, & Chriſtianorum ſanguine manus ſuas fœdavit, ut infra oſtendemus. Fuit *Abderamen* IV. Saracenorum Hiſpanienſium Rex.

XVIII.

Ad num. LIX. & ſeq. Sigonius in lib. 4. de Regno Italiæ ad annum DCCCXVIII. ſcribit: *Fortunatus Patriarcha* (Gradenſis ſcilicet) *veteris Privilegii ſui confirmatione a Ludovico recepta, & reconciliata cum Venetis gratia, Eccleſiam*



triarchæ majeſtatis rei. Quales iſti fuerint, ſic accipe ab eorum auctore Ludovici domeſtico: *Fortunatus Patriarcha Gradenſis cum a quodam presbytero ſuo nomine Tiberio apud Imperatorem, fuiſſet accuſatus, quod Lindeuvitum ad perſeverandum in perfidia, qua cœperat, hortaretur, eumque ad caſtella ſua munienda, artifices & murarios mittendo juvaret, & ob hoc ad Palatium ire juberetur. Primo velut juſſionem impleturus in Iſtriam profectus eſt. Inde ſimulato reditu ad Gradum civitatem, nullo ſuorum, præter eos, cum quibus tractaverat, ſuſpicante, nactus occaſionem, clam navigavit, venienſque Jaderam Dalmatiæ civitatem, Joanni Præfecto provinciæ illius fugæ ſuæ cauſas aperuit; qui eum navi ſtatim impoſitum, Conſtantinopolim miſit.* Hæc de Patriarcha Gradenſi.

Fortunatus Epiſc. Gradenſis fugit Conſtantinop.

LX.

Quod igitur hic majeſtatis reus dictus ſit Fortunatus apud Ludovicum Imperatorem, & ut vitaret, ne in ejus manus incideret, fugerit Conſtantinopolim; poſſu-



PAGIUS

Fortunatus Patriarcha Gradenſis Conſtantinopolim fugit.

*ſiam Gradenſem repetiit, ac Joannem Abbatem, qui illam invaſerat, ad Monaſterium redire coegit.* Dandulus vero in ſuo Chronico Joannem illum Abbatem Sancti Servuli vocat, & duos Joannes diſtinguit, qui Patriarchatum Gradenſem invaſere. Priori quadriennem pſeudo-Patriarchatum (ab an. ſc. DCCCVI. ad DCCCX. attribuit; poſteriori locum quoque concedit inter pſeudo-Patriarchas: poſtquam enim de Fortunato *in patriam* reverſo locutus eſt, hæc de eodem Fortunato & altero Joanne pſeudo-Patriarcha proxime ſubjungit: *Poſtquam contra voluntatem Venetorum in Franciam remeavit, in cujus Sede Joannes Abbas Sancti Servuli intruſus eſt*, anno ſcilicet incerto. Difficillima fuere Fortunati Patriarchæ tempora, quia pars Gradenſis Patriarchatus ſub poteſtate Francorum erat, altera pars in Ditione Venetorum, & *Gradus* ipſius Patriarchæ Sedes in confiniis Francorum, Græcorum ac Venetorum reperiebatur, diſſidiaque inter gentes illas frequenter oriebantur. Ejecto igitur Joanne Sancti Servuli Abbate, Gradum reverſus eſt *Fortunatus, & reconciliata cum Venetis gratia* munus ſuum, qua late Patriarchatus extendebatur, apud Francos & Venetos exercuit. Porro Fortunatum eo anno, ut vult Sigonius, & cum eo Cointius anno DCCCXVIII. num. XVII. vel alio nobis incomperto, Gradum reverſum eſſe, certum facit Eginhardus in Annal. cujus verba recitat Baronius, quibus conſtat, illum apud Ludovicum Imperatorem fuiſſe accuſatum, quod Liudevitum Pannoniæ Inferioris Ducem res novas molientem, ut in perfidia perſeveraret, hortatum eſſe, & ob hoc ad Palatium Fortunatum venire juſſum. Verum Fortunatus *nactus occaſionem clam navigavit, venienſque Jaderam Dalmatiæ Civitatem Joanni Præfecto Provinciæ illius fugæ ſuæ cauſas aperuit. Qui eum ſtatim navi impoſitum Conſtantinopolim miſit*, inquit Eginhardus citatus. Ex fœdere enim inter Imperatores Occidentis & Orientis icto *Dalmatia* ſimul cum Adriatici Dominio Orientali Imperatori relicta, Occidentali vero ea pars Dalmatiæ, quæ a Croatis occupata Croatia tunc dicebatur, cum cæteris aſſignata fuit, ut videre eſt apud Joannem Lucium in Hiſtoria Dalmatiæ lib. 1. cap. 15. ubi & obſervat, laudata Eginhardi verba intelligenda eſſe de Dalmatia proprie dicta, quæ antiquum nomen retinebat, & ejus Præfectum Jadræ commorari ſolitum fuiſſe. Quare fallitur Baronius, quando ſcribit, omnes illas Provincias paruiſſe Imperatori Occidentis, per Ducem enim Jadræ reſidentem, Dalmatiam & Adriatici Dominium Græci retinuere, ut videre eſt apud eumdem Lucium cap. 16.

XIX. Mortuus eſt hoc anno *Arno* primus Salisburgenſium Archiepiſcopus, & quidem die XXIV. Januarii, uti de die & anno docent Hundius in Metropoli Salisburgenſi, & recentes Rerum Boicarum Scriptores. Aventinus tamen lib. 4. Annal. Bojorum hoc quidem anno mortem ejus conſignat, ſed eum menſe Majo, dum Proceres ad Neomagenſem Conventum confluerent, mortuum tradit, additque: *Adelramus a Pio Nonis Junii in eodem Oppido ejus Sacerdotio donatur*, quod ex aliquo veteri Monumento excerpſiſſe videtur. In Verſibus enim incerti Poetæ *de Ordine Comprovincialium Pontificum*, Adalrammus dicitur ſucceſſiſſe Arnoni Archiepiſcopo, ſeptimumque fuiſſe Antiſtitem Saltzburgenſem. Quare falluntur laudati Scriptores, & cum eis Cointius anno DCCCXXII. num. CXLIII. qui *Ammilonem* Arnoni ſucceſſiſſe exiſtimant; fuit enim is tantum Abbas Monaſterii Sancti Petri Salisburgenſis. Scripſit Arno *Indicem eorum, quæ Eccleſiæ Salisburgenſi data ſunt a Theodone, Otilone, Taſſilone, aliiſque Bavarica Ducibus ac Proceribus*, qui extat Tom. II. & Tom. VI. Antiq. Lect. Caniſii.

*Moritur Arno Archiep. Saltzburgenſis.*

XX. *Moritur S. Benedictus Abbas Anianæ.*

*Sanctus Benedictus* Anianæ in Gallia Narbonenſi & Inde in Diœceſi Colonienſi Abbas, cum Aquiſgrani Conventus habebatur, ibi ægrotare cœpit VII. Idus Febr. & ad ſuum poſtero die delatus eſt Monaſterium, ubi tres eaſdem Idus obiit, ſepultuſque eſt in Monaſterio Indenſi, ubi die XI. Februarii colitur, ut videre eſt apud Mabillonium Sæc. IV. Benedict. part. I. & Bollandum ad diem XII. menſis Februarii, ubi uterque Vitam ejus exhibet, & Notis illuſtrat. Ea ab Ardone ſeu Smaragdo tanti Viri diſcipulo, Indenſium Monachorum efflagitatu elucubrata. In literis, quas Indenſes Monachi ad Ardonem ſcripſere, ajunt Benedictum quinta feria (ideoque VII. Idus Febr.) ægrotaſſe, in ſexta feria miſiſſe Imperatorem, qui juberet, ut is in Monaſterium ferretur, ſubduntque: *Obiit autem ſeptuagenarius, tertio Idus Februarii, anno ab Incarnatione Domini octingenteſimo vigeſimo primo, Indictione XIV. concurrente I. Epacta XIV. an. IX. Imperii Ludovici Piiſſimi Imperatoris*, ubi omnes characteres inter ſe & cum feriis in Epiſtola notatis conveniunt, ſed annus IX. Ludovici Pii mendoſe deſcriptus eſt, ſive Imperii ejus initium ab anno DCCCXIII. quo in conſortium Imperatoriæ dignitatis aſſumtus eſt, ſive ab anno inſequenti, quo patri ſucceſſit, deducatur. Quare loco *anno IX.* legendum, *anno VIII.* Ex his porro verbis liquet, hoc tempore in Galliis annos Incarnationis, non a Paſchate, vel a die Annunciationis B. Virginis, ſed vel a Kalendis Januariis, vel quod veroſimilius eſt, a die natali Chriſti repetitas fuiſſe. Auctor cenſetur *Sanctus Benedictus* Capitulorum, quæ pro Monaſteriis in Conventu Aquiſgranenſi anno DCCCXVII. conſtituta ſunt, quod Ardo in ejus Vita manifeſte inſinuat.

Na-

*Dominium Francorum.* ſumus intelligere, ipſam Gradenſem civitatem fuiſſe tunc ſub dominio Ludovici Imperatoris, perſeveraſſeque eo ſtatu quo Carolus ejus pater reliquerat. Etenim ut in ejuſdem Caroli M. teſtamento apparet, quod in fine vitæ ipſius recitatur ab Eginhardo, inter Archiepiſcopatus in provinciis poſitos Carolo ſubiectis, numerantur Forumjulii, & Gradus Eccleſiæ. Per Forumjulium autem intelligendum eſſe Aquilejenſem Patriarchatum, ſatis ſuperque dictum eſt ſuperius, ubi actum eſt de Forojulio civitate deque Paulino Patriarcha Forojulienſi. Parebant namque Imperatori omnes illæ provinciæ; nam Eginhardus, qui fuit eidem Carolo a ſecretis, & quæ vidit ſcripſit, dum deſcribit ejuſdem Imperatoris dominium & regiones, quas ſuo ſubiecit Imperio, iſtas numerat poſt alias recenſitas provincias, Iſtriam, Liburniam & Dalmatiam, *exceptis*, inquit, *maritimis civitatibus, quas ob amicitiam & junctum cum eo fœdus, Conſtantinopolitanum habere permiſit*. Hæc ibi. Præteriit iſta Sabellicus, vel potius prætererunt ipſum iſta.



PAGIUS XXI. *Ejus Vita Synopſis.* Natus eſt *Benedictus* in Gothia ſeu Septimania, cum ea Regio ſub Saracenorum jugo gemebat, & *ab infantiæ tempore uſque in adoleſcentiam* militavit. Factus Monachus in Diœceſi Lingonenſi, ſive in Monaſterio Sancti Sequani, quod adhuc perſtat, vitam ſanctiſſimam duxit, & ne Abbas fieret, Monaſterium illud reliquit, rediitque in patriam, ideſt, in Magalonenſem Diœceſim, quæ pars erat Septimaniæ. Ibi contra *Felicem* Urgellitanum Epiſcopum hæreticum acerrime diſputavit, indeque arcta Alcuinum inter ac Benedictum conglutinata benevolentia, cum eumdem uterque hoſtem inſectaretur. Ibi ad Anianam rivum Cellam primum erexit, ac poſt aliquot annos Monaſterium *Anianenſe* ab eo rivo denominatum, Sancto Salvatori dicatum, ædificavit. Quam vero Anianæ diſciplinam inſtituit, eamdem in varia Franciæ ac Germaniæ Monaſteria poſtea propagavit, ut in Gellonenſe a Sancto Willelmo Comite conſtructum, in Maſciacenſe in Biturigibus ab Egone Comite conditum, in Indenſe, aliaque non pauca. Benedicto uſus eſt Ludovicus Auguſtus, cum diſciplinam Ordinis Benedictini reſarciendam inſtituit, peractoque Concilio Aquiſgranenſi anno DCCCXVII. celebrato, *conſtituit idem Deo amabilis Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo Monachos ſtrenuæ vitæ, qui per omnia Monaſteria Monachorum euntes redeunteſque uniformem traderent cunctis Monaſteriis tam Viris, quam Sanctimonialibus feminis vivendi ſecundum Regulæ S. Benedicti incommutabilem morem*, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii. Denique non tantum regularem diſciplinam; ſed etiam literarum ſtudia in Ordine ſuo redintegravit: *Inſtituit Cantores, docuit Lectores, habuit Grammaticos, & Scientia Scripturarum peritos, de quibus etiam quidam poſt fuere Epiſcopi, aggregavit. Librorum multitudinem congregavit, pretioſa veſtimenta Eccleſiaſtica, calices argenteos prægrandes, offertoria argentea, & quidquid Operi Dei neceſſarium eſſe conſpexit, ſummo cum ſtudio acquiſivit*, ait Ardo citatus.

XXII. *Moritur Kenulphus Merciorum Rex.* *Kenulphus* Merciorum Rex hoc anno vitam cum morte commutavit, ut tradunt Weſmonaſterienſis, Annaliſta Mailroſenſis, & Ethelwerdus lib. 3. cap. 2. ubi is narrata Caroli Magni morte, quæ anno DCCCXIV. contigit, ſcribit, *biennio impleto* mortuum eſſe Leonem Papam (anno ſcilicet DCCCXVI.) *poſt quinquennium autem Cynulf* Regem Merciorum obiiſſe, ideoque currenti Chriſti anno. Quare fallitur Ingulphus pag. 855. ubi ait, *anno Chriſti Domini octingenteſimo decimo nono* Kenulphum *exactis in Regno viginti ſex annis* e vita migraſſe; cum enim exeunte anno DCCXCVI. regnare cœperit, anni viginti ſex, quibus Regnum tenuit, non anno DCCCXIX. ſed currenti terminantur. Sed cum Ingulphus ibidem Regni ejus exordium, Offæque & Egberti hujus filii mortem cum anno DCCXCIV. perperam alligarit, in Kenulphi morte conſignanda non potuit non errare. Huntindonienſis lib. 4. pag. 346. Kenulpho annos XXVI. etiam aſſignat, ſed pag. 344. Regni ejus initium ab anno DCCXCVI deſumit. Denique Malmesburienſis lib. de Geſt. Reg. pag. 33. ei quidem annos tantum XXIV. attribuit, ſed is nonniſi annos completos in ſummam confert, & ultimum, qui integer non fuit, prætermittit. Male itaque Alfordus in Annal. Eccleſ. Angliæ Kenulphum anno DCCCXIX. mortuum contendit, qui tamen ejus initium cum anno DCCXCVI. recte conjungit.

XXIII. *Ejus virtutes.* *Kenulphus* inter Reges Angliæ pietate, fortitudine & aliis egregiis virtutibus inclytos numeratur. Monaſterium *Vvinchelcombenſe*, quod fuit olim in Dobunis & Gloceſtrenſi agro celeberrimum, incredibili munificentia conſtruxit, Eccleſiamque a XIII. Epiſcopis dedicandam voluit; qua in ſolemnitate præter illa xenia, quæ Magnates ſuſceperunt, erogavit omnibus, qui agros non habebant, libram argenti, Presbyteris marcam auri, Monachis ſolidum unum, pluraque toti populo, ut patet ex Charta fundationis Tom. I. Monaſtici Anglicani pag. 189. recitata, & veteres Hiſtorici Anglorum teſtantur. Chartæ initium eſt: *Regnante Domino noſtro in ævum per ſæcula cuncta; anno vero Incarnationis ejuſdem Salvatoris Mundi Domini Noſtri Jeſu Chriſti DCCCXI. Indictione autem quarta, Imperii vero noſtri a Deo dati anno XVI. die vero V. Idus Novembris*. Diplomati ſubſcribunt præter Kenulphum, *Cuthedrus* Cantuariæ & *Siredus* Orientalium Saxonum Reges ac præterea Epiſcopi XIII. & Proceres XI. Ex eo Diplomate hæc duo obiter colligo; primum, Kenulphum anno DCCXCVI. ante diem nonum menſis Novemb. Regnum ſuſcepiſſe; alioquin anno DCCCXI. die nona ejuſdem menſis annum Regni XVI. non numeraſſet. Secundum, in Anglia jam hoc ſæculo a die XXV. menſis Septemb. ad diem natalem Chriſti, a quo Angli a tempore Sancti Auguſtini Magnæ Britanniæ Apoſtoli annum exordiebantur, Indictionum initium retroactum fuiſſe, quod paſſim aliis exemplis confirmabitur.

XXIV. *S. Kenelmi ejus filii Martyrium.* Reliquit filium *Kenelmum* nomine ſeptem annos natum & duas filias, *Quendredam* & *Brunegildam* Kenelmo natu majores. Quendreda autem, quæ Merciorum olim Reginæ nomen acceperat, quæque Merciorum Regnum ſpe feminea devorabat, Kenelmum, cum vix quintum regnaret menſem, inſidiis ſuſtulit. Rem narrat Malmesburienſis lib. 2. Reg. pag. 88. *quid Sancto Kenelmo, teneræ ætatulæ puero, ſtylus hic commi-*





Quod autem ad eumdem Fortunatum Patriarcham ſpectat, manſit biennio Conſtantinopoli, uſque ad annum Redemptoris octingenteſimum vigeſimum quartum: tunc vero occaſione legationis Miſſæ a Michaele ad eumdem Imperatorem Ludovicum, ipſe cooptari inter eoſdem Legatos curans, eo nomine ſibi paravit ſecuritatem apud Imperatorem, ut ſuo loco dicturi ſumus.



PAGIUS *miniſcetur dignum? Hunc pater Kenulphus Rex Merciorum Quendridæ ſororis fidei educandum reliquit. Sed illa falſo ſibi Regnum præſagiens, fraterculum tollendum de medio, ſatelliti, qui alumnus erat, commendavit. Is inſontem cauſa remittendi animum vel recreandi quaſi venatum ducens, inter fruteta obtruncatum occuluit. Et mirum dictu, quod fraus tam celate in Angliæ commiſſa Romæ divinitus innotuit. Siquidem membrana ſuper altare Sancti Petri ſuperne columba ferente delapſa, necis & ſepulcralis loci per ordinem index. Quæ quia elementis Anglicis erat conſcripta, a Romanis & aliarum gentium hominibus qui aderant, fruſtra legi tentata. Sed ſalubriter & in tempore adſtitit Anglus, & linguæ involucrum latialiter Quiritibus evolvens, effecit, ut Apoſtolici Epiſtolæ Regibus Anglis compatriotam Martyrem indicaret. Quapropter frequenti cœtu innocentis corpus levatum Vvinchelcumbam vehebatur*, &c. *Corpuſculum Sancti celebriter colitur, nec ullus fere locus in Anglia Majori ad Feſtum adventantium veneratur frequentia. Exigit hoc & antiquæ Sanctitatis perſuaſio, & miraculorum crebra exhibitio.* Idem habent cæteri Scriptores Angliæ, quorum loca in medium adducit Alfordus, & Kenelmum die XVII. menſis Julii in Anglia cultum fuiſſe oſtendit. *Poſt illum Regnum Merciorum nutabundum, & ut ita dicam, exangue, nihil quod litera dignetur meruit comminiſci*, inquit Malmesburienſis lib. 1. laudato, qui ſubdit: *Ceovvulphus frater Kenulphi uno anno regnans, altero a Bernulpho expulſus eſt: Bernulphus III. Regni anno ab Egberto Rege Vveſtſaxonum victus & fugatus, mox ab Orientalibus Anglis occiſus eſt, quod ille Orientalem Angliam, ut debitum Merciis Regnum, a tempore Offæ invadere tentaſſet*. Quare Merciorum Regnum in occaſum tendebat.

I. OCtingenteſimus vigeſimus ſecundus annus adeſt, Indictione decimaquinta notatus, quo Ludovicus Imperator cum ſemel inflictum, ex morte Bernhardi Italiæ Regis, ejus, nepotis, & ex aliis quæ peccaſſet in fratres atque cognatos, conſcientiæ vulnus numquam ſanare potuiſſet, quod ex eorum memoria in dies acerbius recrudeſceret, eo quod ejus neci cauſam dediſſe videri poſſet, dum non indulſiſſet ſponte venienti atque ſuppliciter veniam deprecanti (ſicut eſt ſententia David dicentis (a): *Converſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina*) ad remedium conſequendum ipſe ſe, volens libenſque ſubiecit publicæ pœnitentiæ, quæ ab Eccleſia quam rariſſime, nec niſi magna urgente cauſa irrogari privato licet alicui conſuevit. Sed quod magis ejus ea in re commendat erga Deum pietatem & adverſus peccatum odium implacabile, illud fuit; quod non ſatis ſibi viſum præ foribus alicujus Eccleſiæ coram civitatis unius populo eamdem publicam agere pœnitentiam, ſed in generali conventu, quem ob eam cauſam indixit, ad quem Epiſcopi convenirent, Principes & magiſtratus, & alii, qui denſo agmine adeſſe conſueverunt, exhibere ſe voluit. At quæ de re tanta domeſticus qui aderat ſcriptor rerum geſtarum ejus habeat licet breviter quæ ſunt acta recenſeat, videamus, qui ait:

(a) *Pſal.* 31.

Ludovicus Imp. in magna Synodo publicam agit pœnitentiam.

II. *Anno hunc ſequenti* (hoc ipſo ſcilicet) *Imperator conventum generalem coire juſſit in loco, cujus vocabulum eſt, Attiniacus. In quo convocatis ad Concilium Epiſcopis, Abbatibus, ſpiritualibuſque viris, necnon Regni ſui proceribus, primo quidem fratribus reconciliari ſtuduit, quos invitos attonderi fecerat: deinde omnibus, quibus aliquid læſuræ intuliſſe videbatur. Poſt hæc palam ſe erraſſe confeſſus, & imitatus Theodoſii Imperatoris exemplum, pœnitentiam ſpontaneam ſuſcepit tam de his, quam quæ in Bernhardum nepotem proprium geſſerat. Et corrigens ſi quid talium vel a ſe, vel a patre ſuo geſtum reperiri alicubi potuit, etiam plurimarum eleemoſynarum largitione, ſed & ſervorum Chriſti orationum inſtantia, necnon propria ſatisfactione adeo divinitatem ſibi placare curabat, quaſi hæc, quæ legaliter ſuper unumquemque decurrerant, ſua geſta fuerint crudelitate*. Habent eadem veteres Annales, & alii ferme omnes, qui res Francorum ſcriptis ſunt proſequuti.

III. Sed quibus ritibus eadem tum iſta publica ſoleret fieri pœnitentia, in ejuſdem Im-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLX. Anno Hegiræ CCVII. inchoato die 26. Maii fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6315.

☉ 19. E. ☽ 6. P. 13. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 822.

PASCHALIS PAPÆ 6.

LUDOVICI IMP. 9.

MICHAELIS BALBI IMP. 3.

A. C. 822. 1. *Pœnitentia Ludovici Aug. in Conventu Attiniacenſi.*

ANum. I. ad VIII. Hoc anno apud *Attiniacum*, (quæ Regia villa erat ad lævam Axonæ ripam poſita, hodieque oppidulum Remenſi Eccleſiæ ſubditum) Ludovicus Pius Conventum habuit, uti Baronius ex Auctore Vitæ ejus, & Eginhardus in Annal. his verbis narrat: *Dominus Imperator conſilio cum Epiſcopis & Optimatibus ſuis habito, fratribus ſuis, quos invitos tonderi juſſit, reconciliatus eſt, & tam de hoc facto, quam & de iis, quæ erga Bernhardum filium fratris ſui Pippini, nec non & iis, quæ circa Adelhardum Abbatem & fratrem ejus Vvalachum geſta ſunt, publicam confeſſionem fecit, & pœnitentiam egit. Quod tamen in eo Conventu, quem eodem anno menſe Auguſto Attiniaci habuit, in præſentia totius populi ſui peregit. In quo quidquid ſimilium rerum vel a ſe vel a patre factum invenire potuit, ſumma devotione emendare curavit.* Tres itaque iſtius pœnitentiæ cauſæ ab hoc Annaliſta recitantur, quod ſc. Imperator in fratres, in nepotem ex fratre, & in agnatos peccaſſet. Primo *Ludovicus* fratres ſuos, Drogonem, Hugonem, & Theodoricum, quos Carolus pater in tenera ætate reliquerat, poſt Bernhardi Regis mortem licet invitos tonderi præcepit. Inita autem hoc anno reconciliatione eoſdem fratres, ut Theganus cap. 24. ſcribit, *honorifice conſtituit. Drugoni Epiſcopatum dedit & Hugoni Cœnobialia Monaſteria*. [1] De Theodorico nec hic Auctor, nec quis alius impoſterum quidquam ſcribit, ideoque Cointius hoc anno num. VII. recte coniicit, eum paucis poſt annis denatum, cum pubertatem vix adeptus eſſet. *Drogo* anno ſequenti Metenſis Epiſcopus dictus eſt, de quo & de Hugone ſæpe ſermo recurret. Idem Theganus cap. 23. de Bernhardi morte hæc habet: *Imperator magno eum dolore flevit multo tem-*

NOTÆ [1] EOdem facile anno quo Drogo Caroli M. filius Metenſem epiſcopatum obtinuit, Hugo pariter alter ejus filius ex Regina concubina natus abbas commendatarius renunciatus fuit. Cum enim anno 844. interfectus fuerit, decemque annis abbbatem egerit, ut tradit Iperius in chronic. S. Bertini vulgato a P. Martene Anecdot. tom. III. col. 513. fit proinde ut anno 823. vel 24. cœperit. MANSI



Imperatoris Capitularibus hæc ſcripta reperiuntur (a): *Ut pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manus ſuper caput & cilicium a ſacerdote, ſicut ubique conſtitutum eſt, conſequantur:* Et ſequenti capite: *Omni tempore jejunii manus pœnitentibus a ſacerdotibus imponuntur.* Et inferius (b): *Criminalia peccata multis jejuniis & crebris manus ſacerdotis impoſitionibus, eorumque ſupplicationibus juxta canonum ſtatuta placuit purgari: ita ut nemo ſine manus impoſitione Epiſcopi aut ejus juſſu alicujus preſbyteri ſe credat a ſuis facinoribus abſolutum, &c.* Probat hæc enim tam ex veteri lege, quam etiam Evangelica. Et inferius de iiſdem ſequenti capite (c): *Ut ſecundum formam canonum pœnitentibus detur pœnitentia; ac prius eos a communione ſuſpenſos ad officium Eccleſiæ excubare faciant, & inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebro recurrere. Expleto autem ſatisfactionis tempore, ſacerdotali prece per manus impoſitionem juxta ordinem ſacramentorum, & canonum reconcilient pœnitentes, & ſacra communione confirment.*

(a) *Capit. l.* 5. *c.* 58. 59.

(b) *Eod. l. c.* 62.

Quibus ritibus agi ipſe juſſerit publicam pœnitentiam.

(c) *Eod. l. c.* 62.

His ipſis canonibus pœnitentialibus, quos aliis ſervandos propoſuit, quis dubitet ſeipſum adeo contritum dolore cordis ſubiicere voluiſſe? Sed & de temporis diuturnitate ejuſdem pœnitentiæ publicæ, accipe quod in iiſdem Ludovici Capitularibus pariter inditum (d) habetur:

(d) *Eod. l. c.* 71.

IV. *Qui pœnitentiam publice gerunt, debent unum annum eſſe cum cilicio inter audientes, vel uſque ad magnum diem,* nempe quintam feriam majoris hebdomadis, qua reconciliantur pœnitentes: *& populo, quando intrat in Eccleſiam, profuſis lacbrymis veniam poſtulare, precarique qualiter ſeptem annorum pœnitentia agatur cum humilitate, ut pro eis dignentur orare. Tribus vero annis ſubjaceant inter pœnitentes manibus ſacerdotum in loco retro oſtium Eccleſiæ pœnitentibus conſtituto, & ſeorſum, infra ipſam tamen Eccleſiam ſecluſo: populo tamen jam non in terram proſtrati, ſed vultu & capite humiliato, humiliter & ex corde (ut ſupra dictum eſt) veniam poſtulent, & pro ſe orare expoſcant. Duobus vero annis oblationes modis omnibus non ſinentur offerre, ſed populo tantummodo in oratione ſocientur, ut perfectionem ſeptimo in cœna Domini conſequantur anno, id eſt, Epiſcopi, vel ejus juſſu, ſi ipſe abeſt, aliorum ſacerdotum manus impoſitionem, abſolutione ſacerdotalium pre-*

PAGIUS *tempore, & confeſſionem dedit coram omnibus Epiſcopis ſuis, & judicio eorum pœnitentiam ſuſcepit propter hoc tantum, quia non prohibuit Conſiliarios hanc crudelitatem agere. Ob hanc cauſam multa dedit pauperibus propter purgationem animæ ſuæ.* Peccavit denique Ludovicus, quia *Vvalam* Virum innocentem, falſoque perfidiæ inſimulatum relegavit; ſed gravius, in eo quod *Vvalæ* fratres, *Adelhardum* & *Bernarium*, illum Abbatem, hunc Monachum, qui nuncium rebus ſæcularibus a multis annis remiſerant, eadem affecit calamitate cum ſorore etiam *Gundrada*, cujus mores erant ſanctiſſimi.

II. *Querela uxoris de marito ad Judices ſæculares remiſſa.*

Hunc Attiniacenſem Conventum Hincmarus univerſalem totius Imperii Synodum, cui Legati Sedis Romanæ interfuerunt, & Generale Placitum vocat in libro de Divortio Lotharii Regis & Tetbergæ Reginæ in Reſponſ. ad Interrog. V. narratque quid ibidem in cauſa Northildis de Agemberto Viro ſuo conquerentis actum ſit: *quidam noſtrum*, inquit, *tempore ſanctæ memoriæ Domni Hludovici Pii Auguſti, in Attiniaco Palatio tunc fuerunt, quando in Univerſali Synodo totius Imperii, etiam cum Sedis Romanæ Legatis, & in Generali Placito, femina quædam non ignobilis genere, nomine Northildis de quibuſdam inhoneſtis inter ſe & virum ſuum vocabulo Agembertum, ad Imperatorem publice proclamavit; quam Imperator ad Synodum deſtinavit, ut inde Epiſcopalis auctoritas quid agendum eſſet, decerneret. Sed Epiſcoporum generalitas ad Laicorum ac conjugatorum eam remiſit judicium, ut illi inter illam & ſuum conjugem judicarent, qui de talibus negotiis erant cogniti, & legibus ſæculi ſufficientiſſime præditi, eorumque legalibus judiciis eadem femina ſe ſubiiceret, & quod de quæſtione ſua decreviſſent, ſine repetitione teneret; ſi vero crimen aliquod eſſet, inde pœnitentiæ modum, poſt illorum judicium, ab Apoſtolica auctoritate depoſceret, ſecundum quod Sacri Canones præfixerunt, ei imponere non negarent. Nobilibus autem Laicis Sacerdotalis diſcretio placuit, quia de ſuis conjugibus eis non tollebatur judicium, nec a Sacerdotali ordine inferebatur legibus civilibus præjudicium, & legem proclamationi feminæ protulerunt, ac legali judicio quæſtioni terminum contulerunt.*

III. *Capitulare Attiniacenſe.*

In eodem Attiniacenſi Conventu *Ludovicus* Auguſtus edidit *Capitulare*, cujus mentionem facit Agobardus in lib. de Diſpenſatione Eccleſiaſticarum Rerum, cap. 2. Qui deinde cap. 5. ſcribit: *Sequenti anno cum adeſſent juſſi in Compendio Palatio*, &c. Quibus verbis deſignant Conventum Compendii, menſe Novembri anni ſequentis coactum. Locum Agobardi integrum recitat Baronius in Appendice ad hunc Chriſti annum. Sed de Capitulari Attiniaci hoc anno edito magna inter Viros Eruditos verſatur controverſia, de qua hic agere brevitas, quam nobis proponimus, non patitur. Legendi itaque Cointius loco laudato, Sirmondus, Baluzius, aliique.

IV. *Lotharius Imp. a patre mittitur in Italiam.*

Conventu Attiniacenſi peracto, *Lotharius* Auguſtus a Ludovico patre in Italiam miſſus eſt, ut Regii muneris partes obiret, indeque ab hoc anno initium Regni ſui Italici in variis Diplomatis *Lotharius* deducit, ut obſervarunt Cointius hoc anno num. C. & Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 26. num. XIV. Idem Mabillonius, qui variis Lotharii Diplomatis hanc Epocham adſtruit, lib. VI. de re Diplom. pag. 516. exhibet Ludovici Pii & Lotharii Præceptum his verbis ſubſcriptum: *Data IIII. Idus Novemb. anno Chriſto propitio Imperii Domini Hludovvici Sereniſſimi Auguſti XIIII. Domni vero Lotharii VI. Indictione VI.* anno nempe

*precum, communionis Catholicæ gratiam recepturi. In his vero ſeptem annis multipliciter jejuniis, & orationibus, fletibus, & eleemoſynarum (prout melius potuerint) exhibitionibus & lachrymis perſiſtant. Et ne ulterius eis talia contingant, admodum caveant, dicente Domino (a). Vade & noli amplius peccare.* Hæc ipſe ex antiquis canonibus excripſit. An autem aliqua ipſe diſpenſatione ſit uſus, affirmare non audemus, cum præſertim ſciamus fuiſſe ſacrarum legum obſervantiſſimum, quas & aliis cunctis propoſuit obſervandas.

(a) Joan. 5.

V. De eodem hoc Attiniacenſi conventu idem Ludovicus meminiſſe viſus eſt, cum poſtea Epiſcopos admonuit, ut qui ea neglexiſſent, perficere non prætermitterent: nam ibi poſt alia hæc ait (b): *Scholæ ſane ad filios & miniſtros Eccleſiæ inſtruendos vel edocendos, ſicut nobis præterito tempore ad Attiniacum promiſiſtis, & vobis injunximus: in congruis locis, ubi necdum perfectum eſt, ad multorum utilitatem & profectum, a vobis ordinari non negligantur.* Abſoluto eodem Attiniacenſi conventu, tradunt iidem, qui ſupra, auctores, Ludovicum Imperatorem miſiſſe in Italiam Lotharium ſuum filium, adjunctis ejus lateri viris religioſis, quorum arbitrio res poſſet componere ac moderari.

(b) Capit. l. 2. c. 5.

☞ Rurſum vero de Attiniacenſi conventu meminit Agobardus Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui & eidem interfuit, & in eo ſermonem habuit. Teſtatur id ipſe, qui ait (c):

*In illis diebus, quando ſacer, & religioſus dominus noſter Imperator evocato conventu in Attiniaco agebat, ſtrenue providens de omnibus utilitatibus commiſſorum ſibi populorum, pervenit ad ſublimiorem inquiſitionem perneceſſarii conſilii: cupiens ſcilicet invenire, qualiter congruentiſſimæ profectum doctrinæ, & abolitionem negligentiorem ſacerdotibus, & cunctis honoratis ſuis commendare potuiſſet: quod utique laudabiliter (inſpirante Dei gratia) quæſivit, eleganter invenit, fideliter ore ſuo annuntiavit. Quæ cuncta nunc replicare nimis prolixum eſt; quia & tunc diſtinctis capitulis comprehenſa ſunt, & omnibus nota eſſe debent. Hanc igitur rem, cum miris tunc laudibus adhuc inchoatam magiſtri noſtri efferrent, & præcipue venerandus ſenex Adalardus, qui etiam dicebat ſe numquam ſublimius, vel glorioſius cauſam profectus publici moveri, & cogitari vidiſſe a tempore Regis Pipini uſque ad diem illum: tantum ne reſpondentium, & obedientium negligentia humiliaretur; addidit ipſe, & cæteri primores, dicentes omni Concilio, quidquid utile potuerit reperire ſagacitas veſtra ad cavenda peccata, ad vi-*

(c) Agob. de diſpenſat. princ. pag. 257.

PAGIUS pe Chriſti DCCCXXVII. quo Kalend. Septemb. Indictio illa cœpit, & annus XIV. Ludovici Pii in curſu erat, ſicuti & ſextus Lotharii a currenti anno deſumtus. Mabillonius labente memoria hoc Præceptum cum anno DCCCXXIII. conjunxit. *Ludovicus* filio in Italiam abeunti, duos præcipuos dedit Adminiſtros *VValam* Corbejenſem Monachum & *Gerungum* Oſtiariorum Magiſtrum, qui ſuo cum in privatis, tum in publicis rebus conſilio juvarent. Gerungus *ſummus Sacri Palatii Oſtiarius* appellatur a Frothario Epiſcopo Tullenſi lib. 2. Epiſt. 4. eratque Oſtiarius Palatii, primus inter *Miniſteriales* Palatinos, qui majoribus Miniſtris ſuberant, ut docet Hincmarus de Ordine Palatii cap. 7. *Peracto*, inquit Eginhardus in Annal. *Conventu, qui Attiniaci habebatur, Imperator venandi gratia Arduenam petiit, Lotharium vero filium ſuum in Italiam miſit. Cum quo VValachum Monachum propinquum ſuum, fratrem videlicet Adelhardi Abbatis & Gerungum Oſtiariorum Magiſtrum una miſit, quorum conſilio & in re familiari, & in negotiis ad Regni commoda pertinentibus uteretur.* In Epitaphio Arſenii, ſeu in Vita Walæ Abbatis Corbejenſis dialogico modo ſcripta, & a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. I. publicata num. XV. Paſchaſius his verbis interloquitur: *Benedictio perituri ſuper eum* (ideſt Walam) *veniebat, quia profecto a puero juſtitia ſicut veſtimento eſt indutus. Unde & cauſam quam neſciebat, diligentiſſime inveſtigabat. Quapropter cum Padagogus eſſet Auguſti Cæſaris* (nempe Lotharii) *ultra Penninos alpes, quid egerit in judiciis, quidve in diſpoſitione rerum & juſtitiæ diſcipli-*

*na Chremem interrogemus*, CHREMES (qui unus eſt ex Interlocutoribus). *Vereor laudare Virum, ne id aſſentandi magis, quam quod habeam ex illo, & gratum facere exiſtimer. Tamen ex toto ne reticeam, qualis quantuſve inveſtigator veritatis fuerit, quam ſtrenuus in ſententia, quam fortis contra ſummos Judices iniquitatis, quam efficax ingenio contra eos, qui corrumpuntur muneribus; unum e pluribus pandam, quo facto nihil iniquius hoc in tempore didici*, &c.

V. Hoc anno Novæ Corbeiæ ad Viſurgim fluvium fundamenta jacta: de cujus Monaſterii primordiis hæc leguntur in Chronico MS. Saxonico: *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCCXXII. *inchoatum eſt Monaſterium in Nova Corbeia, per Adelhardum Antiquæ Corbeiæ in Francia Abbatem. Ludovicus enim electis probatiſſimis Monachis de Gallia cum Venerabili Viro Adelhardo, datis Reliquiis Sancti Stephani, Corbeienſe Cœnobium in Saxonia conſtrui & dedicari fecit. Ipſe Ludovvicus Imperator ad idem Cœnobium tradidit donationes*, &c. Quia vero hoc Monaſterium primaria utriuſque Saxoniæ Schola, aliquot ſæculis fuit, & ex eo prodiere multi Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archimandritæ & Viri inſigniter docti; fuſius hæc fundatio ex Libello de Origine Corbeiæ Novæ, ſeu de Tranſlatione Sancti Viri Martyris in Saxoniam, qui extat apud Mabillonium loco laudato, hic explicanda; eo magis quo Baronii tempore Libellus iſte adhuc tenebris ſepultus erat. In eo hæc de Carolo Magno dicuntur: *Cum requiem præſtitiſſet ei Dominus a compluribus inimicis ſuis, convocavit omnes, qui ſub Ditione ſua erant, ma-*

*Fundatur Nova Corbeia.*



*vitanda pericula, ad erigendam religionem, ad illuſtrandam doctrinam, ad corroborandam fidem, ad excolendum ſtudium ſanctitatis, confidenter edicite, & ad explenda parituram Deo dominum Imperatorem minime dubitetis. Qui quoniam (ut Scripturæ Sacræ docent) peccata contrahunt, infelicitates, perturbationes, clades, & ſterilitates in populos, tota ſollicitudine curat, ut bona quidem ſtatuendo, mala vero deſtruendo obtineat una vobiſcum apud Dominum, ut remotis adverſis caſibus, regnum ſibi commiſſum proſpere, Deo favente, valeat gubernare. Hæc & his ſimilia cum primores noſtri jucundiſſime loquerentur, ego ut ſcilicet humillimus omnium, & extremus, cœpi quodammodo pedetentim, utpote magnis viris ita ſuggerere:*

Agobardi Archiep. Lugdunenſis in Attiniacenſi Concilio ſermo.

*Ecce omnipotens Deus præparavit animos domini Imperatoris, ut ſollicite velit agnoſcere temporis vices, conſonas, vel diſſonas æquitati. Expedit vero, ut ea, quæ diſſona ſunt (ſi poſſibilitas ſuppetit) emendentur. In quantum autem poſſibilitas non ſuffragatur, cum timore Dei tolerantur, quatenus dum illicitum quidpiam ex neceſſitate agitur, quod declinari non poteſt: timor ſaltem faciat excuſabilem, quem executio non conſtituit abſolutum. Neceſſe eſt ergo, ut veſtra induſtria magnanimitati ejus ſuggerat pericula de rebus eccleſiaſticis, quas contra vetitum, & contra canones tractant, & in uſus proprios expendunt homines laici. Poſtquam enim diffuſa eſt Eccleſia Dei toto orbe terrarum, & cœpit exaltari ac magnificari per omnes regiones & nationes, cæperuntque templa erigi a fidelibus Imperatoribus, ac Regibus, atque Epiſcopis, vel cæteris potentibus, ditarique rebus, & theſauris ornari; fuit etiam conſequens, ut Principum providentia leges promulgarentur, & Epiſcoporum ſollicitudine canones ſtatuerentur de rebus ſanctificatis, id eſt ſacris locis deputatis; qualiter tuerentur ab improbis, tuerentur a gubernatoribus, vel expedirentur. Convenerunt Epiſcopi, viri ſancti, quibus tunc abundabat Eccleſia, ſtatuerunt illibatos conſervari debere ſacros canones, qui firmati ſunt Spiritu Dei, conſenſu totius mundi, obedientia Principum, conſonantia Scripturarum. Ex quo tempore acceptum & receptum eſt, non aliud eſſe agere cuiquam adverſus canones, quam adverſus Deum, & adverſus ejus univerſalem Eccleſiam; neque ſenſum eſt umquam a quibuſque Fidelibus, ut talia ſtatuta, abſque periculo religionis violarentur. Quod ergo Deo auctore ſtatutum eſt nova neceſſitate, quæ tunc temporis non accidit, excuſabilem facere non poteſt violatorem, quia omnipotenti Deo omnia tempora, omniaque volumina ſæculorum præſentia ſunt, & ſtantia, neque aliquid præteriti poteſt recordari, nec futurum aliquid expectare.*

*Quamobrem iſtæ, quas nunc homines prætendunt neceſſitates, & quarum cauſa ſe impune putant res ſacras in uſus communes vertere: licet tunc hominibus futuræ eſſent, Deo tamen præſentes erant: quodque Spiritu ſuo ſtatuit Eccleſia tenendum: cunctis diebus, uſque in finem ſæculi voluit cuſtodiri. Sed quoniam quod de ſacris rebus, in laicales uſus illicite tranſlatis dicimus, non fecit iſte dominus Imperator, ſed præceſſores ejus, & propterea iſti impoſſibile eſt omnia emendare, quæ antecedentes male uſurpata dimiſerunt: ſaltem admonentibus vobis, cogitare dignetur periculum, quod licet, & vitare nequeat, tamen dum penſat, timet, ac dolet, apud miſericordem Dominum, fiat per hæc excuſabilis, & vos communi-*

PAGIUS *majores Sacerdotes & Principes; atque ſtudioſiſſime quæſivit, quomodo veram fidem, veramque Religionem in univerſo Regno ſuo firmaret. Quæſivit etiam nihilominus Sacerdotes bonæ ſpei, quos in Saxoniam dirigeret, qui ipſos ſecundum Eccleſiaſticam fidem docerent, domos Epiſcoporum atque Eccleſias conſtituerent. Sed cum omnem ordinem Eccleſiaſticum in illa Regione tradidiſſet, qualiter ibidem Monaſticam religionem inſtituere potuiſſet, invenire nequivit: niſi tantum quod illius gentis homines, quos obſides & captivos tempore conflictionis adduxerat, per Monaſteria Francorum diſtribuit, legem quoque Sanctam atque Monaſticam diſciplinam inſtitui præcepit. Denique quia in Corbeia Monaſterio laudabilis eo tempore Religio Monachorum habebatur, multos inibi ejuſmodi Viros fore conſtituit.*

VI. Adalhardus, ut hæc in pauca contraham, *cum eſſet inter Primores Palatii, atque Conſiliarios Regis*, ut ei voluntas Imperatoris innotuit, ab eis qui erant a gente Saxonica, ſciſcitatus eſt, ſi in ea Regione poſſet inveniri locus, ubi Monachorum Monaſterium conſtrui poſſet. Interim Imperatore mortuo & Sancto Adalhardo a Ludovico Aug. in exilium miſſo, alter Adalhardus in prioris locum ſuffectus eſt. Is anno DCCCXV. dum Conventum in Saxonia Ludovicus Aug. celebraret, ei ſuaſit, *ut ad profectum Chriſtianæ Religionis in eadem Provincia Monaſterium Monachorum conſtruere juberet.* Quod cum pius Imperator gratum habuiſſet, Adalhardus Monaſterium cœpit ædificare: ſed *cum per ſex & eo amplius annos* nihil proficere poſſet ob loci ſterilitatem, interimque Adalhardus Senior in priſtinum honorem reſtitutus fuiſſet, venit hic in partes Saxoniæ una cum Wala fratre ſuo. *Venerunt ergo anno octingenteſimo viceſimo ſecundo Dominicæ Incarnationis ſub die octavo Idus Auguſti*, & conſtituerunt quædam habitacula ac petierunt ab Epiſcopo, ut locum ſanctificaret, quod factum *octavo Kalendas Septemb. Sequenti autem anno venit iterum Venerabilis Abba, & plures ex fratribus cum eo*, quos inſtruxit de omnibus, quæ ad cultum Divinum, & religionem Sanctam pertinebant. Hæc Auctor Anonymus Libelli de Origine Corbeiæ No-

*Conſilio S. Adalhardi & bonis Ludovici Pii.*

*nicate pondus periculi, ſublevateque portantem in quantum fieri poteſt: ut dum vos illi communicantes in periculis, & ille vobis compatiens extiterit in triſtibus, ac defenſor in perſuaſionibus: dumque unum ſapitis, tantumque periculum communiter toleratis, avertatur ab illo, necnon & a vobis hujuſcemodi prævaricationis vindicta. Cum hæc igitur a me dicerentur, reſponderunt pie reverendiſſimi viri Adalardus & Heliſacar Abbates. Utrum vero audita retulerint domino Imperatori, neſcio.* Pergit dicere de alio conventu habito anno ſequenti in Compendio, de quo ſuo loco dicendum.

☞ Interea ut in iiſdem immoremur, cur hoc potius anno de admiſſis culpis pœnitentiam egerit Ludovicus: ex Paſchaſio (a) Ratberto hujus temporis ſcriptore, qui res geſtas S. Adelhardi ſcriptis eſt proſecutus, poſſumus intelligere. Acciderat enim, ut qui ante ſeptennium S. Adelhardus Corbejæ in Gallia Abbas, idemque conſobrinus Caroli Magni (de quo ſuperius dictum eſt) ab eodem Ludovico quibuſdam calumniis circumventus exulare ſit juſſus: poſtliminio reſtitutus, ipſum libere monens, ad id agendum provocaverit Imperatorem: qui & ex eo nimio eſt afflictus dolore, quod in virum ſanctiſſimum adeo enormiter deliquiſſet. Sed accipe hæc a Paſchaſio, qui hæc ait de ipſo, poſtquam eſt in Palatium revocatus:

(a) *Apud Surd. die 2. Jan. t. 1.*

S. Adelhardus revocatus ab exilio.

VI. *Apparuit autem*, inquit, *illico nudata inſipientia, quæ tegebatur pallio caliginis, & factus eſt ſtupor nimius, qui Senatum populi ad tantam ineptiam deduxiſſet. Qui comperto non parum eos invidia fuiſſe deluſos, duxerunt in irritum pene quicquid per hoc tempus, ut eis viſum eſt, argumentoſe tractaverant. Solvitur itaque ceu multorum captivitas, eorum maxime qui regio pollebant ſemine. Redditur in uno libertas omnibus, quocumque in loco tenerentur, niſi quos vita prius mors privarat. Tum deinde quorumdam tonſura propter furoris ſævitiam illata, tranſiit ad coronam, & dant Deo ſponte, quod dudum inviti quaſi ad ignominiam ſuſceperant. Quid plura? Ipſe glorioſus Imperator publicam ex nonnullis ſuis reatibus pœnitentiam ſuſcipiens, factus eſt omnium humillimus, qui quaſi regali electione ſibi peſſimus perſuaſor fuerat, ut quorum oculi offenderant in delicto, ſatisfactione regia ſanarentur, præſertim quod ejus velle cunctos conſiderare, ejuſque nolle conſpicere, manifeſtum non ambigitur. Sed niſi reverſus eſſet veritatis aſſertor, interea minime patuiſſet, quo lethargico ſpiritu premerentur.* Subdit etiam quomodo idem fuerit auctor eidem Ludovico Imperatori, ut in expiationem delictorum admiſſorum Corbejam in Saxonia erigeret monaſterium, a Corbeja Galliæ, cui inſervierat Abbas, nomen accipiens, cui & idem Adelhardus præficeretur Abbas.

Quis auctor publicæ pœnitentiæ Ludovico.

VII. Hoc namque anno jacta eſſe fundamenta Corbeiæ Saxoniæ æque Lambertus affirmat, præcedenti vero Adamus, dum ait (b): Anno trigeſimotertio Villerici Bremenſis Epiſcopi novam Corbejam in Saxonia ædificatam, quem conſtat ſedere cœpiſſe anno Domini ſeptingenteſimo octogeſimo octavo, qua ratione præcedenti anno, eamdem cœptam ædificari dicendum erit. Ex qui-

(b) *Adam. l. 1. c. 15.*

PAGIUS Novæ. Baronius num. VII. ubi de conditu celeberrimi hujus Monaſterii agit, ſubdit, *Sanctum Adalhardum* haud diu fuiſſe ſuperſtitem. Sed cum nunc conſtet, ejus mortem contigiſſe anno DCCCXXVI. de ea eo anno verba faciemus. Porro condita fuit *Nova Corbeia* in Epiſcopatu Paderbornenſi, cui hoc tempore præerat *Baduradus*, qui ideo ſucceſſerat *Hathumaro* Epiſcopo primo Paderbornenſi. Nomen enim Novæ Corbeiæ ab Epiſcopo *Badurado* impoſitum fuiſſe, docet Chronicon Corbeienſe a Meibomio editum.

VII. Adalhardus & Wala Attiniacenſi Synodo interfuere, ut teſtatur Agobardus loco citato, qui & ipſe in eadem Synodo ſedit, & coram Adalhardo, aliiſque Primoribus in hunc modum locutus eſt: *Ecce Omnipotens Deus præparavit animos Domini Imperatoris, ut ſollicite velit agnoſcere temporis vires; conſonas vel diſſonas æquitati. Expedit vero, ut ea quæ diſſona ſunt ſi poſſibilitas ſuppetit, emendentur, in quantum autem poſſibilitas non ſuffragatur, cum timore Dei tolerentur; quatenus dum inlicitum quidpiam ex neceſſitate agitur quod declinari non poteſt, timor ſaltem faciat excuſabilem, quem executio non conſtituit abſolutum. Neceſſe eſt ergo, ut veſtra induſtria magnanimitati ejus* (nempe Imperatoris) *ſuggerat pericula de rebus Eccleſiaſticis, quas contra vetitum, & contra Canones tractant, & in uſus proprios expendunt homines Laici. Poſtquam enim diffuſa eſt Eccleſia Dei toto Orbe terrarum & cœpit exaltari ac magnificari per omnes Regiones & Nationes, cœperuntque Templa erigi a fidelibus Imperatoribus ac Regibus atque Epiſcopis vel cæteris Potentibus, ditarique rebus, & theſauris ornari; fuit etiam conſequens, ut Principum providentia leges promulgarentur, & Epiſcoporum ſollicitudine Canones ſtatuerentur de rebus ſanctificatis, ideſt, ſacris locis deputatis; qualiter tuerentur ab improbis, tuerentur a Gubernatoribus, vel expedirentur. Convenerunt Epiſcopi, Viri Sancti, quibus tunc abundabat Eccleſia. Statuerunt inlibatos conſervari debere Sacros Canones, qui firmati ſunt ſpiritu Dei, conſenſu totius mundi, obedientia Principum, conſonantia Scripturarum.*

*Agobardus bona Eccleſiaſtica a Laicis repetenda cenſet.*

VIII. *Ex quo tempore acceptum & receptum eſt non aliud eſſe agere cuiquam adverſus Canones, quam adverſus Deum, & adverſus ejus Univerſalem Eccleſiam, neque ſenſum eſt unquam a quibuſve fidelibus, ut alia ſtatuta abſque periculo Religionis violarentur. Quod ergo Deo Auctore ſtatutum eſt, nova neceſſitate quæ tunc temporis non accidit, excuſabilem facere non poteſt violatorem; quia Omnipotenti Deo omnia tempora, omniaque volumina ſæculorum præſentia ſunt & ſtantia,*

*Proceres hortatur, ut id Ludovico Aug. inſinuent.*



quibus redarguendi ſunt ii, qui in alia tempora ab iis diverſa proponunt. Fuit autem aliquamdiu idem monaſterium ſcola ſanctiſſimorum virorum, inter quos primus enituit S. Anſgarius Apoſtolus Suevorum atque Danorum, reliquorumque interiorum Germanorum, de quo inferius plura dicturi ſumus.

Corbejæ monaſt. in Saxonia quando ædificatum.

Porro haud diutius ſenex ſanctiſſimus ſupervixit, ſed in eodem monaſterio ſpiritum Deo reddidit, cujus ſepulcrum ejuſmodi exornatum eſt Epitaphio:

*Hic jacet eximius meritis venerabilis Abba*
*Noſter Adelhardus, dignus honore ſenex.*
*Regia proſapies paradiſi vere colonus:*
*Vir charitate probus, moribus atque fide.*
*Quem dum ſub tumulo recolis tu quiſque viator.*
*Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit.*
*Nam poſt octavas Domini, hic carne ſolutus*
*Succedente die, aſtra petivit ovans.*

At de his ſatis.

VIII. Quoad res pertinet Orientis, hoc anno obſidione laboravit Conſtantinopolitana civitas, Thoma Tyranno præſtringente eam. Quomodo ſe iſta habuerint, ex antiquioribus quos citat hiſtoricis exacte Cedrenus deſcripſit. Quod ad tempus ſpectat, cœpta eſt (ut dictum eſt anno ſuperiori) obſideri civitas menſe Decembri decimaquinta Indictione, ipſa autem modo proprior, modo longior perſeveravit ſpacio unius anni, ut ex ejuſdem Michaelis Imperatoris litteris conſtat, datis ad Ludovicum Imperatorem, ubi & res geſtæ ab eodem Thoma cum recenſeantur, reddituri ſumus eas inferius ſuo loco: modo ſatis hic quam breviſſime de ſceleratiſſimo homine ſummatim iſta referre.

Conſtantinopolitana civitas obſeſſa.

Hic namque ex obſcuriſſimo homine, famuloque viri Senatorii Conſtantinopoli, ob pœnæ metum, ob invaſum thorum ejus, factus eſt transfuga ad Sarracenos, ubi ad vigintiquinque annos, ejurata Chriſtiana Fide permanſit. Poſtea vero rediens ad Romanos, ſe Conſtantinum finxit eſſe, filium Irenæ Imperatricis, eaque arte comparaſſe ſibi perditiſſimorum hominum cœtum, quo ſub Leone Armeno occupavit Armeniam & alias regiones. Creato vero Michaele Imp. majoribus copiis ſimul collectis, diverſarum gentium Romani Imperii inimicis Conſtantinopolitanam civitatem obſedit, locaque complura munita cœpit, comparataque claſſe, terra, marique Conſtanti-

Qualis Thomas tyrannus.



PAGIUS *tia, neque aliquid præteriti poteſt recordari, nec futurum aliquid expectare. Quamobrem iſtæ, quas nunc homines prætendunt neceſſitates, & quarum cauſa ſe impune putant res ſacras in uſus communes vertere, licet tunc hominibus futuræ eſſent, Deo tamen præſentes erant quodque ſpiritu ſuo ſtatuit Eccleſia, tenendum cunctis diebus uſque in finem ſæculi voluit cuſtodiri. Sed quoniam quod de ſacris rebus in laicales uſus inlicite tranſlatis dicimus, non fecit iſta Dominus Imperator, ſed Præceſſores ejus, & propterea iſti impoſſibile eſt omnia emendare, quæ antecedentes male uſurpata dimiſerunt; ſaltem admonentibus vobis cogitare dignetur periculum quod licet, & vitare nequeat, tamen dum penſat, timet, ac dolet, apud miſericordem Dominum fiat per hæc excuſabilis. Et vos communicate pondus periculi ſublevateque portantem, in quantum fieri poteſt, ut dum vos illi communicantes in periculis, & ille vobis compatiens extiterit in triſtibus, ac defenſor in perſuaſionibus; dumque unum ſapitis tantumque periculum communiter toleratis, avertatur ab illo, nec non & a vobis hujuſcemodi prævaricationis vindicta.*

IX. Hæc dicebat *Agobardus* ea mente, ut Imperatori referrentur. Utrum relata fuerint, addit ſe neſcire. Piam tamen nonnullorum Abbatum qui audiverant, atque in his *Adalhardi* reſponſionem commendat hac proxima periodo; *Cum hæc igitur a me dicerentur, reſponderunt pie Reverentiſſimi Viri Adalhardus & Heliſacar Abbates* (ille Corbeienſis, hic Monaſterii Sancti Maximini prope Trevirim) *utrum vero audita retulerint Domino Imperatori, neſcio*. Ex egregio hoc Agobardi Archiepiſcopi Lugdunenſis loco, quem Cointius hoc anno num. CIII. etiam recitat, potuit Vir eruditiſſimus intelligere, quam immerito ipſemet ſcripſerit, *Carolum Martellum* bona Eccleſiaſtica laicis poſſidenda nunquam dediſſe.

*Incertum an hæc relata fuerint Imperatori.*

X. Ad num. VIII. & ſeqq. *Michael & Theophilus* Orientis Imperatores, anno DCCCXXIV. menſe Aprili ſcripſere ad Ludovicum Aug. literas a Baronio eo anno num. XVIII. & ſeqq. relatas, in quibus licet multa mendacia contineantur, in iis tamen quæ narrat de *Thomæ* rebellione, quam *per annos tres* continuatam fuiſſe aſſerunt Leo Grammaticus & Symeon Logotheta, conſentientes habet in pleriſque Conſtantinum Porphyrogennetum, Zonaram & Cedrenum. Ortus erat *Thomas*, inquit Porphyrogennetus lib. 2. num. X. & ſeqq. obſcuris tenuibuſque parentibus, qui ægre pauperem vitam ſuſtentans Conſtantinopolim venit. Ibi cum viro cuidam ordinis Senatorii adhærens, torum ejus polluere conatus eſſet ad Agarenos profugit, a quibus militari cohorti præfectus Romanorum Imperium ſe ſe illorum Ditionis facturum pollicitus eſt. Ne quis vero apud Romanos illi negotium faceret, dixit ſe eſſe *Conſtantinum* Irenes filium, ſociumque ſibi aſſumpſit, cui *Conſtantii* nomen indidit, filiumque ſuum appellavit, ac juſſit ut ex alia parte Romanam Ditionem popularetur. Leo *Armenius* Reip. habenas tunc moderabatur, ſub Imperii ſui extrema tempora. *Is parum validis adverſus illum conflatis copiis, ſuis quidem cladis auctor fuit (ut qui primo hoſtium incurſu terga dederint), illum vero audaciorem fecit, ac majora quam pro ſui ratione ſapere impulit*, inquit Porphyrogennetus.

*Thomas ultimo Leonis Imp. anno Tyrannidem arripit.*

Poſt-

tinopolim ſtrinxit. Verum & adiunxit ſibi Gregorium conſobrinum Leonis Imperatoris, ſed diffidentia oborta, eum necavit. Præſto autem in hoc bello fuit Michaeli Rex Bulgarorum ſponte auxilium impendens, qui Thomam cum ſuo exercitu profligavit, quem Imperator poſtea fugientem Hadrianopolim a civibus deditum vivum cœpit. Similiter & filium ejus adoptivum Anaſtaſium exmonachum, qui in Biziæ præſidium confugerat, quod traditum ab oppidanis in poteſtatem accepit. Hos mutilatos manibus & pedibus, lento ſupplicio Imperator perire voluit. Finem hunc tamdem accepit infauſta Thomæ tragœdia.

IX. Fuit hoc item tempore ingens terræmotus, quo dirutis muris caſtelli cujuſdam Parii nominati, potitus eſt Imperator, qui tot felicibus ſucceſſibus elatus, magis magiſque in ſua ſe ſtabilivit impietate, ratus nimirum ſe recte credere, cum Deus adverſus Imperii perduellem adeo immanem atque tremendum hominem ſibi ita præſto fuiſſet. Verum tantam cladem per Tyrannum in Romanum Imperium illatam, & alias cælitus a Deo irato modis diverſis immiſſas, nonniſi in ultionem perfidiæ accidiſſe, qui ſanioris fuere mentis intellexerunt: nam accipe quæ in hanc ſententiam in Annalibus a Cedreno dicuntur: *Neque vero malorum impetus hoc modo ceſſaturus erat: ſed cum duæ continentes, Europam dico atque Aſiam veluti caput & cauda, divinitus caſtigarentur (tametſi id non intelligerent) ira Dei eis cædes, incendia, terræmotus latrocinia, civiles turbas, urbium inexpectata excidia, ſigna in cælo & in aere immittente: tandem miſeras quoque inſulas veluti medium corporis (quo nulla ejus pars plagis careret) mala invaſerunt. Sed nimirum corrigi non poterant, qui Dei hominis formam adorandam negarent.* Cognovit & iſta magnus Theodorus Studita, qui in epiſtola ad Leonem anno ſequenti conſcripta, antequam penitus bellum confectum eſſet, de his, quæ a Deo irato immiſſa ſunt mala & oſtenſa prodigia, agit: ſciens ea, cum eamdem epiſtolam ſuo loco anno ſequenti reddemus.

*Clades quibus hoc anno Romanum quaſſatum eſt imperium.*

Sic

PAGIUS XI. *Toto hoc anno Conſtantinopolis a Tyranno obſeſſa.* Poſtquam res ei ex voto ſucceſſiſſent, caput diademate Regio ornavit, & a *Jobo* Patriarcha Antiocheno Imperator appellatus eſt. Cum exercitu Michaelis contra ſe miſſo congreſſus, aliis occiſis, aliis fugatis, tyrannidem ſtabilivit, imo & Claſſe Imperatoria potitus eſt. *Abydo* in Thraciam trajecit, Orientalibus fere omnibus ſubactis, & in demortui filii locum alium adoptavit nomine *Anaſtaſium*, qui ſacro Monachi habitu abjecto, civilem ſumſerat. Tum ipſam Urbem Conſtantinopolitanam obſidione cinxit, & *navali exercitu circumdedit in menſe Decembri decima quinta Indictione*; inquiunt Michael & Theophilus in laudatis literis, ideoque menſe Decembri ſuperioris Chriſti anni. Addunt Michael & Theophilus; *Hæc obſidio modo propior, modo longior, uſque ad unius anni ſpatium perſeveravit*, ad finem ſcilicet præſentis anni. Terra autem crebra prælia fiebant, *Theophilo* Imperatoris filio Duce, ſed æquo fere marte pugnabatur. Interea aliquid accidit, quo res illius *Thomæ* labefactatæ ſunt. Nam rumore defectionis ejus, & Urbis obſidionis paſſim ſparſo, *Martagon* Bulgarorum Princeps, qui annorum triginta inducias cum Leone fecerat, ultro ſuppetias Michaeli venit. Ea res deſertorem turbavit; nam cum e re ſua eſſe non putaret, ut ſimul & Urbem oppugnaret, & cum Bulgaris dimicaret contra *Bulgaros* cum omni exercitu profectus eſt, pugnaque commiſſa victus, multos ſuorum amiſit; qui vero Barbaricum enſem & captivitatem effugerant, expectatione rerum futurarum ſuſpenſi, acquieverunt. Eo rerum ſtatu tyrannus ab obſidione non recedebat, ſed cum nihil proficeret, ſoluta obſidione, ſuburbana diripuit. Verum *Michaele* eum aggreſſo, commiſſaque pugna, tyrannus cum pauciſſimis *Adrianopolim* abire coactus eſt, quem Michael non machinis, ſed annonæ penuria *per quinque menſes*, ut tradit Cedrenus, oppugnavit. Quare Cives urgente fame *Thomam* vinctum Imperatori tradidere, qui eum morte affecit, *medio menſe Octobri*, ut teſtantur Porphyrogennetus & Cedrenus.

XII. *Tyrannus anno ſequenti morte affectus.* *Thoma* morte affecto & ſeditione compreſſa, maritimæ Thraciæ Civitates, ac præ cæteris *Panium* & *Perinthus*, ſeu *Heraclea*, motum illum nihilominus urgebant; ſed tandem *Panium* mœnibus terræ motu collapſis, captum eſt, *Heraclea* mari expugnata. Dum Romanæ copiæ, *Thomæ* defectione, belliſque civilibus occupantur, *Saraceni* Hiſpaniam incolentes Inſulas Romanis parentes depopulati ſunt, ſed *Cretæ* fertilitate cognita indigenas in ſervitutem redegere, in eaque remanſere, *Quo tempore Cyrillus Gortynius Epiſcopus pro Chriſti defenſione Martyrii coronam accepit*, inquit Zonaras, cui ſuffragantur Porphyrogennetus, Cedrenus, & Symeon Logotheta. *Porro Hiſpanos adhuc inter curas fluctuantes, Monachus quidam ex Inſula montibus digreſſus, commodiorem alium locum eſſe monet, ubi Urbem condant, uberioreque fruantur annona ac tuti conſiſtant. Tunc ſimul eos aſſumens Candacem oſtendit, ubi etiamnum illorum Urbs condita extat;* inquit Porphyrogennetus. Miſit quidem Michael Imp. qui *Agarenos* ſeu *Saracenos* inde expellerent, & adverſus eos bellum gererent; ſed ii a Cretenſibus Saracenis partim cæſi, partim in fugam conjecti. Ex his omnibus colligo primum, rebellionis, *Thomæ* annum cum anno Chriſti DCCCXX. concurriſſe, ſecundo tyrannum menſe Octobri anni DCCCXXIII. interiiſſe; cum menſe Octobri præſentis Chriſti anni obſidio Conſtantinopolitana adhuc duraret. Tertio, tumultus continuatos eſſe uſque ad initium anni DCCCXXIV. quibus tandem conſopitis, menſe Aprili illius anni uterque Imperator ad *Ludovicum* Occidentis Imperatorem laudatas literas dedit.

XIII. *Creta a Saracenis capta.* Colligo denique *Cretam* anno DCCCXXIII. in poteſtatem Saracenorum veniſſe. Incertus enim Continuator Theophanis in Romano Juniori, a quo anno CMLXI. ea recuperata, ut ibi videbimus, num. VI. ſcribit: *Michaele Amorienſi Theophili Patre rerum potiente, cum Ro-*



X. *Tempus obſidionis.* Sic igitur obſidio civitatis anno ſuperiori menſe Decembri cœpta, hoc anno eodem tempore deſiit, verum haud ceſſavit bellum, quouſque Thomas ipſe cum filio periit, atque civitates & caſtella, quæ ab Imperatore deſciverant, capta ſunt, adeo ut bellum uſque ad finem ſequentis anni ad ſecundam Indictionem inchoatam perductum ſit, ut patet ex litteris ejuſdem Imperatoris Michaelis jam bello peracto conſcriptis Indictione ſecunda ad Ludovicum Imperatorem.

*Creta inſula invaſa a Sarracenis Hiſpaniarum.* Quo autem tempore bello civili laboraret Conſtantinopolitana civitas, Sarracenos, qui erant in Hiſpania, invaſiſſe ac obtinuiſſe Cretam inſulam, Græcorum Annales teſtantur, ibique Cyrillum Gortinæ Epiſcopum, quod Fidem Chriſtianam negare nollet, glorioſum ſubiiſſe martyrium tradunt. Verum cum tam Græcorum Menologia, quam Latina Martyrologia Cyrilli martyrium referant ad tempora ſive Decii, ſive Diocletiani, nihil eſt quod hoc aſſeri poſſit. Cæterum Sarraceni potiti inſula, ut eam retinerent, monachi uſi conſilio, in loco tuto, Candace nominato, urbem munitam erexerunt, ex qua univerſæ inſulæ dominarentur. Factumque ex hoc eſt, ut loco Cretæ, inſula Candax cœperit nominari, atque ſic cæpta vulgo Candia dici. Habet iſta de loco munito Cedrenus.



Se-

PAGIUS *Romanus miles in Morothoma Michaelis quondam ſodalis compeſcenda ſeditione ac tyrannide occupatus eſſet (annos enim tres biſque amplius Tyranni poteſtate Thraciæ ac Macedoniæ potitus eſt) occaſionem nacti qui ab Hiſpaniæ aſcenderant Saraceni, cum ingenti Carabiorum bello inſtructæ Claſſe, ſibi ſubiecerant, ac donec Magiſtro & Domeſtico Nicephoro Phocæ recepta eſt, per annos centum quinquaginta octo tenuerant.* Sed loco, πεντάκοντα ὀκτὼ ideſt LVIII. legendum, τριάκοντα ὀκτὼ, ideſt, XXXVIII. cum certum ſit, *Nicephorum Phocam* Romani Junior. Ducem Cretam anno CMLXI. accepiſſe, ut eo anno videbimus. Porphyrogenneta lib. de Adminiſtr. Imp. cap. 22. hanc in rem ſcribit: *Cum Michael Balbus Romanis imperaret, Thomæ per tres annos rebellante, rerum aliarum negligentior eſſet, longius ſe diſtare comperientes, Agareni Hiſpaniæ incolæ, Claſſe ſatis magna comparata a Siciliæ partibus initium facientes, Cycladas omnes vaſtarunt, & in Cretam appellentes, eamque opportunam invenientes, nemine ſe opponente ceperunt, atque etiamnum poſſident.* Librum autem illum abſolvit Conſtantinus ante finem anni CML.

XIV. *Moritur VVinigiſus Dux Spoleti.* Eginhardus in Annal. hoc anno ſcribit: *Vvinigiſus Dux Spoletanus jam ſenio confectus habito ſæculari depoſito, Monaſticæ, converſationi ſe mancipavit. Ac non multo poſt tactus corporis infirmitate deceſſit. In cujus locum Suppo, Brixiæ Civitatis Comes ſubſtitutus eſt*, a Ludovico ſcilicet, Pio cujus Duces Spoletani beneficiarii erant;

XV. *Moritur Eigil Abbas Fuldenſis.* *Eigil Abbas Fuldenſis Cœnobii defunctus Rabanum Succeſſorem accepit*, inquit Annaliſta Fuldenſis, cui adſtipulantur Hermannus Contractus & Marianus Scotus in Chronicis. [1] Fuit Eigil Abbas Fuldenſis quartus, & ſcripſit libellum de Vita S. Sturmii Fuldenſis Abbatis primi, quæ adhuc ſupereſt. *Eigilis* vero Vitam, Rabano Abbate efflagitante, elucubravit Candidus ejus diſcipulus, proſa & metro, ut ipſemet teſtatur in ſua Præfatione, in qua & aſſerit ſe vitam Baugulfi ſecundi Abbatis Fuldenſis edidiſſe, ſed ea ad nos non pervenit.

XVI. *Moritur Ximinus II. Navarræ Rex.* Hoc circiter anno mortuus eſt etiam *Eximinus Eneconis* Navarræ Rex cujus uxor *Munima* fuit, ut ſupra oſtendimus, eique ſucceſſit Eneco-Ximenonis ejus filius, qui *Onecam* uxorem duxit. Fuit vero Eneco-Ximenonis tertius Navarræ Rex. Oihenartus in Notitia utriuſque Vaſconiæ cap. 12. exiſtimat, exordium Regni Navarrici intra triennium, quod annum DCCCXXIV. proxime conſecutum eſt ſtatuendum. Verum jam ſæculo elapſo illud initium ſumſiſſe ſuo loco oſtendimus. Eſt porro *Eneco II.* hujus nominis.

XVII. *Capitulare Triburienſe.* Hoc anno datum eſt a Ludovico Aug. Triburiæ Decretum contra Clericorum percuſſores, recitatum a Sirmondo Tom. II. Concil. Gall. in Præfatione enim dicit Imperator, ſe *alio anno apud Theodonis villam* rogatum fuiſſe, ut illud emitteret, ubi ſermonem habet de Conventu apud Theodonis villam ſuperiori anno congregato. Capitulare Triburienſe legendum apud Baluzium Tom. I. Capitul. Reg. Franc. pag. 626.

NOTÆ [1] EX chartis quibus conſtant traditiones Fuldenſes a Piſtorio primum in lib. I. collectionis ſuæ, dein vero plenius a Joanne Friderico Schannat excuſæ Lipſiæ anno 1724. diſcimus Egilum abbatem hoc anno intra ſpatium comprehenſum inter diem VIII. auguſti & diem XXVIII. octobris dignitate ac vita exceſſiſſe. Cum apud eumdem Schannat in charta adſcripta numer. CCCXXI. data die illa auguſti hujus anni Egil abbas memoretur; in charta vero CCCXXIII. octobris die illa ſignata Rabanus abbas ſeſe offerat. Qui dein Rabanus in omnibus ſuccedentibus chartis paret, uſque ad chartam DLXII. ſignatam die XIII. octobris anni III. Ludovici Bojariæ regis, quæ Hattonem abbatem offert. Characteres iſti annum 842. ſignant, & chronologiæ Pagii, qui dignitatem Rabani aduſque annum illum producit, mire confirmant. Cum præſertim chartæ omnes anni 841. Rabanum habeant. Poſtrema anni 841. charta ſignatur die XX. auguſti & num. CCCCLIV. apud Schannatum legitur. Propius quidem ad ſcopum noſtrum accederet charta apud eumdem num. CDLVIII. data VII. idus aprilis, anno Ludovici Bajoariæ regis III. quam anno 842. vir idem doctiſſimus aſſignat. Sed mendoſam ſupputationem illum iniviſſe certum eſt. Cum enim Ludovicus Pius die XX. junii anni 840. obierit; profecto conſtat Ludovici ejus filii annum regni tertium in diem VIII. idus aprilis non niſi anno 843. incidiſſe. MANSI

I. Lotharius coronatur Romæ a Paſchali Pontifice.

SEquitur Chriſti annus octingenteſimus vigeſimustertius, prima Indictione ſignatus, quo Lotharius Cæſar Romam veniens, a Paſchali Romano Pontifice coronatus eſt Imperator. De his autem auctor ejus æqualis in Ludovici Imperatoris vita hæc habet: *Interea Lotharius filius domini Imperatoris, cum, ſicut ſupra dictum eſt, a patre in Italiam miſſus eſſet, & ſecundum virorum, qui cum eo miſſi erant, conſilium, opportunitates negotiorum ordinaſſet, & quibuſdam perfectis, quibuſdam adhuc infectis de ſingulis reſpondere, & ad patrem de reditu cogitaret: rogatu Paſchalis Papæ Romani, imminente ſanctæ Paſchæ ſolemnitate, adiit, atque ab eodem chariſſima ambitione ſuſceptus, ipſo ſancto die apud S. Petrum diadema Imperiale cum nomine Auguſti ſuſcepit: poſt hæc cum Papiam veniſset, aliquantiſper neceſſitatibus ſemet impedientibus, ibidem moratus eſt: & ſic ad patrem menſe Junio pervenit.* Sed quæ interea turbæ ſequtæ ſunt Romæ, ab eodem auctore ſic accipe:

II. De Romæ occiſis Ludovicus monetur.

*Sub hoc tempore, dum videlicet autumnali tempore in Compendio ageretur perlatum eſt Imperatori, Theodorum Primicerium S. R. E. & Leonem Nomenclatorem luminibus privatos, ac deinde decollatos in domo Epiſcopali Lateranenſi. Invidia porro interfectoribus innaſcebatur, eo quod diceretur ob fidelitatem Lotharii eos, qui interfecti ſunt, talia fuiſſe perpeſſos. In qua re fama quoque Pontificis lædebatur, dum ejus conſenſui totum adſcriberetur. Imperator autem dum ad hanc rem enucleatiſſime inveſtigandam, Adalungum Abbatem monaſterii S. Vedaſti, & Humfridum Comitem mittere curaret; Paſchalis Miſſi ſupervenerunt Joannes Epiſcopus Silvæ candidæ, & Benedictus Archidiaconus S. R. E. accuſationi opponentes excuſationem, & ſuper iſta Imperatori examinationem offerentes,*

III. *Quibus auditis, & cum congruo reſponſo remiſſis, Miſſos deſtinatos, ut juſſum fuerat, Romam ire præcepit, inveſtigaturos de dubiis veritatem. Ipſe autem, ut viſum eſt, ſingulis in locis moratus, conſtituto tempore (id eſt, Kalendis .... ) ad Compendium venit,* ubi ſcilicet indixerat hoc anno conventum. *In quo Placito Legati Romam miſſi redierunt, nuntiantes, quod Paſchalis Papa ab interfectorum nece ſe cum plurimis Epiſcoporum ſacramento purgaverit, interfectores autem nequaquam exhibere potuerit. Sed & eos, qui interfecti ſunt, meritis exigentibus talia perpeſſos aſſeveravit. Simulque ſecum præſentabant Miſſos ab Apoſtolico directos, ſimilia proferentes. Nomina Legatorum ſunt Joannes Epiſcopus Silvæ candidæ, Sergius Bibliothecarius, Quirinus ſubdiaconus & Leo Magiſter militum. Imperator ergo natura miſericordiſſi-*

Legatio Paſchalis ad Ludovicum Imp.

---

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hiſp. DCCCLXI. Anno Hegiræ CCVIII. inchoato die 16. Maii fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6316.

☉ 20. D. ☽ 7. P. 5. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 823.

PASCHALIS PAPÆ 7.

LUDOVICI IMP. 10.

MICHAELIS BALBI IMP. 4.

A. C. 823. I. *Lotharius Imp. a Paſchali PP. coronatur.*

ANnum. I. ad VIII. Eginhardus in Annal. ait: *Anno DCCCXXIII. Lotharius, cum ſecundum patris ſui juſſionem in Italia juſtitias faceret, & jam ſe ad revertendum de Italia præpararet, rogante Paſchale Papa Romam venit, & honorifice ab illo ſuſceptus, in Sancto Paſchali die apud Sanctum Petrum, & Regni* (nempe Longobardici) *coronam, & Imperatoris Auguſti nomen accepit.* A die quinta menſis Aprilis in quam Paſcha hoc anno incidit in multis Lotharii Diplomatis, Imperii ejus initium deſumitur. In Epitaphio Arſenii ſeu in in Vita Walæ Corbeienſis Abbatis ſæculo IV. Benedictino publicata pag. 513. dicitur Lotharium de ſuo Romam verſus & ad Paſchalem Papam itinere ita locutum eſſe: *Ad eamdem Sedem* (nempe Romanam) *clementer me veſtra Imperialis Eximietas miſit ad confirmandum in me quidquid pia dignatio veſtra decreverat, ut eſſem ſocius & conſors, non minus ſanctificatione, quam poteſtate & nomine. Unde quia coram Sancto Altare, & coram Sancto Corpore B. Petri, Principis Apoſtolorum a ſummo Pontifice veſtro ex conſenſu & voluntate, & benedictionem, honorem, & nomen ſuſcepi Imperialis officii, inſuper diademata capitis, & gladium ad defenſionem ipſius Eccleſiæ & Imperii veſtri, nemo vobiſcum magis, qui eam, quam ego, defendere velit, aut debeat.* In ſupplemento Hiſt. Pauli Diaconi, quod extat in corpore Francicæ Hiſtoriæ veteris & ſinceræ, ad hunc annum legitur: *Lotharius Imp. primo ad Italiam venit, & diem Sanctum Paſcha Romæ fecit. Paſchalis quoque Apoſtolicus poteſtatem, quam priſci Imperatores habuere, ei ſuper populum Romanum conceſſit.* Quare Imperatores Francici præter Defenſionem & Protectionem Eccleſiæ ſupremo Dominio in Urbe potiti ſunt ex conceſſione Pontificum Rom. ad quod quorumdam Romanorum inſolentia eos adegit.

II. Eginhardus enim in Annal. poſtquam ſuperiora de Lothario narravit, ſubdit: *Inde Papiam regreſſus menſe Junio ad Imperatorem venit. Qui cum Imperatori de Juſtitiis in Italia a ſe partim factis, partim incohatis feciſſet indicium, miſſus eſt in Italiam Adhalardus Comes Palatii juſſumque eſt, ut Mauringum Brixiæ Comitem ecum aſſumeret, & inchoatas juſtitias perficere curaret.* Paulo poſt: *Nunciatum eſt etiam Theodorum S. Romanæ Eccleſiæ Primicerium & Leonem Nomenclatorem generum ejus in Patriarchio Lateranenſi primo excæcatos, & deinde fuiſſe decollatos, & hoc eis ob hoc contigiſſe, quod ſe in omnibus fideliter erga partes Lotharii juvenis Imperatoris, agerent. Erant & qui dicerent, vel juſſu, vel conſilio Paſchalis Pontificis rem fuiſſe perpetratam: ad quod explorandum ac diligenter inveſtigandum miſſi ſunt Adalungus Abbas Monaſterii S. Vedaſti & Hunfridus Comes Curienſis. Sed antequam illi fuiſſent profecti, venerunt Legati Paſchalis Pontificis, Joannes Epiſcopus Sylvæ Candidæ, & Benedictus Archidiaconus Sedis Apoſtolicæ rogantes Imperatorem, ut illam infamiam a Pontifice auferret, qua ille in memoratorum hominum necem conſenſiſſe credebatur. Quibus cum ille juxta quod ratio poſtulabat, reſpondiſſet, eoſque dimiſiſſet, prædictos Legatos ſuos ad inveſtigandam rei veritatem (ſicut prius diſpoſuit) Romam ire præcepit.* Quo anno ſequenti Lotharium profectum eſſe infra videbimus. Pergit Eginhardus:

PAGIUS *Quidam Romani Paſchalem PP. calumniantur.*

III. *Eam ob rem Legati Romam Imperatore miſſi.*

*Legati Romam venientes rei geſtæ certitudinem aſſequi non potuerunt: quia Paſchalis Pontifex & ſe ab hujus facti communione cum magno Epiſcoporum numero jurejurando purificavit, & interfectores prædictorum hominum, quia de familia S. Petri erant, ſummopere defendens mortuos velut majeſtatis reos condemnavit, jureque cæſos pronunciavit: atque ob hoc cum prædictis, qui ad eum miſſi fuerant Legatis, Joannem Silvæ Candidæ Epiſcopum, & Sergium Bibliothecarium, Quirinum quoque Subdiaconum, Leonem Magiſtrum militum ad Imperatorem miſit, qui cum tam per illos, quam per ſuos Legatos de ſacramento Pontificis, & excuſatione reorum comperiſset, nihil ſibi ultra in hoc negotio faciendum ratus memoratum Joannem Epiſcopum, & ſocios ejus ad Pontificem dato convenienti reſponſo remiſit.* Idem habent Theganus in libello de Geſt. Ludovici Imp & Auctor Vitæ Ludovici Pii Imp. cujus verba recitat Baronius, qui & oſtendit, Sanctum Pontificem ab illis criminibus immunem fuiſſe. Quare non mirum ſi Summi Pontifices, ad ſimiles inſolentias reprimendas, ſupremum Urbis Dominium, ſalva, quam Romani ſibi promiſerant fide, in Imperatores tranſtulerint. Le-Blancus V. C. in Tractatu lingua Gallica ſcripto de Antiquis Regum Francorum Monetis pag. 102. plures Ludovico Pio Aug. Imperante percuſas exhibet, in quarum antica legitur; LUDOVICUS IMP. In monogrammate ROMA, & in poſtica SCS PETRUS. Tum pag. 108 alias Lotharii Imp. Monetas, in quarum poſtica habetur SCS PETRUS. Quæ omnes ſupremi Ludovici Pii & Lotharii in Urbem Romanam juris indicia ſunt.

IV. *Conventus Francofordienſis.*

Idem Eginhardus refert, hoc anno menſe Maio Conventum apud Francofurtum habitum fuiſſe: quo tempore Ludovico Auguſto natus eſt filius, ut teſtatur Hugo Flaviniacenſis in Chronico, ubi ait: *Anno ipſius Ludovici octavo, ab Incarn. Dom. DCCCXXIII. natus eſt ei filius Carolus in Franconofurth Palatio novo.* Sed error irrepſit in annum Ludovici, eſt enim hic Ludovici Auguſti annus X. Porro Carolum, qui poſtea imperavit, & Carolus Calvus appellatus eſt, Francofurti in lucem prodiiſſe, docet etiam Hincmarus in literis ad eumdem Ca-



*diſſimus, occiſorum vindictam ultra proſequi non valens, quamquam multum volens, ab inquiſitione hujuſcemodi ceſſandum exiſtimavit, & cum reſponſis congruis Miſſos Romanos abſolvit.* Hactenus auctor in vita Ludovici. Eadem reliqui ejuſdem temporis auctores. Inter quos, qui ad Aimoinum adjecit Appendicem, ait interfectos damnatos eſſe a Paſchali Pontifice reos majeſtatis, & interfectores fuiſſe ex familia S. Petri ab ipſo Paſchali defenſos: ob idque ipſum in ſuſpicionem adductum fuiſſe Paſchalem; verum patuit, fuiſſe ipſum Pontificem ejus cædis innocentiſſimum.

IV. Sane quidem in tanto Pontifice ob inſignia merita virtutum electo, & in adminiſtratione adeo pio, nefaria iſta locum habere potuiſſe, haud facile quis prudens admiſerit, cum præſertim eo ſanctitatis culmine eſſet evectus, ut ingentia quoque miracula palam ediderit, & inter alia celebre illud, quod recitat Anaſtaſius verbis iſtis: *Sed neque ſilentio* (inquit) *prætereundum eſſe arbitramur, quod eodem tempore diabolica operante verſutia, per quorumdam gentis Anglorum deſidiam ita eſt omnis illorum habitatio, quæ eorum lingua, Baxus dicitur, flamma ignis exundante combuſta, ut nec etiam veſtigia priſtinæ habitationis in eodem loco invenire potuiſſent, ut & ex iiſdem incendiis pene tota porticus, quæ ducit ad baſilicam principis Apoſtolorum, devaſtata ſit. Et dum hæc ter beatiſſimus Pontifex, quaſi hora noctis conticinio perſenſiſſet: ſubito propter honorem Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli, atque tantam peregrinorum devaſtationem, nudis pedibus, diſcalceatus pedeſter cucurrit. Cui tanta omnipotentis Dei in ejus adventu miſericordia affuit, ut locum, in quo primum idem coangelicus Pontifex conſtitit, nequaquam ulterius impetus ignis tranſgredi potuerit, ſed ipſam Dei clementiam exorando, & multitudinem fidelium, quæ aderat, cooperante flamma ignis, Deo miſerante extincta eſt, ſicque peractum eſt, ut totius noctis ſpacium uſque ad auroram perſeverans, in eodem loco perſtiterit. Unde poſtmodum ter beatiſſimus Pontifex miſeratus illorum peregrinorum inopiam, quæ ob deſidiam & diabolicam fraudem irrepit, tanta dona, tantaque beneficia (ſicut ſemper ſolitus erat, in eorum neceſſitatibus) impertivit in auro atque in argento, tam vel indumentis, quam in alimentis omnibus, uberius miniſtrabat. Sed & lignorum copia eorum domicilia, ſicut antea fuerant, reſtauravit. Porticum etiam, quæ ob eamdem cladem vaſtata eſt, decentius quam fuerat, & melius firmiſſime reſtauravit.* Hæc de his Anaſtaſius.

A Paſchali Papa extinctum incendium.

V. Porro hoc eodem anno etiam, ſicut in Oriente, in Occidente crebra viſa atque au-

De prodigiis in Occidente viſis. audita prodigia, ex terræmotibus inuſitatis, ex igne de cœlo lapſo, ex quo factæ ſunt conflagrationes locorum, pluvia lapidum cum grandine admixtorum, inuſitatis fulminibus, peſtilentiaque hominum & animalium; habitumque eſt præterea loco prodigii, quod puella unius ferme anni ſpacium ſine cibo tranſegerit. His addimus quæ habentur apud Aimoinum & alios: *quod in territorio Comenſi in vico Grabadona, in Eccleſia ſancti Joannis Baptiſtæ imago S. Mariæ puerum Jeſum ſuo gremio continentis ac Magorum munera offerentium in abſide ejuſdem Eccleſiæ depicta, atque ob nimiam vetuſtatem jam pene abolita, tanta claritate per duorum dierum ſpacia effulſit, ut omnem ſplendorem novæ picturæ ſuæ venuſtatis pulchritudinem cernentibus penitus vincere videretur. Magorum tamen imagines, præter munera, quæ offerebant, minime claritas illa irradiavit.* Hæc ibi. Eadem quoque ſæpe citatum Francorum Chronicon.

VI. Quæ quidem, quod ad ſacram imaginem ſpectat, haud ocioſe facta videri potuerunt, ſed ad confutandos eos, qui in Galliis etiam adorandas eſſe ſacras imagines minime conſenſerunt, in quem errorem Ludovicum etiam Imperatorem pertrahere, ſi licuiſſet, ſunt conati, ut inferius ſuo loco dicetur. Modo autem quæ in tantis prodigiis ad placandum iratum numen ſint facta, dicamus. De his agens auctor, qui vitam ſcripſit ejuſdem Imperatoris, hæc addit: *Imperator crebro fieri jejunia, orationumque inſtantia, atque eleemoſynarum largitionibus Divinitatem per ſacerdotum officium monebat placandam, certiſſime dicens, per hæc portendi magnam humano generi futuram cladem.* Hæc in conventu apud Compendium habito, in quo redeuntes Roma Legatos excepit. Quibus expiationibus offenſum numen placandum.

VII. Quæ autem facta fuerit precum indictio, cum ſubſequens peſtis, fames, & alia mala clades vexaret Gallias, ex Capitularibus Francorum accipe; ſic enim ſe habet (*a*):

(*a*) Capit. l. 5. c. 136.

*Capitulare qualiter inſtitutum eſt in hoc Epiſcoporum conventu, id eſt, ut unuſquiſque Epiſcopus tres Miſſas & tria pſalteria, unum pro domno Rege, & alium pro exercitu Francorum, tertium pro præſen-*

PAGIUS Carolum tunc Imperatorem datis, ubi ait, *quando Deo diſponente in Franconofurt Palatio nati eſtis*, &c. diem ſuum natalem ipſemet Carolus nos edocet in Diplomate an. DCCCLXXII. a ſe emiſſo, de quo eo anno agemus: in illo enim ait: *In Idibus Junii, quando Deus nos naſci in mundo voluit, & VIII. Idus Junii, quando Rex Regum nos ungi in Regem ſua dignatione diſpoſuit.* Hinc recte ſcripſit Auctor Chronici Sancti Benigni Carolum in lucem prodiiſſe *Idibus Junii*, & Auctor Vitæ Ludovici Pii eum *menſe Junio* natum [1].

V. Drogo fit Epiſc. Metenſis. Dum Conventus Francofordienſis celebratur, Lotharius Roma *Papiam regreſſus, menſe Junio ad Imperatorem venit. Qui cum Imperatori de juſtitiis in Italia a ſe partim factis, partim inchoatis feciſſet indicium, miſſus eſt in Italiam Adalhardus Comes Palatii, juſſumque eſt, ut Mauringum Brixiæ Comitem ſecum aſſumeret, & inchoatas juſtitias perficere curaret.* Idem habet Aſtronomus in Vita Ludovici Pii, qui ſubdit: *Gundulfo porro Metenſi Epiſcopo eodem tempore defuncto, Clerus omnis, populuſque ejuſdem Eccleſiæ veluti uno ſpiritu animati, Drogonem Imperatoris fratrem ſub Canonico habitu nobiliſſime viventem, ſibi poſcunt dari Sacerdotem, mirumque in modum tam Imperatoris, quam Procerum ejus, ſed & totius populi conſenſus, quaſi quodam coagulo in unum conjuravit, ut omnes id velle, nullus nolle reperiretur. Ideo Imperator cum ſummo gaudio petitioni Eccleſiæ annuit: eiſque quem petebant Pontificem dedit.* Idem ſcribunt Eginhardus in Annal. & Annaliſta Bertinianus de Drogone, qui tamen ejus Deceſſoris mentionem non faciunt. *Gundulfus* ordinatus fuerat Epiſcopus Metenſis die prima menſis Januarii anni octingenteſimi decimi ſexti, Feſto Circumciſionis Chriſti ſacra, & e vivis exceſſerat die ſeptima Septemb. ſuperioris anni. Marcus enim Dominicius in libro de Anſberti familia rediviva publicavit Catalogum Metenſium Epiſcoporum, in quo legitur: *Gundulfus Epiſc. ſedit ann. VI. & menſ. VIII. & dies VII. Requieſcit in Gorzia Monaſterio. Ob. VII. Id. Septemb.* Quare error irrepſit in eundem Catalogum, ubi narrata morte *Angelramni* Archiep. quæ contigit die XXVI. menſis Octob. anni DCCXCI. dicitur: *Ceſſavit Epiſcopatus ann. XXVII. & menſes III.* Legendum enim *ann. XXIIII.* loco *ann. XXVII.* qui error facile a Librariis committitur, dum priores duas lineolas conjungunt, & ex II. efformant V. Is Librariorum error Cointium in tranſverſum egit, impulitque, ut *Gundulfi* mortem in annum DCCCXXV. *Drogonis* vero initium in annum inſequentem conferret.

VI. *Drogonem* hoc anno renunciatum eſſe Epiſcopum Metenſem præter Auctores laudatos affirmant Sigebertus in Chronico, Ademarus Monachus in ſuo etiam Chronico, & citatus Auctor

NOTÆ [1] AD oram Martyrologii Reginæ Suecorum, de quo in Notis ad an. 814. n. XXII. *Idibus Junii* hæc adnotantur; *Et nativitas Karolo rege filio Ludovici Imperatoris, & Judit.* Chronographus Saxo ad an. 819. anno V. imperii Ludovici: *Imperator VVelſfi Comitis filiam nomine Judith duxit uxorem, quæ genuit ei Carolum Calvum.* In Statutis Adalhardi Abbatis Corbejenſis apud Dacherium Spicileg. tom. IV. pag. 13. hæc habentur: *Idibus Junii nativitas Caroli regis XII. Cal. Julii anniverſarius Ludovici Imperatoris.* De ortu *Caroli Calvi* vide Mabillon. Annal. Bened. Lib. XXIX. §. XLVI. & Eccardum rer. Francic. Lib. XXVIII. numer. CXCIV. GEORGIUS



*ſenti tribulatione faciat. Presbyter Miſſas tres, monachi & monachæ & canonici, unuſquiſque pſalteria tria, & biduanas omnes faciant, tam Epiſcopi, monachi & monachæ atque canonici atque eorum infra caſati homines, vel qui potentes ſunt. Et unuſquiſque Epiſcopus, Abbas, & Abbatiſſa, qui facere poteſt, libram donet de argento, aut eam valente in eleemoſyna: mediocres vero dimidiam libram, minores vero ſol. quinque: Epiſcopi, Abbates & Abbatiſſæ pauperes famelicos quatuor pro iſta ſtrictitate nutrire debeant uſque tempore meſſium. Et qui tantum non poſſunt, juxta quod poſſibilitas eſt aut tres, aut duos, aut unum. Comites fortiores libram de argento, aut eam valente donent in eleemoſyna, mediocres vero mediam libram. Vaſſus dominicus de Caſatis CC. mediam libram: de Caſatis C. ſolid. quinque de quinquaginta unciam unam, & faciant biduanas, atque eorum homines, atque eorum Caſati, qui hoc facere poſſunt. Et qui redimere ipſam triduanam voluerit, fortiores Comites uncias tres, minores denarios triginta, minores ſolidum unum, & de pauperibus famelicis, ſicut ſupradictum eſt, ipſi faciant. Hæc omnia (ſi Domino placuerit) pro domno Rege & exercitu Francorum & de præſenti tribulatione Miſſa S. Joannis ſint completa.* Hactenus ibi quæ recenſuiſſe voluimus in exemplum publicarum expiationum, quæ ab ipſo Imperatore per Epiſcopos indici ſolebant, cum vexationes populorum ingruerent. Cæterum harum omnium cœlitus immiſſarum cladium meminit Einardus (*a*).

(*a*) Einard. in Marc. & Petro l. 3. c. 13. apud Sur. t. 7. die 2. Junii.

☞ Rurſum vero ad eumdem conventum in Compendio agitatum pertinet quod ſcribit Agobardus Archiep. Lugdunenſis his verbis (*b*):

(*b*) Agob. l. de diſp. pag. 260.

*Sequenti autem anno cum adeſſent juſſi in Compendio palatio, & de his inter eos ſermo haberetur, ad hunc modum poſt multa colloquia, in quantum ego intellexi, ratiocinia ſunt producta; ut primum quidem intellectibus omnium inculcarentur delicta de rebus ſacris illicite uſis. Poſt vero cum Dei timore in illis, quas habent laici, cautiores effecti, etiam in his, quæ remanſerunt, eccleſiis fideliores, atque clementiores exiſterent, ita ut & ſuis adhiberent pietatem, & eccleſiis defenſionem: fieretque compatienti concordia remediabilis ac veniabilis offenſio, quæ comitante. pietate de indulgentia quoque eſſet ſecura. Hanc rem cum dominus Imperator audiret atque * propenderet, volens eam ducere ad tranquillitatem pacis, quæ ad modicum turbata fuerat, quantum in ſe fuit, fecit uniri Epiſcopos & Comites in conſenſum, & pacem. Ex hoc itaque putavi ego, quod eodem modo, quo dominus Imperator penſavit, atque intellexit rationem, ſopirique fecit diſſenſionem, omnes etiam Comites vel honorati ejus intellexiſſent atque voluiſſent. Sed e contrario (ut audio) iſti, de quibus nobis ſermo eſt, inchoatam diſcordiam magnificant, & de concordia in conſpectu domini Imperatoris nihil ſe audiſſe vel intellexiſſe dicunt. Verum quia in his neminem illorum aut mitigare poſſumus, aut exaſperare volumus; dimittamus cauſam Deo, qui omnia diſpenſat, & ei cui commiſſa ſunt ad regendum, ut faciat, quod Deo inſpirante eventus rerum tulerit. Et quod*

* perpenderet

PAGIUS Ejus Epiſcopatus initium ab hoc anno removeri non poteſt. ctor Chronici Sancti Benigni, ubi quæ pertinent ad hunc annum, in ſequentem perperam differens, de Drogone ſcribit; *Drogo pridie Idus Junii in Franconofurt Presbyter eſt ordinatus; cui & Epiſcopatus Metenſis eſt datus.* Adhæc Hugo Flaviniacenſis Abbas in ſuo Chronico habet: *Anno ipſius Ludovici VIII. ab Incarnat. Dom. DCCCXXIII. natus eſt ei filius Carolus in Francono-furch Palatio novo, & ibi ordinatus eſt pridie Idus Junii Drogo Caroli M. filius, & datus eſt ei Epiſcopatus Metenſis.* Sed cum dies XII. menſis Junii hoc anno in feriam ſextam incidat & ordinationes Epiſcoporum ejuſmodi diebus non fierent, vel *Drogo* præter ordinem Presbyter conſecratus eſt, vel eo in loco vox *ordinatus*, idem eſt ac deſtinatus, ut apud Jornandem lib. de Reb. Get. cap. 45. Glycerius Imperator dicitur ordinatus Epiſcopus a Nepote qui eum a Regno dejecit: *Quem*, inquit, *a Regno deiiciens in Portu Romano Epiſcopum ordinavit.* Alia exempla in medium adduxi, quando de ordinatione Sancti Vilfridi Epiſcopi Eboracenſis verba feci. Denique Joannes Abbas in Hiſtoria Tranſlationis S. *Glodeſindis* Abbatiſſæ Metenſis, ſæculo ſequenti ſcripta, refert, eam Tranſlationem peractam eſſe anno Ludovici Imp. XVII. Incarnationis Dominicæ DCCCXXX. ſubditque: *Hanc autem Sanctam Sedem Metenſem Drogo ejuſdem Imp. Ludovici frater jam per annum tuebatur octavum*, qui ideo hoc anno Metenſis Epiſcopus conſecratus fuerat. De Drogone infra ſæpe ſermo erit. His adde Fiorentinium in fine Martyrologii Hieronymiani referre quædam excerpta ex Martyrologio MS. anno DCCLXXII. exarato, & Viennæ in Auſtria aſſervato, in cujus fine inter annotata quædam Hiſtorica ſæculo inſequenti ſcripta habetur: *DCCCIII. Idus Junii natus eſt Karolus filius Judith. Eodem die ordinatus eſt Drugo. DCCCXXIX. Karolus ordinatus eſt Dux ſuper Alſatiam, Alamanniam, & Riciam.* Ubi vox *ordinatus*, utrobique idem eſt ac deſignatus.

VII. Conventus Compendienſis. Addit Eginhardus, in Conventu Francofordienſi locum & tempus alterius Conventus habendi indicta eſſe, *Novembris videlicet menſis & compendium Palatium.* Actum eſt autem in Conventu Compendienſi de Rerum Eccleſiaſticarum Diſpenſatione, ut ſcribit Agobardus in lib. de Diſpenſ. Eccleſ. Rer. cap. 5. & ſeq. *Sequenti anno* (nempe anno poſt Attiniacenſem Synodum proximo) *cum adeſſent juſſi in Compendio Palatio* (Adhalardus Abbas Corbeienſis & Heliſacar Abbas S. Maximini prope Trevirim, de quibus anno ſuperiori locuti ſumus) *& de his* (ideſt de Rebus Eccleſiaſticis) *inter eos ſermo*

*quod ad nos non pertinet, omittentes, tranſeamus ad ea, quæ ad omnes Fideles qualiter credenda, vel intelligenda ſint, pertinent: ac juxta quod exiguitas ſenſus noſtri attingit ex auctoritate Scripturarum, vel canonum, noſtris oculis conſideranda proponamus, ut petiſti. Licet indignum ducatur, nos melioribus inſinuare, quod ſentiendum ſit de diſpenſatione eccleſiaſticarum rerum, neque a talibus quales nos ſumus, id potentes ſæculi inquirendum putent: tamen quia inter tales converſamur, ut velimus, nolimus, crebro de hoc audiamus & loquamur, recte ut puto, tibi, frater chariſſime, viſum eſt, ut de ſacris libris & canonibus auctoritatem ſumentes, pariterque exempla Sanctorum ad medium deducentes, humanos errores, qui ſummopere vitandi ſunt, caveamus, & veritatem Dei, a qua qui receſſerit, in tenebris maneat neceſſe eſt, teneamus, &c.* Poſt hæc autem idem auctor ſeriam valde tractationem inſtituit, qua fortiſſimis confirmat auctoritatibus, laicos in bonis Eccleſiæ nullum ſibi vendicare debere jus & rationem, quod ſi ſecus faciant, apud Deum ſe ſummi criminis, nempe ſacrilegii, reos conſtituant, puniendi perenni inferni pœna, igne inextinguibili. Conſule auctorem, & vide condemnatam ſæpius & repreſſam laicorum audaciam, præter jus faſque erigentium cornua temeritatis adverſus Eccleſiam Dei. ☞

VIII. Ebbo Archiep. Rhemenſis prædicat Evangelium Danis.

Hoc ipſo anno conceſſione Paſchalis Papæ Ebbo Archiepiſcopus Rhemenſis ad Danorum converſionem profectus eſt, eique Halitgarius adjunctus. Ita Rhemenſis Eccleſiæ canonicus Adam, qui de his hæc habet: *In diebus illis ſcribitur, quod Ebbo Rhemenſis Epiſcopus, cum de ſalute Gentium religionis ſtudio ...... legationem ad Gentes cum Halitgario ſuſcepit a Paſchali Papa, quam poſtea noſter Anſgarius divina opitulante gratia feliciter pergit.* Poſt biennium ſcilicet ut ſuo loco inferius dicetur.

Studet Imp. conciliare in unum Catholicos & hæreticos.

Quod ad res ſpectat Orientales, hoc ipſo anno, cum adhuc etiam bello civili Imperium fluctuaret, poſt obſidionem urbis Conſtantinopolitanæ Michael veritus, ne acceſſione Orthodoxorum partes Thomæ excreſcerent in immenſum, aſtuto conſilio conciliare in Eccleſia pacem magno ſtudio videri voluit laborare; cujus rei gratia inter ſe mutuo de his agere Orthodoxos, & hæreticos una convenientes ſuadere conatus eſt, refragantibus omnino Catholicis, quod id canones prohiberent: qui tamen ad pacem in Eccleſia ſanciendam, quid opus ſit facto, per Theodorum Studitam litteris ſcriptis ad Leonem Sacellarium docuerunt. Extant ipſæ quidem, quibus primum de ſtatu rerum præſentium agitur; ſic enim ſe habent (a):

(a) *Theod. l. 2. ep. 129. Cod. Col.*

IX.

*Leoni Sacellario.*

*Ingenti gratiarum & reſponſionum, quas debemus, nomine obſtricti, parvam quamdam debiti partem reddere nos cenſemus per litteras ad laudatiſſimam ac deſideratiſſimam ſanctitatem tuam ab humilitate noſtra exaratas. Nam & nunc Silvani fratris cauſa quid reſpondebimus. Primum quidem, quod cum eum in conſpectum ſuum admiſerit Deo chara anima tua, quaſi unum ex familiaribus, mellea affabilitate, hilarique vultu cum abiecto colloquens at tractans. Deinde quod de rebus noſtris, qui peccatores ſumus, ita ſciſcitata ſit, & de utriuſque noſtrum corporis infirmitate, & aliis modis ſuæ in nos charitatis affectum oſtenderit, adeo ut diceret: Ego in ſuſpicionem apud eos, qui in vos male affecti ſunt venio, quod Studiota ſim; & deprecaretur, ne tanti amoris conjunctio umquam labefactaretur. Hæc nos omnia devinxerunt, & magis magiſque in ſincera dilectione confirmarunt, ut hæc verba uſurparemus: Numquam o Domine univerſorum, oblivisci nos ſinas egregii benefactoris, fidi, unanimis, probati amatoris, ſacri hominis, per omnia & in omnibus tuto-*

Quam magno amore proſequeretur Leo Studita monachos.

*ris*

PAGIUS *mo haberetur, ad hunc modum, poſt multa colloquia, in quantum ego intellexi ratiocinia ſunt perducta, ut primum quidem intellectibus omnium inculcarentur delicta de rebus ſacris inlicite uſis* & cætera a Baronio in Appendice ad hunc annum recitata. Quæritur potiſſimum Agobardus de incolis Septimaniæ ac Provinciæ; librum enim ſuum his verbis auſpicatur; *Significavit mihi fidelis ac veneranda dilectio tua, quod Clari & Honorati Viri per Septimaniam & Provinciam conſiſtentes de me inceſſanter obtrectando loquantur.* In eo Opere, quod capitibus XXXI, conſtat, multa conglobantur non tantum adverſus Laicos; ſed etiam adverſus ipſos Clericos, *qui aliud faciunt de ſacris rebus, quam quod faciendum eſt, aut aliter eas, quam a Deo & Sanctis Patribus, ac Rectoribus conſtitutum eſt, tractant.* Hoc Concilium Compendienſe a Baluzio in Notis ad Agobardum primum detectum.

VIII. *Ludovicus Aug. pacem inter Dania Reges conſtituere conatur.*

A num. VIII. Eginhardus referens geſta in Conventu Compendienſi, hæc ſcribit de quatuor filiis Godefridi Danorum Regis ſimul poſt ejus mortem Regnum gubernantibus, quos unus diu oppugnavit Herioltus Godefridi frater: *Venerat*, inquit, *Harioldus de Normannia* (ita hic Auctor Daniam appellat) *auxilium petens contra filios Godefridi, qui eum patria pellere minabantur. Ob cujus cauſam diligentius explorandam, ad eoſdem filios Godefridi Theotarius & Ruodinandus Comites miſſi fuerunt: qui & cauſam filiorum Godefridi, & ſtatum totius Regni Normannorum diligenter explorantes, adventum Harioldi præceſſerunt: & Imperatori omnia, quæ in illis partibus comperire potuerunt, patefecerunt. Cum quibus & Ebbo Rhemorum Archiepi-*

*ſco-*



*ris ac patroni, herique & domini noſtri, ſed hæreat in nobis infixus amor etiam poſt mortem, unaque in futuro ſæculo comitetur, quando nos invicem cognituros ſperamus, & congratulaturos iis, qui ſpiritus nutu nos amarint.*

X. Diverſa iræ divinæ ſigna.

*Verum hinc egrediens oratio, in duplici, ſi jubes, argumento verſabitur. In priore itaque, qui ſenſus tuus fuerit, domine, idem & noſter erit. Sic igitur ordiamur. Phoniſcus poſtquam victus fuerit, debitas legibus pœnas dabit; nunc autem civile bellum adeſt, quod ſicut alia iræ divinæ ſigna, terræmotus, & fames, eluviones maris, atque incendia, ad correptionem noſtram a Deo excitatum eſt, & populi vim, quanta periit, tantam abſumpſit. Poſtquam ergo miſertus Dominus plagam repreſſit, minime vult ſuperſtites perire: alioqui communem omnium cladem, quemadmodum diluvii tempore induxiſſet. Quid igitur? ſervari vult eos, qui relicti ſunt, & venia dignos fieri. Ait enim in Evangeliis (a), dimittite & dimittetur vobis, & beati Pauli voce (b): Nullus malum ulli pro malo reddat, ſed quod bonum eſt, ſectamini ſemper tum invicem, tum in omnes. At non ſine mulcta. Nam & Caim cum fratrem occidiſſet, multiformem & celebratam pœnam merito ſubiit: pœnam quoque a ſe ipſo repetiit Lamech & Abſalom, qui Ammon fratrem necarat, a patre, juxta Thecuitidis (c) problema, nequaquam cæſus eſt; nec Abſalom parricidam ſuum occidi volebat idem David, ſed neque eos, qui cum eodem defecerant, poſt belli finem perimi juſſiſſe, proditum eſt. Ac de his hactenus veluti compendio. Miſericors enim Deus per caſtigationes, id eſt, exilia, carceres & ſimilia, pœnitentiam ab illis tota vita vult obſervari.*

(a) *Jac. 6.* (b) *Rom. 12.*

(c) *2. Reg. 14.*

XI.

*De altero autem capite quid dicemus, cum perſpecta ſint omnia prudenti ac ſolerti menti tuæ? Eodem nimirum tendebat Leonis Imperatoris conatus, ut nos cum Heterodoxis ſermonem conferremus, diſceptante illo, atque in oppoſitum judicante, ut arbitrabatur. Quin & ejus, qui nunc imperat, mens eadem fuit, cum ante tres annos nobiſcum coram egit: ita tamen, ut nequaquam judicem ſe futurum diceret, ſed hunc atque illum ex iis ſcilicet, qui nobiſcum eadem ſentiebant. Sed neque nos, qui præſentes aderamus, neque inclytus Pontifex noſter id tulit, quippe iniquum & alienum. Non enim de rebus ſæculi, carniſque ſermo eſt, de quibus judicandi penes Imperatores poteſtas eſt, & judicium ſæculare, ſed de divinis ac cæleſtibus dogmatibus, quæ aliis commiſſa non ſunt, quam iis, quibus Deus Verbum dixit (d): Quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Quinam autem hi ſunt, quibus hoc juſſum fuit? Apoſtoli, & eorum ſucceſſores. Quinam porro ſunt ſucceſſores? Qui Romanam nunc primam Sedem tenet. Qui Conſtantinopolitanam ſecundam. Qui Alexandrinam, & Antiochenam, & qui Hieroſolymitanam. Hæc quini vertex, hoc eſt, quinque Patriarcharum, poteſtas Eccleſiæ, penes hos divinorum dogmatum judicium. Imperatorum vero & Præſidium eſt opem ferre, & comprobare quæ decreta ſunt, & reconciliare qui carnaliter diſſident ac diſcrepant. Haud aliud quicquam illis de divinis dogmatibus neque a Deo traditum eſt; nec ſi fiat, ſtabit.*

Eccleſiaſtica non Imperatoribus ſed Epiſcopis commiſſa.

(d) *Matt. 16.*

XII. Sæculare judicium omnino reiicitur.

*Propterea exploſa & rejecta fuerunt circa divinarum imaginum dogma ea quæ ſub Conſtantino quondam & Leone regia potentia atque audacia in conciliabulo acta, & perperam dicta ſunt. Quorum cauſa diviſa hæc noſtra Eccleſia fuit a cæteris quatuor, anathematiſmis affecta perennibus, approbante Spiritu ſancto. Poſt hæc, Deo miſerante, erectum eſt cor-*



*nu*

PAGIUS *ſcopus, qui conſilio Imperatoris & auctoritate Romani Pontificis prædicandi gratia ad terminos Danorum acceſſerat æſtate præterita, & multos ex eis ad fidem venientes baptizaverat, regreſſus eſt.* De hoc Danorum diſſidio rurſus poſt triennium agemus.

IX. *Ebo Archiep. Remenſis Nordalbingorum converſionem tentat.*

Porro ex illis Eginhardi verbis liquet: Baronium Miſſionem *Ebbonis* Archiepiſcopi Remenſis hoc anno recte conſignaſſe; cum accuratior in temporum notatione ſit Eginhardus, quam Annaliſta Fuldenſis, qui ad annum DCCCXXII. ait: *Ebo Remorum Epiſcopus genti Nordmannorum evangelizavit Verbum Dei.* De hac Miſſione, ſed ſine ullo temporis charactere, Flodoardus lib. 2. cap. 19. hæc habet: *Hic Præſul Ebo cum conſilio Ludovici Imp. & auctoritate Paſchalis Romani Pontificis, prædicandi gratia ad terminos uſque Danorum acceſſit, ac multos ex eis ad fidem venientes baptizavit.* Recitat illud Paſchalis Decretum *ſuper Miſſione Ebonis* Bollandus ad diem III. menſis Februarii, quo Sanctus Anſcharius Archiepiſcopus Hamburgenſis, Danorum & Suecorum Apoſtolus colitur, ſicuti & Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. apud quos legi poteſt Vita Sancti Anſcharii, poſt Baronii mortem e tenebris educta. Huic Paſchalis Decreto præponitur Epiſtola ejuſdem Anſcharii *omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ Præſulibus in Regno duntaxat Ludovici Regis commanentibus data.* In ea ait Sanctus Præſul: *Noſſe vos cupio, quia in hoc libello continetur, qualiter Ebo Remenſis Archiepiſcopus Divino afflatus Spiritu, temporibus Domini Ludovici Imp. cum conſenſu ipſius ac pene totius Regni ejus Synodi congregatæ, Romam adiit, ibique a Venerabili Papa Paſchali publicam evangelizandi licentiam in partibus Aquilonis accepit.* Ubi de alia Synodo non loquitur Anſcharius, quam de Attiniacenſi anno ſuperiori menſe Auguſto coacta, quæ celeberrima fuit, & in qua Sedis Apoſtolicæ Legati adfuere. Ex qua & liquet, *Ebonis* Miſſionem ante præſenten annum ſuſceptam non eſſe.

Pa-

nu Fidei Orthodoxæ, magna Irene Imperium obtinente cum ſurculo ſuo, quo tempore coaluerunt quæ divulſa erant uſque proximum Leonem. Sub quo iterum diſcerpta eſt Eccleſia noſtra, & ab iiſdem pariter anathemate damnata. Fieri ergo nulla ratione poteſt, domine, ut ſæculari judicio divinum judicium comparetur, aut ut coaleſcat hæc Eccleſia, non conſentientibus quinque Patriarchis.

Quod ſi roget quiſpiam, quo pacto fieri id poſſit? Si excedant, inquam, Eccleſiis Dei Heterodoxi, & propriam ſedem recipiat Nicephorus ſacer Patriarcha. Qui coacto eorum conventu cum quibus certamen ſuſtinuit, ſi fieri non poſſit, ut ab aliis Patriarchis adſint vicarii (quod certe fieri poteſt, ſi velit Imperator, Occidentalem intereſſe, cui & poteſtas ſumma defertur Synodi Oecumenicæ) attamen pacem conficiet & conjunctionem, Synodicas ſuas ad primæ Sedis Præſulem mittendo.

Modus uſitatus ineundæ concordiæ in Eccl. Cathol.

Quod ſi hoc minime probet Imperator; deflexitque (ut ipſe ait) a veritate Nicephorus Antiſtes: Mittenda eſt ad Romanum ex utraque parte legatio, & inde Fidei accipienda certitudo. Etenim ſic res habet, ut ſi aberret unus e Patriarchis a cæteris ejuſdem ordinis (quemadmodum divinus Dioniſius tradit) correctionem admittat, non ab Imperatoribus judicetur, exurgant licet omnes quotquot umquam fuerunt Imperatores Orthodoxi. Aurea plane & digna tanto doctore & Confeſſore ſententia, qui ſubdit:

XIII. Atque hoc ſane caput deſpicere minime debet Imperator noſter; ſed ante omnia magni facere, in quo & Imperii felicitas & juſte regnandi munus poſitum eſt. Aliud nos nihil ſentimus humiles & indigni, orantes pro optabili vitæ tuæ proſperitate. Si quid denique huic epiſtolæ deeſt, de eo venerandorum veſtigiorum tuorum adorator tabellarius reſpondebit. Hucuſque Theodorus. Quibus plane intelligis, inconſulto primæ ſedis Epiſcopo, ipſo Romano Pontifice, impoſſibile eſſe, ut ſciſſi ab Eccleſia uniantur, & pax agatur, ad quam componendam primum quidem opus eſſe, ut Oecumenicum agatur Concilium auctoritate Apoſtolicæ Sedis, Vicarium ſuum mittendo: Vel ſi provincialem Synodum agat Catholicus Patriarcha, ſcribenda ſit inde Synodalis ad ipſum Romanum Pontificem. Si vero impediatur Patriarcha, ut Synodus cogi per ipſum non poſſit; tum eſſe mittendas legationes ex utraque parte ad ipſum Romanum Pontificem Hierarcham totius Eccleſiæ. Sicque in omnibus primæ ſint deferendæ Apoſtolicæ Sedis Antiſtiti.

XIV. At vero quod ad Orthodoxos pertinet, ne cum hæreticis ſubterfugiendo congreſſum, quem expeteret Imperator, viderentur diffidere juſtæ cauſæ, atque errorem fovere: placuit eidem Theodoro Studitæ nomine omnium ubique exiſtentium Orthodoxorum Apologeticam ad ipſum Imperatorem & ejus filium epiſtolam dare, qua de Fide Catholica, quam profiterentur, redderent rationem cuique petenti. Extat ipſa quidem, quæ ſic ſe habet, hujuſmodi inſcriptione præfixa (a):

(a) Theod. l. 2. epiſt. 200. Cod. Col.

Studium pacis Impp. commendatur.

Regibus piiſſimis & religioſiſſimis a Deo Auguſtis Imperatoribus Apologia & allocutio omnium ubique diſperſorum.

Perſpectum eſt iis, qui præditi ſunt ratione, Deum Regem univerſorum terreni Imperii rem, nomenque propterea naturæ humanæ conceſſiſſe, ut cæleſtium imitatione, terrena etiam pacem atque tranquillitatem obtinentia, pari cum laude & adoratione venerentur. Cujus nunc habenas divino ſuffragio ſortitum Chriſti æmulum Imperium veſtrum jure nos minimos advocavit, ut cum eis ſermonem conferamus, qui circa Fidei doctrinam a nobis diſſentiunt; ut hinc nimirum cognoſcatis utra pars verum proferat, & huic palmam tribuatis, ne inter nos ſchiſmata ſint, ſed idem omnes Orthodoxe ſentiamus. In quo qui-

PAGIUS X. Nordalbingorum converſio ſæpe tentata.

Paſchalis Papa in ſuis ad univerſos Coepiſcopos, & Presbyteros, Principes, Duces, Comites & cunctos Chriſtianos literis, ita loquitur: Præſentem Reverendiſſimum fratrem ac Coepiſcopum noſtrum Ebonem Sanctæ Remenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, neceſſarium cum conſenſu fidelium Dei duximus, illis in partibus pro illuminatione veritatis dirigendum. Quatenus auctoritate Beatorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli noſtra fraterna vice informatus, ante corpus & confeſſionem ipſius Principis Apoſtolorum evangelizandi publica auctoritate liberam tradidimus in omnibus facultatem, ut verbum vitæ, viamque ſalutis ubique provideat, &c. Collegam namque divinæ huic adminiſtrationis Legationi providentes, Halidgarium Religioſum adjicientes Miniſtrum, conſtituimus, quatenus ad Sedem Apoſtolicam opportuno valeat tempore de credito negotio facilius præſtante Domino intimare, &c. Halidgarius fuit poſtea Cameracenſis Epiſcopus, non vero ab anno circiter DCCCXVI. in ea dignitate conſtitutus, ut perperam ſcribit Cointius anno DCCCXXII. num. CI. innixus recentiorum Scriptorum teſtimonio, qui ex hoc Paſchalis Decreto emendandi ſunt; cum eum non Coepiſcopum, ſed Religioſum Miniſtrum appellet. Recte tamen obſervat Cointius hoc anno num. III. Sanctum Anſcharium præcipuum annumerari debere inter Monachos, qui teſte libello de Conſtitutione Novæ Corbeiæ, e Corbeia Veteri ſeu Gallicana, in Novam ſeu Saxonicam, hoc anno migrarunt, ut anno ſuperiori diximus. Nam Sanctus Rambertus diſcipulus ejus, & in Sedem Hamburgenſem Succeſſor in ejus Vita num. IX. Veteris Corbeiæ Monachos, quibus eam dicavit, ſic alloquitur: Ad hunc ergo locum (nempe Novam Corbeiam) Dei famulus una cum aliis fratribus veſtris primo directus eſt, ut inibi officio fungeretur docendi; in qua re ipſe per omnia tam probabilis & ac-



quidem veſtrum laudavimus perdiſcendæ Fidei ſtudium; amplius vero laudavimus ipſum pacis componendæ conſilium, quo ſubditorum utilitati ac ſaluti conſulitis. Et vobis quidem hinc præmium erit in claritate claritas ineffabilis, & in Regno Regnum interminum.

XV. Cauſæ cur Catholici recuſent conferre cum hæreticis.

Verum, o domini optimi, & Dei amantiſſimi, non poteſt magnum hoc & exoptandum facinus tam facili negotio & ſine labore confici, quoniam magnarum rerum magnæ ſemper ſunt difficultates. Quid hoc ſibi vult? Primum quidem quoniam adverſarii noſtri longo tempore, & per ſynodicos conventus in opinionibus ſuis obfirmati ſunt: Nos vero Apoſtolorum, Fratrumque ſanctionibus ſermonem de Fide cum iis conferre prohibemur, qui ſic occupati ſunt. Deinde quoniam hujuſce rei judicium non ad alios pertinet, quam ad eos, qui ſoli hanc a Domino poteſtatem per Spiritum acceperunt, conſentientibus & comprobantibus etiam vobis, qui ad hoc ipſum a Deo præcipue vocati eſtis. Sincera autem & incorrupta Chriſtianæ religionis noſtræ ſententia qualis ſit, neceſſe arbitror exponi.

XVI. Quæ fides Orthodoxorum ſit, exponitur.

Credimus in unum Deum, qui in Patre & Filio & Spiritu ſancto adoratur & conglorificatur, laudatiſſimam omnium effectricem & principem Trinitatem, juxta nobis traditum a CCCX. & VIII. ſanctis Patribus divinitus inſpiratum Symbolum, per quod omnis hæreſis exploſa eſt, & a quo omnis ſancta Synodus pendet tamquam a radice rami, & a fonte fluvius. Hinc enim Secundam dominicam Spiritus vocem declaravit. Dein Tertia Synodus ſanctam Mariam Deiparam, ut quæ ipſum unigenitum Dei Filium enixa eſſet, pronuntiavit. Tum Quarta ex duabus & in duabus naturis ſingularem ſecundum hypoſtaſim Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum aſſeruit. Poſt Quinta Originem & ejus ſimiles prohyparctitas, id eſt, præexi-



ſtentiæ animarum aſſertores, anathemate damnavit. Tum Sexta conſequenter ad duas naturas, duas quoque voluntates, & operationes in uno Chriſto eſſe docuit. Demum Septima ſuperiores ſequens, quia duplices omnes in uno Chriſto naturales proprietates, eumdem incircumſcriptum juxta id, quod non cernitur, circumſcriptum juxta id, quod cernitur eſſe ſanxit; quatenus ex locis fundatam tenens veritatem ex naturali nimirum doctrina, ex Patrum auctoritatibus, ex Synodicis decretis, & ex antiqua conſuetudine. Pergit ſecundum hæc tria probationum capita de ſacrarum imaginum veneratione doctrinam firmiter ſtabilire, de his prolixius agens: quæ cum magna ex parte repetita habeantur in ſuperius recitatis epiſtolis, ne nimis ea prolixitate oneremus Lectorem, hic ea deſcribere prætermittimus. Demum vero ita claudunt epiſtolam: Hanc Fidem amplexæ ſunt Synodi ſanctæ; & huic ſuffragantur omnes ubique locorum Eccleſiæ tum in Oriente, tum in Occidente, tum in Septentrione & mari: quam & nos minimi amplectentes, oramus, jureque ſupplicamus pro pio Imperio veſtro. Hæc Ortodoxi.

XVII. Quando Theodorus Studita recedit Conſtantinopoli.

Ad hoc tempus ſpectat, quod Michael res geſtas a Theodoro proſequutus, quæ reliquæ ejus fuerint actiones uſque ad obitum qui anno ſexto Mihaelis obtigit, narrans, ſic incipit: Thoma vero copiis ſuis repente deſtituto, & in poteſtatem Imperatoris redacto, urbem Conſtantinopolitanam, inquam (ut dictum eſt) confugerat metu Tyranni, mox iterum reliquit. Non tamen amplius ad Creſcentis loca profectus eſt, ſed in Acritorum peninſula, S. Tryphoni ſacra, ſedem fixit: ex qua ſæpius ad Patriarcham ventitabat, Nicephorum ſcilicet, & cum eo pro re nata diſſerens, deſiderium magis magiſque incendebat: Patriarcha viciſſim amoris officia reddente, animique ſtudium mul-



PAGIUS

& acceptus inventus eſt, ut omnium electione publice quoque in Eccleſia Verbum Dei populis prædicaret. Sicque factum eſt, ut ejuſdem loci ipſe primus & Magiſter Scholæ, & Doctor fieret populi.

XI. A S. Anſchario ad optatum finem perducta.

Primus Danorum ſeu Nordalbingorum converſionem aggreſſus eſt Sanctus Vuillibrordus, ut ſuo loco diximus, ſed dum obduratum moribus & idolatriæ deditum (Ungendum nempe, qui tunc ibi regnabat) & nullam viæ melioris ſpem habentem offendit, acceptis tunc triginta ejuſdem patriæ pueris ad electos a Deo populos regni Francorum revertere deſtinavit, inquit Alcuinus. Poſtea Carolus M. Heridagum Presbyterum Nordalbingiæ fide Chriſti imbuendæ præpoſuit, curaturus, niſi mors interceſſiſſet, ut Epiſcopus ibidem ordinaretur. Poſtea, inquit Rembertus in Vita Anſcharii cap. V. ipſam Parochiam Presbytero Heridach nomine ſpecialiter gubernandam commiſit: nec omnino voluit, ut vicini Epiſcopi aliquid poteſtatis ſuper eum locum haberent. Quem etiam Presbyterum conſecrari diſpoſuerat Epiſcopum, ſed velocior ejus de hac luce tranſitus, hoc ne fieret, impedivit. Poſt Heridagum miſſus in Daniam Ebbo Archiepiſcopus Remenſis, quem jam defunctum Anſcharius Virum divino ſpiritu afflatum vocat in Epiſtola ſua, cujus verba mox recitavimus. Licet enim Anſcharius Divina ſemper inſpiratione roboraretur, ne a cœpto deſiſteret opere; tamen Domini quoque Ebbonis Remenſis Archiepiſcopi, qui hanc Legationem primo ſuſceperat, non modice eum hac in cauſa, & devotio mentis & fervor conſolabatur animi, ſiquidem ipſo intimo pro vocatione Gentium flagrans ſpiritu, jugiter eum ad fidei gratiam in partes iſtas promulgandam incitabat, & ut cœpta non deſereret, ſtrenue commonebat, inquit Rembertus citatus cap. XIV. Verum quod Carolus M. per Heridacum Presbyterum, nullo fructu, Ludovicus Pius per Ebonem Remorum Archiepiſcopum adjutore Hadligario parvis initiis apud Nordal-

*tis argumentis declarante. Qui aliquando abundantem amoris vim patefacere cupiens, audientibus multis Epiſcopis, tum alias Sancti laudes commemorabat, tum ærumnas, quas pertulit, ſuper omnes extollebat, exilia ejus & carceres enumerans, vel alia omnia corporis ſupplicia. Ut autem convivari ſimul ambos oportuit unique menſæ accumbere: alios quidem Patriarcha infra ſe ſedere juſſit, & poſt illum ſedes ſortiri, ſolum autem Sanctum in una eademque cathedra epulari. Reverendus enim ajebat mihi omnique honore colendus admirabilis hic, uti cum omnia feceris, numquam pro ejus merito feceris ob eminentem ejus virtutem, incomparabilemque humilitatem: neque cum vel ſi omnes mortalium honores proponas, illum umquam ab animi modeſtia dimoveas, aut abjectum modicumque de ſe ſenſum ponere perſuadeas. Quo nomine longe a nobis præferendus in honore, longeque in amore præſtantior eſt iis, qui me comitantur. Tanta erat Patriarchæ erga magnum Theodorum veneratio, tantus amor & charitas: Sic illi omnes primas concedebant, præclare ſecum agi exiſtimantes, ſi poſt illum cenſerentur.*

Nicephorus Patriarcha quanto honore ſit proſecutus Theodorum.

XVIII. *Procul abſit livor pulchris omnibus ſuccenſere ſolitus, maculaſque inurere melioribus: ſileat lingua futiles nugas garriens, & falſa impudenter deblaterans. Quis enim horum intuens divinorum virorum benevolentiam, concordiam, mutuamque conjunctionem, non calumniatores iſtos irrideat, in rebus adeo notis cavillari volentes, & veritatem ſolis luce clariorem obſcurare atque confundere, quaſi non habeant ubi ſua cælent, aut unde aliter placere poſſint, niſi cæteris inſidientur? Verum illi ſuo negotio utantur; nos certe veritatis ubique ſtudioſi, in ea nunc vel maxime conſiſtemus, qua videlicet freti, res Patrum, ut fuerunt, expoſuimus, & ſinceram ac minime fucatam benevolentiam factis ipſis conprobavimus.* Iſta Michael, quod inter alia invidi & calumniatores ſparſiſſent in vulgus, Theodorum non communicare cum Nicephoro ipſo Conſtantinopolitano Patriarcha, aliaque contexuiſſent in eum crimina, de quibus omnibus extat ejuſdem Theodori ad Petrum Nicææ Epiſcopum epiſtola his verbis conſcripta (*a*):

Calumniis impetitus Theodorus.

(*a*) *Theod. l.* 2. *ep.* 127. *Cod. Col.*

XIX. *Nunc opportune ſcribimus paternæ ſanctitati tuæ, poſtquam ab exilio reverſi ſumus. Arabum ſiquidem incurſus cum aliis permultis nos quoque humiles a remotis oris expellens ante urbem, in Principem inſulam abegit, in qua quibus ærumnis affecti fuerimus, partim a perfugarum agente nos turbi, partim ab æſtu, & aquis ad potum minime aptis, quid opus eſt dicere? Deinde vero, ut inde progreſſi vicina Calcedoni loca tenuimus, illic ambo in graviſſimum incidimus morbum, qui miſerum corpus totum ſeptem dies renum doloribus afflixit, atque (ut ſemel dicam) plane laborioſum iter noſtrum fuit. Attamen tria hæc divino munere nobis obtigerunt. Primum ut beatiſſimum Pontificem noſtrum adoraremus, ſacris ejus precibus fruentes: deinde hos atque illos ſacros Patres ac fratres: tertio ut objectiones & criminationes diluentes, quas contra nos neſcio unde pacis opifices * concinnarunt.* Quænam iſta fuerint, attende.

Theodori epiſt. apologetica adverſus calumniatores.

* per antiphraſin.

*Schiſmaticos nos confinxere, a divini Pontificis noſtri conſortio averſos, idionomos appellarunt, id eſt, privati juris auctores, in eorum pœnis, qui hæreticæ communioni adhæſerunt. Alia multa, quæ epiſtola includere moleſtius foret.* Ad hanc itaque eluendam calumniam, jam intelligis factum eſſe, ut ipſe adiret S. Nicephorum Patriarcham, & cum illo etiam menſa participaret, ſpectantibus omnibus. Cum & Patriarcha hoc ſciens, ad iſtud ipſum refellendum, adeo honorifice voluit excepiſſe, atque præ cæteris coluiſſe, atque officiis demeruiſſe Theodorum. Quæ omnia eadem ex cauſa a Michaele fuiſſe conſcripta vidimus, ut ex his omnibus obſtrui poſſet os loquentium iniqua. Sed & quid ad has & ad alias calumnias reſpondeat, ipſum audi:

XX. *Verum ad ſingula (ut diximus) appoſite precibus tuis reſpondentes: Cum ſacro Pontifice noſtro communicare nos oſtendimus, qui & ſumma humanitate nos excepit & amore tractavit, & dimiſit, nullo verbo de his, quæ per dolum compoſita fuerant, interiecto.* Vide in his modeſtiam viri ſilentio involventis tanta illa, quæ ab ipſo Patriarcha in ſe collata eſſent officia ſummi honoris & gloriæ, faſtum vitare ſatius ducens, quam plenius objectæ calumniæ ſatisfacere: ſed quæ tacuit ipſe, per Michaelem Deus voluit nota fieri. Sed pergit ipſe de iiſdem: *Quin etiam cum mentio fieret de domi-*

Diluuntur a Theodoro calumniæ.

PAGIUS dalbingos tentaverat, gentium ſcilicet Septentrionalium converſionem, feliciter perfecit Anſcharius, annis fere octo & triginta in id opus expenſis. Quæ in anteceſſum dicta ſunto; in Daniam enim *Anſcharius* ante annum DCCCXXVI. profectus non eſt.

XII. Flodoardus lib. 2. cap. 10. de Ebone Archiep. Remenſi verba faciens ait: *Hujus Præſulis hortatu Alitgarius Cameracenſis Epiſcopus ſex libellos de Remediis peccatorum, & ordine vel judiciis pœnitentiæ conſcripſit.* Refert poſtea Epiſtolam Alitgarii, ad Ebonem, & hujus ad Alitgarium. Hic autem in Præfatione ad Opus ſuum, quod extat Tom. V. Antiq. Lect. Caniſii teſtatur, ſe illud *de Scrinio Romanæ Eccleſiæ* adſumpſiſſe ſive exſcripſiſſe, ſed ſe ſe ignorare a quo editum fu-

*Alitgarius Epiſc. Camerac. doctrina excultus.*



*mino ac beato Taraſio (nam & ab eo dixerant Patrum ſcilicet * amatores non deſciviße, & ſecundam in Nicæa ſanctam Synodum Localem, id eſt, non Oecumenicam appellare) probavimus nos & illum in ſanctis Patribus habere, & Synodum verbis ſcriptiſque Oecumenicam confiteri, licet uſpiam aliquando & aliquo modo quibuſdam aliter reſponderimus, quæ quidem non oportet, ſicut nec ea, quæ tum aliter acta fuerant, nunc inquirere & refricare. Id enim tumultus cauſam præbet, nec emolumentum ullum adfert, ſed altercationes potius & offendiculum Eccleſiæ Dei.*

* per antiphraſin.

Veteres & inutiles quæſtiones ſopiendæ.

XXI. *Hoc & illo modo hi & illi ſcripſerunt, egerunt ſinguli, verum tenere ſe arbitrantes. Multis annis, ut noſti deſideratiſſime, quod vulgo jactatur, peractum eſt, Orienti & Occidenti patefactum. Quæ geſta, quæ ſcripta ſunt, evertere neutra pars poteſt. Nunc eſt tempus concordiæ, nunc tempus in commune decertandi. Auctoris monimenta, ſiquidem recte habere poſteris videbuntur, laude digna; ſin minus, ſecus. Fidelis ſermo, nec aliud hac de re dicere libet, neque in præſens, neque in poſterum. Oſtendetque, inquit, dies revelationis & noviſſimus ignis, quo judicantur noſtra, & purgantur. Hæc ſimul quidem tamquam unanimo Patri & pacis auctori; ſimul etiam, quia doloris commemoratio ſolatium dolentibus parere conſuevit, neceſſario a me ſcripta ſunt. Quod ſi conſolatorem te nobis humilibus præbueris: charitatis ſcopum amplectens, omnino tuos nos reddes in omnibus peculiares. Qui nobiſcum ſunt ſanctitatem tuam plurimum ſalutant: eos, qui tecum ſunt, ſalutamus & nos plurimum, ſanctiſſime.* Hucuſque ad Petrum Theodorus.

XXII. Quod vero hac data ad Petrum epiſtola idem Theodorus affirmet ſe poſt viſitationem Nicephori, alios etiam ſanctos Patres inviſiſſe: hic opportune agendum eſt de viſitatione magni illius Joannicii Anachoretæ, de quo ſæpe mentio facta eſt, quem ipſe Theodorus his ferme diebus inviſit una cum aliis, inter quos & Petrus, ad quem dictam ſcripſit epiſtolam, Nicææ Epiſcopus unus fuit. Habentur iſta in rebus geſtis ejuſdem Joannicii, quam fideliſſime ab auctore ejuſdem temporis conſcripta verbis iſtis: *Huic magno Joannicio Patri erat ſtudio, ſi quos ad ſe audiebat aſcendere, e monte deſcendere, & eis obviam procedere. Cur hoc faciens? magnam in aſcenſu reſecans vexationem eorum, qui ad ipſum aſcendebant: eſt enim aſper & acclivis ad montem aſcenſus, & non facile, nec expeditum iter præbens aſcendentibus. Aliquando itaque is, cui obtigerat Chalcedonenſis Pontificatus, & cui Nicææ, Petrus, & Theodorus præfectus inſignis gregis Studii cum Joſeph & Clemente ad ipſum accedebant. Hoc autem cum cognoviſſet Sanctus, volens eorum magnam levare viæ moleſtiam, ad eos deſcendit de monte. Cum vero hominis Dei eſſent partes & facere & dicere ea, quæ eſſent Deo grata: in ſermone, quem apud ipſos habuit, cenſebat humilitatem eſſe præferendam omnibus virtutibus. Poſtquam autem ad cibum ſumendum jam acceſſiſſent: Ne conturberis, inquit, fratri Joſeph, ſed ſis paratus ad exitum. Hoc quidem tunc ſic dictum, quidnam ſibi vellet, dubitabatur ab iis, qui audierant. Cum autem poſt decem & octo dies Joſeph e vita deceſſiſſet, recte intellexerunt, quid ſibi vellet quod magnus dixerat.* Hæc tantum de his auctor. Quæ vero poſt hæc idem Theodorus de hoc mutuo congreſſu ad ipſum magnum Joannicium ſcripſerit, ſuo loco dicturi ſumus.

Theodorus Studita cum aliis viſitat Joannicium Anachoretam.

Accidit inter hæc mirandum quippiam, quod filius Leonis Armeni Baſilius nomine, qui exectione caſtrationis (ut dictum eſt) facta juſſu Michaelis Balbi Imperatoris, vocem amiſerat, ad ſtatuam ſancti Gregorii Nazianzeni vocem recepeiit, & cum ea Catholicam pariter Fidem in cultu ſacrarum imaginum fuerit conſecutus, necnon mater ejus Theodora ſive Theodoſia nuncupata in monaſterio relegata, pariter ſe Orthodoxis adjunxerit. Porro de tanto miraculo iſta ex antiquioribus Annalibus recitat Cedrenus: *Uxorem Leonis* (Theodoſiam hanc nominat ipſe) *in monaſterio, quod Dominorum dicitur, incluſit, filios mares in Pro-* XXIII.

Baſilio Leonis Imp. filio redditur loquela.

PAGIUS fuerit. Morinus in Comment. de Adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ oſtendit, ſextum librum, quem ſine Auctoris nomine nactus eſt Caniſius, alium non eſſe a Pœnitentiali Romana, neque in alia ſententia verſatur Baldricus lib. 1. cap. 40. ubi etiam docet Alitgarium *multa & pretioſa Sanctorum pignora* ex Oriente aſportaſſe, cum illuc Legatus miſſus eſt. Alitgarii ſeu Hatlicharii annus emortualis incertus, eum tamen anno DCCCXXXI. adhuc in vivis fuiſſe, & non multo poſt obiiſſe, eo Chriſti anno exiſtimat Cointius num. XXV.

XIII. Ad num. XXIII. & ſeqq. Narrat Baronius ex Cedreno, quod & Porphyrogennetus lib. 2. num. VII. etiam habet *Conſtantinum* filium Leonis Armeni, qui mutato nomine *Baſilius* dictus fuerat, cum excifis viribus vocis uſum amiſiſſet, ejus impedimento ſolvi opera Gregorii Theologi a Deo impetraſſe, indeque quam patre auctore impietatem *Baſilius* acceperat, exſecrari, & Sacras Imagines veneratione amplecti non ceſſaſſe. Addit Baronius, in eadem mente fuiſſe ac filium *Theodoram* ejus matrem teſtari Theodorum Studitam in Epiſtola ad utrumque data, quam integram recitat. Verum Baſilii mater non *Theodora*, ſed *Theodoſia* fuit, ut non tantum Cedrenus pag. 497. ſed & Conſtantinus Porphyrogennetus lib. 1. num. XXI.

*S. Theodorus Studita ad Theodoſiam, non ad Theodoram ſcripſit.*

Prota inſula. Qui cum ibi caſtrarentur, Theodorus in fata conceſſit; Euſtathius vero, qui alio nomine Baſilius dicitur, vocis uſu ab exectione virilium privatus, ejus reſtitutionem cum Deum flagitavit, tum Gregorium Theologiæ nomine illuſtrem, cujus ibi forte quædam ſtatua erat: Exaudivit eum Sanctus ille, viſaque eſt ei imago ſacra, mane jubens ceram, quam porrigebat, legere. Ac Baſilius fidem dicto habens, ingreſſus Eccleſiam, clara & puriſſima voce recitavit hæc:

XXIV. RURSUS JESUS MEUS, eſt exordium panegyricæ orationis Gregorii Nazianzeni in ſancta lumina. Voce itaque recepta, traditam a patre ſibi impietatem abominatus, gratum ſe erga ſacras imagines præbuit. Verum hæc aliquanto poſt evenerunt, ab eorum exilio ſcilicet. Iſta Curopalata, ex quo Cedrenus; qui licet de matre ejus Auguſta nihil meminerit, liquet tamen Theodori Studitæ teſtificatione, ipſam una cum Baſilio filio Fidem Catholicam eſſe profeſſam in manibus quorumdam Orthodoxorum monachorum, paratamque fuiſſe ejus rei gratia, ſi oporteret, ſuſtinere quoque martyrium. Extat ſiquidem tanti Patris ad Theodoram ſive Theodoſiam Auguſtam atque ad Baſilium ejus filium ejuſmodi epiſtola, hac inſcriptione notata (a):

(a) Theod. l. 2. epiſt. 204. Cod. Col.

Theodoræ Auguſtæ, & Baſilio filio ejus.

XXV. Theodori ad Theodoram Auguſtam & Baſilium ejus filium epiſtola. Cum ex variis fide dignis, in primiſque ex piiſſimo Eſaja Epiſcopo, & ex reverendiſſimo Medicii Antiſtite ſanctis Patribus noſtris de rerum veſtrarum ſtatu accepiſſemus, quod Domini noſtri optimi nutu, ad pietatis, rectæque Fidei rationem & modum converſi fueritis, priſtino errori valedicentes, ut qui a Deo non cœperit, ſed ab adverſa parte, cum religio tua ex pia ſit radice (talem ſiquidem fuiſſe fatendum eſt, virum illum Deo dilectum, omnique probitate conſpicuum, ejus videlicet genitorem) egimus Deo gratias, qui non permiſit vos in hæreſis caligine permanere, ſed mentes veſtras felici lumine implevit, ut cognoſceretis Jeſum Chriſtum Filium Dei in forma noſtra per miſericordiæ ſuæ viſcera natum, ut figmentum ſuum ab interitu redimeret, more noſtro depingi atque effingi, ne qua illi deſit humanarum proprietatum, cum maneat idem, quatenus Deus, incircumſcriptus, & qui paternas proprietates ſub eadem perſona retinet, ex quo mediator Dei & hominum apparuit, medio ipſo extrema participans, & per ſeipſum divinæ nos naturæ participes efficiens. Sicut enim fieri nequit, ut Deus ipſe cum ſit, Patrique æqualis, non extra omnem ſit circumſcriptionem (infinitus ſiquidem eſt Deus & interminus & incomprehenſibilis) eodem modo capi non poteſt; & cum vere homo ſit ipſe, & nobis ſimilis factus per omnia, intra circumſcriptionem non maneat, comprehenſibile quippe eſt ejus corpus tactuque palpabile, & colore viſibile. Inculcat iſta Theodoræ Auguſtæ, quod veneno mariti Leonis Armeni potata eſſet, quo ille diceret, Chriſti effigiem pingi non poſſe, quod Deus ipſe ſit incircumſcriptus. Adverſus quem adeo manifeſtum errorem (ut vidimus) ſub Leone Imperatore idem Theodorus ſæpius diſputarat, in quem etiam modo ejuſdem Theodoræ occaſione ſtylum exeruit. Pergit enim:

XXVI. Malorum omnium per eam hæreſim invectorum compendium. Quod non confitentes Iconomachi, Chriſti negatores manifeſto facti ſunt, corporatum incorporeum arbitrantes, eumque, qui nobiſcum natus eſt, naturæ noſtræ expertem decernentes. Hinc concuſſus eſt mundus, negatus eſt Chriſtus per venerandam imaginem ſuam, & Deipara, & Sancti omnes: per imaginis enim receptionem, recipitur is, cujus eſt imago, ſicut e contra, per rejectionem reiicitur. Hinc ebulliit perſecutio, & Patriarcha relegatus eſt, ſacerdotes atque Epiſcopi, monachi & ſæculares ſanctiſſimi, alii exilio & carceribus addicti, alii verberibus, fameque cruciati, nonnulli etiam enecti. Hinc extorres in montibus, in ſpeluncis & cavernis terræ, qui Deo mortale nihil prætulerunt. Hinc diruta templa, & ſacra profanata, & divina donaria igni tradita, clamoreque (ut paucis dicam) & direptione plena omnia. Tales erant impietatis conatus, ut ex fructu arbor cognoſcatur.

Poſtquam autem divina vos gratia )ſicut dixi) amplexa eſt per egregiam confeſſionem, quam Patribus profeſſi eſtis: nos quoque humiles iſta nimirum confeſſionis fiducia freti, ſimul etiam dominam cum cæteris inclytis ramis ſuſcipimus, & Orthodoxæ Fidei partibus, ſeu potius Dei Eccleſiæ accenſemus, venienteſque ad humilitatem noſtram vos veneramur, & vobiſcum communicamus, gratias agentes Deo, qui magna & inveſtigabilia facit, quorum non eſt numerus; qui ex tenebris ad lucem deducit, & ex via erroris ad pietatis ſemitam omnes transfert, qui vero corde ſalvari cupiunt.

XXVII. De relegatione Theodori in inſulam. Atque hæc quidem in hunc modum. Cæterum poſtquam deſignata nobis fuit a magno Imperatore Chalcita inſula ad domicilium habitationis: non mediocriter contriſtavit non ſolum nos, ſed multos etiam ex patribus, quod univerſus fratrum cœtus cum Antiſtite, vetere ſuo monaſterio ejecti ſint, & nunc huc, illucque circumagantur, & quod viſi ſimus linguas aperire ad priſtina convicia. Veruntamen, quoniam per Clementem ſpiritualem filium noſtrum reſpondiſtis, ita atque ita conſtitutam ex regia auctoritate rem fuiſſe, triſtitiam depulimus. Hoc vero obteſtamur, ut quantum conniti vobis licet, egredientium dolorem mitigetis, quia ſcriptum eſt (a): Ne des homini locum, ut maledicat tibi. Et ut quid ait (b), libertas mea judicatur ab aliena conſcientia? Hucuſque Theodori epiſtola ad Theodoram Auguſtam & Baſilium.

(a) Prov. 30.
(b) 1. Cor. 10.

Porro Clemens iſte, cujus hic mentio habetur, Præpoſitus ejuſdem erat monaſterii, tabellarii tamen munere fungens pietatis cauſa, ut idem Theodorus affirmat in epiſtola (c) ad diſperſos fratres.

(c) Theod. l. 2. ep. 90. Cod. Col.

Re-

PAGIUS XXI. affirmant. Quare loco Theodoræ, legendum Theodoſiæ. Adhæc in ea Epiſtola n. XXVII. dicit Theodorus, ſe & multos ex Patribus non mediocriter afflictos, quod univerſus fratrum cœtus cum Antiſtite vetere ſuo Monaſterio ejecti ſint, & nunc huc illucque circumvagantur, ſubiungitque: Verumtamen quoniam per Clementem ſpiritualem filium noſtrum reſpondiſtis, ita atque ita conſtitutam ex Regia auctoritate rem fuiſſe, triſtitiam depulimus. Theodoſia enim poſt interitum mariti coniecta fuit in Monaſterium Deſpotarum Conſtantinopoli ſitum, ideoque quæ Conſtantinopoli gererentur ſcire potuit, eaque per literas Theodoro in Chalcita inſula exule, ut ipſemet, in Epiſtola ad Theodoſiam citata ſcribit, ſignificare. Porro Theodoſiam Leonis Armeni uxorem recluſam fuiſſe a Michaele Aug. in Monaſterio Deſpotarum illudque intra Urbem Conſtantinop. extitiſſe, oſtendit Ducangius in Conſtantinopoli Chriſt. lib. 4. cap. 8. num. XXXV Idem Ducangius in Familiis Auguſtis Byzant. pag. 130. cum ad illum Librarii errorem animum non advertiſſet, ait Theodoſiam vocatam etiam fuiſſe Theodoram, quam in rem Epiſtolam CCIV. lib. II. Epiſtolarum Theodori Studitæ refert. Sed ex dictis fundamentum illud corruit. Hæc enim ultima Epiſtola ad Mariam Aug. a Conſtantino Irenes filio alias repudiatam data, ut anno DCCCXVI. vidimus.

XIV. Floret Hatto Epiſc. Baſilea & Abbas Augia. Florebat hoc tempore Abyto ſeu Heito, vel Hatto, Epiſcopus Baſileenſis, qui ſcripſit Hodæpericum ſuum, dum Conſtantinopolim Legatus profectus eſt VVetini Monachi Viſionem, & Capitulare XXV. Capitibus conſtans, quod Preſbyteris ſuis ordinavit, quibus monerentur, qualiter ſe ipſos ac plebem ſibi commiſſam caſte & juſte regere atque in Religione Divina confirmare deberent. Illud Tom. VII. Concil. hodie legitur. Fuerat Heito Monachus in Augienſi Monaſterio prope Conſtantiam ad Rhenum, in quo Abbatiam rexit per annos XIX. teſte Valafrido in Carmine de Viſione VVetini Monachi; ſed utramque dignitatem currenti anno depoſuit, & ad ſolitudinem reverſus, ibi mortuus eſt anno DCCCXXXVI. ut legitur in brevibus Annalibus VVingartenſibus, Augienſibus, ac S. Galli.

XV. Finis Regni Cantii. Hoc anno Egbertus Weſt-Saxonum Rex memorabile prælium commiſit adverſus Beornulfum Merciorum Regem maximo gentis exterminio utrimque peracto: Egbertus tamen victor ſucceſſus ſuos urgens ſtatim miſit Adelvulfum filium ſuum, qui poſtea regnavit, cum magno exercitu adverſus Balredum Cantiæ Regem, XVIII. annum Regni agentem, qui prælio pulſus in exilium conceſſit, ut tradunt Malmesburienſis lib. I. De Geſt. Reg. pag. 11. Huntindonienſis pag. 343. Hovedenus pag. 411. & Ethelvverdus lib. 3. cap. 2. Qui omnes addunt ab ea Egberti Regis victoria Cantii Regnum finem accepiſſe: Ita Regnum Cantia, inquit Malmesburienſis: quod ab anno Domini CDXLIX. ſteterat (ab ingreſſu nempe Hengiſti in Magnam Britanniam) annis CCCLXXV. alterius poteſtati acceſſit.

| JESU CHRISTI ANNUS 824. | EUGENII PAP.II. ANNUS 8. | LUDOVICI II. MICHAELIS BALBI 4. IMPP. |
|---|---|---|

I. Paſchalis Papæ obitus.

Redemptoris annus agitur octingenteſimus vigeſimusquartus, Indict. ſecunda, quo Paſchalis Papa cum ſediſſet annos ſeptem, & menſes tres, dies ſexdecim ſecundum Anaſtaſium, ſive decem & ſeptem, moritur pridie Idus Majas. Præter illa, quæ dicta ſunt, hæc de rebus ab eo geſtis leguntur, incerto tamen Pontificatus anno: *Hic (inquit idem Anaſtaſius) beatiſſimus Præſul multa corpora Sanctorum requirens invenit; quæ & diligentius intra civitatem in honorem, & gloriam Dei honeſte recondidit. Rogam etiam omni clero ſuo in presbyterio multipliciter ampliavit: & captivos non tantum in tranſmarinis regionibus viros, & mulieres auro & argento, ſed alios in partibus Hiſpaniæ, & aliis longinquis regionibus, ſicut bonus paſtor redemit.*

II. Ornamenta in Eccleſia S. Petri.

*Fecit in ſacro altare beati Petri principis Apoſtolorum veſtem miræ magnitudinis, pulchram & decoram nimis ex auro gemmiſque contextam, præfigurantem hiſtoriam, qualiter idem Apoſtolus a vinculis per Angelum ereptus eſt. In cujus venerabili baſilica ante aditum, qui ducit ad corpus in loco Ferratæ, altare conſtituit, in quo & venerandum beati Xyſti Martyris atque Pontificis corpus honeſtiſſime collocavit. In quo & corpora beatiſſimorum Martyrum Proceſſi & Martiniani, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei memorialiter, honorificeque recondidit.*

SS. Martyrum Proceſſi & Martiniani.

*In cujus abſide imaginem pulcherrimam de argento inauratam cum diverſis hiſtoriis inter marmorum concruſtationes ordinatas infixit, penſantem libras ſexagintaduas, & ſemis, ſimulque & lilia de argento penſantia libras decem & ſeptem & uncias tres; necnon & gabathas ex argento puriſſimo numero ſeptem, penſantes ſimul libras tredecim & ſemis. Imagines etiam de argento deauratas fecit in eodem venerabili loco numero tres, unam Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & duas beatorum Martyrum Proceſſi & Martiniani penſantes ſimul libras trigintaſex: necnon & aliam imaginem de auro puriſſimo obtulit ad ornatum præfati Oratorii, penſantem libras tredecim & uncias tres: Simili modo caniſtra ex argento puriſſimo numero octo, penſantia omnia libras quadragintatres, pariter & concham ad ſpongiam pro nocturnis * diligentiis ibidem conſtituit, penſantem libras ſeptem & uncias novem.* * vigiliis

III. *Item & claves in modum Crucis ex auro puriſſimo cum gemmis ornatas in eodem loco poſuit, penſantes libras ..... ubi & regularem ordinavit ex argenteis laminis ſuperinductum, penſantibus libras viginti, ſuper quem conſtituit arcus duos argenteos, & gammadias quatuor, penſantes ſimul libras ſexaginta. Propitiatorium altaris laminis argenteis circumduxit, atque ſacram Confeſſionem eorum exterius, interiuſque eodem modo cum regulis exornavit. Et ſuper altare eorumdem beatiſſimorum Martyrum veſtes duas conſtituit, ex quibus unam de fundato cum Cruce de chryſoclavo, & alteram de quadraplo. Vela quoque majora de fundato numero ſeptem cum periclyſi de blatthi circumlata.* Et inferius de his, quæ iti-

PAGIUS SÆC. IX.

Anno Eræ Hiſp. DCCCLXII. Anno Hegiræ CCIX. inchoato die 4. Maii fer. 4.

A. C. 824.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6317.

☉21. CB. ☽8. P.24. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 824.

EUGENII. II. PAPÆ 1.

LUDOVICI IMP. 2.

MICHAELIS BALBI IMP. 5.

I. *Obitus Paſchalis PP.*

Anum. I. ad XVI. *Paſchalem* Papam hoc anno ſupremum diem obiiſſe, Annaliſtæ Francorum produnt, neque de hoc ulla poteſt eſſe controverſia; verum quo die, quove menſe mors ejus acciderit, ſilentibus Antiquis vix detegi poteſt. Ex libro enim Pontificali quod menſes & dies, quibus Pontifices Romani ſupra annos ſedere, nihil certi impoſterum erui poteſt, aliique qui ex occaſione de eorum obitu verba faciunt, rarius ad has minutias deſcendunt. Quare licet in hoc & in præcedenti Volumine diem ac menſem, quibus illi Pontificatum iniere, aut vita functi ſunt fere ſemper certo repræſentaverimus, plurimum nos in pleriſque Pontificibus uſque ad medium circiter ſæculum undecimum facturos exiſtimamus, ſi in annis eorum conſecrationis aut mortis conſignandis non offendamus. Certe nullus ex iis qui de Pontificibus Romanis poſt hæc tempora ſedentibus ante nos ſcripſere, omnem ea in parte errorem vitavit, quod Monumenta antiqua deficiant, & Pontificum Catalogi, quibus plurimum tribuendum plerumque in numeris corrupti ſint. *Paſchalis* itaque, qui die XXV. menſis Januarii anni DCCCXVII. Pontifex conſecratus fuit, vivere deſiit hoc anno ante diem XXIV. menſis Junii: Eginhardus enim in Annal. ſcribit: *Interea Legati Romani Pontificis Romam regreſſi, eumdem valida infirmitate detentum, ac morti proximum invenerunt, qui etiam paucis poſt adventum illorum exactis diebus, vita deceſſit. In cujus locum cum duo per contentionem populi fuiſſent electi, Eugenius tamen Archipresbyter, Tituli Sanctæ Sabinæ, vincente nobilium parte, ſubrogatus atque ordinatus eſt. Cujus rei nuncium cum Quirinus Subdiaconus (unus ex iis qui priori Legatione fungebantur) ad Imperatorem detuliſſet, Conventu circiter VIII. Kalend. Julii pronunciato, atque Compendii habito, ipſe ad Britannicam expeditio-*



| CHRISTI 824. | EUGENII PAP.II. 1. | LUDOVICI II. MICHAEL. BALBI 4. IMPP. |
|---|---|---|

itidem ad ornatum pertinent Eccleſiarum.

Quæ obtulit S. Petri Eccleſ.

*Hic præclarus & venerabilis Pontifex fecit in Eccleſia B. Petri Apoſtolorum principis nutritoris ſui vela de chryſoclavo per arcus presbyterii, habentia hiſtoriam de mirabilibus Apoſtolorum, quæ per eos Dominus operari dignatus eſt, numero quadragintaſex.* Et inferius:

IV. *Obtulit ibidem imaginem ex auro puriſſimo, habentem vultum S. Dei Genitricis Mariæ, penſantem libras decem & uncias quatuor. Obtulit & alias veſtes, & vela Crucibus ornata.*

S. Maria in Dominica reſtaurata & ornata.

*Eccleſiam denique ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ appellatur Domnica, jam ruinæ proximam a fundamentis renovavit, abſidemque ejus Eccleſiæ muſivo mirifice decoravit, ubi & plurima obtulit dona ſcilicet ciborium de argento penſans libras ...... Propitiatorium ſacri altaris ex laminis argenteis compte decoravit, Confeſſionem quoque cum regulis intus & foris ex argento adornavit, penſante libras centum quindecim & uncias tres. Gabatham ex auro penſantem libras duas, & uncias octo, arcum ex argento, columnellæ duæ cum gammadiis duabus penſantes libras ..... Fecit ſuper altare veſtem de chryſoclavo, habentem hiſtoriam Nativitatis Dominicæ. Item fecit ſacro altari veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi. Aliam veſtem de blatthi Byzanteo, habentem tabulam de chryſoclavo cum vultu ſanctæ Dei Genitricis, & Angelos ſtantes in obſequio cum periclyſi de ſtauraci. Aliam pariter veſtem de ſtauraci habentem pavones, & in medio Crucem de blatthi. Porro & veſtes duas de quadraplo, habentes in medio Cruces de blatthi. Item veſtem ex auro textam cum periclyſi de blatthi, coopertorium rubrum de ſerico. Fecit & in circuitu altaris vela rubra ſerica quatuor cum gammadiis, & Cruces de quadraplo. Trabem quoque ante veſtibulum altaris, vela Tyria tria, & quinque de quadraplo, per arcus majores vela de quadraplo viginti, & per arcus presbyterii vela de ſtauraci quatuor, in ingreſſu presbyterii vela Tyria tria, & in ingreſſu ejuſdem Eccleſiæ cortinam majorem de quadraplo, cum periclyſi de fundato.* Et poſt multa ſuperius cum de ſancta Cæcilia egimus, enarrata, hæc habet.



V. Hoſpitale S. Peregrini reditibus auctum.

*Itemque ob dilectionem, quam habuit erga prædeceſſorem ſuum piæ memoriæ domnum Leonem tertium Papam, hoſpitale S. Peregrini poſitum ad B. Petrum Apoſtolum in loco, qui vocatur, Naumachia, quod idem Leo conſtruxerat, quod ob neglectum atque deſtitutionem Præpoſitorum paupertatis inopia conſumè videbatur, fundis, maſſis, & caſalibus cum colonis & domibus locupletavit.* Et inferius:

Monaſt. SS. Sergii & Bacchi.

*Monaſterium SS. Sergii & Bacchi prope formam Aquæductus Patriachii Lateranenſis poſitum, rebus omnibus deſolatum, ita ut ancillæ Dei, quæ ibidem enant, paupertatis inopia laborarent, nec Domino laudes decantarent: ad eas ſublevandas ditavit facultatibus, familiis, manſis, vineis, domibus, urbanis & ruſticis locis, quatenus nulla neceſſitate impeditæ, Deo laudes in Eccleſia Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſitæ juxta Lateranenſe Patriarchium, decantarent.*

VI. Eccleſia SS. Coſmæ & Damiani.

*In Eccleſia beatorum Martyrum Coſmæ & Damiani in Via ſacra fecit veſtem de Tyrio, habentem in medio tabulam cum vultu Domini noſtri Jeſu Chriſti, atque beatorum Martyrum Coſmæ & Damiani cum aliis tribus fratribus Anthimo, Leontio, & Euprepio, & Crucem habentem ex auro textam, & periclyſin de holoſerico, &* H *ſu-*

PAGIUS

*tionem per ſe faciendam animo intento, Lotharium filium Imperii ſocium, Romam mittere decrevit: ut vice ſua functus, ea quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum novo Pontifice populoque Romano ſtatueret atque firmaret. Et ille quidem ad hæc exequenda, poſt medium Auguſtum in Italiam profectus eſt.*

II. *Ei ſuccedit Eugenius II.*

Auctor libri Pontificalis de Paſchali ſcribit: *Sedit annos ſeptem, menſes quinque, dies ſexdecim.* Tum narrata ejus morte ſubdit: *& ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quatuor in menſe Januario, Indictione prima*, quæ anno antecedenti ante Septembrem in curſu fuit. Quare tam Indictio illa, quam menſis Januarius addititii ſunt. Sed quoad durationem Interpontificii, non dubito, quin ea ibi exacte deſcripta ſit; & quin accurate Ordericus lib. 2. pag. 454. habeat: *Ceſſavit Epiſcopatus diebus IV.* omiſſo ſcilicet illo additamento. Præterea Theganus in lib. de Geſtis Ludovici Imperatoris num. XXX. loquens de reditu Legatorum ejuſdem Imperatoris in Franciam ſcribit: *Illis Miſſis abeuntibus, ſtatim ſupradictus Papa obiit, cujus funus Romanus populus in Eccleſia B. Petri Apoſtoli humari noluit, antequam Eugenius Papa poſt eum ſucceſſit, & ipſe juſſit ſepelire corpus ejus in loco, quem ipſe vivens conſtruxerat.* In cujus rei confirmationem in Bibliotheca Pontificia Ludovicus Jacob aſſerit in Eccleſia S. Praxedis, apud Monachos Vallis Umbroſæ legi inſequentem Inſcriptionem, *ſupra magnam tumbam ad ingreſſum ſacelli ſacræ Columnæ D. N. Jeſu Chriſti appoſitam* S. PASCHALIS PP. I. Papebrocius in Conatu Chronico Hiſtorico teſtatur, poſt diligens examen eam Inſcriptionem inveniri non potuiſſe, ſed huic traditioni fidem adhibendam; cum Anaſtaſius tradat, Paſchalem dictam Eccleſiam jam jam caſuram a fundamentis renovaſſe, multis Sanctorum corporibus a ſe inventis ditaſſe, fundato ad eam Monachorum Græcorum Monaſterio auxiſſe, plurimaque ei contuliſſe prædia & poſſeſſionum loca, *Urbana vel ruſticana*. Indeque infert Papebrocius, Anaſtaſium vel ejus Tranſcriptores perperam ejus

*ſuper altare coopertorium de Tyrio mirifice ornatum, & ante veſtibulum ejuſdem altaris fecit vela Tyria cum periclyſi de blatthi Byzanteo numero tria.*

*In monaſterio S. Salvatoris in territorio Reatino fecit veſtem de chryſoclavo cum hiſtoria, qualiter idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum Angelis & Apoſtolis in cœlo coruſcat, diverſis ornatam margaritis. Obtulit & aliam veſtem de fundato, habentem Cruces de blatthi.*

*Pari modo in Eccleſia beati Mennæ fecit veſtem de quadraplo cum periclyſi de blatthi Byzanteo.*

*In Eccleſia S. Petri Apoſtoli ad Centumcellas fecit calicem & patenam de argento deauratam, penſantem libras quatuor & uncias tres.*

*Fecit in Eccleſia S. Petri nutritoris ſui Evangelia cum blatthi ex argento, penſante libras octo & uncias octo.*

VII. *In monaſterio B. Stephani Protomartyris apud S. Petrum veſtes albas boloſericas quatuor, habentes in medio Cruces de auro textas cum diverſis margaritis & alias diverſi generis.*

*In diaconia beati Archangeli obtulit veſtem de blatthi Byzanteo, habentem in medio Crucem de chryſoclavo & periclyſi.*

*In Eccleſia B. Quiriaci Martyris in Thermis obtulit vela de fundato numero octo, habentia periclyſin.*

S. Archangeli. *In Oratorio beati Archangeli, quod prædeceſſor ejus domnus Leo Papa conſtruxit, obtulit veſtem albam, habentem in medio tabulam de chryſoclavo, cum hiſtoria Dominicæ Reſurrectionis, & aliam veſtem de fundato, & periclyſin de chryſoclavo, & aliam veſtem de quadraplo circumſutam habentem imaginem Dei Genitricis Mariæ.*

VIII. S. Mariæ ad præſepe. *Præterea idem Pontifex divina inſpiratione pulſatus, Eccleſiam ſanctæ Mariæ Dominæ noſtræ, Ad præſepe cernens tali modo conſtructam, ut poſt Sedem Pontificis mulieres ad ſacra Miſſarum ſolemnia ſtantes, prope aſſiſtere juxta Pontificem viderentur: ita ut ſi quid colloqui Pontifex cum ſibi aſſiſtentibus voluiſſet, ex propinqua valde mulierum frequentia nequaquam eis ſine illarum interventione liceret: largum ibidem locum ineſſe, in quem ſedem mutare valeret, cerneret, dato operis ſtudio ſedem inferius poſitam ſurſum ponere fecit, ut in eo facilius Domino preces effundere poſſet; & ornavit marmoribus & ſcalas fecit, quibus ad eam aſcenderetur, & pavimentum pretioſis marmoribus ſtravit, erexitque ſex columnas purpurei coloris ante Confeſſionem ſacri altaris, ſuper quas candidi marmoris trabes poſuit, purpureis dextra lævaque marmoribus nectens illas cælaturis ſatis commode decoravit. Presbyterium quoque ipſius Eccleſiæ diverſis marmoribus in melius quam fuerat reparavit. Propitiatorium ſacri altaris & Confeſſionem exterius, interiuſque cum * virgulis ex auro puriſſimo decoravit, penſante libras centum ſeptuaginta quatuor, & uncias ſex: ſimiliter & altare ipſius baſilicæ argenteis laminis cum hiſtoriis diverſis poſuit & deauravit, penſantibus libris trecentis octoginta quinque: obtulit & gabathas ex auro puriſſimo cum diverſis gemmis numero ſex, penſantes libras viginti, & uncias ſex. Et conſtituit, ut ſemper diebus ac noctibus ante ſacrum altare lucernæ ardeant.*

* regulis

PAGIUS ejus ſepulturam adſcripſiſſe Eccleſiæ Sancti Petri; qua in ſententia magis confirmatus fuiſſet, ſi ad prædictum Thegani locum animum advertiſſet. Mortuus videtur *Paſchalis* die decima menſis Februarii, poſtquam ſediſſet annos VII. & dies XVII. ut ſcribit Martinus Polonus, nam Hermannus Contractus, cujus tempore liber Pontificalis minus in numeris depravatus erat, ſcribit, *Paſchalem* ſediſſe *annos VII. diebus XVIII.* & in Catalogis in fine hujus Operis editis anni etiam ſeptem leguntur, & dies vel XVI. vel XVII. vel XVIII. nulla menſium mentione facta, quæ verior Anaſtaſii lectio eſt. *Eugenius* itaque *natione Romanus* die XIV. ejuſdem menſis in Dominica, poſt quatriduum Interpontificium ordinatus eſt. [1] Baronius Paſchali *annos VII. menſes III. dies XVI.* ſecundum Anaſtaſium tribuit, & mortuum *pridie Idus Maias* ſtatuit, ſed neutrum nonniſi ex conjectura dici poteſt, licet qui poſt Baronium ſcripſere, unanimi fere conſenſu eumdem diem Paſchalis morti aſſignent, niſi quod Papebrocius citatus aſſerit eum ſediſſe *annos VII. menſes III. dies XVII.* & obiiſſe *die XI. Maii.* Ad hæc Baronius n. XI. ſcribit: *Eugenium II. creatum* eſſe die XIX. menſis Maii, Papebrocius vero die V. menſis Junii, ſed uterque nullo teſte. Denique Baronius n. XII. uſus Codice Eginhardi depravato ſcribit: *cujus rei nuncium Quirinus* &c. *ad Imperatorem detulit circiter VIII. Kal. Julias. Pronunciato Placito Compendii habito, ipſo ad Britannicam expeditionem per ſe faciendam animo intento*, &c. quæ ex laudato a nobis Eginhardi loco emendanda ſunt.

III. Conſtitutio Lotharii Imp. Eginhardus poſt laudata verba ſubiungit: *Lotharius juxta patris mandatum Romam profectus, ab Eugenio Pontifice honorifice ſuſcipitur. Cui cum iniuncta ſibi patefeciſſet, ſtatum populi Ro-*

NOTÆ [1] Eugenius II. cœpit ante Idus Junii anni 824. nam anno 827. die VIII. Idus Junii jam agebat annum quartum Pontificatus. Inſcriptio enim Concilii Mantuani eodem anno & menſe celebrati legendi in Collectione Conciliorum novæ editionis fert annum quartum Eugenii, diem vero VIII. Idus Junii. Ex quo ulterius patet Eugenium regnaſſe ſupra tres annos tot menſibus quot a junio ad auguſtum, quo menſe obiit, intercedunt. MANSI



IX. *Fecit etiam ibidem imaginem argenteam deauratam cum vultu Dei Genitricis Mariæ, penſantem libras decem & ſeptem, & uncias tres. Obtulit & ſuper altare diverſi generis veſtes pretioſas de chryſoclavo duas habentes hiſtoriam Dominicæ Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti cum periclyſi, diverſis ornatas gemmis & margaritis decoratas: Aliam veſtem de chryſoclavo habentem hiſtoriam, qualiter Chriſtus in Jordane baptizatus eſt: & aliam habentem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis: & aliam cum hiſtoria Aſſumptionis ejuſdem Dei Genitricis Mariæ, diverſis margaritis ornatam: & aliam habentem Aſcenſionem Chriſti: & aliam adventus Spiritus ſancti, pariter ornatam margaritis: & alias diverſi generis, & vela iiſdem hiſtoriis formata.* Et inferius: *Etiam altare Præſepis, ſeu venerabilem Confeſſionem ex auro puriſſimo diverſis hiſtoriis mirifice compſit & decoravit, penſante libras centum triginta quatuor & uncias quatuor, ſimiliter & ex argento deaurato cum variis hiſtoriis, penſante libras ..... Item gabathas ex auro puriſſimo quatuor penſantes libras octo & uncias decem, poſuit & illic vela de alythino cum periclyſi de blatthi Byzanteo, & alia.*

X. S. Petri. *Idem vero a Deo protectus venerabilis & præclarus Pontifex fecit Propitiatorium in baſilica S. Petri, ubi corpus ejus quieſcit, ſpanocliſtum ex auro fulvo cum diverſis hiſtoriis depictum atque mirifice decoratum, penſante libras ducentas. Item in dicta Eccleſia ob amorem ejuſdem Apoſtoli fautoris ſui obtulit vela chryſoclava per arcus presbyterii, habentia hiſtoriam Dominicæ Paſſionis, & Reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri numero quadraginta quatuor.* Et in fine: *Fecit autem ordinationes duas, unam quidem menſe Decembri, aliam menſe Martii, creavit presbyteros .... diaconos ſex, Epiſcopos per diverſa loca numero .... ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quatuor.*

XI. Eugenius Papa II. *Sicque ſucceſſor ejus creatus eſt decimoquarto Kalendas Junias Eugenius ſecundus filius Boemundi, ex presbytero Cardinali Tit. S. Sabinæ: de quo hæc apud Anaſtaſium: Hic venerabilis & præclarus vir magnæ ſimplicitatis ac humilitatis fuit, doctus ſcientia, & ſermone præcipuus, forma decorus, largus petentibus, mundi contemptor: ſola, quæ Criſto eſſent placita, diebus ac noctibus cogitabat.* In rebus autem geſtis Ludovici Imperatoris per annos ſingulos ab ejus domeſtico digeſtis hæc de Eugenii leguntur electione, hoc anno:

*Legati Romani Pontificis Paſchalis Romam regreſſi, eumdem valida infirmitate detentum, & morti jam proximum invenerunt: qui etiam paucis poſt adventum eorum diebus vita deceſſit: in cujus locum, cum duo per contentionem populi fuiſſent electi, Eugenius tamen Archipreſbyter Tituli S. Sabinæ, vincente nobilium parte, ſubrogatus & ordinatus eſt.* Hæc ibi.

XII. Ob ſchiſma conflatum Lotharius Romam miſſus. Porro ejuſmodi ſchiſma, cujus ſic breviter auctor meminit, haud levis fuiſſe momenti ſignificant ea, quæ poſt electum, probatumque Eugenium remanſiſſe, ſubiiciuntur, nimirum ob Romanorum implacabiles diſſenſiones ab eo, quibus univerſa Urbs flagraret, opus fuiſſe Ludovico Imperatori, ad has componendas mittere Lotharium filium ſuum: Etenim Pontifex ab altera parte populi poſtulatus, ab



PAGIUS *Romani jam dudum quorundam perverſitate Præſulum depravatum, memorati Pontificis benevola aſſenſione ita correxit, ut omnes qui rerum ſuarum direptione graviter fuerant deſolati, de receptione bonorum ſuorum quæ per illius adventum (Deo donante) provenerat, magnifice ſint conſolati.* Lotharius Aug. antequam Roma regrederetur, Conſtitutionem publicavit, cujus partem Baronius num. XIII. & ſeqq. & Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ referunt, ſed quam integram exhibet Holſtenius in Collectione Romana part. II. pag. 218. deſumptam ex Collectione Canonum Card. Deuſdedit lib. 1. cap. 242. & ſeqq. quæ cum auctior ſit apud eum quam apud Baronium, & in novem Capitula diſtinguatur, integra hic ad Annalium Eccleſ. illuſtrationem exhibenda.

*Cap. I. Conſtituimus, ut omnes qui ſub ſpeciali defenſione Domni Apoſtolici ſeu noſtra fuerint ſuſcepti, impetrata inviolabiliter utantur defenſione. Quod ſi quis in quocumque violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ incurſurum. Nam & hoc decernimus, ut Domno Apoſtolico in omnibus juſta ſervetur obedientia, ſeu Ducibus & Judicibus ſuis ad juſtitiam faciendam.* Abeſt hoc Capitulum ab editione Baronii.

*II. Ut deprædationes, quæ hactenus fieri ſolebant, nullo modo fiant, neque vivente Pontifice, neque defuncto. Si quis vero ulterius hoc fecerit ſciat ſe legali ſententia condemnandum. Quæ vero retro facta ſunt, legaliter emendentur.* Hoc quoque capitulum apud Baronium deſideratur.

*III. In electione autem Romani Pontificis, nullus ſive liber, ſive ſervus præſumat aliquod impedimentum facere. Sed illi ſolummodo Romani quibus antiquitus conceſſum eſt conſtitutione Sanctorum Patrum, ſibi eligant Pontificem. Quod ſi quis contra hanc noſtram Conſtitutionem facere præſumpſerit, exilio tradatur.*

*IV. Volumus etiam, ut Miſſi conſtituantur a Domno Apoſtolico & a nobis, qui annuatim nobis renuncient, qualiter ſinguli Duces & Judices juſtitiam populo faciant, & quomodo noſtra Conſtitutio ſervetur. Decernimus itaque, ut primum omnes clamores, qui negligentia Ducum aut Judicum fuerint, ad notitiam Domni Apoſtolici referantur, ut ſtatim aut ipſe per ſuos nuncios eoſdem emendare faciat, aut nobis notificet, ut Legatione a nobis directa emendentur.*

*V. Volumus etiam, ut omnis Senatus & populus Romanus, interrogetur, quali vult lege vivere, ut ſub ea vivat; eiſque denuncietur, quod*

ab altera haud adeo libenter acceptus erat, ut ſe ipſi in omnibus crederet, ut qui a parte adverſariorum ſtare ſibi perſuaderet. Ad has igitur ſedandas haud levioris momenti diſcordias, Lotharius, ut dictum eſt, mittitur a Ludovico in Urbem: Nam audi eumdem auctorem: *Cujus rei nuntium Quirinus ſubdiaconus unus ex iis, qui priori legatione fungebantur, ad Imperatorem detulit circiter VIII. Kal. Julias. Prænuntiato placito Compendii habito, ipſo ad Britannicam expeditionem per ſe faciendam animo intento, Lotharium filium Imperii ſocium Romam mittere decrevit, ut vice ſua functus ea, quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum novo Pontifice, atque Romano Populo ſtatueret atque firmaret. Ille ad hæc exequenda poſt medium Auguſtum in Italiam profectus eſt.* Hæc ibi. Et poſt multa de rebus geſtis Ludovici, hæc de Lothario Romam profecto:

XIII. Res geſtæ per Lotharium in Urbe. *Lotharius vero juxta patris præceptum Romam profectus, ab Eugenio Pontifice honorifice ſuſcipitur. Cui cum iniuncta ſibi patefaceret, ſtatum Populi Romani jamdudum quorumdam Præſulum perverſitate depravatum memorati Pontificis benevola aſſenſione ita correxit, ut omnes, qui rerum ſuarum direptione graviter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ per illius adventum, Deo donante, provenerant, magnifice eſſent conſolati.*

Intelligis, Lector, quam expreſſe auctor affirmet cuncta a Lothario Romæ geſta, nonniſi ex benevola, (ut iiſdem utar verbis auctoris) aſſenſione memorati Pontificis acta eſſe. Sed quæ per ipſum Lotharium in Urbe facta ſint, certius intelligemus ex ipſius tunc ibidem edita Conſtitutione, accedente, ut dictum eſt, conſenſu Pontificis, qua idem primum proſpexit libertati Romanæ Eccleſiæ in his, quæ ſpectant ad electionem Pontificis: cui & a Romanis omnem exhiberi debere obedientiam voluit. Sic enim ſe habet: (a)

(a) *Apud Sigon. de Regno Ital. in Ludovico anno 825.*

XIV. *Volumus, ut ad electionem Pontificis nemo audeat venire neque liber neque ſervus, qui aliquod impedimentum inferat, exceptis illis tantum Romanis, quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per Conſtitutionem ſanctorum Patrum eligendi Pontificem. Quod ſi quis contra noſtram juſſionem facere auſus fuerit, exilio afficiatur.* Intelligis, Lector ipſo Conſtitutionis ingreſſu, ut electiones Pontificum Romanorum fierent ex præſcripto ſacrorum canonum, decernere Imperatorem, atque longe procul abeſſe, ut ex conceſſione Romani Pontificis electio delata fuerit ad Imperatorem, ut iſtud aſſerentem magna impoſtura mentitum oſtendimus, & confutavimus Sigibertum. Sed audiamus reliqua: *Volumus, ut cunctus Populus Romanus interrogetur, qua lege velit vivere, ut ea, qua profeſſus ſit vivere velle, vivat; eique denuntietur, ut hoc unuſquiſque ſciat, tam Duces, quam Judices, vel reliquus populus. Quod ſi in offenſionem ſuam contra eamdem legem fecerint, eidem legi, quam profitentur, ex Conſtitutione Pontificis & noſtra ſubiacebunt.* Et hic vides in his, quæ ad politicum Urbis ſtatum pertinent, Imperatorem primas deferre Pontifici, cum primo loco nominet, cui ſit parendum, Conſtitutionem Pontificis. Cujus pariter conſenſu factum, ut ablata civibus nomine Pontificum, dominis redderentur. Nam pergit:

XV. *De rebus Eccleſiarum iniuſte occupatis per occaſionem, quaſi licentia accepta a Pontifice, & de iis, quæ necdum redditæ ſunt, & tamen fuerunt * a poteſtate Pontificum occupatæ, volumus,* ut

* abſque

PAGIUS *quod proculdubio ſi offenderint contra eamdem, eidem legi quam profitebuntur diſpoſitione Domni Pontificis & noſtra omnimodis, ſubiacebunt.*

*VI. De rebus autem Eccleſiarum injuſte retentis ſub occaſione quaſi licentia accepta a Pontifice, volumus ut a Legatis noſtris in poteſtatem Pontificis & Romanæ Eccleſiæ celerius redigantur.*

*VII. Præcipimus etiam, ut deprædationes in confinio noſtro non fiant, quæ facta ſunt, & cætera injuſtitiæ, ſecundum legem ab utriſque partibus emendentur.*

*VIII. Placuit etiam nobis, ut cuncti Duces, & Judices, ſive alii, qui cæteris præeſſe debent, in noſtram præſentiam, dum Romæ ſumus, conveniant: volumus enim & numerum & nomina ſcire, & ſingulis de miniſterio ſibi credito admonitionem facere.*

*IX. Noviſſime præcipimus & monemus, ut omnis homo, ſicut Dei gratiam & noſtram habere deſiderat, ita præſtet in omnibus obedientiam atque reverentiam Romano Pontifici.*

IV. Quintum Capitulum in quo dicitur, *volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur quali lege vult vivere*, oſtendit, ſupremum Urbis Dominium penes Imperatorem fuiſſe; quamvis Cointius & alii quidam id de ſola Urbis Defenſione & Protectione interpretentur; neque enim jus Protectionis & Defenſionis ad ſimilem Conſtitutionem condendam ſe ſe extendere potuit. Hinc Pippinus & Carolus M. qui ante annum DCCC. Romanæ Urbis Patricii & & Defenſores fuere, nihil unquam hujuſmodi tentarunt; licet utrique ad id faciendum occaſiones non defuerint; Auctor Vitæ Ludovici Pii hæc de profectione Romana Lotharii literis mandavit: *cum Lotharius a Patre miſſus Romam veniſſet, libentiſſime ab Eugenio Papa ſuſceptus eſt, cumque de his quæ acceſſerant quereretur, quare ſc. hi qui Imperatori & Francis fideles fuerant, iniqua nece peremti fuerint & qui ſuperviverent, ludibrio reliquis forent & haberentur, quare etiam tantæ querelæ adverſus Romanorum Pontifices Judiceſque ſonarent; repertum eſt quod quorundam Pontificum vel ignorantia vel deſidia, ſed & Judicum cæca & inexplebili cupiditate multorum prædia injuſte fuerint* con-

*Supremum jus Imp. Franc. in Urbem Romanam.*



Lotharii conſtitutio. *ut per Legatos noſtros reſtituantur. Placet nobis, ut cuncti Judices, ſive ii, qui cunctis præeſſe debent, per quos judiciaria poteſtas in hac Urbe Roma exercetur, aut in cæteris provinciis exerceri debet, in præſentiam noſtram veniant: Volumus numerum, & nomina eorum ſcire, & ſingulos de munere ſibi credito admonere. Noviſſime admonemus, ut omnes homines ſicut Dei gratiam & noſtram habere deſiderant, ita præſtent in omnibus obedientiam ac reverentiam huic Pontifici.* Hactenus Lotharii Conſtitutio, ad bonum publicum tam Eccleſiæ, ipſiuſque Romani Pontificis ſecuritatem, quam Romanorum civium tranquillitatem edita. Sed de legibus ab eo Romanis oblatis, dicitur initio ſequentis tomi.

XVI. Quo pariter anno Lotharii in via comes Orthigarius Epiſcopus Moguntinus corpora SS. Severi Epiſcopi, & uxoris ejus Vincentiæ, & filiæ Innocentiæ Ravenna ſublata, in ſuam Eccleſiam Moguntiam tranſtulit. Eadem habet Rubeus, qui cæteris locupletius, proſecutus eſt res Eccleſiæ Ravennatis, additque ex Agnello antiquo hiſtorico, qui his temporibus vixit, quod Lotharius, dum in Galliam ad Ludovicum patrem rediret, ex S. Apollinaris Eccleſia, in Claſſe dicta, lapidem porphyreticum abſtulit pretioſum admodum, & ſummo præditum ſplendore, in quo ſepultum fuerat Mauri Archiepiſcopi cadaver ſub ædis porticu: quod in Galliam importatum S. Sebaſtiani altaris uſui ceſſit.

Ad poſtremum hoc anno de miſſa ad Ludovicum Imperatorem legatione a Michaele Orientis Auguſto hic agendum, de qua primum in rebus geſtis ejuſdem Ludovici Imperatoris iſta habentur: *Rotomagum civitatem, ubi conjugem ſe opperire juſſerat ad XV. Kalendas Decembris reverſus eſt. Nam & illuc Legatos Michaelis Imperatoris ſibi occurrere juſſit, cum quibus & Fortunatus Patriarcha Gradenſis regreſſus, ad ejus præſentiam venit. Sed Legati Imperatoris litteras, & munera deferentes, pacis confirmandæ cauſa ſe miſſos eſſe dicentes, pro Fortunato nihil locuti ſunt. Inter cætera autem ad legationem ſuam pertinentia quædam de imaginum veneratione protulerunt, propter quæ ſe Romam ire, atque Apoſtolicæ Sedis Præſulem conſulere debere dixerunt. Quos cum legatione eorum audita, ac reſponſo reddito, ut ſe velle dicebant, Romam ducere juſſit. Fortunatum etiam de cauſa fugæ ipſius percunctatum Romam ire voluit, ut a Pontifice examinaretur.* Hæc de Legatis ibi.

De Legatione miſſa a Michaele Imperat. ad Ludovicum Imp.

Mi-

PAGIUS *confiſcata. Ideoque reddendo quæ injuſte erant ſublata, Lotharius magnam populo Romano creavit lætitiam. Statutum etiam juxta antiquum morem, ut ex latere Imperatoris mitterentur, qui Judiciariam exercentes poteſtatem juſtitiam omni populo facerent, & tempore quo viſum foret Imperatori, æqua lance penderent. Quæ cum rediens filius patri retuliſſet, tamquam amator æquitatis & cultor veritatis, magno gaudio perfuſus eſt, eo quod oppreſſis inique relevatio pietatis occurrerit.*

V. *Judicium Miſſorum Imperialium.* Hoc ipſo anno lis de ſubiectione Monaſterii Acutiani ſive Farfenſis in Ducatu Spoletano ſiti, quæ erat inter *Paſchalem* Pontificem Romanum & Monachos ejuſdem Monaſterii judicata eſt a Judicibus Imperatoris, præſente & non repugnante *Paſchali*, qui recognovit nullum Dominium ſe in jure ejuſdem Monaſterii habere, excepta conſecratione, uti refert *Lotharius* Imp. in Diplomate ſuo in Excerptis Chronici Farfenſis Monaſterii apud Ducheſnium Tom. III. pag. 660. [1]

VI. Ad num. XVI. Baronius cum in Chronico Sigeberti ad annum DCCCXXIV. hæc verba legiſſet, *Corpora SS. Severi Ravennatium Epiſcopi & uxoris ejus Vincentiæ, & filiæ Innocentiæ ab Otgario Archiepiſcopo Moguntiam tranſlata ſunt*, hoc anno exponit, qua occaſione Ravennam *Otgarius* venire potuerit; cumque Lotharius Imp. patris mandato Romam ad Eugenium Papam ſe ſe contulerit, hujus illi itineris comitem Otgarium Moguntinum Antiſtitem addit. Verum *Otgarius* anno tantum ſequenti Archiepiſcopus Moguntinus renunciatus, & nonniſi anno DCCCXXXVI. pro pace & amicitia inter Ludovicum Pium & Lotharium ejus filium reparandis Romam miſſus eſt, quod utrumque ſuis annis oſtendemus. Bollandus ad diem primam menſis Februarii, quo SS. *Severus* Epiſc. Ravenn. *Vincentia* ejus conjux & *Innocentia* Virgo eorum filia coluntur, ejuſdem S. Severi Vitam ſæculo X. aut XI. ab Auctore Anonymo ſcriptam, aliamque a Luidolpho ſeu Luidolfo Presbytero Auctore coætaneo elucubratam repræſentat, & in iſta ſecunda ejus Tranſlatio accurate enarrratur. Ad majorem autem intelligentiam hæc de ejus Vita præmittenda. Is Ravennæ in lucem prodiit, ubi cum Vincentia quam ſibi caſto copularat matrimonio, nonniſi lanificii opere vitam ſuſtentabat. Ravennatenſi Epiſcopo demortuo *Conſtantio IV. & Conſtante ter Coſſ.* anno ſcilicet CCCXLVI. in ejus locum ſubrogatus eſt, dum minus cogitaret. Anno inſequenti interfuit Concilio Sardicenſi, ut ex ſubſcriptionibus liquet, mortuus, ſicuti coniicit Bollandus, circa annum CCCXC.

*Prima Tranſlatio Reliquiarum S. Severi Archiep. Ravenn.*

NOTÆ [1] IN his quæ hoc numero narrat Pagius diligentiam ſcriptoris deſideres. Primo enim hoc judicium factum eſt Lothario ipſo præſente. *Cum in præſentia Domni Apoſtolici ac noſtræ &c. ait idem Lotharius.* Secundo, hæc ad ſuperiorem annum pertinent; nam hoc anno Lotharius Romam venit, Paſchali jam defuncto, ut Eginhardus apud Pagium hic numer. 3. teſtatur. MANSI

XVII. Legationis Michaelis ad Ludovicum mittendæ ratio.

Michael igitur Imperator liberatus penitus tyrannide Thomæ, repreſſis omnino bellis civilibus una cum Theophilo filio jam Imperatore antea creato, menſe Aprilis legationem mittit ad Ludovicum Imperatorem cui & litteras dedit. Hic autem cum Iconomachus eſſet, Catholicus tamen volens apparere, adiecit & alias litteras ad Romanum Pontificem, una cum oblationibus inferendis in Eccleſiam ſancti Petri, ut hujuſcemodi pietatis velamento pios falleret. Hæc ex ejuſdem Michaelis litteris conſtant, quæ accepta ſunt ex conventu Pariſienſi in eadem cauſa cultus ſacrarum imaginum, habito ſub eodem Imperatore anno ſequenti, atque ſic ſe habent:

*In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti unius ſoli veri Dei. Michael & Theophilus fideles in ipſo Deo Imperatores Romanorum dilecto & honorabili fratri HLudovico glorioſo Regi Francorum, Longobardorum, & vocato eorum Imperatori.* Non Romanum in Occidente Imperatorem, ſed aſſertum tantum Francorum & Longobardorum Imperatorem Michael in epiſtola, eſſe Ludovicum, ejuſmodi inſcriptione profitetur: epiſtola autem ipſa ſic ſe habet:

XVIII. (a) Jac. 1. Michaelis epiſtola ad Ludovicum Imp. (b) Prov. 8.

*Notum eſſe non ambigimus veſtræ ſpirituali dilectioni, ſcriptum eſſe: (a) Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum: Item cum ait Spiritus ſanctus per ſanctiſſimum Salomonem: (b) Per me Reges regnant, & potentes ſcribunt juſtitiam: & per quemdam Prophetam ait: (c) Ego ſuſcitavi eis cum juſtitia Regem.* (c) Iſai. 45. *Nam quidem hæc a Deo data Domini & Salvatoris noſtri dona ſuſcepimus: propterea hoc dignum putamus omnibus unius tribus noſtræ fidelibus & Orthodoxis Chriſtianis, & maxime veſtræ Chriſto dilectæ & pacificæ gloriæ omnia, ſi poſſibile eſt, ſubtiliter annuntiare. Attamen, ut non multa loquamur, brevem in ſermone hoc rationem vobiſcum faciemus. Duo enim capitula magna & præcipua eſt nobis cordi intimare. Unum, quia diſpoſitor omnium bonarum rerum Dominus noſter Jeſus Chriſtus verus Deus noſter adduxit ad Imperii dignitatem. Alterum * permiſit propter quædam peccata ſubiecti populi ſui provenire quaſdam tribulationes.* * quod *Sed ut facilius intelligi poſſet, breviori comprehendi poteſt. Attamen neceſſarium videtur, ut initium rei, quam proſecuturi ſumus, tractare inchoemus hoc modo.*

XIX. Res geſtæ Thomæ tyranni ſub Irena & Leone Imp.

*Igitur tempore Leonis, qui ante nos hoc Imperium tenuit, quidam homo Thomas nomine, antiqui diaboli diſcipulus, & ejus operum promptus perpetrator fuit. Is cum eſſet cuidam ex maximis Patriciis ſubiectus, tempore, quo Irena Imperium tenuit, fraudem operatus eſt in dominum ſuum, ſcilicet concubuit cum uxore domini ſui. Cum hæc res ad notitiam perveniſſet, profugit in Perſas, timens legalem ſubire ſententiam. Qui cum illic moras feciſſet a diebus præfatæ Irenæ uſque ad prædictum Leonem, Fidem Chriſti abnegans, & hoc modo proditor Fidei Chriſtianæ fuit, quo facilius potuiſſet*

PAGIUS

CCCXC. uxori ac filiæ ſuperſtes, atque in eodem cum illis tumulo ſepultus, in Claſſe oppido, e quo eorum Reliquiæ ſublatæ ſunt, & Papiam primum a Felice Clerico, deinde Moguntiam ab Otgario Archiepiſcopo tranſportatæ. Felix eas furatus eſt, & ad Otgarium detulit. *Otgarius vero, peracta Legatione, de Palatio Imperatoris Maguntiacum veniens, Sanctorum Reliquias cum ſumma veneratione ſuſcipi a Clero & populo præcepit*, inquit Luidolphus, qui aperte innuit Tranſlationem illam anno DCCCXXXVI. factam cum ait: *Ludovicus Imp. Otgarium Moguntienſem Epiſcopum & Hildi Virdunenſem Antiſtitem, duoſque Comites, quorum alter VVarinus, alter Adalgiſus vocabatur, ad Lotharium filium, ſuum qui eo tempore Ticini morabatur, deſtinavit pro pace & amicitiis inter eos reparandis, quæ pravorum hominum machinatione ex aliqua parte erant turbata.* Hanc enim Legationem ſupradicto anno obitam ibidem demonſtrabimus.

VII. Secunda Tranſlatio Reliquiarum S. Severi.

Subdit Liudolphus: *Evoluto autem aliquanto tempore, idem Venerandus Archipræſul Otgarius, volens Sanctas illas Reliquias ad majorem Sacri Cultus venerationem perlucere, oſſa S. Severi tranſtulit in Thuringiam ad locum Regalem, qui vocatur Erphesfurt, comitantibus Presbyteris & Clericis diverſi ordinis, turbaque populi non modica.* Paulo poſt: *Oſſa autem ejuſdem Sancti in Eccleſiam in honore S. Pauli Apoſtoli dedicatam tranſlata ſunt.* In Moguntino Breviario ad diem XXII. Octob. quo Sanctus Severus in ea Civitate colitur, de Reliquiis ejus habetur: *Erphordiam ad Cœnobium tum D. Paulo dedicatum, magna populi comitante frequentia tranſlata ſplendidiſſimam ibidem conſecutæ ſui nominis Baſilicam, eam creberrimis miraculis illuſtrant.* Bollandus, qui S. Severi Tranſlationem ad annum DCCCXXXVI. recte refert, obſervat in Martyrologiis hujus Tranſlationis memoriam XXII. Octobris conſignari, & in multis nulla Tranſlationis facta mentione Sanctum Severum memorari. Sed in Martyrologiis Sancti diebus, quibus tranſlati fuere, ſæpe depoſiti dicuntur, aut nulla Tranſlationis vel Natalis mentione facta inſcribuntur. Die autem XXII. Octobris priorem Tranſlationem peractam eſſe, ex eo eruitur, quod anno DCCCXXXVI. is dies in Dominicam incidat. Denique cum Lambertus Schafnaburgenſis ſcribit: *DCCCXXXVI. Otgarius Archiepiſcopus tranſtulit S. Severum ac Frankfurt*, ibi Librariorum potius quam Lamberti errore, loco *Erphesfurt*, ſcriptum eſt *Frankfurt*. Eſt porro *Erfurtum* ſeu *Erphordi* Urbs ampla Germaniæ ad fluvium Jeram, quæ hodie Archiepiſcopo ſeu Electori Moguntinenſi ſubeſt.

VIII.

Ad num. XVII. & ſeqq. Ludovicus Aug. poſtquam Lotharium filium Romam miſit, *iter quod in Britanniam facere paraverat, propter famem, quæ*



*ſet multos infideles Sarracenorum, & cæterarum aliarum gentium ad ſuam perducere voluntatem. Suggerebatque eis, quod ipſe eſſet Conſtantinus filius ſæpe dictæ Irenæ Imper. & quod alter pro eo eſſet oculis privatus, & ipſe illæſis oculis, ſanus evaſiſſet. Pro qua re prædicti gentiles ei adhæſerunt. Primum quidem cœpit cum eis exercere latrocinia, & alios vi ſibimet ſociare; quoſdam vero perditione pecuniarum, quoſdam quidem honorum & dignitatum promiſſionibus ſollicitavit. Et ut hæc compendioſius expediam: idem Thomas exiens de Perſide cum Sarracenis & Perſis, Hiberis, Armeniis, & Avaſgis, & reliquis gentibus alienigenarum, tempore prædicti Leonis ſubito cum prædicta manu valida perprœliaretur, direptione ſibi ſubdidit totum Armeniæ Ducatum, ſimul & Ducatum Chaldææ, quæ gens montem Caucaſum incolit, necnon & Ducem Armeniacorum cum manu valida devicit.*

XX. Multa mentitur Michael Imp. de adepto imperio.

*His ergo ita geſtis, ut plurima prætermittamus propter ſuperfluitatem verborum: quæ in hac tempeſtate tribulationum contigerunt, hujus Tyranni impetum non valens memoratus Leo Imperator ſuſtinere, & in his anguſtiis conſtitutus, de recuperatione deſperans, a quibuſdam improbis, conjuratione in eum facta, ſubito occiſus eſt. Quo interfecto, & cum nemo tunc imperaſſet, per adjutorium Patris & Filii & Spiritus ſancti, unius conſubſtantialis divinitatis, & per interceſſiones Dominatricis & intemeratæ Dei Genitricis & omnium Sanctorum, convenit univerſa multitudo ſecundum antiquum morem, videlicet beatiſſimus Patriarcha, glorioſi Patricii noſtri, illuſtres Senatores, & Principes, qui illic tunc affuerunt diverſarum provinciarum, quorum omnium conſenſu ad hoc imperium elevati ſumus, maxime propter imminentes anguſtias & tribulationes, quas faciebat homicida ille, & proditor patriæ. Fuimus enim noti illuſtribus Principibus noſtris & chari.*

*Hoc modo ad Imperium provecti, invenimus Chriſtianos diviſos & diſcordantes, & ut verius dicamus, plurimos invenimus illius impii Tyranni errorem & impietatem ſequentes, & ob hoc non potuimus facile illos fideles noſtros Chriſtianos ad hoc adunare, ut eum expugnare valuiſſemus. Quibus caſibus nos impediti, ille hac occaſione accepta, ſollicitando ſibi plurimos ſociavit, & ex claſſibus noſtris & dromoniis collectis poteſtatem habuit veniendi partibus Thraciæ & Macedoniæ. Et ſic feſtinus veniens, civitatem noſtram obſedit, & navali exercitu circumdedit eam in menſe Decembri decimaquinta Indictione. Nos autem, quamvis nobiſcum paucitas militum & pugnatorum eſſet, non prætermiſimus, quin ſemper cum eis congrederemur in certamine, & eos a civitate repelleremus. Sed cum ille (ut ſuperius dictum eſt) hoſtium validam manum habuiſſet, non ſolum de his, quos ſupra memoravimus, ſed etiam de Aſiæ, & Europæ partibus, Thraciæ, Macedoniæ, Theſſalonicæ, & circumjacentibus Sclaviniis, hac cauſa prolongavit obſidionem noſtram: hæc autem obſidio modo propior, modo longior, uſque ad unius anni ſpacium perſeveravit.* XXI. De obſidione Conſtantinop.

XXII.

*Nos autem videntes illius diaboli & homicidæ longam pertinaciam & ignaviam & ſeductionem Chriſtianorum, qui ab eo ſeducti ſunt, poſuimus ſpem noſtram, & virtutem in Chriſtum verum Deum noſtrum adjutorem & corroboratorem, atque cum ſincera fide civitatem noſtram egreſſi ſumus adverſus illum Tyrannum, qui tunc fere triginta millibus ab urbe noſtra reſidebat. Cumque prælium committeremus, ipſe Dominus Deus noſter, qui ſemper adjutor & protector Imperii noſtri eſt, miſit principem militiæ virtutis ſuæ, ſicut legitur feciſſe Jeſu Nave, (a) & diſſolvit ac diſſipavit virtutem eorum, & prævalere nos fecit adverſus eum. Volentes Chriſtianis parcere, receptui canere juſſimus, & noſtros a cæde coercuimus. Et hac occaſione Pagani & alienigenæ, qui cum Tho-* Victoria Michaelis in Thomam. (a) Joſ. 1.

PAGIUS Ludovicus Aug. Britannos domat.

*quæ adhuc prævalida erat, uſque ad initium autumni aggredi diſtulit. Tum demum adunatis undique omnibus copiis, Redonas Civitatem, terminis Britanniæ contiguam* (ubi Eginhardus Redonas extra Britanniam accurate locat, juxta ea quæ alibi diximus) *venit: & inde diviſo in tres partes exercitu ſuo, duabus ſcilicet partibus filiis ſuis, Pippino & Ludovico, traditis, tertiaque ſecum retenta, Britanniam ingreſſus, totam ferro & igni devaſtavit. Conſumtiſque in hac expeditione quadraginta, vel eo amplius diebus, acceptis quoque a perfido Britonum populo, quos imperaverat, obſidibus, ad Rothomagenſem Civitatem, ubi conjugem ſe opperiri juſſerat, ad XV. Kal. Decemb. reverſus eſt. Nam & illuc Legatos Michaelis Imp. qui ad eum mittebantur, ſibi occurrere juſſit. Cum quibus & Fortunatus Patriarcha Veneticorum regreſſus, ad ejus venit præſentiam. Sed Legati Imperatoris literas & munera deferentes, pacis confirmandæ cauſa ſe miſſos eſſe dicentes pro Fortunato nihil locuti ſunt. Inter cætera tamen ad Legationem ſuam pertinentia, quædam de Imaginum Veneratione protulerunt: propter quæ ſe Romam ire, atque Apoſtolicæ Sedis Præſulem conſulere debere dixerunt. Quos cum Legatione eorum audita ac reſponſo reddito, abſolveret, Romam ut ſe velle dicebant ducere juſſit. Fortunatum etiam de cauſa fugæ ipſius percontatus, ad examinandum eum Romano Pontifici direxit: ipſe Aquiſgrani, ubi hyemare ſtatuerat, profectus eſt*, inquit Eginhardus in Annal.

IX.

*Fortunatus* Patriarcha Gradenſis itinere Romam cum Oratoribus Imperatoris Conſtantinopolitani ſuſcepto mortuus eſt in Francia. Vir fuit inquieti animi qui tamen multis in rebus lau-

*Thoma perditionis eorum auctore fuerant, evaſerunt, & in fugam verſi ſunt, & a nobis perſecuti, in quadam civitate provinciæ Thraciæ nomine Arcadiopoli incluſi ſunt. Quidam autem eorum diſperſi in montibus ſe contulerunt: pars autem eorum intraverunt in Panadus civitatem.*

XXIII. Thomas cum filiis male periit.

*Nos autem miſſis exercitibus noſtris, eos obſideri fecimus. Sed ipſa civitas, in qua Deo odibilis & immemorabilis erat cum ſuis ſequacibus, per quinque menſes obſeſſa eſt, volentes, ſicut diximus populo noſtro parcere & civitati, vivum eum cepimus, & omnes, qui cum eo erant, tam contribules quam etiam alienigenas. Et ipſum quidem Thomam amputatis manibus & pedibus, patibulo ſuſpendi juſſimus. Duo vero, qui dicebantur ei filii eſſe adoptivi, alter eorum in Aſia a fidelibus noſtris interemptus eſt, & alterum eadem morte, qua pſeudopatrem ejus, condemnari juſſimus. Et hoc modo deleta eſt memoria eorum de terra in ſæculorum ſæcula, juxta quod ſcriptum eſt: (a) Inimici defecerunt frameæ in finem. Sarracenos quoque omnes & Armenios, & reliquos, qui de prælio evaſerant, omnes vivos cepimus, & ſecundum Dei diſpoſitionem nos in eis ulti ſumus. Deinde profecti pervenimus ad caſtellum, quod dicitur Panadus, in quo ſupra memoratam partem inimicorum noſtrorum confugiſſe diximus, quibus nos vitam promiſimus, ſi ad fidem noſtram venire voluiſſent; ſed illi noſtris juſſionibus parere nolentes, quia magis mori, quam in deditionem venire maluerunt: immiſit eis Deus terræmotum, qui concuſſit civitatem, a quo muri ejus diruti ſunt, ſicut de (b) Hiericho accidiſſe legitur: & eo modo traditi ſunt in manus noſtras. Et hoc omnipotentis Dei miraculum in nobis factum eſt. Quod miraculum nequaquam exiſtimavimus eſſe celandum, ſed ubique gloriam Dei, & magnalia ejus annunciandum. Et hoc modo cum triumpho victoriæ ad palatium noſtrum reverſi ſumus.*

(a) *Pſal.* 9.

Terræmotus opportunus Michaeli.

(b) *Joſue* 6.

XXIV.

*Ex eo tempore omnes Chriſtiani Imperii noſtri ad unitatem pacis, & priſtinam concordiam redierunt, glorificantes & magnificantes propugnatorem noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum, qui ad unitatem Fidei coadunare populum ſuum dignatus eſt, in ſubjectionem, quod ab eo eſt, Imperii noſtri. Quocirca dignum exiſtimavimus, hæc quaſi pacifico amico & ſpiritali fratri noſtro, & ut credimus, ſocio gaudii a Deo Imperii noſtri manifeſta facere, quæ nobiſcum acta ſunt, ut pariter ſicut unius ejuſdemque Fidei & religionis cultoribus facere oportet, laudibus & hymnis collaudemus & glorificemus Salvatorem noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum. Oportuerat enim ſtatim in exordio imperii noſtri, ſicut ſpiritali fratri noſtro & pacifico amico, per veros apices noſtros, quæ erga nos geſta ſunt, vobis manifeſtare; ſed ſicut ſupra dictum eſt, præfati Tyranni & rebellis, ac turpi morte condemnati Thomæ ſeditio nos facere prohibuit.*

Hæreticus uti Catholicus cupit jungi Cathol. Imp.

XXV.

*At vero nunc dedit Deus nobis hoc præſens & opportunum tempus poſt ejus interfectionem & coadunationem & concordiam populi noſtri. Et ideo juſtum exiſtimavimus mittere ad veſtram gloriam Theodorum Protoſpatharium noſtrum & Stratigon, Nicetam ſanctiſſimum Metropolitanum Myrenſem Lyciæ, Fortunatum Archiepiſcopum Venetiæ, Theodorum reverendiſſimum diaconum, & œconomum iſtius ſanctiſſimæ Dei Catholicæ & magnæ Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, & Leonem noſtrum Candidatum. Et non tantum per has ſyllabas, ſed & per ipſos viros annuntiamus veſtræ gloriæ omnia, quæ propoſita ſunt, ut tam per eos, quamque & per Miſſos veſtros iterum ſcire poſſemus veſtræ dilectionis ſanitatem, ſimulque fidelium veſtrorum incolumitatem, necnon & omnium rerum veſtrarum apud vos conſiſtentium proſperitatem. Porro nunc per has noſtras veras & fideles ſyllabas corroboramus & confirmamus priorem pacem & amicitiam inter vos & nos conſtitu-*

Nomina Legatorum.

Confirmatio præteritæ pacis.

PAGIUS

*Michael Imp. ad eum ſcribit de Imaginibus.*

laudem meruit, ut videre eſt apud Sigonium lib. 4. de Regno Italiæ, & Ughellum tom. V. Italiæ Sacræ, in Patriarchis Gradenſibus. Quoad literas Imperatoris Orientis, eas recitat Baronius, datæque ſunt *menſe April. die X. Indict. II. a Deo conſervata Regia Urbe*, ideſt, Conſtantinopoli, præſenti anno. Eis præfiguntur nomina *Michaelis* & *Theophili* Imperatorum Romanorum, qui ſe excuſant apud Ludovicum, quod propter motus a *Thoma* Viro ſeditioſo concitatos, per literas nondum eum de Imperio ante quadriennium ſibi collato certiorem fecerint. Ajunt, ſe ad eum mittere Legatos, qui in iis litteris nominantur, inter quos recenſetur *Fortunatus Archiepiſcopus Venetiæ*. Addunt ſe confirmare priorem pacem & amicitiam inter utroſque conſtitutam, & poſtea tranſeunt ad cultum Sacrarum Imaginum. Verum eorum literæ multa falſa continent ipſique ſe hæreticos produnt, dum ſex Univerſalia tantum laudant Concilia, nec ullam Septimæ Synodi Nicænæ adverſus Iconoclaſtarum hæreſim celebratæ mentionem faciunt. Necem *Leonis* Imp. reiiciunt in conjurationem quorumdam improborum, cum tamen ipſe Michael totius conjurationis Auctor fuerit. Simili fraude queruntur, Eccleſiam ob diſſenſiones de Cultu Imaginum eſſe diviſam, cum tamen Synodum Generalem, quæ diſſenſiones ſuſtulerat, locum habere prohiberent. Præterea Græcos Orthodoxos reprehendunt, quod vivificam Crucem deſpicerent, Imagines ut Deos quoſdam adorarent, aliaſque id genus ineptias in cultu Imaginum oſtenderent; quæ meræ calumniæ erant. Denique *Ludovicum* Aug. deprecantur, ut Legati, quos ad Pontificem Romanum mittunt, e-

jus



*ſtitutam, deprecantes mediatorem ejuſdem pacis Dominum, qui dixit: (a) Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, eamdem pacem & charitatem ſplendidiorem & robuſtiorem facere, & oſtendere temporibus & poteſtatibus præteritis, quoniam & nos ſic tenemus, & ſperamus, quod & veſtra glorioſiſſima poteſtas ita conſentiat, ſicut & noſtra. Charitas enim & pax utramque poteſtatem ſecundum Dominicam vocem poteſt & ſervatrices ejus mandatorum efficere. Dixit enim (b): Qui diligit me, mandata mea cuſtodit. Et iterum: In hoc cognoſcent omnes, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.*

(a) *Joan.* 14.

(b) *Joan.* 13.

XXVI.

*Sed & hoc veſtræ Chriſto amabili dilectioni manifeſtamus, quia multi de Eccleſiaſticis ſeu & laicis viris alieni de Apoſtolicis traditionibus facti, & neque paternos terminos cuſtodientes, facti ſunt inventores malarum rerum. Primum quidem honorificas & vivificas Cruces de ſacris templis expellebant, & ad eadem loca imagines ſtatuebant, ponebantque lucernas coram eis, ſimul & incenſum adolebant, atque eas in tali honore habebant, ſicut honorificum & vivificum lignum, in quo Chriſtus verus Deus noſter crucifigi dignatus eſt propter noſtram ſalutem. Pſallebant & adorabant, atque ab iiſdem imaginibus auxilium petebant: plerique autem linteaminibus eaſdem imagines circumdabant, & filiorum ſuorum de Baptiſmatis fonte ſuſceptrices faciebant. Alii vero religioſum habitum monaſticum ſumere volentes, religioſiores perſonas poſtponebant, qui prius comam capitis eorum ſuſcipere ſolebant, adhibitis imaginibus, quaſi in ſinum earum decidere capillos illorum ſinebant. Quidam vero ſacerdotum & clericorum colores de imaginibus radentes immiſcuerunt oblationibus & vino, & ex hac oblatione poſt Miſſarum celebrationem dabant communicare volentibus. Alii autem corpus Domini in manus imaginum ponebant, unde communicare volentes accipere fecerunt. Nonnulli vero ſpreta Eccleſia in communibus domibus tabulis imaginum pro altaribus utebantur, & ſuper eas ſacrum myſterium celebrabant. Et alia multa his ſimilia illicita, & noſtræ religioni contraria in Eccleſiis fiebant, quæ a doctioribus & ſapientioribus viris ſatis indigna eſſe videbantur.*

Calumniæ contra Catholicos.



XXVII.

*Propterea ſtatuerunt Orthodoxi Imperatores & doctiſſimi ſacerdotes Locale adunare Concilium, ad inquiſitionem ſuper his habendam: qui in idipſum convenerunt, ſancto Spiritu inſpirante. Talia ubique communi conſilio fieri prohibuerunt, & imagines de humilioribus locis efferri fecerunt, & eas, quæ in ſublimioribus locis poſitæ erant, ut ipſa pictura pro ſcriptura haberetur, in ſuis locis conſiſtere permiſerunt, ne ab indoctioribus & infirmioribus adorarentur, neque eis lucernas accenderent, neque incenſum adolerent, prohibuerunt. Quemadmodum & nos nunc ſentimus, & tenemus, abiicientes de Eccleſia Chriſti eos, qui hujuſmodi malignis inventionibus ſtudent.*

De Conciliabulo Iconoclaſtarum.

*Propterea quidam illorum, qui noluerunt ſuſcipere Concilia Localia, & a veritate redargui: fugerunt hinc, & venerunt ad antiquam Romam a Deo conſervatam, injuriam ac calumnias Eccleſiæ inferentes, & veræ religioni detrahentes, quorum peſſima verba & blaſphemiis plena, poſtponentes noſtra potius Orthodoxa gloriæ tuæ, manifeſta facimus, quia nos ſymbolum ſanctarum & univerſalium ſex Synodorum, quod ab omnibus Orthodoxis Chriſtianis tenetur, non tantum prædicamus, ſed etiam inviolabiliter corde tenemus.*

De Orthodoxis Romam confugientibus.

XVVIII.

*Trinitatem in tribus perſonis diviſam colimus, unitatem unius divinitatis naturam confitentes, ex Virgine temporalem Verbi nativitatem prædicamus, divinita-*

I tis

PAGIUS

ejus auxilio e Francia Romam proficiſci poſſint.

X. *Imperatores Orientis nunquam Imperatoris Romanorum nomine Francos appellarunt.*

Baronius num. XVII. refert inſcriptionem literarum Michaelis & Theophili filii Orientis Imperatorum ad Ludovicum Pium, his verbis expreſſam: *Michael & Theophilus fideles in ipſo Deo Imperatores Romanorum dilecto & honorabili fratri Hludovico Glorioſo Regi Francorum, Longobardorum, & vocato eorum Imperatori*, ubi vides Ludovicum Pium ab eis vocari *Imperatorem* Francorum, non vero *Imperatorem Romanorum*. Græci enim nec Carolum Magnum, nec ejus in Imperium Occidentale Succeſſores quantumcumque eis indiguerint, Auguſtos & Imperatores Romanorum unquam appellarunt. Sed, ut ſcribit Eginhardus in Caroli M. Vita dum de ejus Coronatione loquitur, *Conſtantinopolitanis Imperatoribus ſuper hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum invidiam* (aliqui Codices habent contumaciam) *magnanimitate, qua eis procul dubio longe præſtantior erat mittendo ad eos crebras Legationes, & in Epiſtolis fratres eos appellando*. Cointius quidem anno DCCCXII. n. VI. ait, Carolum M. pace cum Græcis firmata *Baſileum* ab eis vocatum fuiſſe, ideſt, Imperatorem. Verum nihili in medium affert quod id evincat, & Theophanis verſio, qua innititur, parum accurata. Ait Theophanes pag. 401. Κάρουλλος ὁ τῶν φράγγων ῥὴξ ἐςέφθη ὑπὸ Λέοντος τοῦ Πάπα, ideſt, ut recte Goarus vertit, *Francorum Rex Carolus a Leone Papa coronatus eſt*, non vero, ut male Anaſtaſius habet, *Carolum coronavit Imperatorem*.

XI. *Sed Imperatores Francorum.*

Græci enim *Baſilei* nomine modo *Regem*, modo *Imperatorem* & *Auguſtum* deſignant, & nunquam Imperatores Occidentis Romanorum Imperatores vocarunt, ſed *Imperatores Francorum* ideſt, *Reges Francorum*; & ſi eos *Baſileos* appellaſſent, ea voce nihil magis quam Reges intellexiſſent. *Baſilei* enim nomine Bulgarorum Principes exornarunt; ſed quia Franci & poſt eos Germani Auguſti & Imperatores dici voluere, quod nunquam in Bulgarorum mentem venerat, eos tantum voce barbara ῥῆγας

ῥῆ-

* gloriamur

Profeſſio Fidei Catholicæ.

*tis & humanitatis duas voluntates & operationes * glorificamus. Poſtulantes intercelſiones & interpellationes inviolatæ Dominatricis noſtræ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Glorioſas autem & ſanctas reliquias eorum cum fide veneramur, & quicquid aliud a beatiſſimis Apoſtolis traditum, & a ſanctis Patribus in eiſdem ſex Synodis conſtitutum eſt, & confitemur & tenemus.*

De litteris & muneribus Mich. Imper. ad Rom. Pont.

*Unde honorem Eccleſiæ Chriſti quærentes, fecimus litteras ad ſanctiſſimum Papam antiquæ Romæ, & eas miſimus per prædictos Miſſos noſtros ad eum, dantes eis Evangelium aureum ex lapidibus pretioſis ornatum, ſimiliter & patenam auream, & ipſam ex lapidibus pretioſis ornatam, & calicem ſimili modo ornatum, ambobus inſcripta Imperii noſtri nomina, ut Deo jubente, illuc pervenientes offerant ea ad templum ſanctiſſimi ac beatiſſimi Apoſtolorum principis Petri, qui intercedat pro nobis & vobis.*

XXIX. Commendat legatos.

*De cætero ordinet veſtra ſpiritalis dilectio, ut cum omni honore & illæſione ad eum veniant, auxilium eis ferentes in his, quæ Deo placeant, & ad honorem ejus pertineant in ſatisfactionem charitatis, quæ inter nos eſt, jubentes ei, ut ſi amodo manifeſti fuerint quidam ſeductores pſeudochriſtiani, Eccleſiæ calumniatores, illinc eos expellere, ut quod ſcriptum eſt, de his adimpleatur: dicit enim Scriptura: (a) Eiicite malum de medio veſtri, ut non tantum in Republica ad invicem concordemus, ſed etiam & de magna re, quæ ad ſalutem animæ pertinet, id eſt, Eccleſiaſtica, & Deo amabili conſentiamus.*

(a) Deut. 21. 22.

*Cauſa memoriæ dilectionis, quæ inter nos eſt, miſimus per prædictos Miſſos noſtros Praſinovultim unum, * Minovultim unum, Tyrca duo, blactas veras duas, * dirodina duo, diventa duo. Abſoluta menſe Aprili, die decima, Indictione ſecunda, a Deo conſecrata regia urbe.* Hactenus epiſtola Iconomachi Imperatoris, quæ cum multa mendacia contineat & errores multos in his, quæ ad Catholica dogmata ſpectant, hominem æque fraudulentum ac impium repræſentat, qui vera multa mendaciis miſcens, apparere conatus ſit eſſe Catholicus.

* ſive dibapha. Munera Michael Imper. ad Ludovic. Imp. miſſa.

Pervenerunt Legati in Gallias menſe Octobris, cum Ludovicus Imperator adverſus Britones in expeditione eſſet. Quamobrem ejus reditum juſſi ſunt expectare, qui non contigit niſi ſequenti menſe, ut Annales Francorum, quos recitavimus, abſque controverſia docent. Sic igitur ipſa legatio nonniſi menſe Novembris audita eſt ab ipſo Ludovico Imperatore

PAGIUS γὸς appellarunt nec unquam eos Romanorum Imperatores aut Reges nuncupare voluere. Græcos vero Bulgarorum Principes Baſileos appellaſſe, apparet ex Legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam Imp. in qua de Aulæ Conſtantinop. Optimatibus Luitprandus loquens apud Baronium anno CMLXVIII. num. XXIX. ait: *Cumque indignans abire vellem, Leo Curopalates, Imperatoris frater, & Proto a Secretis Symeon* (eſt is Simeon Metaphraſte, qui eo tempore, non vero hoc ſæculo vixit, ut putabat Baronius) *pone me ſequuntur, hæc latrantes: Cum Chriſtophori filiam Petrus Bulgarorum* VASILEUS *conjugem duceret, ſymphona, ideſt, conſonantia ſcripta juramento firmata ſunt.* Vaſilei ſeu Baſilei nomen retinuit Luitprandus, ut oſtenderet ita Proceres Imperii Orientalis locutos eſſe, & nomen illud ab illis non minus, quam a populo, Bulgarorum Principibus datum fuiſſe, quod tamen Ottoni Magno Imp. Occidentis denegabatur. Uno verbo ſi aliqui Scriptores Græci Occidentis Imperatores aliquando *Baſileos* vocarunt, ea voce Reges tantum intellexere; cum ea Græci & Imperatores & Reges ſeu Principes deſignarent. Ducangius in ſuo Gloſſario Græco-Barbaro voce Ρ' ἀΣ aliqua habet non contemnenda.

XII. *Ludovicus Aug. Legatos Romam mittit ob Imagines.*

Poſt Orientalium Legatorum diſceſſum, ſuos quoque Ludovicus Aug. ad impetrandam agendæ de Imaginibus Collationis facultatem Romam direxit Oratores, *Freculfum* videlicet, qui Lexovienſis Epiſcopus erat, & *Adegarium* ejus ſocium, de quibus in ſuis ad Ludovicum e Conventu Pariſienſi literis ita ſcripſerunt, qui collectas Patrum Sententias Aquiſgranum ad eumdem Imp. tranſmiſerunt: *Fecimus*, inquiunt, *Epiſtolam nobis relegi, quam vobis Legati Græcorum anno præterito detulerunt. Venerabilis namque Freculfus Epiſcopus ſubtiliter prudenterque, qualiter ipſe & Adegarius ſocius illius de hac re cum Domno Apoſtolico & cum Venerandis Epiſcopis & Miniſtris illius egiſſent, viva voce parvitati noſtræ innotuit*, & cætera a Baronio num. XXX. & ſeqq. recitata, qui recte obſervat, Legatorum Ludovici profectionem videri ad annum ſequentem referendam.

XIII. *Regnum Navarræ magis firmatur.*

Eginhardus, poſtquam præcedentia narravit, ſubiungit: *Aeblus & Aſinarius Comes cum copiis Vaſconum ad Pampilonem miſſi, cum peracto jam ſibi injuncto negotio reverterentur, in ipſo Pyrenei montis jugo, perfidia montanorum in inſidias deducti ac circumventi, capti ſunt, & copiæ, quas ſecum habuere, pene uſque ad internecionem deletæ. Et Aeblus quidem Cordubam miſſus: Aſinarius vero eorum miſericordia, qui eum ceperant, quaſi qui conſanguineus eorum eſſet, domum redire permiſſus eſt.* Anno DCCCX. Ludovicus Aug. adverſus Navarreos exercitum duxit, & aliquanto tempore in Navarra moratus, eos domuit; ſed poſtea Vaſcones, tam qui in Gallia, quam qui in Hiſpania ſiti erant, adverſus eundem rebellarunt, prioribuſque anno DCCCXVIII. aut inſequenti ad obedientiam redactis, ſuſceptum hoc anno bellum adverſus Vaſcones Ultramontanos aut Navarreos, ac *Aeblus* & *Aſinarius* a Ludovico Aug. *Pampelonam* cum copiis miſſi. Ea Urbs facile occupata, quia nuper a Francis mœnibus exuta fuerat; ſed dum in Franciam redeunt, copiæ eorum profligatæ, & *Aeblus* ad Abderamen Cordubenſem Regem, cum quo ideo Navarri fœdus inierant, ductus, *Aſinarius* vero, quod Vaſco eſſet, liber dimiſſus; *Vaſcones* enim tam qui citra, quam qui ultra Pyreneos poſiti, eadem gens & natio erant. Oihenartus in Notitia utriuſque Vaſconiæ cap. 12.



Ludovicus Imp. legatos Michaelis audit.

tore Rotomagi. Ubi poſt auditos Legatos, dimiſit eos proficiſci Romam, ut in mandatis acceperant. Verum Ludovicus adjunxit illis ſuos Legatos ad Romanum Pontificem. Porro Legatos Michaelis una cum Legatis Ludovici nonniſi anno ſequenti contigiſſe Romam ad ipſum ſummum Pontificem proficiſci, quæ ſuo loco dicentur, oſtendent.

XXX. Allatos autem tunc in Gallias per œconomum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, unum ex Legatis ſuperius nominatum, Theodorum diaconum, libros Sancti Dionyſii Areopagitæ, Hilduinus in epiſtola reddita ad Ludovicum teſtatur his verbis: (a) *Authenticos autem eoſdem libros Græca lingua conſcriptos, quando œconomus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & cæteri Miſſi Michaelis legatione publica ad veſtram gloriam Compendio functi ſunt: in ipſa vigilia ſolemnitatis Sancti Dionyſii pro munere magno ſuſcepimus. Quod donum devotioni noſtræ, ac ſi cœlitus allatum, adeo eſt divina gratia proſecuta, ut in eadem nocte decem & novem nominatiſſimæ virtutes in ægrotorum ſanatione variarum infirmitatum ex notiſſimis & vicinitati noſtræ perſonis contiguis, ad laudem & gloriam ſui nominis, orationibus & monitis excellentiſſimi Martyris Chriſtus Dominus ſit operari dignatus.* Hæc Hilduinus Abbas monaſterii Sancti Dionyſii apud Pariſios conſtituti, qui & juſſu ejuſdem Ludovici Imperatoris eadem Dionyſii opera ex Græco in Latinum convertit. Extat de his ejuſdem Imperatoris ad ipſum Hilduinum epiſtola, & alia Hilduini ad ipſum reddita.

(a) Hild. in Areopag. apud Sur. die 9. Octob. tom. 5.

Interea vero ubi ipſe Imperator Ludovicus ex legatione Michaelis inter alia ea, quæ ad cultum ſanctarum imaginum viderentur ſpectare, cognovit: ut de omnibus diligentiſſima poſſet haberi diſcuſſio, legationem quamprimum potuit, miſit ad Romanum Pontificem, qua ab eo peteret non Synodi cogendæ dari licentiam, ſed tantum colligendi viros doctos, qui ea de re exquirerent ac diſputarent. Qui hac perfuncti ſunt legatione, fuerunt Freculfus Epiſcopus & Adegarius. Conſtant hæc omnia ex epiſtola ſcripta XXXI.



ex

PAGIUS 12. plane perſuaſum habet, circa hæc tempora prima Regni Navarrici fundamenta ab Enecone Ariſta jacta fuiſſe; verum tunc Regnum illud non inchoatum, ſed magis firmatum & ſtabilitum.

XIV. *Urolphus fit Archiep. Laureacenſis.*

*Urolphus* Laureacenſis Archiepiſcopus, de quo anno DCCCXVIII. mentionem fecimus, ad Eugenium Papam hoc vel ſequenti anno profectus eſt, & quæ in Avaria & Moravia a ſe geſta erant, expoſuit, ut colligitur ex ipſius Eugenii literis, quæ Tom. VII. Concil. hodie leguntur. Ex iis ſequentia excerpſimus, ea prætermittentes quæ ad hujus Miſſionis & Inſtitutionis Archiepiſcopatus *Laureacenſis*; ſeu, ut loquebantur Antiqui, Lauriacenſis intelligentiam non faciunt. Literæ Eugenii inſcriptæ ſunt *Rathfredo Favianenſis Eccleſiæ*, & *Methodio Eccleſiæ Speculi-Juliens. Quæ & Soriguturenſis Eccleſiæ*, atque *Alevvino Nitravienſis Eccleſiæ, parique modo Annoni Vetuarienſis Eccleſiæ Epiſcopis*; ſimul etiam duobus *Ducibus & Optimatibus, exercitibuſque plebis Huniæ, quæ & Avaria dicitur, & Moravia*. In ipſis literis Eugenius de Urolpho ſcribit: *Is ad Apoſtolorum limina orationis cauſa veniens, novam Eccleſiam noſtris Apoſtolicis benedictionibus informandam ſubnixe commendavit, quia Domino auxiliante Catholice gubernandam in veſtris partibus ſuſcepit. In quibus etiam quondam Romanorum quoque Gepidarumque ætate, ut lectione certum eſt, in ſeptem Epiſcoporum Parochias Anteceſſores ſui jure Metropolitano obtinuerant Diœceſim, &c. quem nos doctiſſimum Divini Oraculi Miniſtrum ſaluti veſtræ cognoſcentes per omnia neceſſarium*, &c. *ab hac Sancta Romana Matre Eccleſia vobiſque Rectorem tranſmiſimus, atque in præfatis Regionibus Hunniæ, quæ & Avaria appellatur, ſed & Moraviæ Provinciarum quoque Pannoniæ ſive Maſiæ Apoſtolicam vicem noſtram & Diœceſim, atque jus Eccleſiaſticum exercendi, & uſum ac poteſtatem Anteceſſorum ſuorum, videlicet Sanctæ Lauriacenſis Eccleſiæ Archiepiſcoporum ſibi Succeſſoribuſque ſuis Canonica auctoritate committimus atque hujus Conſtitutionis noſtræ Decretum ſubſcriptionis Privilegio roboramus Pallium prætera juxta conſuetudinem antiquam Sanctitati ſuæ dedimus, ſicut Prædeceſſores noſtri ſuis Prædeceſſoribus conceſſere*, &c. *propter veſtras autem petitiones ſuper hac re flagitantibus ad honorem ſuum noſtram Apoſtolicam virem & auctoritatem inſuper accumulavimus, quod nunquam ſuis permiſſum eſt prioribus*, &c. *ad perfectam autem & neceſſariam eruditionis veſtræ ſalutem ut comperimus, non ſufficiant pauci qui modo conſtituti ſunt vobis Epiſcopi, quia plures ſunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos propter inopiam Præconum Divini Verbi nondum pervenit notitia Chriſti. Idcirco enim, ut accreſcat turba fidelium, ſtudeat ſolertia veſtra pro mercede & remiſſione peccatorum veſtrorum, adminiculum atque juvamen præbere Reverendiſſimo Urolpho Archiepiſcopo, quatenus dudum illic conſtitutorum Epiſcoporum numerus impleatur*, &c. Diploma Pontificium caret omni nota temporaria.

XV. *Metropoli Laureacenſi olim VII. Epiſcopatus ſubditi.*

Teſtatur *Eugenius* Laureacenſem Archiepiſcopum ſeptem olim Suffraganeos Epiſcopos habuiſſe, cum Romani vel Gepidæ jus illi Regioni dicebant. Porro Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 50. prodit, poſt mortem *Attilæ* Hunnorum Regis populos, qui ei ſubditi fuerant in mutuum exitium arma ſumſiſſe, Gepidiſque poſt multos conflictus faviſſe fortunam, & venientes per Legatos ſuos ad ſolum Romanorum, a Marciano Imperatore diſtributas ſedes, quas incolerent, accepiſſe, *Hunnorum* ſcilicet ſedes. Symmacho ipſo ſexti ſæculi initio Eccleſiam Romanam gubernante *Theodorus* Laureacenſis Archiepiſcopus erat, ut patet ex ejuſdem Symmachi literis a Lambecio Tom. II. Biblioth. Cæſ. pag. 650. aliiſque recitatis, quibus Theodoro Lauriacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo Palllium concedit. Verum ob ſecuta bella, ab Hunis ſeu Avaribus illata, religio Chriſtiana in Norico penitus collapſa eſt. Eam poſtea inſtauravit. *S. Rudbertus* ſeu *Rutpertus*, qui illuc ex Civitate Vormatienſi, ubi Epiſcopus erat,

ex conventu Pariſienſi, ubi de his eſt actum anno ſequenti, in qua inter alia, iſta leguntur: (a) *Venerabilis namque Freculfus Epiſcopus ſubtiliter, prudenterque qualiter ipſe & Adegarius ſocius illius hac de re cum domno Apoſtolico, & cum venerandis Epiſcopis & miniſtris illius egiſſent, viva voce parvitati noſtræ innotuit*. Et inferius quid per Legatos petitum & obtentum fuerit, ita iidem his verbis oſtendunt, dicentes: (b) *Aperuit vobis Dominus oſtium juxta optatum vobis deſiderium, ut licentia vobis ab eadem tribueretur auctoritate tantæ rei cum veſtris quærendi familiariter veritatem. Ut quoniam inerat vobis voluntas conſulendi, & deerat auctoritas quærendi, ejus auctoritate quæreretis veritatem, cujus auctoritas deviare videbatur ab ipſa veritate*. Iſta adverſarii ipſius Romanæ Eccleſiæ in cultu ſanctarum imaginum, quorum etiam aſſertione compertum ſatis habetur, non ſolum non licere Imperatoribus Synodos celebrare inconſulta Apoſtolica Sede, ſed nec inter ſuos familiariter de his diſputare, quæ ſpectant ad Fidem Catholicam & Eccleſiaſticam diſciplinam, niſi impetrata ab ipſo Romano Pontifice licentia, & impertita ab ipſo auctoritate.

(a) *Synod. Pariſ. pag.* 22.

(b) *Ibid. p.* 23.

Sine conſenſu Rom. Pontif. nec diſputare licet de fide.

XXXII. Profitetur etiam idipſum ipſe Ludovicus Imperator in litteris datis anno ſequenti ad Eugenium Romanum Pontificem, in quibus & iſta leguntur (c): *Et ob hoc a veſtra ſanctitate petivimus: ut ſacerdotibus noſtris liceret de libris ſan-*

(c) *Ead. Syn. pag.* 153.

PAGIUS erat, anno ſecundo Childeberti III. Francorum Regis profectus eſt, exeunte ſcilicet ſæculo ſeptimo. Poſt *Rudbertum S. Bonifacius* Germaniæ Legatus Apoſtolicus aliquot Epiſcopatus in Germania inſtituit, & Sedem Moguntinam in Metropolim erexit. Tum regnante Carolo M. *Colonia* eodem honore exornata, tandemque ejuſdem Caroli tempore, annoque ſeptingenteſimo nonageſimo octavo Urbs Saltzburgenſis Metropolis effecta, eique ſubiecti Epiſcopatus, qui alias Metropoli Laureacenſi ſubditi fuerant.

XVI. *Supererant hoc tempore tantum tres.*

Verum cum tres illi Archiepiſcopatus ampliſſimis Germaniæ & Norici Regionibus non ſufficerent, viſum eſt Romanis Pontificibus Laureacenſem jam a tot annis extinctum in integrum reſtituere, eique e ſeptem Epiſcopatibus olim illi ſubditis quatuor ſubiicere, donec alii erigi poſſent, *maxime in illis locis*, inquit Eugenius in literis laudatis, *ſi opportunitas & utilitas commendaverit, ubi indicia Eccleſiarum & ædificiorum Sedes Pontificales olim fuiſſe demonſtrant*. Quibus ex verbis intelligimus tres alios Epiſcopatus olim Metropoli Laureacenſi ſubjectos jam olim exciſos fuiſſe.

XVII. *Non Vienna Auſtriæ ſed Faviana Epiſcopalis fuit.*

In Eugenii Papæ literis primus inter Antiſtites, qui Laureacenſi Metropolitæ ſubſunt, nominatur *Rathfredus* Epiſcopus *Favianenſis Eccleſiæ, & Fabianam* ſeu *Favianam* Scriptores Germanici, Cointius hoc anno num. XXXVII. aliique paſſim *Viennam* hodie primariam Archiducatus Auſtriæ Civitatem interpretantur. Sed Lambecius Tom. II. Biblioth. Cæſ. cap. 1. num. XI. & ſeqq. vulgarem illum errorem evertit, oſtenditque *Viennam* in Faviam ſeu Favianam aut Fabianam ab Auctoribus, qui poſtremis ſæculis vixere, transformatam non fuiſſe, niſi ex prava interpretatione Vitæ Sancti Severini Noricorum Apoſtoli ab Eugippio Scriptore coævo editæ. Oppidum itaque quod *Flaviana*, ſcilicet *Caſtra*, Eugippius vocat, ſitum fuit inter Comagena, hodie *Lagelenber*, & Cetium montem, hodie *Kalenberg*; ibidemque præcipuum fuit Sancti Severini Monaſterium juxta muros Flavii, ſeu *Flavianorum Caſtrorum*; quod Oppidum una cum aliis Norici Ripenſis Civitatibus ac Caſtellis non multo poſt Sancti Severini obitum ſævitia hoſtili funditus periit, ut ipſemet Sanctus prædixerat; Cella vero Sancti Severini ad Vineas, quæ, ut Eugippius teſtatur, a Flavianis aliquanto remotior fuit, conſtructa erat ad ipſam radicem montis Cetii, ſive *Kalenberg*, itidem in Norico Ripenſi, non autem in Pannonia. Plinius lib. 4. cap. 24. *Flavii* meminit, & inter Norici Urbes recenſet; illud vero Eugippius *Flaviana*, ſcilicet *Caſtra*, appellat. Quare Epiſcopi, quos Bucelinus part. I. Germaniæ Sacræ, aliique paſſim *Viennæ* ſediſſe dicunt, Epiſcopi fuere Flavii ſeu Flavianæ Civitatis, & maxima ex parte ſuppoſititii ſunt; cum eorum nomina in nullo antiquo Monumento extent. *Viennam* vero Auſtriæ *Vindebonam* genuino nomine antiquitus appellatam, ejuſque ſitum fuiſſe in ripa Danubiana Pannoniæ Superioris, ſex millibus paſſuum cis ſive infra montem Cetium, ubi nunc *Vienna* Auſtriæ poſita, Lambecius citatus cap. 2. ex Tabula Peutingeriana, Itinerario Antonini Auguſti, Ptolemæo lib. 2. cap. 15. variiſque Inſcriptionibus ac veterum Scriptorum teſtimoniis certo demonſtrat. Jam anno CCCCLIV. num. XI. hunc communem errorem, quod nempe *Vienna* a *Flaviana* non fuerit diverſa, confutavi, ideoque hic ſufficiat, obſervare, quod cum Plinius laudatus expreſſe teſtetur, *Flavium* ſitum fuiſſe in Norico, neceſſario inde ſequi diverſum illud a Vienna Auſtriæ, quæ omnium conſenſu non ad Noricum, ſed ad Pannoniam Superiorem pertinet; cum poſita ſit cis Cetium montem, quo tanquam communi termino Pannonia a Norico ſeparatur.

XVIII. *Metropolis Laureacenſis ſuppreſſa.*

In eodem Diplomate Eugenii Papæ mentio fit trium aliorum Epiſcopatuum Laureacenſi Metropoli ſubditorum, ſed Civitates in quibus ſedere, jam a multis ſæculis exciſæ, & ſitus earum vix hodie cognitus. Porro *Eugenius* ſuas quidem literas quatuor duntaxat Eccleſiarum Epiſcopis ſub Archiepiſcopo Laureacenſi conſtitutis inſcribit, quia plures tunc erecti non erant Epiſcopatus, Laureacenſi tamen Antiſtiti jus Metropolicum per Avariam, per Moraviam, per Pannoniam, & per Mæſiam attribuit. *Pannonia* pro limitibus habet Mæſiam ad Ortum, Noricum ad Occaſum, Danubium amnem ad Septentrionem, Savum fluvium ad Meridiem, comprehenditque Vindobonam ſeu Viennam, Budam, Sirmium, Taurunum, aliaſque celebres Urbes. *Ager* vero *Noricus* Septentrionem verſus a Germania per Danubium, Meridiem verſus ab Italia per Alpes, Ortum verſus a pannonia per Cetium montem, Occaſum verſus a Vindelica per Oenum amnem diſterminatur. In Norico fuere *Lauriacum*, ut Cluverius cap. 4. Chorographiæ Vindelicii & Norici ſcribendum cenſet, ſeu *Laureacum*, celeberrima tunc Norici Ri-



*ſanctorum Patrum ſententias quærere atque colligere, quæ ad eamdem rem, pro qua iidem Legati vos conſulturi erant, veraciter definiendam convenire potuiſſent. Quas cum illi, juxta conceſſam a vobis licentiam, ſolerter inquirerent, & divina opitulante gratia, quicquid invenire tam brevi temporis ſpacio potuerunt, collegiſſent, nobis ea legenda direxerunt*. Et in epiſtola (a), ſeu commonitione ad Legatos Romam miſſos hæc habet: *Quia enim, ut noſtis, nos ab eo petere voluimus licentiam, quatenus has collectiones a ſacerdotibus noſtris fieri permitteret: & ideo non poterit prætermitti, quin oſtendatur, quod ex ipſius permiſſione collectum eſt*. Rurſus & ex his, quæ habentur intexta Actis Pariſienſis conventus ex verbis ejuſdem Ludovici Imperatoris, hæc in eamdem ſententiam: (b) *Nos autem non Synodum congregando, ſed quemadmodum a vobis poſtulavimus, licentiamque agendi percepimus una cum familiaribus noſtris, filiis veſtris, &c.* Hæc ex epiſtola per eoſdem Legatos ad Romanum Pontificem miſſa, quam ſuo loco reddituri ſumus.

(a) *Ead. Syn. pag.* 156.

(b) *Ead. Syn. pag.* 126.

Cum igitur miſſi a Ludovico Legati Romam perveniſſent: Romanus Pontifex temeritatis eos redarguit, quod antiquam coalitam per multa ſæcula Eccleſiaſticam de ſacris imaginibus conſuetudinem immutare temere conarentur. Cæterum ne videretur rem agere auctoritate potius, quam ratione, petitam ab Imperatore licentiam de his agendi ac diſputandi conceſſit. Sicque in Gallias redierunt ad eumdem, qui eos miſerat, Imperatorem, anno ſequenti. Sed & profectionem eorumdem Legatorum contigiſſe potius anno ſequenti exiſtimamus, licet hoc anno de eadem Romam mittenda legatione fuerit a Ludovico tractatum. Quid autem poſt hæc actum ſit, cum de reditu ipſorum in Gallias agemus anno ſequenti, dicturi ſumus. XXXIII.

Se-

PAGIUS Ripenſis Civitas ad confluentes Danubii & Aniſi ſita, quam olim mediam amniculus *Lauro*, vulgo *Lorbach*, interfluebat, a quo amniculo ſeu torrente *Lauriacum* nomen accepit. Hodie vero *Lauriacum* vicus eſt tantum Auſtriæ Superioris uno milliari ab Aniſo Oppido ex Aniſo fluvio ita appellato diſſitus. In Norico erat etiam *Faviana*, Urbs Epiſcopalis, ut ſupra diximus. Urolpho circa annum DCCCXXXVII. demortuo, ſuppreſſum eſt Laureacenſis Archiepiſcopi nomen, Diœceſes Laureacenſis ac Patavienſis iterum ſimul, ſicuti ante hanc novam erectionem fuerant, unitæ ſunt, & in unam Provinciam coaluerunt Salisburgenſis & Laureacenſis Metropoles, uſque ad Leonem VII. Papam.

XIX. *Bernardus Dux Septimaniæ Dodanam uxorem ducit.*

Hoc anno *Dodana* Bernardo Comiti filio S. Willelmi nupſit, ut liquet ex Præfatione Manualis libri, quem ipſa Willelmo filio ſuo poſtea direxit: *Anno*, inquit, *feliciter, Chriſto propitio, XI. Domino noſtro Ludovico quondam fulgente in Imperio, concurrente VIII. Kalendarum Julii die, in Aquiſgrani Palatio ad meum Dominum tuumque genitorem Bernardum legalis in conjugio acceſſi uxor*. Bernardus erat Dux Septimaniæ, idemque Præſes Marcæ Hiſpanicæ, ſeu Comes Barcinonenſis, &, ut inquit Theganus cap. 36. *De ſtirpe Regia & Domini Imperatoris ex ſacro fonte Baptiſmatis filius*, id eſt, ſpiritualis filius Ludovici Pii tunc Aquitaniæ Regis, modo Imperatoris quem agnatione contingebat. Dodana vero femina piiſſima libellum illum a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. I. pag. 350. recitatum ad filium ſuum Willelmum, ut eum ad pietatem informaret, direxit. Hæc ſororem ſe Ludovici Imperatoris vocat in fine ſui Manualis prout, ibidem editus eſt. Ibi enim legitur: *Inchoatio hujus libelli ſecundo anno obitus Ludovici quondam mei fratris*. Verum Baluzius lib. 4. Marcæ Hiſpanicæ pag. 349. teſtatur, ſe in Codice ex quo Fragmentum iſtud editum eſt, vidiſſe diſerte ſcriptum: *Inchoatio hujus libelli ſecundo anno obitus Ludovici condam Imperatoris II. Kal. Decembris*, Vir autem doctiſſimus, qui illud vulgavit, non vidit Codicem ipſum, ſed excerpta tantum ex eo deſcripta; quod hic prætermittendum non fuit, ne quis *Dodanam* ſive *Duodenam* inter filias Caroli M. connumeret.

XX. *Viſio VVetini Monachi.*

Hermannus Contractus in Chronico hoc anno ſcribit: *Augiæ Vvetinus Monachus, e corpore ductus & reductus, poſt triduum obiit: cujus viſiones Hetto Epiſcopus* (nempe Baſileenſis) *proſa, & Vvalachfridus heroico metro ſcripſit*. Fuit hæc Viſio omnium, quæ ſæculo hoc contigere, celeberrima, ab Hincmaro Remenſi Archiepiſcopo in Epiſtola de Viſione Bernardi Presbyteri, a Ratperto de Origine & Caſibus Monaſterii Sancti Galli cap. 9. a Reginone Abbate anno DCCXCIX. aliiſque memorata. *Heittonis* ſeu *Hettonis*, & Walafridi Strabonis libellos Baluzius ex duobus MSS. eruit, & Mabillonio communicavit, qui eos loco laudato publicavit. Wetini vero Viſionem hoc anno die XXX. Octobris, in quam Dominica incidebat, contigiſſe, teſtatur Walafridus his Verſibus:

*Hic igitur, poſtquam Dominus deſcendit ab alto*
*Carnis in hoſpitium, ſexto quater atque peracto*
*Octingenteſimo rapidis diſcurſibus anno;*
*Undecimoque Pii Ludovici Cæſaris, & dum*
*Sexies Octimber declinat quinque diebus,*
*Adfuit illa dies, qua ſeptima in ordine conſtat.*

Hoc eſt die XXX. Octobris jam inſtante, & quidem Sabbato, quod hoc anno convenit in diem XXIX. Octob. Dominica vero in diem XXX. ejuſdem menſis. Narravit *VVetinus* ſuis ſodalibus, ſe Angelo Duce ad Purgatorium, & dein ad Paradiſum raptum eſſe, & quid utroque in loco vidiſſet, aperuit, & poſtridie mortuus eſt.

XXI. *Moritur Alfonſus II. Legionis & Caſtellæ Rex.*

Rerum Hiſpanicarum Scriptores de anno emortuali *Alfonſi Caſti* Caſtellæ & Legionis Regis inter ſe non conveniunt, ſtandum itaque Vaſæo in Chronico, donec major lux affulgeat, eaque hoc anno conſignanda. Ei ſucceſſit *Ramirus* hujus nominis I. Veremundi Regis Diaconi filius, ab Alfonſo II. *Caſto* appellato ante mortem hæres inſtitutus.

I. Collatio Pariſienſis. SEquitur annus Redemptoris octingenteſimus vigeſimuſquintus, Indictione tertia inchoatus, quo Kalendis Novembris prope Pariſios complures, qui cæteros doctrina excellere videbantur, juſſu Ludovici Imperatoris in unum collecti, ſecundum petitam & acceptam licentiam a Romano Pontifice de imaginum veneratione diſſeruere. De his acturi, in primis ipſe titulus eſt redarguendus erroris, ex Actis ipſis, dum actio illa, Synodus Pariſienſis, nomine inſcribitur; cum ex ipſius Imperatoris litteris conſtet non Synodum eſſe celebratam, ſed ex ſelectis viris eruditis habitam eſſe Collationem, ſingulis in eam ſuum ſymbolum conferentibus. Plurimum namque differre inter Synodum & Collationem, majores noſtri ſuis ſcriptis reliquere teſtatum.

II. Mala fide editio facta Collationis. Erubuiſſe viſa ſunt poſteriora ſæcula, quæ in hac, de qua eſt ſermo, Collatione ſunt facta, ſcriptiſque mandata; ac ea de cauſa Acta ipſius occuluiſſe, ut amplius non eſſent viſa. Nullus enim uſquam reperitur (quod ſciam) inter tot diverſorum ſcriptorum examina: quibus Gallia abundavit, qui ejuſmodi Collationis vel levem mentionem habuerit, quæ ante annos quatuor Francofurti cuſa in Vvecheliana typographia in lucem prodiit abſque luce, nempe quod auctoris nomine careat, qui invenit, & edendam curavit, vel ex qua fuerit accepta bibliothecha; nec ſit aliquid dictum (ut moris eſt eorum, qui ingenuo ac animo libero abſque fuco & fallaciis rem agentes, omnia iſta produnt) quo liberent fidem ſuam, & Lectori aditum non occludant, ſed patefaciant, ut ſi velint, ipſum poſſint conſulere codicem veterem: num ex eo ſint cuncta ſincere atque fideliter reddita. Nam ſecus facere, eſt tyrannice cogere, & ſtrangulare Lectorem, ut ea, prout edita ſunt, accipiat, velit, nolit, nec in ambiguis habeat quem conſulat, quo ſe vertat. Ut plane (quod dictum eſt) non ſit iſtud in lucem edere, ſed offundere tenebris omne, quod promitur.

III. Collatio a majoribus occultata male prodita. Secundum igitur Redemptoris noſtri illam ſententiam (a): *Omnis, qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur opera ejus, quia in Deo ſunt facta.* Arguendus eſt iſte filius eſſe tenebrarum, qui tenebricoſum opus, perpetuis tenebris dignum a majoribus habitum & abditum, obſcuritate nominis, & loci, unde prodierit, totum denſa offuſum caligine in odium, & invidiam Catholici nominis ſparſerit; ut conſultius Pithæus egerit (ſi verum eſt quod præfatur anonymus) ut apud ſe retinuerit, nec prodiderit in dedecus Galliarum quod apud ſe habebat eorumdem Actorum vetus exemplar.

(a) *Joan. 3.*

Sed tantum abeſt, ut quod voluit, aſſecutus ſit auctor, qui edidit, ut potius contrarium nolens & invitus ſit operatus; cum ex litteris, quas recitat Ludovici pii, ipſa pietas in tenebris eluceſcat

PAGIUS SÆC. IX.

**ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6318.**

☉ 22. A. ☽ 9. P. 9. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 825.

EUGENII II. PAPÆ 2.

LUDOVICI IMP. 12.

MICHAELIS BALBI I. IMP. 6.

Anno Eræ Hiſp. DCCCLXIII. Anno Hegiræ CCX. inchoato die 23. Apr. fer. 1.

A. C. 825. I. ANum. I. ad IV. Conventus Pariſienſis de cauſa Imaginum Kalendis Novembris hoc anno habitus, ut recte cenſuit Baronius, non vero anno ſuperiori, ut Tom. VII. Concil. legitur. Epiſcopi enim Galliarum in illo Conventu congregati in ſuis ad Ludovicum Aug. literis ajunt: *Fecimus Epiſtolam nobis relegi, quam vobis Legati Græcorum* ANNO PRÆTERITO *detulerunt*. Certum eſt autem Michaelis & Theophili Imperatorum Orientalium literas anno ſuperiori Ludovico Aug. redditas eſſe. Porro poſt Orientalium Legatorum diſceſſum, *Freculfum* Epiſcopum Lexovienſem & *Adegarium* Legatos Romam miſit Ludovicus, ut facultatem ab Eugenio Papa obtinerent Viros doctos congregandi, quo cauſa Imaginum magis examinaretur; Legatos autem Græcorum non audivit Ludovicus, niſi poſt ſuum ex Britannia, quo ſub *initium autumni* profectus eſt, reditum. Poſtquam Freculfus & Adegarius Roma reverſi ſunt, quod nonniſi hoc anno contingere potuit, Conventus habitus eſt, & quidem menſe Novembri currentis Chriſti anni. In iiſdem enim literis, in Conventu Pariſienſi datis, Epiſcopi ſcribunt: *Nos ſervi ac fideliſſimi Oratores veſtri, qualiter proximis Kalendis Novembris apud Pariſiorum Urbem juxta præceptum veſtræ Magnitudinis in unum convenimus, qualiterque de negotio a veſtra pietate nobis injuncto, de cauſa videlicet Imaginum egerimus, ad memoriam veſtræ Celſitudinis reducimus*. In illo Conventu Pariſienſi ſententiæ Patrum feſtinato collectæ, cum qui Collectionem Aquiſgranum ad Imperatorem detulerunt, Halitgarius & Amalarius, ſe Ludovico ſtiterint die ſexta menſis Decembris, ut idem Imperator initio ſui Commonitorii a Baronio num. L. recitati teſtatur his verbis: *Venerunt ad præſentiam noſtram Halitgarius & Amalarius Epiſcopi VIII. Idus Decembris, deferentes Collectiones de libris Sanctorum Patrum, quas in Conventu apud Pariſios habito ſimul poſiti collegiſtis*. Earumdem Sen-



ſcat, nimirum quantum ſit apud Romanos Pontifices in univerſa Eccleſia juris & poteſtatis, & quanta Imperatores proſequi eos debeant reverentia, & colere obſervantia.

IV. Quod in primis ſpectat ad ipſos, qui adfuerunt, Collatores (ut omnis erroris origo & cauſa pandatur) ſciendum eſt, quod ex male percepto ſenſu S. Gregorii Papæ in epiſtola ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum, invaluit apud eos error ille, quo dicerent, ſacras imagines in Eccleſiis ad docendum tantum, non ad eas adorandum exponi debere. Ex ignorantia & malitia prodiit error. Ex qua falſa ſuſcepta ſemel aſſumptione, in illud ſimul præcipitium ſponte ferrentur, ut ſeptimam Oecumenicam Nicænam Synodum eo nomine condemnarent, mentientes, quod in ea latriæ adoratione juberentur imagines adorari. Sic igitur occaſione legationis hæretici Imperatoris Michaelis cicatricem male obductam refricantes, vulnus periculoſius induxerunt, quod antea inflictum in Francofordienſi Concilio, jam fuerat abolitione Actorum illorum plene curatum, ſed nunc ob inſcitiam Collatorum & nequitiam pariter (ut apparebit) dira exulceratione recrudit. Quod cum hic aſpicis, tu ad præparatum antea, & eo loco repoſitum, ubi actum eſt ſuperius de Francofordienſi Concilio, antidotum feſtine recurre: nam ibi nos agentes de Francofordienſi Concilio, ipſorum errores confutavimus. Ad eum igitur locum (ne eadem repetere cum labore & tædio teneamur) veri amantem Lectorem reiicimus, ubi & quinam fuerint iſti ejus ſententiæ defenſores, oſtendimus: ea legat, ut ſecure, mente illæſa percurrat, quæ in hac habita Collatione inveniet offendicula: quæ in primis reperiet in epiſtola ab ipſis ad eumdem Ludovicum Imperatorem hoc anno data, inſcripta falſo titulo Synodi, quæ ſic ſe habet:

Synodus Pariſienſis, octingenteſimo vigeſimo quinto anno (a).

*Excellentiſſimis ac victorioſiſſimis Deoque amabilibus Auguſtis dominis HLudovico & HLudhario ſereniſſimis Imperatoribus.*

(a) *Synodus Pariſienſis pag.* 19.

V. *Nos ſervi & fideliſſimi oratores veſtri, qualiter proximis Kalend. Novembris apud Pariſiorum urbem juxta præceptum veſtræ magnitudinis in unum convenimus, qualiterque de negotio a veſtra pietate nobis injuncto, de cauſa videlicet imaginum egerimus ad memoriam veſtræ celſitudinis reducimus. Sed ut melius nobis manifeſtum fieret, ob quam cauſam veſtra pietas, quæ erga Dei ſanctæque ſuæ Eccleſiæ amorem ardentiſſime flagrat, ad hoc inquirendum primo accenſa fuerit: neceſſariam duximus initium hujuſce rei cognoſcere. Et ideo primum epiſtolam domini Hadriani Papæ, quam pridem pro imaginibus erigendis Conſtantino Imperatori & Irenæ matri ejus ad eorum deprecationem in tranſmarinis partibus direxit, coram nobis legi fecimus, & quantum noſtræ parvitati res patuit, ſicut juſte reprehendit illos, qui imagines Sanctorum temerario auſu in illis partibus confringere, & penitus abolere præſumpſerunt; ſic indiſcrete noſcitur feciſſe, id quod ſuperſtitioſe eas adorare juſſit. Pro quarum etiam cauſa Synodum congregari præcepit, & ſua auctoritate ſub jurejurando cenſuit, ut erigerentur & adorarentur, & ſanctæ nuncuparentur; cum eas erigere licitum, adorare vero nefas ſit. Inſeruit etiam in eadem epiſtola quædam teſtimonia ſanctorum Patrum, quantum nobis datur intelligi, valde abſona, & ad rem, de qua agitur, minime pertinentia.* Hæc iſti de Hadria-

Collatorum ep. ad Ludovicum & Lotharium Impp.

PAGIUS tentiarum Collectores in literis ad Ludovicum proxime citatis, quarum partem refert Baronius num. V. & ſeqq. de præcipiti feſtinatione conqueruntur, & ſi quid *minus* aut *indecens* in ipſa Collectione repertum fuerit, temporis anguſtiam legitimæ ſibi excuſationi fore ſperant.

II. *Conventus ille bis typis mandatus.* Anno MDXCVI. prodiit Francofurti Libellus cum hoc titulo: *Synodus Pariſienſis de Imaginibus anno Chriſti DCCCXXIV. ex vetuſtiſſimo Codice deſcripta & nunc primum in lucem edita*. Sed cum careret Auctoris nomine, qui invenit, & edendam curavit, vel ex qua fuerit accepta Bibliotheca, & manifeſto pateret, Opus illud in odium Romanæ Eccleſiæ divulgatum eſſe, Bellarminus ſtatim Libellum illum confutavit tamquam falſo Synodum Pariſienſem inſcriptum. Petrus quidem Delalande Theſaurarius Eccleſiæ S. Frambaldi Silvanectenſis eamdem Synodum poſtea publicavit ex Codice Bibliothecæ Thuanæ num. CCLXX. ſed nec Labbeus in Collectione Conciliorum Generalium, nec Sirmondus in Conciliis Gallicanis illam Synodum retulere, quod Gallorum illius temporis ab Imaginum adoratione abhorrentium hæreſim redoleat. De qua Synodo ſeu Conventu cum accurate diſſeruerit Mabillonius in Præfatione ad priorem partem Sæculi IV. Benedictini ex eo hic excerpam quæ ad illuſtrationem eorum quæ de cauſa Imaginum Baronius ſcripſit, magis facere videbuntur.

III. *Quid in eo decretum circa Imagines.* A num. IV. ad LXIV. Ludovicus Aug. petita licentia ab Eugenio Papa Epiſcoporum Conventum Pariſios indixit, in quo conditus eſt Libellus ad probandum retinendas quidem Imagines, ſed nullatenus adorandas eſſe, ullove ſuperſtitioſo cultu honorandas. Sed cum vereretur Auguſtus, ne lecto integro Libello *Eugenius* Papa commoveretur, collecta ex eo Libello capitula ipſi direxit per Hieremiam Senonenſem, & Jonam Aurelianenſem Antiſtites, dato mandato, ut hac de re prudenter & moderate cum Pontifice agerent. Quid inde actum ſit, incertum. Conſtat tamen Gallicanam Eccleſiam in eadem ſententia perſtitiſſe uſque ad finem hujus ſæculi, quo fere tempore cum Græcis & Romana Eccleſia in modo colendi Imagines convenire cœpit.

Poſt

driano. Ex quibus plane intelligas ejuſdem eſſe farinæ homines cum illis, & fortaſſe eoſdem ipſos, qui ſub nomine Caroli Magni ad eumdem Hadrianum ſcripſere adverſus ſeptimam Synodum commentarium, quos ſatis eſt confutatos eſſe ſuperius. In eo autem quod calumniati ſunt eumdem Hadrianum Pontificem, jurejurando cenſuiſſe, ut imagines erigerentur & adorarentur, cum nihil penitus de juramento, vel levis inſit uſquam mentio, plane mendaces arguuntur & fraudulenti. Sed pergunt:

VI. Calumnioſe agunt adverſarii Collatores.

*Ex hujus namque epiſtolæ textu Imperator & clerus ſimulque populus auctoritatem ſumentes, Synodum fecerunt, in qua ſicut illi multum deviaverunt, qui imagines Sanctorum in illa alia Synodo, quæ ſub Conſtantino avo memorati Conſtantini facta eſt, penitus abdicandas eſſe decreverunt; ſic iſti non mediocriter erraverunt, qui eas non ſolum coli & adorari & ſanctas nuncupari ſanxerunt, verum etiam ſanctimoniam ab eis ſe adipiſci profeſſi ſunt.* Et iſta quoque quam calumnioſe ingerantur, æque ſuperius dictum, & de obiectionibus in eam Synodum Oecumenicam illatis ab ipſis prolixius tractatum eſt; cum patenter oſtendimus ſparſas de eadem Synodo ab eis calumnias, & adornata mendacia, quæ, ſicut aperuimus, æque repellimus. Pergunt vero: *Et ut id eſſe verum, quod nitebantur aſtruere, demonſtrarent, quædam ſanctarum ſcripturarum teſtimonia, & ſanctorum Patrum dicta ad ſuum ſuperſtitioſum errorem confirmandum, violenter ſumpſerunt, & eidem ſuo operi incompetenter aptaverunt, quoniam non eo ſenſu, quo dicta, nec eo intellectu, quo a ſanctis Patribus expoſita, ab illis eſſe produntur prolata, vel intellecta.*

VII. Inculcant mendacia Collatores.

*Eamdem porro Synodum cum ſanctæ memoriæ genitor veſter coram ſe ſuiſque perlegi feciſſet, & multis in locis (ut dignum erat) reprehendiſſet, & quædam capita, quæ reprehenſioni patebant, prænotaſſet: ea per Angilbertum Abbatem eidem Hadriano Papæ direxiſſet, ut illius judicio, & auctoritate corrigerentur.* Mentiri rurſus adverſarii convincuntur in eo, quod ajunt a Carolo ea de Synodo ſepti-

ma

PAGIUS

IV. *Claudius Epi. Taurinenſis ſcribit adverſus Imagines.*

Poſt Conventum Pariſienſem *Claudius* Taurinenſis Epiſcopus, natione Hiſpanus, Felicis Urgellitani diſcipulus, auctoritate qua apud Ludovicum Aug. pollebat, nimis quam elatus Imagines & Cruces ex Epiſcopatus ſui Baſilicis abegit, confregitque. Qua re comperta *Theodemirus* Gallus Abbas cujuſdam Monaſterii, in quo *centum quadraginta Monachi ſub Regula S. Benedicti* vivebant, Claudio cæteroquin familiaris admodum & acceptus, adverſus eum ob iſtud factum commotus, conqueſtuſque eſt ſcripta Epiſtola, quæ retinendas Imagines non tamen adorandas aſſerebat, ut videre eſt apud Baronium num. LIX. His literis ab amico directis ſuperbe ac proterve *Claudius* reſpondit Apologetico (quod vocat) edito adverſus Theodomirum, ut ibidem Baronius n. LX. Hujus defenſionem *Dungalus Recluſus* ſuſcepit biennio poſt Synodum Pariſienſem, de quo Baronius n. LXIII. tum *Jonas* Aurelianenſis Epiſcopus, de quo Baronius n. LVII. LXI. & LXIII. ſub extremum tempus vitæ Ludovici Aug. tribus libris quos iiſdem Ludovico & Claudio mortuis perfecit, & Carolo Calvo nuncupavit. Ambo vero in Opuſculo ſuo tria moliuntur adverſus Claudium. Quippe *de tribus* inquit Dungalus, *cauſis ille impudens calumniator in ſua diſputavit Epiſtola, hoc eſt primo, de Imaginibus confringendis ac proiiciendis: ſecundo, de Cruce non adoranda amplius, quam aſinus quilibet, aut ſpinoſa rubus: tertio Memorias* (ideſt Oratoria) *Sanctorum & ſpecialiter Eccleſiam S. Petri probihebat adiri.* Hos Claudii errores Dungalus & Jonas libris ſuis, qui lucem viderunt, confutant[1].

V. *Sententia Gallorum de Imaginibus.*

De Sanctæ Crucis & Imaginum cultu eadem fuit aliorum Galliæ, immo & Germaniæ Epiſcoporum ſententia, teſtante Jona in lib. 1. *Qui, quaſo te, ſunt iſti, qui agnos pictos velint adorare? Nunquid non Galli aut Germani? Quicumque picturæ adorationem non ſolum defendere detrectant, ſed & adorantibus libera voce reſultant, eoſque quantum poſſunt invectione redarguunt, & ut ad ſanam mentem redeant, toto conamine elaborant.* Aperta eſt hac de re Eginhardi, Agobardi, Annalium Francorum, Bertinianorum, atque Fuldenſium, Hincmari & Adonis ſententia in Synodum Nicænam.

VI. *S. Gregorii M. teſtimonio innitebantur.*

At videndum, in quo ſita fuerit Gallorum ſententia pro Imaginibus Sacris, qua in re a Græcis diſcreparint, ac quomodo tandem in conſenſionem cum eis venerint. Gallos, uti & alios populos Catholicæ communionis, Imaginibus in Baſilicis & in privatis ædibus uſos antiquitus fuiſſe conſtat. Notum eſt factum Sereni Maſſilienſis Epiſcopi, qui ſub initium ſæculi VII. cum populum ſibi creditum ad adorandas Imagines ferveſcere animadvertet, eas e templis eliminavit, projectaſque confregit. Sereni Zelum approbavit Gregorius M. prohibentis ne quid manu factum adoraretur, factum improbavit, quod ſcilicet eaſdem Imagines confregiſſet: *Idcirco*, enim inquit, *pictura in Eccleſiis ad-*

*bi-*

NOTÆ [1] Contra hæreſim ſeu blaſphemias Claudii Taurinenſis, inter primos viva ſaltem voce inſurrexiſſe puto S. Aldricum inter monachos adhuc tunc agentem, dein ad Sennonenſes infulas tranſlatum. Ita enim interpretor verba illa authoris vitæ ejuſdem S. Præſulis cap. 1. in actis Bollandianis ad diem III. Junii: *Ad cujus monitum quorumdam incredulorum, qui tunc fidem Chriſtianam impugnabant, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illi, verſutias eliſit argutas, & ruinam periclitantis fidei propulſata penitus ambiguitate redintegravit.* Quamquam enim ignorare ſe Mabilio & Henſchenius profitentur de quibuſnam hæreticis dicta hæc accipienda ſint; tamen ut de hæreſi in quam Claudius invehere nitebatur exponantur, nec ratio nec tempus abludit; nam S. Aldricus anno 829. epiſcopalem cathedram adivit. MANSI



ma loca reprehenſa: nam luce clarius ex iiſdem reprehenſionibus demonſtravimus, non ab ipſo Carolo eas excogitatas, ſed ab aliis eas ipſi oblatas Carolo; ab eo vero miſſas ad Hadrianum, in quem iſti e malo hæc ſtomacho rurſus evomunt, dicentes: *Ipſe Hadrianus rurſus favendo illis, qui ejus inſtinctu tam ſuperſtitioſa tamque incongrua teſtimonia memorato operi inſeruerant, per ſingula capitula in illorum excuſationem reſpondere quæ voluit, non tamen quæ decuit, conatus eſt. Talia quippe quædam ſunt, quæ in illorum objectionem oppoſuit, quæ remota Pontificali auctoritate, veritati & auctoritati refragantur. Sed licet in ipſis objectionibus aliquando abſona, aliquando inconvenientia, aliquando etiam reprehenſione digna teſtimonia defenſionis gratia proferre niſus ſit; in fine tamen ejuſdem Apologiæ ſic ſe ſentire, & tenere, & prædicare, ac præcipere de his, quæ agebantur, profeſſus eſt, ſicut a B. Papa Gregorio inſtitutum eſſe conſtabat. Quibus verbis liquido colligitur, quod non tantum ſcienter, quam ignoranter in eodem facto a recto tramite deviaverit. Niſi enim in concluſione obiectionum ſuarum retinaculis veritatis, beati ſcilicet Gregorii inſtitutis aſtrictus iter devium præcaviſſet, in ſuperſtitionis præcipitium omnino labi potuiſſet.*

VIII. Confutata mendacia Collatorum.

Iſta cum ii adeo impudenter effutiant: debemus plurimas Deo gratias, quod ipſa Hadriani ſcripta integra adhuc extent, quibus ſane tanta ſtoliditas, ſive potius inſignis pravitas, doluſque malus adverſantium arguatur, dum ex eis apparet meridiana luce clarius, quod Hadrianus non deſerendo cultum imaginum, Gregorium citat, ſed aſſerendo, & profitendo, ipſumque tam ſcriptis, quam factis oſtendit eumdem ſanctum Gregorium eſſe profeſſum. Sed de his latiſſime citato loco ſuperius dictum eſt, quæ rurſum conſulere ne graveris, quo magis horum mendacia deteſteris. Qui pergunt, conſilium dantes, quid ipſe tunc facere debeat Ludovicus.

*His igitur pro captu ingenii animadverſis & intellectis: ut plenius etiam nobis cuncta pateſcerent, fecimus epiſtolam nobis relegi, quam nobis Legati Græcorum anno præterito detulerunt. Venerabilis namque Freculfus Epiſcopus ſubtiliter, prudenterque, qualiter ipſe, & Adegarius ſocius illius de hac re cum domno Apoſtolico & cum venerandis Epiſcopis & miniſtris illius egiſſent, viva voce parvitati noſtræ innotuit.* (De legatione præmiſſa ad Rom. Pont.) *Sed cum prudenti relatu illius cuncta cognoviſſemus, qualiter partim veritatis ignorantia, partim peſſimæ conſuetudinis uſu, hujus ſuperſtitionis peſtis illis in partibus inoleviſſet, & priora & poſteriora ſtudioſiſſime conſideraſſemus: intelleximus, quantum nobis res patuit, quo zelo ad hæc conſideranda veſtra ſancta devotio excitata fuerit. Non enim ignoramus animum veſtrum magno tædio poſſe affici, cum illos a recto tramite quoquo modo conſpicitis deviare, qui ſumma auctoritate præditi deviantes quoſque debuerant corrigere. Illo nempe zelo accenſi eſtis, de quo B. Paulus Apoſtolus dicit (a): Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Cum enim duos in periculo conſtitutos conſpexiſtis, & a via regia declinantes, unum ſcilicet ad ſiniſtram in abruptum confringendarum imaginum prolapſum, alterum vero ad dexteram in ſuperſtitioſam videlicet earumdem imaginum adorationem proclivem: voluiſtis vos affectu pietatis medium opponere, & utriuſque partis morbo ſalutiferam medicinam conferre.*

(a) 2. Cor. 11.

IX. Quid agendum conſulant Collatores.

*Sed quoniam maximum vobis in eo obſtaculum erat, eo quod pars illa, quæ debebat errata corrigere, ſuaque auctoritate hujuſce ſuperſtitionis errori obniti, ipſa prorſus eidem ſuperſtitioni non ſolum reſiſtere, verum etiam incauta defenſione contra auctoritatem divinam & ſanctorum Patrum dicta nitebatur ſuffragari: aperuit vobis Dominus oſtium juxta optatum vobis deſiderium, ut licentia vobis ab eadem tribueretur auctoritate tantæ rei cum veſtris quærendi familiariter veritatem; ut quoniam inerat vobis voluntas*



*con-*

PAGIUS

*bibetur, ut hi qui literas neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in Codicibus non valent. Tua ergo fraternitas & illa ſervare, & ab eorum adoratu populum prohibere debere debuit: quatenus & literarum neſcii haberent, unde ſcientiam Hiſtoriæ colligerent; & populus in picturæ adoratione minime peccaret.* Qua in Epiſtola duo tantum exigit Sanctiſſimus Pontifex, nempe Imagines in Eccleſiis retinendas eſſe, non tamen adorandas. Hanc regulam a Summo & vere Magno Antiſtite Gallicano Antiſtiti præſcriptam, tota quanta eſt Gallicana Eccleſia ſibi ſequendam eſſe indubitanter exiſtimavit. Mentem Sancti Gregorii fuſius explicat Baronius anno DCCXCIV. num. XLVI. & ſeqq.

VII. *Abborrebant a nimio Studio Græcorum erga Imagines.*

In more poſitum erat apud Græcos, alioſque populos Romano ſubjectos Imperio, ut ſtatis diebus imagines & ſtatuæ Imperatorum, qui beneficiis Rempublicam demeruiſſent, quotannis colerentur certis ritibus: quos poſtea Imaginibus Sacris exhibendos eſſe religio facile perſuaſit. Ita ergo res accidiſſe videtur, ut cum adorationem, odores, alioſque ſolennis pompæ ritus Imperialibus ſtatuis deferrent Græci; viſum eſt etiam religioſis quibuſque, nihil minus Chriſti Domini, Beatæ Mariæ, aliorumque Sanctorum Imaginibus deferendum. Sicque honoraria illa Imperialium ſtatuarum veneratio ad Sacras Imagines traducta eſt primum apud Græcos, ſerius apud Gallos, quibus inauditus inuſitatuſque fuit, cum prioris, tum poſterio-

ris

*conſulendi, & deerat auctoritas quærendi: ejus auctoritate quæreretis veritatem, cujus auctoritas deviare videbatur ab ipſa veritate; quatenus ſancto veſtro deſiderio & vigili ſtudio veritas patefacta, dum ſe in medium oſtenderet, etiam ipſa auctoritas volens, nolenſque veritati cederet atque ſuccumberet. Verum quoniam fratrum ſalus non eſt negligenda, & eminens auctoritas non eſt facile reprehendenda: viſum eſt extremitati noſtræ ut omnis veſtræ ſerenitatis ſermo ad illos ſpecialiter ex Apoſtolicarum auctoritate litterarum dirigatur: quorum primum cauſa ad hæc quærenda eſtis excitati; & quicquid reprehenſionis in utriſque partibus dignum cognoſcitur, ad illorum perſonam potius referatur, qui libere admoneri poſſunt, & quorum ſcandalum ſi pro veritate ortum fuerit, facilius tolerari poteſt.* Vidiſti quid iſti Ludovico ſuadeant, nimirum ut litteræ ſcribantur ad Michaelem Imp. auctoritate (ut ajunt) litterarum Apoſtolicarum, nempe nomine Romani Pontificis, quod (ut videbimus) factum eſt; cum longe procul abfuerit, ut vel levis conſenſus Apoſtolicæ Sedis acceſſerit. Cæterum quomodo cum Græcorum Imperatore, rurſus quomodo ſe gerat cum Romano Pontifice, ad eos ſcribendo, ſic Collatores eumdem Ludovicum Imperat. admonent:

X. *Credimus itaque quod illos reprehendendo, illiſque compatiendo, iſtos vero demulcendo, laudando & præferendo, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ condignam laudem deferendo, veritatem ex teſtimoniis ſanctarum ſcripturarum & ſententiis ſanctorum Patrum in medium proferendo, & veraciter, ſobrieque exponendo, poterit veſtra ſanctiſſima devotio, ſicut optat, utriſque conſulere: Sic quippe refragator vinculis veritatis modo blandiendo, modo honorando, modo ſecundum rationem veritatem demonſtrando ſubtiliter adſtrictus, non audebit aliter docere, quam quod veritas habet, nec poterit aliter tenere, quam quod veritas habet, nec aliter tentare, quam quod veritatis documento aliis tenendum tradiderit.*

XI. De ſuadendo errore Rom. Pont. laborant adverſarii.

*Tali nempe modo viſum eſt noſtræ mediocritati, ut utriuſque partis ſaluti commodiſſime prodeſſe, magnamque vobis a Domino remunerationem hujus rei gratia præparare poſſitis. Credimus ſane quia quamquam aliqua ex parte ſuperſtitioſam ſibi conſuetudinem forte vendicare velint: nullatenus tamen ab eadem Sede aliter quam auctoritas & veritas ſe habet, mandare in aliquam partem præſumet. Verebitur ſiquidem poteſtatem veſtram, auctoritatem Sedis & teſtimonia veritatis. Cum igitur a veſtra ſancta devotione ita peracta fuerint, licet (quod non optamus) in aliquo aut iſti, aut illi deviare voluerint, & veſtram ſaluberrimam admonitionem, quæ tota ex auctoritate veritatis profertur, audire contempſerint; non minor id vobis a Domino recompenſatio fiet, quia totum, ſecundum verba Heliæ (a) Prophetæ, quod veſtrum fuit, facere ſtuduiſtis.* Iſta viri prudentes; quibus cum tantum data fuerit a Romano Pontifice inquirendi facultas: definierint iſti, ſententiamque protulerint in epiſtolam Hadriani, in ipſam Oecumenicam ſeptimam Synodum, & quid de imaginibus ſentiendum ſit, ipſi primæ Sedi legem perſcribere ſtuduerint. Qui & de ſuo ipſorum labore in his conferendis jam pergunt dicere:

(a) 3. Reg 29.

XII. Quæ fuerunt ſtudia adverſariorum.

*Nos denique ſervi veſtri (ſicut ſuperius præmiſſum eſt) in unum convenientes, & de nobis injunctis pro captu intelligentiæ noſtræ familiariter conferentes, teſtimonia ex auctoritate divina, & ſententias ſanctorum Patrum, quas, prout temporis anguſtia permiſit, collegimus, & coram novis legi fecimus, & quicquid cum his de negotio, de quo agetur neceſſarium aptumque judicavimus, & in unum congerere ſtuduimus, veſtræque Imperiali potentiæ per venerabiles viros Halitgarium, & Amalarium dirigere præſumpſimus ut videlicet veſtra a Deo vobis collata ſapientia ex his eligat quicquid neceſſarium, dignumque ad*



PAGIUS ris generis cultus. Certe Carolini Operis Scriptor in lib. 3. cap. 15. Imginum Imperialium adorationes magnopere reprehendit. Quam ob rem, ubi ejuſmodi cultum Synodali auctoritate Imaginibus Sacris delatum accepere Gallicani Præſules, contra obniti cœpere, quaſi honor Deo proprius ad ſimulacra transferretur.

VIII. *Gallorum ſententia magis explicatur.*

Atque ut perſpicuum fiat, qua in re verſaretur Gallorum diſcrimen tum a Græcis, tum ab Imaginum effractoribus ſeu Iconoclaſtis, quidve moliti ſint Patres Synodi Francofurtenſis & Pariſienſis, obſervandum eſt Latinos tribus in rebus conſenſiſſe cum Græcis. Primo, retinendas & exponendas in ædibus privatis atque Sacris Chriſti & Sanctorum Imagines ad excitandam eorum memoriam, & ad erudiendos ſimplices ac illiteratos Chriſtianos. Secundo, colendam & adorandam eſſe Crucem, non quidem adoratione ſumma & latreutica, ac ſecundum fidem, quaſi quid divinum aut cultu dignum ei ineſſe credatur; ſed honoraria ideſt illam ſalutando, aut caput inclinando, vel procumbendo ad illam, mente ad Chriſtum directa. Tertio, etiam Reliquias Sanctorum congruo cultu venerandas eſſe. Quæ poſtrema duo diſerte aſſerunt Jonas & Dungalus in libris ſuis adverſus Claudium Epiſcopum Taurinenſem. At unum erat in quo Galli a Græcis diſſidebant: nimirum quod cultum etiam honorarium ſeu externum Imagini cuilibet denegabant, non tantum abſolutum, ſed etiam relativum (ut vocant) & tranſitorium. Deni-





*idem negotium pertinens judicaverit. Obſecramus itaque humiliter abundantiſſimam pietatem veſtram, ut non nobis adſcribatur quicquid ibi minus, aut indecens, aut . . . . inventum fuerit. Vere enim fatemur, quia anguſtia temporis præpediente, nec quanta voluimus, nec quanta potuimus, collegimus; ſed tantum veſtris ſacris juſſionibus, ut decet & oportet, totis niſibus parere cupientes, quæ parvo in tempore ad manus nobis occurrere potuerunt, breviatim collegimus, & huic operi uſque ad veſtram ſagaciſſimam examinationem inſeruimus. Nam quidam noſtrorum de longe venientes non habuerunt ſpacium temporis quærendi; quidam vero nec cauſam, pro qua ad hunc conventum venire juſſi ſunt, donec pervenerunt, veraciter noſſe potuerunt. Moduinus namque infirmitate, qua diutiſſime laborat, detentus venire nequivit.*

XIII. Excuſatio adverſariorum.

*Scit itaque pleniſſime excellentia veſtra quia illud, quod per omnes Catholicorum libros indagari neceſſitas urget prolixi temporis ſpacio ad legendum indiget. Nam ſi ſufficiens ſpacium temporis nobis tributum fuiſſet, tanta Domino opitulante, poteramus colligere, quæ huic oneri copioſe poterant abundare. Tamen in his, quæ collecta ſunt, ſummam hujus negotii, de quo agitur diſcrete comprehenſam eſſe juxta auctoritatem divinam & ſanctorum Patrum ſententias arbitramur, ita videlicet, ut unuſquiſque fidelis ea perlegens, animadvertere queat, quod imagines Sanctorum ſtulta præſumptione non ſunt confringendæ, & ad injuriam Sanctorum abolendæ & penitus deſpiciendæ: Nec aſſertione ſuperſtitioſa colendæ aut adorandæ, ſed potius hujuſcemodi ſuperſtitione remota, juxta veram religionem, memoriæ & amoris cauſa ob recordationem eorum, quorum imagines habendæ, ſicut a beatiſſimo Gregorio ſatis Catholice, perſpicueque dictum declaratur.* At nec ipſis Romanis Pontificibus aliud retinere atque ſervare, quam quæ a Sancto Gregorio de his ſcripta & facta eſſe noſcuntur, ſemper in conſilio fuit & opere: quæ iſti non percipientes, cum pugnant, aerem verberant: demum vero iſta perorant:

XIV. Conſilium ſubdolum adverſariorum.

*Quia igitur nos his qui in ſacra Sede Petri Apoſtoli reſident, dignam honoris reverentiam jure tribuendam non dubitamus, & illorum erga imagines ſuperſtitioſam venerationem quidam viſu, omnes vero aliorum relatu cognoſcimus: voluimus primum contra illos ſententias ponere, qui imagines præſumptuoſa temeritate confringere præſumpſerunt, quatenus inde iſti animati, aliorum errata valentius vobiſcum corrigerent, & ad ſuam ſuperſtitionem cognoſcendam, veritatis teſtimonia ſuſcipienda animum facilius flecterent. Sicut igitur nobis videtur, & ſuperius præmiſimus, aperte ſermo veſtræ correctionis contra illos uſquequaque dirigi poteſt, a quibus vobis illa epiſtola, quam relegimus, directa eſſe cognoſcitur: quoniam ejus textu utramque partem reprehenſione dignam demonſtravit, & illam ſcilicet, quæ indebito & ſuperſtitioſo cultu imagines venerabatur, & illam, quæ ab inferioribus locis eaſdem imagines evertere & delere præcepit: & ideo credimus, quamquam cætera alia ſecundum auctoritatem veritatis, ſicut in ſuis ſcriptis continetur, idem Imperator fecerit, propter hoc tamen factum quoſdam illarum partium infirmos ſcandalizaſſe, nec non quoſdam noſtræ Urbis Romanæ perturbaſſe.*

XV. Salutatio.

Vides hos magis excuſare Iconoclaſtas, tamquam veritatis auctoritate, ut ajunt, agentes? Qui demum hujuſmodi ſalutatione epiſtolæ finem imponunt: *Ad exaltationem & pacem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ humillimam Deoque amabilem & Chriſtianæ religioni neceſſariam dominationem ſerenitatis veſtræ, Dominus Jeſus Chriſtus incolumen dextera ſuæ pietatis tueri ac felici protectione per immenſum conſervare, & poſt hujus vitæ curſum ſupernis civibus conſortem dignetur efficere.* Hæc ipſi. Qui & illud amplius præſtitere, ut iiſdem ſcriptis, & ad Ludovicum miſſis inſeruerint litterarum formam, quas ipſe Ludovicus ſcribere deberet pro ineunda concordia omnium Eccleſiarum ad ipſum Romanum Pontificem. Extant ipſæ, ſed carent principio atque fine, quas hic tibi legendas poſuimus: Sic enim ſe habent:



PAGIUS que ab Imaginum effractoribus omnino recedebant, tum in eo, quod illi Imagines Sacras penitus abiicerent; tum in eo, quod Imaginum adoratores vocarent idololatras. Quod convicium Latini, ſaltem nonnulli, Græcis impingi nolebant ob Imaginum cultum, tametſi ab eis diſſentirent. Hæc paucis explicanda.

IX. *Credebant adorationem ſoli Deo debitam.*

Adorationem & cultum Imaginibus Sacris detrahebant Galli, hac inducti ratione, quod omnis cultus & adoratio ſoli Deo debeatur. Hinc Carolinus Auctor in lib. 2. cap. 21. probat cultum & adorationem Imaginum pene cunctarum Divinarum Scripturarum abdicari eloquio: *Solum namque Dominum*, inquit, *colere, ipſum adorare, ipſum glorificare debere totius Divinæ Scripturæ tuba intonat.* Eodem tendunt Jonæ verba in lib. 1. *Creaturam adorari; eique aliquid Divinæ ſervitutis impendi nefas ducimus; hujuſque ſceleris patratorem deteſtandum & anathematizandum libera voce proclamamus.* Et Agobardus: *Soli Domino*, inquit, *offeramus gloriam & honorem, nec cum ſimulacris fornicemur.* Et infra: *Nemo ſe fallat, nemo ſe ſeducat, nemo ſe. circumveniat. Quicumque aliquam picturam, vel fuſilem, ſive ductilem adorat ſtatuam* (erant ergo tum in uſu,

(a) Eod. l. pag. 120. Epiſt. nomine Ludovici Imperat. ad Rom. Pont.

. . . . . . . . . . (a). *Quia ergo per charitatem Dei quæ ipſo largiente diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, univerſæ Eccleſiæ notum eſſe non dubitatur, quod omnia quæ intra eamdem ſanctam Dei Eccleſiam ad perennem capiendam ſalutem pertinentia aguntur, ita per ejuſdem ſancti Spiritus gratiam caute agenda ſunt ut illud præcipue charitatis privilegium conſervetur, quod ipſe auctor, & largitor omnium bonorum Dominus de mundo corporaliter abſceſſurus, pro ſummo atque altiſſimo munere fidelibus ſuis dando pariter & relinquendo, largiri dignatus eſt dicens* (b): *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: illud etiam Apoſtoli* (c) *pariter attentiſſime cogitandum: Pacem ſequimini & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. Et idcirco valde neceſſe eſt, ut quiſquis ad illam patriam deſiderat pervenire, ubi numquam diſcordia potuit vel poterit introire: illud ſummopere agere ſtudeat, per quod & ipſe illam Deo placitam charitatis pacem cum omnibus habere ſtudeat, & omnes contra illam pacem diſcordantes ad veram concordiam revocare contendat.*

(b) Joan. 14.
(c) Hebr. 12.

XVI. Ad pacem exhortatio.

*Certum eſt enim, quia ſicut quiſquam, ſi eamdem charitatem, illam Deo placitæ fraternitatis charitatem ſervare poterit & noluerit: ad palatium charitatis pervenire non poterit. Ita ſi illos, quos contra eamdem dilectionis unitatem diſſidentes cognoverit, & illos ad tantæ beatitudinis viam revocare poterit, & virtute, qua valet, non certaverit: ipſe ſibi ejuſdem beatitudinis januam ſeris validiſſimis claudit. Similiter quoque juſtiſſimo Dei judicio eamdem calcandi ſemitam obſtaculum ſibi opponit, ſi ſecundum qualitatis ſuæ modum omnes in Deo unanimes, ne in barathrum diſcordiæ corruant, quantum reniti prævalet, viriliter non contendit. Hæc ad hoc non humana argumentatione reperta, ſed divina toti orbi terrarum docente auctoritate, diffuſa atque notiſſima ubique valere debent; & ubicumque fuerint diſcordantes, ad concordiam revocentur; concordes vero ne in diſcordiam proruant, ab univerſis, qui prævalent, tueantur.*

*His ita ſummatim præmiſſis, ſeries hujus dictionis poſtulat, ut ſubſequens ſermo, cur talia præmiſſa ſint, lucide pandat.*

XVII. De virtutibus Chriſtianorum.

*Quia igitur, ut univerſo Eccleſiaſtico ordini, revelante Spiritu ſancto, notum eſt, inter cætera pietatis documenta, teſtante Apoſtolo, Fides, Spes, Charitas præeminent; ipſæque morum virtutes per prudentiam, temperantiam, fortitudinem, atque juſtitiam, auctore Deo inviolabiliter conſervantur: ita rurſum illæ quatuor ad humanam derivatæ ſobriam converſationem, per rationem, diſcretionem, honeſtatem, atque humilitatem habentur, atque utuntur, nulluſque iſtis carens, illas perfecte habere potuit, nec eis rite, iſtis ſpretis, aliquando uti prævaluit. Et quamvis ſint quædam ex eis humanam rationem excedentes, ut ſunt nonnulla, quæ ſola fide attingi poſſunt, & ob hoc ineffabilia, & incomprenſibilia dicuntur; auctoritate tamen divina in ſacris voluminibus, ſanctorum etiam Catholicorum Patrum edictis, Deo revelante, qualiter eadem tenenda vel confitenda ſint, ſufficienter reperiuntur; ideoque pene ab omnibus deſideratur, optatur, quæritur, ut ratione præeunte, comitante, ſubſequente in omnibus, vel de omnibus, unde certus eſſe deſiderat, ſalva, & antepoſita ſemper & ubique divina auctoritate, non prius qualibet humana adinventione opponatur, quam utili ratione inſtruatur, & undecumque certus eſſe deſiderat, pleniter imbuatur.*

XVIII.

*Idcirco ergo ſummopere cavendum eſt, ne homini rationali rationem deſideranti, atque poſcenti, ullo modo ratio interdicatur, niſi tantum in his, ut ſupra commemoratum eſt, ineffabilis tanta & talis occurrat ſublimitas, cui merito univerſa humana ſe ſubſternat ratiocinationis humilitas. Quia vero uno pretio, Chriſti videlicet ſanguine, redempti fratres ſumus, & ipſo miſerante, cujus miſericordia id ſimus, cognoſci meruimus, cum omni mentis affectu (ut ſupra commemoratum eſt) neceſſitatem fratrum noſtrorum, totius ſcilicet Imperii Orientalium Romanorum ad intima cordis noſtri viſcera admittere debemus, quorum inviolabilem*

PAGIUS

faltem alicubi ſtatuæ Sanctorum); *non exhibet cultum Deo, non honorat Angelos vel homines Sanctos, ſed ſimulacra veneratur.*

X. *Imo & omnem cultum ſecundarium.*

Neque dixeris hæc intelligi de cultu abſoluto, non vero de tranſitorio, qui ad exemplaria refertur. Tam enim ſecundarium hunc cultum Auctores iſti, quam primarium refutabant. Hæc Agobardus in cap. 19. *Dicit forſan aliquis non ſe putare Imagini, quam adorat, aliquid ineſſe Divinum, ſed tantummodo pro honore ejus, cujus effigies eſt, tali eam veneratione donare. Cui facile reſpondetur: Quia ſi Imago, quam adorat, Deus non eſt; nequaquam veneranda eſt quaſi pro honore Sanctorum, qui nequaquam divinos ſibi arrogant honores.* Et in cap. 35. *Nec iterum ad ſua latibula fraudulenta recurrat aſtutia, ut dicat ſe non Imagines Sanctorum adorare, ſed Sanctos. Clamat enim Deus: Gloriam meam alteri non dabo.* Eadem eſt ſententia Jonæ in lib. 1. Nam relatis ex Claudio eorum, qui colebant Imagines, hiſce verbis: *Non putamus Imagini quam adoramus, aliquid ineſſe divinum; ſed tantummodo pro honore cujus effigies eſt, tali eam veneratione adoramus*, hæc ſubinfert: *Una autem reprehendimus ac deteſtamur. Quia cum eorum ſententiam non*



*lem charitatem, ob nullam aliam diſceptationis occaſionem, nimis duriter, ut multis videtur, irrationabiliter ſciſſam eſſe cognovimus, niſi quod quidam illorum una cum Michaele & Theophilo Imperatoribus fratribus noſtris, imagines Sanctorum non habere volunt; quidam vero e contra ex eadem ſancta plebe non ſolum habere, ſed etiam adorare volunt. Quorum altercationis diſcordiæ ſumma talis eſt, ut nolentes illas habere, volentes nec habere conſentiant. Volentes vero, nolentes etiam adorare compellant. Qui hinc & inde in diverſa tendentes adverſus alterutrum, ſive humana argumentatione, vel ratione, ſive etiam ex divina auctoritate, vel Sanctorum Patrum ſcriptis voluntati ſuæ excerpta, & coacervata habent, ut utriſque videtur, congrua plurima teſtimonia, quibus & iſti ſuam, & illi e contra vindicare & obtinere ſuam putant poſſe ſententiam.*

XIX. Rom. Pont. Papa univerſalis.

*Unde ſicut dignum, & vere dignum, & juſtum eſt, ut præeunte Spiritus ſancti virtute, ille inter eos in nomine Domini talia correcturus, & ad viam veritatis ſanctiſſimo moderamine reducturus, primus in hominibus arbiter occurrat, quem Deus omnipotens in Sede Apoſtolica collocare, eorumque Vicarium eidem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ dare dignatus eſt, & ob hoc ei nomen ſpeciale in toto orbe terrarum ab eadem ſancta Dei Eccleſia, præ omnibus Pontificibus decretum eſt, ut ſolus, non ſua abuſione, ſed ſanctorum Apoſtolorum auctoritate, Univerſalis Papa dicatur, ſcribatur, & ab omnibus habeatur. Et quia ſicut omnibus notum eſt, dicente* (a) *Joanne Apoſtolo: Hora noviſſima eſt: & Paulo* (b): *Nos in quos fines ſæculorum devenerunt. Et ideo tempus inſtat, dies Judicii abſque ulla diuturna dilatione appropinquat: nulli dubium eſt, quin diabolus inter reliqua perditionis ſuæ argumenta, illud præcipue contendit, ut in noviſſimo die ſanctæ Dei Eccleſiæ charitatem mutuam ſcindat, unanimitatem per quamlibet occaſionem ſcindat, viſcera dilectionis corrumpat, ut eam non in pace ſuperius commemorata, ſed diſciſſam & dilaceratam dies ille horrendus inveniat.*

(a) 1. Joan. 2.
(b) 1. Cor. 10.

XX.

*Sed nec illud latet, quod ipſe infelix infelicium, miſerrimuſque omnium miſerorum, non curat per quamlibet occaſionem corporalem, ſpiritualem, mundanam, Eccleſiaſticam, id efficere poſſit, dum tamen quolibet argumento ejus Deo placitam in diligendo ſoliditatem ſcindere valeat. Et cum univerſus ei Eccleſiaſticus ordo merito obviare debeat: nullus tamen ſub hac conditione majori conſtringitur debito, quam ille, qui tanto in Sede Apoſtolica illorum auctoritate pro eorum reverentia in univerſali mundo, ac tali honorari meruit privilegio. Qui tamen Univerſalis merito non dicitur, ſi pro univerſali Eccleſiæ ſtatu viribus, quibus valet, non agonizatur.* Ac ſi diceret, ſecundum merita non eſt dignus dici Univerſalis, qui pro univerſali Eccleſia non laborat; ſed nequaquam indigna merita minuunt auctoritatem. Pergit vero: *Hæc domine Pater, ac toto mundo venerande, atque reverende ſanctiſſime Pontifex, ad inſinuandam in tanta re mentis noſtræ devotionem, præmittere ſtuduimus.*

XXI.

*Ab hinc vero, ſi a Deo conſervanda almitas veſtra ita elegerit, non inſinuando, ſed admonendo, qualiter communis legatio noſtra ad illam ſanctam Dei Eccleſiam corrigendam dirigi poſſit, ſubnectere curabimus; non ut ſanctæ & a Deo datæ ſapientiæ veſtræ (quod abſit) altius, ſublimiuſque progrediendi terminum ponere præſumpſerimus; ſe ne id, quod exinde nobis omnipotentis Dei omnipotenti miſericordia ad obſequium veſtrum, ſalutem noſtram conferre dignata eſt, ſilentio tegeremus, ſicut filium decet, patris in gremio examinis veſtri collocavimus, confiſi in Domino, quod ipſe nobis, exinde quod ſibi placitum, & acceptabile eſt, inſpirare dignabitur.*

XXII.

*Nos tamen non Synodum congregando, ſed quemadmodum a vobis poſtulavimus, licentiamque agendi percepimus, una cum familiaribus noſtris, filiis veſtris, quantum pro multiplicibus ſolicitudinibus Regni diverſis occupati, per intervalla potuimus, conſiderare ſtuduimus, quid almitati veſtræ de tanta neceſſitate ſignificare potuiſſemus, qualiter idem populus a Deo per veſtram conſervandus Ortho-*

PAGIUS

*non ſubterfugiat Imaginibus nihil eſſe Divini; majori digni ſunt invectione, eo quod debitum honorem Divinitati impenderent infirmo & egeno ſimulacro.*

XI. *Omnem cultum Imaginibus abdicabant.*

Ex his manifeſtum eſt, Gallos ejus temporis, ſaltem nonnullos omnem penitus cultum abſolutum atque relativum Imaginibus abdicaſſe; ac proinde ſolam Crucem, cujus cultus ad Chriſtum Dominum refertur, Angelos & homines Sanctos, hoc ſecundario cultu eſſe honorandos; non tamen cultu Divinitatis, ut identidem inculcat Jonas. Quapropter diſpiciendum eſt, num tota controverſia in adorationis & cultus vocabulis hæſerit; ob idque ſolum ejuſmodi officia Imaginibus denegarent Galli quod hæc ſupremi cultus nomina ab ipſis crederentur. Quod, ut magis exploratum evadat, inveſtigare neceſſe eſt, an aliquid obſervantiæ Imaginibus detulerint, quam tamen cultus aut adorationis nomine deſignandam eſſe negaverint.

XII. *Variæ eorum ſententiæ.*

Hac in controverſia, ut fere in omnibus aliis, quidam media via, quidam extremis ambulabant. Auctor Carolinus & Scriptor Libelli editi nomine Synodi Pariſienſis, ſimulque Agobardus, (quem iſtius Libelli Auctorem agnoſcunt

*thodoxam ſanctitatem ad veram concordiam revocari potuiſſet, ut vera pace conglutinati, & in hoc, & in futuro ſeculo, omnium Domino placere potuiſſent. Et quid exinde ſalubre, Domino inſpirante, invenire potuimus, paternitati veſtræ per præſentes filios veſtros, fratres noſtros, quædam dictis, quædam ſcriptis intimando direximus.* Hucuſque quæ ibi poſita ſunt ex epiſtola Ludovici Imperatoris ad Eugenium Romanum Pontificem.

XXIII. De ſcriptis litteris a Gallis Rom. Pont. nomine. Qui igitur ſibi adeo viſi ſunt eſſe ſapientes, præter hæc formam quoque præſcripſerunt earum litterarum, quas Ludovicus nomine Pontificis mitteret in Orientem ad Michaelem atque Theophilum Imperatores, quas antiquitas nominavit pacificas, quod eſſent pacis conciliatrices. Sed quod eas abſque conſenſu ejuſdem Romani Pontificis mittere non liceret: idem Ludovicus Imperator per Legatos ſuos eaſdem ipſas miſit ad eumdem Romanum Pontificem inſpiciendas, ſuadens, ut ad ſanciendam concordiam totius Eccleſiæ illis uti deberet, prout ſignificant ejus litteræ ad eumdem Pontificem datæ, quas proxime redditurí ſumus,

Ita boni iſti Imperatorem maxime pium pro arbitrio traducentes, abuſi zelo ipſius, quæ pietate ejus indigniſſima eſſent, præſtare fecerunt, cum illæ tales eſſent, quæ præter id, quod plura continerent indigna Romano Pontifice, complures admixtos haberent errores, eoſdemque graviſſimos, ut ex ipſis intelliges. Extant enim ipſæ in eodem libello Pariſienſis, quam vocant, Synodi, ſtatim poſt recitatam ipſorum epiſtolam ad Ludovicum poſitæ. Carent ipſæ inſcriptione, atque principio, iſta tantum habentes:

XXIV. (a) Eod. l. Synod. Pariſienſ. p. 126. *(a) Oro autem & obſecro in univerſo mundo (ut beati prædeceſſoris mei domini mei; Gregorii Papæ utar verbis) fratres & domini mei; in quantum peccatores, fratres mei, in quantum juſti, domini mei: quantum ex me, humiliter ſupplico; quantum vero ex tanta auctoritate ſublimiter moneo; ut nemo me hoc loco propter me deſpiciat. Quia etſi ad invitandum nequaquam dignus appareo: magna eſt tamen virtus charitatis & pacis, & unitatis, ad quam vos alta poteſtate in vice beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti invitare præſumo. Cum enim Paulus veridica voce dicat (b): Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam; quia ſine illa nemo videbit Deum: quid felicius, quam & in hoc ſæculo deſiderando, & in illo fruendo Deum videre? Quid e diverſo infelicius, quam nec in hoc ſæculo feliciter optando, nec in illo felicius fruendo videre meruerit Deum? Et cum hujus aſſertionis vel veritatis in univerſo mundo tanta ſint teſtimonia, quæ in præſenti tempore nulla evolvere prævaleat lingua, nullusque mortalium præſcire valeat, quando vel uniuſcuiuſque, vel (quod majus eſt) totius mundi occaſus terminuſve fieri debeat: magna me, ut omnibus notum eſt, urget neceſſitas, ut id, quod ex debito reddere debeo, diutius * differre non audeam, ne forte tanto charitatis debito ſubtracto, in conſpectu æterni Judicis pro vobis omnibus reus appaream.*

(b) Hebr.

* deferre

XXV. *Quamobrem oro, vel moneo, ut * primi mei ſummi Dei Eccleſiæ filii Michael & Theophilus glorioſi vere, & ſublimiter a Deo exaltati Imperatores Romanorum, una cum univerſo Catholico nobiliſſimo Senatu, ac populo vobis a Deo ad gubernandum credito, ut ea, quæ pro ſalute veſtra ex auctoritate beati Petri (cui Dominus noſter Jeſus Chriſtus claves committere dignatus eſt Regni cœlorum, dicens (c): Quodcumque ligaveris ſuper terram, ligatum erit & in cœlis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, ſolutum erit, & in cœlis) admonere & exhortari, & inſinuare neceſſarium duximus: patienter audiatis, animumque Deo placitum veſtrum non ad contemnendum, ſed ad obediendum & conſervandum præparare ſtudeatis. Ideo autem ad obediendum nobis hortamur; quia omnia, quæ vobis de hac cauſa dicturi ſumus, tribus hoc capitulis principaliter & ordinare & confirmare parati ſumus, id eſt, ratione, auctoritate, & conſilio; videlicet rationem texendo, & eamdem rationem, in quantum rationabilis, diſcreta, honeſta & utilis fuerit, auctoritate firmando;* eam-

* primo me

(c) Matt. 16.

PAGIUS ſcunt nonnulli) aliquanto ferventius rem agunt, & longius progrediuntur. Paulo mederatior eſt *Jonas:* at *Vvalafridus Strabus* & *Dungalus* non longe a ſententia Nicænæ Synodi recedunt. Hujus diſcriminis cauſa petenda eſt tum ex novitate controverſiæ, qua incipiente, contentiones amplius fervere ſolent: tum ex diverſo hominum genio, quorum alii æquiores, alii magis præcipites, in diverſa feruntur; alii adverſariorum ſententiam inique æſtimant, exprimuntque.

XIII. Carolinus Auctor in lib. 2. cap. 24. cenſet fas eſſe, hominem *adorare* caritatis & ſalutationis officio: ſecus Imagines manu factas, quibus nequidem eumdem honorem, qui ſacris vaſis defertur, concedit in cap. 25. tametſi Sanctorum, Sacrarumque Reliquiarum venerationem in lib. 3. cap. 24. & 31. approbat.

*Sententia Auctoris Carolini.*

XIV. *Synodi Pariſienſis.* Eodem fertur Libellus Synodi Pariſienſis, in quo legitur non mediocriter erraſſe Septimæ Synodi Patres, *qui eas* (Imagines) *non ſolum coli & adorari, & ſanctas nuncupari ſanxerunt; verum etiam Sanctimoniam ab eis ſe adipiſci profeſſi ſunt.* Quin etiam *Hadrianum*, qui Synodi Decreta confirmavit, eo nomine reprehendit, quod Imaginum ſuperſtitioſam (ſic appel-



*eamdem vero auctoritatem, ſecundum Catholicæ Fidei veritatem, & rectitudinem ſalubriter intelligendo. Ad ultimum vero quid in his ad ſalutem univerſalis Eccleſiæ tenendum ſit, conſilium Deo placitum dando, & idem conſilium confirmando. Et quamvis (ut dignum eſt) divina præcellet auctoritas: primo tamen ad mitigandos, atque ad adunandos animos in diverſa tendentes, ratiocinando omnibus ſatisfacere volumus; ut eo facilius & divinam auctoritatem ſecundum ſanum Catholicæ Fidei intellectum concordes ſuſcipiant, ac deinde certum nobis conſilium ſuavius amplectantur, amplexumque in futuro cuſtodiant.*

XXVI. Eccleſ. Rom. ſemper libera ab omni hæreſi hæreſes confutavit. *Apud omnes igitur hæc ſancta Occidentalis Eccleſia, quæ ſe auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, largiente Domino, Fidei, Spei, & Charitatis ſumpſiſſe exordium gloriatur: ita hactenus per eoſdem Apoſtolos, protegente Spiritu ſancto, & ipſis intercedentibus ac protegentibus ab omni hæreſi illibata nunc uſque conſervata eſt; ut non ſolum ipſa ad quodlibet erroris diverticulum minime declinaret; ſed potius omnes a rectæ Fidei tramite quoquo modo deviantes per Orthodoxos eorumdem ſucceſſores, toto orbe terrarum, ad rectitudinem potius revocaret. Teſtis enim hujus rei non quilibet angulus, ſed orbis terrarum univerſus; quia quoties tales per mundum perſecutiones motæ ſunt, quæ ad periculum Fidei univerſalis Eccleſiæ imminere putabantur, ob inveniendam, inventamque cuſtodiendam Catholicæ Fidei veritatem, ſemper hoc univerſalis Eccleſia præſente, ob hujus ſanctitatem Sedis Pontifice, aut certe cum conſenſu illius verbis litteris porrecto corrigere, porrectumque ad conſervandum, ſtatuere conſuevit.*

XXVII. Rom. Eccl. ſicut & fidei magiſtra diſciplinæ. *Simili modo etiam & in his, quæ ad conſervandum in humanis actibus ejuſdem Eccleſiæ incontaminabilem ſtatum, moderante non qualibet doloſa, vel ſophiſtica, necnon duplici calliditate, ſed veritate ſubnixa, ſimplici ratione, ipſaque diſcretione, honeſtate, utilitate, pariter irradiata ratione, non ſolum noxia vel nociva, verum quoque & ipſa ſuperflua, & non neceſſaria reſecare conſuevit; & ea (ut prædictum eſt) quæ ad ſalutem totius Eccleſiæ pertinere, & inſuper merito carere non debuiſſet: diſſerendo & ordinando ſancire ſolita fuit. Et hoc non tantummodo cauſa Fidei, vel ſicut præmiſſum eſt, de ſtatu humani generis, vel curſu rectitudinis; verum quoque de omni diſſenſione in ſancta Dei Eccleſia, quæ pacem illam turbare videbatur (quam Dominus Apoſtolis & per Apoſtolos nobis omnibus vicariam præſentiæ ſuæ dereliquit, dicens (a): Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis) ubicumque per quodlibet pietatis argumentum pertingere potuit: ſemper hujus ſanctæ Sedis Vicarii Apoſtolorum quædam mulcendo, quædam vero (ſi ita res popoſciſſet) ſublimi ac veneranda auctoritate, ut dignum erat, docendo, pariterque prædicando, ad pacis concordiam revocare ſtuduit.* Iſta illi nomine Romani Pontificis præfati, quibus auctoritatem Romanæ Eccleſiæ ac dignitatem digne, ut par erat, inſinuarunt: ad cauſam vero venientes, melle ita jam illitis faucibus venena propinant. Subdunt enim:

(a) Joan. 14.

XXVIII. *Quorum vicem, qualeſcumque ſimus, miniſterium tamen auctoritate ſubeuntes, charitate pariter, & eadem auctoritate roborati diſſenſionem illam, quæ * infra ipſam ſemper Deo amabilem Romanorum, Græcorumque Eccleſiam exortam durius eamdem Eccleſiam, quam ſaluti illius ullo modo convenire poſſit, ſcindentem diuturno tempore cognovimus: non audemus declinare, ut non illam ex auctoritate tantorum Apoſtolorum ad pacis concordiam, ipſis mediantibus, non debeamus advocare. Maxime vero in eo, quod ejuſdem miſerrimæ diſſenſionis ea ſit materia, ſine qua (ſicut multis videtur) ſalva per Fidem, Spem, & Charitatem incunctanter, & in hoc ſæculo, & in futuro ſalvari poteſt Eccleſia. Quorum ſenſus & ſententia talis eſt: Quid Fidei, Spei, & Charitati obeſſe potuiſſet, ſi imago nulla toto orbe terrarum picta vel ficta fuiſſet? Et quamquam iidem filii noſtri, qui hæc dicunt, rationabiliter ſe oſtendere poſſe nullatenus dubitant, melius illud numquam fuiſſe, ſine cujus cultu, perfecta*

* inter

PAGIUS pellat venerationem) auctoritate ſua probaverit.

XV. *Agobardi.* Agobardus Archiep. Lugdunenſis in cap. 32. ulterius progreditur, ſcribitque, Imagines, vel pictas, vel ſculptas cauſa Hiſtoriæ ad recordandum, non ad colendum admitti oportere. Et cap. 33. errorem invaleſcentem eo evaſiſſe, *ut idololatriæ vel Anthropomorphytarum hæreſi propinquum aut ſimile ſit adorare figmenta, & ſpem in eis habere.* Adhæc in cap. 34. Imagines ſanctas appellari non patitur, quod improbat etiam Libellus Synodi Pariſienſis. Denique eo progreſſus eſt Agobardus in cap. 23. ut dixerit, exemplo Exechiæ Regis, qui ſerpentem æneum a Deo conſtitutum magna cum laude contrivit, quoniam errans populus eum tanquam idolum colere cœperat; multo religioſius Sanctorum Imagines comminuendas eſſe, & uſque ad pulverem eradendas; præſertim *cum non illas fieri Deus juſſerit, ſed humanus ſenſus excogitaverit.*

XVI. *Jonæ.* Jonas Epiſc. Aurelianenſis, etſi omnem Imaginibus cultum abjudicare videtur, eaſque ad memoriam duntaxat & eruditionem exhibendas putat, non tamen cultores *idololatras* vocari ſinit, ut ejus verba in lib. 1. teſtantur: *Nam & il-*

*cta Fide, & Charitate univerſalis ſancta Dei Eccleſia ſalva potuiſſet conſiſtere, quam ſub hac occaſione non dubium, ſed certiſſimum illud malum diſcordiæ debere incurrere, quod niſi correctum fuerit, nullatenus cum hac diſſenſione, ad Dominum (qui pax eſt) omnium ſibi placitam pacem habentium, numquam in perpetuum poſſe pertingere. Et quamvis devotio illorum hoc conſtanter poſtulet, ut eis ratiocinando, qualiter de ipſis imaginibus diſcrete & rationabiliter ſentiant, poſtea diſſerere liceat. Quod ſi eſt, qui ſuſcipere juſto moderamine velit: ſalubre omni homini eſſe non dubitant; ad comparationem tamen tanti mali eamdem imaginum cauſam pro nihilo computant, ſi pax illa, quæ ad æternam vitam, qui eſt Via, Veritas, & Vita, ducit, ad eamdem viam, veritatemque perducta non fuerit.*

XXIX. Audiſti, Lector, quid iſti velint Pontificem ſcribere ad Imperatorem, & tantæ Sedis nomine errorem deſcribere, & non confutare, dum futilem, & nullius ferme eſſe momenti in Eccleſia uſum ſacrarum imaginum, ut abſque eo Fides, Spes, & Charitas in Eccleſia illæſæ remaneant, aſſerere conarentur, perinde ac ſi leve eſſet, & abſque ſalutis æternæ diſpendio, peccare in traditiones Eccleſiæ; & receptos ſacros Eccleſiæ ritus labefactare quis poſſit ſine culpa vel crimine hæreſis. Cur, dicant velim, proſcripti antiquitus ſunt ab Eccleſia, & in claſſem hæreticorum conjecti hæretici Quartodecimani, cum in omnibus, quæ ſunt Orthodoxæ fidei, ſaperent, ex eo ſolum quod non ea die, qua cæteri, Paſcha Dominicum celebrarent? Cur hydroparaſtæ, ex eo quod aqua tantum, non ſecundum Eccleſiæ ritum uterentur & vino in ſacrificio Miſſæ? & alii innumeri, qui cum in cæteris ſacris dogmatibus Eccleſiæ Catholicæ conſentirent, ſed quod receptis ritibus, moribus, cæteriſque traditionibus ejuſdem Eccleſiæ non conſentirent, ab Eccleſia ejecti, exulare ſunt juſſi inter hæreticos. Sed quæ his ſubiecerint inſinuanda ab eodem Pontifice Orientis Imperatoribus, ex iiſdem ipſorum ſcriptis ſic accipe:

*Et idcirco cunctus chorus ſacerdotum necnon & omnis Senatus totius gentis ſeu Imperii Francorum, & univerſa Eccleſia per totam Galliam cum cæteris provinciis eidem a Deo conſervando Imperio ſubditis, audita fama delendæ diſſenſionis fratrum ſuorum, irrevocabiliter poſtulant, ut prius per iſtius ſanctæ Sedis a Deo conſervatam, in futuroque uſque ad finem ſæculi, ſicut ipſi indubitanter & nos omnes per merita Apoſtolum confidimus, conſervandam auctoritatem, illud ſummopere quærere feſtinemus, ut quia auctore Deo, hæc duo Regna in toto orbe terrarum principalia mutua ſibi Deo placita charitate devincta ſunt: illud diaboli telum ab eadem Eccleſia diſſipetur, ut pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum in eadem beata plebe pleniter reſtituatur.* XXX.

*Vociferantur enim in cœlum uno ore & uno corde, omnipotentis Dei judicium inevitabiliter nobis incumbere, ſi auctoritate ſummorum in toto orbe terrarum Apoſtolorum, quorum doctrinis & conſilio univerſus flectitur mundus, diſcordiam veſtram ad veram concordiam non certamus reducere. Dicunt etiam, quid acturi erunt de tam præcipuo coram Deo amiſſo ſolatio, ſi illos, quos poſt hujus ſanctæ Sedis immutabilem tuitionem, illud in tam præcipua chariſſimis fratribus ſolatium perdiderint, qui ſimile in univerſa Eccleſia nullum habebunt. Si enim cum illis veram fidem, integrumque charitatis ardorem non ſervaverint: quid in judicio Domini, tanta neglecta charitate, & in nomine Domini certiſſime confirmata neglexerint? Sed nos diuturnæ lectioni, veſtroque * faſtigio in legendo parcentes, ubi tanta ab eis charitate urgente, de Deo placita mutua dilectione veſtra plorando, immo lugendo conqueſti ſunt; quæ in unum colligi difficile poſſunt, omiſſis, ad eamdem ſertem detexendam, quam ipſi de imaginum reddenda ratione ſpoponderant, redeamus: ajunt enim:*

* faſtidio

XXXI. Inſertus libellus adverſariorum epiſt.

*Oramus ergo, ſanctiſſime ac beatiſſime Pontifex, ut nobis antiquorum Patrum noſtrorum hac de cauſa vitæ curſum recitare liceat; ſimulque prout rationis ordo popoſcerit, ſenſus ſui affectum in hac dum-*



PAGIUS *& illi*, inquit, *qui nimio & indiſcreto amore ob honorem Sanctorum eorum Imaginibus ſupplicant, neſcio an temere Idololatræ ſint vocandi. Videntur ſane potius ab hac ſuperſtitione adhibito rationis moderamine revocandi, quam idololatræ (cum utique Sanctæ Trinitatis fidem veraciter credant & prædicent) nuncupandi.* Contendit tamen Jonas, nequaquam venerandas eſſe Imagines. Id neſcio an, vel quid aliud improbaverit Lupus Abbas Ferrarienſis, cui Opus ſuum diſcutiendum tranſmiſerat. Huc enim referenda Lupi Epiſtola XXVII. quam *Reverentiſſimo Præſuli Jonæ* inſcribit cum W. Monacho (ut credere par eſt) ſuo, reſpondens in hunc modum: *Librum veſtrum, ſicut rogaſtis, excurrimus, ſed, ut parciſſimo dicamus, in eo mutare nihil voluimus: ut Operis veſtri ſitis ipſi correctores, cujus eſtis auctores. Siquidem expendenda nobis fuit teneritudinis & tenuitatis noſtræ ratio, & ætatis ac Ordinis veſtri habenda conſideratio: nec facilitatem ac delectationem quandam reprehendendi, quam in quibuſdam notare ſolemus, debuimus imitari.* Ita pro modeſtia ſua Lupus, cujus ſententiam hoc de argumento inde elicere nobis non licet. Agit de Lupo Baronius numer. LXI. & ſeq.





*taxat re, cur ita, vel ita tenuerint, interſerendo adjungere. Nec vobis tædium fiat, ſi ad oſtendendam rationem veritatis, veritatemque rationis, ſeſe paulo longius ſermo protraxerit, dummodo linea veritatis, quæ ab antiquis Patribus noſtris uſque ad nos inflexibiliter ducta eſt, beato Dionyſio ſcilicet, qui a ſancto Clemente beati Petri Apoſtoli in Apoſtolatu primus ejus ſucceſſor extitit, in Gallias cum duodenario numero primus prædicator directus; & poſt aliquod tempus una cum ſociis ſuis, huc illucque prædicationis gratia diſperſis, martyrio coronatus eſt. Et quamquam plures exiſtant, quidam Martyres, quidam etiam Confeſſores, quorum merita qualia apud Deum habeantur, quamvis quotidianis miraculis coruſcent; quia tamen propter longitudinem terrarum vobis minus cogniti fortaſſe exiſtunt, intermiſſis, ſanctum tamen Hilarium, antiquum Eccleſiaſticum doctorem, necnon & beatum Martinum toto orbe venerandum, vobis notiſſimos eſſe minime dubitantes, ad memoriam reducere neceſſarium æſtimamus; quorum vitæ magiſterio edocti, hæc ita tenenda atque ſervanda ſuſcepimus.*

XXXII. *Sed quia apud nos, vel majores noſtros, ex quo ulla præſens ætas recordari poteſt; numquam ejuſmodi quæſtio mota, vel ventilata fuit: ideo ſemper talis exinde mos ex prædictis antiquis temporibus retentus in univerſa iſtius Regni Eccleſia extitit, ut nullus, ac ſi ex auctoritate ejuſdem ſanctæ Dei Eccleſiæ juberet, nullus cuicumque imaginem volenti pingere aut fingere prohiberet. Unde uſque hodie eadem apud nos conſuetudo tenetur, ut quia hoc auctoritas nulla jubet, nemo jubeat; ſimiliter quia auctoritas nulla prohibet, nemo prohibeat. Quia vero propter præmiſſam rationem aliter eſſe non poteſt, niſi ratio inde habeatur: fortaſſe eadem ratio tale exordium non inconvenienter habere poterit. Si igitur imago in toto orbe terrarum nulla picta, vel ficta eſſet: numquid aliquid Fidei, Spei, vel Charitati ſanctæ Dei Eccleſiæ obeſſet? Rurſum ſi ita, ut in quibuſdam locis, maxime Eccleſiis, ſeu palatiis Principum ob nullum alium Catholicæ Fidei, ſeu religionis cultum, ſed tantummodo ſcientibus pro amoris pii memoria, ſeu ornamento eorumdem locorum, neſcientibus vero pro ejuſdem pietatis doctrinæ pictæ, vel fictæ ſunt, ita per reliqua eiſdem imaginibus congrua domicilia ad eumdem ſenſum pertinentes pictæ, vel fictæ eſſent, quid præfatis virtutibus umquam, vel uſquam obeſſe potuiſſet?*



*Et ideo quia res ita ſe habet: quid ſupereſt, niſi ut qui nolunt, ita non faciant, ut tamen eis, qui illas eo ſenſu, ut præmiſſum eſt, habere volunt, vel faciunt: in faciendo, vel habendo minime contradicant. Et illi ſimiliter, qui habere volunt, nolentes ad habendum, vel faciendum nullatenus cogant? Atque ita auctore Deo uterque illæſe ſervatur, dum & habere nolens * præter cautelam illiciti cultus; & habere nolens præter cautelam illiciti contemptus, ſalus permanere indubitanter poterit. Atque ita, miſerante Deo, majorum noſtrorum in imaginibus, vel picturis morem imitantes, in jubendo, vel prohibendo, in habendo, vel non habendo, in colendo, vel non colendo, illæſos hactenus hac de cauſa, Domino opitulante, nos tranſiſſe, & ipſo gubernante tranſituros nequaquam dubitamus. Quamobrem monendi ſunt omnes, qui eas habere volunt; ne amando, vel quolibet modo orando, vel amplectendo ultra quam oportet, cultum eis illicitum ullatenus impendant. Similiter * illis, qui eas habere noluerunt, ſicubi eas aſpexerint, qualibet ignominioſa, vel probroſa deteſtatione ſpernere, contumeliare, vel lacerare præſumant.* XXXIII.

* propter

* nec illi

*Hinc ergo indubitanter colligi poteſt, quæ illum ratio hoc cum periculo quocumque compellat habere, quod illum proculdubio ſine ullo periculo licet non habere. Ideo ergo totius hujus rationis talis eſt ſumma, ut qui volunt pro pia memoria, vel ſana doctrina in locis competentibus abſque ullo illicito cultu pictas, vel fictas habeant imagines: Qui autem nolunt, abſque ullo illicito contemptu taliter habentes, vel habitas imagines nullatenus ſpernant. Eſſent utique plura, quæ hic ratiocinando, his per omnia congrua dici, vel ſcribi potuiſſent, ſi aut brevitas temporis permitteret, aut id ali-* XXXIV.



PAGIUS XVII. *Walafridi.* *Walafridus Strabus* Abbas Augienſis in lib. de Rebus Eccleſiaſt. cap. 8. tantillo amplius Imaginibus indulget, quam *Jonas*, cenſetque non tantum eas eſſe retinendas, ſed etiam ob amorem eorum, quorum ſimilitudines ſunt, animis videntium arctius imprimendas. Et quidem in eo *devotionem & utilitatem qua commoveri vel inſtrui appetimus, non eſſe culpandam: ſed in his colendis ſuperſtitionem & hebetudinem, qua ſpiritalem cultum ad corporalia traducere erronei nituntur, eſſe damnandam.* Itaque tam eos improbat, *qui eaſdem Imagines ultra quam ſatis eſt venerantur*; quam qui illas ut quaſdam idololatriæ ſpecies penitus reſpuunt. Unde intelligitur *a Walafrido* non damnari quemlibet Imaginum cultum; ſed tantum immodicum, maxime *ſpiritalem*. Quod omnino conſonat Nicænæ Synodi Decreto, quæ *honorarium* duntaxat cultum, ideſt, externum Imaginibus tribuit.

XVIII. Præter ea Walafridus *ne ipſos quidem Sanctos homines*, vivos vel mortuos, divinis colendos honoribus vel honorandos ait: Quæ certe doctrina ſana eſt, maxime ſi ad ejus interpretationem extendatur: *Rogamus enim*, inquit, *Sanctos, non ut ipſi præſtent per ſe, quæ ſaluti no-*

*qua, ſic ea confirmando ſcribi, neceſſitas popoſciſſet*. Hactenus illi in libello, quem inſeruerunt litteris, Papæ nomine ſcribendis ad Imperatores Orientis, in ea parte, quæ (ut ipſi diviſerunt) ſpectat ad rationem, quam habes ſuperius confutatam.

XXXV. Cultus SS. Imaginum miraculo probatus.

Sed quam vane glorientur de majorum conſuetudine, ſat erit, ſi teſtificatione ſanctiſſimi viri Martini, & aſſertione Venantii Fortunati, viri quidem ſancti doctique Pictavienſis Epiſcopi, qui ambo Gallicanam Eccleſiam illuſtrarunt, perſpicue demonſtremus receptum antiquitus, Deoque gratum eſſe cultum ſanctarum imaginum. Quod enim (ut audiſti) de utroque hi magnopere, & jure quidem gloriati ſint, de Martini ſanctitate, Hilariique doctrina: de eodem S. Martino, qui in imagine cultus magna præſtitit, & Fortunato Hilarii ſucceſſore, qui accepit, dicendum exemplum: Si enim piaculum eſſet imaginem colere, nequaquam utique S. Martinus receptus in cælum, in imagine cultus petita donaſſet; nec tantus Epiſcopus Fortunatus petere auſus eſſet, qui ingenue fatetur, quod & carmine cecinit, ſe ægrotantem mirum in modum oculis eſſe curatum oleo lucernæ ardentis in imagine ſancti Martini. Sed audi ipſum (a):

(a) Venant. Fortunat. vit. S. Martini l. 4. in fin.

* Et pete in S. Martini imagine lampadis accenſæ oleo curatur Fortunatus.

** Expete Martini loculum, quo jure ſacelli,*
*Jam deſperatum lumen mihi reddidit auctor*
*Munera qui tribuit, ſaltem, rogo, verba repende.*
*Eſt ibi baſilicæ culmen Pauli atque Joannis:*
*Hic paries retinet Sancti ſub imagine formam,*
*Amplectendæ ipſo dulci pictura colore.*
*Sub pedibus Juſti paries habet * ante feneſtram,*
*Lichnus adeſt, cujus vitrea natat ignis in urna.*
*Huc ego dum propero, valido torquente dolore,*
*Diffugiente gemens oculorum luce feneſtræ,*
*Quo procul ut tetigi benedicto lumen olivo,*
*Igneus ille vapor marcenti fronte receſſit,*
*Et præſens medicus blando fugat unguine morbos.*
*Non oblita mihi mea lumina * munere Sancti:*
*Nam redit ante oculos oculorum cura fidelis,*
*Et memor illud ero, dum luce & corpore conſto.*

* arte

* munera

Hæc ipſe Fortunatus, qui de accepto beneficio in S. Martini veneranda imagine, dignas ut rependeret gratias, res ab eo præclare geſtas quatuor libris verſibus ſcriptis eſt proſecutus.

XXXVI. Si legiſſent hæc iſti de S. Martino, quem vendicant ſibi proprium peculiaremque Sanctum, & audiſſent iſta ipſum adeo clare virtutis voce loquentem, atque pie religioſeque coli Sanctorum imagines etiam luminum accenſione miraculis aſſerentem, certe erubuiſſent Martini nomen ſuis ipſorum ſcriptis attexere, & ab Hilario abſtinuiſſent, cujus Eccleſiæ Epiſcopus & ejus vitæ ſcriptor ſanctitate & doctrina conſpicuus tam fortis ſit teſtis & aſſertor, ac prædicator cultus earumdem ſanctarum imaginum, cum ea quæ ſibi Ravennæ contigerint, verſibus ſcripſerit: & ſic pudeat eos improbaſſe quod S. Martinus miraculis comprobavit & Fortunatus alte cecinit & prædicavit: Ut etiamſi alia de his deeſſent teſtimonia, ſatis iſta ipſis eſſe potuiſſent, ad revocandum ſi interceptus ille fuiſſet, ſtabiliendumque cultum ſanctarum imaginum, Martino id teſtante de cœlo miraculis, immo ipſo Deo dante (ut Propheta ait, (b)) voci ſuæ vocem virtutis ſignis evidentibus confirmante.

(b) Pſal. 34.

Auctoritas.

Sed quid inſuper iſti? abſoluta prima parte illa, quæ ſe ratione agere profeſſi ſunt, ad ſecundam deveniunt, qua ſe dicunt niti, auctoritate loca illa citantes S. Gregorii Papæ, quæ de imaginibus agunt, de quibus cum nos prolixius egerimus ſuperius, ubi de Concilio Francofordienſi actum

ctum

PAGIUS

*Walafridus recte ſentiebat de honore Sanctorum.*

*noſtra neceſſaria ſunt; ſed ut ab Auctore bonorum, utpote illi proximiores meritis, & ideo certius audiendi, impetrent, quæ ſaluti petentium opportuna non neſciunt. Deum autem oramus, ut ſua bonitate gratuita, meritis & interceſſionibus Sanctorum, quæ pro nobis judicat commodo, largiatur. Et huic quidem ut Deo, Domino, Judici, Creatori, Omnipotenti & Salvatori ſupplicamus, illos vero ut Dei amicos, Domini famulos, Patronos, vere honoratos, & pleniter ſalvatos in adjutorium vocamus. Tales eſſe preces fidelium qui publicas Eccleſiæ orationes conſiderare norunt, dubitare non poterunt*. Ex his patet, Walafridum de Sanctorum honore & appellatione recte ſenſiſſe, eos nempe honorari, precibus interpellari poſſe ac debere: at nequaquam iis uti Deo, ac Judici ſupplicandum, quaſi ab ipſis petita accipere poſſimus; qua in re divinos honores reponit. Poſt hæc demum, tam Sanctorum, quam Sacrarum Imaginum cultum ita concludendo exponit: *Cum itaque talis ſit Chriſtiani perfecti ſenſus; non ſunt omnimodis honeſti & moderati Imaginum honores abiiciendi*. Hæc tam clara ſunt pro religioſo ac legitimo Cultu Imaginum, ut mirum ſit aliquos dicere, caute hoc in loco legendum eſſe Walafridum. Nam etſi divinos Imaginibus, ipſiſque Sanctis honores negat, honeſtos tamen & moderatos concedit.

Ne-



ctum eſt adverſus ipſos: haud per eamdem rurſus lineam ſerra deducenda erit. Sed ad tertiam & ultimam partem devenienus qua ſe rem conſilio agere docent, cum prorſus indigna & pudenda ſcribere ad Orientales Imperatores ipſum Romanum Pontificem fingunt, dum ejus nomine iſta pertexunt:

XXXVII. Conſilium.

(a) Ead. Synod. Pariſienſ. p. 145.

*Auctoritate ergo (a) (ut propoſuimus) ſecundo loco inſerta, non quidem quantum ex theſauro uberrimo Eccleſiaſtico potuit, ſed quantum epiſtolaris brevitas rite permiſit, monere vos & exhortari, o venerandi mundi Principes, cum univerſa ſancta Dei, quam Domino diſpenſante & committente, gubernatis, Eccleſia, ut ea quæ vobis non quælibet temeritas, ſed vera humilitas noſtra intimare ſtuduerit, attentius audiatis, & ob illorum reverentiam, qui cum, Domino ipſo promittente, in die noviſſimo, totius mundi venturi ſunt Judices, reverenter ſuſcipiatis, & ad ſalutem omnium veſtrum ſtrenue conſervare ſtudeatis. Præmiſimus enim paulo ſuperius, ut poſt redditam rationem, poſt inſertam auctoritatem propter adunandam, quam Domino Deo ordinante, regitis Eccleſiam, conſilium vobis, non noſtra adinventione, ſed divina auctoritate illud dare debuiſſemus, per quod eadem ſancta mater Eccleſia ita ſibi mutuo in vera pace fœderari debuiſſet, qualiter & in hoc ſæculo & in futuro ei placere potuiſſet, qui aſcenſurus de mundo, ſuis promiſit, dicens: (b) Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* At non, rogo te Lector, indigna & pudenda ſunt iſta quæ loqui inducunt Romanum Pontificem cum hæreticis Imperatoribus Michaele atque Theophilo, ut per eos dicat ordinari atque regi, Deo committente & ordinante, ſanctam Eccleſiam, & non magis Deo permittente, diſſipari ab ipſis & perverti penitus illam? Sed pergunt:

(b) Joan. 14.

XXXVIII. *Et quia atteſtante (c) Paulo, inter cætera verum eſt: Si quis tradiderit corpus ſuum, ut ardeat, charitatem autem non habuerit, nihil eſt: ideo prædictam ſanctam Dei Eccleſiam in veræ pacis concordiam adunari totis viribus optamus. Quia quomodo ſine illa charitatem mutuam habere poſſit, nullo modo intelligimus. Poteſt enim fieri, ut aliquis cum altero ex parte vel fictam pacem temporaliter habeat: quomodo autem ſine vera mutua pace habita cum altero, veram poſſit habere charitatem, nulla docet auctoritas. Unde magnopere conſiderandum eſt, quanta temeritate, quantave audacia ad æternam ille pervenire ſe poſſe exiſtimat, qui præſentem in hoc ſæculo pacem Domini per quamlibet occaſionem ſciſſam reſtaurare cum proximo non curat, quam primum munus humano generi collatum (d) Angeli nuntiant mox nato Domino in mundo, eamdemque noviſſime fidelibus ſuis in vice ſua idem Dominus relinquit diſceſſurus de mundo. Et quamquam multa & pene innumerabilia eſſent, quæ de tanta re ſubtiliter, ſublimiter, & nimis terribiliter dici potuiſſent: cavendum eſt unicuique, ne hoc quiſquam de illa ſolummodo pace intelligendum putet, quæ habetur in cœlis: quia & Dominus recedens ait (e): Pacem meam relinquo vobis; & Angeli præmittentes: Gloria in excelſis Deo: mox non in cœlis ſubiungunt, ſed in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Cogita igitur tecum o plebs & popule Dei, ſi ad perpetuam vis pervenire ſalutem, ut in hoc ſæculo non fictam, ſed veram habere mutuo ſtudeamus pacem.*

(c) 1. Cor. 13.

(d) Luc. 2.

(e) Joan. 14. Luc. 2.

XXXIX. *Sed minus fortaſſe prodeſſe poterit, licet merito tanta taliſque auctoritas cauſa conſilii ſufficere debuiſſet: neceſſe erit, ut huic aſſertioni cætera adiungantur, quæ nequaquam juſte adderentur, ſi a Deo ab initio Catholicæ Fidei data nobis ſapientia, ſicut oportuit, pro nobis ſolicita eſſe ſtuduiſſet. Dicit Apoſtolus (f): Judæi ſigna petunt, Græci ſapientiam quærunt: Ubi eſt ergo ſapientia veſtra, què propter quamlibet occaſionem illud habere contemnitis, ſine quo ad Regna cæleſtia pervenire nullo modo valebitis? Et hæc non arguendo, vel increpando, ſed admonendo interim dicimus, ut vos ad interiorem hominem veſtrum, in quo Deus per Fidem, Spem, & Charitatem inhabitare conſuevit, revocemus. Quem ſe*

(f) 1. Cor. 1.

ita



PAGIUS XIX.

*Ejus mens ab aliquibus male explicata.*

Neque audiendus Petavius in lib. 15. Dogmatum cap. 16. num. 8. ſcribens, *Walafridum* in hoc tantum illos honores repoſuiſſe, ut minime conculcentur, aut deleantur. Etſi enim id ſubinde admonet; tamen aliquid amplius deſiderat, cum agit de moderato Imaginum Cultu, quo aliquam externi honoris ſignificationem omnino deſignat. Imo non tantum in externo cultu Walafridus reponit hunc honorem; ſed & in affectu interno, ut patet ex ultimis ejuſdem capituli verbis: *Sic itaque Imagines & picturæ habendæ ſunt, & amandæ, ut nec deſpectu utilitas adnulletur, & hac irreverentia in ipſorum, quorum ſimilitudines ſunt, redundet injuriam: nec cultu immoderato fidei ſanitas vulneretur, & corporalibus rebus honor nimie impenſus arguat nos minus ſpiritalia contemplari*. Itaque ex Walafridi ſententia *amandæ* ſunt Imagines, non deſpiciendæ, ita ut amor ille externum a nobis honorem in picturas ſacras exigat; & in exemplaria dirigatur internus affectus.

XX. *Sententia Dungali.*

Cum Walafrido conſentit *Dungalus* Recluſus Monaſterii (ut videtur) Dionyſiani in agro Pariſienſi, cujus liber contra Claudium a Papyrio Maſſono primum editus eſt. Is enim in fine libri ſui de Cultu Imaginum hæc habet: *His ergo omnibus ſuperius comprehenſis certiſſime & evidenter*

den-

ita ſecundum, ut ſupra dictum eſt, ſapientiam vobis a Deo datam cogitare, diligere, vel metuere vultis: mirum eſt, quomodo cum fratribus invicem tanto jam tempore, ſcandalum & diſcordiam habere non metuitis. Ecce etenim, ſi non amplius, jam annus eſt, ex quo hanc inter vos miſerrimam diſſenſionem pullulaſſe audivimus: quam videlicet diſcordiam a Deo (ut dignum eſt) ſemper odibilem omnes anteceſſores mei ad corrigendum, prout eis poſſibile fuit, multum laboraſſe, non ignoratur.

XL. Hæc in paucis ad excitanda Deo amabilia corda veſtra ideo præmittere curavimus, ut ea, quæ vobis ſtudioſius pro ſalute omnium animarum veſtrarum dicenda providimus, * avidiores vos ad audiendum, & per omnia ſolicitos in Domino redderemus. Sed ſicut non ſolum ſacra auctoritate diſcimus; verum quoque & humana quotidiana bene conſuetudine agendo cernimus, quia arbor fructus malos faciens, nullo modo ſalubriter extirpatur, quam ſi radicitus evellatur: melius ſæpe dictam diſcordiam veſtram omnipotente Domino opitulante, una vobiſcum, qui huic miſerrimæ, nimiumque infelici conditioni proſtrati non ſuccumbitis, ſed auctore bonorum omnium Domino Deo, tantæ ſpurcitiæ celſo in cacumine præminentis corrigere valemus, ſi quæ ſit hujus perditionis origo, vel fomes detegendo pandamus.

* acutiores

Nullus mente ſana ſapientum, fideliumque in Domino fratrum veſtrorum dubitare permittitur eſſe plures in hac ſancta & Deo conſervanda Eccleſia, qui tantæ miſeriæ ſuccumbere dedignentur, licet eis manus humana validior, ne id, quod exinde juſtum eſſe non dubitant, reſtaurare vel perficere valeant, obſiſtat. Quamobrem amabiliter admonendi eſtis, ut totis viribus omnipotentem Dominum exorare ſtudeatis, ut tantam ab hoc Regno infelicitatem amovere jubeat, & illam, quam mundus dare non poteſt pacem, ſuæ nobis immenſa clementia concedat.

Et quia tantæ auctoritatis ordo, vel tantæ ſublimitatis ratio necdum poſcebat, ut priuſquam illa omnia, quæ merito præmittenda erant, præponerentur, ut facilius quovis in loco, ſecundum ſui qualitatem haberentur, illa, quibus ſalva Fide, Spe, vel Charitate, totius Eccleſiæ ſtatus carere potuiſſet: propter ſatisfactionem tamen in hoc opere laborantium, principalis hujus ſæpe dictæ diſcordiæ veſtræ, cauſa imaginum extitiſſe traditur. Ejuſdem quoque origo in eo contigiſſe fertur, quod Imperator conſiderans quoſdam in eadem plebe indiſcreto zelo inflammatos ultra quam oportuiſſet, vel umquam prius actum eſſet, in imaginum cultura, veneratione vel adoratione ultra progredi, quam ut antea umquam in univerſa Eccleſia factum eſſet: volens, ut tunc ſibi cum illis, qui ei favebant, eamdem ſuperſtitionem (qualiſcumque eſſet) ab Eccleſia penitus amoveret: poſtpoſita hac in re ſalubri diſcretione, ſine qua omnis humanæ actionis virtus in vitium vertitur: elegit præmiſſam ſuperſtitionem aliter emendari non poſſe; niſi omnes imagines penitus delerentur. * Atque ſi ita erat, ut dictum eſt, illicitum, cultus in * hominibus, vel ab hominibus, compeſcendus erat, in imaginum deſtructione, quæ nihil peccaverunt: immo eo ſenſu, quo ſupra præmiſſum eſt, ſcientibus XLI.

* Et qui

* non

PAGIUS *dentiſſime patet, picturas Sanctas, & Sanctam Domini Crucem, & Sacras Electorum Dei Reliquias dignis & congruis honoribus a Catholicis & Orthodoxis in Deo & propter Deum venerari oportere, non ut ſacrificando eis Divinus honor & cultus ſoli Deo omnium Creatori debitus, ſit a quoquam deferendus: ſed ut in ejus amore, honore, laude & gloria ſua ſancta inſignia & venerabilia vaſa, pro ut decet, ſingula eorum a fidelibus & religioſis ſalva fide & non ficta honorentur & amplectantur.* Ubi nemo non videt, Imaginibus a Dungalo tribui religioſum cultum, qualem Sanctæ Cruci & Reliquiis Sacris tunc temporis impendebat Gallicana Eccleſia. [1]

XXI. Hincmari. Eundem etiam cultum picturis ſacris Hincmarus Remorum Antiſtes, qui *flagitantibus Coepiſcopis fratribus ſuis librum ſcripſit, qualiter Imagines Salvatoris Noſtri vel Sanctorum ipſius venerandæ ſint*, teſtante Frodoardo in Hiſtoriæ Remenſis lib. 3. cap. 29. quod Hincmari Opus etſi exciderit, tamen ex Frodoardi verbis intelligimus, *Hincmarum* Imaginibus non denegaſſe cultum omnem, ſed ſaltem qualemcumque conceſſiſſe. Itaque inter omnes Auctores Gallicanos hactenus commemoratos nulli ſunt, qui propius ad Nicænæ Synodi Decretum acceſſerint, quam Hinc-

NOTÆ [1] NOn inani conjectura ſuſpicatur Muratorius in notis ad additamentum Legum Lotharii I. rerum Italicarum tom. II. p. 2. fol. 152. Authorem operis de cultu Imaginum contra Claudium &c. alium fuiſſe a Dungalo recluſo, cujus metrica oratione ſcriptum elogium vulgavit Mabillonius in Annal. Benedict. ad annum 827. Id vero tribuendum cenſet alteri cuidam Dungalo ab illo diverſo, qui per hæc tempora Ticini Grammaticam cæteraſque ſub hoc nomine tunc comprehenſas ſcientias publice docebat, ut ex Lege illa Lotharii I. lata anno ejus primo, hoc eſt anno 823. vel 824. conſtat. Hunc virum librum contra Claudium dediſſe ex ejus litteratura, & loco ubi verſabatur non immerito ſuſpicaremur. Hæc ſi vera fuerint ex ejus utique teſtimonio, quæ fuerit de Imaginibus ſententia in Italia, non vero quæ in Gallia deduceretur. MANSI



bus pro pia memoria, neſcientibus pro doctrina utiles erant: infringendo, vel diſſipando ſiniſtram extendit pro dextera. Et qui ita hac in re incautos reducere debuit (ſicut forte quia recens erat cauſa) facillime potuit, inſtigante, qui nunc late patet, Eccleſiaſticæ pacis vel charitatis inimico.

XLII. Hanc ei etſi luculentiſſimam oſtendit ſemitam: heu quam longe ab illa ſiniſtris anfractibus incedentem, quæ de ſemetipſo ait: Ego ſum Via, Veritas, & Vita: quid putas quam dulcia, quamque religioſiſſima, immo ſanctiſſima ſatagebat, fingere itinera, ut per illa ad hæc, quæ nunc omnes plangimus, pertrahere potuiſſet diſſidia? Sed nec hoc ullo modo aliter æſtimatur peragere potuiſſe, niſi illum prius cum ſequacibus ſuis, illius impiæ dulcedinis, demulcendo cor tangeret, cujus idem diabolus peſtifero telo perforatus de cœlo merito cecidiſſet.

Sed quid agimus? Quid dicimus? Ad comparationem namque malorum omnium, quæ hic congruente ſpacio, quod omnino non deeſt, non ſolum de diabolo, ſed etiam de ipſo Imperatore cum fautoribus ſuis dici poterant: nihil eſt quod dicamus. Univerſa denique mala, quæ ex eo uſque ad præſentem diem per ejuſmodi diſcordiam in vobis perpetrata ſunt, hinc ſumpſere principium. Quamvis enim propter ſingultum plorationis tacere non permittamur, licet propter arctiſſimum temporis ſpacium, & propter enormitatem earumdem miſeriarum, ut lugentibus mos eſt innumera ad dicendum flebilia occurrerint, paucis ad inchoationem hujus infelicitatis * agere placet, ut contueamur diabolum in hujus vitæ excurſu in bivio ſtantem, ubi Imperator e duobus unum ad eligendum indeclinabiliter cogitur, aut cultu illicito favendo imaginibus contra jus Eccleſiaſticum cervicem flectere; aut certe hujuſmodi cultoribus contradicendo, vel non favendo, ingratus exiſtere. Et qui facilius poterat ad imitationem antiquorum Principum, vel patrum ſuorum & iſtos ab illicito cultu revocare, & cum cæteris omnibus morem antiquum ſine offenſione Dei proſequentibus pacem, vel charitatem leniter retinere: perſuaſit eum prædictus pacis ſemper & charitatis inimicus, illud iter in deſtruendis imaginibus arripere, per quod omnes per diſcretionem ſane ſapientes atque ſervantes perturbando confunderet, & illos, qui ſæpe dicta diſcretione vel temperantia, quæ una de cardinalibus Eccleſiaſticis virtutibus eſſe cognoſcitur, ſpreta, elegit ultra quam umquam Deo placuit, vel placere debeat, imaginum cultui deſervire, ut iiſdem, qui hoc electum habebant, potuiſſet placere, non conſiderans illud, quod terribiliter ſcriptum (a) eſt: Qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit illos.

* redire

(a) Pſal. 52.

XLIII. Sicque factum eſt, ut ex die illo ab eodem antiquo ſemper Deo placente populo fidelium exilia non ceſſarent, cruces & cruciatus non quieſcerent, & ut fertur, membrorum detruncationes, ipſa etiam homicidia cauſa earumdem imaginum nimia perpetrata ſint. Et hæc diu cucurrerunt, quouſque humani generis antiquus hoſtis, quaſi in hac parte ſatiatus, convertit ſe ad alia perditionis argumenta, ut denuo ſuſcitaret ſibi contra cultores imaginum, Irenam videlicet cum filio, tam peſtifera illuſione decipiens, ut abſque ulla miſericordia vel metus ſuperinſpicientis omnipotentis Dei Majeſtate, talis ab eis, promulgaretur ſententia, ut omnis homo eorum ditioni ſubjectus, imagines adoraret, aut certe exilio, pœniſque diverſis cruciaretur; & ſi non acquieſceret, ab univerſali Eccleſia anathematis vinculo ſequeſtratus religaretur.

XLIV Audiſti tandem Lector, quod numquam puto vel mente concipere, vel credere potuiſſes, quomodo ſapientes iſti litteris Pontificiis mira fallendi arte optaverint infamari, proiici, atque execrationibus devoveri, ac penitus aboleri ſacroſanctum Nicænum ſecundum Concilium. Vidiſti qualem ſub tot verborum involucro ſerpentem clauſerint, qui primum omnium ipſum Romanum Pontificem, ac ſubinde univerſam Eccleſiam damnando Oecumenicum Concilium perdat. At pauca, quæ ex ea ſcriptione ſuperſunt, reddamus: Ita pergunt:

Sed

PAGIUS Hincmarus, Dungalus, & Walafridus Strabus, omnes ex Ordine Sancti Benedicti.

XXII. *Sentiebant Galli Imagines moderato honore coli poſſe.* Ex iis quæ hucuſque dicta ſunt, intelligimus, quænam fuerit Gallorum ſententia de Cultu Imaginum, & qua ratione explicari debeat honos ille divinus, quem *Scriptor Carolinus*, Libellus Synodi Pariſienſis, Agobardus & Jonas picturis ſacris abrogant. Nempe ſentiebant Galli Imagines honore moderato coli poſſe, eas ſc. decenti in loco collocando, ornando, curandoque, ut quam maxime niterent; & ne pulvere ſordibuſve inficerentur. Sic Servatoris noſtri ſtatuam, hominum incuria jam mutilatam, deformatamque, & ignoratam, cujus eſſet; poſtea agnitam, Chriſtiani *in Diaconico*, ideſt, in Sacrario Eccleſiæ collocarunt, teſte Philoſtorgio in Hiſtoriæ lib. 7. competentem ei curam atque obſervantiam deferentes, τὰ πρέποντα ἐτεράπευον. Nequaquam tamen eam colentes aut adorantes. σέβοντες μετὰ ἢ προσκυνοῦντες οὐδαμῶς. Neque enim fas erat, inquit Philoſtorgius, æneam, ut aliam quamlibet materiam adorare. In hoc, inquam, Gallorum noſtrorum religio in Imagines eo tempore fere ſiſtebat, eorum ſcilicet, qui res ſacras melius callebant. Nam ſimpliciores, immo & forte religioſiores *Chriſtiani* a ſalutationibus, & capitis ſaltem *inclinationibus* abſtinuiſſe non videtur *credibile*.

Quod

*Sed quid nunc denuo e diverſo agat? Ad priorem iterum recurrens ſemitam, præſentem denuo incitans Imperatorem, ut eas pictas vel ſcriptas habere quempiam volendo permittat. Quis igitur tam eloquens ſub cælo habetur, qui hanc peſtiferam cladem enumerare prævaleat? Quis tam ferrea habeat præcordia, cui non dico ſcribendi, verum quoque per defectum lacrymarum vocem non tollat ejulandi?* Cætera deſunt.

XLV. Jam plene intellexiſti (ut cuncta iſta lacinioſo ſermone diffuſa, & confuſa, una ſententia claudam) nihil aliud iſtos eſſe molitos, niſi ut ſanctarum imaginum cultum, ſub ſpecie recti, nempe ſub bono pacis damnari per Romanum Pontificem procurarent. In maximum diſcrimen coniicientes pium Imperatorem, ejuſque ex pietate concitatam æſtimationem, & nomen adeptum ita periclitari cogentes. Et certe niſi tantæ pietatis atque probitatis fuiſſet, ut ut nec latum unguem recedere ab Apoſtolicæ Eccleſiæ ſanctionibus ſemper infixum in animo habuiſſet, ſed falſis doctoribus penitus inhæſiſſet: immenſo quidem ſchiſmate fuiſſet univerſa Eccleſia conſcindenda. Hinc plane cauſa Principibus malorum omnium, dum non (ut

(a) Iſa. 3. divinitus præſcriptum (a) eſt, *ex Sion exibit lex & verbum Domini de Hieruſalem*) *ab eo qui præcipuus in Eccleſia Dei conſtitutus eſt Doctor, & paſtor legem Dei requirant, ſed aliunde petant ab iis qui in gratiam ipſorum, loquantur ipſis placentia de quibus eſt juſta lamentatio Hieremiæ, quaſi ex his proveniat Regnorum perditio atque demolitio civitatum*

(b) Thren. 2. *dicentis* (b): *Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & dejectiones*. Ut quicquid

Mali conſultores bonos Principes perdunt & regna. Reges peccent, inconceſſa tentando, invadendo Eccleſiæ jura, excuſentur, & quod eſt deterius, defendantur ab illis, qui ab ipſis ſperant aurum, vel ut conſequantur honores; ut ſæpe contingat, angina aurea laborantem Demoſthenem, reddi penitus ineloquentem, ſed præſtare facundia, ſi agat pro Rege Macedonum. Sed ſciant Principes, nullos his truculentiores infeſtos habere hoſtes, & pati barbaros inimicos; utpote qui cum abſque piaculo res Eccleſiæ tentari docent Deum ab ipſis defenſorem avertant & conſtruant inimicum; roborent e contra vires hoſtium & faciant fortiores, & penitus inſuperabiles.

XLVI. At quod pertinet ad ipſum, de quo agimus, Ludovicum Imperatorem: etſi viſus ſit ad breve tempus horum conſiliis inhæſiſſe, ut ad Romanum Pontificem ejus argumenti litteras ſcriberet: ubi autem ipſum longe ab his diſcrepare cognovit, a cœptis penitus deſtitit, nec efferre pedem ullo modo præſumpſit præter ipſius voluntatem, pietate ubique præſtans, prout quæ de ipſo inferius uſque ad obitum dicturi ſumus, aperient. Modo autem cœptam proſequentes hiſtoriam, & reddamus epiſtolam, quam tunc ipſe ſcripſit ad Eugenium Papam, cum ſcriptas ab illis nomine Pontificis litteras ad eum miſit, eaſdem ad Impetatores Orientis dandas, cum una ſimul cum eis Legatos Romam ea de cauſa ad ipſum direxit. Continentur eodem libello, *Synodus Pariſienſis*, inſcripto. Sic enim ſe habent (c):

(c) Synod. Pariſienſ. pag. 253.

*Sanctiſſimo, reverendiſſimo Domino in Chriſto Patri Eugenio ſummo Pontifici, & univerſali Papæ HLudovicus & HLudarius divina ordinante providentia Imperatores & Auguſti, ſpiritales filii veſtri, ſempiternam in Domino noſtro Jeſu Chriſto ſalutem.*

XLVII. Epiſt. Ludovici Imp. ad Eugenium Pap. *Quia veraciter nos debitores eſſe cognovimus, ut his quibus regimen Eccleſiarum, & ovium Dominicarum cura commiſſa eſt in omnibus cauſis ad divinum cultum pertinentibus opem & auxilium pro qualitate virium noſtrarum & intellectus noſtri capacitate feramus: idcirco prætermittere nequivimus qui tunc quando Legati Græcorum nobis manifeſtaverunt qualem ad vos deberent perferre legationem, ſumma cura ac ſolicitudine tractaremus, quale vobis adiutorium in hoc negotio cum Dei auxilio exhibere potuiſſemus. Et ob hoc a veſtra ſanctitate petivi-*

PAGIUS XXIII. *Credebant Græcos in eo cultu excedere.* Quod vero Opus Carolinum, Libellus Synodi Pariſienſis, & Agobardus vehementius in cultum Sacrarum Imaginum invehuntur; id factum ex præjudicio & præconcepta opinione immoderati cultus, quem Græci Imaginibus ita deferre cenſebantur, ut in eis ſpem ſuam ponerent, & internum cultum adorationemque eis adhiberent. Quippe προσκυνήσεως vocabulum, quo uſi ſunt Patres Nicæni, vehementer Gallos offendit, ratos illam vocem in propoſita materia legitimum ſenſum pati non poſſe: propterea quod adoratio religioſa qualiſcumque ſit, aut ſoli Deo convenire, aut ſpiritalem internumque cultum, quem picturis exhibere nefas, deſignare videatur. Et oſcula quidem ac thymiamatum ſuffitus, cereorumque accenſiones Imaginibus citra ſuperſtitionis culpam concedi non poſſe putabant. Hinc Auctor Carolinus ex præconcepto adorationis, aliorumque rituum Græcanicorum odio longius progreſſus eſt, ut ne eum quidem honorem, qui ſacris vaſis conceditur, Imaginibus tribui pateretur, nimirum propter periculum ſuperſtitionis. Huc referri poteſt Auguſtini ſententia in Pſalmum CXIII. ubi Paganos arguens ob cultum ſimulacrorum, innuere videtur eo tempore non viguiſſe in Africana Eccleſia Imaginum uſum, ſed ſacrorum vaſorum: *Quæ quidem ipſo miniſterio conſecrata ſancta*



*vimus, ut ſacerdotibus noſtris liceret de libris ſanctorum Patrum ſententias quærere atque colligere, quæ ad eamdem rem pro qua iidem Legati vos conſulturi erant, veraciter deſiniendam, convenire potuiſſent.*

XLVIII. De Legatis Romam miſſis ad Eugenium Papam. *Quas cum illi juxta conceſſam etiam a vobis licentiam ſolerter inquirerent, & divina opitulante gratia quicquid invenire tam brevi temporis ſpacio potuerunt, collegiſſent, nobis ea perlegenda direxerunt. Quibus perlectis, ea veſtræ ſanctitati legenda atque examinanda per hos legatos noſtros Hieremiam, ac Jonam venerabiles Epiſcopos mittere curavimus; cum quibus, ſi veſtra paternitas dignum duxerit, de eadem legatione, quæ in Græciam a vobis mittenda eſt, non inutilem, ſed potius proficuam collationem habere poteſtis, quia & in ſacris ſunt litteris admodum eruditi, & in rationibus diſputatoriis non minimum exercitati. Quos non ob hoc ad veſtræ almitatis præſentiam cum memoratis ſententiarum collectionibus miſimus, ut hic aliquo velut magiſterii officio fungerentur, aut huc docendi gratia directi putarentur: quia ſicut jam commemorati ſumus nos debitores exiſtere ut huic ſacratiſſimæ Sedi in quibuſcumque negotiis auxilium ferre debeamus. Ideo & hos Miſſos, & quas deferunt litteras, ſi quid vobis adiutorii conferre potuiſſent, mittere dignum duximus. Hos veſtræ ſanctitati commendamus, ut & benignam apud vos receptionem, & familiariter vobiſcum loquendi locum inveniant.*

XLIX. *Novit quippe ſanctitas veſtra, qualiter populus Græcorum in hac imaginum veneratione diviſus ſit. Ideo rogamus, ut almitas veſtra curam & diligentiam adhibere dignetur, quomodo per veſtram ſaluberrimam doctrinam, atque admonitionem magis ad concordiam & unitatem revocetur, quam propter hoc ad majorem diſcordiam & diſſenſionem impellatur. Et ideo cautiſſime conſiderare debetis, ut legatio veſtra, quam illuc dirigere diſponitis, tanta prudentia, tantoque moderamine fulta ſit, ut a nemine, neque a Græco, neque a Romano, juſte valeat reprehendi; ſed talis ſit, qualem ſemper decet in omnibus cauſis ab ipſa ſacratiſſima Sede proficiſci.*

*Et ſi veſtræ ſanctitati placet, ut pro hac ipſa legatione Miſſi noſtri ſimul cum veſtris in illas partes dirigantur: & hoc nos tempore congruo ſcire permittite. Et non ſolum hoc, ſed etiam ſi ituri ſunt, ubi, & quando cum veſtris Miſſis ſe jungere debeant. Non ideo tamen de noſtris Miſſis illuc dirigendis interrogamus, quaſi neceſſarium nobis videatur, aut nos veſtros Miſſos hanc legationem per ſe perficere dubitemus, ſed potius propter hoc eos vobis offerimus, ut ſciatis nos in omnibus eſſe paratos, quæ hujus ſacratiſſimæ Sedis neceſſitas aut voluntas poſtulaverit. Oramus ſanctam & venerabilem paternitatem veſtram, ſemper in Chriſto bene valere, & noſtri ac noſtrorum omnium in ſacroſanctis orationibus meminiſſe, ſanctiſſime ac beatiſſime Pater.* Huc uſque ad Eugenium Papam Ludovicus ac filius Imperatores. Tunc etiam ipſis Legatis ejuſmodi litteras commonitorias dedit de his, quæ ad functionem muneris injuncti ſpectarent:

*Jeremiæ & Jonæ venerabilibus Epiſcopis in Domino ſalutem.*

L. Ludovici Imp. ad Legatos Romam mittendos admonitio. *Venerunt ad præſentiam noſtram Halitgarius & Amalarius Epiſcopi octavo Idus Decembris, deferentes collectiones de libris ſanctorum Patrum, quas in conventu apud Pariſios habito ſimul poſiti collegiſtis quas etiam coram nobis perlegi fecimus. Et quia placuerunt, & ad id, propter quod collectæ ſunt, neceſſariæ atque utiles a nobis judicantur, ſub omni celeritate cenſuimus dirigendas. Idcirco admonendo præcipimus ſolertiæ veſtræ, ut priuſquam de his aliquid domno Apoſtolico indicetis, diligenti cura eadem vos recenſere curetis; & ea quæ melius & aptius præſenti negotio convenire inveneritis, excerpere atque deſcribere, illique ad legendum offerre ſtudeatis. Quia enim (ut noſtis) nos ab eo petere voluimus licentiam, quatenus has collectiones a ſa-*

PAGIUS *cta dicuntur. Veruntamen*, inquit, *nunquid os habent, & non loquuntur? nunquid oculos habent, & non videbunt? Nunquid eis ſupplicamus, quia per ea ſupplicamus Deo?* Et hinc forſan Carolinus Auctor vaſis ſacris qualemcumque honorem indulſit, quem Imaginibus Sacris abjudicavit. Sic etiam affecti erant Galli in Libros Sacros. Nam teſte Jona in Præfatione lib. 2. contra Claudium, *Sacræ religionis uſus in Sancta Eccleſia tunc ſervabatur, ut perlecta Sacri Evangelii lectione, ab Epiſcopo, vel Presbyteris, cæteriſque ſacri Ordinis religioſis Codex, in quo Evangelii lectio recitata eſt, multiplicibus oſculis veneraretur*, capite inclinato ad Codicem *illius* ſcilicet *cauſa, cujus verba eſſe creduntur*. Hinc vero contra Gallos argumentum ſumſit Anaſtaſius in Præfatione ad Verſionem Synodi Nicænæ, contendens, ob eandemmet cauſam Imaginibus Sacris cultum non eſſe denegandum. Hæc ergo Carolinum Auctorem movebant adverſus Decretum Nicænum.

XXIV. *Patres Francofordienſes vocabulo adorationis offenſi.* Simili ratione Patres Synodi Francofurtenſis duabus offenſi ſunt rebus, nempe adorationis vocabulo, & prima interpretatione ſententiæ Nicænæ, quam Carolinus Auctor attulerat. Quippe ipſi adorationis vocem non ferentes, omnino Imaginem *adorationem & ſervitutem* admittere recuſarunt; ob id ſc. quod iſta vocabula cultum uni *Deificæ Trinitati* competentem deſignarent. Quapropter ubi dicunt: *Allata eſt in medium quæſtio de nova Græcorum Synodo, de qua ſcriptum habebatur, ut qui Imaginibus Sancto-*

*a ſacerdotibus noſtris fieri permitteret: & ideo non potuit prætermitti, quin oſtendatur, quod ex ejus permiſſione collectum eſt.*

*Illud tamen ſummopere prævidete, ut ea de his illi oſtendatis, quæ rationi de imaginibus habendæ per omnia conveniunt, & quod ipſe, vel ſui minime reiicere valeant. Sed & vos ipſi tam patienter ac modeſte cum eo de hac cauſa diſputationem habeatis, ut ſummopere caveatis, ne nimis ei reſiſtendo, eum in aliquam irrevocabilem pertinaciam incidere compellatis; ſed paulatim verbis ejus, quaſi obſequendo magis, quam aperte reſiſtendo ad menſuram, quæ in habendis imaginibus tenenda eſt, eum deducere valeatis. Et ideo potius efficere contendatis, ut negotium, de quo agitur, ad meliorem, quam ad peiorem ſtatum, cum Dei adiutorio perducatur.*

LI. *Poſtquam vero hanc rationem de earumdem imaginum cauſa conſummaveritis, ſi tamen hoc ad nihilum Romana pertinacia* † *permiſerit, ut ratio inter vos habita aliquo bono & convenienti fine claudatur, & ille vobis indicaverit, quod Legatos ſuos ob eamdem cauſam in Græciam mittere velit: volumus, ut eum interrogetis, ſi ei placeat, ut noſtri Legati pariter cum ſuis in Græciam pergant. Et ſi hoc ei melius viſum fuerit, ſeque hoc omnino velle reſponderit: tunc volumus, ut ſub omni feſtinatione litteris veſtris a vobis ad nos directis, nos inde certos faciatis, ſimulque & de veſtro adventu ad nos, ut eo tempore, quo vos ad noſtram veneritis præſentiam, Halitgarium & Amalarium nobiſcum inveniatis. Vos autem cum domno Apoſtolico conſiderate, ubi ille, vel quando velit, ut ſui ac noſtri Legati ad naves conſcendendas ſe jungere debeant. Et hoc nobis per voſmetipſos, cum, Deo volente, veneritis, annuntiare poteſtis.* Hactenus ſcripta ad Legatos admonitio Ludovici Imperatoris, qui quidem ſuorum conſiliariorum imperitia, ne dicam nequitia, ferme in tranſverſum actus, jam labare pedibus viſus eſt, ſed Deus eum cadere non permiſit.

† Pertinacia pro conſtantia hoc ſæculo uſurpari ſolita, inter alios S. Eulogius ſuis docet ſcriptis.

Ludovicus malo conſilio ſuorum in diſcrimen adducitur.

LII. Qua in re mali conſultores ipſius arguendi ſunt magis, ut qui poſt Oecumenicum Nicænum Concilium, poſt Romanum illud, ad quod convocati ſunt (ut dictum eſt) doctiores Epiſcopi Gallicani, poſtque alias itidem Synodos Romæ habitas ea de re adverſus Iconoclaſtas, poſt tot decretales epiſtolas Romanorum Pontificum, poſt Hadriani Papæ adverſus eoſdem Gallos Apologiam ad Carolum Magnum miſſam, poſt reciſſa Acta illa Francofordienſis Synodi, quibus ab eis impugnatus eſſet idem cultus imaginum, poſt etiam (ne hoc prætermittamus) Orthodoxorum Orientalium doctiſſima ſcripta, & per tot confeſſores effuſum ſanguinem, atque conſummata martyria, poſt denique conſenſum quatuor ſedium Patriarchalium, totiuſque Catholicæ Eccleſiæ, ipſi adhuc ſuæ ipſorum pertinaciæ immobiles hactenus inhærerent, & alios, ipſamque Apoſtolicam Sedem, ſi licuiſſet, in eumdem ſecum errorem adducere adeo laborarent.

LIII. Quod autem ad Eugenium Pontificem ſpectat, certum eſt nec minimum quidem deflexiſſe a majorum ſuorum confirmata traditione, ſcriptiſque ſententia. Immo & conjectura eſt, ea, qua par erat, ſeveritate, redarguiſſe Legatos illos, cum numquam poſt hæc reperiantur ipſi, vel alii Occidentalis Eccleſiæ ea ex cauſa vel verbum feciſſe. Licet enim quæ tranſacta ſint Romæ, cum Legati convenere Pontificem, haud ſcriptis prodita reperiantur: tamen nihil per Eugenium Papam innovatum eſſe certo certius affirmatur. Quomodo enim

Eugenius Papa prædeceſſorum ſuorum inhæſit veſtigiis.

PAGIUS *ctorum, ita ut Deificæ Trinitati ſervitium aut adorationem non impenderent, anathema judicarentur.* Hæc verba, ut *Deificæ Trinitati*, ab ipſis Patribus Francofordienſibus adjecta eſſe videntur, ut explicarent adorationis vocabulum, non vero quod ea legiſſent in Decreto Nicæno, in quo hoc additamentum non reperitur, immo contraria omnino ſententia.

XXV. Ad *Agobardum* quod attinet (idem eſto judicium de Libello Pariſienſi) præter invidioſum *adorationis* vocabulum acceſſit etiam ad inflammandum ejus animum Epiſtola Michaelis & Theophili Impp. ad Ludovicum Aug. in qua multa commemorantur de ſuperſtitioſa religione Græcorum in Imagines, quæ ſive vera, ſive falſa fuerint, *Agobardum* commoverunt. Quis enim non indigne ferret, audito quod Græci, ejectis Crucibus e Baſilicis, ſubſtituerent Imagines, eiſque incenſum adolerent, lucernis inſuper admotis? quod eas pſallendo adorarent, & ab eis auxilium peterent? quod plerique linteaminibus eaſdem Imagines circumdarent, & filiorum ſuorum de baptiſmatis fonte facerent ſuſceptrices? Quod ab eis alii religioſum habitum ſuſciperent: quod quidam Sacerdotum colores de Imaginibus eradentes immiſcerent ſacrificio; alii vero Corpus Domini in manus Imaginum ponerent, ab illis communionem accepturi; quod denique nonnulli ſpretis Eccleſiis, in profanis ædibus altarium vice tabulis Imaginum uterentur & ſuper ea Sacra myſteria celebrarent? Quis, inquam, hæc audiens, non averſetur ſaltem pleraque ut ſuperſtitioſa? Ea porro in literis ab Imperatoribus directis continebantur. Quamobrem his lectis ultra modum exarſit *Agobardus*, idololatriæ, & Antropomorphytarum errori proximum eſſe exiſtimans, ſic adorare ſimulacra, & ſpem in eis ponere: maxime vero invehitur in eos, qui *ne Baſica, ſine altari, abſque Sanctorum Reliquiis, ſuper hujuſmodi* (uti ipſe vocat) *figmenta Miſſam celebrabant;* cenſetque rectius eſſe Imagines abiicere & comminuere, quam ad hujuſmodi ſuperſtitiones declinare. Quod

*Patres Conventus Pariſienſis litteris Michaelis Imp. commoti.*



nim non toto orbe terrarum vulgatum fuiſſet, atque ore omnium conclamatum tam in Oriente, quam in Occidente, & a Catholicis & ab hæreticis, ſi Eugenius Papa ex quorumdam Gallorum perſuaſus ſcriptis, ſeptimam Oecumenicam Synodum condemnaſſet, & Hadrianum una cum omnibus ſuceſſoribus Romanis Pontificibus eam confirmantibus pari ſententia affeciſſet? Quod autem directam legationem ſequenti anno ab ipſo Romano Pontifice ad Ludovicum Imperatorem, Francorum Annales ſub eodem Lodovico conſcripti teſtentur, licet quid detulerit, nihil dicant: tamen veriſimile valde videtur, ad hoc legationem ab Eugenio in Galliam miſſam, quo ab aſſertis erroribus revocaret Pontifex Ludovicum. Nam ſi illi acquieſcere voluiſſet, in orientem potius ex ejus ſententia una cum ſuis legationem miſiſſet. Inhæſiſſe quidem omnium ſuorum prædeceſſorum veſtigiis Eugenium Papam, ex præfatione ad ſeptimam Synodum ab Anaſtaſio Bibliothecario ſcripta ad Joannem octavum Romanum Pontificem ſatis certe intelligi poteſt, dum ab eo aſſeritur, inconcuſſam ſemper manſiſſe Apoſtolicæ Sedis eamdem aſſertionem de cultu ſanctarum imaginum: ſimulque traditur, Gallorum aliquos ad ſua tempora in eodem errore perſeveraſſe, & per Romanum Pontificem corrigi hactenus minime valuiſſe.

LIV. An autem Legati Ludovici profecti ſint in Orientem ad Michaelem Imperatorem, ut ſtatuerat ipſe, & hoc ignoratur quidem. Verum etſi profecti ſint, eaque ſcripta detulerint, vel miſerint ab illis congeſta in volumen illud: tamen longe procul abfuit, ut Orthodoxi Orientales eam Gallorum reciperent de ſacris imaginibus tranſactionem, quam diximus. Id enim diſces ex Theodori Studitæ epiſtola ad Nicetam monachum data, a quo librum acceperat ejuſmodi doctrinam continentem, ſic reſpondentis ad ipſum (a):

(a) *Theod. l. 2. epiſt. 172. Cod. Col.*

Non recepta ab Orientalibus Gallorum tranſactio.

*Quem ſanctitas veſtra per religioſiſſimum Metropolitam ad nos librum miſit, legimus. Et profecto qui hunc ſcripſit, in venerandarum imaginum dogmate non recte ſentit. Hæc enim ait: ineffabilem, & incomprehenſam Dei erga nos humanitatem, & ſacros Sanctorum agones in litteris quidem ſacris laudari ſancimus, nullo figmento quantum in nobis eſt, vel pictura quaſi latentes: permittimus autem ſimplicioribus, cum imperfectiores illi ſint, ex congenita ipſorum perſuaſione, etiam aſpectu eis commenſurato, talia introductionis ergo cognoſcere. Quid ergo ad hæc dicemus? Primum quidem unius & abſolutæ, nec additionem ullam detractionem admittentis Fidei noſtræ diviſionem inducere, ut qui ſibi quidem informationem ex ſacris litteris vendicet, ſimplicioribus autem videlicet & imperfectioribus ex figmentis & picturis diſciplinam attribuat. Deinde ſibi quidem perfectionem gratiæ adaptet, aliis vero Judaicam relinquat infantiam, qui congenita & connaturali inductione indigeant. Igitur per ipſum mentitur Apoſtolus, dicens: (b) Non eſt Judæus neque Græcus, non eſt ſervus neque liber, non eſt maſculus neque femina: omnes enim unum eſtis in Chriſto Jeſu. Sin autem verum dicit ut certe dicit, & unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma: quænam eſt hæc inanis diviſio in ſegmenta duo inæqualia gentem ſanctam, regale ſacerdotium diſtingui, & alios quidem perfectioris partis eſſe, alios inferioris? Deinde quoniam unuſquiſque ſenſu præditus perfectionem expetit, odio dignum ducit quod imperfectum eſt, atque hinc neceſſario ſupervacuum eſt dogma picturæ.*

(b) *Gal. 3.*

LV. *Adverſatur & quam maxime Magno Baſilio, non aſſentiens, nec eadem faciens, quæ ille ex æquo docuit: Quæ enim, inquit, hiſtoriæ ſermo per aures repræſentat, hæc pictura ſilens per imitationem oſtendit. Repugnat ergo vir egregius ſacris ſcripturis, ſicut & ſummo Patri; & dum alium in hoc ipſo dogmate corrigere ſtudet, ipſe frivola dixiſſe deprehenditur, & hanc ob cauſam prorſus quidem tales nugas deſcribimus. Commonefecimus autem diligentiam veſtram, ut eamdem ſequatur regulam Fidei Orthodoxæ, ſciens quemadmodum perfectus quiſque licet Apoſtolica dignitate ornatus ſit, Evangelico eget codice, ita & pictura ſecundum illum expreſſa; quoniam ejuſdem honoris atque adorationis utrumque.* Hactenus Theodorus. Ex quibus vides quam procul abhorrerent Orthodoxi, ut accepturi eſſent, quæ Galli Romano primum Pontifici, inde per eum

Pictura ſicut & ſcriptura retinenda.



PAGIUS Quod quidem dixit, non quod Imagines e Baſilicis ſublatas vellet, ut ſuperſtitioſa id genus errata emendanda eſſe demonſtraret; neque hac religionis ſpecie pacem Eccleſiæ Orientalis perturbari licere. Ea res inprimis movit Patres Synodi Pariſienſis, quibus perſuaſum fuit Eccleſiæ tranquillitatem, ſine qua charitas & neceſſitudo Chriſtiana conſtare nequit, longe præponendam eſſe huic controverſiæ, qua detinebantur Græci *inflammati ultra quam oportuiſſet, vel unquam prius actum eſſet in Imaginum cultura*, ut ſcribit ſub finem libelli ſui.

XXVI. Culpa tamen non vacarunt Galli, ſi non in ritu colendi Imagines, ſaltem in modo impugnandi Decretum Nicenæ Synodi, quam Univerſalem eſſe pernegabant, ut probat caput 28. libri 4. Carolini. Perſpectam vero probatamque Romanis Pontificibus Gallorum religionem in Imagines Sacras ſatis apparet, tum ex reſpon-

*Non vacarunt culpa.*

eum & per Ludovici Imp. ipſis ſuadere voluiſſent.

LVI. Cæterum etſi iſta haud parvi momenti interceſſerunt inter Ludovicum Imperatorem ejuſque Conſiliarios cum Romano Pontifice: haud quidem eo progreſſa ſunt, ut vel iſti ob eam cauſam ſeparaverint ſe a communione Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, vel Pontifex eos ipſa privaverit; nec illi quidem contentioſum funem animo adeo obſtinato traxere, ut aliquid præter illa quæ dicta ſunt adverſus cultum ſanctarum imaginum ſcriberent, redarguerent, & more hæreticorum ſtudiis indefeſſis animo obſtinato contenderent, ſed magis in eadem Eccleſiæ Catholicæ communione connexi, uno eidemque capiti juncti, bellum adverſus Iconomachos converterent.

Claudius Taurin. Hagiomachus.

Etenim qui ea legatione functus eſt Jonas Aurelianenſis Epiſcopus contra impium Hagiomachum hominem ſceleſtiſſimum Claudium Taurinenſem Epiſcopum ſtylum exacuit. Extant quidem Jonæ ipſius, qui a Ludovico miſſus Romam, functus eſt dicta nuper legatione ad Eugenium Papam, tres libri aculeati vehementer adverſus eumdem Claudium ſcripti, quorum primo impugnat fractionem ſacrarum imaginum, ſecundo eumdem urget impugnantem ſanctæ Crucis adorationem, tertio, quo defendit Sanctorum cultum, & peregrinationem Romam pro venia peccatorum: quæ cuncta adeo feliciter præſtitit, ut fortioribus enthimematum ſpiculis ſibilantem lingua triſulca draconem extinxerit.

LVII. Sed audi quid de eodem Claudio habeat Vvalfridus (a) Strabo: *Ipſa*, inquit, *denique querela Græcorum temporibus bonæ memoriæ Ludovici Imperatoris in Franciam perlata, ejuſdem Principis providentia ſcriptis ſynodalibus eſt confutata. Quam etiam Claudius quidem Taurinenſis Epiſcopus, ſed in veritatis itinere, nominis ſui ſimilitudine nutabundus, inter cæteras vanitatum ſuarum ineptias, cupiens renovare: antequam diverſorum contra eum ſcribentium telis perfoderetur ſuo judicio damnatus interiit. Et fortaſſe qui Imperatoris fidelium, veluti * in numero contempſit imaginem, ante tribunal ipſius protervitatis ſuæ pariter & inquietudinis pœnas exolvit. Non enim levem injuriam ſæculi potentes ſibi putant illatam, ſi imaginem ſuam, vel nomen in quolibet numiſmate a ſubiectis deſpici cognoverint & calcari.* Hæc de Claudio Iconoclaſta Vvalfridus his temporibus vivens.

(b) Vvalf. Strab. de reb. Eccl. c. 8.

Damnatur Claudius etiam a Ludovico Imp.

* in nummo.

LVIII. Porro hunc ipſum (ut rem altius repetamus) fuiſſe diſcipulum Felicis illius damnati in Concilio Francofordienſi, Jonas affirmat, de quo hæc ait: *Ludovico feliciter imperante, idem Felix in quodam diſcipulo ſuo, nomine Claudio, utpote (ut verbis B. Hieronymi utar) Euphorbus in Pythagora renaſcitur.* Sed quando qualis intus erat, eſt detectus ter quaterque impius, ut qui Arii & Neſtorii, Vigilantii & Euſtatii (ut idem Jonas ait) hæreſeos ſectator eſſet; de cujus primordiis ex ipſo Jona eſt petenda narratio, qui in præfatione ad Carolum Ludovici filium ſcripta trium librorum, quos adverſus eum conſcripſit, iſta de ipſo habet: *is namque* (Ludovicus videlicet Imperator) *dilectiſſimus Princeps inter cætera bonitatis ſuæ ſtudia erga divinum cultum amplificandum multiplici modo ferventia, quemdam presbyterum natione Hiſpanum, nomine Claudium qui aliquid temporis in palatio ſuo in presbyteratus militaverat honore cui in explanandis ſanctorum Evangeliorum lectionibus, quantulacumque notitia ineſſe videbatur, ut italicæ plebis quæ magna ex parte a ſanctorum Evangeliorum ſenſibus procul aberat, ſacræ doctrinæ conſultum ferret, Taurinenſi præſulem ſubrogari fecit Eccleſiæ.*

Claudius diſcipulus Felicis hæretici.

LIX. *Sed quam peſtiferum dogma & ab Eccleſiæ anctoritate abhorrens in plebem ſibi transfuderit commiſſam, libellus, quem ad Theodemirum venerabilem Abbatem, ſe charitate imperante, corrigentem, eumque a ſuperſtitioſa doctrina avertere volentem, ſcripſit, eumdem legere & noſſe volentibus, patenter demonſtrat.* In quo inter alia iſta leguntur: *Hæc autem*, inquit, *idcirco pervenit, quia poſtquam coactus ſuſcepi ſarcinam paſtoralis officii, miſſus a pio Principe ſanctæ Dei Eccleſiæ filio Ludovico, veni in Italiam, civitatem Taurini, inveni omnes baſilicas, contra ordinem veritatis ſordibus anathematum, & imaginibus plenas. Et quia quod homines colebant, ego deſtruere ſolus cœpi: idcirco aperuerunt omnes ora ſua ad blaſphemandum me, & niſi adiuviſſet me Dominus, vivum deglutiſſent me.* Iſta impius Iconoclaſta docens, quibus indignationem incurrit Paſchalis Pontificis, ſub quo iſta ſunt patefacta: quod teſtatus

Theodomirus Abbas corrigit Claudium hæreticum.

PAGIUS ponſis Adriani Primi, qui eos nunquam erroris notat, tum ex aliis Pontificibus, qui nullum hac de re negotium Eccleſiæ Gallicanæ faceſſerunt, inquit Mabillonius citatus, cujus verbis totam hanc de Imaginibus litem ſummarie expoſui, quia inter tot Auctores, qui de ea egere, nullus mihi occurrit, qui eandem ſolidius tractarit, & qui in ſenſum Auctorum eo tempore viventium melius penetrarit. Cointius hoc & ſequenti anno pluribus de Conventu Pariſienſi differit, ſed dum contendit, illum in cultu Imaginum a Nicæna Synodo non diſſenſiſſe, nihil in medium adducit, quod ex dictis non corruat.



tus eſt ſuo illo ſcripto Theodomirus; ſed mortuo Paſchali Papa, Claudius ſcripſit Apologeticum adverſus Theodomirum Abbatem. Qua vero occaſione ipſe Jonas adverſus eumdem tres libros illos conſcripſit; ab ipſo ſic accipe:

LX. *Memoratus denique libellus*, Apologeticus ipſe dictus, *eidem domino noſtro, genitori veſtro ſinceriſſime ac religioſiſſime Orthodoxam Fidem colenti, ob defenſionem ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ ab eodem Claudio (ſicut textus ſuarum litterarum prodit) hoſtiliter impugnabatur delatus eſt. Qui ab eo, ſuique palatii prudentiſſimis viris examinatus, juſto judicio eſt repudiatus. Quem licet ego non legerim, nec viderim, quoddam tamen ex eo Excerptum, eodem genitore veſtro mittente, ſuſcepi: præcipiens, admonens memoratus Deo charus Cæſar, ut ad refellenda, & improbanda ejuſdem Claudii quæ in eodem Excerpto perverſiſſima continebantur dicta, & in blaſphemiam vituperationemque ſanctæ Dei Eccleſiæ irreverenter erant jaculata, ſecundum tenuitatem ſenſus mei (quantum Deus annuiſſet) nullatenus reſcribere omitterem.*

Claudii Apologeticus adverſus Theodomirum.

LXI. *Cujus juſſioni libentiſſime parens, prout Deus poſſe dedit, & facultas temporis ſivit, quoddam oppuſculum * dirigere cœperam, & magna ex parte digeſſeram. Sed audiens eumdem Claudium juxta humanam conditionem ultimum clauſiſſe diem, ab eodem opere perficiendo, ſtylum meum feriandum ſtatui. Rebar enim, quod illo moriente, pariter ejus error non comparuiſſet ſecundum Domini ſententiam, dicentis (a): Delebo memoriam Amalech de ſub cælo: nihilominus memoria illius perverſæ doctrinæ deleta fuiſſet in omnium virorum prudentium pectore. Sed quia, ut relatione viridica didici, non modo error, de quo agitur, in diſcipulorum ſuorum mentibus reviviſcit, quin potius, eo docente, hæreſis Ariana pullulare deprehenditur, de qua fertur quædam monumenta librorum congeſſiſſe, & ad ſimplicitatem, puritatemque Fidei Catholicæ & Apoſtolicæ oppugnandam in armario Epiſcopii ſui clandeſtina calliditate reliquiſſe: non ſum auſus, quin monitu & hortatu filiorum ſanctæ Dei Eccleſiæ, opus, quod prætermiſeram, enucleatim diſcutiendum repeterem, &c.* Sic igitur jaculis confoſſus Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi ſerpens venenatus interiit.

* digerere

Jonas Epiſc. Aurelian. contra Claudium ſcribit.

(a) Exod. 17.

LXII. Verum ſic Jonas confecit beſtiam, ut tamen ab Eccleſia Catholica prœmio dignus minime fuerit judicatus; quippe qui etſi pugnavit adverſus Iconoclaſtas, non tamen e caſtris Eccleſiæ Orthodoxæ, a qua errore priſtino ex parte diſſenſit, dum ita non confringendas eſſe prædicavit imagines, ut tamen eas non eſſe venerandas aſſereret, ex eorum claſſe unus ipſe, qui ad ornatum dumtaxat, & ad inſtruendum de rebus geſtis fideles, non autem ad venerationem eſſe debere imagines in Eccleſia ſenſit: Quem una cum aliis ejuſdem ſectæ gregalibus ſuperius confutavimus.

Extat epiſtola perbrevis Lupi Abbatis Ferrarienſis ad eumdem Jonam conſcripta, cum ille ejuſmodi ſuam lucubrationem ad eum, ut cognoſceret atque emendaret, miſiſſet. Qui tamen ſuſpendit judicium ſuum, ſic ad eum ſcribens (b).

(b) Lup. ep. 27.

*Excellentiſſimo Præſuli Jonæ, Lupus æternam in Domino ſalutem.*

*Librum veſtrum, ſicut rogaſti, excurrimus: Sed ut parciſſime dicamus, immutare in eo nihil voluimus, ut operis veſtri ſitis ipſi correctores, cujus eſtis auctores: ſiquidem expendenda nobis fuit teneritudinis & tenuitatis noſtræ ratio, & ætatis ac ordinis veſtri habenda conſideratio; nec facilitatem, ac delectationem quamdam reprehendi, quam in quibuſdam notare ſolemus, debuimus imitari.* Hæc Lupus, cujus & aliæ extant ad eumdem Jonam epiſtolæ.

LXIII. Porro quod pertinet ad ejuſdem Jonæ libros adverſus Claudium, præter illa, quæ dicta ſunt, etiam in eo diſplicent, quod nimis & plus quam decet eccleſiaſticum tractatorem, ſubiicit ipſum ferulæ Priſciani, Grammaticum magis quam Theologum agens. Adverſum vero impium Iconoclaſtam non Theodomirus & Jonas tantum, ſed & Dungalus ejuſdem temporis non ignobilis ſcriptor commentarium edidit, quem recondi in Pithœi bibliotheca percepimus. Quo perſtringitur & Agobardus Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui etſi hoſtis acerrimus fuerit Felicis Orgelitani, adverſus quem & commentarium ſcripſit, quem nuncupavit Ludovico Imperatori; tamen in eo, quem de picturis & imaginibus ſcripſit, Iconomachis conſenſit, in omnibus, præterquam in cultu ſacratiſſimæ Crucis, & quod reliquas ſive Chriſti, ſive Sanctorum imagines memoriæ cauſa, non tamen orationis ergo haberi poſſe concedat: unde merito e cœtu Fidelium orthodoxorum idem proſcriptus ſit liber editus nuper, eo quod abſque antidoto, durum fuit propinatum acceptaſſe venenum. Eratque ſatis, ſi Dungalus pro antidoto cuſus una cum illo fuiſſet, quem ſperamus quam citius aſtore. Sed ad hæc pariter ſpectat, quod idem, qui ſupra Lupus Ferrarienſis in epiſtola, (c) quam dedit ad Eginhardum, qui vitam Caroli Magni ſcripſit, teſtatur ab ipſo elaboratum librum de adoranda Cruce: ait enim: *Libellum de adoranda Cruce, meo judicio, utiliſſimum, quem meo nomini dedicaſtis, ut par fuit, amplexus*

(c) Lup. ep. 4.

*xus ſum*. Occaſionem autem illum ſcribendi, extitiſſe Claudii impietatem damnantem venerationem ſanctæ Crucis, nemini dubium eſſe poteſt. Sed omnia tunc in Claudium ſcripta, nunc verberant ter miſeros Novatores inimicos Crucis Chriſti, perfidos Iconoclaſtas. Ex his intelligis Lector, cur cum errore ſuo illi uſque ad reſipiſcentiam tolerati ſunt Galli, quod ſcilicet cultores ſanctæ Crucis eſſent, & in adverſarios cultum Crucis damnantes magno impetu inſilirent.

LXIV. S. Huberti Leodienſis Epiſcop. tranſlatio.

Eodem pariter anno factam liquet tranſlationem S. Huberti Epiſcopi Leodinenſis ex decreto Synodi Aquiſgranenſis: Ita teſtantur in fine Acta vitæ ejus. De qua etiam hæc apud Molanum: *Anno octingenteſimo vigeſimoquinto prædicto Kal. Octobris Vulcandus Epiſcopus cum magna Eccleſiaſtici gradus frequentia corpus ſanctiſſimum ad Andianum ſuæ diœceſis monaſterium in Arduennam tranſtulit. Ubi adhuc miraculorum gloria ejus declarantur merita, & fidelium devotione celebrantur beneficia, qui catervatim tam proximi, quam longinqui eo confluentes, in ſuis neceſſitatibus patronum experiuntur.*

Sed ad res Orientales ſe convertat oratio. Hoc quidem anno, qui numeratur quintus Michaelis Imperatoris, mirandum quippiam per magnum illum Anachoretam Joannicium (de quo ſæpe ſuperius mentionem fieri contingit) perpetratum, auctor vitæ ipſius, ejuſdem temporis ſcriptor, ſic in lucem prodidit iſtis verbis: *Jam* (inquit) *agebatur quidem quintus annus Imperii Michaelis, quartusdecimus autem, ex quo Bulgari fecerant expeditionem, & deceſſerat Nicephorus Imperator, a quo tempore multi Romanorum cum patria libertate amiſſa detinebantur captivi in manibus Bulgarorum. Venit itaque in mentem illi benignæ ac clementi animæ, ſi quomodo eos poſſet educere e laborioſa illa & afflicta vita. Interrogans autem, accepit carcerem illum, in quem illi erant conjecti, eſſe obſcurum & tenebricoſum, adeo ut eis uſu veniret, ægre ferre, quod non cum patria vitam quoque amiſiſſent, quod quidem eum magis angebat.*

LXV. Captivi apud Bulgaros liberati a S. Joannicio.

*Huic ergo propoſito omnibus poſtpoſitis, reliquit quidem illam gratam & ſolitam vivendi rationem. Et via, quæ intercedit, confecta, non curavit cuſtodes, qui eos circumſidebant, ſed non viſus ad eos accedens, ſtatim pro omnibus copiis uſus eſt figura Crucis, & ea perfractis vin-*

PAGIUS XXVII. *Secunda Tranſlatio S. Huberti Epiſc. Leodienſis.*

Ad num. LXIV. Sanctus Hucbertus Tungrenſis ſeu Leodienſis Epiſcopus Leodii ſepultus fuerat in Oratorio Sancti Petri a ſe conſtructo, annoque DCCXLIII. ejus corpus e tumulo levatum, integrum repertum eſt, ſed quia Eccleſia illa humilis & modica erat, *Vvalcandus* Leodienſis Epiſcopus, qui nuper Andaginenſe Monaſterium in ſaltu Arduennenſi & Leodicenſi Diœceſi ſitum inſtaurarat, hoc anno illuc corpus Sancti Hucberti tranſtulit, ab eoque tempore Monaſterium illud non Andaginenſe, ſed *Sancti Hucberti Monaſterium* appellatum fuit. Hiſtoriam ſecundæ hujus Tranſlationis ſcrpſit Jonas Epiſcopus, qui teſtatur ea ſe ſcripturum, quæ *Venerabilis Antiſtitis Vvalcandi, & quorundam aliorum religioſorum Virorum verati relatu* didicit. Ait itaque Jonas, *Vvalcandum* renovaſſe Cellam antiquo nomine vocatam *Andagium*, & olim a Canonicis habitam; quam cum Monachis tradidiſſet, eo plurimi ſe ſe recepere, eoque oſſa Sancti Hucberti transferri poſtularunt. *Anno ordinationis ipſius* (nempe Walcandi) *ſexto decimo, qui eſt Incarnationis Dominicæ octingenteſimus viceſimus quintus, undecimo Kalendas Octobris, ad Beatiſſimi Confeſſoris ventum eſt urnam, & a loco ſepulturæ ejus effoſſa oſſa in Sancti Lamberti Eccleſiam ſunt tranſvecta, unde pridie Kalendas Octobris ad memoratum Monaſterium perlata. Corpus ejus integrum repertum, quemadmodum tempore Carolomanni Majoris Domus Franciæ in prima ejus Tranſlatione.* Hæc Jonas, qui tamen perperam addit: *Interfluxit ſpatium temporis a prima uſque ad ſecundam Tranſlationem annorum circiter ſeptuaginta quinque.* Ab anno enim DCCXLIII. quo prior peracta eſt ad poſteriorem, anni octoginta tres intercurrere. Eam Jonæ Hiſtoriam publicavit Mabillonius Sæc. IV. Benedictino part. I. eique ſuggeſſit libellum miraculorum poſt ſecundam iſtam Tranſlationem factorum ab Anonymo, ſub finem ſæculi XI. ſcriptum, ex quo diſcimus, primis illis temporibus fideles rabidi canis morſu attrectatos ad S. Hucbertum confugere ſolitos ad rabiem vitandam quæ devotio etiamnum viget. Porro dies undecimus Kalendas Octob. ad hanc ſecundam Tranſlationem electus incidit in Feſtum S. Matthæi Apoſtoli. Molanus in Natalibus SS. Belgii, *VI. Nonas* Octobris, de hac ſecunda Tranſlatione agit. [1]

XXVIII. *S. Theodorus Studita varios libros ſcripſit.*

Ad numer. LXV. & ſeqq. Oſtendit Baronius quantum faciendæ ſint Epiſtolæ Sancti *Theodori* Studitæ, ex quibus aliquas in Tomum IX. Annal. Eccleſiaſt. inſeruit. Verum præter quinque libros Epiſtolarum ſcripſit Theodorus librum inſcri-

NOTÆ [1] HOc anno *Concilium magnum Aquiſgrani in Eccleſia B. Mariæ celebratum fuiſſe* perhibet author brevis Chronici Leodienſis vulgati in Anecdot. PP. Martene & Durand. tom. III. col. 1403. quod opus in annum 1192. deſinit. Licet autem unus iſte author, & quidem pluſquam opus ſit ad fidem adſtruendam recentior, hujus Concilii mentionem ingerat, probabile eſt tamen vera illum narrare, cum in ſolemni corpore S. Huberti tranſlatione Leodio Andagium id factum commemoret. In his autem rerum circumſtantiis Epiſcopos Provinciæ plures convenire conſueviſſe, planum eſt. Facta eſt autem tranſlatio illa pridie Kal. Octobris ut ex Jona a Pagio laudatos & ex authore ejuſdem Chronici Leodienſis diſcimus. Concilium iſtud in nulla adhuc conciliorum collectione memoratur. MANSI



*vinculis & clauſtris portarum, tamquam ab inferis & umbra mortis, tamquam Jeſus meus, revocat eos, qui illic ſedebant, & potat non aquis, ſed ſermonibus ſalutaribus vivificæ doctrinæ, admonens ne eſſent, ſicut patres eorum generatio prava & exaſperans, ſed deinceps ſpem in Deo ponerent, & non obliviſcerentur ejus remunerationum, præterea autem filiis quoque notum facerent illius mirabilia. Deinde cum in luce ſicut Moſes tota nocte eos traduxiſſet uſque ad noſtros fines, eos tranſmiſit, & conſervavit. Cum autem vim afferrent, & urgerent, ii qui ſalvati fuerant, & Quis es o homo Dei, ſæpe rogarent: non celavit quidem nomen: dixit autem ſe hanc gratiam ſoli Deo adſcribere. Cum hoc, neſcio an ſit conferendum id quod uſu venit iis, qui fugiebant ex Ægypto: Nam illorum quidem inimicos aqua obruit: hi autem conſecuti quod optabant conſequi, nulli fuerunt cauſa calamitatis. Sed & hi domum redeunt, & Sanctum rurſus excipit grata illa quies, & ſilentium in monte Thricalicis.* Hæc de his auctor, proſequens res cæteras ab eodem uſque ad obitum præclare geſtas.

LXVI. Ad hunc autem, quem ante annum una cum Epiſcopis & aliis inviſit, ut diximus, Theodorus Studita, diem reverſus, eumdem ſanctiſſimum virum memoria jugiter verſans ejuſmodi ſcripſit epiſtolam (*a*): ſed quod ad Joannem Eremitam inſcripta ſit; ne putes hunc alium fuiſſe a Joannicio, nam in fine epiſtolæ ad Theoctiſtum data eumdem ipſum Joannicium vocat, ut ſuo loco patebit: Joannes enim proprium erat nomen ejus, Joannicius autem diminutive a pueritia dictus: epiſtola ſic ſe habet:

(*a*) *Theod. l. 2. ep. 116. Cod. Col.*

*Joanni Eremitæ.*

*Poſtquam jucundum ſpectaculum viderit quiſpiam, hoc & poſt ſeceſſum animo ſemper intueri ſolet. Sic & nos humiles, a Deo honorate, ex quo te ſemel vidimus, & locuti tecum ſumus, minime obliviſcimur, ſed expreſſum mente gerimus, illum ipſum videre geſtiens hominem Dei, & vultu, & verbis divinam gratiam ſpirantem, & ad Dei laudes incitantem. Hoc vero adeptus es eremitica ſolitudine, & orationis frequentatione faciem, Moyſis inſtar, reſplendentem gerens ineffabili luce. Unde & iterum intueri te cupimus, & gratiæ donis, quæ in te ſunt, communicare, juxta ſecundas pacificæ participationis, qua tu a Deo, & nos a te. Vides quantopere te Deus glorificavit, quoniam tu illum glorificaſti. Sed & glorificabit etiamnum in fine vitæ curſum digne conſummantem. Tu vero pro nobis ora peccatoribus, ut vel inchoemus ſalutarem curſum, quippe qui a Deo longe abſumus: atque hic primus orationis exorſus.*

Theodori epiſtola ad Joannicium.

LXVII. De Theoctiſto hæretic. convertendo.

*Quis ſecundus? de Theoctiſto Eremita, qui quonam modo per hæreticas quaſdam quæſtiones ab Eccleſiæ corpore divulſus ſit, ipſi noſti melius, quam nos, reverendiſſime: attamen & ipſi nuper ad cellulas veſtras cum veniſſemus, de viro didicimus ex iis, qui norant. Quin etiam per litteras commonefecimus, hortatique ſumus, ut ab obſcuris illis & dæmoniacis ſermonibus abſtineret, & Orthodoxa potius ſentiret, tum de ſanctiſſima Deipara, tum aliis modis. Nunc ergo Nicanor frater noſter ad nos veniens, ad reſipiſcentiam veniſſe virum nuntiavit, velleque cum Eccleſia conſentire; negare autem ſe litteras meas accepiſſe, ſed & illas optare. Quoniam igitur ſcriptum eſt, Pater ſancte: Qui* (*b*) *educit dignum ex indigno, ſicut os meum erit* (*c*): *Et qui convertit hominem ab errore viæ ipſius, operiet multitudinem peccatorum: Sanctitatem tuam exurgere oportet, & auxilii manum porrigere erranti: in hoc enim cooperaberis Deo. Qui vero id fiet? Ut Theoctiſtum ad te advoces, eique dicas, & ediſſeras congruentia. Et ſiquidem*

(*b*) *Jerem. 15.*
(*c*) *Jac. 5.*

PAGIUS ſcriptum *Parvam Catecheſim*, Sermones, quos Monachis ſuis pronunciarat, complectentem, alterum librum inſcriptum, *Magnam Catecheſim*, in quo Cœnobii ſui inſtituta exponit, aliaque quædam, ex quibus pauciſſima lucem viderunt.

XXIX. *Eugenius I. decernit ut Pontifex Rom. coram Legatis Cæſareis ordinetur.*

Mortuo *Paſchali* a maxima tum Cleri tum Nobilium parte anno ſuperiori *Eugenius* II. electus eſt Pontifex Romanus, & alter ab aliis, indeque ſchiſma exortum, cujus componendi gratia Romam miſſus eſt a Ludovico patre *Lotharius*, qui una cum eo imperabat. Cauſa utriuſque coram eo agitata, & *Eugenius* II. legitimus Pontifex agnitus. Ad vitanda autem impoſterum Comitiorum diſſidia, ſtatutum, ut Legati Cæſarei conſecrationi Pontificis Rom. intereſſent. In Supplemento enim Longobardicorum Paulo Diacono attributo, & in fine Libelli ejus de Epiſcopis Metenſibus recitato, ad
„ hunc Chriſti annum legitur: An. MCCCXXV.
„ Lotharius Imp. iterum ad Italiam veniens
„ Miſſam Sancti Martini Romæ celebravit. Et
„ hoc eſt juramentum quod Romano Clero &
„ populo, ipſe & Eugenius Papa facere impe-
„ ravit: *promitto ego ille* (loco nominis proprii
„ ut ex veteribus Codicibus patet. Hodie litteram N. qua nomen etiam proprium deſignatur, ponimus) *per Deum Omnipotentem, & per iſta Sacra Quatuor Evangelia, & per hanc Crucem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & per corpus Beatiſſimi Petri Principis Apoſtolorum, quod ab hac die in futurum fidelis ero Dominis noſtris Imperatoribus, Hludovico & Hlothario, diebus vitæ meæ, juxta vires & intellectum meum, ſine fraude atque malo ingenio; ſalva fide quam repromiſi Domino Apoſtolico: & quod non conſentiam ut aliter in hac Sede Romana fiat electio Pontificis niſi Canonice & juſte, ſecundum vires & intellectum meum: & ille qui electus fuerit, me conſentiente conſecratus Pontifex non fiat, priuſquam tale ſacramentum faciat in præſentia Miſſi Domini Imperatoris & populi, cum juramento quale Dominus Eugenius Papa ſponte pro conſervan-*

*dem cedere illum videris divino ſermoni, de me etiam humili ſignifices, eamdem meam mentem eſſe, ſalutis ejus deſiderio. Et ſi probabis, Pater, atque ille expetat, ſcribam ad illum appoſite ut utraque ex parte trahatur, & lucrifiat qui perit. Hæc enim vult Deus, hujus gratia in terram venit, quod perierat quærens reducere; & amoris erga ſe argumentum, proximi amorem nobis conſtituit; omnique conatu excitari nos convenit, Pater ſancte: In hunc enim finem, ut ad te ſcriberem, permotus ſum. Quod ſi poſt talem contentionem detrectans non obſequetur: videbit iniquus. Ait Dominus (a): Mittite illos, cæci ſunt. Ut igitur direxerit Dominus, jubeat, Pater, indicare mihi veneranda epiſtola tua.* Hucuſque Theodorus ad Joannem, ſive Joannicium.

(a) Matt. 15.

LXVIII. Extat epiſtola illa Theodori ad Theoctiſtum ſcripta (b), qua redarguit eum, quod ob ſuſpectam ejus doctrinam complures ab ejus communione diviſi ſunt, in qua meminit de alia quadam ante triennium a ſe ad ipſum epiſtola ſcripta, cum Smyrna reverſus eſſet, nec etiam reſponſum aliquod accepiſſet. Præſtitiſſe autem S. Joannicium Eremitam, quod ab eo precibus Theodorus (ut vidiſti) exegit, ex eo certum deducimus argumentum, quod compertum habetur, ipſum Theoctiſtum Eremitam pœnitentem ſuos condemnaſſe errores, & ad ipſum Theodorum libellum miſiſſe ſuæ pœnitentiæ atque rectæ Fidei profeſſionem, qua accepta, ut jam promiſerat Joannicio, ipſe ad eumdem aliam reſcripſit epiſtolam, quæ extat, & ex qua iſta, quæ ſcripta ſunt, comprobantur. Sic enim ſe habet (c):

(b) Theod. l. 2. Epiſt. 130.

(c) Theod. l. 2. ep. 167.

Epiſt. Theodori ad Theoctiſtum pœnitentem.

*Theoctiſto Eremitæ.*

*Accepta epiſtola tuæ reverentiæ, cum eam legiſſem, audiente Epiſcopo, & fratre meo, & fratribus, qui una erant; gratias egi humilis Domino, qui cor tuum implevit, ut Fidei ſymbolum recte perſcriberet. Confiteri enim ſe vetus ac novum Teſtamentum admittere cum omnibus, quæ a ſanctis Patribus tradita ſunt Eccleſiæ, id ſumma eſt Fidei rectitudo. Verum quoniam hoc dicere poſſunt hæretici, nec tamen juxta id, quod dicunt, veritatis ſermonem inſtituere comperiuntur: propterea & ex miſſis fratribus, & maxime ex Abbate Soſipatro rem indagavimus, quemadmodum ipſe tuis litteris poſtularas, eo quod omnia enuntiare non poſſet epiſtola. Et reperimus, Dei munere, eos referre, Orthodoxa omnia eſſe, quæ per te illis tradita ſunt.*

LXIX. *Quænam autem hæc ſunt? oportet enim ſummatim deſignari. Primum de ſancta Deipara. Aiunt enim dicere te, quod ante ſæcula ſit Virgo: Hoc cum neges te dicere, vel ſentire, ſed confitearis ex viro & femina, Joachim & Anna genitam illam eſſe: recte ſe habet. Secundum de Domino, quod crucifixus non ſit: Quandoquidem ergo confiteris, crucifixum illum fuiſſe ſecundum ſcripturas: bene habet. Tertium de Angelis & dæmonibus, quod poſt Judicium iterum futura ſit reſtauratio, & fiet unum ovile, & unus paſtor: Et quoniam hoc negas, confiterisque ſempiternum eſſe & Judicium, & Regnum cœlorum: bene habet. Quartum de monacho uno, quod poſſit a ſupplicio liberare centum & quinquaginta damnatos: Et quia hoc etiam negas, & aſſeris nec pœnitentiam eſſe poſt mortem, nec quemquam eſſe, qui poſſit a conſtitutis a Deo pœnis eruere: bene habet. Quintum de libro, qui dicitur Antonii, quod dicas eum recipiendum, in quo ſunt multa impia & blaſphema, ſicut ipſi legentes cognovimus: Et hoc quoniam a te reiici confiteris, tamquam alienum ab Eccleſia Dei, neque illum amplius habiturum, neque lecturum, neque eos, qui tecum ſunt: bene habet. Et benedictus Deus, qui vos a prædictis ſcandalis purgavit: & benedictum nomen gloriæ ejus, quod tibi perſuaſit, ut diceres, te ruſticanum eſſe & imperitum, & cedere in omnibus, & credere verbo humilitatis meæ.*

LXX. Veræ fidei confeſſio ſuccincta. *Ego vero nihil præter ea, quæ divinitus revelata ſunt ſanctis Apoſtolis, poſteris & Patribus, ſuadebo vel præſcribam*

PAGIUS *vatione omnium factum habet perſcriptum.* Ita Auctor ille.

XXX. Ejus Decretum a Stephano VI. novo confirmatum. Hanc promiſſionem ſeu juramentum ab Eugenio II. conſtitutum, *Otto Imp.* hujus nominis Primus Diplomate ſuo, nunc Romæ in Caſtello Sancti Angeli aſſervato, & a Baronio anno CMLXII. num. III. & VIII. recitato locum habere juſſit, & poſt Ottonem I. *Henricus* Imperator iſtius etiam nominis Primus. Hujus Diploma anno MXIV. datum, & a Baronio eo anno num. VII. relatum, in eodem Sancti Angeli Caſtello etiam aſſervatur, & in utroque Diplomate Eugenii Decretum fere integrum legitur. Baronius quidem, dum de *Eugenio* Secundo verba facit, Cointius in Annal. Eccleſiaſt. Franc. Natalis Alexander Sæc. IX. Pagebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, aliique paſſim Scriptores Catholici Decreti Eugeniani mentionem non faciunt, quod forſan ſuſpicarentur illud figmentum eſſe Schiſmaticorum. Verum illud propter tumultus ſuperiores *Eugenio* neceſſarium viſum, & ſubſequentibus annis, ut infra videbimus, obſervatum tandemque anno octingenteſimo nonageſimo ſeptimo *Stephanus* Papa hujus nominis VI. vulgo VII. illud novo Decreto firmavit, quod anno inſequenti *Joannes* IX. in Concilio Romano ratum habuit, ut ibidem videbimus. Baronius quidem anno DCCCXVI. num. CI. aliique Viri doctiſſimi tam Catholici quam Proteſtantes poſterius iſtud Decretum *Stephano* IV. vulgo V. vel attribuunt, vel ſuppoſititium eſſe dicunt; at utri-



*bam: ſed hoc ipſum, quod ſcripſiſti, credere te in ſanctam Trinitatem indiviſam quidem ſecundum ſubſtantiam, diſtinctam autem characteribus in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum unum Deum, unum Dominum, ſicut & una eſt Fides: eſt porro & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus Deus, non tres Dii, abſit, ſed unus Deus, quemadmodum & Dominus. Hoc Theologiæ dogma. De œconomia autem credere, quod unus e Trinitate, Patris voluntate, & cooperatione S. Spiritus incarnatus eſt ex ſancta Deipara, præingreſſo in eam Spiritu ſancto, & obumbrante altiſſimi virtute, juxta Evangelium, ex qua & natus eſt homo perfectus idem & perfectus Deus, unus hypoſtaſi, duplex natura, ſicut & divini Patres & ſanctæ ſeptem Oecumenicæ Synodi expoſuerunt. Confiteri etiam Virginem Deiparam eſſe omnibus ſublimiorem, & honore præſtantiorem: qua & materno more intercedere poſſit apud Filium ſuum & Dominum pro mundo. Confiteri etiam Angelos, ſicut Angelos, quod & ipſi orent pro omnibus hominibus. Et dæmonum genus impermixtum in ſæcula ſempiterna. Eoſdem proprium domicilium per apoſtaſiam reliquiſſe, juſtiſque ſuppliciis a Deo damnatos eſſe. Confiteri etiam Sanctos omnes velut Dei famulos intercedere apud Deum poſſe ad ſalutem noſtram.*

LXXI. *Ad hæc confiteri ſanctas imagines, tum ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti, tum Matris ejus, Angelorumque & omnium Sanctorum adorare, & recipere juxta quæ ſancta Synodus Nicæna ſanxit. Anathema dicere omnibus hæreticis, quibus anathema dictum eſt a Synodis. Prædicare omnes Orthodoxos, qui ab eis laudati ſunt. Hæc eſt vera Fides Chriſtianorum. Præter hæc qui ſentit, anathema ſit a Deo Patre, & Filio, & Spiritu ſancto: Quoniam (a) licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præter id, quod Evangelizavimus, anathema ſit, ut ante dixi, & iterum dico: Si quis vobis annuntiet præter id, quod accepiſtis: anathema ſit. Quoniam ergo ſigillatim hæc prodidiſti in litteris tuis: neceſſe prorſus eſt, confitearis te ita ſentire. Hoc vero qui fiet? Si ad finem epiſtolæ hujus ſubſcribas juxta inſertum in eo pittacium, atque ita pax, quæ excedit omnem intelligentiam, cuſtodiet & reget nos & vos in uno ſpiritu, in uno corde, ut credamus, & adoremus ſanctam Trinitatem ad ſalutem tum propriarum animarum, tum diviſi in duas partes populi, coram Domino Joannicio ſpiritali Patre noſtro, & venerando Patre & fratre noſtro.* Hactenus Theodori epiſtola, & fortaſſe ultima ab ipſo data, ſiquidem anno ſequenti (ut ſuo loco dicturi ſumus) ex hac vita eum migrare contigit.

(a) Galat. 1.

LXXII. Ingens miraculum de ep. Theodori Studitæ. Cæterum quanti faciendæ ſint epiſtolæ ejuſdem ſanctiſſimi viri, Deus ipſe inſigni miraculo comprobavit, quod inter alia Michael Studita ejus diſcipulus ſcriptor fidelis ita deſcribit: *Narrabat præterea divino Sophronio mulier quædam genere nobilis miraculum quod ſibi acciderat, in hunc modum: invaſerat (inquit) domum meam, quæ in Rabdo eſt: incendium, quam circum totam complexo igne pro-*

PAGIUS trique ſine dubio falluntur; cum in Conc. Rom. præſente *Lamberto Aug.* habito totidem verbis legatur, ac apud Gratianum, Baronium, alioſque. Uſus itaque a Juſtiniano Aug. poſtquam Italiam Imperio Orientali adjecit, inductus, qui deſierat in Gregorio Papa III. uti an. DCCXXXI. num. XX. indicavimus, præſenti anno in integrum reſtitutus, non exiſtimante Eugenio II. id Lothario Imp. denegandum eſſe ob factiones & clientelas eorum, qui quod Romæ Potentiores eſſent, potiores quoque ſe eſſe debere in electione Pontificum Romanorum arbitrabantur. Ad hæc populi Romani libertas Magnatum favore innixa, coercenda erat, & quieti Eccleſiæ conſulendum, ac acre aliquod frænum iniiciendum, ut inteſtinis illis ſeditionibus finis tandem imponeretur. Præterquam quod Eugenius videbat, *Lotharium* Imp. omnes honores affectare, quibus Imperatores Græci alias affecti fuiſſent, & periculoſum eſſe hac in re ejus voluntati refragari.

XXXI Novo-antiquum dici poteſt. Neque dubitandum, quin *Eugenius* II. ad Decretum illud condendum juſtis rationibus motus fuerit. Anaſtaſius enim in ejus Vita de eo ait: *Sola quæ Chriſto erant placita, omnibus diebus, ac noctibus cogitabat.* Id autem ab illo eo prudentius peractum, quod alias in uſu poſitum fuiſſet. Ad antiquam conſuetudinem reſpexit Anaſtaſius in Benedicto III. quando de eo ſcripſit: *in conſpectu omnium Imperialibus Miſſis cernentibus, in Apoſtolica Sede, ut mos eſt, & antiqua traditio dictat, conſecratus, ordinatuſque eſt Pontifex*, ſc. idem Benedictus III. Antea dixerat Anaſtaſius: *Clerus & cuncti Proceres Decretum* (nempe electionis) *componentes, propriis manibus roboraverunt, &, ut conſuetudo priſca expoſcit, invictiſſimis Lothario ac Ludovico deſtinaverunt Auguſtis.* Is Ludovicus filius erat Lotharii, ejuſque in Imperio Collega. Hæc tamen conſuetudo non videtur ſine Cleri aut populi repugnantia reſtituta; cum *Valentinus* poſt biennium in locum *Eugenii* demortui ſubrogatus, non legatur coram Legatis Cæſareis ordinatus. *Gregorius* itaque IV. qui *Valentino* ſucceſſit, primus eſt qui Francis Romæ imperantibus in præſentia Legatorum Imperialium conſecratus fuit. Hic mos, qui Germanis Romæ imperantibus ſervatus etiam fuit, ſubinde interruptus, tandemque ſæculo undecimo abolitus, ut anno MLXXIII. videbimus.

XXXII. *Merciorum Regnum in finem vergit.* *Beornvulfo* & *Ludecano* Merciorum Regibus a populo occiſis, omnium conſenſu eligitur *Vvilarius*, ſeu *Vvichtalaſius*, qui antequam exercitum poſſet colligere, a Ducibus *Ecberti* Occidentalium Saxonum Regis per totam Merciam quæſitus, coactus fuit ſe ſe in Monaſterium Croyllandenſe occultare; neque Regnum ſuum obtinuit ante annum DCCCXXVII. ut teſtantur

*propius nihil erat, quam ut omnes meas facultates flammis abſumi viderem. Nec intecta vis aquæ, nec machinæ ullæ ad reſtinguendum aptæ domare flammas poterant, tanto impetu cuncta comprehenderant. In hoc rerum articulo ſubiit animum, Patris epiſtolam, quam ad me nuper miſerat, e pera tollere, atque in ignem inicere, ſi forte illam reveritus, vehementem illum impetum aliquo modo repelleret. Ut ergo ad rem veni, & venerandas litteras flammæ inieci, hoc ſimul inclamans: Sancte Theodore adjuva periclitantem famulam tuam: videre mox fuit atrocem illam vim ignis reſtinctam ſubito languere, ac cinerem ſolum fumumque poſt ſe relinquere. Quis noſtra aut ulla umquam memoria tantum ex prava epiſtola miraculum audivit? Nihil eſt, ſi cum hoc conferatur quicquid uſpiam miraculorum fingi, aut excogitari poteſt. Quare equum non eſt, ut rei magnitudinem deſerat tenuitas orationis: omnem enim dicendi vim atque artem vincit, longeque ſuperat operum dignitas & amplitudo.* Hæc ipſe. Pergit alia inſignia enarrare miracula, ſed hoc modo ſatis.

LXXIII. Theodori epiſtolarum excellentia.

Ex his tu, Lector, intelligas, quot Theodori hiſtoricis epiſtolis Annales intexti ſunt, tot eoſdem pretioſiſſimis, velut contextam coronam micare gemmis. Sed & ſi earum vim conſideres, totidem eſſe fulmina cœlitus miſſa dices, quibus omnes Hagiomachi, & Iconomachi ſtolidi Novatores, fæces hæreticorum percuſſi valide, penitus conterantur. Nam vel unum hunc oſtendere Catholici dogmatis defenſorem, virum Dei amicum ſapientia & ſcientia affatim præditum, iteratis crebro confeſſionibus celebrem, ſanguine ſæpe fuſo decorum, vitaque ab adoleſcentia optimis moribus inſtituta fulgentem, ingentibuſque miraculis illuſtratum, ad victoriam ſatis cum ab illorum parte nonniſi ſceleſtiſſimos omnium homines habeant, quos oſtendant.

Chri-

PAGIUS

tur Annaliſta Mailroſenſis, Ingulphus in Hiſtoria Monaſterii Croylandenſis, & alii Hiſtorici Anglici. Quare Merciorum Regnum in finem hoc tempore vergebat.

XXXIII. Serarius lib. 4. Moguntiac. Rer. & Cointius hoc anno num. LV. recitant mortem *Haiſtulphi* Moguntiacenſis Archiepiſcopi, quam aſſerunt contigiſſe *V. Kalend. Januarii*. Verum cum anno DCCCXIII. *Haiſtulphus* Sedem inierit, non videtur dubium, quin Lambertus Scafnaburgenſis, Marianus Scotus, & Auctor Chronici Hildensheimenſis, mortem ejus præſenti anno recte illigarint, cum in ejus Epitaphio anni tantum XII. eidem tribuantur:

*Moritur Haiſtulphus Archiep. Moguntiæ.*

*Bis ſenis Urbem hanc Paſtor, qui rexerat annis.*



I. CHriſti Redemptoris annus octingenteſimus vigeſimusſextus Indictione quarta incipit, quo Romæ ab Eugenio Papa convocata eſt Synodus ſexagintatrium Epiſcoporum. Quæ quidem cum nondum in lucem prodierit, hic ſingulorum canonum indicem ſaltem deſcribendum putavimus atque primum Epiſcoporum nomina, licet nonnihil depravata, qui eidem Synodo interfuerunt, facta trium exemplarium collatione. Ejus autem ſic ſe habet exordium:

Concilium Romanum ſub Eugenio Pap. II.

*In nomine Dei Salvatoris noſtri JESU Chriſti, imperante D. N. piiſſimo Auguſto Ludovico a Deo coronato Imperatore anno XIII. & P. C. ejus anno XIII. & HLothario Imperatore ejus filio anno . . . . Indictione quarta, menſis Novembris die XV. Eugenius ſanctiſſimus, ac perbeatiſſimus, & univerſalis Papa, coram univerſis Epiſcopis, videlicet:*

*Petronatio Archiepiſc. Ravennate.*
*Leopardo Epiſcopo * Foroſronate.* (* Foroſempronate)
*Paſſivo Bleranæ.*
*Romoaldo Anagniæ.*
*Lamperto Aretino.*
*Joanne Silvæcandidæ.*
*Stephano Portuenſe.*
*Benedicto Albanenſe.*
*Cæſario Oſtienſe.*
*Georgio Sabinenſe.*
*Gregorio Velitrenſe.*
*Conſtantino Præneſtino.*
*Romano Cerenſe.*
*Gruuſolpho * Freſulene.* (* Feſulenſe)
*Paulino Senogallienſe.*
*Guriperto Populenſe.* (* Populonienſe)
*Petro Senenſe.*
*Valeriano Sutrienſe.*
*Stephano Ariminenſe.*
*Germano Auximano.*
*Paſſivo Callienſe.*
*Stephano * Oſtenſe.* (* Ortenſe)
*Andrea Cluſenſe.*
*Stabili Caſtello Felicitatis.*
*Aliperto Orbivetenſe.*
** Baſtiano Suanenſe.* (* Sebaſtiano)
*Alifredo Balneoregiens.*
*Paulo * Tiburenſe.* (* Tribenſe)
*Petro Centumcellenſe.*
*Agatho Montis Feretri.*
*Agatho Polimartienſe.*
*Majo Auſicienſe.*
*Liutardo Nucerenſe.*
*Petro Lucano.*
*Petroaldo * Lurienſe.* (* Curienſe)
*Aliprando Florentino.*
*Lamprando Piſtorienſe.*
*Theodorico Peruſino.*
*Donato Gallenſe.*
*Godemundo Tuſcanenſe.*
** Ramperto Roſellenſe.* (* Ranperto)
*Tigrino * Ananctano.* (* Anconitano)
*Agriperto . . . .*
*Joanne Piſano.*
*Benenato Eugubienſe.*
*Lupo * Furnenſe.* (* Firmenſe)
*Petro * Bolutarenſe.* (Volaterrenſe,)
*Sebaſtiano * Burenſe.* (* Barenſe)
*Dominico Piſaurienſe.*
*Joanne Eſinate.*
*Leonino e Tribus Tabernis.*
*Gratioſo Nepeſino.*
*Joanne Tudertino.*
*Eleutherio Privernate.*
*Benedicto Amerino.*
*Theodoſio Manturanenſe.*
*Hadriano Falaritano.*
*Samuele . . . .*
*Hadriano Signino.*
*Coſma * Humanæ.* (* Numentanæ)
*Mariano Urbinate.*

Atque venerabilibus presbyteris. II.



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXIV. Anno Hegiræ CCXI. inchoato die 13. Apr. fer. 6. A. C. 826.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6319.

☉ 23. G. ☽ 10. P. 1. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 826.

EUGENII II. PAPÆ 3.

LUDOVICI IMP. 13.

MICHAELIS BALBI IMP. 7.

I. ANum. I. ad VII. Baronius Concilium *Romanum* Eugenio II. ſedente habitum in Codicibus MSS. reperit, & Præfationem tantum cum Epiſcoporum Indice & Canonum titulis edidit. Verum Holſtenius in ſecunda parte Collectionis Romanæ illud integrum publicavit cum hac Præfatione: *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti imperante Domino noſtro piiſſimo Aug. Hvvdlovico a Deo coronato magno Imperatore, anno XIII. & Regni ejus anno XIII. ſed & Hlothario novo Imperatore ejus filio anno X. Indictione IV. menſis Novembris die XV. Eugenius, &c.* Sed loco, & *Regni ejus anno XIII.* legendum cum editione Baroniana, & P. C. (id eſt poſt Conſulatum) *ejus anno XIII.* Imperatores enim Occidentis, Orientalium Imperatorum exemplo, tot Conſulatus quot Imperii annos numerabant. Ex hac ſimilibuſque formulis liquet, quantopere decepti fuerint Viri doctiſſimi, qui exiſtimarunt, Zachariam & ſequentes Pontifices, qui in literis ſuis annos Imperii & Conſulatus Imperatoris tunc regnantis uſurparunt, Urbis Romanæ ſupremum imperium non obtinuiſſe; cum

*Concilium Romanum ſub Eugenio II.*

cer-

*Joanne Archipresbytero.*
*Donno Presbytero.*
*Benedicto.*
*Simeone.*
*Georgio.*
*Gregorio.*
*Anaſtaſio.*
*Benedicto.*
*Gregorio*, alias Georgio.
*Urſo.*
*Creſcentio.*
*Simeone.*
*Joviniano.*
*Anaſtaſio.*
*Benedicto.*
*Marino.*
*Urſo.*

III. *Coram ſanctiſſimo corpore beati principis Apoſtolorum præſidens ipſe Apoſtolicus aſtantibus quoque diaconibus, quorum nomina ſunt hæc.*

*Valentinus Archidiaconus.*
*Theodorus Diaconus.*
*Lio.*
*Fauſtus*
*Leontius.*

*Dixit: cum ſimus Dominicæ plebis ſuperna miſeratione rectores, ſtudioſe nos convenit Dei præſidio pro eorum ſemper cogitare * ſolicite, &c.* Sunt quidem ſumpta, paucis immutatis, ex Concilio Gregorii ſecundi. Sicut & hæc Eugenii a Leone quarto Pontifice ſunt repetita in Synodo ab ipſo celebrata, aliquibus additis. Porro ſub hac Synodo conſtituti reperiuntur trigintaocto canones, quorum hic tibi tituli deſcribuntur, videlicet:

* ſalute

*Ut Epiſcopus bono approbatus opere ordinetur.*
*Ut nullus Epiſcopus aliuſve ſacerdos muneribus ordinetur.*
*Qualiter Epiſcopum docere, & conſiſtere oportet.*
*De indoctis ſacerdotibus.*
*Ut in eligendis Epiſcopis canonum regulæ ſerventur.* Ne Principes præter jus faſque aliquid ſibi ſumant.
*Ut Epiſcopi extra proprias parochias non morentur.*

IV. *Ubi clerici conſiſtere debeant*: qui quidem canon ſic ſe habet (a): *Neceſſaria enim reſcripſit, ut juxta Eccleſiam clauſtra conſtituantur, in quibus clerici diſciplinis Eccleſiaſticis vacent. Itaque omnibus unum ſit refectorium ac dormitorium, ſeu cæteræ officinæ ad uſus clericorum neceſſariæ. Miniſtri vero poſt Epiſcopum ſuper eos tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornent, quam dehoneſtent.* Et infra cap. x. ead. q. 1. prohibentur omnino in domibus ſæcularibus ſacerdotes habitare.

(a) 12. qu. 1. *Neceſſaria.*

De Clericorum domicilio.

*De ſacerdotibus in ſubiectis baptiſmalibus plebibus conſtituris.*
*Ut clerici non plures, quam ſufficiant, ordinentur.*
*De ſacerdotibus, qui in Eccleſiis vel monaſteriis non habitent.*
*Ne ſacerdos aliquo ludo delectetur.*
*Ut ſacerdotes fœnoris aliquid, aut ruſtica miniſteria non exerceant.*
*Si Sacerdotes teſtimonium dicant, ut coram Epiſcopis tantum pro ea re conveniri poſſint.*
*Ubi ſacerdotem poſt condemnationem eſſe oporteat.*
*De ſuſpectis ſacerdotibus, ut admoneantur ab Epiſcopis.*
*Ut Epiſcopis de ſubjectis plebibus aliiſque piis locis nihil liceat auferre.*
*De presbyteris, qui oblationem alterius recipere nolunt.*
*Qua auctoritate dimiſſoriæ fiant, ut credantur.*
*Ut Epiſcopi, & univerſi ſacerdotes habeant advocatos.*
*De his, qui advocatos invenire nequeunt.*
*De monaſterio vel Oratorio, quod a pro-*

PAGIUS certum ſit, Pontifices Romanos Urbis hoc tempore Dominos fuiſſe, quod ipſimet non inficiantur. Ad hæc, hoc anno Indictio V. a Kalendis Septemb. inchoata fuit, & Pontifices Romani hoc ſæculo, ſicuti & præcedentibus, Indictionum initium a Kalendis Januarii non deſumebant, ut certis exemplis infra liquebit. Quare loco, *Indictione quarta*, legendum, *Indictione quinta*. Adfuere huic Concilio Epiſcopi LXIII. Presbyteri XVII. & aliquot Diaconi, omnes, ex iis Ditionibus, quæ vel Romano Pontifici, vel Ludovico Aug. in Italia parebant. Canones XXXVIII. in eo conditi, ut videre eſt Tom. VIII. Concil. pag. 103. ubi ex Collectione Romana Holſtenii recitantur.

II. Hic unum tantum referam, qui ordine eſt XXXIV. *De quibuſdam locis*, inquit Eugenius, *ad nos refertur, non Magiſtros, neque curam inveniri pro ſtudio literarum. Idcirco in univerſis Epiſcopiis, ſubjectiſque plebibus, & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura & diligentia habeatur, ut Magiſtri & Doctores conſtituantur; qui ſtudia literarum, liberaliumque artium, ac ſancta habentes dogmata, aſſidue doceant; quia in his maxime divina manifeſtantur, atque declarantur mandata.* Vides, ut Sacris Literis ſervire jubentur Sæculares. Leo IV. anno DCCCLIII. in alia Synodo Romana hoc Decretum cap. 34. confirmavit, & hæc verba huic addit: *Et ſi liberalium Artium Præceptores in plebibus, ut aſſolet, raro inveniuntur; tamen Divinæ Scripturæ Magiſtri, & Inſtitutores*

*Schola in Italia curæ ſunt Eugenio PP.*



*proprio domino ſoli ædificatum eſt.*
*De invaſione quaſi pro parte Eccleſiæ facta.*
*De xenodochiis, & aliis ſimilibus locis.*

V. *De piis locis, quæ ſine presbyteris exiſtunt, nempe ut teneantur loca pia ſæcularia ſuſcipere presbyterum illis ab Epiſcopo præpoſitum, ſi ipſi ſæculares infra tres menſes presbyterum præficere ipſis locis piis neglexerint.*

*De deſtructis Eccleſiis, ut ab iis, qui eas poſſident, reædificentur, & ſi non ſufficiant, a populo adjuventur.*

*Si Epiſcopus a ſubjectis ſacerdotibus, & clericis dominationes exigat.*
*Quales Abbates ſint conſtituendi.*
*De monachis, qui ſolo habitu exiſtunt, & non vita vivunt.*
*De religioſo habitu feminis conſiſtentibus ne viris ſociari permittantur.*
*De negotiis & laborationibus die Dominico non faciendis.*
*De criminalibus cauſis & furtis cæteriſque ſimilibus die Dominico inventis.*
*De his, qui ſine oſtenſione criminis inviti monaſterio ſunt introducti.*
*Ut laici ad Miſſas audiendas in presbyterium non intrent.*
*De ſcholis reparandis pro ſtudio literarum.*

VI. *De conviviis feſtis diebus non faciendis, iſtis verbis: Sunt quidam, & maxime mulieres, qui feſtis ac ſacris diebus atque ſanctorum natalitiis, non pro eorum, quibus delectantur, deſideriis advenire, ſed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo & ducendo, ſimilitudinem Paganorum peragendo, advenire procurant; tales enim ſi cum minoribus veniant ad Eccleſiam peccatis, cum majoribus revertuntur, &c.* Adjecit his excommunicationem (a) Leo quartus, ſi admoniti non ceſſarent.

Diebus feſtis non ducendæ choreæ.

(a) *Apud Ivon. par. 2. c. 77.*

*De his, qui adhibitam ſibi uxorem reliquerunt, & aliam ſociarunt.*
*Non licere uno tempore duas habere uxores, ſive concubinam cum uxore.*
*De inceſtis & inutilibus contractionibus.*

Hucuſque canones ſub Eugenio indicto, hoc anno, celebrato Romæ Concilio. Sequuntur in codice ſcripto quæ Leo poſtea adjecit ex Romano Concilio ſuo tempore celebrato.

VII. Porro apud Gratianum extant Eugenii diverſis ſub titulis collocata decreta, quæ non omnia ſpectant ad Eugenium ſecundum, ſed aliqua ad tertium ſunt referenda. Rurſus autem tomo ſecundo Conciliorum veteris editionis novem præterea capitula recenſentur, ſub hoc titulo: *Ejuſdem Eugenii Papæ decreta ex Concilio Rhemenſi*; ſed ea potius pertinere ad Eugenium tertium, ſuo loco dicturi ſumus.

Hoc eodem anno factam eſſe tranſlationem reliquiarum ſancti Sebaſtiani Roma in Gallias, petente id Hilduino, veteres Francorum Annales docent; & qui res geſtas a Ludovico Imperatore eſt proſecutus ejus domeſticus, hæc de his habet: *Dum hæc agerentur, Hilduinus Abbas S. Dionyſii Martyris Romam mittens oſſa beatiſſimi Martyris Sebaſtiani accepit, & ea apud Sueſſionem civitatem ſancti Medardi collocavit, ubi dum adhuc inhumata in loculo, in quo allata fuerant, juxta S. Medardi tumulum jacerent, tanta ſignorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum in omni genere ſanitatum per divinam gratiam in nomine ejuſdem beatiſſimi Martyris emicuit, ut a nullo mortalium eorumdem miraculorum, aut*

Tranſlatio reliquiarum S. Sebaſtiani.



PAGIUS *res Eccleſiaſtici officii nullatenus deſint, qui & annualiter proprio Epiſcopo de ejuſdem actionis opere ſollicite inquiſiti debeant reſpondere. Nam qualiter ad Divinum utiliter cultum aliquis accedere poſſit, niſi juſtæ inſtructione doceatur?* præcipit Leo IV. ut vel in ipſis vicorum Scholis Profeſſores ſint, qui Scripturas interpretentur, & Officia Divina exponant. Quare ſupponit uterque Pontifex, literas hoc tempore tam Romæ, quam in aliis Civitatibus & Parochiis Italiæ vigere, edicitque tantum, ut illic haberentur utriuſque Litteraturæ, Sacræ ſc. & Sæcularis, quam fieri poſſet peritiſſimi. Alios Canones explicat Natalis Alexander ſæculo nono part. 1. art. 4.

III. Ad num. VII. Tranſlationem Reliquiarum *Sancti Sebaſtiani* Martyris in Sueſſionenſe Sancti Medardi Monaſterium hoc anno peractam eſſe teſtatur Eginhardus in Annal. qui hoc tempore vivebat, cujus verba fere deſcripſit Auctor Vitæ Ludovici Pii, quæ hic non referam, cum legi poſſint apud Baronium. Illud vero addam, *Odilonem* Monachum, qui initio ſequentis ſæculi floruit, ſcripſiſſe librum *de Tranſlatione Reliquiarum S. Sebaſtiani Martyris & S. Gregorii Papæ in Sueſſionenſe S. Medardi Monaſterium*, eumque librum extare in Actis Sanctorum Bollandianis ad diem XX. menſis Januarii, quo S. Sebaſtianus colitur, & in Sæc. IV. Benedict. part. I. *Odilo* Opus ſuum dicat *Ingranno* Medardenſis Monaſterii Decano, Carolo Simplice in Gallia regnante, & in Præfatione ſua hæc de Eginhardo, qui de hac tranſlatione hoc anno locutus eſt, ſcribit: *Agenardus cognomento Sapiens, ea qui tempeſtate habebatur inſignis, hujus reverentiſſimi cœlicolæ mentionem in Geſtis Cæſarum Karoli Magni & filii ipſius Hludovici faciens, inter alia, quæ annotativo curſu dictabat, non inoperoſum duxit, mortalia acta immortali adſtipulatione roborare.* Et poſtea *Eginhardi*, quem *Agenardum* appellat, verba repræſentat; ex quo liquet, jamdiu Annales, qui ſub

*Odilo ſcripſit Hiſtoriam Tranſlationis Reliquiarum S. Sebaſtiani.*

*aut numerus comprehendi, aut varietas valeat enuntiari: quorum quædam tanti ſtuporis eſſe narrantur, ut humanæ imbecillitatis fidem excederent, niſi certum eſſet, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, pro quo idem paſſus eſt, omnia, quæ vult, per divinam potentiam facere poſſe, in qua illi omnis creatura in cælo & in terra ſubjecta eſt*. Hæc auctor. Eadem veteres Annales Francorum, & in vita ejuſdem Ludovici ſcripta leguntur iiſdem ferme verbis, & ſententia prorſus eadem; cum tamen alii in ſuperiorem annum iſta reiiciant, ut Sigebertus.

VIII. Sed attende Lector (quod frequentiſſime accidiſſe in aliis quoque reperimus) quod cum aſſeritur corpus ſancti Sebaſtiani tranſlatum in Gallias: haud integrum ipſius corpus intelligas; ſed partem tantum ipſius. Id quidem diſertis verbis teſtatur Ado Viennenſis Epiſcopus ejuſdem ſæculi ſcriptor, his verbis: *Hujus Imperatoris tempore pars corporis beati Sebaſtiani Martyris ad Sueſſonicam urbem delata, ubi multa mira in laudem Dei omnipotentis varia genera ſanitatum infirmis collata*. Hæc Ado.

Legatio miſſa a Romano Pontif. ad Imp.

Quo pariter anno circa Kalendas Junias habitus a Ludovico conventus ex more, in loco dicto Ingelheim, ubi inter alia, auditos eſſe legatos ab Eugenio Papa Roma miſſos, idem, qui ſupra, auctor in rebus geſtis Ludovici teſtatur.

Quinam hac functi fuerint legatione, idem ſic narrat: *Inter legationes præcipuas, cæteriſque eminens erat legatio Romani Pontificis, qua fungebatur Leo Centumcellenſis Epiſcopus, & Theophylactus Nomenclator*. Quæ autem iſti attulerint: altum ubique ſilentium. Addit auctor, tunc ab eodem auditam eſſe legationem de rebus tranſmarinis, qua eſt functus Dominicus Abbas de Monte Oliveti. Sed de rebus ab eo geſtis nihil penitus proditum reperitur in lucem.

IX. De tranſlatione reliquiarum SS. Marcellini & Petri.

Quod autem ad legationem ab Eugenio Papa ad Imperatorem Ludovicum pertinet, mentio ejus eſt apud Einhardum, ſive Eginhardum in commentariis ſuis de tranſlatione reliquiarum SS. Martyrum Marcellini & Petri in Gallias, occaſione hiſtoriæ memoria dignæ. Sed antequam de ipſa agamus, quod ad tempus ſpectat, eamdem tranſlationem alii anno præſenti, ſequenti vero alii accidiſſe teſtantur: ſed utrorumque ſententiæ veræ eſſe reperientur, ſi diverſarum in ea re actionum ratio habeatur. Si quidem verum eſſe liquet ex his, quæ dicentur inferius, hoc anno ab Urbe furtim eas eſſe ſublatas, atque delatas in Gallias, ſequenti vero Aquiſgranum partem earum eſſe perlatam. De qua quidem tranſlatione intellexiſſe videntur, qui ſequenti anno id accidiſſe tradiderunt in vita Ludovici Imperatoris, & veteribus Francorum Annalibus, & apud

PAGIUS

ſub ejus nomine circumferuntur, ei attributos, ideoque vetuſtiſſimos eſſe ac magnæ auctoritatis.

IV. *Corpus S. Sebaſtiani in Galliam tranſlatum.*

Narrat itaque *Odilo Hilduinum* Archicapellanum Ludovici Aug. qui cum Lothario Aug. anno DCCCXXIV. Legatus Romam profectus fuerat, reverſum de ſua Legatione, *Rodoinum* Medardini apud Sueſſionem Monaſterii Præpoſitum eum monuiſſe, ut aliquas Reliquias ab Eugenio Papa peteret, & *Hilduinum* Aquiſgrani conveniſſe Imperatorem, a quo Romam deſtinatus eſt, ut corpus *Sancti Sylveſtri*, Papæ ab Eugenio poſtularet. Rodoinus ſtatim ſe ſe viæ commiſit, ſed ubi Lingones pervenit cœlitus monitus eſt, ut S. Sebaſtiani Reliquias poſceret, quod præſtitit, ejuſque precibus Pontifex annuit. *Præterea Rodoinus* inquit Odilo, *quem vis amoris & deſiderium impatiens pro adipiſcendis Sanctorum pignoribus affectu piæ devotionis animarat, obæratis affatim ædituis, quorum tunc erat officii Sancti Petri ſervare Baſilicam, ſub nocte eadem Beatiſſimi Gregorii Papæ ſacratiſſimum tumulum, qui ante Secretarium fuerat, audacter aggreſſus, corpus ejus cum ſumma reverentia ſublatum, ac decenter compoſitum ſuper altare Beati Petri perlatum juxta jam dicti Martyris venerabile corpus depoſitum eſt. Dehinc fidei pactum Rodoinus cum ſuis rogatus gratanter tulit, ſuperque eoſdem Martyris atque Pontificis ſacratiſſimos artus jurisjurandi ſacramentum libenter exſolvit, ſcilicet ut nulli unquam mortalium quod geſtum erat, proderent aut publicarent*. [1]

V. *Et in Baſilica Sueſſionenſi repoſita.*

Reliquiæ Sueſſiones ſolemniter acceptæ ſunt, & in Medardenſi Baſilica locatæ. *Præcellentiſſima Chlvdovici Auguſti ſoror Berta huic interfuit ſpectaculo ſpectabilis*, inquit Odilo. Hæc uxor fuerat Angilberti, ideoque hoc tempore adhuc ſuperſtes erat. Corpus S. Sebaſtiani *ſuſceptum atque depoſitum eſt die V. Idutum Decembrium*, ſeu die nona ejuſdem menſis, quæ hoc anno in Dominicam incidebat. Mitto hic quamplurima miracula, quæ tam in via, quam apud Sueſſiones Odilo patrata fuiſſe refert. Ado in ſuo Chronico ait: *Hujus Imperatoris* (nempe Ludovici Pii) *tempore, pars corporis Beati Sebaſtiani Martyris ad Sueſſonicam Urbem delata*, ideoque non totum corpus; præſertim cum in multis Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ ac Germaniæ locis oſtendantur Reliquiæ S. Sebaſtiani, ut probat Bollandus loco citato. De Sancti *Gregorii* Magni Reliquiis anno ſequenti cum Baronio verba faciam.

VI. A num. VIII. ad XI. Eginhardus in Annal. hoc anno habet: *Imperator* (nempe Ludovicus

NOTÆ [1] P. BEſſin in ſua Collectione Conciliorum Normannicorum huic anno illigat concilium quoddam Rotomagenſe, cujus tres de Fide Chriſtiana canones recitat Burchardus in ſua collectione. His autem alios quatuor de diſciplina P. Beſſin ex Reginone addit. Porro hoc anno celebratum fuiſſe Rotomagenſe concilium tradit Ulpergenſis, nec ab ea ætate canones iſti abludunt. Vide collectionem conciliorum Venet. t. IX. col. 378. MANSI



apud Aimoinum. Cum alioqui hoc ipſo anno eas fuiſſe Roma deductas, illud eſt evidens argumentum, quod ipſe auctor Einhardus teſtatur id tunc factum eſſe, cum legatio ab ipſo Romano Pontifice decreta, Gallias verſus, jam in itinere eſſet. Qui autem rem geſtam ſcripſit, fuit Einhardus, qui & Eginhardus dicitur, & floruit hoc tempore ſumma claritudine nominis. Fuit hic a ſecretis Carolo Magno, ejuſque vitam conſcripſit. Hic igitur extitit auctor ejus ſcriptionis, cum inter Ludovici Imperatoris Optimates ſumma gloria militaret.

X. Sed antequam dignam a tanto auctore ſcriptam hiſtoriam in medium adducamus, illa de eodem Einhardo fabula eſt confutanda, qua fertur ex ſcripto quodam edito in apparatu tomi prioris hiſtoriarum Germanarum: ipſum ſcilicet fuiſſe generum Caroli Magni, duxiſſeque indulgentia Principis ejus filiam, quam adamavit, nomine Immam, olim Regi Græcorum deſpomſatam: Etenim nec ejus nominis conſtat ipſum Carolum habuiſſe filiam, & illam, quæ deſponſata fuit Conſtantino Irenæ filio, non Immam eſſe nuncupatam, ſed Rotdrudim. Id quidem ipſomet Eginhardo teſtante, qui & ſingulas numerat filias Caroli Magni. Ex quo ſolum totum illud male fictum commentum diſſolvas, cui concinnandi anſam præbuit donationis diploma factum ipſi & ejus conjugi Immæ a Ludovico Imperatore ibidem cu-

Fabula de Einhardo confutata.

PAGIUS

*Legatio Eugenii Papæ ad Ludovicum Aug.*

cus) *medio menſe Majo Aquiſgrano egreſſus circiter Kal. Jul.* (legendum, Junii cum melioribus editionibus & cum Annaliſta Bertiniano) *ad Ingelheim venit, habitoque Conventu non modico multas & ex diverſis terrarum partibus miſſas Legationes audivit, & abſolvit: inter quas præcipua, cæteriſque præeminens erat Legatio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, Romanæ videlicet Eccleſiæ*; ſed hujus Legationis cauſam non prodit Eginhardus.

VII. *Chriſtiani in Marca Hiſpanica proditi.*

Jam dixerat Eginhardus: *Pippinus Rex filius Imperatoris (ut juſſus erat) cum ſuis Optimatibus & Hiſpanici limitis cuſtodibus circiter Kalend. Febr. Aquaſgrani (nam ibi tunc Imperator hyemaverat) venit. Cum quibus cum de tuendis contra Saracenos Occidentalium partium finibus eſſet tractatum, atque diſpoſitum, Pippinus in Aquitaniam regreſſus, æſtatem deputato ſibi loco tranſegit*. Conſilia Ludovici Aug. penitus evertit perfidi Aiſonis e Palatio fuga & irruptio in Civitatem Auſonenſem, graviſque is ac truculenti belli tum cauſa & occaſio fuit in eo tractu Francos inter & Saracenos. Incertum eſt quis fuerit hic *Aiſo*, niſi quod ex Annalibus Fuldenſibus, diſcimus eum fuiſſe Gothum, & ex rebus ipſis patet, illum familiaritatem habuiſſe cum populis Auſonenſibus, a quibus, etſi aſtu veteratorio deluſis facile ſuſceptus eſt. Eginhardus poſt narratam profectionem Imperatoris ad villam *Sels*, ſive Saltz ſupra Salam fluvium trans Rhenum, quo generalem Conventum populi Germanici condixerat ad medium Octobris, addit: *Ibi ad ejus notitiam perlatum eſt de fuga ac perfidia Aiſonis, quomodo fraudulenter Auſonam ingreſſus, & a populo illo, quem dolo deceperat receptus, totam Civitatem deſtruxiſſet*. Verum loco, *totam*, legendum *Rodam*, ut obſervat Ohyenartus in Notitia Vaſconiæ & Marca lib. 3. de Marca Hiſp. cap. 22. num. V. & manifeſtum eſt ex verbis Vitæ Ludovici Pii. Roda erat Oppidum ad Tezerum flumen 12. M. P. diſtans ab Auſona. Hæc verba Auctoris Vitæ Ludovici Pii: *Ipſo interea anno medio Octobri cœtum populi Germanicum coire juſſit trans Renum in villa, cujus vocabulum eſt Saltz. In qua conſiſtenti perfidia atque defectio Aiſonis nunciata eſt: qui de Palatio Domini Imperatoris fugiens ad Civitatem Auſonam venit; ibique receptus Rodam ſubvertit. Sed & reſiſtere nitentibus non parum incommoditatis intulit: Caſtella, quæ irrumpere potuit fortiter communivit. Sed & miſſo fratre ſuo ad Regem Saracenorum Abdiraman nomine, validum contra nos robur exercitus accepit. Quæ quidem Imperatoris animum commoverunt. Nil tamen propere gerendum ratus, Conſiliorum ſuorum ſententiam, quid tali facto opus eſſet, ſtatuit operiri*. Eadem narrat Eginhardus. Anno ſequenti legenda, quæ in ea Provincia commiſſa ſunt, narrabimus.

VIII. *Ludovicus Aug. adverſus Saracenos exercitum parat.*

Inter Epiſtolas Eginhardi Abbatis, quæ numero eſt XXXIX. a Ludovico Imp. Cæſarauguſtanis hoc anno, ut videtur, ſcripta, in qua inter alia Ludovicus ait: *Complacuit nobis ad vos has literas dirigere, voſque conſolari atque exhortari, ut in ea qua cœpiſtis libertatis veſtræ defenſione contra crudeliſſimum Regem* (nempe Abdiraman) *perſeveretis, & furori atque ſævitiæ illius, ſicut hactenus feciſtis cedere non dignemini. Et quia idem Rex certiſſimus adverſarius & inimicus tam noſter, quam veſter eſt, communi conſilio contra ſævitiam ejus dimicemus. Volumus enim cum Dei Omnipotentis adjutorio proxima æſtate exercitum noſtrum ad marcam veſtram mittere, ut ibi præparatus ſedeat, & expectet, donec vos mandetis quando promovere debeat, ſi ita vobis bonum viſum fuerit, ut propter vos adjuvandos eundem exercitum contra communes inimicos noſtros, qui in marca noſtra reſident, dirigamus. Ad hoc ut ſi Abdiraman vel exercitus ejus in adjutorium contra vos venire voluerit, iſti per noſtrum exercitum impediantur, ut ille & exercitus ejus in adjutorium contra vos venire non valeant. Nam certos vos facimus, quod ſi ab illo vos avertere, & ad nos convertere volueritis, antequam libertatem veſtram pleniſſime & ſine nullla diminutione, vobis uti concedimus, & abſque cauſa vel tributo immunes vos eſſe permittimus, & non aliam legem, niſi qua ipſi vivere volueritis, vos tenere jubemus, nec aliter erga vos agere volumus, niſi ut vos amicos & ſocios in defenſione Regni noſtri honorifice habeamus*. Epiſtola *omnibus Primatibus & cuncto populo Emeritano* inſcripta; verum errore Librarii, Emerita enim ad Annam fluvium in Luſitania poſita, ideoque a Marca Hiſpanica valde diſſita. Quare Cointius hoc anno num. XXXVII. ubi hanc Epiſtolam recitat, loco *populo Emeritano*, legendum cenſet, *populo Cæſarauguſtano*. Librarios in literarum inſcriptionibus non raro errare identidem obſervavimus.

IX. Baronius occaſione Hiſtoriæ ab Eginhardo de de Tranſlatione Reliquiarum SS. Martyrum *Marcellini & Petri* in Gallias, de qua mox, elucubratæ, de ejus conjugio cum *Imma*, aliiſque ad eum ſpectantibus agit, meritoque refellit eorum commentum, qui tradidere *Immam* filiam

cuſum, ex quo potius idem commentum mendacii redarguitur, dum in eo numquam cognatus vel affinis nominatur Eginhardus Imperatoris, ſed fidelis: nec ibidem Imma ſoror Ludovici ullatenus appellatur, quod minime prætereundum fuiſſet. Extat autem ejuſdem Einhardi epiſtola de obitu amatæ conjugis ad (a) Lupum Abbatem Ferrarienſis monaſterii Senonum in Gallia, rurſum ejuſdem Lupi ad eum ſcripta conſolatio, in quibus cum ex multis honeſtiſſima laudetur femina, nuſquam quod Caroli filia fuerit mentio habetur, quod fuiſſet primo loco dicendum.

*(a) Lupi Ferrarienſ. ep. 3. 4.*

Sed

PAGIUS

*Eginhardus primum Capellanus poſtea Archicapellanus Caroli M.*

filiam Caroli M. fuiſſe. Recitat illud, ac amplectitur Auctor Chronici Laureshamenſis Monaſterii, jamque nos ſupra illud confutavimus. Recte tamen Eginhardus ibidem pag. 496. ab eo appellatur *Archicapellanus Notariuſque Imperatoris Caroli*. Capella enim ea ætate non tantum ſignificabat Sacellum Deo conſecratum, verum etiam *Cancellariam* & *Chartophylacium* ſive *Archivum*, hoc eſt, locum, in quo mandata & Epiſtolæ Principum, aliæque Tabulæ publicæ, vel componuntur, & exarantur, vel conduntur & aſſervantur. Hinc apud mediæ ætatis Scriptores per *Capellanos* ſæpe intelligendi ſunt Secretarii & Scribæ, qui Cancellariæ & Cartophylacio inſerviunt, per *Archicapellanum* autem ſupremus Cancellariæ & Chartophylacii Præfectus, qui nunc appellatur *Cancellarius*, vel *Archi-Cancellarius*, ut jam inſinuavi, cum de Sancto Angilberto verba feci. Sic ergo & *Eginhardus* primo quidem fuit Caroli M. Capellanus, hoc eſt, Scriba & Secretarius; tandem evaſit ejuſdem Archicapellanus, ſive Cancellarius, ut erudite demonſtrat Spelmannus in Gloſſario ſuo Archaiologico, ubi de ſignificatione vocabulorum *Cancellarius*, *Capella*, & *Capellanus* agitur, & cum eo Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. cap. 5. num. XVIII. ubi refert, in ea Bibliotheca extare exemplar MS. Vitæ Caroli M. ab Eginhardo ſcriptæ, cujus ibi hæc eſt inſcriptio: *Incipit Vita Karoli Magni Imperatoris Auguſti & Saxonum Apoſtoli ab Enhardo Capellano ſuo compoſita*. Porro Eginhardus vocatus reperitur Eginhardus, vel Enchardus, vel Einchardus, vel Enhardus.

X. *Dimiſſa uxore variarum Abbatiarum Abbas fuit.*

Carolo M. demortuo *Eginhardus* Clericus factus uxorem *Immam* ut ſororem per complures annos habuit. Unde ea anno octingenteſimo triceſimo ſexto vita functa, ut eo anno oſtendit Cointius num. XCIV. & ſeqq. Eginhardus ad Lupum Ferrarienſem Abbatem ſcripſit Epiſtolam inter Lupinas III. in qua ait: *Omnia mihi ſtudia, omneſque curas tam ad meas quam amicorum cauſas pertinentes exemit & excuſſit dolor, quem ex morte olim fideliſſimæ conjugis, jam nunc cariſſimæ ſororis ac ſociæ graviſſimum cepi*. Eginhardus *anno Imperii Domini Ludovici Auguſti tertio*, inquit Chronographus Fontanellenſis cap. 16. renunciatus eſt Abbas Fontanellenſis, & *Cœnobium per ſeptem ferme tenuit annos*, hoc eſt, ab anno DCCCXVI. ad DCCCXXIII. quo juxta eundem Chronographum Fontanellenſis Monaſterii adminiſtrationem dimiſit, eique ſucceſſit *Anſegiſus* Abbas Luxovienſis. Porro ex Diplomate Ludovici Aug. dato *Idibus Aprilis, anno Imperii ejus ſexto, Indictione* XII. conſtat, Eginhardum jam ab anno DCCCXIX. Abbatem Gandenſem fuiſſe, & Præceptum illud a Cointio eo anno num. VI. recitatum, a Ludovico Aug. in favorem Monaſterii Gandenſis ſeu Bavoniani impetraſſe. Ad hæc anno DCCCXXIX. Abbas erat Monaſterii ad Mœnum in Archiepiſcopatu Moguntino ſiti, quod *Millinheimium*, *Salegunſtadium*, ſeu *Selgenſtadium*, vel *Selingeſtadium*, nec non & Cœnobium SS. Marcellini & Petri nominatur. Illud occaſione Tranſlationis Reliquiarum eorumdem Sanctorum ædificatum, ejuſque primus Abbas Eginhardus fuit.

XI. *Auctor non eſt Annalium ei adſcriptorum.*

Scripſit *Eginhardus* Vitam Caroli M. quæ primum in lucem prodiit Coloniæ Agrippinæ anno MDXXI. ſtudio & cura *Hermanni a Nuenare* Sacri Imperii Comitis, qui eam Carolo V. Imp. dedicavit, & cum ea Annales publicavit, qui eidem Eginhardo vulgo attribuuntur, ſed ſub hoc titulo: *Annales Regum Francorum, Pippini, Caroli, Ludovici, ab anno poſt Chriſtum natum DCCXLI. uſque ad DCCCXXVIII. collecti per quendam Benedictinæ Religionis Monachum, qui ipſas tres geſtas diligenter accurateque Scriptis commendavit*. Poſtea Annales iſtos *Juſtus Reuberus* Juriſconſultus anno MDLXXXIV. in Syntagmate Veterum Scriptorum Rerum Germanicarum Francofurti typis dedit, cum hoc titulo: *Annales Regum Francorum Pippini, Caroli Magni & Ludovici, a quodam ejus ætatis Aſtronomo, Ludovici Regis domeſtico conſcripti*. Tum Marquardus Freherus anno MDCXIII. *Corpus Franciæ Hiſtoriæ veteris & ſinceræ*, Hanoviæ in lucem emiſit, & in eo Opere Annales illos ſub hac inſcriptione publicavit: *Adelmi Benedictini, vel ſecundum alios Ademari Monachi Annales Francorum Regum Pippini, Caroli Magni Hludovici Pii per annos continuos LXXXVII.* Tandem Ducheſnius Tom. II. Collect. Hiſt. Franc. Opus illud Eginhardo adſcripſit, aitque, ſtylum iſtius Annaliſtæ Vitæ Caroli M. *tam genuine* convenire, *ut utrumque librum ab uno & eodem Auctore, ſc. Eginhardo, fuiſſe conſcriptum, quivis poſſit agnoſcere*. Verum utrumque Opus diverſiſſimorum Virorum fœtum eſſe, ex pugnantibus inter ſe ſententiis oſtendit Cointius anno DCCLXXIV. n. CXXVIII. & ſeqq. & illud certo demonſtrat locus deductus ex ipſiſmet Annalibus, ubi Annaliſta *Eginhardum* appellat *ſui temporis prudentiſſimum Virorum*; illum vero loqui de Eginhardo Vitæ Caroli M. Auctore, mox patefaciam. Ducheſnius tamen Viris eruditis ſententiam ſuam ita perſuaſit, ut Lambecius loco citato, licet fateatur, in nullo Codice MS. Biblioth. Cæſ. in qua hujus Operis non deſunt exemplaria, Eginhardi nomen legi, ex eo tamen quod in eodem Codice MS. extet Vita Caroli M. ab Eginhardo ſcripta, & uno tenore hujuſmodi Annales referantur ſine interpoſitione novi tituli, pro certo habeat, verum eorum Annalium Auctorem eundem illum Eginhardum eſſe, qui Vitam illam compoſuit. Hinc quia jam iſte error communis eſt, Annales illos ſub Eginhardi nomine ſemper laudavi (licet Cointius eos *Laureshamenſes* vocet, quod a Monacho Laureshamenſi editos arbitretur); quia ſi Operibus, quorum Scriptores incerti, quilibet quem genuinum illorum parentem credit, nomen præfigat, id ſine Lectorum incommodo non fiet. De aliis Eginhardi Tractatibus legendus Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. Si fides habenda ſit, Auctori

Chro-



XI. Lucubratio Eginhardi.

Sed rejectis in angulum figmentis iſtis de eodem Einhardo (ſive Eginhardo dixerimus) illud conſtat, ipſum ſicuti Carolo ita & ejus filio inhæſiſſe Ludovico, virum inter primos ejus ſæculi eruditos annumeratum. Hic itaque inter alias tanto auctore dignas lucubrationes reliquit quatuor libros conſcriptos de inventione, evectione, ſive tranſlatione atque miraculis eorumdem ſanctorum Martyrum Marcellini, & Petri, egregium quidem monumentum, quo cum hiſtoriæ ſinceriſſima afferatur veritas; Deum plane mirabilem in Sanctis ſuis, novis ſignis atque prodigiis, omnes qui legunt intelligant. Repræſentantur enim per quamdam imaginem ſaltem ex parte, tempora illa Africanæ Eccleſiæ feliciſſima quibus illuc ſacra Protomartyris pignora ſunt allata: ſic enim conſuevit Deus antiqua novis occaſionibus renovare miracula, quo tepeſcens in Chriſtianorum animis Fides incaleſcat. Quod igitur ſit jucunda ejuſmodi rei geſtæ narratio ſui argumento gratior exiſtat ex fide certa & in omnibus explorata, eorum quæ dicuntur ejuſdem qui ſpectavit, auctoris: hic tibi eadem ſcribenda ſuſcepimus, quæ ſic ſe habent (a), prætermiſſa brevitatis cauſa præfatione.

*(a) Einhard. de tranſlat. SS. Marcellini & Petri l. 1. Sur. tom. 7. die 2. Junii.*

XII.

*Cum adhuc in Palatio poſitus, ac negotiis ſæcularibus occupatus, ocium, quo aliquando perfrui cupiebam multimoda cogitatione meditarer: quemdam locum ſecretum, atque a populari frequentia valde remotum nactus, atque illius cui tunc militaveram, Principis Ludovici liberalitate conſecutus ſum: is locus eſt in ſaltu Germaniæ, qui inter Neccarum & Mœnum fluvios medius interjacet, ac moderno tempore ab incolis & circummanentibus* * *Odanuvald appellatur. In quo cum pro modo facultatum, ac ſumptuum, non ſolum domos & habitacula ad manendum, verum etiam baſilicam divinis officiis congruentem, non indecori operis ædificaſſem: dubitare cœpi, in cujus potiſſimum S. Martyris nomine atque honore dedicari deberet.*

* Odonovald Einhardus in ſolitudine Baſilicam ædificat.

*Cumque in hac animi fluctuatione plurimum temporis eſſet evolutum; contigit, ut quidam diaconus Romanæ Eccleſiæ, nomine Deuſdona, pro ſuis neceſſitatibus Regis opem imploraturus ad Palatium veniret: ibique aliquandiu moratus, cum peracto, propter quod venerat, negotio, Romam redire pararet, quadam die humanitatis cauſa velut peregrinus, ad prandium noſtræ parvitatis a nobis eſt invitatus. Ibique inter prandendum plura locuti, eouſque ſermocinando pervenimus, ut de tranſlatione corporis beati Sebaſtiani, ac neglectis Martyrum ſepulcris, quorum Romæ ingens copia eſt, mentio fieret.* Haud pridem enim, eodem anno ejuſdem Martyris Sebaſtiani, Hilduini opera, tranſlatas eſſe reliquias Sueſſionem, dictum eſt; cujus occaſione, ea inter prandendum narratio incidit. Sed pergit auctor:

XIII. In dedicatione novæ Baſilicæ expetuntur reliquiæ Martyrum.

*Inde ad dedicationem novæ baſilicæ noſtræ ſermone converſo, percunctari cœpi, quonam modo ad id pervenire poſſem, ut aliquid de veris Sanctorum reliquiis qui Romæ requieſcunt, mihi adipiſci contingeret. Hic ille quidem primo hæſitavit, qualiter id ſic fieri poſſet, ſe neſcire reſpondit.*

Diaconus ad viaticum ſibi parandum mentitur ſe domi habere reliquias.

*Deinde cum me de hac re ſolicitum ſimul & curioſum eſſe animadverteret, altera die ſe percunctationi meæ reſponſurum promiſit. Poſt hæc cum iterum a me fuiſſet invitatus: protinus e ſinu libellum mihi porrexit, rogans, ut eum ſolus perlegerem, ſibique de eis, quæ in eo ſcripta erant, quid mihi placeret, indicare non dedignarer. Accepi libellum, & ut ille petiit, ſolus ſecrete perlegi. Continebantur in eo, eſſe ſibi domi plurimas Sanctorum reliquias; eaſque mihi dare velle, ſi meo functus adjutorio Romam reverti potuiſſet: compertum ſibi fore, quod duos mulos haberem, quorum ſi alterum ſibi darem, ac ſecum hominem meum fidelem mitterem, qui illas reliquias ab illo acciperet, mihique deferret, ſtatuit eas mihi eſſe miſſurum. Complacuit mihi ſuadentis conſilium, ſtatuique fidem ſponſionis incertæ celeriter experiri. Ac proinde dato, quod petebat, jumento, addita etiam propter viaticum pecunia, Notarium meum nomine Ratleicum, quia & ipſe orandi cauſa Romam eundi votum habebat, cum eo pergere juſſi.*

XIV.

*Igitur de Aquiſgrani Palatio profecti nam ibi eo tempore Imperator cum ſuo comitatu erat* (ita plane Aquiſgrani hiemaſſe Ludovicum, teſtatur auctor in rebus geſtis ejuſdem anno ſuperiori) *Au-*

*gu-*

PAGIUS

Chronici Monaſterii Sancti Bavonis ſeu Gandavenſis, ſuperſtes fuit Ludovico Aug. cui gratioſiſſimus fuit. Scribit enim: *Anno DCCCXLIII. Eynardus XV. Abbas Gandenſis obiit VIII. Kal. Auguſti; cui Henricus, alias Eynkericus de Dacnam ſucceſſit.*

XII.

A num. XI. ad XXXVI. Eginhardus in Annal. ad annum DCCCXXVII. de Reliquiis SS. Marcellini & Petri, qui imperante Diocletiano Martyrium fecere, hæc ſcribit: *Eugenius Papa menſe Auguſto deceſſit, in cujus locum Valentinus Diaconus a Romanis electus & ordinatus, vix in Pontificatu unum menſem complevit. Quo defuncto Gregorius Presbyter tituli S. Marci electus, ſed non prius ordinatus eſt, quam Legatus Imperatoris Romam venit, & electionem*

*Tranſlatio SS. Marcellini & Petri in Franciam.*

*pe-*

Diaconus ſpondet Hilduino corpus S. Tiburtii martyris.

guſtam Sueſſionem venerunt: ibique cum Hilduino Abbate in monaſterio S. Medardi locuti ſunt, quia memoratus diaconus ei pollicitus eſt, ſe efficere poſſe, ut corpus beati Tiburtii Martyris in ejus veniret poteſtatem. Quibus ille promiſſionibus illectus, miſit cum eis quemdam presbyterum hominem callidum nomine Hunum, jubens, ut acceptum ab eo memorati martyris corpus deferret. Inde iter ingreſſi, Romam, quanta potuerunt celeritate, perrexerunt.

De reliquiis viſio facta famulo.

Contigit autem, poſtquam Italiam intraverunt, ut puer Notarii mei nomine Reginbaldus, tertiana febre correptus non modicum profectioni eorum ſuis laboribus faceret impedimentum: quoniam his horis quibus ille febrium æſtibus tenebatur iter agere non potuerunt: erant enim pauci, ac per hoc ab invicem ſeparari nolebant. Cumque hoc incommodo iter illorum non mediocriter fuiſſet retardatum, illi tamen, prout poterant, illud accelerare contenderent: tribus diebus, priuſquam ad Urbem venirent, apparuit in viſu illi febricitanti quidam homo in habitu diaconi, perquirens ab eo, quamobrem dominus ſuus Romam ire feſtinaret. Cui cum ille & promiſſa diaconi de reliquiis Sanctorum mihi mittendis & de his quæ Hilduino Abbati pollicitus eſt prout illi comperta erant, exponeret: Non ita erit (inquit) ſed longe aliter ac vos exiſtimaſtis, cauſarum, propter quas veniſtis, exitus implebitur. Nam diaconus iſte, qui vos Romam venire rogavit, aut parum, aut nihil de his, quæ promiſit, facturus eſt. Ac proinde volo ſequaris me, atque ea, quæ tibi oſtenſurus atque dicturus ſum, mente ſolicita aures advertere.

XV. Per viſum indicatur locus reliquiarum.

Tunc manu comprehenſum, ut ſibi videbatur, montis præcelſi cacumen ſecum conſcendere fecit, in quo cum ſimul poſiti conſiſterent; convertere, inquit ad Orientem, & ſubjectos oculis tuis campos intuere. Quod cum feciſſet, & campos de quibus dixerat, fuiſſet intuitus, videt in eis molis immenſæ fabricas, in modum cujuſdam civitatis exſtructas. Et interrogatus ab eo, ſi ſciret, quid hoc eſset: Se neſcire reſpondit. Tum ille: Roma eſt, inquit, quod vides, ſtatimque addidit: Dirige in ulteriora civitatis, & contemplare, ſi aliqua tibi in his locis appareat Eccleſia. Cumque ſibi quamdam Eccleſiam apparere dixiſſet: Vade, inquit, & Ratleico nuntia, quoniam in Eccleſia, quam modo vidiſti, illa res eſt recondita, quam ille domino ſuo debet deferre; & ideo det operam, ut eam, quam celerius fieri poteſt, accipiat, & ad dominum ſuum revertatur: dumque ille diceret, quod nemo de his, qui ſecum venerant, in hujuſmodi re fidem dictis ſuis eſſet habiturus: reſpondit & dixit: Tu noſti & omnes, qui tecum hoc iter agunt tibi conſcii ſunt, quia complures dies laboraſti, & nondum te ab illis ullam habuiſſe remiſſionem. Et ille: ita eſt quidem, ut tu dicis. Quapropter, ait, volo, ut pro ſigno tibi ſit atque his, quibus verba, quæ dixi, relaturus es, quoniam ex hac hora febre, qua uſque modo detinebaris, ſic per Dei miſericordiam cariturus es, ut te ulterius in hoc itinere non contingat.

XVI. Fides viſionis ex ſanitate promiſſa certa redditur.

His dictis expergefactus, omnia, quæ ſibi vidiſſe vel audiſſe videbatur, Ratleico referre curavit. Quæ cum Ratleicus presbytero ſecum pergenti expoſuiſſet: viſum eſt ambobus, ut experimentum ſomni ex veritate promiſſæ ſanitatis approbarent. Nam eadem die juxta qualitatem febrium, quibus laborare conſueverat, febricitare debebat, qui ſomnium viderat, & ut non vana illuſio, ſed potius revelatio vera fuiſſe oſtenderetur; neque illa die, neque cæteris quæ illam ſecutæ ſunt, ullum in corpore ſuo conſuetarum febrium ſentit indicium. Sic factum, ut viſioni crederent, & fidem diaconi promiſſis non haberent. Quæ oſtenſa eſt divinitus baſilica, ob ſui amplitudinem & altitudinem longius etiam perſpicua erat, opus Conſtantini Magni, rotundo ſchemate concamerato deſuper fabricata, ſanctorum Marcellini & Petri nomine nuncupata, aliter S. Tiburtii dicta, cujus veſtigia, quæ hodie adhuc ſuperſunt extra portam, quam Majorem vocant, retinent venerandas imagines Marcellini, & Petri muſivo opere nobiles: ibique cœmeterium extat eorumdem Sanctorum nomine glorioſum, ſed ruina ædificiorum obſcurum. Pergit auctor.

XVII. Diaconi promiſſio vacua redditur.

Igitur Romam venientes, juxta baſilicam beati Petri Apoſtoli, qui dicitur ad Vincula, in domo ipſius, cum quo venerunt, diaconi, hoſpitium acceperunt, manſeruntque cum eo aliquot dies, opperientes promiſſionum ejus adimpletionem. Sed ille, qui ſuas pollicitationes perficere non valebat: ipſum, quod non poterat,

qui-

PAGIUS populi qualis eſſet, examinavit. Legati Michaelis Imp. de Conſtantinopoli ad Imperatorem, quaſi propter fœdus confirmandum, miſſi, Septembrio menſe Compendium venerunt. Quos ille ibi benigne receptos & audivit & abſolvit. Ipſo tempore Heinardus ſui temporis prudentiſſimus Virorum, ſancto devotionis incitatus ardore, Romam miſit: & corpora SS. Marcellini & Petri, annuente Papa, in Franciam fecit tranſvehi: & valde decenter in proprio territorio, propriiſque ſumptibus, recondidit. Quorum meritis hactenus ibi Dominus multa operatur virtutum miracula. Eadem iiſdem fere verbis ſcribit Auctor Vitæ Ludovici Pii, qui de Eginhardo ait: ipſo

na-



quibuſdam procraſtinationibus palliabat. Tandem locuti cum illo: Cur eis eo modo vellet illudere, percunctati ſunt, rogantes ſimul, ne ſe diutius fallendo detineret, & reverſionem ſuam vanis ſpebus impediret. His ille auditis, cum cerneret, ſe hujuſmodi calliditate eis jam amplius non poſſe imponere: primo Notarium meum certum fecit de reliquiis mihi promiſſis, quod eas habere non poſſet, eo quod frater ſuus, cui & domum & cuncta, quæ habebat, inde abiens commendaverat, negotiandi gratia Beneventum eſſet profectus, ac ſe penitus ignorare, quando eſſet reverſurus: & quia ei reliquias illas, ſicut & cæteram ſupellectilem ad ſervandum commiſerat; nec omnino ſe ſcire poſſe, quid de his feciſſet: quoniam eas in eadem domo nuſquam inveniſſet; proinde videret quid faceret, quia de parte ſua nihil reſtaret, quod ſperare poſſet. Poſtquam hæc Notario meo dixit: & ille ſe ab eo illuſum, ac male ſibi impoſitum quereretur: neſcio quibus vanis & frivolis etiam & presbyterum Hilduini allocutus ſpe ſimili animatum a ſe fecit abſcedere.

XVIII. Conſilium de perquirendis cœmeteriis.

Poſtridie vero cum valde triſtes videret: hortatus, ut ſimul cum illo ad cœmeteria Sanctorum pergerent: videri ſibi, quod in eis aliquid tale inveniri poſſet, quo eorum deſideriis ſatisfieret: nec fore ullam neceſſitatem, ut in patriam vacui reverterentur. Cumque eis hoc conſilium placuiſſet, vellentque, ut quantocyus id, ad quod faciendum eos hortabatur, inchoarent: more ſolito negotium diſſimulavit, & eos, quorum animi tunc paululum erant erecti, in tantam deſperationem hac dilatione dejecit, ut omiſſo illo, ſtatuerent in patriam, quamvis infecto negotio, reverti.

De baſilica S. Tiburtii & crypta SS. Petri & Marcellini.

Sed Notarius meus recolens ſomnium, quod puer ſuus viderat: cœpit comitem ſuum hortari, ut ſine hoſpite ſuo irent ad cœmeteria, ad quæ viſenda ille eos ſe ducere velle promiſit. Itaque invento atque conducto duce locorumque monſtratore; primo ad baſilicam beati Tiburtii Martyris in via Lavicana, tribus ab Urbe paſſuum millibus diſtantem, veniunt, Martyriſque tumbam, quanta poſſunt diligentia, contemplantur: & utrum ſic, ut alii non ſentiant, aperiri poſſet, cauta circumſpectione conſiderant. Deinde in cryptam eidem baſilicæ contiguam, in qua beatorum Chriſti Martyrum Marcellini & Petri corpora erant tumulata, deſcendunt, atque explorata etiam illius monumenti qualitate, diſcedunt, æſtimantes hoc factum hoſpitem ſuum poſſe latere. Sed aliter evenit atque arbitrati ſunt. Nam licet ipſi neſcirent, quibus indiciis, cito tamen ad illum hujus facti notitia pervenit: veritusque, ne ſine illo voluntati ſuæ ſatisfacere debuiſſent: ſtatuit conſilium eorum feſtinando prævenire. Et quia ille eorumdem locorum plenariam atque omnimodam notitiam habebat: blande eos alloquitur, hortaturque ut illuc ſimul veniant, & ſi Deus votis eorum favere dignaretur, communi conſilio facerent, quicquid eis videretur faciendum.

XIX. Præmiſſo jejunio quæruntur reliquiæ.

Aſſenſi ſunt ejus voluntati, tempuſque id aggrediendi, pari conſenſu conſtituunt. Tunc peracto jejunio triduano, noctu ad locum, nullo Romanorum civium ſentiente, perveniunt; ingreſſique baſilicam S. Tiburtii, primo altare illud ſub quo ſacrum ejus corpus ſitum credebatur, aperire tentaverunt; ſed parum ſucceſſit eorum voluntati molitio operis inchoati. Nam monumentum duriſſimo marmore extructum, inermes id aperire conantium manus facile repellebat.

Igitur omiſſo illius Martyris ſepulcro, ad tumbam beati Marcellini & Petri deſcendunt, atque ibi invocato Domino noſtro Jeſu Chriſto, & adoratis ſanctis Martyribus, lapidem, quo ſummitas ſepulcri tegebatur, de loco ſuo levare moliuntur. Quo ſublato: vident, ſacratiſſimum S. Marcellini corpus in ſuperioribus ejus ſepulcri partibus poſitum, tabulamque marmoream ad caput poſitam, quæ titulo, quem continebat, evidens indicium dabat, cujus in eo loco Martyris membra jacuiſſent. Quod (ut par erat) cum ſumma veneratione ſuſcipientes, levant; & munda ſyndone involutum diacono ferendum, atque ſervandum tradunt. At ne ulla ſublati corporis indicia remanerent, lapidem ſuo loco reponentes, in Urbem ad hoſpitia ſua revertuntur. Diaconus autem corpus beatiſſimi Martyris, quod acceperat, juxta baſilicam beati Petri Apoſtoli, quæ vocatur, Ad vincula, ubi & ipſe domum habebat, ſe ſervare velle ac poſſe affirmans, fratri ſuo, nomine Luniſoni ad cuſtodiendum commiſit. Arbitratuſque Notario meo hos

S. Marcellini corpus tollitur.



ſatis-

PAGIUS anno (nempe DCCCXXVII.) Heinardus Virorum ſui temporis prudentiſſimus, ſancto devotionis ardore incitatus, &c. Denique Annaliſta Fuldenſis ad eundem Chriſti annum habet: Corpora Beatorum Chriſti Martyrum Marcellini & Petri menſe Novembri in Franciam allata ſunt. Eugenio poſt paucos dies mortuo, Gregorius Presbyter Tituli S. Marci Pontificatum ſuſcepit. Quibus ex verbis colligo primum, Annales Eginhardo attributos, ab eo conditos non eſſe; cum ipſemet Hiſtoriam Tranſlationis utriuſque Sancti, quorum Reliquias in Franciam advehendas curavit, ſcripſerit, & prorſus incredibile ſit, cum ita magnifice de ſemetipſo in illis Annalibus locutum eſſe; præſertim cum in ea Hiſtoria, quæ apud Surium ad diem II. men-

ſis

*ſatisfactum eſſe, cœpit illum hortari, ut accepto corpore B. Marcellini, rediret in patriam.*

XX. *Sed ille longe aliud meditabatur, ac mente volvebat. Nam, ut mihi poſtea retulit: videbatur illi, nequaquam ſibi licere cum ſolo B. Marcellini corpore in patriam regredi, quaſi nefas eſſet, ut corpus beati Petri Martyris, qui ei ſocius in paſſione fuerat, & per quingentos & amplius annos in eodem ſepulcro una cum illo requieverat, illo inde tranſeunte, ibi remaneret. Atque hac cogitatione mente concepta tanta animi ſui parturitione ſimul ac perturbatione laborabat, ut nec cibum capere, nec ſomno acquieſcere, dulce ſibi videretur atque jucundum, niſi Martyrum corpora, ſicut in paſſione eo monumento coniuncta fuerant, ſic etiam peregre profectura jungerentur. Sed de hoc qualiter fieri poſſet, vehementer ambigebat. Noverat enim neminem a ſe Romanorum inveniri poſſe, qui ſibi ad hoc ullum ferret auxilium; ſed ne talem quidem, cui hæc animi ſui ſecreta auderet oſtendere.*

XXI. De tollendo S. Petri Martyris corpore agitur conſilium. *In hac cordis anxietate conſtitutus, reperit quemdam monachum peregrinum, nomine Baſilium, qui ante biennium de Conſtantinopoli Romam venerat, atque ibi in monte Palatino apud alios Græcos, qui ejuſdem profeſſionis erant, cum quatuor diſcipulis ſuis hoſpitium habebat. Hunc adiit, atque ei quam patiebatur ſolicitudinem aperuit. Tum conſiliis ejus animatus, & orationibus fretus, tantam accepit in corde ſuo conſtantiam, ut ſtatueret rem, quamvis cum periculo capitis ſui, celerrime experiri. Vocatoque ad ſe comite ſuo Hilduini presbytero, cœpit cum eo tractare, ut iterum ab baſilicam beati Tiburtii, ſicut prius fecerant, clanculo pergerent, ac tumbam, qua Martyris corpus reconditum credebatur, aperire denuo molirentur. Placuit conſilium, aſſumptiſque, quos ſecum adduxerunt, pueris, hoſpite eorum penitus ignorante, quo irent, clam noctu profecti ſunt.*

XXII. Petri exorciſtæ, & Martyris corpus tollitur. *Cumque ad locum ventum eſſet, votis pro re proſperanda ante ædis januam factis, ingrediuntur, diviſiſque ſociis inter ſe, presbyter ad corpus beati Tiburtii quærendum in ipſius baſilica cum aliquibus remanſit. Ratleicus in adhærentem eidem Eccleſiæ cryptam, ad beati Petri corpus acceſſit. Apertoque ſine ulla difficultate ſepulcro, ſacra ſancti Martyris membra, nullo prohibente, ſuſtulit, & ſerico pulvino, quem ad hoc portaverat, recepta diligenter incluſit. Interea presbyter, qui corpus beati Tiburtii quærebat, magno labore fruſtra conſumpto, poſtquam ſe vidit nihil poſſe perficere, relicto opere, in cryptam ad Ratleicum deſcendit, & quid ſibi faciendum eſſet, ab eo quærere cœpit. Cui cum ille arbitrari ſe diceret, quod ſancti Tiburtii reliquiæ eſſent inventæ, eique id, de quo dicebat, oſtenderet. ( Nam paulo ante quam idem presbyter ad eum in cryptam veniſſet, reperit in eodem ſepulcro, in quo SS. Marcellini & Petri ſacra corpora jacuerant, foramen quoddam rotundi ſchematis, trium ferme pedum longitudine introrſum excavatum, pedali amplitudine patens, & in eo minuti pulveris non modicam portionem repoſitam ) Viſum eſt ambobus, quod hic pulvis de corpore beati Tiburtii oſſibus inde ſublatis remanere potuiſſet, & ob hoc, ut difficilius inveniretur, medio loco inter beatum Marcellinum & Petrum in eadem tumba fuiſſet repoſitus. Convenitque inter eos, ut eum presbyter ſumeret, & pro reliquiis beati Tiburtii ſecum deferret. His ita peractis atque diſpoſitis, cum rebus, quas repererunt, ad hoſpitia ſua reverſi ſunt.*

XXIII. Aliæ SS. reliquiæ prioribus adduntur in Galliam deferendæ. *Poſt hæc Ratleicus cum hoſpite ſuo locutus, ut ſibi ſacros beati Marcellini cineres, quos ei ad ſervandum commendaverat, reddat, ſeque in patriam redire volentem nulla non neceſſaria dilatione detineat. Cui ille non ſolum quod repetebat, ſine mora reſtituit, verum etiam de Sanctorum reliquiis in una ligatura collectis haud parvam portionem mihi deferendam obtulit, & requiſitus de nomine eorum, mihi ſe illa dicturum, quando ad me veniſſet, reſpondit. Monuit tamen, ut eadem veneratione, qua cæteræ, ſanctorum Martyrum reliquiæ colerentur, eo quod non minoris apud Deum eſſent meriti quam beati Marcellinus & Petrus; & hoc me eſſe crediturum, cum primum ad me nominum illorum notitia perveniſſet. Suſcepit ille munus oblatum, atque id, ut ſibi perſuaſum erat, ſanctorum Martyrum corporibus ſociavit. Initoque conſilio cum hoſpite ſuo, ſanctum illum ac deſiderabilem theſaurum in ſcriniis reconditum atque ſignatum per Luniſonem fratrem ejus, cujus ſuperius fecimus mentionem, necnon & pre-*

PAGIUS fis Junii extat, tam demiſſe de ſe verba faciat.

XIII. *Anno tantum ſequenti facta.* Secundo, hanc Tranſlationem a Baronio perperam cum hoc anno alligari, & quæ de iiſdem Sanctis, eademque Eginhardi Hiſtoria anno ſequenti refert, anno DCCCXXVIII. peracta eſſe. Exiſtimavit Baronius Eginhardum in lib. 1. capp. 10. & ſeqq. ubi loquitur de Legatis a *Gregorio Papa* IV. in Franciam miſſis, ſermonem habere de Legatione *Eugenii* II. de qua hoc anno num. VI. mentionem fecimus; cum tamen hæc Tranſlatio facta ſit *Septembrio menſe*, ut loquitur Eginhardus in Annal. & dum Conventus Compendii haberetur; præſenti vero anno Conventus Ingelheimii *menſe Junio* coactus fuerit, ibique Ludovicus Aug. Legatos Eu-



*& presbyterum Hilduini, qui ſecum venerat, Papiam uſque deportari fecit: ipſe cum eodem hoſpite ſuo Romæ ſubſtitit, opperiens atque auſcultans per continuos ſeptem dies, ſi de ablatis Sanctorum corporibus aliquid ad notitiam civium perveniſſet.*

*Cumque vidiſſet nullam a quolibet extraneo de hoc facto fieri mentionem, latere illud exiſtimans, poſt eos, quos præmiſerat, ſumpto ſecum hoſpite ſuo, profectus eſt. Quod cum * Ticenis apud baſilicam B. Joannis Baptiſtæ, quæ vulgo Domnanæ vocatur, ac tunc ex beneficio Regum ad meam pertinuit poteſtatem, adventum eorum præſtolantes inveniſſent, ſtatuerunt etiam, ut ipſi aliquot diebus ibi morarentur, & propter jumentorum, in quibus venerant, refectionem, & propter ſe ipſos ad longiorem viam præparandos:*

* Ticini

XXIV. De legatorum Apoſt. Sedis adventu nuntium. *In hoc morarum ſuarum articulo fama exiit, Legatos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ a Pontifice ad Imperatorem directos, illo brevi eſſe venturos. Itaque veriti de adventu illorum aliquid ſibi incommodi, vel etiam impedimenti accidere poſſe, ſi ſe ibi deprehenderent, decreverunt, ut quidam ex eis abeundo, adventum eorum feſtinando præverterent, alii in loco remanerent, & re, de qua ſoliciti erant, diligenter inveſtigata, poſt eorumdem Legatorum abſceſſum, ſocios ſuos, quos præmiſerant, ſequi properarent. Cum ita inter eos de hac re conſtitiſſet, & Auguſtam Sueſſorum, ubi Hilduinum eſſe rebatur, quanta potuit feſtinatione contendit. Ratleicus vero cum theſauro, quem ſecum habebat, Papiæ remanſit, expectando, donec Legati Sedis Apoſtolicæ præterirent, ut illis Alpes tranſgreſſis, viam ſuam ſecurius capere potuiſſet. Veritus itaque, ne presbyter Hilduini, qui cum Deuſdona præceſſerat, quique omnium, quæ apud eos geſta vel tractata fuerant, plenariam atque integram notitiam habebat, quia vaſer & lubricæ fidei videbatur, aliquid impedimenti ſibi in via, qua ire diſpoſitum habebat, machinari debuiſſet, altera ſibi eundum judicavit; miſſoque ad me procuratoris noſtri Aſcolfi puero cum litteris, quibus me de reverſione ſua, & de allatione theſauri quem divinitus adjutus invenerant, certum efficeret: ipſe poſtquam Romanos ex conjectura manſionum, quæ eis parabantur, Alpes ſuperaſſe putavit, Papia relicta, ſexto die ad S. Mauritium venit. Ibique comparatis, quæ ad hoc neceſſaria videbantur, ſacra illa corpora loculo incluſa feretro impoſuit, atque inde promovens palam & aperte cum adjutorio populi occurrentis portare cœpit.*

Æinhardus de ſacris reliquiis in Galliam relatis redditur certior.



XXV. *Ubi autem locum, qui Caputlaci vocatur, prætergreſſus, bivium, quo itinera in Franciam ducentia dirimuntur, attingit: dexteriorem viam ingreſſus, per Alamannorum fines uſque ad * Solodorum Burgundionum oppidum venit. Ibi obvios habuit, quos ego poſt indicium adventus illius mihi factum, de Trajecto ei occurrere juſſi. Nam ego tunc temporis juxta Scaldim fluvium in monaſterio S. Bavonis eram, quando litteræ Notarii mei per puerum procuratoris noſtri, cujus ſuperius mentionem fecimus, mihi redditæ ſunt; ex quarum lectione de adventu Sanctorum certior factus, illico unum ex familiaribus noſtris Trajectum ire, ibique presbyteros, atque alios clericos, necnon & laicos ſecum ſumere, ac Sanctis venientibus, ubicumque primum potuiſſet, obviam feſtinare præcepi. Et is nihil moratus cum his quos ſecum duxerat, in loco memorato poſt paucos dies his, qui Sanctos deferebant, obviavit, junctique ſimul, comitantibus etiam, atque hinc inde concurrentibus hymnidicis populorum turmis, cum ingenti omnium lætitia Argentoratum urbem, quæ nunc Stratburgus appellatur, celeriter veniunt. Inde per Rhenum ſecunda aqua navigantes, cum ad locum, qui Portus vocatur, veniſſent, Orientalem fluminis ripam egreſſi, quinta manſione ad locum, Michilunſtat, nuncupatum cum immodica hominum in Dei laudibus exultantium multitudine perveniunt. Is eſt locus in eo ſaltu Germaniæ, qui tempore moderno Odonovuald appellatur, & diſtat a Mæno flumine, circiter leugas ſex. In quo cum baſilicam noviter a me conſtructam, ſed nondum dedicatam, inveniſſent, in hanc illos ſacros cineres intulerunt, & velut ibi perpetuo permanſuros depoſuerunt.*

* Salodurum

Iter deſcribitur, quo ſacra martyrum corpora ſunt delata.

XXVI. *Cumque id mihi fuiſſet allatum: confe-*



*ſtim*

PAGIUS genii Papæ audierit. Eginhardus in hujus Tranſlationis Hiſtoria narrat, Reliquias SS. Marcellini & Petri, cooperante Deidona Diacono ex Baſilica Sancti Tiburtii furtim effoſſ s Radleicum ſuum Notarium Roma ſuſtuliſſe: tum in reditu Ticinum aliquot dies *hoſpitatum*, *Argentoratum Urbem, quæ nunc Stratburgus appellatur*, prætergreſſum eſſe, & tandem ſacras illas Martyrum exuvias ad Mulinheimium ſuperius detuliſſe. Mulenheimium idem eſt ac Seliginſtad, ut locum illum Chronographus Laureshamenſis vocat. Porro Eginhardus loquens in ea Hiſtoria de Legatis, qui anno ſequenti Roma in Franciam venere, ait; *Radleicus vero cum theſauro* ( id eſt cum Reliquiis SS. Marcellini & Petri ) *quem ſecum habebat, Papiæ remanſit, ſpectans donec Legati Sedis Apoſtolicæ* ( id eſt Gregorii IV. ) *præterirent, ut illis Alpes transgreſſis, viam ſuam ſecurius carpere potuiſſet. Veritus itaque ne Presbyter Hildoini, qui cum Deidona proceſſerat*, &c. a Baronio num. XXIV. & ſeqq. recitata, apud quem hujus Tranſlationis Hiſtoria legenda, & in annum ſequentem conferenda.

Viſio facta de tranſlatione facienda corporum SS. Martyrum.

ſtim illuc quanta potui celeritate venire feſtinavi: ubi cum triduo poſt adventum noſtrum exacto, quidam puer Ratleici, jubente eo, officio veſpertino completo, cæteris exeuntibus, ſolus in Eccleſia remanſiſſet, & clauſis januis, juxta illa ſacra corpora in parva ſellula quaſi vigilaturus conſediſſet: ſubitaneo ſomno depreſſus, vidit quaſi duas columbas per dexteriorem abſidæ feneſtram volando intrare, & in culmine tecti ſupra ipſa Sanctorum corpora conſidere, quarum altera tota alba, altera cani & albi coloris permixta varia videbatur. Cumque in eodem culmine diutius deambularent, & conſuetum columbis gemitum viciſſim veluti colloquentes ederent, rurſus per eamdem feneſtram egreſſæ non comparuerunt, ſecutaque vox ſuper caput pueri ſonuit: Vade, inquit, & dic Ratleico, ut indicet domino ſuo, quia iſti ſancti Martyres nolunt, ut eorum corpora in hoc loco requieſcant, alium enim elegerunt, ad quem celeriter migrare diſpoſitum habent. Hujus vocis auctor ab eo videri non potuit; qua tamen finita, evigilavit, ſomnoque excitus, reverſo ad baſilicam Ratleico, quid vidiſſet, indicavit.

XXVII. At ille in craſtinum, ubi me primum convenire potuit, quid ſibi puer ſuus retuliſſet, mihi nuntiare curavit. Ego autem, licet hujus viſionis arcanum ſpernere non auderem: ſtatui tamen opperiendum alicujus ſigni certioris indicium atque interim illos ſacros cineres de linteis in quibus ligati venerant, ſublatos, ſericis, ac novis pulvinis inſuere feci. Cumque in eorum inſpectione reliquias B. Marcellini minoris quantitatis quam S. Petri eſſe cernerem: arbitratus ſum eum ſtatuta corporis ſui minoris fuiſſe menſuræ, quam S. Petrum. Sed hoc aliter ſe habere, furtum poſtea patefactum approbavit. Quod ubi, vel quando, vel a quo, vel qualiter admiſſum, ac proditum ſit, ſuo loco dicturus ſum; nam ordo narrationis inchoatæ texendus atque tenendus eſt.

Igitur poſtquam illum magnum atque mirabilem, omnique auro pretioſiorem inſpexi theſaurum: loculus in quo idem continebatur, propter utilitatem materiæ cœpit diſplicere. Quem emendare cupiens quadam die, poſt completum veſpertinum officium, præcepi uni ex æditius ut menſuram loculi virga collectam mihi afferret. Cumque ille hoc facturus, cereum accenderet, & circumtendentia palia, quibus ille loculus tegebatur, ſublevaret: animadvertit loculum mirum in modum humore ſanguineo undique diſtillantem, & rei novitate perterritus, hoc quod viderat, propere mihi nuntiare curavit. Tum ego cum eis, qui aderant, ſacerdotibus acceſſi, & illud ſtupendum atque omni admiratione dignum miraculum aſpexi; nam ut columnæ atque abaci vel ſigna marmorea, pluvia inſtante, ſudare, ac circumfluere ſolent; ſic loculus ille, qui ſacratiſſima corpora continebat, vero cruore madens, & ex omni parte perfuſus inventus eſt.

Sanguis ex SS. Martyrum corporibus fluit.

XXVIII. Triduanum indictum jejunium pro tranſlatione facienda.

Terruit nos inſolita, & numquam prius audita miraculi ſpecies: quapropter inito conſilio, triduanum jejunium cum ſupplicationibus facere decrevimus, ut ex revelatione divina ſcire mereremur quid ſibi vellet, quidve faciendum moneret magnum illud & ineffabile prodigium. Itaque peracto illo triduano jejunio, cum jam adveſperaſceret humor ille cruoris horrendi ſubito cœpit areſcere, ac mirum in modum qui per continuos ſeptem dies more perennis aquæ ſine intermiſſione diſtillabat, ſic intra pauciſſimas horas exiccatus eſt ut eo noctis tempore ) nam Dominica erat ) quo ſigno dato, ad antelucanum officium celebrandum Eccleſiam intravimus, nullum jam in loculo veſtigium illius poſſet inveniri: lintea vero quæ circa loculum pendebant, ut eodem fuerant humore reſperſa, ita ut erant, ſanguineis maculis infecta ſervari, juſſi, in quibus adhuc magnum illius inauditi portenti patet indicium. Conſtat enim humorem illum ſaporis fuiße ſubſalſi ad lacrymarum videlicet qualitatem, & tenuitatem quidem aquæ, colorem autem veri ſanguinis habuiſſe.

XXIX. Viſio facta Ruodlando de transferendis SS. Martyrum Corporibus.

Eadem nocte cuidam ex pueris noſtris, nomine Ruodlando per quietem viſi ſunt duo juvenes adſtitiſſe, qui ei, ut ipſe teſtatus eſt, de transferendis Sanctorum corporibus multa mihi dicenda mandaverunt, & ad quem locum, vel qualiter id fieri deberet, oſtenderunt; & ut hoc mihi ſine ulla mora fuiſſet nuntiatum, præceperunt. Qui mox, ut me adire potuit, omnia, quæ juſſus fuerat, mihi intimare curavit. Quibus auditis, curis ingentibus æſtuare, & quid mihi eſſet agendum, animo tractare cœpi: utrum iterum jejunia & ſupplicationes celebrandæ, ac Deus rurſum pro noſtra curioſitate ſolicitandus: an aliquis Deo devote ac perfecte ſerviens eſſet quærendus, cui anxietatem cordis noſtri & curarum noſtrarum querimonias indicare, quemque rogare potuiſſemus, ut orationibus ſuis a Deo nobis hujus rei manifeſtationem impetraret. Sed ubi, vel quando ille talis Chriſti famulus a nobis poßet inveniri, præſertim in illa regione, in qua tametſi quædam cœnobia ab eo loco, in quo eramus, haud longe poſita eſſe conſtabat, tamen propter rudem in his locis ejus converſationis inſtitutionem, aut rarus, aut nullus erat, de cujus ſanctitate tale aliquid vel tenuis fama loqueretur.

In-



XXX. Crebræ admonitiones de tranſlatione SS. Martyrum.

Interea dum his anxius curis SS. Martyrum ſuffragium imploraſſem, atque omnes, qui una nobiſcum erant, ut idem facerent ſedulo commonuiſſem: factum eſt, ut per continuos dies nulla nox prætererit, in qua vel uni, vel duobus, vel etiam tribus ſociorum noſtrorum in ſomnis revelatum non fuiſſet, quod illa Sanctorum corpora de eo loco in alium eſſent transferenda. Ad extremum autem cuidam presbytero de his, qui ibi nobiſcum erant, nomine Hiltfredo, apparuit in viſione, ut ipſe fatebatur, vir quidam habitu ſacerdotali, canitie veneranda conſpicuus, candida veſte indutus, qui eum talibus verbis compellavit: Cur, inquit, Einhardus tam duri cordis tantæque obſtinationis eſt, ut tot revelationibus non credat, ac tot monita ad ſe divinitus miſſa arbitretur eſſe contemnenda? Vade, & dic ei, quia hoc, quod beati Martyres de ſuis corporibus fieri deſiderant, infectum remanere non poterit, quamvis ille hactenus voluntatem eorum facere diſtulißet. Et jam nunc, ſi non velit, ut hujus facti meritum ad alium tranſeat, feſtinet eorum implere juſſionem, & ad locum, quem ipſi elegerunt, corpora illorum deportare non negligat.

XXXI. Transferuntur e loco primo SS. Martyrum Corpora.

Poſt has, aliaſque multimodas ad me perlatas admonitiones, viſum eſt mihi, illam ſacrorum cinerum tranſlationem non eße diutius differendam: ac proinde inito conſilio, decrevimus, ut id quanto celerius fieri potuiſſet perficere certaremus. Igitur omnibus, quæ ad hanc devectionem neceſſaria videbantur, raptim & cum ſummo ſtudio præparatis; prima luce poſt completum matutinum officium, ſacrum illum & inæſtimabilem theſaurum cum ingenti luctu & mœrore illorum, qui in loco erant remanſuri, ſuſtulimus, atque iter ingreſſi portare cœpimus, comitante nos pauperum turba, qui illo per eos dies ad eleemoſynam accipiendam undecumque confluxerunt. Nam circa manentes populi quid apud nos ageretur, penitus ignorabant. Erat cœlum grave ſordidis nubibus, & quæ in ingentem pluviam cito reſolvi poſſent, niſi id divina virtus fieri prohiberet: nam tota nocte illa in tantum ſine intermiſſione pluebat, ut nobis iter illud ea die inchoari poße minime videretur. Sed illam noſtram dubitationem ex infirmitate fidei venientem, ſuperna gratia per ſuorum merita Sanctorum longe aliter, quam exiſtimavimus, habere ſe fecit, quando viam, per quam inceſſimus, in aliam, quam ſperabamus, qualitatem vidimus fuiſſe commutatam. Nam & luti parum invenimus, & rivos, qui tam grandi, & jugi pluvia, ut ea nocte erat, creſcere ſolebant, pene nihil creviſſe reperimus.

XXXII. Ubi vero de ſaltu egreſſi, proximas villas acceſſimus, frequentibus obviorum, ac Deo laudes dicentium turbis excipimur, qui nos per octo fere leugarum ſpacium comitati, nobis ac noſtris & in ſacro onere ferendo devoti adiutores, & in divinis laudibus dicendis impigri fuere concentores. At ubi vidimus, quod ea die ad locum deſtinatum pervenire non poteramus: divertimus ad villam Oſtheim appellatam, quæ viæ noſtræ contigua cernebatur: & inclinante jam veſpere, in baſilicam beati Martini, quæ in eadem villa eſt, ſancta illa corpora intulimus, & ſociis noſtris ad excubias ducendas ibi dimiſſis, ego cum paucis ad locum, quo tendebamus, feſtinando præceſſi, & ea, quæ ad receptionem Sanctorum corporum uſus poſtulabat, per noctem paravi.

XXXIII. In via repoſita SS. Martyrum Corpora & ſanata paralytica.

Ad baſilicam vero, in qua illorum ſacroſanctum theſaurum dimiſimus, ſanctimonialis quædam paralytica, nomine Ruodlang de monaſterio Machesbach, quod ab eadem Eccleſia unius leugæ ſpacio diſparatum erat, ab amicis ſuis ac propinquis in carro adducta, cum juxta feretrum Sanctorum inter cæteros vigilans atque orans pernoctaret, recepta omnium membrorum ſanitate, propriis pedibus, nullo ſuſtinente, vel quolibet modo adminiculante, ad locum, unde venerat, in craſtinum regreßa eſt. At nos, albeſcente cælo, ſurgentes, ſociis noſtris venientibus obviam ire perreximus, habentes nobiſcum immodicam vicinorum noſtrorum multitudinem, qui fama adventus Sanctorum exciti, ab hoc primo diluculo pro foribus noſtris conſtiterunt, ut una nobiſcum Sanctis obviam procederent. Et occurrimus eis in eo loco, ubi Gaſpentia fluviolus Meno miſcetur. Inde pariter incedentes, ac Domini noſtri Jeſu Chriſti miſericordiam collaudantes, ſacras illas beatorum Martyrum exuvias ad * Mulinheim ſuperiorem ( ſic enim moderno tempore locus ille vocatur ) cum magna omnium, qui ibi adeſſe potuerunt, lætitia & exultatione detulimus; ſed præ nimia populi multitudine, quæ præcedens cuncta compleverat, neque Eccleſiam adire, neque feretrum in eam inferre valuimus. Idcirco in campo adiacente, atque in loco editiore altare ſub dio ereximus, ac feretro pene altare dopoſito, Miſſarum ſolemnia celebravimus.

* Mulhein

XXXIV. Quibus expletis, ac multitudine ad ſua recedente, in Eccleſiam a beatis Martyribus juſſam, eorum ſacratiſſima corpora intulimus, ac feretro præter altare collocato, iterum Miſſam celebrare curavimus. Ibique inter celebrandum puer quidam annorum circiter quindecim, nomine Daniel de pago Portiano, qui illuc inter alios pauperes mendicando venerat, atque ita curvus erat, ut niſi ſupinus

at-

*Delata in Eccleſiam propriam martyrum corpora. Sanatur contractus.*

*atque jacens cœlum aſpicere nequiviſſet, ad feretrum acceſſit, ac ſubito veluti ab aliquo impulſus corruit: cumque diu velut dormienti ſimilis jacuiſſet, correctis omnibus membris, & recepta firmitate nervorum, coram oculis noſtris ſurrexit incolumis. Facta ſunt hæc decimoſexto Kalendas Februar. & erat ejus diei tanta, & tam clara ſerenitas, ut æſtivi ſplendorem ſolis æquaret, atque ipſius aeris tam mitis atque jucunda tranquillitas, ut veris temperiem apricitate blanda præcederet.*

XXXV. *Recondita ſacra Martyrum corpora.*

*Poſtridie vero ſacra beatorum Martyrum corpora novo loculo recondita, in abſida baſilicæ collocavimus, & ſicut in Francia mos eſt, ſuperpoſito ligneo culmine, linteis, ac ſericis palliis ornandi gratia contextimus, apponentes altare, ac duo vexilla Dominicæ Paſſionis, quæ in via feretrum præcedere ſolebant, hinc atque inde erigentes, locum illum divinis officiis celebrandis pro modulo paupertatis noſtræ idoneum atque aptum facere curavimus. Ordinatiſque clericis, qui inibi aſſidue excubias ducerent, ac divinus laudibus dicendis curam ſolerter impenderent: ipſi non ſolum noſtra ſponte, ſed etiam regali diplomate, quod nobis in via obviam venerat evocati, Domino iter noſtrum proſperante, ad palatium ſumus cum magna exultatione regreſſi.* Hic finem accipiunt res geſtæ anni hujus & ſequentis exordii, nempe uſque ad decimum ſextum Kalend. Februarii. Reliqua pro tempori ratione dicemus ſuo loco, anno ſequenti.

Sed quid iſta divinitus prænuntiata inventio SS. Martyrum corporum, tranſlatio & circumductio, & editio facta miraculorum? niſi ut populis tunc extantibus, atque poſteris ſucceſſuris cultus ſanctorum Martyrum, velut in ſilice ſculptus ampliſſimis, notis remaneret perpetuo conſignatus, cum voluerit Deus ab eodem iſta ſcribi, qui Caroli Magni res geſtas ſcriptis mandaſſet, quo nullus fidelior, nec exiſteret ſententia Lupi docti viri hoc tempore luculentior.

Hoc eodem anno Regem Danorum Arialdum, quem alii Arioldum, ſive Herialdum dicunt, una cum conjuge cæteriſque ſuis ad Fidem Chriſti converſum, Moguntiæ in Eccleſia S. Albani baptizatum eſſe, qui res Ludovici proſecuti ſunt ſcriptis, vetereſque Francorum Annales tradunt addit Theganus, ejus uxorem Reginam a Judith Imperatrice eſſe de fonte levatam. In vita etiam ejuſdem Ludovici, de his dum agitur, iſta paulo latius leguntur: *Herialdus e Northmanniæ partibus cum uxore veniens, Danorumque non parva manu Moguntiaci apud S. Albanum cum ſuis omnibus ſacrè baptiſmatis unda eſt perfuſus, plurimiſque muneribus ab Imperatore donatus. Verens autem piiſſimus Imperator, ne ob tale factum negaretur ei habitatio ſolè naturalis, dedit ei quemdam Comitatum in Friſia, cujus eſt vocabulum Rhiuſtrè quo ſe ſuoſque ſi neceſſitas exigeret, tuto recipere poſſet.* Hæc ipſe. Quibus reliqui auctores omnes aſſentiuntur, ſed quoad tempus, perperam Sigebertus, dum ſuperiori anno id factum recenſet. XXXVI.

Sed quibus Apoſtolis iſta Northmannorum, ſive Danorum converſio facta ſit, inquirendum. Apud Aimoinum (a) cum agit auctor de filiorum Godefredi ad Ludovicum Imperatorem adventu, & in patrium ſolum reverſione: *Cum quibus* (inquit) *Ebbo Rhemorum Archiepiſcopus qui conſilio Imperatoris & auctoritate Romani Pontificis prædicandi gratia ad terminos Danorum acceſſerat æſtate præterita, & multos ex eis ad Fidem venientes baptizaverat, regreſſus eſt.* Hæc ipſe. At quod ad Ebbonem Rhemo- XXXVII.

(a) *Aim. l. 4. c. 3.*

PAGIUS XIV. *Herioldus Rex Danorum baptizatur.*

A num. XXXVII. ad XLII. Germanorum Converſio, Auctore S. Bonifacio ejuſque Sociis, aditum patefecit Aquilonarium gentium converſioni, cui exequendæ Monachi Ordinis S. Benedicti non minores quam in illa labores impendere. Cum apud Ingelheimium Conventus hoc anno agebatur, *Heriboltus cum uxore & magna Danorum multitudine veniens, Moguntiaci apud Sanctum Albanum cum iis, quos ſecum adduxit, baptizatus eſt, multiſque muneribus ab Imperatore donatus, per Friſiam, qua venerat via, reverſus eſt. In qua Provincia Comitatus qui Riuſtri vocatur, eidem datus eſt, ut in eum ſe cum rebus ſuis, ſi neceſſitas exigeret, recipere potuiſſet,* inquit Eginhardus in Annal. cui Auctor Vitæ Ludovici Pii ſuffragatur. Theganus cap. 33. addit, levatos de fonte Baptiſmatis *Heriboltum* Regem a Ludovico Aug. & illius uxorem a Juditha Auguſta. Cointius hoc anno num. XXIII. putat, ſuperſtitem in vivis tunc fuiſſe *Haiſtulphum* Moguntiacenſem Archiepiſcopum & Serarium, nonnulloſque alios, qui tradunt, *Otgarium* ejus Succeſſorem, Regem & Reginam baptizaſſe, deceptos eſſe. Verum cum ex dictis conſtet, *Otgarium* anno ſuperiori Sedem Moguntiacenſem iniiſſe, controverſia hæc nunc diremta.

XV. *S. Anſcharius in Daniam proficiſcitur.*

Sanctus Rembertus Anſcharii Succeſſor ac diſcipulus in Anſcharii Vita, quæ Baronii tempore lucem non viderat, narrat Herioldum, *qui partem Regni Danorum tenebat*, poſtquam baptizatus fuit, & a Ludovico Aug. in filium adoptatus, cœpiſſe *diligentius quærere, ſi quem inveniret ſanctæ devotionis Virum, qui cum eo ire poſſet, eique continuo adhæreret, fieretque illi & ſuis ad corroborandam ſuſcipiendamque fidem Domini Magiſter doctrinæ ſalutaris.* Wala Abbas Veteris Corbeiæ Imperatori dixit, *unum ſe ſcire Monachum in Monaſterio ſuo, qui multo ardore circa Divinam religionem ferveret*, &c. *Deductus itaque ad præſentiam Auguſti* (Monachus ille, ſeu Anſcharius) *cum ab ipſo interrogaretur, utrum pro Dei nomine, cauſa in gentibus Danorum Evangelium prædicandi, comes fieri vellet*



S. Anſgarius Danorum & omnium Aquilonarium Apoſtolus.

morum Archiepiſcopum pertinet, quoniam in eo, quem ſuſceperat, Apoſtolatu ad Danos non perſeveravit: quodque molitionibus adverſus ipſum Ludovicum Imp. infamatus poſtea fuit, & privatus eſt Epiſcopatu, penitus priorem gloriam obſcuravit, adeo ut nequaquam ipſe Danorum Apoſtolus ſit appellatus, ſed S. Anſgarius, qui non Danorum tantum, ſed & Aquilonarium Apoſtolus nominatus invenitur; quique ob exantlatos immenſos in Gentilium converſione labores, a Gregorio quarto poſtea conſecratus eſt primus Archiepiſcopus Danorum, Suedorum, ſive Suenorum, Sabenorum etiam & generatim omnium Aquilonarium illarum partium, ſede tamen in Hamburgenſi civitate conſtituta. Porro res geſtas S. Anſgarii ſcriptis mandatas eſſe a S. Remberto ejus diſcipulo & in Eccleſia ſucceſſore, auctor (a), qui res ipſius S. Remberti conſcripſit, teſtatur. Sed quod ſciamus non extant: pauca vero tantum de eo in vita ejuſdem S. Remberti ſcripta reperiuntur: necnon apud eos, qui ſunt proſequuti rex Saxonum: qui & pariter tradunt creditam ei fuiſſe a Romanis Pontificibus legationem ad omnes Boreales gentes, laborioſamque duxiſſe apud barbaras nationes vitam affirmant.

(a) *Apud Sur. t. 1. die 4. Feb.*

XXXVIII. Sed (b) de exordio & progreſſu Anſgarii Apoſtolatus hoc anno cepti, ex Alberto ſic accipe: *Haraldus cum uxore ac ſuis proceribus baptizatus, redire in patriam auxilio fretus Cæſareo cum diſponeret: efflagitabat, ut prædicatoribus una miſſis populus quoque ad Chriſti religionem imbueretur. Circumſpexit Imperator quem tanto parem operi mitteret lucrandis Chriſto animabus. Jam cum multis compertum erat B. Patris Anſgarii Corbeiæ monachi, & inter alios viri doctiſſimi fervens pro Chriſto deſiderium, ſed interpellare eum deſuper nemo præſumpſit. Terrificum enim videbatur, tantæ barbariei ſeſe commitere, & gentem de crudelitate famoſam nova prædicatione adoriri. Ita cunctis muſſitantibus, Anſgarius cum ſeſe Domino precibus commendaſſet, obviam ſe ferebat quærentibus prædicatorem: Ecce (inquit) ego, mitte me. Addebat autem ſe pariter ſocium Gaudbertus peregrinari pro Chriſto & ipſe percupiens.*

(b) *Crant. in Metrop. l. 1. c. 19.*

*Profecti ſunt igitur cum Haraldo Rege, & manu militari, quam illi Imperator adjunxit; ſed armis minime immiſcuere ſe ſacerdotes. Dum autem Haraldus in Juliam perveniſſet, & cum ſuis tractaret de gerendi belli ratione, Anſgarius cum conſorte ad intima Regni penetravit, verbum vitæ annuntians. Proſperatum eſt opus in manibus eorum multiplicante Chriſto ſemina bonarum frugum, cum plurima plebs Domino per illos credidiſſet. Quid de Haraldo ageretur, quod interim ille armis extruderetur, ad illos non pertinèbat. Inde poſt aliquos menſes reverſi Apoſtolici nuntiò narravere fratribus ad cuncta gaudentibus, quantam in nationibus Dominus gratiam oſtendiſſet.* XXXIX.

Dania & Suedia ad Chriſtum converſæ.

*Nec longum tempus in medio, in idem opus pietatis ſancti Evangeliſtæ iterum præparantur. Cum jam plures accurrerent, qui ſe ſimilis pietatis ſtudio devincirent, penetrarunt uſque in Sueviam, & in oppido Birca, Præfectum ipſum Chriſto conciliabant, multamque ſub eo plebem, & in Fide erudiebant, & ſacro fonte perfundebant. Haraldus interim expertam ſemel prælio fortunam, jam ab Imperatore roboratus retentabat, ſed idem erat exitus, qui prius: fugatus enim & acie victus, abſceſſit in Friſiam, ubi ab Imperatore manendi locum promeruit. Nec tamen ea res terruit divini verbi prædicatores, quo minus in populo fructificarent. Pervicerunt enim orando & prædicando, ut multus ubique populus Chriſto ſubderetur. Poſt biennium novi Apoſtoli Corbejam repetunt, duorum Regnorum aucti Fide. Utinamque tam feliciter perduraſſent, quam ſalutifera fuere primordia. &c.*

Cæterum Canonicus Bremenſis paulo latius iſta proſecutus (Adamum aliqui no- XL.

PAGIUS

*let Herioldi; omnino ſe velle conſtanter reſpondit.* Autbertus Monachus nobilis proſapiæ in ſæculo offert ſe comitem hujus profectionis. Suſcipientes itaque peregrinationem pervenerunt Coloniam, ubi Hadelbodus Civitatis Archiepiſcopus dedit eis optimam navem, cujus ope *ad confinia pervenerunt Danorum. Præfati itaque ſervi Dei cum eo poſiti aliquando inter Chriſtianos aliquando inter Paganos conſtituti cœperunt Verbo Dei inſiſtere, & quoſlibet ad viam Veritatis monere. Multi enim exemplo & doctrina eorum ad fidem convertebantur, & creſcebant quotidie qui ſalvi fierent in Domino. Ipſi quoque Divino inſpirati amore ad promulgandam devotionis ſuæ Religionem cœperunt curioſe pueros quærere, quos emerent, & ad Dei ſervitium educarent. Præfatus quoque Herioldus ex ſuis aliquos ſub eorum cura erudiendos poſuit: ſicque factum eſt, ut Scholam inibi parvo tempore ſtatuerint duodecim aut eo amplius puerorum. Alios quoque hinc inde ſibi adſciverunt ſervitores & adjutores: cœpitque eorum fama & Religio in Dei nomine fructuoſius creſcere.*

XVI. *Per biennium ibi fidem Chriſtianam prædicat.*

*Cum itaque in hoc Sancto propoſito* BIENNIO *aut eo amplius morarentur, contigit, jam dictum fratrem Autbertum infirmitatis gravari moleſtia. Qua de cauſa inde ad Novam Corbeiam deductus, languore diutino ingraveſcente, felici* (ut credimus) *tranſitu in tempore Paſchæ, ſicuti & ipſi antea a Domino revelatum fuerat, diem inibi clauſit extremum. Interim vero contigit, Legatos Sueonum ad memoratum veniſſe Ludovicum, qui*

(a) Adam. l. 1. c. 16. 17.

nominant) tradit (a), biennio primum perſeveraſſe in converſione Danorum Anſgarium, inde vero ad Suedorum converſionem eſſe profectum nova miſſione. Sunt hæc verba ejus: *Itaque biennium Anſgarius cum Autberto in Regno Daniæ commorati, multos ex gentibus ad fidem converterunt Chriſtianam. Inde reverſi, cum denuo ab Imperatore poſtulati eſſent ultimos Suedorum populos Evangelii gratia tentare, intrepidus athleta Chriſti aſſumptis ſecum fratribus Giſlemaro, & Vithmaro doctoribus, gaudens pervenit in Daniam, ubi relinquens Giſlemarum Haraldo, ipſe in * Suetiam transfretavit cum Vithmaro. Ibi vero a Rege Biorn ſuſcepti, verbum Dei publice prædicare permiſſi ſunt. Multos itaque per annum integrum lucrati ſunt Domino noſtro Jeſu Chriſto. In quibus Herigarius, Bircæ oppidi Præfectus credidit, quem tradunt etiam miraculis & virtutibus inſignem. Hac legationis ſuæ proſperitate gaviſi, Corbejam novi Apoſtolicam triumpho duarum gentium regreſſi ſunt. Et, o mira omnipotentis Dei providentia, de vocatione gentium, quam diſponit artifex, ut vult, & quando vult, & per quem. Ecce quod longo prius tempore Villebrordum itemque alios & Ebbonem voluiſſe legimus, nec potuiſſe: nunc Anſgarium noſtrum & voluiſſe & perfeciſſe miramur, dicentes cum Apoſtolo (b): Non eſt volentis neque currentis, ſed eſt Dei miſerentis. Ergo cui vult, inquit, miſeretur, & quem vult indurat. Tunc Imperator cum Magnatibus S. Anſgario de ſalute gentium congratulatus, ingentes Chriſto gratias perſolverunt.* Quomodo autem idem Anſgarius præfectus eſt Epiſcopus Eccleſiæ Hamburgenſi, ſuo loco dicturi ſumus. Atque hactenus de converſione Danorum, & Suenorum per ipſorum Apoſtolum, quo adhuc gloriantur Anſgarium, & jure quidem: ſed quam a tanti Apoſtoli doctrina degeneres!

Dani prius converſi.

* Suediam.

Suedi poſtea converſi.

(b) Rom. 9.

XLI. Cæterum quod a Domino Apoſtolis dictum (c): *Sedebitis vos ſuper ſedes judicantes duodecim tribus Iſrael*. Apoſtolos nimirum ſignificans ſingulos ſuos judicaturos populos, quibus Evangelium prædicarunt: plane ex eodem throno judicii Danorum & Suenorum Apoſtolus Anſgarius, ſuos judicaturus eſt Danos atque Suenos, depoſitumque primum Fidei eiſdem fideliter traditum quæſiturus ab ipſis, ſignaque, apoſtolatus ſui oſtenſurus eſt illis; nimirum unde progreſſus, a quo miſſus, & unde acceperit Fidem, quam illis annuntiavit, ſervandamque in æternum tradidit; nempe quod monachus e monaſterio ad illis prædicandum progreſſus, auctoritate fultus Romani Pontificis, cujus opera primum omnium ad annuntiandum Evangelium ipſi janua Petri clavibus eſt aperta: quod quidem ſcriptores omnes tam Franci, quam Germani teſtantur, & ipſi nec negant ter miſeri Novatores: nam & haud pridem librum ediderunt paucis notum, veteris ſcriptoris, Bremenſis Canonici (aliqui vocant Adamum) ſuæ Eccleſiæ res geſtas quam accurate, fideliterque ſcribentis. Cum igitur ab eodem ipſo, a quo accepit Apoſtolatum, æque acceperit Evangelium, atque Romano Pontifici communione Catholica junctus cum eſſet, pariter adjunxiſſe capiti membra nulli ſit dubium: ab eodem modo capite ſciſſi, æque probantur ab Anſgario defeciſſe. Qui cum indelebilis Fidei characteres non ſit viſurus in illis, quos præſentis ſæculi hæreſes a Sede Apoſtolica diviſerunt; alienos hos proclamavit filios eſſe, non ſuos, qui erraverunt ab utero, & locuti ſunt falſa. Sic ergo Danorum & Suenorum Apoſtolum una cum Chriſto fore judicaturum, ſuos, quibus Evangelium prædicavit, nemo, qui non neget Evangelium, negare poterit. Sed ad res Orientis.

(c) Matt. 19.

In Danos atque Suenos averſos a fide Catholica

Hoc ipſo anno, jam inchoata a menſe Septembri Indictione quinta, undecima die Novembris ex hac vita migrat magnus ille Theodorus Studitarum Præpoſitus, confeſſione crebrius iterata clariſſimus doctrina inſignis, vita admirabilis, & miraculis celeberrimus; cujus cum labores immenſos pro Catholica Eccleſia adverſus hæreticos exantlatos ex ipſius litteris ſuperius narraverimus: præſtat ejuſdem ex vita ad Deum migrationem ab ejus diſcipulo Michaele quam fideliſſime ſcriptam hic recenſere: par eſt enim, ut qui ſcriptis ſuis & rebus præclare geſtis Annales Eccleſiaſticos exornavit, etiam ſuo ad Deum tranſitu magis magiſque nobilitet, illuſtretque triumphi corona, quos certaminibus decoravit. Amantiſſimus auctor veri rem ſic aggreditur:

S. Theodori Studitæ obitus.

*Exoptabat igitur omnibus votis reſolu-* XLII.

PAGIUS *qui inter alia Legationis ſuæ mandata, clementiſſimo Cæſari innotuerunt, eſſe multos in gente ſua, qui Chriſtianæ Religionis cultum ſuſcipere deſiderarent.* Baronius num. XL. hanc Suecorum Legationem ex Adamo Bremenſi hoc anno recitat. Verum ea ad annum DCCCXXIX. ſpectat; cum Rembertus citatus, imo & ipſe Adamus prodant, *Anſcharium* jam biennio apud Danos moratum eſſe, cum Suecorum Legati ad Ludovicum Aug. venere.

XVII. *Moritur S. Theodorus Studita.*

A num. XLII. & LXI. Recitat Baronius mortem *Theodori* Studitarum Præpoſiti, Sacrarum Imaginum Defenſoris acerrimi, quæ juxta Michaelem in ejus Vita contigit *Indictione quinta, undecima die Novembris*, præſenti ſc. anno, quod confirmat Naucratius ejus in regimen



*lutionem, ut qui ſpes ſuas omnes in ea poſitas habebat, neque aliud vivens aſſidue meditabatur. Hoc autem flagrans deſiderio, totuſque in futurorum cogitatione defixus, ne ſic quidem extremis diebus ociari linguam voluit, aut tantillum ceſſare ab officio; ſed iis quidem, qui adventabant, verbis ſuis proferre conabatur utilia tradens, ſupremaſque ſalutationes reddens. Abſentibus autem, & procul poſitis manu & atramento, colloquii vices implebat, Deo illos commendans, animæque ſalutem precibus expoſcens. Curæ enim Sancto erat, neminem præterire, ſed communem & privatam de omnibus ſolicitudinem hinc ſecum efferre. Quod quidem magni ducebat, & huic curæ, ſtudioque immori geſtiebat. Gliſcente vero ejus obitus fama, innumerabilis fuit undique accurrentium multitudo: quos partim ex regia urbe venientes cerneres, partim ex vicinis circum locis alio ex aliis finibus congregatos. Nec defuerunt numero Epiſcopi complures, nec cœnobiorum rurſus Antiſtites, qui una cum ſubiectis ſibi monachis adeſſe feſtinabant, ut vel loquentem partim audirent, ejuſque documentum aliquod perciperent, vel abeuntem ipſum conſpicerent, ut aliquem demum adventus ſui fructum referrent; maximum ſiquidem emolumentum cenſebant, vel ad ipſum tantum proprius acceſſiſſe. Erat enim admirandus Theodorus ſermone dulcis, moribus ſuavior, congreſſu jucundior, animi habitu honeſtus, ſerenus, miſericors, lenis iræ expers, humilis & ſi quid aliud eſt, quod in perfecto, & ſecundum Deum homine laudari, aut ſuſpici debeat.*

Concurſus plurimorum ad eum morientem.

XLIII. *Septem igitur ac ſexaginta natus annos in gravem morbum incidit, Novembri menſe ineunte: qui ſtomachi dolorem vehementius auxit, ipſumque lectulo alligavit, ac mortui ſimilem reddidit. In hoc tamen mali æſtu, cum urgerent undique cruciatus, totus in diſcipulos ferebatur. Cum autem refocillari nonnihil videretur, doloriſque vim paulatim dimitti, ſtatim ex labris oratio, & conſueta rurſum doctrina profluere. Sed cum febris ardore aduſta lingua officium negaret, ægre ſummiſſum quemdam & inconditum edens ſonum, accito notario dictis quæ volebat, ad alios verba tranſmiſit. Ejus autem ſermonis hoc fuit initium: Fratres, Patreſque ægrotavi, & precibus veſtris convalui. Scitis autem quam violento morbi æſtu, quam acri tenerer, ita ut mei pene compos non eſſem. Sed quouſque tamdem eo venire differimus? Veniet enim mors omnino quæ a vobis me ſeparet, & ad loca illa perducat. Cætera vero ſi cui noſſe eſt animus, in utriſque Patris catecheſibus reperiet.*

Theodori ætas, & morbus.



XLIV. *Peracto hoc ſermone, morbus continuo remiſit. Quare viribus confirmatus, ſuiſque pedibus incedens, Dominicum petiit, & ſacram in eo Myſtagogiam peregit, cujus maxime gratia ſanitatem illi dederat Deus, ut ſacrificium offerre poſſet in tempore. Unde poſt habitam ad Patres, alioſque, qui convenerant, congruam orationem, & poſt communem cum illis menſæ participationem lectulo iterum decubuit, atque œconomum advocavit. Naucratius is erat, qui & præfecturam poſt eum geſſit, quem cum de omnibus perdocuiſſet, multiſque qua ratione fratribus rite præeſſet, optimis documentis informaſſet; interrogabat denuo de iis, quæ audire maxime avebat. Numquid Pater, ait, aut frater, aliquid a nobis prætermiſſum eſt in officio? Num aliquid remiſſius aut negligentius quam par erat, actum ſocordia aut facilitate noſtri? Num ſi quid fuit, quo meliores effici poſſent qui nobiſcum erant, eorum ſalutem prodidimus, utilitatis tantæ commoda negligentes? Mihi enim æſtuat, angiturque animus, recogitans omnium ſibi ſubeundum judicium eſſe. Et quænam illi ad tantum tribunal oratio ſufficiet, cui ſiſti tantummodo, formidandum eſt, & penitus intolerabile. Hæc ille Naucratio.*

Convaleſcens petit Eccleſiam.

XLV. *Poſtero autem die, qui ſextus erat Novembris, Pauli Confeſſoris memoriæ ſacer, Eccleſiam rurſus petit, tum ſacris operaturus, tum verba facturus ad fratres.*



PAGIUS men Monaſterii Studitarum Succeſſor in Epiſtola Encyclica *de Obitu Sancti Theodori Studitæ*, poſt Baronii mortem publicata a Combefiſio Tom. I. Supplementi Biblioth. SS. Patrum pag. 855. Ea in Epiſtola de Sancti Viri tranſitu, pluribus agit, & quam egregiis virtutibus præditus fuerit, oſtendit. Deſciverant multi a fide, ut ſolet in perſecutionibus, in quos Theodorus moriens magnam lenitatem exhibuit, & ad ſpem veniens animavit, adſcito etiam Moyſe in teſtem Divinæ Miſericordiæ.

XVIII. *Ejus ultima verba.*

Hæc ſuprema ejus juxta Naucratium ad ſuos verba: *Fratres, Patreſque, poculum hoc commune eſt, quod biberunt omnes Patres noſtri. Ipſum ego bibiturus ſum, vadoque ad Patres meos. Videte Teſtamentum, quod condidi vobis* (recitat illud Baronius num. LI. & ſeqq.) *fidem veſtram ſervate inconcuſſam & vitam immaculatam. Nihil enim ultra habeo dicere, quod jam olim quidquid operæ pretium erat, nunciaverim vobis, voſque omnia prædocuerim.* „ Præterea iſtud adjecit, vere filius pacis & dilectionis: *Domino noſtro Epiſcopo* (ſc. Nicephoro) *ſalutem & oſculum cum reverentia & honore, a me impertimini. Reliquis item Patribus, Epiſcopiſque & Sacerdotibus Chriſti, Confeſſoribus propter Dominum perſecutionem ſuſtinentibus: fratribus univerſis amiciſque & notis, ac iis qui nobiſcum laborarunt in certamine fidei, tum parvis tum magnis.* „ Enim vero, beatum illum ac ſtudioſum animum! Ut neque ſub eam horam „ aliud quid meditaretur aut contenderet, quam „ ut

Sacrificium Deo offert Theod. extremum.

*tres. Veſpere autem, cum ſolitos cum illis hymnos Deo perſolviſſet, ſolus cellulam ingreditur, & paucula ore, plura mente cum ſolo collocutus, profunda jam nocte ingraveſcere morbum ſenſit, acrioreſque quam antea dolores augeri, quorum laborem ferre amplius tacitum non valens, eum, qui pro cellæ foribus dormiebat, accerſit; eique vim & acerbitatem explicat dolorum. Illo autem pro magnitudine mœroris flebiliter exclamante, accurrerunt illico diſcipuli flentes, ejulanteſque, ut qui Patrem jamjam extinctum iri arbitrabantur. Biduo igitur his doloribus excruciatus, ut ſentit inſtare obitum ſibi, perfuſus manantium lacrymarum rivulis exceſſum ſuam diſcipulis annuntiat.*

XLVI. Poſtrema Theodori ad ſuos verba.

*Patres, inquit, & fratres mei, jam adeſt, ut videtis vitæ meæ finis, quem ſemper expectavi. Commune enim eſt omnibus hoc poculum, citius alii licet, tardius alii bibant. Ex quo enim in hanc vitam producti ſumus, vitæ finem capiamus, neceſſe eſt, optimo Domino ita ſtatuente, ut qui vita fruuntur, mortem quoque ſuſtineant. Mihi vero eadem cum aliis ineunda eſt via, eoque abeundum, quo patres mei anteceſſerunt, ubi vita ſempiterna, immo ubi Deus & Dominus meus, quem dilexit anima mea, quem cor concupivit, cujus famulus dictus fui, quamvis obſequium neglexerim, cui totam vitam meam concredidi. Vos vero, filii, manete in ſermonibus noſtris, ſervantes quæ accepiſtis, vitamque ſimul, & fidem veſtram illibatam cuſtodientes. Utrumque enim neceſſarium vobis eſt, ſi in utroque placere, & accepti eſſe vultis. Scitis quomodo nihil ſubtraxerim vobis, quo minus annuntiarem veritatem, ſed publice, & privatim omnibus congruentia indicarim: quæ utinam mentibus veſtris fixa & immota hæreant. Spondeo autem vobis, ſi quam in die Domini fiduciam humilis nanciſcar, me pro vobis poſtulaturum, precaturumque inceſſanter, ut & ipſi ad meliora provehamini, & cœnobium hoc veſtrum majora ſemper incrementa capiat. Singulos ex vobis, ordine unumquemque Deo viventi oblaturus aſſumam. His diſcipulos affatus Pater, adiecit ad extremum:*

*Abſentes Patres verbis meis ſalutate, Epiſcopos presbyteroſque quo par eſt alloquio impertite, omnibus ubique fratribus aliiſque omnibus, qui in eadem confeſſione perſeverant ſupremam ex me allocutionem reddite. Interrogatus deinde a divino Naucratio de monachis & laicis, qui pœnitentiam agebant, reſpondit: Ignoſcet omnibus Deus: nemini imputentur errata. Duoſque alios dies in hunc modum exegit, accedentibus benedicens, Cruciſque ſignum imprimens: frequentes enim in horas adventabant hinc inde profecti, adeo ut digredientes alii, ſemper intervenientes occuparent.*

XLVII. Reddit Deo ſpiritum Theodorus.

*Die autem Dominico, qui undecimus erat menſis, & Menæ Martyris memoriæ dicatus, cum ſenſim deficere ſe animadverteret, ſupremumque tempus adveniſſe, conſuetas laudum preces inchoari jubet. Deinde myſteriis divinis, ut animæ viaticum & munimen eſſent, participat. Mox etiam luminaria ſuccendi, & exordio, qui in funeribus cantantur, hymnos cani innuit. Diſcipulorumque corona circumſtante, ac pſalmum (a); Beati immaculati, decantante, in illis verbis: In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas, quia in ipſis vivificaſti me, animam reddidit, infirma hæc deſerens, evolanſque ad ſummam illam beatitudinem. Appoſituſque eſt ad Sanctos Sanctus, ad ſacerdotes ſacerdos, ad Martyres Martyr, ad divinos præcones vox ingens, totum pene orbem ſuo ſono pervagata, ad Confeſſores confeſſione illuſtris, & nomen hoc præcipuo titulo conſecutus. Cujus ſacrum corpus ad Principem inſulam, quanto cum honore dici queat tranſlatum, vix tamdem tradi potuit ſepulturæ; inhibente quoad poterat confluentis turbæ multitudine, ac deponi vetante.* Hactenus de obitu & ſepultura Theodori Michael, qui perorans hac oratione profectum ad Deum Patrem compellat:

(a) Pſal. 118.

XLVIII. Preces Michaelis.

*At tu ſanctiſſime Pater, tam laudabilis vitæ, mortiſque præmia in cælo nunc percipis, lumini immenſo adſtans, beatæque ac ſempiternæ Trinitatis radiis clarius, ſinceriuſque collucens, totum tota mente ſplendorem excipiens Deitatis, atque ipſa ejus conjunctione deus factus: memento autem & gregis, quem intime adamaſti, pro quo animam poſuiſti, cui ſubventurum te, & pro eo interceſſurum promiſiſti. Te ipſo enim freti, opem tuam & tutelam dopoſcimus (nota nobis eſt tua in nos cura, patrum optime, ac filiorum amantiſſime) ut & in omnibus ad me-*

PAGIUS ,, ut ſolum placeret Deo, Deumque glorificaret. Denique percontante mea humilitate, ,, quid de illis juberet, vel fratribus vel laicis, qui pœnis obnoxii eſſent, ac pœnitentibus: reſpondit vere compatiens medicus & ,, Chriſti imitator: *Indulgebit Dominus univerſis*; ſubjungens ad fidem adſtruendam, vere ,, is fide dignus, etiam divinam per Moyſen ,, ejus famulum ordinationem: ſeque ipſum tertio conſignans adprecatus eſt, dicens: *Dominus pacis erit cum ſpiritu veſtro:* Omneſque, qui aderant, amplexatus, ita remanſit. Tum narrata ejus morte, quæ die Dominica cum die XI. Novembris concurrente contigit, ſubdit: Porro facta eſt die illa ac nocte tempeſtas valida, qualis olim in Magni Petri Alexandrini fu-



*meliora nos ducas, & ad portum tandem tranquilliſſimum appellas, hancve nobis aſſidui officii mercedem tribuens, ut vitam inoffenſo pede claudamus, teque patrono ac duce in Deum omnium evecti, immenſa illa claritate perfruamur.* Hactenus auctor unus ex diſcipulis Theodori atque numero Studitarum monachorum. Ad finem autem ejus teſtamenti iſta appoſita leguntur: *Obdormivit ſanctiſſimus Pater noſter, & magnus Confeſſor Theodorus annos natus ſexaginta ſeptem, menſe Novembri, undecima die, Dominica, hora ſexta, Indictione quinta, Anni VI. M. CCC. XXXV. ab origine mundi.* Porro dies natalis ejus tam Orientalibus, quam Occidentalibus annua die in Eccleſia memorandus jugiter perſeverat in tabulis Eccleſiaſticis adnotatus.

XLIX. Theodorus e cœlo dimicat contra hoſtes.

Patuit quidem cuique intuenti per Theodorum in cœlo & pro Eccleſiæ perfecta pace, proque ſuis (ut promiſerat) juges ad Deum preces oblatas, eaſque Deo acceptas ſua miſericordia fuiſſe. Siquidem inſaniens hæreſis Iconoclaſtarum, effervesſcenſque ſtudium Theomachorum, cum magis illud excreviſſe perſecutione Theophili hujus Michaelis filii viſum eſſet: tunc inopinata tranquillitas facta eſt, reddita inſperata pax, nec brevi temporis ſpacio, ſed perpetua, nec in una civitate, ſed ubique locorum Orientali Imperio ſubiectorum, nemine amplius penitus adverſante, firmiſſima ſtatuta ac ſtabilita. Et ne quis dubitare potuiſſet totum id Theodori precibus factum: illud ſatis evidens ſignum apparuit, quod per unum ex ipſius diſcipulis Studii monachum, ſancti Patris hæredem atque alumnum eſt feliciſſime conſummatum. Ut plane evidens fuerit plus emolumenti attuliſſe Eccleſiæ Catholicæ Theodorum mortuum, ſed regnantem in cœlis, quam viventem in terris, licet ſanguinis ſui rivulis excitatum incendium extinguere repetitis crebrius confeſſionibus laborarit. Quomodo autem ſe iſta habuerint, ſuo loco dicturi ſumus.

L. Sed age jam ultimum ſancti Patris elogium proferamus, nempe illud, quod ſuis a ſe ſcriptum tunc tradidit teſtamentum ſpiritualium divitiarum depoſitum; Latiniſque hactenus incognitum ex eodem depromptum Codice Columnenſi, quod & Græce pariter ſcriptum extare novimus in Sfortiana bibliotheca, ab eodem Sirmundo Pariſienſi Societatis Jeſu profeſſore in noſtrum ſermonem converſum in medium afferamus. Qui igitur (ut nuper audiſti) nihil remiſit ſtudii, quo ſuis vivens prodeſſe poſſet, ut poſt mortem iiſdem profuturus eſſet, teſtatam ſuam publico monumento voluntatem voluit reliquiſſe. Cum enim graviſſima illa, ut audiſti infirmitate detentus, nec loqui præ anguſtia afflicti ſpiritus præſentibus cuncta quæ vellet neque longius ipſi, etiam ſi vellet, alloquendi facultas eſſet: divina illa ardens charitate magis quam febre accepto abſque arbitro calamo, conſcripſit iſtiuſmodi teſtamentum, cui a ſuis hæc inſcriptio legitur indita verbis iſtis:

*Sancti ac Deiferi Patris noſtri & Confeſſoris Theodori Studienſis Præpoſiti teſtamentum. Legitur autem ante dormitionem ejus.* LI.

Teſtamentum S. Theodori.

*Davidicam vocem audiens (a): Paratus ſum, & non ſum turbatus: & iterum (b): Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cum aſſidua miſeri corporis infirmitate captus, non poſſim vos omnes, filii mei & fratres atque Patres, ſub exceſſus mei tempus adducere, propterea quod monaſteria iſta in diverſis locis ſita ſunt, & quidam præterea peregre profecti: velut inſtante jam migrationis ex hac vita meæ articulo teſtamentum hoc vobis prius condere inſtitui; rem congruam atque utilem me facturum arbitratus, ut cognoſcant qui ſupremam meam vocem audient, quemadmodum credam & ſentiam: & qualem poſt me futurum Præpoſitum relinquam, tum ut concordiam inde, pacemque in Chriſto ſervetis, quam aſcenſurus in cœlos Dominus ſanctis diſcipulis ſuis & Apoſtolis reliquit.*

(a) Pſal. 118.
(b) Pſ. 56.

*Credo igitur in Patrem, Filium, ac Spiritum ſanctum, ſanctam conſubſtantia-* LII.



PAGIUS funere. ,, Eratque videre rem mirabilem. Quippe ſpreverunt omnes, mareque & aerem & ,, inundationem fluminum Principumque tentationem, ac ſi quid aliud eſt terrorem habens, poſt habuerunt. Quin & ſervi Dominorum obſequium; & agricolæ, culturæ operam; Curatoreſque & Præfecti, Curationem ac Præfecturam, nautæ item & mercatores, ,, mercaturam; ac viatores iter: ut omnes circumfuſi eſſent oculis in eum, ſeu in pretioſum monile intenti, &c. Grave profecto ,, Michaeli & Theophilo Impp. fuit talibus honoribus affici, quem illi vexaſſent, aut habuiſſent ut idololatram aut impium. Sed fideles omnes *ſpreverunt* tentationem Principum. Vita S. Theodori a Michaele Studita ejus diſcipulo ſcripta nondum lucem vidit. Urbanus VIII. nomen ejus Martyrologio Romano inſcribi juſſit.

XIX. *Sacrilegæ Michaelis Imp. nuptiæ.*

Ad num. LI. & ſeq. *Imperator Michael bellis civilibus liberatus* uxore mortua, aliam *ducit jampridem deſponſam Chriſto, & Monaſticum amplexam vitæ genus, inque Principis dicto Monaſterio id a pueritia exercentem, nomine Euphroſynam. Ferebatur ea filia eſſe Conſtantini Imp. ejus quem mater Irena, ſua propter ſcelera juſte oculis ſpoliaverat;* ait Cedrenus pag. 511. Idem habent Conſtantinus Porphyrogennetus, & Zonaras. Quare errarunt Symeon Logotheta, Leo Grammaticus, & Georgius Monachus, qui ſcripſere priorem Michaelis Imp. conjugem ac matrem Theophili Imp. *Euphroſynam* fuiſſe, hæc enim non mater Theophili, ſed noverca Pri-

Theodori fidei Orthodoxæ profeſſio. tialem Trinitatem, ſicut baptizatus fui, regeneratus & conſummatus, Deum Patrem confitens, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, unum tres deitate, ſicut vice verſa, tres unum ſubſiſtentiis. Unus enim eſt Deus Trinitas propter conſubſtantialitatem, licet diſtincta ſit propter ſubſiſtentiarum diſtinctionem. Confiteor deinde unum e Trinitate Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per immenſam erga homines charitatem ſuam in carne veniſſe ad ſalutem generis noſtri, ex ſancta & immaculata Deipara ſine humano ſemine carnem ſumpſiſſe, atque ex utero ſecundum divinum oraculum naturæ lege natum eſſe, duplicem ipſum exiſtentem, totum perfectum deitate, quatenus non immutatum eſt, id quod erat; & totum perfectum humanitate quatenus non dimiſit quicquam ex eo, quod aſſumpſit, eundem unum juxta hypoſtaſin; ſicut in duabus naturis cognitum, ſic in totidem voluntatibus atque operationibus, per quas divina & humana congruenter operatus eſt. Iſta de ſanctiſſima Trinitate atque Chriſti incarnatione præmiſſa confeſſione ſubiicit profeſſionem eorum, quæ a præſentis temporis hæreticis impugnabantur, dicens:

LIII. Ad hæc omnem hæreticæ communionis errorem averſor, & abominor, ſex ſacris Oecumenicis Synodis inhærens, necnon illi, quæ in Nicæa civitate iterum contra Chriſtianorum accuſatores coacta nuper fuit, adorans, & amplectens venerandas ſacraſque imagines Domini noſtri Jeſu Chriſti, Deiparæ, Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, & omnium Sanctorum atque Juſtorum. Quin etiam ſacras illorum interceſſiones, quæ propitium Deum reddunt; expoſco. Sanctiſſimas etiam reliquias, ut Dei gratia refertas, cum fide & timore colo, & amplector. Omnem quoque divinitus inſpiratam veteris & novi Teſtamenti ſcripturam recipio, omniumque item divinorum Patrum, Doctorum, & monachorum vitas & ſcripta. Hoc vero dixerim propter veſanum illum Pamphilum, qui ex Oriente prodiit, & hos Sanctos traduxit, Marcum, inquam, Eſaiam, Barſanuphium, Dorotheum, & Heſychium, non quidem Barſanuphium & Eſajam & Dorotheum illos, qui cum Acephalis coacephali, id eſt, ſine capite pariter fuerunt, & Decacerati, quod dicebatur, ſeu decem cornuum hæreſis participes, & quaſi concornes, quique a beato Sophronio in ejus libello anathemate damnantur; cum diverſi haud dubium iſti fuerint a prædictis, quos ego ex paterna traditione recipio poſt interrogationem Taraſii Patriarchæ ſanctiſſimi, aliorumque fide dignorum hominum, tum indigenarum, tum Orientalium, cum & Barſanuphi imaginem in ſacro magnæ Eccleſiæ veſtiario una cum Antonio, Ephraim, aliiſque ſanctis Patribus extare conſtet, & in eorum doctrina nullum impietatis veſtigium offenderim, ſed e contra magnum ſpiritualis animæ compendium, quoad nimirum per Synodicam inquiſitionem error quiſpiam in illis deprehendatur. Nam ſi illos ipſos eſſe liquebit, qui anathemate vocati fuerunt, aut ut ab iis diverſi ſint, hæreſi tamen illa infectos; anathema illis, & catathema & pananathema a Patre & Filio & Spiritu ſancto.

Confiteor inſuper monaſticum ſtatum ſublimen eſſe & excelſum, & Angelicum, qui & peccata omnia expurget abſolutæ vitæ perfectione, tum nimirum ſi ex divini magnique Baſilii Aſceticorum legibus plene exigatur, & non dimidiata ex parte, ut ſolent quidam, qui aliqua deſumunt, alia (ut placet) omittunt; ita ut extra tres gradus, qui in divina ſcala oſtenſi ſunt, vitam hanc legitime ducere non liceat; non ſervum poſſidere, non jumentum ſexus feminei, quorum utrumque ab inſtituto alienum eſt, & animæ periculoſum. Atque hæc ego curſim paucis perſtrinxi, neque enim tempus patitur, ut pluribus exponam; ne quis forte mihi pravam opinionem attribuat, contra quam recte ſentio & doceo. LIV.

His autem ita conſtitutis, proximum eſt, ut dicam etiam de Præpoſito. Primum igitur dominum & patrem meum ac patrem ve-

PAGIUS Prima Michaelis uxor *Thecla* fuit, ut docet Zonaras. Hæ nuptiæ ante præſentem annum, quo Sanctus Theodorus Studita die XI. Novem. obiit, celebratæ; cum in Epiſtola CLXXXI. libri 2. Theodori a Baronio anno DCCCXVI. num. XXIII. recitata idem Theodorus de Euphroſyna Auguſta mentionem faciat, ut ibidem vidimus. Quare eæ circa initium anni DCCCXXIV. peractæ, poſtquam nempe Imperator medio menſe Octobri anni DCCCXXIII. Thomam tyrannum morte affecit; cum Cedrenus citatus de eo ſcribat, *bellis civilibus liberatus*, &c. Subdit Zonaras: *Patriarcha Theodoto mortuo, qui ſex annos Eccleſiæ impie præfuerat: Antonius cognomento Caſſimatas in ejus locum eſt ſuffectus, perverſa & ipſe religione præditus.* Theodotus die Paſchatis anni DCCCXV. Patriarcha Conſtantinop. conſtitutus fuerat a Leone Armeno. Quare Zonaras mortem ejus tardius differt, recteque Symeon Logotheta narrata inauguratione Theophili, anno DCCCXXI. peracta, ait: *Eo tempore ſummi Sacerdotii Antonius Sylæi, qui a Sacrarum Imaginum cultu abhorrebat.* Fuerat antea Antonius Metropolita Sylæi ſeu Pergenſis, & Caſſimatas cognominabatur.

His narratis ſcribit Zonaras: *Imperator miſſa contra Agarenos in Cretam Claſſe victus eſt, quique cladi ſuperfuerant, ipſi nuncium attulerunt. Poſt, aliam ingentem Claſſem contra eoſdem mittit, Duce Cratero, qui principio rem contra Agarenos bene geſſit, multis eorum captis & interfectis. Deinde & ipſe & ejus milites victoria freti,* XX. *Creta inſula a Michaele Imp. fruſtra tentata.*



Ad Præpoſitum facta admonitio. veſtrum, relinquo ſanctiſſimum Recluſum, eumdem & patrem & lumen & magiſtrum. Ille mihi & vobis præfuit in Domino, caputque noſtrum eſt, quamvis ſeipſum ſubduxerit, ob Chriſti æmulam humilitatem, degens in ſilentio; cujus ductu ac precibus confido vos ſalvos fore, ſi modo congruentem erga illum fidem, obedientiamque præbeatis. Deinde quem ipſi communi calculo divinitus, paterno conſilio præeunte, præficietis. In quo enim conſenſerit fraternitas univerſa, & huic ego libens, volenſque ſuffragor.

LV. Verum ades, pater, ac fili, quicumque futurus es; en fidei tuæ trado in oculis Dei, electorumque Angelorum ejus totam in Chriſto fraternitatem, ut eam ſuſcipias. At quomodo accipies? quo pacto reges? qua ratione cuſtodies? Tamquam agnos Chriſti, tamquam membra tua chariſſima, fovens, procurans, & diligens unumquemque, juxta æquam charitatis menſuram, quoniam ex æquo membra corporis diligit unuſquiſque. Aperi viſcera tua in commiſeratione, introduc omnes in miſericordia, lacta illos, reforma illos, perfice illos in Domino. Acue mentem tuam prudentia, excita dilgentiam fortitudine, confirma pectus fide ac ſpe: præcurre illis ad omne opus bonum; propugna adverſus ſpiritales inimicos, defende, dirige, produc illos ad virtutis ſedem, divide illis terram tranquillæ affectum vacuitatis. Propterea mandata hæc tibi do, quæ obſervare neceſſario debes. Non igitur immutabis abſque urgente neceſſitate, formam, & regulam, quam ab humilitate mea in omnibus accepiſti. Non poſſidebis ex mundo hoc quicquam, nec tibi ipſi proprie repones nec unicum argenteum.

LVI. Conſanguineis quovis prætextu nihil dandum. Non divides animum & cor tuum aliis curis & ſolicitudinibus propter eos, qui tibi a Deo commiſſi, & a me traditi, ſunt, ſpiritales filios & fratres tuos. Non erogabis in tuos olim ſecundum carnem aut propinquos aut amicos aut ſodales ex propriis monaſterii rebus quicquam nec vivens, nec poſt mortem, eleemoſynæ vel hæreditatis nomine. Neque enim ex ſæculo es, ut conſortium habeas cum ſæcularibus, niſi qui forte ex cœnobio in ordinem noſtrum tranſierint, atque ita eorum curam geras ad exemplum ſanctorum Patrum. Non poſſidebis ſervum nec tuos in uſus, nec proprii monaſterii, nec denique ad agros hominem, qui ad Dei imaginem factus eſt: hoc enim ſolis ſæcularibus conceſſum eſt, ſicut nuptiæ. Tu vero fratribus tuis te ipſum unanimis famulum animo præſtare debes, licet externa ſpecie tamquam dominus & magiſter reputare. Nec habeas jumentum femineî ſexus ad miniſteria neceſſaria tu, qui feminis omnino renuntiaſti, neque in monaſterio, neque in agris, cum nec quiſquam ſanctorum Patrum noſtrorum uſus ſit, nec natura ipſa permittat. Non ſuperveheris equis aut mulis abſque neceſſitate, ſed Chriſti exemplo, pedibus iter facies. Sin minus, pullus aſini erit jumentum tuum.

Curabis omnino, ut inter fratres communia, & indiviſa ſint omnia, & nihil cujuſquam proprii jure dominii uſque ad acum. Tibi vero & anima & corpus, nec præterea quicquam. Æqua lance caritatis diviſa ſunto in omnes tuos ſpiritales filios ac fratres. Non habeas cum ſæcularibus adoptiones, aut conſiliationes tu, qui mundum fugis ac nuptias. Non enim reperitur in Patribus; & ſi reperitur, raro neque id lex eſt. Non epulare cum mulieribus; excepta matre tua ſecundum carnem, & ſorore tua, ſive canonicæ fuerint, ſivæ ſæculares, niſi vis aliqua & neceſſitas impellat, ſicut admonent S. Patres. Ne frequens ſis in aggreſſibus & circumcurſationibus proprium ovile deſerens ſine neceſſitate: melius enim eſt & optabilius, ut vel ocioſius in caula degens, ſervare poſſis variabiles & late errantes rationales oves. Obſervabis prorſus, ut catecheſin ter qualibet hebdomada facias veſperi, vel per temetipſum vel alium quempiam e filiis; quoniam a Patribus traditum eſt, & ſalutare. Non dabis parvum habitum, quem vo- LVII.

PAGIUS *ti, quaſi adverſariis jam enervatis, neque unquam auſuris ipſos aggredi, ſe voluptati & poculis dediderunt, eaque nocte ſine excubiis comeſſati, ocioſe dormierunt. Quo hoſtes intellecto, noctu eos cum maximo clamore adorti omnes ita ceciderunt, ut vix nuncius cladis ſupereſſet. Nam & ipſe Claſſis Præfectus Craterus, cum in nave mercatoria fugiſſet, captus atque in crucem actus eſt. Poſt hæc alia Claſſis Ooryphæ cuidam eſt commiſſa, qui inſulas obiens pyraticarum navium impetum, iis ſpoliandis repreſſit & Cretenſium quoque priorem ferociam compeſcuit.* Has tres in Saracenos Cretam inſulam occupantes expeditiones fuſius enarrat Conſtantinus Porphyrogenneta, indicatque priorem aliquot annos ante duas poſteriores ſuſceptam eſſe.

XXI. *Dalmatia a Michaele Imp. amiſſa.* Non ſolum *Creta* inſula; verum etiam *Dalmatia*, Michaele & Theophilo filio imperantibus, Orientalium Imperatorum jugum excuſſit, ut idem Conſtantinus, Zonaras, aliique Scriptores Byzantini teſtantur. Adriatici maris Dominium Græcos ſervaſſe, & in Diviſione Imperii, tempore Caroli M. ſimul cum Dalmatia poſſediſſe, ſupra retulimus. Sed illud in dies attenuabatur, tandemque anno circiter ſequenti penitus extinctum eſt, Dalmatæque *liberi, ſuiſque non alienis legibus uſi fuerunt*, inquit Porphyrogenneta lib. de Adminiſtratione Imperii cap. 21. Ubi tamen Dalmatiæ nomine, intelligendum tantum quidquid Orientali Imperio in Dalmatia parebat. Recedentibus itaque ex Adriatico Græcorum Claſſibus, ejus accolæ Dal-

*vocant, poſtea, veluti magnum: unus enim eſt habitus, ſicuti & baptiſma, quemadmodum in more fuit ſanctorum Patrum.*

LVIII. *Non tranſilies leges & regulas ſanctorum Patrum, præcipue aute omnes divini & magni Baſilii: ſed quicquid facies aut dices, tamquam teſtimonium habens ex ſcripturis, facies aut ex paterna conſuetudine, abſque divini mandati prævaricatione. Non derelinques gregem tuum ut ad alium tranſeas, aut ad dignitatem non revertere, niſi ex conſenſu & approbatione fraternitatis. Non ineas amicitiam cum canonica, neque ingrediare monaſterium feminarum, nec ſolus colloquare cum monacha vel ſæculari niſi neceſſitas trahat, idque cum duabus ab utraque parte perſonis adſtantibus; unius enim (ut ajunt) facilis eſt calumnia. Non aperies oſtium monaſterii, ad intromittendam feminam ullam ſine magna neceſſitate.*

*Non ſtatues tibi diverſorium, aut ſpiritualibus filiis ſæcularem domum, in qua ſint etiam mulieres, crebro accedens; ſed apud religioſos viros potius diverſare, & tranſitoria viæ ſubſidia capere ſtudebis. Non habebis in cella tua diſcipulum adoleſcentem, quo afficiare, ſed miniſteria tua obeant diverſi fratres, & minime ſuſpecti. Non uteris veſtimento elaborato & pretioſo, præterquam ſacerdotali, ſed humilibus, Patrum exemplo induere & calceabere. Non eris delicatus ac lautus neque in privato ſumptu tuo, neque in hoſpitum receptione, tamquam ea cura diſtraharis: hoc enim proprium eſt vitæ voluptuariæ. Non recondas aurum in monaſterio tuo, ſed quicquid in unoquoque genere redundabit, indigentibus largire, adaperto atrio tuo, ſicuti ſancti Patres. Non ſervabis locum munitum, nec curam geras œconomicam, ſed clavis eſto tibi, ſumma cura animarum, ad ſolvendum & ligandum juxta divina oracula. Aurum autem & res uſui neceſſarias committes œconomis, cellariis & cæteris, ut cuique convenit ex officio, ita nimirum, ut omnium habeas poteſtatem; & transferas, prout cum præceperis, in hunc vel in illum, rationem exigens uniuſcujuſque adminiſtrationis.*

*Non anteponas fratrum utilitati perſonam cujuſque alterius hominis eminentis, ac potentis ſecundum ſæculum. Nec refugies pro divinarum legum ac præceptorum obſervatione, animam tuam uſque ad ſanguinem apponere. Non facies vel ages quicquam ex proprio ſenſu in re ulla, ſive ad animam ſpectet, ſive ad corpus, primum ſine conſilio ac voto domini ac patris tui, deinde aliorum judicio & pietate præcellentium, prout ſubjecta res poſtulat: uno enim forſitan opus eſt, aut duobus aut tribus aut pluribus etiam, ſicut a Patribus nobis præceptum eſt. Hæc omnia, & quæcumque alia accepiſti, ſervabis, & cuſtodies, ut bene tibi ſit, & recte ambules in Domino. Contrarium enim abſit vel dicere vel cogitare.* LIX.

*Adeſte & vos, filii mei ac fratres, & audite miſerrimam vocem meam. Suſcipite dominum Præpoſitum, ſicut elegiſtis ipſum omnes: nemini enim fas eſt, ullo modo aliam quampiam vitam eligere, præter quam ſortitus eſt. Et hoc vinculum eſt a Domino. Amplectimini illum tamquam ſucceſſorem meum, cum reverentia & honore, intuentes in eum, & legitimam obedientiæ regulam erga illum ſervate, novam ejus in Domino promotionem minime ſpernentes, nec plus quicquam in eo requirentes, quam ei a Spiritu ſancto conceſſum ſit, quandoquidem ei ſufficit, ut ea obſervet, quæ ab humilitate mea præcepta ſunt. Quod ſi diligitis me, filii mei, mandata mea ſervate, & pacem inter vos habetote. Angelicum promiſſum veſtrum incorruptum cuſtodite. In cœlis ambulantes, mundum odio habentes, ad mundi opera ne convertamini. Solutis vinculis carnalium affectuum, ne in eoſdem iterum impingatis, qui omnibus caducis hujus vitæ illecebris renuntiaſtis; a propoſito veſtri ſtudio ne reſi-*

Ad ſubditos admonitio.

PAGIUS *Dalmatæ* & *Servii* ſui juris effecti ſunt. Cumque non multo poſt bella civilia Francorum Imperium debilitaſſent, *Croatæ*, qui eis parebant, ſpretis pactis inter duo Imperia initis, fimbrias dilatare, & Adriaticum infeſtare cœpere. Venetique primum in Adriatico Claſſem pro Orientali Imperio contra Saracenos, qui Siciliam occuparant, miſere, *Juſtiniani Participatii Ducis* tempore; ſed non ante annum ſequentem. Qua de re legendus Joannes Lucius. Porphyrogenneta in Continuatione Theophanis pag. 51. de hac Dalmatiæ defectione ſcribit: *Omnis Dalmatia ſub id tempus a Romano Imperio defecit, ſuique omnes juris ac ſibi capita extiterunt, quoad uſque inclytus ille Baſilius Imperium regendum ſuſcepit; tunc enim Romanæ facti ſunt Ditionis*. Ubi Porphyrogenneta de ea Dalmatiæ parte, quæ Græcis parebat, interpretandus.

XXII. Sanctus *Adalhardus* Abbas Corbeienſis in Gallia, triduo ante Natale Chriſti valida febri correptus, hoc anno *peracto die octavo Natalis Chriſti alacrius cœpit inſiſtere, ut jam hinc ei celebratis diebus liceat abire, ſi quomodo ipſe tandem perveniret ad Feſtum, quod nox non intercipit, neque morbo corrumpi poteſt*, &c. *Tum mane jam facto accerſitis nonnullis ex nobis cœpit idem B. Pater urgere, quatenus matutinas ocyus prævenirent. Quibus dictis in laude Chriſti cœleſtis ejus lingua obmutuit. Tunc vero ſimul convenientibus omnibus Sanctis fratribus Communionem Sanctam percepit ferme hora diei prima, ſicuti mos eſt, & cœperunt cum hymnidicis lau-*

*Moritur S. Adalhardus Abbas Veteris Corbeiæ.*



*ſtiliatis, riſum dæmonibus præbentes. Ad curſum obedientiæ uſque ad finem inſiſtite, ut immarceſcibilem juſtitiæ coronam reportetis, humilitatem ſectantes, voluntatem propriam abnegate, ad ea ſolum vos conformantes, quæ a Propoſito veſtro fuerint approbata. Etſi quidem hæc ſcitis, beati, ſi ad finem uſque illa ſervabitis. Vos enim Martyrum chorus excipiet, coroniſque in Regno cælorum redimiti, ſempiternis bonis fruemini.*

LX. *De cætero, fratres, Valete. Iter enim ingredior, unde reditus non patet, quod omnes ab ævo ingreſſi ſunt, quod & vos poſtmodum, hac vita peracta, ingreſſuri eſtis. Ignoro autem, fratres mei, quo pergam, & quale judicium me maneat, aut quiſnam me locus excipiet. Opus enim bonum in conſpectu Dei nullum egi, ne unum quidem: at contra reus ſum omnis peccati.* Ita Sanctus ex affectu timoris, ſeipſum conſiderans, ut hominem. At ſecundum illud Davidicum (*a*): *Ad meipſum anima conturbata eſt, propterea memor ero tui;* ſtatim inter ſcribendum, divinæ bonitatis conſideratione, ſpe erectus, & fiducia exaltatus, longe diverſa profert, iſta mox ſubdens:

De ſeipſo humilis confeſſio cum fiducia ſalutis.

(*a*) *Pſ.* 41.

*Verumtamen lætor, & gaudeo, quod ex hoc mundo in cœlum abeo, a tenebris in lucem, a ſervitute in libertatem, ab incolatu in veram habitationem & patriam, a peregrinis & alienis (incola (b) enim ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei) ad mea & propria: confidentius adhuc dicam, quod ad Dominum meum abeo, ad Dominum & Deum meum, quem dilexit anima mea, quem agnovi patrem, tametſi non colui ut filius, quem poſſedi præ omnibus, tametſi ut germanus ſervus non ſervivi. Hæc ut inſipiens dixi, ſed propter vos dixi, ut propenſiores ſitis, & oretis pro ſalute mea, quam ubi adeptus fuero (ea ſpondeo in oculis veritatis) non deſiturum me confidenter orare Deum ac Dominum meum pro omnibus vobis, ut bene vobis ſit, ut ſalvemini, ut impleamini, expectans unumquemque ſigillatim, cum ex mundo migrabit, ut videam & excipiam & amplectar. Fiduciam enim hanc habeo, quod bonitas ejus in idipſum nos omnes hic ſervabit, & in futuro ſæculo, ejus mandatis obſequutos ad celebrandam ejus ſummam potentiam. Recordamini humilium ſermonum meorum, filii. Depoſitum cuſtodite in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Cujus gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hactenus Patris ſanctiſſimi teſtamentum.

(*b*) *Pſalm.* 118.

LXI. Defuncto itaque (ut dictum eſt) magni nominis & meriti apud Deum & homines Theodoro, Imperatorum cenſore graviſſimo & imperterrito monitore, atque acerrimo reprehenſore Principum, perinde ac ſi cum ipſo extinctæ eſſent omnes Eccleſiaſticæ leges, Imperatori inconceſſa tentandi aditus eſt patefactus. Accidit plane Michaeli Imperatori, ſecundum illud Apocalypſis de reprobis dictum: (*c*) *Qui ſordeſcit, ſordeſcat adhuc.* Etenim cum ſemel ad mala laxaſſet habenas, addidit ad alia ſcelera ſacrilegium illud, ut defuncta uxore, deſponſatam Chriſto, veteri Chriſtiano ritu, virginem monialem, a pueritia educatam in monaſterio, Conſtantini, ut ferebatur, Imperatoris filiam, nomine Euphroſynam uxorem duxerit, nemine reclamante, uti ſæpe fecerat magnus ille Theodorus, Dei tonitrus, Regum terror, qui, ut alter Baptiſta Joannes, Reges impios redarguere, ſcriptiſque proſcindere conſuevit. Sed quod Regum facta in ſubditorum exempla ducuntur, poſt hæc idem ſcelus (ut ſuo loco dicemus) perpetravit in Sicilia militum ductor Euphemius, qui monialem virginem ſibi matrimonio junxit. Verum quod ipſe impune patravit ſcelus Imperator, in alio magnopere ultum voluit: cujus rei cauſa tradita eſt inſula Sarracenis, ut pluribus ſuo loco dicetur.

(*c*) *Ap.* 22.

Euphroſynam monialem ducit in uxorem Imp.

LXII. Sed execratus parentis ſcelus filius ejus Theophilus, ſtatim ut potuit, ubi pater ex hac vita deceſſit, ſumma rerum ipſe potitus, eamdem Euphroſynam novercam Auguſtam, ſecuritatis juramento firmatam, ex aula pulſam in monaſterium, ex quo abducta fuerat, redire coegit.

Euphroſyna Auguſta coacta demum redire in monaſterium.

Sequuta ſunt Michaelis ſcelus ingentia mala; nam omnis exercitus Imperatoris in Cretam miſſus ad expellendos inde Sarracenos, qui ea potiti fortiter defendebant, ipſorum gladiis penitus cæſus fuit, adeo

PAGIUS *laudibus Domino commendare, atque ita perdurantes in ejus exequiis uſque in horam diei nonam. Tum idem, quando & Chriſtus in Cruce emiſit ſpiritum*, inquit S. Paſchaſius Radbertus ejus diſcipulus in illius Vita a Bollando ad diem II. menſis Januarii, & a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. I. recitata. Adalhardum hoc anno ſpiritum Deo reddidiſſe, colligit Mabillonius, tum ex Chronico Novæ Corbeiæ, cui quatuor annis præfuit ab anno DCCCXXII. deductis, tum ex Chronico Saxonico MS. in quo ejus obitus reponitur anno DCCCXXV. quod ſecundum veterem calculum Vir doctiſſimus interpretatur. Porro ex laudato textu apparet, alias poſt Sacram Unctionem datam fuiſſe Euchariſtiam, & ex duobus illis Sacramentis Euchariſtiam, ultimo ſumi ſolitam eſſe. *Adalhardus*, poſtquam ab exilio revocatus fuit, Corbeienſibus Monachis Statuta quædam præſcripſit, relata a Dacherio Tom. IV. Spicilegii, & Mabillonius loco laudato pag. 757. publicavit Capitula LII. ejuſdem Adelhardi *de Admonitionibus in Congregatione*, id eſt, quas Monachis ſuis inter concionandum inculcare ſolebat. Extat

adeo ut nec unus Conſtantinopolim redire potuerit. Sed & eodem pariter tempore Dalmatia ab Orientali Imperatore defecit. Habet hæc omnia pluribus Joannes Curopalata. Sed quod ſemel impius Imperator magno totius Catholici orbis horrore ſacrilegium hujuſcemodi perpetravit (proh nefas! proh dolor! proh pudor!) Patriarchæ hujus ſæculi hæreticorum, eorumque ſectarii Novatores nefandiſſime frequentarunt, & abſque pudore, immo cum gloria, utpote ex conditarum, ab ipſis infamium legum præſcripto. Quo delirium mentis præcipitat miſeros?

An-

PAGIUS tat etiam Conſultatio & Supplicatio Agobardi *Patribus Sanctis Adalhardo, Vvala & Heliſacharo* porrecta de Baptiſmo Judaicorum mancipiorum. Poſt ejus mortem *Vvala* Veteris Corbeiæ, *Vvarinus* Novæ Abbates renunciati. Baronius anno DCCCXXII. num. VII. cujus tempore Vita S. Adalhardi lucem nondum viderat, ejus Epitaphium refert.



I. ANnus ſequitur Redemptoris octingenteſimus vigeſimus ſeptimus, Indictionis quintæ, quo ☞ Eugenius Papa ad conſultationem Archiepiſcopi Vienneſis iſta reſpondit (*a*):

*Eugenii Pap. ad conſultationem Archiep. Viennenſis reſponſio.*

*Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverendiſſimo fratri Bernardo Archiepiſcopo Viennenſi.*

*Congaudeo valde, quoniam licet ab aliquibus detentus, tamen pro magno Apoſtoli Petri amore, noſtroque litteræ veſtræ ſanctitatis nobis redditæ ſunt. Per quas mire cognovimus, qualem erga nos exercere charitatem deſideratis. Unde immemor noſtri fore non debet, quia tuæ dilectionis affectus in viſceribus noſtris reſedit. Et ideo quocumque loco fueris profectus, ad rem eccleſiæ tuæ peragendam: optamus, ut clavigeri te Petri dextera circumtegat, atque gubernet. De cauſa, frater chariſſime, quam nobis per veſtras ſyllabas intimare curaſtis, hoc exinde ſcire vos volumus, quia quantum potuimus, recurſu lectionis illam in ſcriniis noſtris inveſtigavimus: & quidquid poſt auctoritatem Romanam in Juſtiniana etiam lege comperimus, tuæ ſanctitati per noſtros apices intimamus. In cap. D. xi. ejuſdem legis ita invenimus. Ut præſcriptio quadraginta annorum venerabilibus locis competenter aptetur. Neque viginti, vel triginta annorum præſcriptio, religioſis domibus opponatur; ſed ſola quadraginta annorum curricula, non ſolum in legatis, & rebus exterioribus, ſed etiam in hæreditatibus ſacris valeat, ex quo per auctoritatis noſtræ ſeriem, quam veſtræ dirigimus charitati, ut ſi cauſa ita eſt, quemadmodum veſtra nobis denuntiavit epiſtola, veſtræ eccleſiæ eam conceſſam non dubitetis. Similiter veſtrum plane privilegium vobis redintegratum, quod prædeceſſores noſtri veſtræ ſedi conceſſerunt, cognoſcatis. Neque enim aliud nos velle debemus, quam quod illi irrefragabilibus regulis firmaverunt. Deus omnipotens veſtrum ſemper, & eccleſiæ veſtræ ab hoſtibus honorem cuſtodiat. Scriptum per manum Agathonis Notarii & Scriniarii, in menſe Julio, Indict. * xv. Bene valete. Data viii. Idus Julii per manum Georgii Bibliothecarii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, imperante domno piiſſimo Auguſto Ludovico, Imperii ejus * iv.* Hæc Eugenius Papa ☞ Eodem quoque anno venerandæ reliquiæ SS. Marcellini & Petri, de quibus pluribus actum eſt anno ſuperiori, delatæ Aquiſgranum, immenſis coruſcavere miraculis, adeo ut Ludovicus Imper. una cum ſuis omnibus magna admiratione affectus, propenſiori ſtudio Sanctos colerent. Sed qua occaſione id factum acciderit, audi Einhardum qui aderat, rem geſtam verbis his proſequentem: *Tranſactis admodum paucis, poſtquam ad Comitatum veneram, diebus, ego ſecundum conſuetudinem amicorum maturius ſurgens, primo mane palatium petii. Ibi cum ingreſſus Hilduinum, cujus libro ſuperiore mentionem feci, ante fores regii cubiculi ſedentem, atque egreſſum Principis opperientem inveniſſem, ex more ſalutatum ſurgere, atque ad quamdam feneſtram, de qua in inferiora palatii proſpectus erat, mecum accedere rogavi. Ad quam pariter ſtando incumbentes, & tranſlatione SS. Martyrum Marcellini & Petri, necnon & de miraculo, quod influxit cruoris, quo loculum eorum ſeptem diebus ſudaſſe commemoravi, oſtenſum eſt, mirando multa ſumus locuti. Cumque ad id loci ſermocinando veniſſemus, ut etiam de veſtimentis, quæ cum corporibus eorum inventa ſunt, mentio fieret, atque ego miræ ſubtilitatis veſtem beati Marcellini fuiſſe dicerem; ille velut qui rem æque ut ego notam haberet, vera me de veſtibus dixiſſe reſpondit. Hic ego ſtupefactus* * XIII.

*Congreſſus Einhardi cum Hilduino.*

(*a*) *Bibl. Floriac. edit. a Jo. a Boſco Celeſt. part. 2. p. 50.*



PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6320.

SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXV. Anno Hegiræ CCXII. inchoato die 2. Apr. fer. 3.

⊙ 24. F. ☽ 11 P. 21. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 827

GREGORII IV. PAPÆ I.

LUDOVICI IMP. 14.

MICHAELIS BALBI IMP. 8.

A. C. 827. I. ANnum I. ad XXIV. Quæ hoc anno Baronius habet de Reliquiis S. Petri & Marcellini ex Eginhardo in Hiſtoria eorum Tranſlatione in Monaſterium Selenſtadienſe, ad annum ſequentem revocanda, juxta ea, quæ anno ſuperiore diximus, & juxta Annaliſtam Fuldenſem, qui ad annum DCCCXXVIII. ſcribit: *Reliquiæ Sancti Marcelli Martyris poſt Paſcha ad Aquis Palatium delatæ, & per eas ibi multa ſigna facta ſunt*, ubi loco *Marcellini*, perperam legitur *Marcellus*. Eginhardus in Aulam vocatus ab Hilduino Medardenſis Cœnobii Abbate partem Sancti Marcellini Reliquiarum recuperavit, quam Presbyter ab eo Romam directus cum Radleico, furtim rapuerat. Eam ob rem ad Sueſſonicum Sancti Medardi Monaſterium miſſi Clerici duo Eginhardi *Hilfridus* Presbyter, & *Filimarus* Subdiaconus qui Reliquias Sacras Eginhardo Aquiſgrani tum moranti reſtituerunt. Delata poſtea pars illa S. Marcellini Reliquiarum *in Mulinheimum vicum per Vvimiolam fluviolum duobus fere paſſuum millibus*

*Reliquiæ S. Marcellini Millinheimium delatæ.*

*& admirans, percontari cœpi, unde illi hæc veſtimentorum, quæ numquam viderat, notitia contingere potuiſſet.*

II. *At ille me intuitus, paululum ſiluit, ac deinde: Satius, inquit, eſſe arbitror ut per me cognoſcas, quod me tacente, tamen per alios celeriter es cogniturus, & ego illius rei ſim proditor, ſimplex, quam fortaſſe alter ſi prodiderit, non ſimpliciter enuntiabit: neque enim poteſt, quia ſic natura comparatum eſt, ut hoc quis veraciter dicere queat, cujus notitiam non per ſeipſum, ſed aliorum relatione fuerit aſſecutus. Tuæ tantum fidei committo, qualiter inde mecum acturus ſis, poſtquam meo relatu omnem rei geſtæ veritatem agnoveris. Cui cum me non aliud acturum, quam quod inter nos conveniret, brevi ſermone reſpondiſſem: Presbyter (inquit) ille, qui ad ferendas beati Tiburtii reliquias, Romam meo juſſu profectus eſt, cum id propter quod illo venerat, ita ut volebat, perficere nequiviſſet; jamque Notarius tuus acceptis de quibus loquimur, ſanctorum Martyrum reliquiis, domum redire ſtatuiſſet, iniit cum illo conſilium, ut illo paululum Romæ moras faciente, ipſe cum Luniſone fratre Deuſdonæ, & cum hominibus ejus qui illos ſacros cineres ferre debebant, Papiam uſque præcederet, ibique illius ac Deuſdonæ præſtolarentur adventum. Placuit ambobus iſta conventio, illiſque Romæ ſubſtantibus, presbyter cum Luniſone ac pueris reliquias ferentibus Papiam proficiſcitur.*

De ſublatis furto reliquiis narratio.

III. *Quo cum eſſet perventum, ſcrinia ſacros cineres continentia in Eccleſia tua penes altare ſunt poſita, atque ab excubantibus clericis ac laicis in eadem baſilica diligenti ſolertia cuſtodita. Quadam vero nocte, cum & ipſe inter cæteros ad eaſdem excubias in Eccleſia vigilaret: contigit (ut & ipſe aſſerit) circa mediam fere noctem, ut obrepente paulatim ſomno univerſi, qui intra eandem baſilicam vigilandi gratia convenerant, præter ſe ſolum obdormirent. Tum ſibi in mentem veniſſe, viſumque fuiſſe, non ſine magna quadam cauſa factum, ut hominibus tam ſubitaneus ſopor obrepſerit: ratuſque ſibi oblata occaſione utendum, ſurrexit, atque accenſo lumine, ad ſcrinia ſilenter acceſſit. Tum filiis ſigillorum admota cerei flamma crematis ſcrinia ſine clave celeriter aperuit, ac de utroque corpore portionem, quæ ei videbatur, accipiens, ſigilla ut erant, integra filiorum crematorum ſummitatibus annectit, nulloque id factum ſentiente in loco ſuo reſedit. Poſt hæc ſublatas tali furto Sanctorum reliquias cum ad me fuiſſet reverſus detulit; primoque illas non ſancti Marcellini vel Petri, ſed ſancti Tiburtii eſſe, aſſeveravit. Deinde cum, neſcio quid vereretur, ſecrete mecum locutus, quorum Sanctorum eſſent, reliquiæ, quoque modo eas fuiſſet adeptus, patenter aperuit. Habemus illas apud ſanctum Medardum in loco celebri honoriſice collocatas, ubi ab omni populo cum magna veneratione coluntur; ſed utrum eas nobis habere liceat, in tuo manet arbitrio.*

Reliquiæ furto ſublatæ in Eccleſia S. Medardi depoſitæ.

IV. *His auditis, recordatus ſum quid in itinere, quo proxime ad palatium proficiſcebar, a quodam hoſpite audierim; qui inter cætera, quæ mecum loquebatur: Numquid noſti, ait, qualis de ſanctis Martyribus Marcellino & Petro per hanc regionem fama diſperſa ſit? Cumque me id neſcire reſponderem, tum ille: Dicunt inquit, qui de S. Sebaſtiano veniunt* (ex monaſterio & Eccleſia S. Medardi ſcilicet, ubi reliquiæ S. Sebaſtiani collocatæ fuerant) *quod presbyter quidam Hilduini Abbatis, qui cum Notario tuo Romam profectus eſt, cum inde reverterentur, & in quodam loco communi diverſorio uterentur, tuis ebrietate ac ſomno depreſſis, & id, quod agebatur penitus ignorantibus, ſcrinia, quibus Sanctorum corpora continebantur, aperuiſſet, eaque inde abſtuliſſet, atque abiens Hilduino detuliſſet: & modo apud S. Medardum ſint. In ſcriniis vero tuis parum quiddam ſacri pulveris remanſiſſe, quod ad te per Notarium tuum perlatum ſit. Horum reminiſcens, eaque cum his, quæ ab Hilduino dicebantur, conferens, non modica mentis perturbatione commotus ſum, ob hoc præcipue, quia nondum inventum habebam conſilium, quo illam execrabilem, atque aſtutam diaboli voique divulgatam famam extinguere, ac de cordibus deceptæ multitudini depellere potuiſſem. Illud tamen optime judicavi, ut Hilduinum rogarem id ipſum mihi reddere quod de meis ſcriniis ſublatum, & ad ſe delatum, atque a ſe receptum poſt illam ſpontaneam confeſſionem negare non poterat. Quod cum quanta potui inſtantia*

Obtinet ab Hilduino ſublatas reliquias Einhardus.

PAGIUS *libus ab Aquenſi Palatio diſtantem.* Reliquiæ *ſuper* altare depoſitæ, poſtea cum alia ejuſdem S. Marcellini parte Reliquiarum uno loculo concluſæ ſunt. Ita Eginhardus in lib. 2.

II. *Miracula tunc patrata.* In lib. 3. varia refert Sanctorum Martyrum miracula: in his gibbo exoneratus Albricus quidam cæcus, qui Capitula quædam ſuggerentibus Sanctis Martyribus deſcribi, atque Imperatori legenda offerri p Eginhardum curavit. Suſcepit is libellum Radleico ſcriptum, emendatumque Imperatori obtulit. *Sed de his*, inquit, *quæ per hunc libellum facere juſſus, vel admonitus fuerat, perpauca adimplere curavit.* Hæc ſunt *Capitula duodecim*, de quibus in conſequentibus agit Eginhardus ab Archangelo Gabriele revelata: de quibus legendi Annales Fuldenſes ad annum DCCCLXXIV. In



*tia facere curavi: & licet ille paulo durior & difficilior quam optaveram, in aſſenſione fuiſſet: victus tamen eſt ſedulitate precum mearum, ceſſitque improbitati meæ, qui ſe paulo ante nullius juſſioni, in hac præſertim cauſa ceſſurum pronuntiaverat.*

V. *Interea miſſis ad Ratleicum & Luniſonem litteris (erant enim in loco, ubi Martyrum corpora collocavi) qualis per totam pene Galliam de iiſdem ſanctis Martyribus fama eſſet, eis indicare curavi: commonefaciens eos ut cogitarent, ſi aliquid tale vel ſimile his, quæ Hilduinus de facto presbyteri ſui aſſerebat, in via eorum advertere, vel reminiſci potuiſſent. Qui ſtatim ad me in palatium venientes, valde diſparem his, quæ Hilduinus dicebat, fabulam detulerunt: Nam inprimis omnia quæ presbyter ille Hilduino retulerat: falſa eſſe teſtati ſunt, neque ullam, poſtquam, Roma exierunt, vel illi presbytero, vel cuilibet alteri datam fuiſſe occaſionem, per quam ad hujuſmodi facinus perpetrandum aditum habere potuiſſet. Sed hoc ipſum, quod de ſacris Martyrum cineribus aliter quam debuerat accidiſſe conſtabat, Romæ in domo Deuſdonæ per avaritiam Luniſonis, & vafritiem memorati presbyteri contigiſſe, eo videlicet tempore quo corpus B. Marcellini de tumba ſua ſublatum, in Domo Deuſdonæ ſervabatur, modumque facti talem fuiſſe dixerunt. Memoratus ille Hilduini presbyter ſpe quam de S. Tiburtii corpore adipiſcendo conceperat, fruſtratus ne omnino vacuus ad dominum ſuum reverteretur, quod fide non poterat, fraude aſſequi molitus eſt. Ita Luniſonem aggreſſus, quia pauperem ac proinde cupidum eſſe cognoverat, oblatis ei quatuor aureis nummis, quiniſque argenti ſolidis ad proditionem faciendam illexit. Accipiens enim oblatam pecuniam, arcam in qua corpus B. Marcellini erat, a Deuſdona depoſitum atque incluſum aperuit, & illi nequiſſimo nebuloni auferendi ex ea quod vellet, qualem ipſe optaverat, poteſtatem fecit. Nec ille in ea rapina particeps fuit: nam tantum de ſacris B. Martyris cineribus ſuſtulit, quantum vas ſextarii menſuram habens, capere poſſe videbatur. Hoc eo modo factum eſſe, ipſe, qui id cum memorato presbytero machinatus eſt Luniſo, pedibus meis devolutus flendo teſtatus eſt. Tum ego, rei veritate comperta, Ratleicum ac Luniſonem eo, unde venerant, redire præcepi.*

Quomodo turpi mercede reliquiæ S. Marcellini ſunt datæ.

VI. *Ac deinde cum Hilduino locutus, conventione inter nos facta, quando ſacræ mihi reliquiæ redderentur, duos clericos de domo noſtra Hiltfridum videlicet, ac Filimarum (alter presbyter, alter * ſubdiaconus erat) ad recipiendas eas, Auguſtam Sueſſorum pergere juſſi, mittens per eoſdem ad locum, de quo eædem reliquiæ auferendæ erant, benedictionis gratia nummos aureos numero centum. Qui ubi ad monaſterium ſancti Medardi in die Palmarum veniſſent, per triduum ibi morati ſunt; & recepto illo, propter quem miſſi fuerant, incomparabili theſauro, comitantibus ſecum duobus ex eodem monaſterio fratribus, quanta potuerunt celeritate, ad palatium reverſi ſunt. Reliquias autem non mihi, ſed Hilduino detulerunt. Quas ipſe recipiens, in Oratorio domus ſuæ fecit cuſtodiri, uſque dum tranſactis Paſchalis feſti occupationibus, vacuum tempus haberet, quo mihi id, quod reddendum erat, priuſquam redderet, oſtendere potuiſſet.*

* diaconus.

Reliquiæ S. Marcellini Aquiſgranum delatæ.

VII. *Completis itaque poſt ſanctum Paſcha octo, vel eo amplius diebus, cum Rex venandi gratia de palatio fuiſſet egreſſus, Hilduinus, ſecundum quod inter nos convenerat, memoratis reliquiis de Oratorio ſuo, ubi ſervabantur, ſublatis, atque baſilicæ ſanctæ Dei Genitricis illatis, altarique ſuperpoſitis, me, ut eas inſpicerem, fecit acciri. Tum capſam, in qua reliquiæ continebantur, aperiens, oſtendit mihi, ut viderem quid eſſet, quod ille redderet, & ego reciperem. Exinde ſublatam de altari eamdem capſam in manibus meis impoſuit; dataque oratione competenti, præcentoris etiam officio functus, antiphona laudi Martyrum convenientem clericis ad pſallendum paratis impoſuit; noſque cum illo inæſtimabili theſauro recedentes, uſque ad oſtium baſilicæ concinendo proſecutus eſt. Proceſſimus inde paulatim cum crucibus & cereis, laudantes Domini miſericordiam uſque ad Oratorium, quod erat in domo noſtra vili opere inſtructum, eique (quia aliud non habebatur) illas ſacras reliquias intulimus. In illa vero proceſſione noſtra, quam de baſilica uſque ad Oratorium noſtrum nos feciſſe dixi, quid miraculi acciderit, cenſeo non eſſe tacendum.*

Ex Baſilica in Oratorium receptæ reliquiæ tranſlatæ.



PAGIUS III. *Hæ reliquiæ in varia Monaſteria diſtributa.* In lib. 4. commemorantur miracula in Palatio facta in Drogum ſeu *Drogonem*, *Regis*, (id eſt Imperatoris) *Cubicularium*, *natione Græcum*, *in Gerlacum de Urbe Remorum*, *qui propter ædificia Palatii* Aquaſgrani venerat, in Gervvardum Palatii Bibliothecarium, & in alios: tum refert varia miracula variis in locis, quibus Reliquias Sacras conceſſerat, patrata. Ex his Reliquiis primus omnium *Georgius Presbyter & Rector Monaſterii Sancti Salvii Martyris*, *quod in pago Fanomartenſi in vico Valentianas appellato in ripa Scaldis fluvii ſitum eſt*, partem accepit per *Theodardum Diaconum ſuum*. *Hic eſt Georgius Veneticus*, *qui de patria ſua ad Imperatorem venit*, *& in Aquenſi Palatio Organum*, *quod Græce hydraulica*, *mirifica arte compoſuit*, an-

VIII. Odor immenſus ex ſacris reliquiis.

*Egredientibus enim nobis de Eccleſia, laudemque Domino Deo noſtro excelſa voce canentibus, tanta vis ſuaviſſimi odoris eam partem vici Aquenſis, quæ ab Eccleſia ad Occidentem reſpicit, totam implevit, ut illa fragrantia pene omnes ejuſdem partis habitatores, itemque univerſi, qui pro quibuſlibet cauſis atque negotiis, eadem in parte fuerant conſtituti, ita divinitus commoverentur, ut omiſſis, quæ in manibus habebantur, operibus, cuncti curſu rapidiſſimo, primo ad Eccleſiam, deinde quaſi per veſtigium ad Oratorium noſtrum, in quod illas reliquias illatas eſſe audierant, ſummopere feſtinarent. Fit immodicus intra ſepta noſtra exultantis ſimul atque admirantis populi concurſus; & cum magna pars eorum, qui confluxerunt, id quod agebatur, quid eſſet ignoraret; gaudio tamen & exultatione repleti, Dei omnipotentis miſericordiam collaudabant.*

IX. Crebra miracula ex reliquiis Martyris.

*Poſtquam fama crebreſcente divulgatum eſt reliquias S. Marcellini Martyris in eum locum eſſe delatas: non ſolum de eodem vico Aquenſi & vicinis etiam adjacentibus villis; verum etiam de longinquioribus locis ac pagis adeo frequens atque immanis multitudo congregata eſt, ut nobis ad officium in eodem Oratorio celebrandum præter veſpertinas horas atque nocturnas, haud facilis pateret introitus. Adducebantur undique debiles, & variis affecti languoribus circa Oratorii parietes a propinquis ſuis atque amicis collocabantur. Videres ibi pene omnium infirmitatum genera, per virtutem Chriſti Domini, & per meritum beatiſſimi Martyris in omni ſexu & ætate curari: cæcis viſus, claudis inceſſus, ſurdis auditus, mutis ſermo redditur; paralyticis etiam & qui totius corporis viribus deſtituti, alienis manibus apportati ſunt, ſanitate recepta, propriis pedibus ad ſua revertebantur.* Sed ſingula ibi tum facta miracula idem, qui aſpexit, præſens ſingulis Einhardus ſcriptis mandans, tertium ex illis librum conſcripſit. Sed ſuſceptam ab eo ſemel modo proſequamur narrationem hiſtoriæ. Pergit enim:

X. Ludovicus Imp. veneratur Sanctas reliquias.

*Hæc ubi ad regias aures relatione Hilduini prolata ſunt: ſtatuit primo, ut ad palatium regreſſus, ad Oratorium noſtrum, in quo hæc fiebant, Martyrem venerabundus accederet: Sed ne id faceret, eodem Hilduino ſuggerente, prohibitus, ad majorem baſilicam reliquias deferri præcepit: ibique delatas humili ſupplicatione veneratus eſt, celebratiſque Miſſarum ſolemniis, obtulit beatis Martyribus Marcellino & Petro quoddam prædiolum ſitum juxta fluvium Aram, vocabulo Ludolveſtropf, habens manſos quindecim, & vinearum aripennes novem. Obtulit & Regina cingulum ſuum ex auro & gemmis factum, penſans libras tres. Quibus expletis, relatæ ſunt reliquiæ ad locum ſuum, in Oratorium videlicet noſtrum, fueruntque ibi diebus quadraginta vel amplius, uſque dum Imperator palatio egrediens, venandi gratia ſolemni more ſilvas peteret.*

XI. Ingens miraculum de anu curva erecta.

*Quo facto, & nos comparatis, quæ ad profectionem noſtram neceſſaria videbantur, cum iiſdem reliquiis de vico Aquenſi promovimus. In ipſo autem noſtræ egreſſionis articulo, cum Miſſarum ſolemnia celebrarentur, anus quædam in palatio notiſſima, annorum circiter octoginta, nervorum contractione laborans, in conſpectu noſtro curata eſt. Quæ ut ipſa narrante didicimus, per quinquaginta annos hoc morbo detenta, more quadrupedum genibus manibuſque nitendo, officium ambulandi reptando impleverat. Inde iter ingreſſi, ſuffragantibus Sanctorum meritis, * ſextodecimo die Mulinheimum vicum, in quo ſacros beatorum Martyrum cineres ad Comitatum profecturi dimiſimus, Domino adjuvante, pervenimus. In quo itinere quantum gaudii quantumque lætitiæ de illarum adventu reliquiarum populis in eadem via conſiſtentibus acceſſerit, neque mihi ſilendum eſt: nec tamen ita ut fuit, plene dici atque enuntiari poteſt. Dicendum tamen eſt, ne res ad Dei laudem maxime pertinens, quaſi per deſidiam ſilentio ſuppreſſa videatur. At primum quidem geſtit animus id referre, quod palatio egreſſi, in multorum præſentia nos vidiſſe reminiſcimur.*

* ſexto demum

*Vur-*

PAGIUS anno ſc. DCCCXXVI. ut prodit Eginhardus in Annal. ad eum Chriſti annum. Deinde narrat miracula facta *in Monaſterio S. Bavonis ſeu Gandenſi*, cujus loci fratribus Reliquiæ memoratorum Martyrum miſſæ ſunt *anno DCCCXXVIII. V. Nonas Julii, feria VI. Indictione VI.* Denique alia recitat facta Trajecti ad Moſam in *ſervum Regium nomine Berohadum*; in Folchardum *de Monaſterio, quod Maldradium*; in Dotium *de Monaſterio Scottorum, quod Focæ vocatur*; & in Virginem Deo ſacratam nomine Saligam, ex *Monaſterio Sanctimonialium Eikæ vocabulo ſuper Moſam fluvium*, quod nunc eſt Collegium Canonicarum, ut videre eſt apud Mabillonium Sæc. III. Benedict. part. I. in Vita SS. Harlindis & Reinulæ Abbatiſſarum Eikenſium in Belgio ac in Diœceſi Leodienſi. Poſtremo addit Eginhardus quædam miracula facta meritis & ope SS. *Hermetis, Proti & Hiacinthi* Martyrum, quorum cineres a Deidona Diacono tranſmiſſos Roma acceperat. Hæc fere ſunt, quæ Eginhardus fuſius complexus eſt tribus ultimis libris, quæque Baronius ex Surio ad diem II. Junii refert, partim hoc anno, partim inſequenti, num. II. & ſeqq.



XII.

*Vurmius dicitur fluviolus, duobus fere paſſuum millibus ab Aquenſi palatio diſtantem habens pontem; ad quem venientes propter multitudinem, quæ nos eo uſque de palatio proſequebatur, jamque redire volebat, ut orandi locum haberet, parumper conſtitimus: ibi quidam de orantibus cum alio ad reliquias accedens, ſociumque reſpiciens: Propter amorem, inquit, atque honorem hujus Sancti, ære alieno, propter quod te mihi obnoxium eſſe non ignoras, abſolvo: Debebat ei (ut ipſe fatebatur) dimidiam argenti libram. Itemque alter ſocium ſuum manu comprehenſum ad reliquias trahens, patrem, ait, meum occidiſti, ac proinde inimici eramus ad invicem; nunc autem propter amorem & honorem Dei, & hujus Sancti, depoſita ſimultate, fœdus tecum jungere atque inire volo, ut ab hinc in futurum perpetua inter nos amicitia permaneat; ſitque hic Sanctus condictæ invicem charitatis teſtis, & ultor in eum, qui hanc pacem prior irrumpere tentaverit.*

Dimiſſio debiti, & injuriarum ſpontanea.

XIII. Vetus mos in tranſlatione reliquiarum ſervatus.

*Hic illa turba, quæ nobiſcum de palatio fuerat egreſſa, adoratis atque exoſculatis ſacris reliquiis, cum multis lachrymis, quas præ nimio gaudio continere non poterat, domum revertitur, alia multitudine, quæ ibi nobis obviavit, nos comitante, atque Kyrie eleiſon, ſine intermiſſione cantante, uſque ad eum locum, in quo ſimili modo ab aliis occurrentibus excipiebamur: quæ tunc ſimiliter, ut prior, ſupplicatione facta, ad ſua reverſa eſt. Hoc modo per ſingulos dies a prima luce uſque ad veſperum comitantibus, ac Domino Chriſto laudem dicentibus populorum turbis ab Aquenſi palatio uſque ad memoratum Mulinheim vicum, Domino iter noſtrum proſperante, pervenimus, atque ibi illas reliquias ſuper altare, pene quod loculus ſacros Martyrum cineres continens poſitus erat, gemmata capſa reconditas collocavimus, fueruntque ibi repoſitæ, uſque dum nos menſe Novembrio ad palatium ire parantes, per revelationem admoniti ſumus, ne prius de illo loco proficiſceremur, quam eas corpori, de quo ſumptæ erant, conjungeremus. Qualiter autem fuerit revelatum, ut hoc fieri deberet, non eſt ſilentio tranſeundum; quia non ſolum ſomnio (ut fieri ſolet) ſed etiam ſignis quibuſdam ac terroribus, ad vigilantium curam pertinentibus, oſtenſum eſt, beatos Martyres omnino voluiſſe, ut in hac re juſſio illorum fuiſſet adimpleta.*

XIV. Quæ contigerint Clerico excubias facienti.

*Erat unus de clericis, qui ad excubias baſilicæ deputati fuerant, nomine Landolphus, cui tunc ſigni tangendi cura commiſſa fuerat, habens ſtratum ſuum juxta auſtralem baſilicæ januam. Qui cum ſecundum conſuetudinem nocturni ac matutinalis officii ſolemni more ſurgeret, ſignumque moveret, completoque ante lucem eodem officio, rurſum dormire vellet, clauſis Eccleſiæ foribus, coram ſanctorum Martyrum cineribus ſupplicandi gratia ſe proſtravit. Ibi cum pſalmum quinquageſimum (ut ipſe aſſeruit) dicere incœpiſſet: audivit juxta ſe in pavimento velut ſonitum pedum hominis huc atque illuc ibidem deambulantis. Conſternatuſque pavore non minimo, erexit ſe paululum in genua, & in omnem partem circumſpicere cœpit, exiſtimans, aliquem de pauperibus clauſis Eccleſiæ januis in quolibet angulo delituiſſe. Cumque nullum alium, quam ſe ſolum, intra parietes baſilicæ eſſe cerneret, iterum ſe ad orationem inclinavit, ac pſalmum, quem prius inchoaverat, repetivit; ſed antequam unum ejus verſum complere potuiſſet, capſa, quæ altari impoſita ſacras beati Marcellini reliquias continebat, repentino crepitu tota vehementer inſonuit, ac quaſi malleo percuſſa diſſiluiſſe videretur; duo quoque oſtia baſilicæ, quæ jam clauſa erant, occidentale videlicet & auſtrale, velut aliquo pulſante ſimili modo ſonuerunt. Quibus territus, ac ſtupefactus, cum quid ſibi agendum eſſet penitus ignoraret, ſurgit ab altare, & in lectum ſuum ſe pavitando projecit.*

XV. Viſio de uniendis ſimul S. Marcellini reliquiis.

*Subitoque ſopore depreſſus, vidit ſibi quemdam ignoti vultus virum aſſiſtere, qui ſe talibus verbis compellaret: Certum ne eſt, ait, Einhardum ſic ad palatium properare velle, ut reliquias S. Marcellini, quas huc detulit, prius in locum, de quo ſublatæ fuerunt, non reponat? Cum ille hujus rei ignarum eſſe reſpondiſſet: Surge, inquit, primo diluculo, eique ex auctoritate Martyrum præcipe, ne hinc abire, vel alicubi pergere præſumat, antequam reliquias illas ſuo loco reſtituat. Expergefactus ſurrexit, & ubi me primum convenire potuit, hoc, quod ſibi fuerat imperatum, mihi intimare curavit. Sed neque ego ſegniter in hujuſcemodè negotio aliquid agendum arbitratus, immo id, quod jubebatur, ſine ulla morarum interpoſitione adimplendum eſſe judicans, ipſo quidem die, ea, quæ ad hoc neceſſaria erant, præparare juſſi.*

XVI. Poſt junctas reliquias miraculum.

*Sequenti vero die, ſacras illas reliquias corpori, de quo ſumptæ fuerant, cum ſumma diligentia ſociare curavi. Quod factum quam gratiſſimum beatis Martyribus foret, atteſtatione miraculi ſubſequentis liquido comprobatur: Nam proxima nocte, cum ad matutinum officium in baſilica ſolemniter ſederemus, ſenex quidam greſſuum officio deſtitutus, genibus ac manibus nitens, reptando ad orationem intravit. Is coram omnibus nobis, per virtutem Dei & merita beatiſſimorum Martyrum, eadem, qua ingreſſus eſt, hora, ita perfecte curatus eſt, ut ad incedendum nec baculi*

*qui-*

quidem ſuſtentatione ulterius indigeret. Qui etiam & ſurdum ſe per continuum quinquennium fuiſſe, ſimulque cum officio pedum auditum ſibi redditum affirmabat. His ita peractis ad Comitatum, ſicut ſuperius me facere voluiſſe retuli, ibidem hiematurus, multa mecum reputando profectus ſum. Hæc ipſe, qui ejus hiſtoriæ ſic abſolvit librum ſecundum addens duos alios libros de miraculis per eorumdem Sanctorum reliquias diverſis in locis editis, ſive in palatio, ſive in loco, ubi ſunt juſſæ poni, Deo per ſanctos Martyres operante, quibus iſta præfatur:

XVII. Cæterum de his omnibus miraculis ea primum ſcribenda videntur, quæ in eo loco geſta, & a me ipſo viſa ſunt, ad quem ſuos ſacratiſſimos cineres iidem beatiſſimi Martyres transferri præceperunt. Deinde illa, quæ in Aquenſi palatio ſub ipſis aulicorum obtutibus facta memorantur. Tum ea, quæ per diverſa loca, ad quæ religioſis viri petentibus, ac me tribuente, ſacræ illorum reliquiæ delatæ ſunt, geſta referuntur, cenſui eſſe ponenda. Hæc ipſe, qui duobus libris illis poſterioribus, triennii ſpacio facta miracula complexus, non ordine temporis, quo annis ſingulis ea fieri contigerunt, deſcribens, ſed locorum potius ſervato ordine, ut vidiſti, eſt proſecutus. Nos autem ex illis huc ea tantum inſeremus (non enim omnia proſequi eſt in animo, ne legenti faſtidium inferam nimia crebritate) quæ quo potiſſimum anno ſint geſta pro inſtituti ratione, certa nota temporis diſtinguntur.

XVIII. Quæ autem hoc potiſſimum anno decimoquarto Ludovici Imperatoris fieri contigerunt, libellus Georgii Veneti (a) docet, qui ab eodem Einhardo acceptas reliquias in Monaſterio S. Salvii, cujus rector erat, religioſiſſime collocavit, de quo Einhardus iſta: Anno quartodecimo, Chriſto propitio, Imperii Ludovici Auguſti, cum ad corroborandam Chriſtiani populi Fidem, ſicut in initio naſcentis Eccleſiæ, ſigna & prodigia in ipſo Regis palatio per merita Sanctorum ſuorum Dominus dignaretur oſtendere: petiit, & obtinuit Georgius presbyter Aquiſgrani palatio ab Einhardo Abbate reliquias beatorum Chriſti Martyrum Marcellini & Petri, quorum corpora ipſe de Roma per homines ſuos illata nuper acceperat: eaſque in capſa, quam auro & gemmis decenter ornaverat, ac conditas per diaconum ſuum, nomine Theothardum, in baſilicam S. Salvii Martyris, quam ipſe tunc temporis per beneficium Regis tenebat, dirigere curavit. Qui diaconus cum ad villam Regiam, quæ Vvaſidium vocatur, veniſſet, occurrit ei homo gibberoſus, & ex dentium dolore ita vexatus, atque confectus, ut per dies quindecim nullum alium victum, quam ſolam aquam poßet aſſumere. Qui cum cohortante diacono coram reliquiis, quas ille ferebat, ſe ad adorandum proſtraſſet, & Dominum Chriſtum, ut ſui miſereretur, devote ac ſuppliciter invocaſſet; per interceſſionem Sanctorum Marcellini & Petri, cuncta corporis incommoditate depulſa, ſanus ab oratione ſurrexit. Factum eſt hoc miraculum tertiodecimo Kalend. Julii, quod a me ſuperius plenius eſt enarratum, quia ego illud juxta relationem memorati Georgii conſcribere curavi.

(a) Einh. l. 4. c. 10. Libellus Georgii de miraculis SS. Martyrum.

XIX. Diaconus (b) autem cum reliquiis tertia die Valentianas veniens, cum eas in baſilicam S. Salvii, ſicut ei fuerat imperatum, reverenter & honorifice inferret, quidam juvenis de villa Regis quæ Liſtina vocatur, Dominicus nomine, qui eo morbo, quem Græci ſpaſmum appellant, jam per annum integrum ſic vexabatur, ut manus ejus dextera penitus contineri non poſſet, ſed agitatione continua, quaſi qui molam verteret, moveret in gyrum: ſtatim in ipſo introitu per merita Beatorum, coram omni populo ita curatus eſt, ut poſt hæc nullum illius horrendæ agitationis pateretur incommodum. Exinde die quarta, in feſtivitate videlicet B. Joannis Baptiſtæ, anus quædam, nomine Gerrada, quæ ſe annum unum cæcam fuiße teſtata eſt, dum Miſſarum ſolemnia celebrarentur, invocatis beatis Martyribus, lumen, quod ex fide petierat, cunctis, qui aderant, videntibus, per illorum merita recepit.

(b) Eod. l. 4. c. 11. 12.

XX. Similiter in feſtivitate S. Salvii, quæ evenit ſexto Kalendas Julii, quidam homo ſurdus & mutus, inter ſolemnia Miſſarum per ſuffragia Martyrum, & auditum, & loquelam recipere meruit. Eadem die annus quædam de pago Laudunenſi Rodeltrudis nomine, quæ per tres annos lumen cæli non vidit, in eadem celebratione Miſſarum viſum recepit. Quinto Kalendas Julii puer quidam annorum circiter ſeptem Domitianus nomine, qui fuit cæcus a nativitate dum divinum celebraretur officium, per merita beatorum Martyrum illuminatus eſt. In Vigilia beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, id eſt quarto Kalendas Julii, puella quædam parva, nomine Theotbalda, habens ætatis annos (ut putabatur) novem, quæ tribus annis nihil viderat, tempore ſalutaris officii in media populi multitudine conſtituta, Martyrum ſuffragantibus meritis, lumen amiſſum, ex divina miſeratione recepit. Eadem die quidam homo nomine Dado, de villa Ponticuli vocata qui annis ſex curvus erat, & ad cælum ſe erigere non poterat, itaque brevibus aſticulis ſuſtentandi ſe gratia ſub axillis poſitis curvus incedebat: is eadem hora, eodemque in loco per



per miſericordiam Dei, & per merita beatorum Martyrum erectus, & ſanus effectus eſt.

XXI. Adalrada curata. Die quarto Nonarum Juliarum, quædam vidua Adalrada, quæ annis quatuor oculorum lumine privata, nihil videbat, audita virtutum fama, ſpem viſus recipiendi non vana fide concepit, acceptoque baculo, ſola ſine ductore ad Valentianas ire contendit, cumque vico appropinquare cœpiſſet, viſum eſt ei, quod velut unum ſolis radium oculo dextero conſpiceret, ac proinde divinam clementiam puro corde deprecata eſt, ut per interceſſionem Sanctorum ſuorum Eccleſiam beati Salvii ſe videre permitteret. Statim exaudita eſt, & quod optaverat, Domino miſerente, ſine mora eſt conſecuta. Ipſa quoque die altera quædam femina de pago Noviomenſi, nomine Ruoitla, quinquennio cæca, inter Miſſarum ſolemnia lumen, quod amiſerat, Chriſto Domino per merita Sanctorum ſuorum donante, recepit.

XXII. Cæcus ab infantia curatus. In octavis Apoſtolorum, id eſt, pridie Nonas Julii, quidam homo Guntardus nomine, de eodem pago, velut paralyſi percuſſus ad baſilicam ſancti Salvii a ſuis adductus eſt, qui, ut dicebant, jam unum annum habebat in eadem infirmitate, & tam vehementer in ſiniſtra parte corporis ſui debilitatus eſt, ut nec manum ad os ducere, nec ſe vel lavare, vel calceare valeret: hic per miſericordiam Dei, meritaque Sanctorum, tempore matutinalis officii in ipſa ſolemnitate ſanus effectus eſt. Similiter & alius homo, nomine Hildebonus veniens de monaſterio, quod, Ad duos gemellos, appellatur, cum ab infantia cæcus eſſet, & lumen cœli in tota vita ſua non vidiſſet, in celebratione Miſſarum eadem die in eadem baſilica per eoſdem Sanctos, eodem Domino miſerante & auxiliante, viſum recepit, & omnia, quæ prius non vidit, clare videre cœpit. Die vero Nonarum Juliarum, puella quædam parvula, nomine Reginlindis, quæ non amplius quam ſeptennis eſſe videbatur, cum tribus annis oculorum ſuorum lumine caruiſſet, & inter cæteros ad baſilicam ad divinum officium audiendum conveniſſet, intervenientibus Sanctorum meritis, coram omni multitudine illuminata eſt.

Quarto Idus julii cæca quædam, nomine Alagia, quæ duobus fere annis viſu carebat, inter ſacra Miſſarum ſolemnia, ſuffragantibus ſibi Sanctorum precibus a Domino Jeſu Chriſto illuminata eſt. Eadem die cæcus quidam valde ſenex de villa Gauliacas, Ermenvardus vocabulo, qui annis quatuordecim videre non potuit: ad veſpertinum officium Eccleſiam ingreſſus, beatos Martyres invocavit, ac ſtatim cæcitate depulſa, diu deſideratam lucem, Domino adjuvante, recepit.

XXIII. Septimo Kalendas Auguſti, puella quædam, quæ ab immundo ſpiritu vexabatur, in baſilicam adducta, dum ſacræ oblationis officium celebratur, per virtutem Chriſti, & merita beatorum Martyrum, fugato dæmone, integerrimam mentis & corporis meruit recipere ſanitatem. Hæc ſunt miracula & virtutes, quas Dominus noſter Jeſus Chriſtus per merita Sanctorum Martyrum ſuorum Marcellini & Petri in vico Valentianas ad ſalutem humani generis operari dignatus eſt. Quæ memoratus Georgius presbyter brevi libello collecta nobis mittere curavit, & nos huic operi noſtro cenſuimus inſerenda. Hic eſt Georgius Veneticus, qui de patria ſua ad Imperatorem venit: & in Aquenſi palatio organum, quod Græce Hydraulica vocatur, mirifica arte compoſuit. Hæc Einhardus. (a) Porro ejuſdem Georgii mentio eſt in rebus geſtis ejuſdem Ludovici Imperatoris, & in veteribus Francorum Annalibus, apud Aimoinum; & alios antiquos hiſtoricos, qui res Francorum ſunt proſecuti. Hæc autem tunc per Georgium ſcribi, per Einhardum deſcribi, ad hæcque tranſmitti tempora Deus voluit, ad Hagiomachorum horum temporum improperium, ad ipſorumque inſaniam arguendam, qua non Sanctos tantum, ſed Deum ipſum impugnant, Theomachi iidem, qui Hagiomachi Novatores. Sed jam ad cla-

(a) Einhard. l. 4. c. 10.

PAGIUS IV. Sicilia a Saracenis occupata. Ad num. XXIV. & ſeq. Zonaras narratis expeditionibus a Michaele Imp. pro inſulæ Cretenſis recuperatione ſuſceptis, ſubjungit: *In Sicilia quoque alia mota eſt ſeditio. Nam quidam populi Princeps Euphemius Monacham quandam, cujus inſano amore flagrabat, rapuit. Qui cum a Prætore ad ſupplicium quereretur, ad Africæ Amyram confugit, eique pollicitus eſt ſe Siciliam proditurum & magna tributa penſurum, ſi Romanorum Imperator appellaretur. Ille hominem voti compotem facit, magnis copiis datis; quibus Euphemius acceptis Siciliam ei prodit. Sic illa in poteſtatem Agarenorum venit; tyrannus autem non multo poſt ſui ſceleris & deſperationis dat pœnas, crudeliſſime interfectus.* Fuſius hanc Euphemii defectionem narrat Baronius ex Curopalata, & Porphyrogennetus loco laudato pag. 51. ex Theognoſto hujus temporis Scriptore, qui præter librum de Orthographia, hujus defectionis Hiſtoriam ediderat; ſed hic Auctor ad tempora noſtra non pervenit, & ne quidem memoratur a Voſſio in lib. de Hiſtoricis Græcis.

V. Inter annum DCCCXXIV. & DCCCXXIX. Baronius num. XXVI. recte refellit Leonem Oſtienſiem, qui lib. 1. cap. XXIII. ſcribit: *Saraceni de Babylonia, & Africa venientes Siciliam ingreſſi, Panormum ceperunt anno Dominicæ Incarnationis DCCC. & vigeſimo.* Sicilia enim a Saracenis invaſa eo tempore, quo Michael Balbus Orientis Imperium adminiſtrabat, Curopalate, Cedreno, Zonara, Porphyrogennetæ Continuatore, & Logotheta teſtibus. Michael autem anno DCCCXX. die Chriſti natali

cladem Siciliæ ſe convertat oratio.

XXIV. Euphemius tyrannus Sarracenos in Siciliam ducit.

Hoc eodem anno Euphemius dux in Sicilia, ob raptum ſacræ virginis quæſitus ad pœnas, rebellans adverſus Imperatorem fugit in Africam, ubi Imperatoris nomen accipiens, Sarracenos intulit in Siciliam: demum vero truncatus capite, meritas pœnas luit. Iſta autem quomodo ſe habuerint, Joannes Curopalata exacte deſcribit, ex quo Cedrenus & alii iſtis verbis: *Hoc ipſo tempore Euphemius quidam turmæ cujuſdam dux, amore captus virginis, quæ a tenera ætate monaſtico habitu velata vivebat, cum nihil antiquius haberet, quam amorem ſuum exatiare, neque leges quiquam curaret, ſed in ſolius Imperatoris exemplum intueretur, qui & ipſe ſimile facinus perpetraverat: rapit ex monaſterio virginem, & invitam ad ſe traducit. Hujus virginis fratres ad Imperatorem ſe conferunt, ac factum narrant. Et Imperator Præfecto Siciliæ, mandat, ut Euphemio, ſiquidem obſcœnum crimen * detuliſſe comperiret, naſum amputaret. Hæc ſentiens Euphemius, adſcitis in conjurationem iis, quibus præerat, aliiſque aliarum turmarum ductoribus, Præfectum, ſupplicium imponendi cauſa ad ſe venientem, repellit, atque ad Africæ Amiram ſive Præfectum transfugit, promittitque ſe, modo ab ipſo Imperator Romanorum declaretur, omnem ipſi Siciliam ſubiecturum, ac grande tributum ſoluturum.*

* intuliſſe Euphemius Imperatoris quærit titulum.

XXV. *Accipit conditionem Amiras, & Euphemium magno exercitu inſtruit, Imperatoris Romani titulo inſignitum, ejuſque opera Sicilia potitur. Verum hic Euphemius Imperatoriæ indignationis perbrevem fructum percepit, truncatus capite quam dignam ſui valoris & defenſionis mercedem retulit. Et ſane operæpretium videtur referre, quomodo interfectus fuerit. Cum obiret Siciliam Imperatorio habitu, ut ab omnibus Imperator ſalutaretur, Syracuſas quoque petiit, ubi cum a ſuis ſtipatoribus longius provolaſſet, & ad urbem tanto, quantum ſagitta arcu emiſſa conficit, ſpacio acceſſiſſet, cum oppidanis colloquens, eorumque benevolentiam oratione ſua captans, duo Syracuſani fratres ſolum, & a ſuis amotum videntes, de eo interficiendo conſpirant. Itaque ſimulato ſtudio & adulatorio geſtu ad hominem accedunt, atque ut Imperatorem debito honore afficiunt. Euphemius, qui eorum dolum non intelligeret, gratam eorum Imperatorii nominis delationem atque ſalutationem habens, comiter ad ſe eos vocat, dignis modis eos reſalutaturus. Ergo cum capite inclinato alterum ſalutaret, ab eo crinibus arripitur, ac valide tenetur; alter ei caput amputat; has ſuæ improbitatis pœnas luit Euphemius. Agareni non Siciliam ex eo cunctam, ſed & Calabriam, & pleraſque Italiæ parte occupaverunt, omnia incurſionibus ac populationibus infeſtantes.* Hactenus Joannes Curopalata, ex quo Cedrenus, ſubiiciens his obitum ipſius Michaelis Imperatoris. Quibus intelligas iſta hoc anno cœpta ad biennium propagata fuiſſe, ſiquidem poſt ſequentem annum idem Imperator ex hac vita receſſit.

Euphemius tyrannus occiditur.

Re-

PAGIUS li Imperium iniit. Laudati Scriptores inſinuant, id factum poſt Michaelis cum Euphroſina matrimonium, ac poſt annum DCCCXXIV. ideoque inter eum Chriſti annum, annumque DCCCXXIX. quo *Michael* vivere deſiit. Annus capti *Panormi* præcipui Siciliæ Oppidi incertus, monuitque me Vir in lectione librorum Orientalium verſatiſſimus ſe illum in Hiſtoricis Arabicis notatum nondum inveniſſe. Erchempertus, quem apparet Chronicon ſuum ſcripſiſſe ante annum DCCCXCIII. quo nihil in Sicilia reliquum erat quod ſub Saracenorum jugo non gemeret, dum generatim verba facit de iis, quæ Ludovico Pio in Occidente imperante contigere, ait tantum: *Circa hac tempora gens Agarenorum a Babylonia & Africa inſtar examinis apum manu cum valida egrediens Siciliam properavit, omnia circumquaque devaſtans, tandem Civitatem inſignem Panhormum nomine captam, nunc uſque commoratur, pluri maſque in ea inſula Urbes & Oppida diruens, jam pene tota illarum gentium Ditioni ſubſtrata congemiſcit.* Remanſere tantum in poteſtate Græcorum, per annos circiter quinquaginta aut ſexaginta, *Syracuſa* & *Tauromenium*.

VI. *Hujus expeditionis Dux ſecundus Aglabitarum Rex.*

Ait Erchempertus laudatus Saracenos, qui Siciliam ſibi ſubjecere, *veniſſe ex Babylonia & Africa*. Hoc autem tempore Bagdadi ſeu Babyloniæ *Almamon* Calipha ex Abaſidis ſeptimus dominabatur, & Saraceni ei ſubditi hujus victoriæ participes fuere, ſed expeditionis Duces *Aglabytæ* Africæ, ut ſcite obſervavit Faſellus Decad. poſter. lib. 7. *Reges Aglabitarum*, qui Saracenis Africæ Minoris & Mauritaniæ præerant, ſupremi quidem Principes, ſed cum a Caliphis Bagdadi magna illa terrarum ſpatia

ac-

NOTÆ [1] NUnc tandem factum eſt ut in tanta vulgatorum veterum Librorum luce certior annus invaſionis Saracenorum in Sicilia apparuerit detegente Chronico Siculo-Arabico, quo res in Sicilia geſtas ab anno mundi ex Siculorum ſupputatione 6335. Chriſti nempe 827. ad annum mundi 6472. breviter recenſentur. Ex eo diſcimus Moſlemios veniſſe in Siciliam medio menſis julio, anno mundi 6335. Chriſti 827. Vide rerum Italicarum Scriptores t. I. p. II. fol. 245. Ex eodem quoque Chronico intelligimus Panormitanos in poteſtatem Saracenorum non veniſſe niſi anno mundi 6409. Chriſti 901. die octava menſis Septembris. MANSI



XXVI. Redarguas pariter eos, ex his opus eſt, qui Sarracenorum, ſive dixeris Agarenorum in Siciliam adventum, cum ea potiti ſunt, ad aliud tempus referunt, ſicut Leo Oſtienſis, qui eorum ingreſſum in Siciliam ad annum Domini octingenteſimum & vigeſimum refert. His addendum, quod hoc pariter anno Sarraceni, qui potiebantur Hiſpaniæ compluribus regionibus, Chriſtianos qui reliquas partes tenebant Hiſpaniarum, aggreſſos eorum fines, ferro, ignique vaſtaſſe. Ita Dei occulto judicio datum Sarracenis eſt robur in Dei populum, haud dubium ad peccata ulciſcenda, toto orbe terrarum, ut vix gens aliqua ſit reperiri, quæ ab ira furoris Domini fuerit illæſa ſervata.

Eugenii Papæ obitus.

Hoc anno Eugenius Papa cum ſediſſet annos tres, menſes duos, & dies vigintitres moritur, undecima die Auguſti. Ita apud Anaſtaſium, licet vitiato annorum numero, annos quatuor ſediſſe in aliquibus codicibus ponatur, ſed omnium hujus temporis ſcriptorum ſententia, qui hoc tempore vixerunt, & res Francorum ſunt proſequuti, hoc anno ipſum defunctum eſſe teſtantur. Apud (a) Aimoinum enim hæc habentur: *Eugenius Papa menſe Auguſto deceſſit, in cujus locum Valentinus diaconus a Romanis electus & ordinatus, vix in Pontificatu menſem unum complevit, quo defuncto, Gregorius presbyter tituli S. Marci electus eſt, &c.* Eadem totidemque verbis auctor vitæ Ludovici Imp. & ipſe ſui temporis hiſtoriam proſecutus. Sed & familiaris ejuſdem Ludovici, qui per annos ſingulos res ab eo geſtas conſcripſit, id ipſum teſtatur, vetereſque Francorum Annales a Pithœo haud pridem in lucem vendicati, hoc pariter anno & Eugenii obitum, & ſubrogationem Gregorii recenſent. Licet iidem auctores ejuſdem Eugenii obitum in Idus Decembris reiiciant, atque obitum Valentini, & creationem Gregorii in annum ſequentem.

(a) *Aim. l. 4. c. 115.*

XXVII. Eugenio igitur Papa defuncto, cum una vix die ſedes vacaſſet, Valentinus natione Romanus ex diacono, ſive Archidiacono (ut habet Anaſtaſius) Pontifex acclamatur undecima die menſis Auguſti, qui ab eo (errore librarii) Valentinianus interdum dictus habetur, ſed inferius ab ipſo, & reliquis omnibus Valentinus nominatur, de quo hæc ait: *Valentinus natione Romanus ex patre Petro de regione via Lata, magnæ ſanctitatis, magnæque beatitudinis vir iſte, repletus gratia Spiritus ſancti, &c.* Oſtendit eum creatum ſubdiaconum, diaconum, atque Archidiaconum a Paſchale Pontifice ob ejus virtutum inſignia. De cujus creatione habet iſta:

*Collectis igitur in unum venerabilibus Epiſcopis, & glorioſis Romanorum proceribus omnique almæ Urbis populo in palatio Lateranenſi, ubi quod jam corde cœlitus revelatum æque omnes tenebant, ut uno multorum ſonitu reſonaret, unius voluntatis conſenſu fortiter acclamatum eſt: Valentinus ſanctiſſimus Archidiaconus Sede Apoſtolica dignus: Valentinus ſummi Pontificatus infulis decorandus. His millies dictis, una mox omnes pacis conjunctione manentes, ad Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Dominæ noſtræ ſacer clericorum cœtus & Romanorum proceres pariter cum populo properantes, multiplices Domino gratias & laudes reddentes, more ſolito convenere. Quem illico multum ac diutius renitentem, ſeque tanto regimini fore incongruum voce ſtrenua proferentem, almæ plebis & lætis utriuſque militiæ Rom. vocibus elevarunt in Sedem Pontificiam. Ac deinde condignis gloriæ laudibus, & honoris amplitudine ad Lateranenſe Patriarchium deductus eſt, & in Pontificali poſitus eſt throno.*

Valentini creatio.

XXVIII. Valentini conſecratio.

*Tunc vero & ab omnibus, & Romanorum Senatu Valentini recenter electi pedibus oſculatis, & omnibus, quæ erant implenda, rite ac reverenter peractis, magna ſolemnitate, magna in totius ſexus & ætatis populo lætitia manſit. Ejuſque conſecrationis die ſereno jam illuceſcente, cum lumine dictum Antiſtitem ad beati Petri Apoſtolorum principis Ec-*



cle-

PAGIUS acceperint, eos tanquam Dominos reverebantur. Porro fallitur Faſellus laudatus, quando ait, Aglabitam Principem, qui hanc expeditionem ſuſcepit, appellatum fuiſſe *Abrahamum Albi* ſeu Halbi (legendum, Aglabi) Abrahamus enim ſeu Ebrahimus Aglabita primus Rex Saracenorum Africæ mortuus eſt anno Hegiræ CXCVI. Chriſti ſcilicet DCCCXII. teſte Novveirio, qui aſſerit, eam peractam eſſe ab ejus filio & hærede.

VII. *Moritur Eugenius II. PP.*

A num. XXVI. ad XXXIV. Eginhardus in Annal. hoc anno Eugenii II. Papæ mortem his verbis recitat: *Eugenius Papa menſe Auguſto deceſſit: in cujus locum Valentinus Diaconus a Romanis electus & ordinatus vix in Pontificatu unum menſem complevit. Quo defuncto, Gregorius Presbyter tituli S. Marci electus, ſed non prius ordinatus eſt, quam Legatus Imperatoris Romam venit & electionem populi qualis eſſet examinavit.* Idem prorſus habet Auctor Vitæ Ludovici Pii, & ex utroque Annaliſta Bertinianus. Auctor libri Pontificalis tradit, Eugenium ſediſſe *annos quatuor, menſes duos, dies viginti tres* & Catalogi ſupra annos tres et menſes VIII. & dies aliquot communiter attribuunt. Sed cum nullibi apud Antiquos dies ejus mortis memoretur, quot menſes & dies ſupra annos tres Eugenius II. Romanam Eccleſiam adminiſtrarit, omnino incompertum, illudque tantum certum, eum *menſe Auguſto* currentis

an-

*cleſiam omnes pariter Romani a palatio deducentes, eum, Majeſtate divina auxiliante in alto throno ſummum conſecravere Pontificem. Qui mox almificæ Sedis culmina ſcandens B. Petri Apoſtoli, & cæleſtis Regni clavigeri, divinis Deo laudibus & ſacrificiis oblatis, amplo & magnifico Romanorum cœtu ad palatium cum ingenti gaudio remeavit, atque lautiſſimis dapibus ſumptis amantiſſimorum multis ac diverſis munerum donis ſacram plebem ac Senatum Populumque Romanum* * *opime ditavit.*

* optime

XXIX. Valentini Papæ obitus.

*Erat quippe dapſilitate inclytus, actione præcipuus, ſermone luculentus, omnibus compaſſione proximus, & inopiam ſuſtinentibus opportunum inſtanter ſolatium præbens. Quibus multiplicibus bonis ornatus, ad cœleſtia Chriſto vocante, corporis oppreſſus moleſtia, exitu pretioſo tranſivit, atque cum deſiderabili beatiſſimi operis fructu, ad conſpectum ſummæ Majeſtatis lætus aſcendit, regnans & exultans cum Domino ſemper.* Hucuſque apud Anaſtaſium, apud quem dies quadraginta ſediſſe reperitur, licet alii dicant vix unum menſem expleſſe, vacaſſe vero Sedem dies tres. Sic igitur in locum ejus hoc eodem anno die vigeſimaquarta Septembris creatur Gregorius hujus nominis quartus ex presbytero Cardinali Tituli S. Marci, de quo Anaſtaſius ſcribens, ipſum prodit prius virtutum omnium corona decorum, quam infulis Pontificalibus redimitum, dum in hunc modum narrationem aggreditur:

XXX. Gregorii Papæ IV. mores egregii.

*Gregorius quartus natione Romanus ex patre Joanne, vir ſtrenuus ac benigniſſimus, ſanctitate ac pietate plenus, ornatus ſcientia, verbo facundus, modeſtus præ omnibus, firmiſſimus Fide Catholica juſtus operibus ſemper fuit, & divinarum litterarum ſolertiſſimus inquiſitor, Eccleſiarum quoque ſanctarum infatigabilis viſitator, pater pauperum, nutritor viduarum extitit, terrenum nihil appetens nihil tranſitorium concupiſcens, præſentis hujus vitæ lucra deſerens, æterna præmia in cælis dignis ſibi meritis acquiſivit. Hic beatiſſimus Pontifex genere clarus, ſed magis clarus ſanctitate, formæ conſpicuus, ſed pulchrior Fide fuit. Quæ ipſius laudum præconia non ſolum ſui Pontificatus tempore, ſed etiam ante juvenilibus annis poſſidens, talia indeficienter peragere ſatagebat. Quæ res Romanis cunctis nondiu permanſit occulta* (a) *Quia nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt: cœpit ſancta ejus operatio de die in diem magis per totam Romanam Urbem reſonare Evangelico ita ſermone teſtante* (b): *Nihil opertum, quod non reveletur, neque occultum, quod non ſciatur. Pro quibus animæ ejus innumerabilibus bonis a ſanctiſſimo hujus ſacræ Sedis domino Paſchali Papa non ſolum ſubdiaconus, ſed etiam ſacerdos effectus eſt*, presbyter ſcilicet Cardinalis. *Permanſit vero in ſacerdotio conſtitutus caſtus atque pudicus, redolens illud quod ſacra ſcriptura commemorans, ait* (c): *Sacerdotes Dei induantur juſtitia ut non vacaret niſi orationi, lectioni atque jejunio.*

(a) Matt. 5.

(b) Matt. 10.

(c) Pſalm. 131.

XXXI.

*Cum igitur his totus intentus inſiſteret, accidit humano more, ut cum dictus Paſchalis Pontifex ex hac vita ſubduceretur, & Eugenius a Deo electus Antiſtes ſacri apicis conſecutus ſit dignitatem, in qua per modicum tempus permanens, vita & ipſe pariter functus eſt. Poſt quem Valentinus alendorum gregum fidelium præſulatus culmen ſortitus, maxima celeritate ex hac vita præſenti ſubtractus eſt cœpere Romani pariter omnes, jam dictis Pontificibus ſubito perditis, & de futuro attentius cogitare, ut quem ſancti Spiritus gratia perluſtraret, cognoſcere potuiſſent, ſub cujus doctrina & imperio cuncta Senatorum nobilitas degere potuiſſet.*

Uſus varius eligendi Pontificem.

Vigebat adhuc in Eccleſia Romana conſuetudo, ut populus poſtularet qui perficiendus eſſet Romanus Epiſcopus, clerus autem ſimul una ſecum conſuleret quis eſſet Pontifex eligendus. Studiis vero poſtea contrariis ſæpe ſæpius ſciſſa

PAGIUS

anni e vivis exceſſiſſe, & *tribus annis* ſediſſe. Auctor enim libri Pontificalis in Vita Sergii II. ait: *Eugenius cum in Pontificio tribus perduraſſet annis, Valentinus Sedis ipſius Pontifex conſecratur.* Duratio etiam Interpontificii a nemine Antiquorum annotata. Quare *Valentinus natione Romanus*, incertis die ac menſe, Pontifex Romanus hoc anno conſecratus. *Sedit dies quadraginta* juxta Auctorem libri Pontificalis, Luitprandum & Martinum Polonum, a quibus non diſſentiunt Auctores laudati, ſed tantum innuunt, eum vix amplius quam menſem unum Eccleſiæ Romanæ præfuiſſe. In MS. Anaſtaſii Colbertino num. 417. legitur: *Sedit menſem unum, dies decem. Valentino* ſucceſſit *Gregorius IV. natione* etiam *Romanus*, ſed die & menſe pariter incertis, cum dies ejus emortualis ignoretur, quemadmodum & duratio ceſſationis Sedis poſt Valentini obitum. Cum tamen ad Imperatorem in Gallis agentem ante ejus conſecrationem literæ datæ fuerint, & ab eo Legatus Romam miſſus, ea ſub hujus anni finem peracta.

VIII. *Chronotaxis Pontificia ex meris conjecturis non ſtatuenda.*

Baronius ſcribit, *Eugenium* ſediſſe annos III. menſes II. & dies XXIII. ac die XI. Auguſti ſupremum diem obiiſſe, citatque hanc in rem Anaſtaſium, qui tamen diei ejus emortualis non meminit, & apud quem numeri corrupti ſunt. Subdit Baronius, Sedem vix uno die vacaſſe, & poſt mortem *Valentini*; ac poſt Interpontificium dierum trium *Gregorium* IV. Pontificem Romanum creatum eſſe; ſed hæc omnia gratis





civitas, ut bellis civilibus conſummeretur, frequenter accidit: unde opus fuerit in clerum refundere omnia amore tranquillioris ſtatus; ſicque illud evenit, ut diverſis occaſionibus poſtulantibus, modus ſæpe mutatus inveniatur electionis ſummi Pontificis, cum tamen apud Romanum clerum ſemper fuerit ſumma rerum, adeo ut numquam legitimus ſit Pontifex habitus, quem non clerus elegerit, uti vidimus ſuperius in Conſtantino per laicos intruſo Pontifice.

XXXII. Quod autem ad Gregorii electionem pertinet, plane factum eſt, ut ejus virtutes egregiæ ſumma potentia civium omnium animos devincirent, ut in nullum alium, quam in ipſum vota omnium conſpirarent, operante id in primis divino Spiritu. Nam Anaſtaſius inſtitutam de his proſequens orationem, rem geſtam ſic narrat:

*Univerſorum procerum corda adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, creator omnium Deus inextinguibili ſuo ſancto lumine ſuccendit, & mentes eorum omnium ad beatiſſimi Gregorii pia facta convertit. Conſenſeruntque in eum omnes uno ſpiritu & una anima.* Unus autem tantum inventus eſt, qui refragatus eſt omnibus ipſe de ſe Gregorius, utpote qui divinis imbutus litteris, mente divino lumine illuſtratus perſpicue intelligeret, quantam ſuis humeris orbis totius molem ſubiturus eſſet, quam periculoſam provinciam ſuſcepturus: quamque his impares exiſtant humanæ vires, quæ nec ſatis ſufficiant ad ſui regimen cuilibet homini. Iſta inquam conſiderans, ſeorſum degens a clero, latebras quærens, ut ſeſe dedit occaſio, quomodo licuit conſilium (ut dicitur) capere in arena, confugit in Eccleſiam ſanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani. Sciebat eſſe illic, quorum adhuc viſuntur ſigna, antiqua latibula ſubtus ipſius Eccleſiæ pavimentum. Sed fruſtra omnia iſta tentavit: ſiquidem accurrens populus violentus, nolentem apprehendunt, renitentem abſtrahunt, reluctantem ſuperant, ac ſecum ducunt in Patriarchium. Hæc enim paucis his Anaſtaſius.

Gregorius electus refugit onus Pontificatus.

XXXIII. *Electus autem ab eis in Patriarchium Lateranenſe perductus eſt, cum extraxiſſent eum e baſilica SS. Martyrum Coſmæ & Damiani per vim. Dicebat enim, ſe ad tantum miniſterium inutilem fore: ſed tamen immenſæ multitudini reſiſtere non valentem ad locum jam prædictum cum hymnis, & canticis ſpiritualibus deduxerunt.* Ubi & ſolemnibus ritibus conſecratus, regendæ univerſalis Eccleſiæ clavum ſumpſit. Hæc de Gregorii Papæ quarti ad Pontificatum electione, quæ contigit hoc ipſo anno Redemptoris octingenteſimo vigeſimoſeptimo, vigeſimaquarta Septembris. Quantum autem ſederit, in obitu ejus, ex more, dicturi ſumus.

Quid Gregorius pro bene adminiſtranda cura Paſtorali.

Ubi igitur ſublimem thronum conſcendit, velut e ſpecula contemplatus univerſum Chriſtiani orbis ovile ſibi a Deo in Petro creditum: ad tantam præfecturam expavens, ſuis penitus diffidens viribus, divinum auxilium conciliandum ſibi per Sanctos ſuos, primum omnium in animum induxit, & inter alios Magnum Gregorium, quem cura paſtoralis adeo bene perfuncta, & optime ſcripta commendat, demereri ſtuduit beneficiis, quo ejuſdem ſanctiſſimi Patris fultus juvamine precum, ſuſceptum onus Pontificale, ut decet, abſque diſpendio ſalutis ſuæ, vel damno commiſſi ſuæ cuſtodiæ gregis, ad finem uſque inoffenſe validis atque robuſtis humeris ferret. *Quid agit? Sepulcrum ejus, quod pietatis ergo frequentare ſolebat, videns redditum jam nimia vetuſtate deforme, nec ſatis dignum, quod tantum creditum ſibi theſaurum includeret, & locum ipſum, in quo eſſet, vilem & imparem redditum gloriæ tanti Pontificis: inde venerandum transferre corpus in nobiliorem locum conſilium init, quod & feliciſſime præſtitit, hoc ipſo primo ipſius Pontificatus anno. At non ſolum novum ſepulcrum conſtruxit, ſed eodem in loco egregium Oratorium fabricavit, quod plurium ſanctorum Martyrum reliquiis locupletavit, & inſigniter illuſtravit.*

XXXIV. *Qui autem iſta de Gregorio ſcriptorum monumentis teſtata reliquerunt, ſunt Anaſtaſius Bibliothecarius & Joannes dia-*



PAGIUS

& ſine ullo Veterum teſtimonio aſſerta. Papebrocius in Conatu Chronico Hiſtorico peculiares dies morti Eugenii II. & Valentini, ac ordinationi tam ejuſdem *Valentini*, quam *Gregorii* IV. attribuit, indeque ſingulis annos, menſes, & dies quibus eos ſediſſe arbitratur, adſcribit, ſed ex mera conjectura. Hanc temporum, quibus Romani Pontifices ſedere, putandorum rationem, primus uſurpaſſe videtur Onuphrius in Chronico Eccleſiaſtico, quem poſtea alii, in Chronologia Pontificia, ſequentium præſertim ſæculorum, ſecuti ſunt. Verum ſicut is in eo quod Inſcriptiones & veteres Auctores, quorum loca depravata arbitratur, Lectoribus non monitis, quod aliquid in iiſdem immutaſſet, emendabat, imitandus non eſt; ita nec in eo quod in Chronotaxi Pontificia conjecturas ſuas ac divinationes tanquam Antiquorum dicta, quandoque in medium adducit; ſatius eſt enim ſcire rem aliquam eſſe ignotam, quam dubiam vel falſam, tanquam certam aut veram amplecti, aut aliis obtrudere.

IX. Ad num. XXXIV. & ſeqq. Baronius Annalibus inſerit, Tranſlationem corporis *S. Gregorii M.* ab Anaſtaſio & Joanne Diacono in ejus Vita recitatam; & tanquam nihil opponi poſſet, ſecurus progreditur, ſolum ſollicitus circa corpus *S. Sebaſtiani*, quod in Gallias antiqui

De tranſlatione corporis S. Gregorii.

*conus, qui ambo hoc ipſo ſæculo claruere. In primis autem habet de his iſta Anaſtaſius: Divino ignis amore ſuccenſus idem Pontifex, corpus beati Gregorii hujus univerſalis Eccleſiæ Præſulis, per quem ſpiritus gratia toto orbe terrarum inextinguibile munus induxit, ex loco ſepulturæ, in quo prius fuerat, tulit, & non longe ab eo in alium noviter inſtructum infra Eccleſiam B. Petri Apoſtoli ſummo honore perduxit; ejuſque ſacrum altare argenteis tabulis undique perornavit, & Oratorium ejus ſancto nomine titulavit, abſidemque ejus deſuper aurato muſivo depinxit.* Hæc de S. Gregorii corporis tranſlatione, cujus & meminit (ut dictum eſt) Joannes diaconus, atque de his hujuſmodi hiſtoriam habet:

XXXV. *Hujus beatiſſimi Gregorii venerabile corpus a Gregorio quarto Sedis Apoſtolicæ præſide poſt annos circiter * ducentos quinquaginta tranſlatum ante novellum ſecretarium, conſtructis abſidibus, ſicut modo cernitur, ſub altare ſui nominis collocatur, in quo ejus anniverſaria ſolemnitas, cunctis certatim pernoctantibus, veneratione gratiſſima celebratur. In qua pallium ejus, & phylacteria, & baltheus ejus conſuetudinaliter oſculantur.* Indumenta Gregorii in ſepulcro reperta. *Quæ ſingulatim conſiderata, & antiquitatem viri, & mediocritatem habitus, & ſpeciem regularis propoſiti ſignis perſpicuis repræſentant. Nam in eo quod pallium ejus byſſo candente contextum, nullis fuiſſe cernitur acubus perforatum, ſic ipſum circa ſcapulas obvolutum fuiſſe, non autem confixum dignoſcitur, ſicut vetuſtiſſimis muſivis, vel picturis oſtenditur. Quod autem reliquiarum phylacteria tenui argento fabricata, vilique pallio de collo ſuſpenſa fuiſſe videntur, habitus ejus mediocritas demonſtratur.*

* ducentos viginti

*Porro exilitate balthei, quæ unius pollicis menſuram numquam excedit, ſpeciem propoſiti regularis, olim a S. Benedicto ſtatuti: cujus ipſe vitam deſcribens in dialogo, regulam quoque laudaverat, eum ſervaſſe, luce clarius manifeſtat.* Hæc Joannes, qui in his, quæ aſſerit, ex cingulo cognitum, Gregorium vixiſſe uſque ad vitæ finem obſervantia monachum XXXVI. De cingulo S. Gregorii.

PAGIUS

*Gloriantur Romani ſe habere Corpus S. Gregorii M.*

Scriptores delatum dixere. Verum Bollandus ad diem XII. menſis Martii in Commentario prævio ad Vitam Gregorii Magni oſtendit, Gallos non minus quam Romanos ſe Sanctiſſimi hujus Pontificis & Eccleſiæ Doctoris corpus habere, gloriari. De Romanis ſatis demonſtrat Baronius, & Paulus de Angelis in Declaratione Ichnographiæ novi templi Vaticani teſtatur, modo in nova Baſilica S. Petri, euntibus ad ejus Confeſſionem, ad ſiniſtram eſſe *altare S. Andreæ, ubi ejus caput aſſervatur. Altare vero privilegiatum S. Gregorii Magni* eſſe ad ipſum Sacrarium Majus, *ubi reconditum eſt* ejus corpus. Certum itaque & indubitatum apud Romanos eſt corpus Sancti Gregorii M. aſſervari in Eccleſia S. Petri. Sed Galli Sacras ejus Reliquias ex Italia in Franciam anno DCCCXXVI. delatas eſſe exiſtimant, ac in Sueſſionenſi Sancti Medardi Monaſterio depoſitas, ut jam ex Auctore coævo monſtravimus eodem anno, num. IV. Adhæc Nithardus lib. 3. pag. 372. narrata pugna inter filios Ludovici Pii anno DCCCXLII. habita ſcribit: *Cum Carolus Rex Sueſſionicam peteret Urbem, Monachi de Sancto Medardo occurrerunt illi deprecantes; ut corpora SS. Medardi, Sebaſtiani, Gregorii, Tiburtii, Petri & Marcellini, Marii, Marthæ, Audifax, & Habbacuc, Honeſimi, Marceſinæ, & Leocadiæ, Mariani, Pelagii & Mauri, Floriani cum ſex fratribus ſuis, Gildardi, Sereni & Domni, Remigii Rotomagorum Archiepiſcopi, in Baſilicam, ubi nunc quieſcunt, & jam tunc maxima ex parte ædificata fuerat, transferret. Quibus acquieſcens, inibi remanſit, & uti poſtulaverant, Beatorum corpora propriis humeris cum omni veneratione ſuſtulit.*

X. *Gloriantur & Franci.*

Claudius Darmaius lib. 4. Hiſt. Sueſſionis cap. 10. inter munera Ludovici Imp. Monaſterio Sancti Medardi oblata, recenſet *librum aureis litteris exaratum, & laminis etiam aureis obductum*, quo olim cooperculo ſublato curaviſſe Ingrannum Abbatem Sancti Medardi laminis argenteis eiſque inauratis obduci: in quibus etiamnum hæc verba leguntur: *Hæc tabula facta eſt a D. Ingranno Abbate hujus loci anno MCLXVIII. Alexandri III. decimo, Regni Ludovici Junioris XXXIII. Librum autem ipſum obtulit Ludovicus Imperator B. Sebaſtiano in receptione ejuſdem Martyris inclyti & Papæ Gregorii Urbis Romæ.* Senonenſes tamen contendunt caput S. Gregorii ad Monaſterium Sancti Petri-Vivi Senonenſe tranſlatum fuiſſe, uti narrat Clarius Monachus in Chronico Sancti Petri Vivi apud Dacherium Tom. II. Spicilegii pag. 716. ubi ait: *Poſtulavit Anſegiſus a Joanne Papa, dari ſibi Reliquias Pontificum atque Doctorum Gregorii atque Leonis, quod & impetravit: plerumque enim Miſſarum ſolemnia in Sede Apoſtolica celebravit. Dedit autem eis Joannes Papa caput B. Gregorii Papæ Univerſalis, filii Gordiani, plumbo incluſum, & brachium eſſe Leonis Papæ & Doctoris. Suſcipiens autem hoc munus, idem Anſegiſus detulit Senones in Baſilicam S. Petri quod uſque in hodiernum diem illic cum magno honore ſervatur.* Idem habet Robertus Monachus Autiſſiodorenſis in ſua Chronologia. Porro creatus eſt Anſegiſus Archiepiſcopus Senonenſis anno DCCCLXXI. obiitque anno DCCCLXXXIII. cujus tempore Carolus Calvus Rex Franciæ coronatus eſt Imperator a Joanne VIII.

XI. *Modus litis componenda.*

Denique in Chronico Conſtantienſi legitur, anno CMXCII. *Sanctum Gebhardum* Epiſcopum Conſtantienſem Eccleſiam in honorem S. Gregorii M. dedicaſſe, & cum Romam profectus eſſet, obtinuiſſe a Joanne Papa caput Sancti Doctoris, aliaſque plures Reliquias. Obiit autem *Sanctus Gebhardus* VI. Kalend. Septemb. anno CMXCVI. & Auctor Chronici Conſtantienſis loquitur de Joanne Papa hujus nominis XV. Sicut itaque Baronius dicit, non totum corpus S. Sebaſtiani; ſed tantum ejus partem in Galliam tranſlatam eſſe; ita & de S. Gregorii Magni corpore dicendum videtur.

*Aizo* Vir genere Gothus bis Saracenorum in Hiſpania ſubſidium poſtulavit. Primo quidem per fratrem, quem anno ſuperiori ad Regem Cor- XII.



chum, id nulli dubium eſſe debet. Quod autem aſſerat ex balthei exilitate (ut ait) convinci fuiſſe monachum inſtituti S. Benedicti: id minime ex hoc probari poteſt, cum Occidentales omnes monachi ejuſmodi cinguli genere uterentur. Teſtatur enim S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis, conſueviſſe monachos pelliceo uti cingulo etiam in Africa. Sed & tradit Caſſianus (a) non monachorum tantum, ſed Apoſtolicorum quoque virorum fuiſſe conſuetudinem ejuſmodi uti cinguli genere.

(a) *Caſſian. de habit. monach. c. 2.*

XXXVII SS. Martyrum corpora tranſlata in oratorium S. Gregorii.

Sed ad Anaſtaſium redeamus, qui de aliis ſacris reliquiis, quibus auctum, & ornatum eſt idem S. Gregorii Oratorium, iſta ſubiicit: *In quo ſcilicet Oratorio corpora beatorum Martyrum Sebaſtiani, Gregorii, & Tiburtii ex cœmeteriis, in quibus ante jacebant, perduxit, & unumquodque eorum ſeparatis altaribus collocavit. Pro quibus denique Pontificatus ſui tempore decrevit, ut monachi, qui ad officium perſolvendum in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ſunt conſtituti, omnibus diebus ibidem laudes omnipotenti Deo canere non deſiſtant. Obtulit autem in eodem Oratorio vela majora, vel modica * Syriaca decem & octo, veſtes ſuper altare, ſub quo ſanctiſſimi Gregorii Papæ corpus quieſcit, tres, unam cum chryſoclavo, habentes hiſtorias ..... & ſuper unum altare prædictorum Martyrum veſtem de fundato unam: imagines denique deſuper argenteas, nec non auro perfuſas tres, habentes vultum Domini, & eorum depictos, quorum ſpecialiter ibidem corpora humata, miraculis ac virtutibus pollent.* Hæc de his Anaſtaſius.

* ſerica.

Sed quod audis corpus ſancti Sebaſtiani tranſlatum una cum aliis Martyribus in Oratorium ſancti Gregorii, rurſus vero dictum ſuperius illud ipſum, opera Hilduini ab Urbe evectum in Gallias, reconditumque in monaſterio ſancti Medardi; haud dubiis aſſertionibus, id teſtantibus illorum temporum dignis hiſtoricis; quod vero e contra nec fas ſit dubitare de Anaſtaſii fide, iſta hæc oculis ipſis ſpectantis, quæ ſcriptis eſt proſecutus: neceſſa- XXXVIII.

De reliquiis S. Sebaſtiani.

PAGIUS

*Chriſtiani a Saracenis in Marca Hiſpanica male habiti.*

Cordubenſem miſit, iterumque hoc anno, quo ipſemet Cordubam ſe contulit, & exercitum ab eodem Rege obtinuit, quo fretus fines Barcinonenſium & Gerundenſium vaſtavit, ut prodit Annaliſta Hildensheimenſis. Fuſe rem narrat Eginhardus in Annal. *Imperator Heliſacharem Presbyterum & Abbatem* (Monaſterii ſc. Sancti Maximini prope Treviros) *& cum eo Hildebrandum atque Donatum Comites ad motus Hiſpanicæ Marchæ componendos miſit. Ante quorum adventum, Aizo Saracenorum auxilio fretus multa ejuſdem limitis cuſtodibus adverſa intulit, atque aſſiduis incurſionibus in tantum fatigavit, ut quidam illorum, relictis quæ debuerant caſtellis, recederent. Defecit ad eum & filius Beræ* (qui alias perduellionis convictus fuerat) *nomine VVillemundus, nec non & alii complures novarum rerum gentilitia levitate cupidi: junctique Saracenis ac Mauris Ceritaniam, & Vallenſem rapinis atque incendiis quotidie infeſtabant. Cumque ad ſedandos ac mitigandos Gothorum atque Hiſpanorum in illis finibus habitantium animos Heliſachar Abbas cum aliis ab Imperatore miſſus, multa & propria induſtria & ſociorum conſilio prudenter adminiſtraſſet: Bernardus quoque Barcinone Comes Aizonis inſidiis, & eorum qui ad eum defecerant, calliditati ac fraudulentis machinationibus pertinaciſſime reſiſteret, atque eorum temerarios conatus irritos efficeret, exercitus a Rege Saracenorum Abdiramano ad auxilium Aizoni ferendum miſſus, Cæſarauguſtam veniſſe nunciatur: ſupra quem Abumarvam Regis propinquus Dux conſtitutus, ex perſuaſionibus Aizonis haud dubiam ſibi victoriam pollicebatur. Contra quem Imperator filium ſuum Pippinum Aquitaniæ Regem cum immodicis Francorum copiis mittens, Regni ſui terminos tueri præcepit. Quod ita factum eſſet, niſi Ducum deſidia, quos Francorum exercitui præfecerat, tardius quam rerum neceſſitas poſtulabat, is quem ducebant ad Marcham veniſſet exercitus. Quæ tarditas in tantum noxia fuit, ut Abumarvan vaſtatis Barcinonenſium ac Gerundenſium agris, villiſque incenſis, cunctis etiam quæ extra Urbes invenerat direptis quod incolumi exercitu Cæſarauguſtam ſe reciperet, priuſquam a noſtro exercitu vel videri potuiſſet. Hujus cladis præſagia credita ſunt viſæ multoties in cœlo acies, & ille terribilis nocturnæ coruſcationis in Aere diſcurſus.*

XIII. *Aliquot Comitatus amittunt.*

Porro Auſonenſis tantum Comitatus diſceſſit ab officio; & reliqua ejus tractus Caſtella & municipia, quæ *Aizo* armis *recepit*. Ea autem alia eſſe non poſſunt, ut notat Marca lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 22. præter iſthæc præcipua Rivumpullum, Bergam, Manreſam, Cardonam, & Solſonam, in quæ latus patebat aditus ad auxilia Maurorum excipienda. Univerſa itaque Regio illa tunc a Ditione Francorum receſſit una cum Dertoſæ, Ilerdæ, & Taraconæ adjacentibus agris: quæ cuncta in poteſtatem Chriſtianorum non redierunt niſi poſt longiſſimi temporis intervallum, quando Auſona, Rivumpullum & Manreſam *VVilfredus* Comes Barcinonenſis Mauris abſtulit circa annum DCCCLXXXVI. & cæteri deinceps Comites ultra Sicorim & ripas Iberi Mauros victricibus armis pepulere. Attamen in poteſtate Francorum ſemper perſtitere Biſuldunenſes, Urgellenſis, Palliarenſis; & Ripacurcienſes Chriſtiani nominis Comites.

XIV. *Libri S. Dionyſii in Franciam miſſi.*

Pergit Eginhardus: *Legati Michaelis Imp. de Conſtantinopoli ad Imperatorem, quaſi propter fœdus confirmandum miſſi, Septembrio menſe Compendium venerunt; quos ille ibi benigne receptos, & audivit & abſolvit.* In horum Legatorum numero fuit Oeconomus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Hilduinus enim San-Dionyſianus Abbas in ſuo ad Ludovicum Imp. reſcripto, quod inter Areopagetica reperitur apud Surium ad diem IX. Octob. hæc de libris Sancti Dionyſii ſcribit: *Authenticos eoſdem libros Græca lingua conſcriptos, quando Oeconomus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & cæteri Miſſi Michaelis Legatione publica ad veſtram Gloriam Compendio functi ſunt in ipſa Vigilia Solemnitatis Sancti Dionyſii pro munere magno ſuſcepimus. Quo ad donum devotionis noſtræ ac ſi cœlitus allatum adeo Divina Gratia eſt proſecuta, ut in* ea-

ceſſario fatendum erit, quod & nos ſuperius ex Adone prodidimus, nonniſi partem corporis ſancti Sebaſtiani eſſe delatam in Gallias. Sed & nos ſæpe ſumus experti, cum ſunt factæ in Urbe elevationes atque tranſlationes, non ipſa integra eſſe corpora Sanctorum inventa, immo in nonnullis neque dimidiam ipſorum partem, reliquam vero alio deportatam. Verum nequaquam dolo malo, & fallendi animo per impoſturam pietas fidelium poſſidere ſe Sanctorum corpora profiteri conſuevit, quorum nonniſi partem acceperit: cum in eis non dimidiatum, vel diminutum aliquo modo ſe ſentiant poſſidere in operatione virtutum, ſed plane integrum atque perfectum; ut qui reliquias acceperint ſancti Martyris Sebaſtiani, non mentirentur, ſi ſecum habere ipſum dixerint Sebaſtianum. Teſtante præſertim ipſo Theologo ſua invectiva in Julianum, quælibet paſſionum ſigna idem præſtare, quod integra ipſorum corpora, & quod corpora, idem poſſint, quod animæ in cœlo beatæ; adeo ut idem Martyr in quolibet corporis ſui tenui pulvere integer perſeveret, oblatrent licet dæmones, & blaſphement hæretici Hagiomachi.

Quod inſuper ad eumdem Gregorium Pontificem pertinet, hoc pariter anno ſui Pontificatus initio, collapſam Eccleſiam ſancti Saturnini Martyris in via Salaria, a fundamentis reſtituiſſe, atque picturis ornaſſe, idem qui ſupra, Anaſtaſius tradit.

Se-

PAGIUS *eadem nocte decem & novem nominatiſſimæ virtutes in agrorum ſanationes variarum infirmitatum ex notiſſimis & vicinitati noſtræ perſonis contiguis ad laudem & gloriam ſui nominis orationibus & meritis excellentiſſimi ſui Martyris Chriſtus Dominus ſit operari dignatus.* Refert hæc Baronius ad primam Legationem Michaelis anno DCCCXXIV. in Franciam miſſam: verum tunc Ludovicus Imp. non Compendii, ſed Rotomagi Legatos Michaelis audivit, atque longe poſt Natalitia Sancti Dionyſii, XV. ſc. Kal. Decemb. ut eo anno vidimus.

XV. *Floret Smaragdus Abbas S. Michaelis.* Florebat hoc tempore *Smaragdus* Abbas Sancti Michaelis in Epiſcopatu Virodunenſi, Vir præclaris virtutibus & libris in lucem editis clariſſimus, ut prodit Chronographus ejuſdem Monaſterii, a Mabillonio Tom. II. Analect. publicatus. Tria Smaragdi Opuſcula memorat Honorius Auguſtodunenſis Presbyter lib. 4. de Script. Eccleſiaſt. *Smaragdus Abbas Monaſterii Sancti Michaelis Lectiones & Evangelia in Divinis Officiis legenda per circulum anni expoſuit, & librum Monaſticæ profeſſionis congruum, quem Diadema Monachorum vocavit, & Grammaticam majorem, Donatum exponendo, explicuit.* Ad hæc Dacherius Tom. V. Spicilegii aliud ejus Opus in lucem emiſit capitibus XXXII. diſtinctum, cui titulus, *Via Regia*. De aliis ejus Opuſculis legendus Mabillonius loco citato, cavenduſque error, in quem Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. aliique quidam incidere, qui *Smaragdum* iſtum cum Ardone cognomento Smaragdo, Scriptore Vitæ Sancti Benedicti Anianenſis Abbatis, perperam confundunt. In ejus Epitaphio in Chronico laudato recitato dicitur *Smaragdus* imperante Ludovico Pio mortuus, ſed annus emortualis ejus non memoratur.

XVI. *Egbertus fit totius Angliæ Monarcha.* Malmesburienſis lib. 2. de Geſtis Reg. cap. 1. poſtquam narravit, *VVidlaſium* Merciorum Regem, quem nuper Egbertus Weſt-Saxonum Rex Regno expulerat, in fidem tributariam ab eo acceptum eſſe, ſubdit: *Eodem anno Northanymbri, qui ſe ſolos remanſiſſe, & omnium digito notari cernerent, timentes ne diu conceptam iram in ipſos effunderet, tandem vel ſero datis obſidibus faverunt deditioni. Ita tota Britannia potitus, reliquum vitæ per annos novem tranquille cucurrit.* Quoad temporis rationem ſpectat, idem Auctor lib. 1. de Reg. cap. 3. dum Northumbriæ Reges recenſet, & eorum ultimum Ethelredum, ait: *Tranſactis triginta tribus annis, hanc quoque Regionem cum cæteris obtinuit Rex Egbertus, anno Dominicæ Incarnationis DCCCXXVII. Regni ſui XXXIII.* Quare cum Ethelredus ultimus Northumbriæ Rex anno DCCXCVI. occiſus fuerit, ut ſuo loco oſtendimus, anni illi XXXIII. qui a morte Ethelredi fluxere, hoc anno abſolvuntur, & Egbertus totius Inſulæ Monarcha factus eſt. *Receptæ*, inquit Uſſerius in Indice ad hunc Chriſti annum, *poſt triginta trium annorum ἀναρχίαν Northumbria, Egbertus Occiduorum Saxonum Rex, Monarchiam Angliæ, quæ nomen illud eo tempore putatur accepiſſe, primus ſibi vendicavit.* Tunc primum *Egbertus* lata lege edixit, Inſulam, quæ olim a Britannis, *Britannia*, & nuper a Saxonibus, *Saxonia* dicebatur, ad alterius Britanniæ, Saxoniæque diſcrimen, *Angliam* impoſterum appellandam eſſe. Quidquid a Meridie, quo Galliam proſpicit, longe lateque in Septentrionem porrigebatur ad Glottæ Cluidæque æſtuaria, Angliæ nomen accepit, ideoque *Edemburgum*, Urbs hodie Primaria Regni Scotiæ, intra Angliæ terminos contenta fuit, ut oſtendit Alfordus hoc anno num. VII. Denique Chronographus Saxo nuper in Anglia e tenebris eductus ad hunc Chriſti annum obſervat Egbertum, quem Ecgbryhtum vocat octavum Regem fuiſſe, qui toti Britanniæ imperavit, primum vero extitiſſe *Aellam*; ſecundum *Ceaulinum* Occidentalium Saxonum Regem; III. *Aethelbryhtum* Cantuariorum Regem; IV. *Redvvaldum*, Orientalium Anglorum Regem; V. *Edvvinum* Northumbriæ Regem, VI. *Oſvvaldum*, ejus Succeſſorem; VII. *Oſvvium*, Oſwaldi fratrem, VIII. *Ecgbryhtum* ſeu Egbertum Occidentalium Saxonum Regem.



I. *Galliæ miraculis illuſtratæ.* SEquitur Chriſti annus octingenteſimus vigeſimus octavus, Indictione ſexta quo Galliæ mirifice illuſtratæ ſunt ex ſacris reliquiis ſanctorum Martyrum illuc Roma delatis, multiplicibus ſignis. Non produntur iſta ex Apocryphorum inſomniis, ſed ex nobiliſſimo temporis hujus ſcriptore, qui præſens fuit, Einhardo, ſive Eginhardo viro clariſſimo qui fuit a ſecretis Carolo Magno, cujus & vitam ſcripſit, & hoc tempore Ludovico Pio fidus Conſiliarius inhærebat, de quo & plura ſuperius hoc tomo ſunt dicta.

De his acturi, primum omnium illud ſignificandum, quod hoc anno celebratus eſt Aquiſgrani conventus, quod veteres Francorum Annales produnt, & in rebus geſtis ejuſdem Principis expreſſum habetur ab ejuſdem temporis ſcriptore editis, ſed meminit ejuſdem ipſe pariter Einhardus (a), qui ſe ad eum una cum aliis Optimatibus ex more vocatum affirmat, quando & divinitus eſt admonitus Ludovicus de his quæ agere deberet. Accidit enim, ut dum ipſe conſultores homines de his, quæ eſſent agenda, adhibuit, Deus ipſum per Angelum commonefecerit. Quomodo autem iſta ſe habuerint, idem rerum geſtarum inſpector teſtis fidelis Einhardus in libris a ſe ſcriptis de admirandis rebus geſtis SS. Marcellini & Petri poſt alia recenſita miracula divinitus edita ubi ſunt delata in Gallias eorumdem ſanctorum Martyrum corpora, perjucundam ejuſmodi ſubjicit narrationem:

(a) *Einhard. de tranſlat. SS. Marcelli & Petri l. 3. c. 11. 12.*

II. Conventus Aquiſgranenſis. *Imperator Ludovicus eo tempore Aquiſgrani palatio conſiſtens, conventum procerum ibi fieri, media fere hieme præceperat.* Porro iidem, qui ſupracitati auctores eumdum conventum habitum tradunt menſe Februario. Pergit Einhardus: *Ubi & ego inter cæteros adeſſe juſſus; quia de vicina ſanctorum Martyrum abeſſe cogebar, parum jucundas in palatio moras faciebam. Ideoque poſt unum, ex quo illo veneram, menſem exactum, miſi quemdam ex noſtris nomine Ellenhardum præcipiens ei, ut ad Limina beatorum Martyrum, quanta poſſet celeritate feſtinaret, viſitatiſque fratribus noſtris, quos inde digrediens ad divinum ſervitium faciendum ibi dimiſeram, atque omnibus, quæ ibidem agerentur, diligenter exploratis, ad nos cito recurreret. Qui cum illuc veniſſet, tribus ibi manſit diebus. Quarto vero cum cum jam ad nos reverti diſponeret, cæcus ille nomine Albricus, cujus in ſuperioribus fecimus mentionem, detinuit redire parantem affirmans non prius iter ſuum ingreſſurum quam tale ſignum fieri vidiſſet, cujus revelatione me lætum atque oppido gaudentem efficeret.*

III. *Addidit etiam, beatiſſimos Martyres præterita nocte ſibi in ſomnis apparuiſſe, atque in mandatis dediſſe, ut perquirerent quemdam pauperem, nomine Giſalbertum immani gibbo depreſſum, ac proinde curvum, ac brevibus baculis innitentem, atque inventum in cœnaculo, quod ſupra porticum baſilicæ eſt, tempore matutini officii juxta reliquias, quæ ibi erant, collocaret, eo quod ibi per merita & virtutem Sanctorum, quorum illæ reliquiæ eſſent, de illa gibbi deformitate atque curvitatis incommodo liberari deberet. Paruit ille ſuadenti, atque iter quod aggredi paraverat, diſtulit in craſtinum. Ac cæcus ille juſſum pauperem perquirens invenit, & ut ſibi præceptum erat, in ſuperioribus Eccleſiæ partibus, juxta prædictas reliquias, officii matutini tempore collocavit. Erant autem illæ reliquiæ (quod nondum noveramus) beati Marii Martyris & uxoris ac filio-* De reliquiis SS. Martyrum Marii, & Marthæ, Audifacis, & Habacuc.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXVI. Anno Hegiræ CCXIII. inchoato die 22. Martii fer. 1. A. C. 828.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6321.

☉ 25. ED. ☽ 12. P. 5. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 828.

GREGORII IV. PAPÆ 2.

LUDOVICI IMP. 15.

MICHAELIS BALBI IMP. 9.

I. *Conventus Aquiſgranenſis.* ANum. I. ad XXXV. Eginhardus in Annalibus, quos hoc anno abſolvit, habet: *Conventus Aquiſgrani menſe Februario factus eſt: in quo cum de multis & aliis cauſis, tum præcipue de iis, quæ in Marca Hiſpanica contigerunt, ratio habita, & Legati, qui exercitui præerant, culpabiles inventi juxta merita, bonorum amiſſione mulctati ſunt. Similiter & Baldericus Dux Forojulienſis, cum propter ejus ignaviam Bulgari fines Pannoniæ Superioris impune vaſtaſſent, honoribus, quos habebat, privatus, & Marca, quam ſolus tenebat, inter quatuor Comites diviſa eſt.* Obſervabis obiter quod & ſæpe inſinuavimus, Auctorem iſtorum Annalium Eginhardo vulgo attributorum annum a Paſchate vel a die Annunciationis B. Virginis non auſpicari; alioquin hæc non hoc anno, ſed ſuperiori narraſſet. De duobus illis Capitibus, de quibus in Conventu Aquiſgranenſi actum, mentionem facit Baronius num. XXXIV.

II. *Legatio Ludovici Aug. ad Michaelem Aug.* Pergit Eginhardus: *Halitgarius Cameracenſis Epiſcopus, & Anſfridus Abbas Monaſterii Nonantulæ Conſtantinopolim miſſi, a Michaele Imp. (ſicut ipſi inde reverſi retulerunt) honorifice ſuſcepti ſunt.* Auctor Vitæ Ludovicii Pii de hac Legatione habet: *Ipſo tempore Halitgarius Came-*

*filiorum ejus, Marthæ videlicet, Audifacis & Habacuc: quæ utique ſimul cum ſanctorum Marcellini & Petri corporibus & eodem loculo ad nos perlatæ ſunt; ſed is, qui eas detulit, cujus eſſent reliquiæ, neſcivit: nam ille, qui eas mihi miſerat, promiſit ſe ad me eſſe venturum, ac nomina Sanctorum, quorum hæ reliquiæ forent, per ſemetipſum mihi indicaturum, quod poſtea factum eſt. Pauper vero, qui juxta illas a memorato cæco fuerat collocatus, cum ſecunda lectio ad nocturnum officium ex more legeretur, edito ingenti clamore, non modicum pavorem audientibus incuſſit. Ad quem cum nonnulli clericorum una cum illo, qui hoc ibi opperiri juſſus fuerat, accurriſſent, invenerunt eum pronum atque extenſum propter altare jacentem, pavimentumque quod ori ejus ſubjectum erat, plurimo ſanguine mandens. Quem lavantes, & allata aqua refocillantes, ſanum & erectum, neque ulla camelinæ illius tortitudinis ſigna retinentem in inferiores Eccleſiæ partes gratulabundi deduxerunt. Quo miraculo in hunc modum peracto, is, quem illuc miſeram, ad me cum ſumma feſtinatione regreſſus, cum ea, quæ viderat retuliſſet, magno nos gaudio & exultatione replevit.*

IV. Spiritus prophetiæ in cæco.

Porro idem qui ſupra cæcus, carens penitus oculis, curatus infirmitate, qua detinebatur, mentis oculis ſic iluſtratus eſt, ut etiam prophetiæ donum fuerit conſecutus: qui inter alia, Angelica revelatione admonitus eſt de nonnullis, quæ eſſent Ludovico Imperatori ſignificanda, ut ab ipſo corrigerentur. At quænam iſta fuerint, tacet quidem auctor, verum quæ de ejus curatione eodem libro tertio idem Einhardus ante præmiſerat, ſunt deſcribenda: ſic enim ſe habent:

(a) Einhard. l. 3. c. 5. 6.

*Miraculum (a) autem, quod nunc narraturus ſum, ego ipſe non vidi, ſed verbis eorum, quorum relatione hoc mihi compertum eſt, non minus quam propriis oculis credere poſſum. Ideoque non ut auditum, ſed potius ut a me viſum incunctanter, ac ſine ulla dubitatione proferre decrevi. Mercatores quidam de civitate Moguntiaca, qui frumentum in ſuperioribus Germaniæ partibus emere, ac per fluvium Mœnum ad urbem devehere ſolebant, cæcum quemdam natione Aquitanum, nomine Albricum mercedis a Deo promerendæ gratia, navi ſuæ impoſitum, ſicut ipſe petiverat, ad baſilicam beatorum Martyrum deduxerunt. Qui cum ibi egreſſus, atque in domo cuſtodis Eccleſiæ eſſet hoſpitio receptus, ſeptem vel eo amplius dies ibidem moratus eſt. Habebat enim præter cæcitatem, quæ ei propter quod oculis carebat, & naturalis jam eſſe, videbatur, horribilem & fœdam totius corporis infirmitatem. Erat enim omnium membrorum ingens tremor, qui eumdem tam gravi quatiebat incommodo, ut propriis manibus cibum ori ſuo porrigere penitus non valeret. Is cum die quadam horis antemeridianis in hoſpitio jacens obdormiſſet, vidit per ſoporem quemdam ſibi aſſiſtentem, ſeque monentem, ut cito ſurgeret, atque ad Eccleſiam feſtinaret; tempus dicens adveniſſe, quod de illa miſerabili paſſione per virtutem Sanctorum liberari deberet. Expergefactus, atque ad Eccleſiam ductus, pro foribus in quodam lapide conſedit.*

De Albrico cæco miranda.

V. Mirabili modo curatus Albricus.

*Agebatur tunc in Eccleſia more ſolemni divinum officium, & expletis orationibus, quæ ſacram Evangelii lectionem præcedere ſolent, ipſum legi cœptum eſt. Cujus cum vix duo verſus fuiſſent legendo completi: ecce repente, velut vim patiens, tremuloſus ille vociferatus eſt, dicens: Adjuva me ſancte Marcelline. Quo clamore tametſi omnes, qui in Eccleſia erant, haud parva forent perturbatione commoti, majore tamen parte propter reverentiam Evangelicæ lectionis in loco remanente, plures ad videndum, quænam cauſa hujuſce clamoris exiſteret accurrerunt. Et ut poſtea teſtati ſunt, invenerunt eum in eodem, quo conſederat, loco, extento ac reſupinato corpore jacentem, mentumque ac pectus, cruore ex naribus profluente inundatum. Qui cum ab eis erectus, & paululum aquæ frigidæ ſumens fuiſſet recreatus: retulit ſibi*

*vi-*

PAGIUS *meracenſis Epiſcopus & Auffridus Nonantulæ Monaſterii Abbas, a tranſmarinis partibus redeuntes humaniſſime ſe ſuſceptos a Michaele retulerunt.* Ubi vides Annaliſtam velle a Ludovico Legatos directos, cum Aquiſgranenſis Conventus habebatur, Auctorem vero Vitæ Ludovici Pii eos reverſos eſſe eodem Conventu nondum ſoluto, ac ſupponere miſſos longe ante illud Placitum. Ambos hos Auctores ita conciliat Annaliſta Bertinianus, ut cum Francorum Conventus apud Aquiſgranum congregatus erat, Legati Conſtantinopolim directi ſint, & ipſimet poſt ſuum ex Oriente reditum ſe ſe a Michaele Imp. honorifice ſuſceptos eſſe retulerint. Cauſa hujus Legationis ignota.

III. *Suſcipit Legatos a Gregorio IV. miſſos.*

Ex Aquiſgranenſi Palatio Ludovicus Imp. ad Ingelheimenſe contendit. Subdit enim Eginhardus: *Imperator Junio menſe ad Ingelhein venit* (erat olim Ingelhein ſeu Engilimeonium villa regia vel publica, Moguntiæ proxima) venit, *ibique per aliquot dies Placitum habuit. In quo cum de filiis ſuis Lothario & Pippino cum exercitu ad Marcam Hiſpanicam mitiendis conſilium iniiſſet, & id quomodo fieret, ordinaſſet, Miſſos etiam Romani Pontificis, Quirinum Primicerium ac Theophylactum Nomenclatorem, qui ad eum illo venerant, audita eorum Legatione dimiſiſſet, ad villam Franconofurt profectus eſt. Ibique aliquandiu moratus, Vvormatiam venit, & dein Theodonis villam perrexit.* His addit Au-

ctor



*viſum fuiſſe tunc cum illam vocem emiſerat, quod aliquis eum pugno in cervicem percuſſiſſet, atque ideo beati Martyris auxilium imploraſſet. Cæterum hunc ictum tam ſalutarem ei fuiſſe conſtat, ut ex illo temporis momento, nullum illius fœdæ agitationis veſtigium in ejus corpore ulterius appareret. Is poſtea per duos ferme annos in eodem loco manſit, & (ut ipſe teſtatus eſt) nulla nox in hoc biennio fuit, in qua per ſomnium eoſdem qui ſalvum fecerunt, Martyres non vidiſſet, multa quoque ab eis audiſſet, quæ aliis dicere jubebatur; ex quibus pleraque nunc impleri cernimus, quæ ille tunc futura eſſe prædixit.* Hactenus de ejus curatione.

VI.

De his autem, quæ ad Imperatorem referenda eſſent eidem revelata, idem qui ſupra Einhardus inferius ſubiicit narrationem dicens (a): *Nec multo poſt Ratleicus, qui ſacros Martyrum cineres (ſicut in ſuperioribus demonſtravimus) Roma detulit, ut ipſe aſſerebat, juſſus venit, deferens libellum complura capitula continentem. Cujus rationem talem eſſe retulit, dicens, cæcum illum, cujus modo fecimus mentionem, ex auctoritate Martyrum præcepiſſe, ut ea capitula deſcriberet, mihique deferret, ac diceret, ut ea ſuſciperem, atque Imperatori legenda offerrem. Suſcepi ab eo libellum, atque perlegi, emendatumque ac noviter ſcriptum, Imperatori (ut juſſerat) obtuli. Et ille ſuſcepit atque perlegit. Sed de his, quæ per hunc libellum facere juſſus vel admonitus fuerat perpauca adimplere curavit. Quid autem illa capitula continerent, aut quid ab eo factum, aut dimiſſum ſit, alio potius in loco quam in iſto commemorandum eſt. Illud autem non ſolum non prætereundum, quinimmo aperte ac dilucide cenſeo conſcribendum, qualiter revelatum & juſſum ſit, ut libellus ille fieri, atque Regi dari debuerit; quæ Ratleicus hoc modo contigiſſe retulit.*

(a) Einhard. l. 3. c. 12. De libello revelationum Imperatori offerendo.

VII.

*Ante paucos (inquit) dies, cum in Eccleſiam ad agendum nocturnum officium ex more conveniſſemus: adiit me cæcus ille, quem noſtis, rogans, ut in partem aliquam ſecretiorem cum illo ſecederem. Feci ut volebat, & cum eo cellulam, in qua quieſcere ſolebam, ingreſſum ſum. Tunc ille prior, hac inquit nocte, paulo antequam ſono ſignorum excitati ſurgeremus, apparuit mihi per viſum quidam vir, canitie venerabilis, veſte candida indutus, virgam auream manu tenens, ac talibus me verbis compellavit: Vide, inquit, Albrice, ut cuncta, quæ tibi dixero, bene intelligas, eaque adeo tenaci memoria detineas, ut etiam aliis, qui illa ſcripturi ſunt, exponere valeas. Volo enim, ut ſcribantur, & Ludovico Imperatori ad legendum per ſeniorem veſtrum oſtendantur. Sunt quippe valde neceſſaria non ſolum ad cognoſcendum, verum etiam ad faciendum Principi, in cujus Regnum iſti Martyres divina juſſione venerunt. Tunc incipiens, duodena, vel eo amplius capitula per ordinem pronuntiavit, mihique præcepit, ut tibi & aliis quatuor, quos tibi dicturus ſum, illa commemorem atque exponam. Et poſt hæc tu libellum facias, eumque ſeniori tuo, qui nunc in palatio moratur, deferas: eique ex Martyrum auctoritate præcipias, ut eum quanto celerius poſſit, Imperatori offerat.*

Viſio Archangeli facta Abrico.

VIII. Gabrielis Archangeli apparitio.

*Deinde ſubjungens: Noſti me, inquit, quis ego ſim, qui tibi iſta præcipio? Tum ego nihil hæſitans, S. Marcellinum eum eſſe reſpondit. Et ille: Non ita eſt, inquit, ut opinaris, ſed Gabriel Archangelus ego ſum, perſonamque ac formam Marcellini idcirco aſſumpſi, quia Dominus Deus rerum atque cauſarum ad iſtos Martyres pertinentium mihi curam commiſit, & nunc veni, ut hæc tibi indicarem, quæ*

*ſcri-*



PAGIUS ctor Vitæ Ludovici Pii: *Imperator cum in Theonis* (ſeu Theodonis) *villam deveniſſet, famaque venturos in noſtros fines Saracenos, pervulgaſſet, miſit filium Lotharium ad eamdem Marcam, adjunctis illi Francorum validis multiſque copiis. Qui cum præceptis paternis parens Lugdunum deveniſſet, & Nuncium praſtolaretur partium Hiſpanicarum, Pippinus ejus frater collocuturus advenit. Ibidemque illis morantibus Miſſus rediit dicens, moviſſe quidem Saracenos Mauroſque exercitum quam maximum: ſed pedem continuiſſe, nec illo tempore longius in noſtros fines proceſſuros. Quibus auditis Pippinus in Aquitaniam, Lotharius autem ad patrem proſpere rediit.* [1]

Egin-

NOTÆ [1] ADdendum, quod hoc anno *Ludovicus*, Imperatoris *Ludovici Pii* filius, qui a patre rex *Bajoariæ* dictus erat A. D. 817. hoc anno cum conjuge in *Bajoariam menſe Majo* rediit; quod collegimus ex Appendice monumentorum Hiſtoriæ Friſingenſis tom. I. P. II. pag. 271. ubi: *Actum eſt hoc ad Friſingas in domo Sanctæ Mariæ in VII. Idus Majas, indictione V. anno incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti* DCCCXXVIII. *Hludovici Imp.* XV. *in ipſo anno & menſe, quo filius ejus Hludouuicus rex in Baiouuariam cum conjuge rediit.* Eadem ſæpe repetuntur in aliis ſubinde monumentis. Mendum hic tantum in indictione cubat, nam hoc anno eſt *indictio ſexta*, non *quinta*; cætera optime conveniunt. Eccardo rer. Francic. lib. XXVIII. n. CCXVIII. videtur *Ludovicus* Bajoariæ rex dictus eſſe C. A. D. 825. In Bajoariam cum conjuge *Emma* veniſſe an. 826. *Ibid.* n. CCLVIIII. atque Bajoaricum regnum propria auctoritate regendum C. A. D. 830. ei tradidiſſe. *Ibid.* n. CCXXXIV. GEORGIUS

*ſcribere præcepi; quoniam divinæ voluntatis eſt, ut ea ex auctoritate eorum ad notitiam Regis ſine morarum interpoſitione perveniant. Tu vero ſicut tibi præcepi, primo diluculo poſt completum divinum officium nuntia, quæ audiſti his, quibus ea nuntiare juſſi.* Humanam formam Angelos interdum ſumere conſueviſſe, hoc neque ignorarunt qui cum Rhode (*a*) ancilla locuti, pulſantem oſtium inopinato Petrum, qui conjectus erat in carcerem, ejus eſſe Angelum exiſtimarunt. Pergit auctor.

(*a*) *Act.* 12.

IX. Prophetia miraculo comprobata.

*Tum ego, nemo eſt, inquam, qui mihi credat, quod Angelus mecum locutus ſit, aut me iſta nuntiare mandavit: Non erit, inquit, ita; ſed dabo ſignum, quod facias coram eis, quo viſo, nullam ultro dubitationem habebunt de his, quæ ad eos mea juſſione pertuleris. Proinde volo, dicas Ratleico, ut exhibeat tibi duos cereos novos, qui nondum accenſi fuiſſent, & unum ex eis dextera, alterum ſiniſtra tenens, ſta coram altari; & cum omnia, quæ tibi præcepi, narrando compleveris, dic eis, qui hæc audiunt, ut in hoc credant vera, & ab Angelo Dei eſſe mandata, quæ dixiſti, ſi hi cerei in manibus tuis, ſine adhibitione ignis viſibilis fuerint videntibus illis illuminati. Quo facto, ſcriptus eſt libellus, mihique allatus, & per me Regi oblatus, ab illoque acceptus atque perlectus eſt. Idcirco viſum eſt mihi inter cætera miracula libelli hujus facere mentionem, quia per occaſionem, qua ille ſcribi jubebatur, contigit illa mirabilis & inuſitata cereorum accenſio, quam per merita beatorum Martyrum fieri debere, ipſe, qui eos illuminavit, Angelus prænuntiavit.* Hæc de his Einhardus.

X. Porro autem ejuſmodi revelatione per Angelum factam, Ludovico Imp. ſignificandam, nequaquam ocioſe contigiſſe quis dixerit, ſed ad antevertenda mala illa, quæ eidem Imperatori eventura eſſent, & quidem maxima quæ ſi omnibus divinis monitis paruiſſet; evitare facile potuiſſet: ſed quod ea magna ex parte facere prætermiſit, irruerunt ea in eum, quibus oppreſſus, vix tandem poſt multos labores atque dolores ex eis emergere conceſſum eſt.

At hic recitandus eſſet alius libellus, more majorum tunc conſcriptus de miraculis eorumdem ſanctorum Martyrum qui hoc eodem anno, eodemque tempore, quo degebat in palatio apud Ludovicum idem Einhardus, ipſi (ut idem teſtatur (*b*)) oblatus eſt, in quo etiam plura miracula tunc edita deſcribuntur, ſed brevitatis cauſa prætermittimus; quæ tu pro arbitrio conſulas; nos quod ad alia feſtinemus, quæ præteriri non poſſe videntur, hic modo reddamus.

(*b*) *Einhard. l.* 3. *c.* 14.

XI. Ne quis enim putet pro reliquiarum Martyrum quantitate a Deo majora vel minora fieri concedi miracula, ſed potius ſecundum illud Gregorii ſuperius recitatum, idem præſtare levem pulviſculum, & quælibet paſſionum ſigna, quod Martyrum corpora: duo hic ſunt ſummatim conſcripti recitandi libelli, quibus breviter agitur de miraculis editis in locis illis, ad quæ ejuſdem Einhardi conceſſione reliquiæ eorumdem Martyrum ſunt allatæ: qui eoſdem libellos in quarto libro deſcribens, iſta præfatur: (*c*) *Alter libellus mihi oblatus eſt de Monaſterio S. Bavonis, quod ſitum eſt juxta Scaldim in loco Ganda vocato, ubi idem amnis Legiæ flumini conjungitur, a fratribus ibidem Deo ſervientibus quorum rogatu reliquias memoratorum Chriſti Martyrum ad idem monaſterium miſi, in quo hæc per ordinem geſta reperta ſunt:*

(*c*) *Einhard. l.* 4. *c.* 17. Libellus miſſus monaſterio S. Bavonis.

XII. *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo vigeſimooctavo, venerunt reliquiæ ſanctorum Chriſti Martyrum Marcellini & Petri ad monaſterium ſancti Bavonis die quarto Nonarum Juliarum, feria ſexta, Indictione ſexta, tertia vero die, id eſt, Dominica proxima, quæ fuit tertio Non. Jul. quædam puella cæca nominæ Hartlinda de villa, quæ * Furſenum appellatur, quam pater & mater teſtati ſunt octo annis oculorum officio caruiſſe: cum ante altare, ſuper quod reliquiæ erant poſitæ fu-*

* Furſerium

PAGIUS IV. *Reliquiæ SS. Marcellini & Petri in Galliam advectæ.* Eginhardus in Libello a ſe edito de Tranſlatione Sanctorum Marcellini & Petri Martyrum, in Monaſterium Seligenſtadienſe, ait ſe prædicto Conventui Aquiſgranenſi adfuiſſe, ac quemdam ex ſuis ad limina Beatorum Martyrum miſiſſe. Poſtea narrat miracula, quæ ab illis facta ſunt, ad quæ revocanda dicta a nobis anno ſuperiori num. I.

V. *Narrat Ludovicus Aug. mala quibus Gallia afflicta fuit.* In eodem Aquiſgranenſi Placito, a Ludovico & Lothario Auguſtis Encyclica per Regnum directa eſt Epiſtola, quæ Synodo Pariſienſi anno ſequenti celebratæ præfixa legitur, inſcribiturque de Conciliis Epiſcoporum habendis in quatuor Civitatibus Galliarum, Moguntiaci, Pariſiis, Lugduni, & Toloſæ. Recitat etiam eam Baronius num. XXIX. & ſeqq. In ea uterque Imperator memorat mala, & calamitates quibus Regnum affligebatur, aitque: *Illud nihilominus peccatis noſtris deputandum eſt, quod inimici Chriſti nominis præterito anno in hoc Regnum ingreſſi, deprædationes, incendia Eccleſiarum, & captivationes Chriſtianorum, & interfectiones ſervorum Dei, audenter & impune, imo crudeliter fecerunt.* Quibus verbis Ludovicus & Lotharius deſignant tam Saracenos quibus Aizo, ſe junxit in Marca Hiſpanica, quam Bulgaros qui Pannoniam devaſtarunt *anno præterito*, anno ſcilicet DCCCXXVII. Clades autem, quas ab aliquot annis paſſi ſunt Franci, non tantum Imperatores in ea Epiſtola recitarunt; ſed & dia-



*fuiſſet, adducta, coram omnibus, qui aderant, viſum, Domino miſerante, recepit.*

*Inde poſt dies octo, id eſt, quarto Idus Julii adducta eſt alia puella ſimiliter, cæca nomine Helmrada de villa, Magle nuncupata, cujus parentes de ea retulerunt, quod octava die poſtquam baptizata fuit ſubito cæcitate percuſſa ſit: quæ & ipſa ſtatim coram ſacris Martyrum cineribus lumen, quod jam dudum perdidit, Domino ſibi reddente, recepit. Exin die tertia, quod fuit pridie Id. Julii, venit illic puella quædam curva, nomine Blidrada de villa Boderetio, quæ pertinet ad monaſterium S. Vedaſti, quæ cum ante memoratas Sanctorum reliquias pro reſtitutione ſalutis ſuæ Dominum Chriſtum invocaſſet, coram omnibus, qui aderant, erecta eſt, & integrum corporis ſui ſtatum in momento temporis recipere meruit.*

XIII. *Poſtea vero duodecimo die Kalendarum Auguſtarum, femina quædam, nomine Eddela ancilla S. Amandi de villa, Baceroda vocata, quæ plurimis annis oculorum lumine caruiſſe dicebatur, ibidem fideliter orans, viſum recepit. Eodem die ſervus quidam S. Bavonis, Eberaldus vocabulo, de villa Millinio, qui & ipſe per plures annos lumen cæli non vidit, cunctis, qui aderant, cernentibus eodem loco diu deſiderata luce donatus eſt. Ipſa quoque die duæ viduæ quæ plurimis annis cæcæ fuerant, ibidem illuminatæ ſunt quarum altera, nomine Bliduvarra, de villa Arcinio, altera Ricberta vocata de villa Vverminio fuiſſe narratur. Deinde poſt dies vigintiquinque, id eſt, in feſtivitate Aſſumptionis S. Mariæ, femina, quædam, vocabulo Angariſhilda, de villa Gojaco, coram ſacris Martyrum reliquiis, omni populo cernente, & id, quod evenerat, admirante, ita incurvata eſt ut penitus ſe ad cælum videndum erigere non poſſet; eademque ſequenti die, id eſt, decimo ſeptimo Kalendas Septembris in Eccleſia cum Evangelium legeretur, eodem populo teſte, ita erecta atque in ſtatum priſtinum reſtituta eſt, ac ſi numquam per ullam corporis ſui læſionem ad terram fuiſſet inclinata. Poſtea vero ſecunda & vigeſima die menſis Septembris, id eſt, decimo Kalend. Octobris, homo quidam de pago Texandria ex villa, quæ Appenia nominatur, vocabulo Liodolphus, qui propter ſiniſtri cruris, & pedis imbecillitatem, duobus ſe baculis ad incedendum ſuſtentabat: ita ibidem in conſpectu populi perfecte curatus eſt, ut ultra jam ad ambulandum baculorum adminiculo non egeret.*

XIV. *Quarta vero die poſt patrationem hujus miraculi, id eſt, ſeptimo Kalendas Octobris, juvenis quidam ſurdus & mutus, ſiniſtra quoque manu contractus, nomine Hanuvaldus de villa, Cervio nuncupata, cum ante ſacras Martyrum reliquias veniſſet; atque ibi ſuppliciter oraſſet: ſtatim per virtutem Chriſti, depulſis univerſis, quæ patiebatur incommodis, ita ſanus effectus eſt, ac ſi numquam aut ſurdus, aut mutus, aut ex contractione nervorum in manu fuiſſet aliquo modo debilitatus. Sequenti die, hoc eſt, ſexto Kalendas Octobris, femina quædam, nomine Engilgarda, quæ per multos annos dira paralyſi tenebatur, eadem in baſilica per merita beatorum Martyrum coram omni populo eſt curata; erat eadem ancilla pertinens ad Epiſcopium Tornacenſe, de villa, quæ Vuerecundia nominatur. In craſtinum vero, ideſt, quinto Kalendas Octobris, altera quædam femina nomine Ramburga, de villa Bettingaheim ſimili paſſione in inferiore corporis ſui parte valde debilitata, cunctis, qui aderant, videntibus coram iiſdem Sanctorum reliquiis perfectam membrorum ſuorum firmitatem recepit, atque a morbo, quo per decem annos laboraſſe ferebatur, Deo volente, in momento temporis liberata eſt.*

XV. *Eadem die vir quidam cæcus, nomine Germanus, de villa * Schalteum, quæ juxta oſtium Scaldis fluminis in maritima Friſonum regione poſita eſt, cum ibi pro calamitate, quam patiebatur, Domini miſericordiam & beatos Martyres invocaſſet, diu negatum lumen cum lætitia accipere meruit. Quarta vero die poſt-quam*

* Schaltheim





PAGIUS & diabolus inter exorciſmos hoc ipſo anno per os cujuſdam puellæ obſeſſæ declaravit, ut videre eſt apud Eginhardum in lib. 3. de Tranſlatione SS. Marcellini & Petri Martyrum cap. 13. cujus verba recitat Baronius num. XXV. & duobus ſeqq.

VI. *Ad placandam iram Dei jubet IV. Concilia celebrari.* Ad placandum itaque contra ſe ſuoſque ſubjectos Domini furorem, Imperatores decernunt in quatuor Imperii locis Conventus fieri: *primo ſcilicet*, inquiunt, *in Moguntiacenſi Urbe, ubi conveniant Metropolitani Autgarius, Authbaldus, Hetto, Bernuinus cum Suffraganeis ſuis.* Diœceſim Moguntinam regebat Autgarius ſive Otgarius, Colonienſem Hadebaldus, ſive Hadabaldus, Trevirenſem Hethi ſive Hetto, & Veſontinam Bernuinus. Addunt Imperatores: *Secundo quoque in Pariſiorum Urbe, ubi futurus Antiſtes Senonicus, & Ebbo, Regnoaldus, & Landranus Metropolitani cum Suffraganeis ſuis conveniant.* Ex prioribus verbis intelligimus, hoc anno Sedem Senonenſem vacaſſe, ideoque & *Hieremiam*, quem valde laudat Auctor Vitæ Sancti Aldrici ejus Succeſſoris, hoc anno ad Deum migraſſe. *Ebbo*, de quo ſupra egimus, Archiepiſcopus erat Remenſis, *Ragnoaldus*, cujus hic prima occurrit mentio, Rotomagenſis, *Landranus* vero Turonenſis. Tum ſcribunt Imperatores: *Tertio vero apud Lugdunum, ubi Agobardus* (Lugdunenſis Archiepiſcopus), *Bernardus* (Viennenſis) *Andreas* (Daranta-

quam hoc ſignum, Domino volente contigit, id eſt, pridie Kalendas Octobris, quædam ancilla S. Bavonis, vocabulo Gundrada, de villa Adingaheim, quæ tribus fere annis ſolem non viderat, ubi ſe coram altari ad adorandum proſtraverat, lumen, quod amiſerat, Chriſto Domino per merita ſanctorum ſuorum largiente, recepit. Hucuſque libellus ex monaſterio S. Bavonis, qui (ut dictum eſt) ad eumdem Einhardum, qui eas reliquias illuc miſerat, redditus eſt. Sed miſſis aliis brevitatis cauſa (obruimur enim copia) ad poſtremum audiamus libellum illum ex monaſterio S. Servatii ad eundem Einhardum, qui eaſdem ipſi venerandas reliquias fuerat impertitus, æque miſſum. Sic enim ait (a).

(a) Einh. l. 4. c. 20.

XVI. Libellus e monaſterio S. Servatii. *Tertium quoque libellum detulerunt mihi fratres de monaſterio S. Servatii Confeſſoris, quod ſitum eſt in ripa Moſæ fluminis, in vico, qui hodie Trajectus vocatur, & diſtat ab Aquenſi palatio octo circiter leugas; eſtque habitantium, & præcipue negotiatorum multitudine frequentiſſimus; cujus textus, ſi bene recolo, in hunc modum videtur eſſe compoſitus.*

*Adventus ſanctorum Chriſti Martyrum Marcellini & Petri ad vicum Trajectum contigit pridie Nonas Junii. Nam ipſo die venit ei obviam de eodem vico immanis multitudo populi, ad ſuſceptionem illorum congregata, laudans & benedicens Deum ſuper immenſa atque inenarrabili miſericordia ſua, qua per tantos patronos populum in ſe credentem & confidentem viſitare dignatus eſt. Cumque in his laudibus & lætitia ſpirituali uſque ad baſilicam B. Servatii perventum eſt, celebratiſque cum magna omnium gratulatione Miſſarum ſolemniis, & univerſis ad ſua reverſis, feretrum, quo ſacri cineres adducti ſunt, a dextris altaris, juxta cancellos collocatum eſt: totuſque ille dies cum ingenti eodem in vico conſiſtentis populi exultatione atque jucunditate conſummatus eſt.*

XVII. Cæcus natus illuminatus. *Cumque ad veſpertinum officium juxta conſuetudinem celebrandum eamdem baſilicam fuiſſemus ingreſſi, aderat, inter cæteros puer quidam, nomine Berngiſus, quem propinqui ſui de pago Cundnaſio ante paucos dies illuc venientes, adduxerunt cæcum a nativitate. Qui ſubito coram omnibus in pavimentum cecidit, ibique aliquandiu velut ſopore depreſſus jacuit, moxque apertis oculis lucem, quam numquam ante vidit, Chriſto Domino per merita Sanctorum ſuorum donante, conſpexit.* Hic tu Novator Hagiomache longe majori cæcitate percuſſus, quia videre non vis, audi ſaltem teſtimonium illud cæci nati a Chriſto illuminati, dicentis: (b) *A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuerit oculos cæci nati: Niſi eſſet hic a Deo, non poterat facere quicquam.* An & tu, ut tui compares Judæi, dices: In peccatis natus es totus, & doces nos? An & tu, ut illum Judæi eiicies hunc foras? ſed ſuſcipit eum Chriſtus, & velis, nolis, ob oculos tuos ponet, ut te judicet. Sed reliqua proſequamur:

(b) Joan. 9.

XVIII. Surda & muta & cæca ſanatur. *Exin quinta die, id eſt, ſexto Idus Junii, homo quidam, cognomento Hildimarus, qui ſurdus erat & mutus, coram eiſdem ſacris ſanctorum reliquiis & auditum pariter & loquelam per virtutem Chriſti recepit. Eodem quoque die puella quædam de familia S. Lamberti, nomine Adallinda, quæ non ſolum ſurda & muta, ſed etiam cæca, totoque corpore tam miſerabili modo ex nervorum contractione erat complicata, ut genua pectori jungerentur, juxta ſacras Martyrum reliquias a ſuis poſita, & viſum & auditum, loquelam etiam, omniumque membrorum rectitudinem ac ſalutem coram omnibus, qui aderant mirabili celeritate, divino munere conſecuta eſt. Poſtridie vero, id eſt, quinto Idus Junii, quidam ſervus regius, nomine Berohadus de villa Creſciaco in dextera corporis ſui parte per totum ex nervorum contractione debilitatus & inutilis factus, dum ante memoratas Sanctorum reliquias veniſſet, ſtatim erectus, & ſanitati, quam deſiderabat, ſine mora eſt redditus. Similiter & puella quædam de vico Trajecto, vocabulo Theothildis, cujus dextera manus erat ſimili contractione in tantum complicata atque diſtorta, ut ad omnem uſum eſſet inutilis, hac eadem die ante eaſdem Sanctorum reliquias pari modo curata eſt.*

XIX. *Quibus viſis, populus in baſilica congregatus, cœpit præ nimia exultatione ac lætitia in hymnis & litaniis, ſublatis in altum vocibus, laudes Domino decantare. Cum ſubito intravit puer quidam*

PAGIUS tatienſis) *Benedictus, Agericus cum Suffraganeis ſuis ſimiliter conveniant.* Hi duo Archiepiſcopi alii eſſe non poſſunt, quam Aquenſis & Ebredunenſis. Quare certum eſt, Metropolim Aquenſem in priſtinum ſtatum reſtitutam fuiſſe, ſed a quo tempore, plane incompertum. Denique, ajunt Imperatores, *quarto etiam apud Toloſanam Urbem, quo ſimul conveniant Notho, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus, cum Suffraganeis ſuis.* Notho Archiepiſcopus erat Arelatenſis, *Bartholomæus* Narbonenſis, *Adalelmus* Burdigalenſis, *Agiulfus* ſeu *Aigulfus* Bituricenſis. Imperatores Metropoleos Salisburgienſis, cui *Adelramus* præerat, & Laureacenſis quam *Vrolphus* regebat, nullam mentionem faciunt, ſed hujus ſilentii cauſa nos latet. Quatuor illa Concilia anno ſequenti uti ab Imperatoribus præceptum fuerat, celebrata, ſed ſolius Pariſienſis Acta, de quibus infra, ſuperſunt.



*dam ſurdus, atque in medio plebis multitudine ſtupefactus, & attonito ſimilis conſtitit: ac deinde cum ante altare Salvatoris, quod in medio Eccleſiæ poſitum eſt, perveniſſet, erumpente protinus de naribus ejus ſanguine, quo diu privatus fuerat, auditus officio donatus eſt.*

Inſigne miraculum. *In craſtinum autem, id eſt, quarto Idus Junii, viſum eſt nobis, ut feretrum, quod ſacros cineres Martyrum continebat, altius elevari deberet, ad hoc videlicet, ut aliquanto eminentius eſſet quam altare, cui appoſitum erat, & facilius ab accedentibus cerni potuiſſet. Idque nobis facientibus, & inter faciendum litanias cum Dei laude canentibus, puella quædam de familia S. Servatii a nativitate ſua pedibus ex contractione diſtortis, manibus etiam ex nervorum diſtenſione diſſolutis, inſuper & muta, quam paulo ante in baſilicam detulerant, & coram feretro poſuerant, ſubito ſanitati eſt reddita, ita ut eadem hora, & loqui & incedere, & manibus ad omnia neceſſaria perfecte uti potuerit. Femina quædam de ipſo vico Trajecto, cum haberet ancillam cæcam, nomine Adalgardam, ingreſſa baſilicam, tradidit eam ſanctis Martyribus Marcellino & Petro, ut per eorum ſuffragia viſum recipere mereretur: quæ cum poſt peractum veſpertinale officium in eadem Eccleſia ſubſtitiſſet, ſubito velut ab aliquo impulſa, in pavimentum cecidit, atque ibi diu volutata, tamdem cum ingenti circumſtantis populi ſtupore atque admiratione, clare videns, ſurrexit. Contigit hoc Idibus Junii ad veſperum, ipſo noctis incipiente crepuſculo.*

XX. *Homo quidam de provincia Burgundia ex territorio Gennavenſi, nomine Theotgarius ea paſſione laborans, quam medici Græco vocabulo ſpaſmon appellant (Latine autem ab aſſidua membrorum agitatione, tremuloſa non incongrue vocari poteſt,) venit in baſilicam, atque in media populi turba, quæ ad audienda Miſſarum ſolemnia (ut in die Dominico moris eſt) fuerat congregata, conſtitit. Cumque poſt recitatam Evangelii lectionem, Chriſtianæ credulitatis Symbolum recitaretur, tremuloſus ille ſubito ad terram corruit, & dum divinum officium peragitur, pene immobilis, ac mortuo quam viventi ſimilior jacuit, multoque ex naribus ejus ſanguine manante, poſt completum ſacrum officium, cum magna inſpectantis populi admiratione, ſanus ac ſine ulla trepidatione ſurrexit. Factum eſt hoc miraculum decimooctavo Kalendas Julii, die Dominico, ſicut ſuperius comprehenſum eſt. Quarta autem feria id eſt, decimoquinto Kalendas Julii puer quidam, nomine Folcardus de monaſterio, quod Meldradium vocatur, qui erat cruribus ac pedibus miſerabili contractione diſtortus, eodem in loco coram omni populo curatus eſt.*

XXI. *Undecimo Kalendas Julii venit quidam homo ad Eccleſiam, & inter cæteros intravit, cujus dextera manus ſimul cum brachio modo mirabili movebatur in gyrum, ac ſi molam vertere deberet: idque inceſſanter agebat. Is dicebat, ob hoc ſibi hanc inquietudinem accidiſſe, quia die Dominica contra vetitum moleret & jam annum integrum evolutum eſſe, ex quo hujuſmodi pœna mulctatus eſt: qui cum ad ſacras Martyrum reliquias appropiaſſet, ibique fideliter eos invocaſſet, molaris illa commotio ſubitanea quiete ſopita eſt. Hic homo de monaſterio Scotorum, quod Foſſæ vocatur, ſe veniſſe, Dothiumque appellari dicebat. In vigilia S. Joannis Baptiſtæ, quæ eſt die nono Kalendarum Juliarum venit quidam vir Trajectum ad baſilicam S. Servatii, qui ſe de civitate Tornaco eſſe fatebatur. Is, ut ipſe ajebat, fuit ab infantia ſurdus & mutus, ductuſque a ſuis ad S. Sebaſtianum, cœpit ibi & audire, & loqui, ſed inefficaciter; quoniam verba vix intelligebantur; ipſe quoque, cum alii ad eum loquerentur, tenuitatem auditus ſui diſſimulare non poterat. Qui ubi ad matutinum officium venit, coram ſacris reliquiis procumbens obdormivit: nec multo poſt, velut aliquo excitante evigilans; quis os ſuum pugno percuſſiſſet, a circumſtantibus perquiſivit: cui cum omnes neminem hoc feciſſe, reſpondiſſent, ſurrexit, eademque hora ſanus factus, perfecte ſine ullo impedimento, & audivit, & locutus eſt. Eadem die, dum ſacra Miſſarum ſolemnia celebrantur, femina quædam, nomine Adallinda, duos cereos ad lumen in Eccleſia faciendum detulit, quorum unum dextera manu cuidam ex cuſtodibus, ut accenderetur, porrexit; alium autem interim, quaſi de illo poſtea illuminandum, manu ſiniſtra retinuit. Sed mirum in modum dum cuſtos ſibi datum accendit, ille, qui in manu feminæ remanſit, cunctis cernentibus divinitus accenſus eſt.*

XXII. *Monaſterium ſanctimonialium, Eike vocabulo, ſitum ſuper Moſam fluvium eſt, in quo quædam Deo ſacrata nomine Saliga toto corpore, excepto dextro brachio, diro paralyſis morbo diſſoluta jacebat. Huic per quietem quidam ex vicinis ſuis adſtitiſſe, ac tali ſermone eam compellaſſe viſus eſt, ut diceret: Quid agis? Cui cum illa non aliud, quam ſe in lecto ſuo quieſcere, reſpondiſſet. Audiſtine, inquit, aliquid de Sanctis, qui in Trajecto ad S. Servatium venerunt? Cui cum nihil de his ſe audiſſe reſpondiſſet: Surge, ait, velociter, atque illuc properanter venire contende: nam ibi es omnium mem-*

*membrorum tuorum receptura ſanitatem. Sed cum expergefacta nihil de his facere curaſſet, iterum ſequenti nocte ab eodem ſimili modo eſt admonita, ut Trajectum pergeret. Illa autem ut prius ſpreta monentis voce, quo jubebatur, diſtulit proficiſci. Tertia vero nocte vidit eumdem ſibi adſtare, & cum quadam ſeveritate, cur monita ſua contempſiſſet, interrogare, baculoque, quem tunc manu tenere videbatur, latus ejus percutere, atque ut Trajectum velociter pergeret, imperare.* Nec *illa jam auſa trinæ viſionis auctoritati reſiſtere, accitis ad ſe propinquis & amicis, Trajectum, ut ſibi juſſum erat, deducitur, & in baſilica beati Servatii, juxta ſacros Martyrum cineres collocatur. Cumque ibi promiſſæ ſanitatis præſtolaretur eventum, quinto demum die, poſtquam illuc venerat, cum magna omnium admiratione, totius corporis ſui recipere meruit ſanitatem.* Hucuſque libellus Trajecto ex S. Servatii monaſterio ad Einhardum miſſus.

XXIII. At rependit Trajectenſis Eccleſia pro ſacris pignoribus Sanctorum duorum Martyrum acceptis ab Einhardo, ad eamdem mittendo S. Servatii mentum, & alias S. Lamberti ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, & Martyris ſacras reliquias, quæ hactenus in baſilica S. Petri Romæ ſervantur, atque digno honore coluntur.

Cur Deus tot ſigna.

Cur autem tanta iſta miracula adeo numeroſa, tanti ponderis, & quæ videantur omnem menſuram excedere? Haud enim quis dixerit quod fruſtra iſta Deus, qui omnia in pondere, numero, atque menſura diſpoſuit. Sed ſicut olim (*a*) Joſeph ad venturam famem pellendam, horrea implevit Ægypti: ita plane menſuram bonam, confertam, coagitatam, & ſupereffluentem intulit in Eccleſias Germanorum & ſignis editis e ſanctorum Martyrum reliquiis, quod venturas præviderat has, quas modo patiuntur, hæreſes, quibus Sanctorum cultus penitus auferretur, & ſacroſanctæ ipſorum reliquiæ contemptui, atque deſpectui haberentur. Petant igitur qui ſapiunt antiqua Patrum cellaria, referent repleta ab eis frugibus horrea, hiſque veſcantur, quibus alantur cibis ad vitam æternam, abſtinentes omnino a venenatis eduliis hæreticorum, Paulo (*b*) clamante: *Ne tetigeritis, neque guſtaveritis, neque contrectaveritis: quæ ſunt omnia ad interitum ipſo uſu ſecundum præcepta, & doctrinas hominum.* Sed cœptam proſequamur hiſtoriam.

(*a*) Geneſ. 41.
(*b*) Coloſ. 2.

XXIV. Accidit inter hæc mirandum quoddam præter omnem expectationem, cum Deo extorquente, peſſimus dæmon peccatorum ſuorum redarguit Francos, quorum cauſa, tot illi mala, Deo ulciſcente, jugiter pati ſolerent, frugum penuriam, peſtemque hominum & animalium, & alia multa. Ad quæ avertenda, hoc eodem anno, ut dicetur, invigilare cœpit pietas Imperatoris, triduanum jejunium in populo indicendo, cujus etiam admonitionem, ubique per Gallias ſecutum eſt Epiſcopale ſtudium & vigilantia, in emendatione morum. Sed quæ de dæmone idem, qui ſupra, Einhardus habeat (*c*) videamus: *Sub idem*, inquit, *ferme tempus, cum Ratleicus a nobis ad baſilicam Martyrum regreſſus eſt, allatus eſt nobis inde alter libellus, continens verba, & ratiocinationem cujuſdam dæmonis, qui ſe Viggonem nominavit, quæ facta eſt ab eo coram multis teſtibus ante altare, juxta quod ſacri Martyrum cineres repoſiti ſunt, ad interrogationem presbyteri, qui exorciſmum ſuper energumenam etiam legerat. Quod hoc modo contigiſſe narratur:*

(*c*) Einhard. l. 3. c. 13.

XXV. *Prædium eſt in pago Hitahgouve, vocabulo Hecgſtar, pertinens ad monaſterium ſancti Nazarii, de quo puella quædam annorum circiter ſexdecim ab eodem erratico ſpiritu poſſeſſa, ad baſilicam Martyrum a parentibus ſuis adducta eſt. Quæ cum ante tumbam ſacra corpora continentem veniſſet, & presbyter ſuper caput ejus exorciſmum ſecundum conſuetudinem perlegiſſet, ac deinde dæmonem, qualiter & quando in eam fuiſſet ingreſſus, percontari cœpiſſet: non barbarica lingua, quam ſolam puella noverat, ſed Romana locutione presbytero reſpondit. Cumque presbyter miraretur, atque interrogaret, unde illi Latinæ linguæ notitia, cum parentes ejus, qui ibi præſentes adſtabant, hujuſcemodi ſermonem penitus ignorarent: Parentes, inquit, meos numquam vidiſti. Tum presbyter. Tu ergo, inquit, unde es, ſi iſti non ſunt parentes tui? Et demon per puellam: Ego, ait, ſum ſatelles & diſcipulus ſatanæ, & multo jam tempore apud inferos janitor fui. Sed modo per annos aliquot cum ſociis meis undecim Regnum Francorum vaſtavi, frumentum & vinum & omnes alias fruges, quæ ad uſum hominum de terra naſcuntur, juxta quod juſſi eramus, enecando delevimus, pecora morbis interfecimus, luem ac peſtilentiam in ipſos homines immiſimus; omnes quoque adverſitates & cuncta mala, quæ jam diu pro meritis ſuis patiuntur, nobis facientibus atque ingerentibus, eis acciderunt.*

De arreptitia miranda.

XXVI. *Hic cum presbyter ab eo quæreret, quanam de cauſa eis fuiſſet hujuſmodi conceſſa poteſtas: Propter malitiam, inquit, populi hujus, & multimodas iniquitates eorum, qui ſuper eum conſtituti ſunt, qui munera & non juſtitiam diligunt; qui plus hominem, quam Deum metuunt; qui pauperes opprimunt, viduas & pupillos ad ſe vociferantes audire nolunt, nulli juſtitiam niſi mercanti faciunt. Propter hæc ſunt & alia multa, atque innumerabilia, quæ tam ab ipſo populo, quam a rectoribus ejus quotidie committuntur, ut ſunt perjuria, ebrietates, adulteria, homicidia, furta, rapinæ, quæ nemo fieri prohibet, & cum facta fuerint, non eſt qui vendicet; potentiores quique turpibus lucris inſerviunt, & loco ſuperiore, quem propter regendos inferiores acceperunt, ad ſuperbiam & vanam gloriam abutuntur: odium & invidiam non tam inter extraneos, quam inter propinquos & affinitate conjunctos exercent; amicus amico non credit, frater fratrem odit, pater filium non diligit: rari ſunt, qui fideliter ac devote decimas dent, rariores, qui eleemoſynas faciant; & hoc ideo, quia quicquid Deo vel pauperibus dare jubentur, id ſibi perire arbitrantur: iniquas menſuras & injuſta pondera contra Dei præceptum habere non verentur, fraude ſe alterutrum circumveniunt, falſa teſtimonia dicere non erubeſcunt, dies Dominicos ac feriatos non cuſtodiunt, ſed in his, ac ſi in cæteris prout voluntas eorum tulerit, operantur. Præter hæc alia ſunt multa, quæ Deus aut præcepit hominibus, ut facerent, aut prohibuit, ne facerent; quia populus hic per contumaciam mandatis ejus inobediens effectus eſt, permiſſi, immo juſſi ſumus ea facere in rebus humanis, quæ ſuperius enumeravi, ut perfidiæ ſuæ pœnas luant: ſunt enim perfidi atque mendaces, cum hoc ſervare non curant, quod in baptiſmo promiſerunt. Hæc omnia dæmon per os barbaræ puellæ Latine locutus eſt.*

Diabolus in energumena redarguit ſcelera peccantium.

XXVII. *Et cum presbyter imperando urgere cœpiſſet, ut exiret: Exibo, inquit non propter tuum imperium, ſed propter Sanctorum poteſtatem, qui me in illa diutius permanere non permittunt. His dictis, puellam in pavimentum projecit, atque ibi aliquantulum velut dormientem, prono corpore jacere fecit. Poſt paululum vero illo recedente, quaſi de ſomno evigilans, per virtutem Chriſti, & merita beatorum martyrum puella, cunctis qui aderant, cernentibus atque mirantibus, ſana ſurrexit: nec poſt exactum a ſe dæmonem Latine loqui potuit, ut palam poſſet intelligi, non illam per ſe, ſed dæmonium per os ejus fuiſſe locutum. Heu proh dolor, ad quantas miſerias tempora noſtra ſunt devoluta, in quibus non boni homines, ſed mali dæmones doctores ſunt, & incentores vitiorum, ac perſuaſores criminum de noſtra nos correctione commonent!* Hactenus de his Einhardus.

Pellitur dæmon virtute Sanctorum.

XXVIII. Quæ quidem tunc omnium ore vulgata, Imperatoris quoque aures penetrarunt. Qui ex ſerpentis veneno antidotum præparare in ſalutem totius populi ſapienter inſtituit, ſcilicet ut ad expianda peccata urgentia totus eſſet. Primumque omnium (ut dictum eſt) per univerſum Regnum publicum indixit triduanum jejunium, atque preces, addiditque etiam, ut ad correctionem morum depravatorum, quatuor juberet diverſis in locis per Gallias celebrari Concilia. Eſt de his ejuſdem Imperatoris edictum, hoc ipſo anno pariter promulgatum, quo deplorantur eædem immiſſæ cœlitus clades, quod hic deſcribere operæpretium exiſtimamus. Sic enim ſe habet (*a*):

(*a*) Extat ante Conc. Pariſ. ſub Ludov. to. 3. Concil.

XXIX. *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Ludovicus, & Lotharius, divina ordinante providentia, Imperatores Auguſti omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris.*

Edictum Imp. Ludovici de expiatione peccatorum facienda.

*Recordari vos credimus, qualiter hoc anno, conſilio ſacerdotum & aliorum fidelium noſtrorum, generale jejunium per totum Regnum noſtrum celebrare juſſimus, Deumque tota devotione depoſcere, ut nobis propitiari, & in quibus illum maxime offenderimus nobis manifeſtare, & correctionem noſtram neceſſariam, tranquillum tempus nobis tribuere dignaretur. Volueramus ſiquidem tempore congruo placitum noſtrum generale habere, & in eodem de communi correctione agere; & ita, Deo miſerante, fieret, niſi commotio inimicorum, ſicut noſtis, præpediſſet. Sed quia tum fieri non potuit juxta voluntatem noſtram, viſum nobis fuit præſens placitum cum aliquibus noſtris habere, & in eo de his, quæ propter prædictum impedimentum remanſerunt, qualiter ad effectum pervenirent Domino adjuvante, conſiderare. Quapropter noſſe volumus ſolertiam veſtram, quod in iſto præſenti placito cum fidelibus noſtris conſideravimus, ut primo omnium Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis in locis congruis tempore opportuno convenirent, & ibi tam de ſua, quam de omnium noſtrum correctione & emendatione, ſecundum divinam auctoritatem quærendo invenirent, & nobis atque fidelibus noſtris ſecundum miniſterium ſibi commiſſum annuntiarent.*

XXX. *Quis enim non ſentiat, Deum noſtris praviſſimis actibus eſſe offenſum, & ad iracundiam provocatum, cum videat tot annis, multifariiſque flagellis iram illius in Regno nobis ab eo commiſſo deſævire? videlicet in fame continua, in mortalitate animalium, in peſtilentia hominum, in ſterilitate pene omnium frugum, & (ut ita dixerim) diverſiſſimis morborum cladibus, atque ingentibus penuriis populum iſtius Regni miſerabiliter vexatum & afflictum, atque omni abundantia rerum quodammodo exinanitum. Nec illud etiam dubitamus, ex juſta vindicta illius evenire, quod ſæpe ſcandala*

Clades ob peccata a Deo immiſſæ.

*ſtala per tyrannos in hoc Regno exurgunt, quod pacem populi Chriſtiani, & unitatem Imperii ſua pravitate nituntur ſcindere. Nam & illud nihilominus peccatis noſtris deputandum eſt, quod inimici Chriſti nominis præterito anno in hoc Regnum ingreſſi, deprædationes, incendia Eccleſiarum, & captivationes Chriſtianorum, interfectiones ſervorum Dei audenter & impune, immo crudeliter fecerunt.*

XXXI. *Agitur ſiquidem juſto judicio Dei, ut qui in cunctis delinquimus, interius ſimul & exterius flagellemur. Beneficiis quippe Dei evidenter exiſtimus ingrati; quoniam his, non ad voluntatem Dei, ſed ad libitum noſtrum carnalem uti invenimur; & idcirco merito creaturæ Dei nobis divinitus conceſſæ, pro Deo contra nos ingratos pugnant, juxta illud (a): Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Verum quia tot malis vexamur atque percutimur: ad eum, a quo percutimur, toto corde, dignum neceſſariumque eſt, ut revertamur, quatenus illud propheticum in nobis impleatur, quo dicitur (b): Sola vexatio intellectum dabit auditui. Sed quia pius & clemens Dominus ſic ipſum flagellum moderatur, ut non ad interitum, ſed potius ad correctionem noſtram inferre videatur: debemus in conſpectu ejus veraciter humiliari, & faciem illius in confeſſione prævenire, ejuſque pietatem pronis mentibus exorare; ut qui fecit nos juſtiſſima diſpenſatione flagella ſentire, faciat nobis peccata noſtra, pro quibus ab eo flagellamur cognoſcere: & in quibus maxime illum offendimus, & iram illius provocavimus, manifeſtius intelligere: ut poſt, eo miſerante, prava deſerendo, & corrigendo, bona etiam ſectando, & tota cum devotione exequendo, valeamus per ſpiritum humilitatis & animam contritam, ſacrificium Deo debitum offerre, iramque illius indignationis evadere, & per dignam congruamque correctionem & bonorum operum exhibitionem, gratiam ejus propitiationis, licet indigni promereri.*

(a) Sap. 6.

(b) Iſa. 28.

De correctione peccatorum.

XXXII. Seipſum primum accuſat Imp.

*At quia nos magis in hoc peccaſſe cognoſcimus, qui forma ſalutis omnibus eſſe debuimus, & omnium curam gerere, & per auctoritatem Imperialem pravorum acta ne tantum accreſcerent, corrigere: cupimus Domino nobis propitio, in conſpectu pietatis illius per dignam ſatisfactionem veniam adipiſci, & per ſaluberrimam correctionem, & per bonum ſtudium, quod noſtra deſidia & ignorantia hactenus neglectum eſt, conſultu fidelium, tempore opportuno (quantum in nobis eſt) ſtudioſiſſime emendare, & noſtram in hoc voluntatem omnibus manifeſtam facere. Quapropter ſtatuimus atque decrevimus cum conſultu ſacerdotum, cæterorumque fidelium noſtrorum hujus rei gratia, ob placandum ſcilicet contra nos, nobiſque ſubiectos Domini furorem, conventus eorumdem Epiſcoporum in quatuor Imperii noſtri locis congruentiſſime fieri.*

XXXIII. De quatuor Conciliis celebrandis.

*Primo ſcilicet in Moguntiacenſi urbe, ubi conveniant Metropolitani Autgarius, Authbaldus, Hetto, Bernuinus cum ſuffraganeis ſuis.*

*Secundo quoque in Pariſiorum urbe, ubi futurus Antiſtes Senonicus, & Ebbo, Ragnoardus, & Landranus Metropolitani cum ſuffraganeis ſuis conveniant.*

*Tertio vero apud Lugdunum, ubi Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus cum ſuffraganeis ſuis ſimiliter conveniant.*

*Quarto etiam apud Toloſanam urbem, quo ſimul conveniant Hotho, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus cum ſuffraganeis ſuis.*

*In quibus conventibus tractare, quærere, & cum Dei adjutorio invenire debent de cauſis, ad religionem Chriſtianam & eorum curam pertinentibus: quid a Principibus, reliquoque populo; vel ita, ut divina auctoritas docet, aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte, vel toto dimiſſum ſit, ut non teneatur. Deinde quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt, moribus converſatione, & actibus inveniri poſſit, quod divinæ regulæ atque auctoritati non concordet, ſimulque inveniant, quæ occaſiones in utroque ordine id effecerint, ut a recto tramite deviatum ſit. Et quicquid de his cauſis inventum fuerit, tam ſolertè cura cuſtodiatur, ut nullatenus ad aliorum notitiam pervenire permittant ante tempus conſtitutum. Et ideo unus Notarius inter omnes eligatur, qui quod ipſi invenerint, deſcribat, & ipſe ſub juramento conſtrictus ea, quæ inventa, atque digeſta fuerint, diligenter, fideliterque conſervet.* Hucuſque Conſtitutio Ludovici, præfixa Concilio Pariſienſi, cujus eſt admonitione collectum.

XXXIV. De tempore promulgati Imper. edicti.

Quam quidem hoc anno ab eodem Imperatore datam eſſe, Pariſienſis Acta Concilii, petitione Imperatoris anno ſequenti celebrati ſignificant, in quibus hujus edicti mentio habetur expreſſa. Sed ex his, quæ in eodem ſcripto leguntur, idipſum æque certum redditur: Dum enim ibi dicitur, anno præterito inimicos fines invaſiſſe Francorum Regni, & mala innumerabilia perpetraſſe: id quidem factum fuiſſe per Bulgaros, Francorum Annales ſignificant. Cujus rei cauſa hoc ipſo anno in conventu habito menſe Februarii Aquiſgrani Baldrevus Dux Forojulienſis, quod ejus ignavia Bulgari invaſiſſent, vaſtaſſentque regiones ad imperium Orientale ſpectantes, pulſus eſt Ducatu, cujus poteſtas inter quatuor fuit diviſa conſortes. Sed & quod in eodem edicto eſt querela Imperatoris de exurgentibus in Regno Francorum tyrannis: alluſiſſe viſus eſt ad Aizonem, qui haud pridem ab Imperatore deficiens cum fratre, Sarracenorum copiis, quibus inhæſit, plurima intulit damna populis ſub Francorum dominio conſtitutis; hæcque per totum biennium uſque ad præſentem diem, cum & hoc ipſo anno in eodem publico Aquiſgranenſi conventu duces, qui adverſus eos miſſi fuerant, quod rem ſocorditer peregiſſent, in ordinem ignominioſe redacti ſunt. Hæ ſunt clades hujus temporis præter penurias & mortalitates, quæ in eadem Conſtitutione idem Ludovicus deplorans, per pœnitentiam morumque correctionem emendare curavit. Quæ autem acta ſint per Epiſcopos, ſuo loco, anno ſequenti dicentur.



Hoc eodem anno, Nicephorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus Confeſſor, cum age- XXXV.



PAGIUS VII. *Moritur S. Nicephorus Patriarcha Conſtantinop.*

Ad num. XXXV. Theophanes Presbyter & Præpoſitus *in Oratione de Exilio Sancti Nicephori, & Tranſlatione Reliquiarum*, apud Surium & Bollandum ad diem XIII. Martii, poſtquam de tribus pſeudo-Patriarchis, qui durante perſecutione adverſus Sacras Imagines Conſtantinopoli ſedere, locutus eſt, ſubjungit: *Atque iſta quidem mali dominatio graviſſimas calamitates invexit, & cuncta permiſcuit, ac perturbavit, non exiguo aut brevi temporis intervallo Imperatoris robore munita, ſed triginta prope annorum ſpatio. Quorum cum quatuordecim in exilio Divus Pater Nicephorus tranſegiſſet, ab hac mortali vita migravit ad immortalem.* Quare cum Sanctus Nicephorus die decima tertia menſis Martii anni octingenteſimi decimi quinti in exilium miſſus ſit, mors ejus correnti anno contigit, & forte die ſecundo menſis Junii, quo in Menæis Græcorum primariam ejus ſolemnitatem peragunt; dies enim decimus tertius Martii ob ejus Tranſlationem Græcis ſolemnis eſt, imo & Latinis, qui huic Natale ejus affixere. Neque dici poteſt annos illos XIV. a Theophane memoratos intelligi poſſe completos, ideoque incertum eſſe, an Nicephorus hoc vel ſequenti anno ad Deum migrarit. Theophanes enim de ejus Tranſlatione a Methodio Patriarcha Conſtantinop. anno DCCCXLVI. ut ſuo loco videbimus, peracta, ait: *Præclarum e tumulo corpus retexit, quod unde viginti annorum ſpatio integrum omnino purumque manſerat.* Quare cum Methodius anno DCCCXLVI. vivere deſierit, ut infra demonſtrabimus, illi anni XIX. ab anno DCCCXXIX. deduci non poſſunt, neque eamdem ob rem mors ejus in eum annum differri. Nicetas in Vita S. Ignatii Patriarchæ Conſtantinop. ait. Nicephorum annos XVII. in Confeſſione peregiſſe, ſed loco XVII. legendum, XIV. iſque error Librario attribuendus.

VIII. *Ejus Scripta.*

Ignatius Diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Vitam *Sancti Nicephori* ſcripſit, quam poſt Baronii mortem Bollandus publicavit, in cujus fine cum aſſerat Ignatius, ſe in hæreſim lapſum Sancti Antiſtitis patrocinio atque exemplo ad viam veritatis reductum eſſe, non mirum ſi *Nicephori* exilio recitato ſtatim ad mortem ejus & comparationem cum variis Sanctis tranſeat, quia eum latuit quæ in exilio poſitus egit, cum tunc ipſe Iconomachos metu pœnarum ſequeretur. Varia Opera compoſuit Sanctus Nicephorus, Breviarum ſcilicet Hiſtoricum de rebus geſtis a Mauricii Imp. cæde uſque ad Conſtantini Copronymi annum XXIX. qui Chriſti fuit DCCLXIX. Edidit & Antirreticos tres adverſus Iconomachos, quorum aliqua tantum fragmenta hactenus in lucem emiſſa, non levi damno Chriſtianæ rei ac literariæ, inquit Combefiſius in Apparatu ad Biblioth. Concionatoriam pag. 51. qui teſtatur, ſe habere quæ juſtum volumen impleant, licet non integra, quia deerant aliqua folia in MS. Codice, ex quo cætera deſcripſit, ſibique alia obtuliſſe Allatium, cum ipſe ſuſceptis operam daret. Adhæc Chronographiam uſque ad Michaelis Balbi & Theophili ejus filii tempora perductam, cui a poſterioribus adjecti ſunt Patriarchæ, qui ab eodem Nicephoro ad Photium Eccleſiam Conſtantinop. adminiſtrarunt.

IX. *Floret S. Fridericus Epiſc. Trajecti ad Moſam.*

*Sancto Rixfrido* hoc circiter anno demortuo die quinta menſis Octobris, *Sanctus Fridericus* natione Friſo, quem ipſe liberalibus & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituendum curarat, ei in Epiſcopatum Trajectenſem ad Moſam ſucceſſit. Surius ad diem XVIII. menſis Julii Vitam ejus ab Auctore Anonymo ſcriptam refert, in qua dicitur, Ludovicum Imp. ita allocutum eſſe Fredericum Epiſcopum: *Elegi te, chariſſime fili, Dominus in Sacerdotem magnum, tanto muneri idoneum ſciens. Oro igitur, ut perſeveret in te ſtudium adhortandi & Verbum Dei prædicandi apud feroces maritimas gentes. Eſt ſane inſula VValacrana* (id eſt Walachria) *tibi, ut reor, ſatis cognita, in qua, proh dolor, quod nuper ad noſtras pervenit aures, paſſim ſibi matrimonio jungunt neptes ſuas, aut etiam, quod eſt deterius, ſorores, vel ipſas quoque matres ſuas. In illa autem inſula, uti ſatis conſtat, Anteceſſores tui ſtrenue laborarunt: quod vero ipſi excolere non potuere, tibi proculdubio abſolvendum reliquerunt. Adjuro te igitur per Deum vivum & verum, ut ſi quis ſive nobilis ſive ignobilis, ſive ſervus, dives vel inops a Chriſtiana religione aberrans, ejuſmodi ſe facinoribus contaminarit, ubi primum id reſciveris, corrigas illum. Quod ſi reprehenſus abs te, non ſe ad meliorem frugem receperit, & te vel Eccleſiam non audierit, a communione fidelium auctoritate tibi tradita illum ſepares, ſitque ceu Ethnicus & Publicanus, donec vera pœnitentia convertatur ad Dominum, qui ſemper paratus eſt miſereri.*

X. *Annunciat Evangelium in Valachria.*

Imperatori morem Fridericus geſſit, & in Walachriam profectus eſt, ubi cum complures illi mortem minarentur, ſi quid ipſis moleſtiæ afferret, Synodum omnibus indixit, cui ſoli Seniores adfuere, & eam quam decebat in omnibus obedientiam præſtitere. Eos rogavit Sanctus Præſul, ut refractarios ad culpam fatendam & agnoſcendam compellerent. Non recuſarunt illi, indeque ex pagis undique ad Fridericum accurrere, quibus eis dixit, non poſſe illos dignam agere pœnitentiam, niſi fœda prius connubia diſcinderent, juramentoque confirmarent ſe ea nunquam repetituros; quod ab omnibus promiſſum. *Cum autem inde eſſet abiturus, magnæ Sanctitatis Presbyteros apud illos reliquit, qui plebem in officio retinerent, atque ita cunctis vale faciens inter eundum ſuas viſitavit Parœcias, cunctiſque recte conſtitutis Trajectum venit, & aliquandiu illic moratus eſt.* Porro Vitam Sancti Friderici interpolatam fuiſſe in ejus morte oſtendemus. Cum

*Nicephori Epiſc. Conſtant. obitus.*

ageret in exilio annum decimumquartum, ex hac vita, poſt plures ex longa perſecutione contextas coronas, ad Deum feliciter migrat. Teſtatur id Theophanes in oratione de ejus exilio habita, ubi lugens miſerandum ſtatum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſub Imperatoribus Iconoclaſtis, tribuſque Patriarchis Conſtantinopolitanis itidem hæreticis Iconoclaſtis hæc ſubiicit: *Iſta quidem mali dominatio graviſſimas calamitates invexit, & cuncta permiſcuit atque turbavit, non exiguo aut brevi temporis intervallo Imperatoris robore munita, ſed triginta prope annorum ſpacio, quorum cum quatuordecim in exilio divinus pater Nicephorus tranſegiſſet, ab hac mortali vita migravit ad immortalem, & ſepultus eſt juxta templum Sancti Martyris Theodori in monaſterio, quod ipſe a fundamentis conſtruxerat. In hoc enim cum eſſet mulctatus exilio, piam & ſanctam vitam traduxit, & virtutum ſtudio mentem ſuam excoluit, atque expurgavit, ſeque purum Dei, rerumque divinarum exemplum exhibuit, cum ſimilis eſſet Angelorum, & ſimul tum monaſticæ, tum pontificiæ vitæ dignitatem virtutibus ſuis exornavit.* Hactenus de obitu: De tranſlatione vero facta corporis ejus ſummo cum honore Conſtantinopolim per ſanctum Methodium Patriarcham ſuo loco dicturi ſumus.

Por-

PAGIUS

XI. *Queritur Agobardus de Præcepto Ludovici Aug. ne mancipia Judaica baptizentur.*

Cum Hilduinus Archicapellanus Ludovici Imp. & Wala Corbeienſis Abbas eidem Auguſto gratioſiſſimi eſſent, & ille ſemper in Palatio, hic frequentiſſime verſaretur, ad utrumque ſcripſit Agobardus Epiſtolam contra *Præceptum impium de Baptiſmo Judaicorum mancipiorum*, ut in Operibus pietatis, quæ abſque omni errore quærenda ſunt Imperatori exhortatores & adjutores eſſent: *Scripſi*, inquit Agobardus *ſinceritati veſtræ ſingulos breves indiculos, ſignificans vobis quamdam feminam ex Judaiſmo ad Chriſtianiſmum gratia Chriſti tranſlatam, graves perſecutiones ſuſtinere propter fidem quam ſuſcepit Chriſti, quas per ipſius feminæ breviculum poteſtis cognoſcere, in qua re tam excellens eleemoſyna vobis manet, ut de nulla alia poſſit eſſe major. Nunc autem cauſam hujus perſecutionis, quæ & fomes impii erroris eſſe poteſt, me vobis ſignificante cognoſcere dignamini. Quoddam Præceptum Judæi circumferunt, quod ſibi datum ab Imperatore gloriantur, in quo continetur, ut mancipium Judaicum abſque voluntate Domini ſui nemo baptizet. Quod a nobis omnino non creditur, ut a facie Chriſtianiſſimi & Piiſſimi Imperatoris tam contraria Eccleſiæ Regulæ ſit egreſſa ſententia.*

XII. *Judæi Chriſtianorum hoſtes.*

Multa deinde cum ex Evangelio, tum ex Epiſtolis Divi Pauli profert explicatque teſtimonia, quibus egregie probat, Eccleſiaſticæ Regulæ contrariam eſſe quam Judæi circumferunt Imperatoris Præceptionem, quia Chriſtus in Evangelio apud Matthæum cap. 28. abſque ulla diſcretione perſonarum, aut conditionum exceptione generaliter Apoſtolis dixit: *Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. Et Doctor Gentium in priore ad Timotheum Epiſtola cap. 16. ſervos Chriſtianos duas in claſſes diſtinguit; alii enim dominis infidelibus, alii fidelibus ſerviunt; *Quicumque ſunt ſub jugo ſervi, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſerviant, quia fideles ſunt.* Denique ſic Epiſtolam ſuam claudit: *Si Præceptum illud obſervamus neglectis Eccleſiaſticis Regulis Deum offendimus; ſi has ſequimur, Imperatoris indignationem veremur, maxime cum Magiſter infidelium Judæorum inceſſanter nobis comminetur ſe Miſſis de Palatio adducturum, qui pro hujuſmodi rebus nos judicent & diſtringant. Quæ res non ſolum perturbationem affert, verum etiam eis qui ad fidem facile converti poterant, quantum ingerat impedimentum, veſtræ eſt prudentiæ æſtimare. Unde, Sanctiſſimi Patres, ac Deo amantiſſimi, hæc noſtra pericula quaſi veſtra piis animis perpendentes intercedite apud Chriſtianiſſimum & Clementiſſimum Imperatorem, ut hujuſmodi impedimentum de Sancta Eccleſia auferatur, & inter multa & maxima quæ piiſſime ac juſtiſſime in tradito & conſervato ſibi a Chriſto diſponit Imperio, etiam huic rei propter amorem ipſius Chriſti miſericordiſſima & ſolita bonitate ſuccurrat, ne animæ ex quibus Grex fidelium augeri poterat, & pro quarum ſalute in diebus Paſſionis Dominicæ ab univerſali Eccleſia Deo publice ſupplicatur, obſiſtente infidelium & Deo adverſantium duritia, etiam dicti Præcepti occaſione diaboli laqueis remaneant implicatæ. Certe in Sacris Canonibus conſtitutum, ut ſi qui ex eis ad Baptiſmum venerint, ſi voluerit Epiſcopus vel quilibet fidelium redimendi eos habeat poteſtatem. Quod nos lubentiſſime facere cupimus, hoc tantummodo poſtulantes, ut eis veniendi ad fidem facultas libera tribuatur. Nec hoc dicimus, quod eis filios vel ſervos eorum violenter auferendos eſſe cenſeamus, ſed ut venientibus ad fidem ab Infidelibus licentia non negetur.* In hoc textu Magiſtrum Judæorum recte Cointius hoc anno num. XL. Magiſtratum interpretatur, cui tutela Judæorum committitur, de quo valde Agobardus queritur.

XIII. *Agobardus conſulit Adalhardum & alios ſuper Baptiſmum Judaicorum mancipiorum.*

In ſuis ad Proceres Palatii literis, *Adalhardum* Veteris Corbeiæ Abbatem, *VValam* ejus fratrem & *Heliſacharum* Sancti Maximini apud Treviros Abbatem rogat, ut conſilium ſibi ſuper Baptiſmo Judaicorum mancipiorum præbeant: *Summopere*, inquit, *mihi neceſſe eſt ſcire, &, ut exiſtimo, etiam omnibus, ut dare dignemini conſilium, quod Divino congruit operi, quid faciendum ſit de mancipiis Judæorum Ethnicis, quæ illi comparaverunt, & nutriti apud illos, inter nos diſcunt linguam noſtram. Audiunt de fide, vident celebrationes Solemnitatum; & per hæc compunguntur ad amorem Chriſtianitatis, & deſiderant fieri in corpore Eccleſiæ membra Chriſti, & confugiunt ad Eccleſiam Baptiſmum poſtulantes, utrum videlicet debeamus illis hoc abnegare, an dare ubi poſſumus.* Paulo poſt ab exemplo cum Apoſtolorum tum Virorum Apoſtolicorum, quid faciendum cenſeat, ſic declarat: *Omnes Sancti Prædicatores ſocii Apoſtolorum, docentes omnes gentes, & baptizantes, non expectaverunt dominorum carnalium licentiam, ut ſervos baptizarent; quaſi non eos oporteret baptizari, niſi eis permittentibus; ſed ſcientes & prædicantes quod ſervi & domini unum habeant Dominum Deum in Cœlis, omnes baptizaverunt, omnes in uno corpore redegerunt, omneſque fratres & filios Dei eſſe docuerunt; ita tamen ut unuſquiſque in quo vocatus eſt, in hoc*

per-



Porro ejus nota omnibus tam Orientalibus, quam Occidentalibus ſanctitas effecit, ut ubique locorum Eccleſiæ Catholicæ ejus nomen receptum fuerit in tabulas Eccleſiaſticas inter ſanctos confeſſores, annua die perpetuo celebrandum tertio Idus Martii apud Latinos, apud Græcos autem ſecunda Junii.

*Ann. Eccl. Tom. XIV.* T 2 An-

PAGIUS

*permaneret, non ſtudio, ſed neceſſitate, ſed & ſi qui poſſent liberi fieri, magis uterentur.* Cointius laudatus ex eo quod hæc Epiſtola nomen Adalhardi anno DCCCXXVI. demortui præfert, colligit eam ſcriptam eſſe poſt Adalhardi reditum ab exilio, ſive poſt annum DCCCXXI.

XIV. *Eadem de re conſulit Archiep. Narbonen.*

Similia ſcripſit *Agobardus* ad Nibridum Narbonenſem Archiepiſcopum in literis, quæ *De cavendo convictu & ſocietate Judaica* inſcribuntur: *Studuimus*, inquit, *pro viribus lapſis manum porrigere, & errantes animos ad veritatis lineam revocare, æquum credentes, ut quomodo ipſis quondam lex Dei præcipiebat, ne cum gentibus matrimonium copularent, neve cum eis commune convivium celebrarent, ne videlicet per conſortia nuptiarum & communionem ciborum a Divino quidem cultu deficerent, idololatriæ autem jugo libertatem animi inclinarent; ita nunc & noſter populus inhibeatur, ne cum Judæis infidelibus veſcendi participium, habitandi contubernium habere præſumant, ne ſub prætextu ſocietatis hujus a ſimplicitate quidem Chriſtianæ fidei exorbitent, Judaicis vero fabulis attendentes inextricabilibus errorum laqueis implicentur; cumque nos neminem illorum humanitate tanta & benignitate, qua erga eos utimur, ad ſpiritalem fidei noſtræ virtutem valeamus adducere, pars aliqua ex noſtris, dum libenter carnalibus eorum victibus communicat, ſpiritalibus epulis capiatur. Hanc etenim Divinæ legis providentiam Patres noſtri Inſtitutis Canonicis videntur eſſe ſecuti, quorum nos præceptis, inquantum potuimus, devotis animis obſecuti ſumus; periculum ſcilicet animarum, quæ nobis commiſſæ ſunt, pertimeſcentes, & earum ſanguinem de noſtris manibus in Divino exquirendum judicio formidantes. Tentaverunt autem quidam Miſſi & Eurardus maxime, qui Judæorum nunc Magiſter, religioſum hoc opus noſtrum deſtruere, ac ſub obtentu Edictorum Imperialium labefactare. Quibus nos neque ad horam ceſſimus*, &c. Hæc lucem afferent Epiſtolæ de Inſolentia Judæorum ad Ludovicum Imp. ab Agobardo anno ſequenti datæ. Recte itaque baptizandi videbantur *Agobardo* ſervi Judæorum, cum Baptiſmum poſtulabant, & reddendum ab Eccleſia pretium, quo empti fuerant. Sed renuebant Judæi illud accipere, ipſiſque Imperatoris Magiſtratus favebant.

XV. *Britones ab Occident. Saxonum Rege devicti.*

Ethelwerdus lib. 3. cap. 2. *Egbertum* Occidentalium Saxonum Regem, qui jam plenum Dominium in omnes Saxones atque Anglos obtinuerat, quique Cantium, Merciam & Northumbriam ſub jugum miſerat, hoc anno veteres Britannos ad obſequium flexiſſe his verbis teſtatur: *In ipſo tempore* (currenti ſcilicet anno) *Ecgbryht Rex duxit exercitum contra Aquilonales Britannos, & ſubjectis omnibus reverſus eſt in pace.* Idem narrant hoc anno uterque Chronographus Saxo & Vigornienſis. Quare Britanni, qui olim Romanis Imperatoribus fortiſſime reſtiterant; nec niſi Julii Agricolæ induſtria domari potuerant, ab *Egberto* Rege tandem ſubacti ſunt, & Monarchiæ Anglicæ acceſſere.

I. ANno, qui ſequitur, Chriſti octingenteſimo undetrigeſimo, Indictione ſeptima, Gregorius Papa ubi ſtructura nobilitaſſet Titulum S. Marci, cujus presbyter fuerat, intulit in eum corpus S. Hermetis Martyris. Porro ejuſdem Martyris articulus tranſlatus in Gallias, inſigniter eſt miraculis illuſtratus. Rem geſtam Einhardus (a), qui præſens fuit, deſcribit, qui ait: *Gregorius Romanæ Urbis Epiſcopus, qui Eugenio ſimulque Valentino in Pontificatus honore ſucceſſit, cum Titulum S. Marci Evangeliſtæ, in quo presbyter fuerat, ampliare, & in eo monaſterium vellet extruere, quæſivit per cœmeteria, & Eccleſias longe ab Urbe conſtitutas, ſicubi ſanctorum Martyrum corpora poſſet invenire, inventaque, Titulo, quem opere magnifico extruxerat, curavit inferre.*

(a) *Einha. l.4. c.25.*

Titulus S. Marci ampliatur, & corpore S. Hermetis augetur.

II. *Caſu igitur factum eſt, ut eo tempore quo ſepulcrum beatiſſimi Hermetis erat apertum & ſacrum illius corpus inde fuerat ſublaturus, unus ex noſtris, qui eodem anno ſupplicandi gratia (ut moris eſt pœnitentibus) Romam venerat, congregatæ ad baſilicam Martyris multitudini cum cæteris peregrinis intereſſet. Is negotio, quod agebatur, diligenter inſpecto, ſpem adipiſcendarum memorati Martyris reliquiarum, licet corde ſimplici, non tamen ſine cauſa concepit. Et Deuſdonam diaconum, cujus in primo libro crebram fecimus mentionem, adiens obnixe rogavit, ut ex his quantulumcumque a cuſtodibus loci acciperet mihique deferendum ſibi præſtaret. Qui confeſtim precibus ejus annuens id ſe ſine mora facturum pollicetur, datoque cuſtodibus pretio non ſolum Hermetis, ſed etiam ſanctorum Proti & Hyacinti, quorum in eadem baſilica corpora erant poſita, reliquias accepit. Et illas quidem per quemdam familiarem ſuum, cui Sabbatino cognomen erat, ſimulque & noſtrum qui ei ut hoc faceret, perſuaſit mittere curavit: quod autem de corpore beati Hermetis potuit adipiſci, ipſe ad nos veniens, pro ingenti munere detulit. Cum autem de adventu reliquiarum ſanctorum Proti & Hyacinthi nobis eſſet indicatum obviam illis proceſſimus, eaſque, ut par erat, honorifice ſuſcipientes, atque baſilicæ cum hymnis & orationibus inferentes propter corpora beatorum Marcellini & Petri cum feretro, quo venerant, collocavimus, &c.* Subiicit Einhardus curationem energumenæ, factam per ſanctos Martyres Protum atque Hyacinthum necnon feminæ Colonienſis claudæ redditam per ſanctum Martyrem Hermetem ſanitatem; de cujus reliquiarum adventu ſic narrare pergit (b) hiſtoriam:

Reliquiæ SS. Hermetis, Proti, & Hyacinthi in Gallias tranſlatæ.

(b) *Eod. l. c. 26.*

III. *Interim circa medium fere menſem Auguſtum Deuſdona diaconus, cujus in primo hujus operis libro fecimus mentionem, Roma veniens, unum articulum digiti B. Hermetis Martyris pro magno nobis munere detulit: quem accipientes capſula reconditum, in ſuperiori parte baſilicæ ſuper ipſum occidentalem Eccleſiæ introitum collocavimus. At femina, quæ ut dixi, viſione divinitus monita illuc venerat, & duobus jam exactis menſibus, nihil promiſſæ opis ſibi adveniſſe cernebat, deluſam ſe vano ſomnio exiſtimans, reditum in patriam meditari cœpit. Statuitque cum negotiatoribus, qui ſe reducerent, ut proxima Dominica, quæ quinto Kalendarum Septembriam die, ſimul cum anniverſaria ſancti Hermetis ſolemnitate erat futura, navem eorum in regionem ſuam reverſura conſcenderet: jamque inſtante nocte, quæ diem profectionis con-*

Miracula per S. Hermetem.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCC-LXVII. Anno Hegiræ CCXIV. inchoato die 11. Martii fer. 5. A.C 829.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6322.

☉ 26. C. ☽ 13. P. 28. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 829.

GREGORII IV. PAPÆ 3.

LUDOVICI IMP. 16.

THEOPHILI IMP. 1.

1. ANum. I. ad VII. Eginhardus ſub finem quatuor librorum, quos inſcripſit *de Tranſlatione SS. Martyrum Marcellini & Petri*, adjecit & Tranſlationem SS. Proti & Hyacinthi Maryrum, & Surius, qui ad diem II. Junii Opus illud publicavit, ad caput XXV. libri quarti, quo ſermo de poſteriori Tranſlatione inchoatur, adnotavit an. *DCCCXXIX.* indeque Baronius hoc anno recitat quæ ſcripſit Eginhardus de Tranſlatione SS. Martyrum Proti & Hyacinthi, quorum Reliquias prope corpora SS. Marcellini & Petri collocandas curavit, poſtquam illa Deusdona Diaconus Roma ad ſe tranſmiſiſſet. Baronius quidem in Notis ad Martyrologium Romanum, ad diem XI. Septemb. de Sanctorum Proti & Hyacinthi Tranſlatione ex una Baſilica in aliam facta Romæ ſcribit: *Eorum Sacræ Reliquiæ ſub Clemente VIII. Pont. Max. ab Eccleſia S. Salvatoris, prope montem S. Mariæ trans Tiberim poſita ad Eccleſiam S. Joannis Florentinæ nationis, ſolemni pompa fuere tranſlatæ anno Domini MDXCII. die XXI. Jun.* Verum inde tantum colligendum, illorum Corpora, quæ Gregorii IV. temporibus in Eccleſia S. Hermetis Romæ quieſcebant, in Germaniam, haud tranſlata eſſe integra; quod & de Reliquiis Sancti *Hermetis* ſentiendum.

*Tranſlatio SS. Proti, Hyacinthi, & Hermetis.*



*condictum erat ſine dubio præceſſura, cum nos ſecundum conſuetudinem, completo nocturnali officio, ad quieſcendum fuiſſemus ingreſſi, cæteris exeuntibus, femina illa introire volens, in ipſo limine conſedit, ibique coram omnibus ſtupore quodam oppreſſa parumper obticuit. At deinde erumpente ex omnibus pedum unguibus aliquanto ſanguine, ad ſe reverſa, manum circumſtantibus porrexit, erectaque in pedes, ad ſepulcrum Martyrum ambulare cœpit. Quo cum perveniſſet, ad orationem coram altari proſternitur, ibique tamdiu jacuit, quoaduſque hymnus, quem exultantium ſimul, atque mirantium multitudo Deum laudans devotiſſime canebat, compleretur. Quo finito, ſana ſurrexit, ſed in patriam ulterius redire noluit. Merito igitur miraculum beato Hermeti adſcribitur, cujus die natalitio, & ſub cujus reliquiis geſtum eſſe conſtat, &c.* Hæc de curatione mulieris, quæ diuturna nervorum ſolutione a renibus deorſum in tantum erat debilitata, ut negato ſibi crurum ac pedum officio, non aliter, quam ſedens manibus in terra poſitis innitens, ſeque hoc modo promovens, uſum ambulandi explere potuerat.

IV. Sed ad Gregorium Pontificem revertamur, qui eumdem Titulum S. Marci, in quem tranſtulit corpus S. Hermetis Martyris, ubi eum reſtituens nobilibus structuris auxiſſet; etiam ornamentis inſigniter locupletavit. De his enim agens Anaſtaſius Bibliothecarius, qui hoc ipſo ſæculo floruit, eademque videbat, hoc ait: *His igitur perfectis operibus, ad alia repente venerabilis Pontifex animum, & mentem convertens, Eccleſiam beati Marci Confeſſoris atque Pontificis, quam tempore ſacerdotii ſui regendam ſuſceperat, & uſquequo ad Pontificatus pervenit gratiam, in ſuo jure ac ditione permanſit: quæ ob nimiam vetuſtatem crebro caſura eſſe videbatur, cum omnipotentis Domini opitulatione a fundamentis prius erexit, & poſtmodum novis fabricis totam ad meliorem cultum atque decorem perduxit: abſidemque ipſius prænominatæ baſilicæ muſivo aureis ſuperinducto coloribus, cum ſumma populi gratulatione depinxit. Fecit vero ſarta tecta ejus omnia nova, & quicquid in ea ante vile cognoverat, pretioſum poſtea eſſe maluit. Igitur conſummatis omnibus, pro remedio, & futura retributione animæ ſuæ, obtulit in ſæpe nominata Eccleſia futuris temporibus permanenda hæc: Regnum aureum unum, quod uſque hodie ſuper altare dependet, cum gemmis valde optimis, habens & in medio auream Crucem cum gemmis pariter pretioſis. Item gabathas ex auro puriſſimo tres, pendentes ante prænominatum altare, & gabathas interſatiles de argento, duodecim Angelorum opere conſtructas, & alias gabathas intextiles quinque cum pedibus ſuis. Item ubi ſupra, obtulit thymiamateria aureo colore perfuſa tria, caniſtra de argento duodecim, coronas argenteas majores & minores octo, Cruces de argento tres, & unaquæque habet libram unam, ceroſtrata deſuper argentea quatuor.*

Bona collata a Gregor. Pap. Eccleſiæ S. Marci.

V. *Fecit & ciborium ad laudem & decorem Confeſſoris jam ſæpius dicti de argento puriſſimo, penſans libras mille, altare quoque ejuſdem argenteis ſimiliter tabulis exornavit, cupiens pro rerum temporalium largitione æterna in cœlo præmia adipiſci. Prædictus vero venerabilis Pontifex obtulit ubi ſupra veſtem de fundato unam, habentem mucrones per circuitum: fecit & aliam veſtem de holoſerico unam, habentem in medio gemmas & mala aurea, & per circuitum zonam de chryſoclavo. Inſuper obtulit idem ſanctiſſimus Præſul veſtem aliam de holoſerico cum gryphis & unicornibus. Veſtem quoque aliam cum chryſoclavo per circuitum, habentem in medio Reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti; aliam quoque cum gryphis ex chryſoclavo per circuitum, habentem in medio Nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Item aliam veſtem de chryſoclavo, habentem in medio roſas de chryſoclavo quatuor & Nativitatem, atque Baptiſmum Domini noſtri Jeſu Chriſti. Obtulit etiam veſtem aliam cum leonibus, habentem Reſurrectionem Domini de chryſoclavo, veſtes de fundato minores octo, quæ altaribus ſuperponuntur, quæ per circuitum ejuſdem Eccleſiæ eſſe noſcuntur.*

VI. *Obtulit idem ſanctiſſimus Pontifex vela alba ſerica quatuor, unum habens undique Tyriam in medio Crucem, & gammadias de chryſoclavo, aliud de ſtauraci habens in medio Crucem de holoſerico, & gammadias de Tyrio, tertium & quartum ſimiliter. Vela etiam de rodino quatuor, quæ ſacrum altare circumdant, ex quibus unum habet Crucem de chryſoclavo. Vela de fundato vigintiſex, & linea ſimiliter, quæ pendent per arcus Eccleſiæ, vela Alexandrina tria ante portas majores pendentia, habentia leones & caballos, cortinam Alexandrinam unam, & vela alia habentia mucrones de fundato, velum de octaplo unum, vela alia de fundato octo, habentia per circuitum periclyſin de Tyrio; vela alia de fundato quoque, habentia leones, & periclyſin de Tyrio, vela alia Alexandrina, ex quibus unum habens rotas & roſas in medio, & aliud arbores & roſas, pendentia ante valvas ipſius Eccleſiæ, velum modicum de holoſerico, habens in medio hominem cum caballo, vela cum argento Hiſpanico quatuordecim, vela modica ubi ſupra de holoſerico, habens unumquodque eorum angulos.*

Reliqua ornamenta collata Eccleſ. S. Marci.

Hic

*Hic divina inſpiratione protectus, obtulit jam dictæ Eccleſiæ aquæ manulum de argento unum.* Et inferius: *Fecit ibidem patenam octogonam exauratam, habentem in medio vultum Domini noſtri Jeſu Chriſti, atque a duobus lateribus vultum beati Marci atque ejuſdem Præſulis, penſantem libras tres, ſimili modo & calicem octogonum fundatum cum foliis exauratum ibidem obtulit, penſantem libras ſex, ſcyphum quoque argenteum illic offerri curavit, penſantem libras ſex: obtulit etiam ibi caniſtra ænea fundata tria, penſantia ſimul libras quatuordecim.* Hactenus Anaſtaſius de collatis a Gregorio donis Eccleſiæ ſancti Marci.

VII. Greg. Papa Oſtiam civitatem mœnibus munit. Accidit autem, ut cum Sarraceni jam potiti Sicilia (ut ſuperius dictum eſt) univerſas Italiæ oras infeſtarent claſſe piratica: jamque adiicerent animum, ut univerſa potirentur Italia: Gregorius Papa imminens malum antevertere quibus valuit viribus feſtinavit. Sicque Oſtia Tiberina jam vetuſtate mœnibus collabentibus, antiquam civitatem novis muris munire aggreſſus eſt, & veterem in novam mutare, quam abſolutam Gregoriopolim appellavit. Rem geſtam ſic Anaſtaſius Bibliothecarius narrat: *Quoniam hujus ſanctiſſimi Patris temporibus, impia atque nefaria & Deo odibilis Agarenorum gens a finibus ſuis conſurgens, pene in omnes inſulas, & omnium regiones terrarum circumiens, deprædationes hominum, & locorum deſolationes atrociter faciebat, atque hactenus facere nullatenus ceſſaret. De his quoque inſolitis æque cavendis periculis miſericordiſſimus Præſul magnum habens timorem, ne populus a Deo ſibi & beato Petro commiſſus Apoſtolo, qui in Portuenſi vel Oſtienſi civitatibus habitabat, a Sarracenis nefandiſſimis tribulationes, ac deprædationis ſentiret jacturam, intimo trahens ex corde ſuſpiria, cœpit prudenter inquirere, quomodo civitatem Oſtiam adjuvare ac liberare potuiſſet.*

VIII. Civitas Gregoriana ad oſtia Tiberina. *In ejus ſtatim omnipotens Deus hoc dedit corde conſilium, ut civitatem, ſi ibidem populum ſalvare vellet, a fundamentis conſtruere debuiſſet: quoniam ea, quæ priori tempore ædificata fuerat, longo quaſſata ſenio, nunc videretur eſſe diruta. Fecit autem juxta quod ei fuerat divinitus inſpiratum, in prædicta civitate Oſtienſi civitatem aliam a ſolo valde fortiſſima, muris altioribus, portis ſimul ac ſeris, & cataractis eam undique præmunivit, & deſuper ad inimicos, ſi venirent, expugnandos, petrarias nobili arte compoſuit, & foris non longe ab iiſdem muris ipſam civitatem altiori foſſato præcinxit, ne facile muros ipſos conſcendere valerent. Quando vero ſæpe dicta civitas novæ fabricæ initium meruit: ipſe itidem ſanctiſſimus Papa per ſe multis reſidens diebus partem quamdam murorum non modicam cum ſuis hominibus, quaſi in ſortem accipiens, a fundamentis erexit. De qua donec, Deo proſperante, dicta civitas ad legitimum totius fabricæ finem perducta eſt, multos exinde labores in ſuo ſancto pectore & certamina indeſinenter ſuſtinuit. Cui etiam e novo conſtructæ civitati, hoc etiam ſtatuit in perpetuum permanendum, ut ab omnibus ſive Romanis, ſive aliis nationibus proprio nomine Gregoriopolis vocaretur, ut qui Dei auxilio & virtute munitus, pro populi & patriæ liberatione opus mirabili decore conſtruxerit.*

IX. Civitas alia ædificari cœpta. Verum & eundem Gregorium eadem ex cauſa, ut baſilicam S. Petri extra Urbem poſitam tutam redderet, jeciſſe fundamenta alterius novæ civitatis, quæ poſtea a Leone, qui perfecit, Leoniana eſt

PAGIUS

II. *Moritur Michael Balbus Imp.* A num. IX. ad XIV. Porphyrogenneta in Continuatione Theophanis pag. 51. Michaelis Balbi mortem ſic narrat: *Michael cum annos novem, menſes octo* (ſed legendum, *annos octo, menſes novem*, ut habent Leo Grammaticus & Cedrenus) *Imperium tenuiſſet, urinæ difficultate ex renum paſſione orta extinctus eſt, cum nec infenſiſſimum in Deum odium poſuiſſet, ea ſcilicet ratione, quod ejus, qui pro nobis carnem aſſumſit, effigiem adorare nollet; quin potius illius cultores abdicaret, Methodium, Euthymiumque, de quibus in ſuperioribus ſermo habitus eſt.* Antea ſcripſerat eum Urbe ejeciſſe Methodium, qui poſtea Patriarcha Conſtantinopolitanus creatus eſt, & Euthymium tunc temporis Sardenſium Antiſtitem, quod Sacrarum Imaginum cultum negare nollent, & Euthymium per filium ſuum, Theophylum, taureis dire cæſum occidiſſe. Subdit Porphyrogenneta: *Ejus filius Theophilus, virilem jam ætatem, ingreſſus, paternum Imperium ſuſcepit menſe Octobri, Indictione VIII.* quod & in Cedreno legitur. Quare cum Michael die natali Chriſti anni DCCCXX. Imperium ſuſceperit, annoſque VIII. & menſes IX. imperarit, interitus ejus contigit menſe quidem Octobri, ſed laudati Scriptores dies, qui ſupra annos & menſes fluxere, negligunt. Perperam itaque ſcribit Baronius eum *Kalendis Octobris* e vivis exceſſiſſe. Quod vero ait, apud Curopalatem & Cedrenum legi eum imperaſſe *annos IX. menſes VIII.* Librariis attribuendum; in Editione enim Pariſienſi Cedreni ejus Imperii duratio recte deſcripta.

III. *Theophylus novus Imp. Theodoram uxorem ducit.* *Is*, inquit Porphyrogenneta de Theophilo, *ferventiſſimum quidem juſtitiæ ſtudium præ ſe ferebat, legumque civilium ſedulus obſervator videri voluit, revera tamen ſimulatorem agebat, ſeque ab inſidiis tutum præſtare, ac nulli contra ſe aliquid moliendi anſam ullam præbere ſatagebat. Veritus ergo quod impendebat periculum, conjuratos omnes, qui Imperium patri detulerant, Leonique manus intulerant, internecioni dare conſtituit, penituſque delere*, quod & præſtitit, ut narrat Baronius ex Curopalata. Addit Porphyrogenneta, eum Euphroſynam novercam Aula expuliſſe, ac in Monaſterium, ubi pri-



eſt appellata, his verbis Sigebertus enarrat: *Gregorius Papa dolens crebris Sarracenorum incurſionibus vexari, & vaſtari ſuburbium Urbis Romanæ circa Eccleſiam B. Petri Apoſtolorum principis; intendit illic urbem novam ædificare, ad quod conſilio & auxilio Imperatoris animatus, novam fabricam cœpit: ſed non perfecit: Leo enim ejus nomine quartus cæptum opus abſolvit.* Hæc Sigebertus anno ſequenti.

Obitus Michaelis Balbi Imper. Hoc pariter anno ipſis Kalendis Octobris, Michael Balbus cum imperaſſet annos octo, menſes novem & dies ſeptem dyſenteriæ morbo ex hac vita receſſit, ſepultus in Juſtiniani monumento ad Sanctos Apoſtolos, maledictionibus omnium pro panegyricis infamatus. Corrigendi autem Curopalata, Cedrenus, & alii (niſi potius ſit vitium librariorum) dum apud eos legitur Michaelem imperaſſe annos novem & menſes octo, quod conſiſtere nulla ratione poteſt ex ipſorum ſententia, ſi ratio annorum prædeceſſoris & ſucceſſoris habeatur.

X. Michaelis Balbi ſcelera. Hic ipſe Imperator, licet ipſius Imperii exordio exules ſub Leone in ſua quoſque loca liberos revocaverit, (ut ſuperius dictum eſt) viſuſque ſit æquiori fuiſſe in Orthodoxos animo, *haud multo poſt* (inquit Zonaras) *animo ſuo declarato, Orthodoxos oppugnavit, ac præter multos alios crudeliter tractatos, etiam in ſanctum Methodium graſſatus, Euthymium Sardium Archiepiſcopum ob ſanctarum imaginum cultum in exilium miſit: deinde Methodium in Acrita concluſit, inclytum vero Euthymium filius ejus Theophilus crudeliter flagris cæſum, in Martyrum numerum retulit. Copronymum in omnibus imitatus, & Judæis addictus Sabbata jejunari jubebat, reſurrectionem mortuorum non credebat, eoque futura bona ſugillabat, & Prophetas irridebat, dæmones eſſe pernegabat, ſcortationem peccatum non judicabat, jurandum ſeſe Deum univerſi moderatorem monebat, Judæ ſalutem ominabatur, inter Beatos eum annumerans. Paſcha alieno celebrari tempore affirmabat.* Iſta Zonaras & Joannes Curopalates, eademque Cedrenus, qui & adiicit in Theophilo ipſius Imperatoris edicto pariter eſſe ſancitum, ne quis Sanctorum alicui imagini titulum, ut ſanctus vocaretur, adiiceret, quaſi hoc nomen unius eſſet Dei, ita delirans in omnibus impius.

Exoſculentur hunc cum aliis Novatores ſuum Apoſtolum, ejuſdem hæredes ſpiritus ſicut dogmatis, & participes cum ipſo cruciatus æterni. Sed quid amplius de bruto animali? Litteraturam (idem inquit) *quoque adeo eſt averſatus, ut ne pueros quidem ea permiſerit erudiri, ne vel veſaniæ ipſius coarguendæ, atque refellendæ inſtrumenta alii inde peterent, vel diſciplina adiuti cum oculorum ac Linguæ velocitate, in legendo uterentur ipſi palmam hujus rei præriperent. Adeo enim in litteris componendis tardus erat, & ſyllabis conficiendis, ut librum alius facilius perlegeret, quam ipſe ſui nominis elementa recenſeret.* Hæc ipſe hic recenſet veluti dignum nefandiſſimo homine epitaphium ſepulcrale. De ſucceſſore autem ejus filio Theophilo ſubiicit iſta Joannes Curopalata: XI.

XII. Theophilus Imp. *Poſt Michaelis mortem filius ejus Theophilus, qui ad virilem jam pervenerat ætatem, patrium excepit Imperium Octobri menſe, Indictione octava; verbis, juſtitiæ vehemens amator vocari ſtudens, legumque civilium perfectus obſervator; ſed revera ſeipſum ab externis, qui eum nollent, cuſtodiens, ne forte quis facinus in ſe aliquod auderet, hæc ſimulabat. Sta-*

PAGIUS

mum comam poſuerat, reverti coegiſſe. *Uxorem ducturus*, inquit Zonaras *multas formoſas puellas undecumque accerſivit, inter quas & Icaſia Virgo fuit, tum forma præſtantior cæteris, tum erudita, tum genere illuſtri nata. Dum igitur eas ſpectans circuit, aureum pomum manu tenens, quod ei quæ placuiſſet, conjugi pignus daret: cum ad Icaſiam veniſſet, pulchritudinem ejus admiratus, A muliere, inquit, emanarunt mala: cui illa placide & cum honeſto rubore ſolerter reſpondit, ſed & res meliores e muliere exuberant. At ille Virginis oratione velut attonitus ea præterita, malum aureum Paphlagoniæ Theodoræ dedit. Icaſia vero cum Regno excidiſſet, Monaſterium de ſuo nomine condidit, in quo ſibi & Deo vixit, eruditione literarum non neglecta. Unde & Scripta ejus reperiuntur, in quibus neque doctrinam, neque gratiam deſideres. Et ſic illa res ſuas adminiſtravit, & mortali Rege fruſtrata, Regi omnium nupſit: pro terreno Imperio, cœleſte ſortita. Imperator vero Theodoram ſimul & nuptiali corona & Regio diademate ornat, nuptiaſque celebrat*, & quidem anno primo Imperii ſui, ut teſtatur Symeon Logotheta, qui ſubdit, ambos coronatos *ab Antonio Patriarcha in die Pentecoſtes*, ideoque die quinta menſis Junii ſequentis Chriſti anni. Perperam tamen Symeon & Leo Grammaticus Euphroſynam matrem Imperatoris appellant, traduntque ipſam *ſponte* e Palatio diſceſſiſſe, & in Monaſterio vitam quietam egiſſe; cum id ex dictis falſum eſſe conſtet.

IV. *Icaſia literis exculta fuit.* *Icaſiam* editis relictiſque Scripto ingenii Monumentis pluribus in Monaſterio a ſe ædificato vitam duxiſſe, tradunt etiam Leo Grammaticus aliique. Agit de Icaſiæ Monaſterio Ducangius in Conſtantinopoli Chriſtiana cap. 8. numer. 48. oſtenditque, illud Studiano proximum fuiſſe. Accenſetur autem *Icaſia* Melodis Græcorum, ut quæ elegantiſſimos hymnos, quos illi Canones & Odas vocant, compoſuit, teſte Codino in Orig. Conſtantinop. pagin. 61. iique in Eccleſia Græca aliquandiu lecti ſunt. Sed cum indignum cenſerent Græci hymnos a muliere compoſitos in Eccleſia decantari, *Coſma*, qui Melodus vulgo vocitatur, *Marci* Epiſcopi Hy-

*Statim igitur a principio omnes, qui cum patre in Leonis necem conſpiraverant, e medio tollendos, & cæde afficiendos curavit. Quare edictum propoſuit, ut omnes quicumque ab Imperatore beneficium aliquod accepiſſent; & inſuper quicumque Imperatoriæ cujuſcumque dignitatis fuiſſent participes effecti, in Magnauram, aut Pentapirgium cogerentur. Quod ut factum eſt omnibus, ut juſſerat, congregatis, quaſi antea feritatem, veluti in tenebris occultaſſet, miti ac ſummiſſa voce ad eos, qui ſimul coacti erant: Volebat (inquit) & in animo habebat parens meus, o popule & hæreditas, eos, qui ſibi auxilio fuiſſent, & pro obtinendo Imperio propugnationem ſuſcepiſſent, multis beneficiis afficere, & aliis honoribus honeſtare; verum fato occupatus, me Imperii ſucceſſorem, ne ingratus videretur iis, qui de ſe benemeriti eſſent, debitorem reliquit. Idcirco quilibet a multitudine ſeparatus, ſeipſum aperte nobis oſtendat, ut nos cognitos amicos, dignis eos præmiis remuneremur. His verbis decepti miſeri, & a mente deducti ſinguli quicumque Leonis cædi operam navarant, ſeipſos indicabant.*

Theophilus juſtitiæ cultor videri vult.

XIII. *Statim igitur Theophilus intra ſagenam prædam habens, Prætori jubet, ut civili lege agat, hæc locutus: Age, o Prætor, a Deo & a noſtra tranquillitate accepta judicandi facultate, iſtis debita redde facinoribus præmia, non ſolum quia manus humano ſanguine contaminarunt, ſed etiam quia Chriſtum Domini intra altare occiderunt. Iis dictis, admirabile illud, primumque conſilium diſſolvit, ac illi miſeri a Prætore comprehenſi, patricidarum pœnis affecti ſunt. Theophilus autem novercam quoque ſuam e regia domo ejectam in monaſterium coegit redire, ubi primum capillos depoſuerat; cum nihil ei juſjurandum profuiſſet, ad quod Senatum Michael adegerat. Hæc initio a Theophilo geſta ſunt, haud indigna laudibus: nam profitens ille juſtitiam, omnibus improbis terrori, bonis vero erat admirationi, illiſque improbos odiſſe & juſtus videretur, hiſque valde gravis, & auſterus.* Hæc Curopalata. Sed quomodo idem ex parente morbum Iconoclaſtiæ traxit, quo valde laborans Catholicos eſt perſecutus, inferius ſuis locis dicendum erit.

Quod vero ad res geſtas Ludovici Imperatoris pertinet: hujus anni exordio, nempe Idibus Januarii data reperitur ab eo Conſtitutio, pro conſervatione & augmento rerum monaſterii S. Germani Pariſienſis, digna memoria, quæ ſic ſe habet:

XIV. Conſtitutio Ludovici Imp.

*In nomine (a) Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Ludovicus & Lotharius divina ordinante providentia Imperatores Auguſti.*

(a) Apud Aim. l.5. c.10. in fin.

*Si ea, quæ fideles Imperii noſtri pro ſtatu & utilitate Eccleſiarum ac ſervorum Dei, fideliter & devote ob Dei amorem in locis ſibi commiſſis ſtatuerunt, noſtris confirmamus edictis: hoc nobis proculdubio ad æternam beatitudinem, & totius Regni a Deo nobis commiſſi tutelam, manſurum eſſe credimus, & retributorem Dominum in futuro habere confidimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtris, præſentibus ſcilicet, & futuris, quia vir venerabilis Hilduinus monaſterii S. Vincentii ac S. Germani Abbas, necnon ſacri Palatii noſtri Archicapellanus noſtræ ſuggeſſit ſerenitati, quod pro Dei omnipotentis amore, & futuræ ejuſdem congregationis cavendo periculo, ne aliqua ſucceſſorum ſuorum negligentia aut pravitate ordo futuris temporibus perturbetur monaſticus, ſtipendia eorum, quæ annuatim in cibo & potu accipere debeant, necnon & quaſdam villas ſpecialiter neceſſitatibus illorum deſerviendas conſtituiſſet ac deputaſſet, atque per litterarum ſecretarium, & largitionis ſuæ chartam, ſua, aliorumque bonorum hominum manibus roboratam, eis conceſſiſſet, ac delegaſſet, quatenus nulla occaſione nec reipublicæ ſervitio quiſquam ex ſucceſſoribus ſuis impedimentum in futuro inferre poſſet, pro quo a via rectitudinis & obſervatione regulari aberrare neceſſe eſſet, ſed deputatis ſibi rebus, & ſti-*

PAGIUS

Hydruntini, aliorumque hymnis uſi ſunt, teſte Theodoro Prodromo in Canones, cujus verba recitat Ducangius ibidem.

V. Conventus VVormatienſis.

A num. XIV. ad XIX. Eginhardus Annales ſuos hac narratione claudit: *Poſt exactam hyemem, in ipſo Sancto Quadrageſimali Jejunio, paucis ante Sanctum Paſcha diebus Aquiſgrani terræ motus noctu factus*, &c. *Imperator vero in diverſis occupationibus uſque ad Kal. Julii Aquiſgrani moratus, tandem ad Generalem Conventum Vvarmatiæ habendum cum Comitatu ſuo menſe Auguſto ſtatuit proficiſci*, &c. *Medio menſe Auguſto Vvarmatiam venit: ibique habito Generali Conventu, & oblata ſibi annua dona more ſolemni ſuſcepit*, &c. *Lotharium quoque filium ſuum, finito illo Conventu, in Italiam direxit: ac Bernardum Comitem Barcinonæ, qui eatenus in Marca Hiſpaniæ præſidebat, Camerarium in Palatio ſuo conſtituit.*

VI. Capitulare VVormatienſe.

Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus in Libro de Divortio Lotharii & Tetbergæ, cum reſpondet ad Interrogationem V. qua quæritur *qualiter vel pro quibus rebus, ſecundum auctoritatem inita conjugia ſeparari valeant, & ſine quibus ſeparari non valeant, & ſi poſt disjunctionem vir aut femina uterque vivens ad aliam debeat copulam aſpirare, vel ſi pari judicio quiſcumque eorum in conjugio peccans debeat judicari*, indicat Canones, quos Synodi, Moguntina, Pariſienſis, Lugdunenſis, ac Toloſana, nuperrime condiderant, in Placito Wormatienſi lectos eſſe, atque ex eis collectum Capitulare; cu-



*ſtipendiis contenti: abſque neceſſitate, & inopia regularem normam tenere, & ſine prævaricatione (quanta humana ſinit fragilitas) obſervare quiviſſent. Unde humiliter petiit, ac poſtulavit celſitudinem noſtram, ut pro rei firmitate ſuper eamdem conſtitutionem auctoritatis præceptum noſtræ, pro divino intuitu, ac ipſorum Sanctorum reverentia, fieri juberemus, per quod deinceps ſtabilis ac inviolata permaneret.*

XV. Pro alimentis monachorum quæ præſtita.

*Nos vero petitioni illius, quia neceſſaria & rationabilis erat, aurem accommodantes, & qua voluntate ac ratione talia clementiæ noſtræ ſuggerat, perſpicue intelligentes: veluti poſtulaverat, fieri judicavimus. Quapropter ſtatuimus, atque jubemus, ſecundum quod in illius ordinatione continetur, ut dentur eis annis ſingulis de tritico puro modii mille quadringenti & quadraginta: & in ſuſceptionem hoſpitum modii centum octoginta, quæ ſimul ſunt modiorum mille ſexcenti & viginti. De vino modiorum duo millia. De legumine modiorum centum octoginta. De caſeo penſans centum ſexaginta: de pinguedine aut modii viginti, aut porci quinquaginta, quales meliores invenire poſſunt. De butyro modiorum quatuor. De melle carrada una in modiis octo, ſicut ex cenſu de villa Lecarias perſolvitur, & menſale de duodecim villis melle & cera, id eſt, unoquoque menſe ſextaria quatuor mellis, & ceræ libras duas. De ſale modiorum centum. Volatilia cum ovis de duobus feſtis, id eſt, Paſcha & Nativitate Domini.*

XVI. Pro indumentis monachorum quæ præſtita.

*Ad veſtimenta etiam & omnes eorum neceſſitates ſecundum regularem inſtitutionem procurandas, conſtituimus eis eaſdem villas, quas ipſe per ſuam conceſſionem eis viſus eſt condonaſſe, id eſt, Antoniacum cum ipſa capella; vel quicquid ad ſuum opus, præſentialiter habuit vel quicquid inde homines per precarias tenent, vel quicquid per beneficium illius aliqui adhuc habent, & illic pertinere videtur, ut poſt eorum diſceſſum ad uſum fratrum revertantur. Alteram cujus vocabulum eſt, Cella, quæ dicitur Villaris cum omnibus appendentiis ſuis, quantum ipſe præſenti tempore ad ſuum opus illic habuit, & quicquid homines per precarias, & per beneficia illius tenent, & illic pertinere videntur. Tertiam, quæ vocatur Matriolas, cum omni integritate ſua. Quartam, quæ vocatur Canticantus. Quintam cujus vocabulum eſt Novigentus cum omni integritate. Sextam cujus vocabulum eſt Spinogilum cum ipſa Capella, & quicquid inde ad ſuum opus habuit. Septimam locello, qui vocatur Valedronis. Octavam, quæ dicitur Agmantus una cum ipſa ſilva, quæ vocatur Uſta. Has igitur villas cum appendentiis & redditibus ſuis (ut diximus) ad omnes ejus congregationis tam infirmorum, quam ſenum neceſſitates faciendas, & ſuſtentacula mortalis vitæ miniſtranda, Imperiali auctoritate, & indulgentia per hoc præceptum confirmationis noſtræ, ſive prædictus venerabilis Abbas in ſua confirmavit Conſtitutione, ſtabili jure ei concedimus ac confirmamus; præcipientes, ut nullus Abbas per ſucceſſiones, quod ſalubri egit conſilio, ſubtrahere aut minuere*



PAGIUS

cujus auctoritate ſic utitur: *Noſtri etiam avi Auguſtus piæ memoriæ Hludowicus, in Synodo ac Placito Generali apud Vormatiam, Apoſtolicæ Sedis & Papæ Gregorii commeante Legato cum aliis plurimis, de his, quæ Epiſcopi in Synodis per quatuor loca ſui Imperii habitis neceſſario, & utiliter nuper invenerunt, de hac unde agitur cauſa, omnium tam Epiſcoporum, quam & fidelium Laicorum votis convenientibus, ita diſcernens, quicumque, inquit, propria uxore derelicta, vel ſine culpa interfecta, aliam duxerit uxorem, armis depoſitis publicam agat pœnitentiam, &; ſi contumax fuerit, comprehendatur a Comite, & ferro vinciatur, & in cuſtodiam mittatur, donec res ad noſtram notitiam deducatur.* Recitant Capitulare iſtud Wormatienſe pluribus Capitulis conſtans Baluzius Tom. I. Capit. Reg. Franc. pag. 662. & Cointius hoc anno num. CXXIII. & ſeqq.

VII. Clandeſtina conſilia adverſus Ludovicum Aug.

Quoad Bernardum Marcæ Hiſpanicæ Præſidem ſeu Comitem Barcinonenſem ac Ducem Septimaniæ, is evectus eſt ad dignitatem Camerarii in Palatio Imperatoris, ſimulque datus Rector juventæ Caroli filii ejuſdem Imp. de quo Auctor Vitæ Ludovici Pii ait: *In eo Conventu* (nempe Wormatienſi) *comperiens* (Imperator) *clandeſtinas circa ſe eorum, quos vitæ reſervaverat, machinationes more cancri ſerpere, & multorum animos quaſi per quoſdam cuniculos ſollicitare, ſtatuit ſibi contra eos quoddam propugnaculum erigere. Nam Bernardum, eatenus Hiſpaniarum partium & limitum Cuſtodem, Cameræ ſuæ præfecit. Quæ res non ſeminarium diſcordiæ extinxit, ſed potius augmentum creavit. Sed cum necdum ii, qui tali peſte tabeſcebant, vulnus ſuum detegere poſſent, utpote quibus nulla copia ad peragendum quæ concupierant, ſuppeteret, in aliud tempus differre ſtatuerunt.*

VIII. Eorum origo.

Aperienda hic occaſio, quæ tumultus in Aula excitatos per univerſum Regnum diſſipavit, audienduſque Nithardus lib. 1. *Carolo*, inquit, *nato, quoniam omne Imperium inter reliquos filios pater dimiſerat, quid huic faceret, ignorabat. Cumque anxius pater pro filio ſuo rogaret, tandem Lodharius conſenſit, ac ſacramento teſtatus eſt, ut portionem Regni, quam vellet, eidem pater daret, tutoremque ac defenſorem illius ſe fore contra inimicos ejus in futuro jurando firmavit. Inſtigante autem Hugone, cujus filiam in matrimonium Lodharius duxerat, ac Mathfrido, cæteriſque, ſero hoc feciſſe pœnituit, & quemadmodum illud quod fecerat, annullare poſſet, quærebat. Quod patrem matremque minime latuit, ac per hoc hinc inde quod pater ſtatuerat, Lotharius diruere, etſi non manifeſte, occulte ſtudebat. Ad quod Bernardum quemdam Ducem Septimaniæ pater in ſupplementum ſibi ſumens, Camerarium conſtituit, Carlumque eidem*

*ere audeat, aut ad uſus ſuos intorqueat, aut alicui in beneficio tribuat. Sed neque ſervitia ex eis * exactet, neque paraveredos, aut expenſas ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat; neque ullas ex aliqua re exactiones inde exigat abſque inevitabili neceſſitate, præter menſuras in principali Eccleſia beati Germani, & in Ponte Pariſiis longo tempore diſpoſitas. Et ſi augeri adjudicaverit: & numerum monachorum in majus augeri, amplificari pecunia majori licentiam habeat.*

* exigat

XVII. *Hæc enim (ut putamus) ad uſum centum viginti monachorum ſufficiunt: diſtrahendi autem, aut minuendi quas pro Domini ſtatuimus amore, nequaquam præſumat. Sed ſi facere præſumpſerit, & poſt diſceſſum noſtrum hanc noſtram confirmationem, quam ſupradicti venerabilis viri Hilduini rogatu Conſtitutionem fecimus, violare voluerit: querela ad ſucceſſores noſtros, qui tunc temporis nobis ſuperſtites fuerint, deveniat; ipſique agnita auctoritate noſtra, ſtatuta noſtra defendant, & ſuæ auctoritatis præcepto confirment, qualiter futuris temporibus fratres in cœnobio ſupradicto regulam beati Benedicti ſervantes, abſque perturbatione libere Deo deſervire queant, nobiſque merces exinde in perpetua recompenſetur æternitate. Et ut hæc auctoritas, quam ob amorem Dei, & animæ noſtræ remedium ſtatuimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconvulſa valeat perdurare, manus noſtræ ſubſcriptione eam ſubter firmavimus, & anulo noſtro ſigillare juſſimus. Datum Idibus Januarii, anno (Chriſto propitio) decimoſexto Imperii domini Ludovici sereniſſimi Auguſti, Indictione ſeptima. Actum Aquiſgrani in Domini nomine feliciter.* His vero iſta ſubiicit auctor (*a*):

(*a*) *Aim. l. 5. c. 11.*

XVIII. *Hæc erat ſancti Imperatoris exercitatio, hic quotidianus ludus, hæc palæſtrica agonia, ſpectante Deo, quo ejus vita in ſancta doctrina & operatione clarius eniteret: Qui in pomparum ſublimitate conſtitutus, imitando Chriſtum, humilitate altius enitebat. Denique tunc cœperunt deponi ab Epiſcopis & clericis cingula baltheis, aureis & gemmeis cultris ornata, exquiſitæ veſtes, ſed & calcaria talos ornantia relinqui; monſtro enim ſimile ducebat, ſi Eccleſiaſticæ deputatus familiæ conaretur adſpirare ad ſæcularis ornamenta gloriæ, &c.* Hæc auctor, qui ſubiicit diaboli artes, quibus niſus eſt Imperatorem laceſſere, de quibus ſuperius dictum.

Terræmotus & ventorum vis.

Quod rurſus ad anni hujus res geſtas ſpectat, hæc habentur in rebus geſtis Ludovici Imperatoris, eodem tempore ſcriptis: *Hieme tranſacta cum Quadrageſimæ ſacrati dies celebrarentur, intempeſta nocte terræmotus adeo validus extitit, ut ædificiis cunctis ruinam minaretur. Porro venti violentia ſubſecuta, non modo minora, ſed etiam ipſum palatium Aquenſe vehementia ſui ita agitavit, ut etiam laterculis plumbeis, quibus tecta erat baſilica ſanctæ Dei genitricis Mariæ maxima ex parte detegeret.* Subditur de conventu Wormatiæ habito, deque conſpiratione in ipſum Imperatorem exorta, aucta vero cum Bernhardus Hiſpaniarum partium Comes tamquam fidiſſimus Imperatoris ab eo præfectus eſt ejus cubiculo. Porro quod ad conventum ſpectat, celebratum illum Wormatiæ fuiſſe menſe Auguſti, docent veteres Francorum Annales. Agen-

PAGIUS *dem commendavit, ac ſecundum a ſe Imperio præfecit. Qui dum inconſulte re publica abuteretur, quam ſolidare debuit, penitus evertit. Per idem tempus Carolo Alamannia per Edictum traditur.* Theganus cap. 35. Alamanniæ ſeu Sueviæ Rhætiam addit cum parte Burgundiæ, teſtaturque Carolum illis Ditionibus a patre in Conventu Wormatienſi donatum fuiſſe, præſentibus duobus aliis filiis Lothario videlicet & Ludovico, additque: *Et inde illi indignati una cum Pippino germano eorum.* De illa indignatione fratrum, agemus anno ſequenti; poſt Wormatienſem enim Conventum hoc anno res utcumque quieverunt Lothario in Italiam dimiſſo. Porro diem & menſem, quibus *Carolus Calvus* Rex coronatus, ipſemet nos edocet in Præcepto pro Cœnobio Sancti Germani Pariſienſis anno DCCCLXXII. dato, ut eo anno videbimus: *Decrevimus*, inquit, *ut de villa*, &c. *VIII. Idus Junii, quando Rex Regum nos ungi in Regem ſua dignatione diſpoſuit, refectio eis a Decano ſpecialiter adhibeatur* [1]. Hoc anno dies ſextus Junii in Dominicam incidit, & nonniſi diebus Dominicis aut Feſtis ſolemnibus Reges ungebantur & conſecrabantur. Ad

NOTÆ [1] SI in Wormatienſi conventu Carolus a Ludovico patre ſuo regni portionem obtinuit Rhetiam cum parte Burgundiæ, ut Pagius hic ex Thegano refert; & Wormatienſis conventus, ut ex Eginhardo idem Pagius hic num. 5. notat ante medium auguſtum, ut citius haberi non potuit, credi vix poteſt diem & menſem coronati in Regem Caroli recte ad ſextam junii conſignatam eſſe in diplomate S. Germani. Viderint ergo eruditi num ſincerior ſit fides alterius præcepti ejuſdem Caroli pro Turonenſi S. Martini eccleſia, quod ex duplici MS. codice vulgarunt Veter. Monum. Collectores tom. I. col. 160. Datum eſt diploma illud *die IX. Kal Maii, Indict. X. anno XXII. regnante Carolo glorioſiſſimo Rege*; qui temporis characteres annum 862. exprimunt. In eo vero aſſignat Rex annuam *refectionem* Monachis *die VI. Cal. Januarii, id eſt*, ait, *tempore ac die quo Domino annuente in Regni faſtigio conſecrati & ordinati ſumus*. MANSI



XIX. Agendum hic modo de Pariſienſi Concilio anno ſuperiori (ut vidimus) Ludovico Imperatore monente, convocato collecto autem hoc iſto anno menſe Junii, ut in ejus præfatione poſt alia iſta (*a*) leguntur: *Anno Incarnationis Domini octingenteſimo vigeſimonono, imperantibus iiſdem præcellentiſſimis, ac glorioſiſſimis ac Deo dilectis Auguſtis Ludovico videlicet, filioque ejus Lothario ſub die octavo Iduum Juniarum, nos indigni Epiſcopi ex diœceſi ſcilicet Durocortum, necnon diœceſi Senonica, & Turonica, atque Rothomagica apud Pariſiorum urbem convenimus, & qualiter de paulo ſuperius præmiſſis cauſis juxta admonitionem eorumdem Principum egerimus vel tractaverimus, atque ſtatuerimus, in ſubſequenti breviter capitulatim adnotare curavimus, non auſu temerario ſanctorum Patrum terminos tranſgredientes, ſed potius his diligenter perpenſis atque perſpectis, per eos noſtram cæterorumque fidelium vitam corrigere, & in melius reformare cupientes, &c.*

(*a*) *Concil. Pariſien. ex par. t. 3. Concil. Nicol. edit.*

Concilium Pariſienſe. Hæc de tempore, cauſa atque ſtudio Epiſcoporum, qui Pariſiis coeuntes, duos canonum libellos conſcripſerunt, in his quæ ſpectarent ad Epiſcopos, quæ etiam a Regibus præſtanda eſſent, cæteriſque Chriſti fidelibus. Quibus adiecerunt ſynodalem epiſtolam, quæ quoniam rerum geſtarum exactam cognitionem habet, hic totidem verbis eſt deſcribenda, quæ ſic ſe habet:

XX. Epiſt. Synodalis ex Concil. Pariſienſi ad Ludovicum Imp.

*Dominis præſtantiſſimis ac pietatis gratia præditis Ludovico & Lothario Orthodoxis atque invictiſſimis Auguſtis, nos famuli veſtri, quamvis indigni, tamen Epiſcopi, Deo humiles grates perſolvimus, ejuſdemque immenſam pietatem, & benignitatem collaudamus, & prædicamus, qui vos adeo in ſui amorem devotiſſimos famulos ſuos flagrare facit, ut de profectu & exaltatione ſanctæ Eccleſiæ ſuæ indeſinenter cogitetis, eamque ut matrem ſpiritualem, ſicut fideles & dilecti ſpiritales filii ad meliora & potiora ſemper provehere ſtudeatis: Nam cum mucro divinus Imperium vobis divinitus commiſſum interius exteriuſque merito noſtræ iniquitatis, multifariis attereret cladibus, prudenter animadvertentes, quod hæc nonniſi juſto Dei judicio evenirent: illico ſcriptis ſerenitatis veſtræ anno præterito, cunctis Eccleſiarum paſtores admonuiſtis; ut quia conſtabat eos ſpeculatores Domini exiſtere, & gladium divinum ſuper terram, id eſt, ſuper peccatores dirum graſſari, meminerint ſpeculationis ſuæ, & jejunio triduano generaliter ab omnibus peracto, unuſquiſque in quolibet ordine poſitus, diligenter conſcientiam ſuam conveniret, & ubi ſe Deum offendiſſe cognoſcebat, maturato per pœnitentiæ ſatiſfactionem corrigere non differret. In quibus etiam apicibus inſerere vobis placuit, ut ſi Deus pacem undique & ocium vobis tribueret, in hoc placitum veſtrum generale conſumere voluiſſetis, ut primum quicquid in vobis, id eſt, in perſona & miniſterio veſtro corrigendum inveniretur, Domino auxiliante, corrigeretis: deinde quæcumque in omnibus ordinibus Imperii veſtri Deo diſplicerent, inquireretis, & ſecundum ejus voluntatem cum conſenſu fidelium veſtrorum ad tramitem rectitudinis revocaretis, ſcilicet eum vobis, populoque vobis commiſſo propitium faceretis. Sed quia tempus optatum exterioribus incurſionibus præpedientibus ſecundum deſiderium veſtrum nacti non eſtis: libuit ſerenitati veſtræ cum quibuſdem fidelibus veſtris præterita hieme placitum habere, & de his quæ præmiſſa ſunt, diligenter tractare, Deique voluntatem quærere, & Eccleſiæ nobis commiſſæ utilitatem providere.*

*Quapropter de omnibus, quæ ad tempus emendatione digna viſa ſunt, congrua capitula ſerenitas veſtra digeſſit, Legatoſque ſtrenuos delegavit, ut per eadem capitu-* XXI.



PAGIUS IX. *Synodus Pariſienſis VI.*

Ad num. XIX. & ſeqq. In Galliis celebrata hoc anno quatuor Concilia, Moguntinum, Pariſienſe, Lugdunenſe ac Toloſanum, ut anno ſuperiori oſtendimus ex encyclicis Ludovici ac Lotharii Augg. literis. Ex illis extat tantum Pariſienſe in tres libros, ſive in Capitula XCIV. diſtributum. In ejus Præfatione ſic Epiſcopi loquuntur: *Cum liquido pateat Eccleſiam, quam Chriſtus, qui eam ſuo proprio ſanguine redemit, ſuis Orthodoxis famulis Hludovvico & Hlothario Glorioſis Auguſtis regendam tuendamque committere occulta ſua diſpenſatione voluit, diverſorum morborum generibus affici, multifariis cladibus conteri, divinum contra ſe mucronem interius exteriuſque meritis exigentibus graſſari, plagaſque quas Dominus ſuis juſſis obedire nolentibus, ſed potius ad mala, quæ vetuit, labentibus interminatus eſt, inceſſanter experiri, iidem Deo pleni Principes cœlitus inſpirati, conſulto ad Deum congruam dignamque converſionem judicaverunt eſſe faciendam.* Sub finem aiunt; *Anno Incarnationis Domini DCCCXXIX. imperantibus eiſdem Præcellentiſſimis ac Glorioſiſſimis Deoque dilectis Auguſtis, Hludovvico videlicet filioque ejus Hlotario, ſub die VIII. Iduum Juniarum, nos indigni Epiſcopi, ex Diœceſi ſcilicet Durocortorum, necnon & Diœceſi Senonica, & Turonica, atque Rotomagica apud Pariſiorum Urbem convenimus.* Synodus hæc inter Pariſienſes ordine eſt *ſexta*, ejuſque Capitula explicat Natalis Alexander in Parte prima ſæculi noni cap. IV. artic. 9.

X. *Synodus Lugdunenſis.*

Ad *Lugdunenſe* Concilium cum ſuis Suffraganeis vocati ſunt, *Agobardus* Lugdunenſis Archiepiſcopus, ac Archiepiſcopi Viennenſis, Darantaſienſis, Aquenſis, & Ebredunenſis. Canones hujus Concilii deſiderantur, ſed extant Agobardi ad Ludovicum Imp. literæ *de Inſolen-*

*pitula & flagitia malorum hominum punirent, & bonorum laudes veſtræ celſitudini noteſcerent. Inter quæ etiam ſtatuiſtis, in quatuor partibus Imperii veſtri conventus Epiſcoporum uno eodemque tempore fieri, in quibus tractarent, quærerent, atque cum Dei adjutorio invenirent de cauſis ad religionem Chriſtianam, eorumque curam pertinentibus; quid a Principibus & reliquo populo, vel ita, ut divina auctoritas docet, aut aliter tenetur, vel quid inde ex parte, aut ex toto dimiſſum eſſet, ut non teneretur. Deinde quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt, moribus, converſatione, & actibus inveniri poſſet, quod divinæ regulæ, atque auctoritati non concordaret; ſimulque inveniretur, quæ occaſiones in utroque ordine id effecerint, ut a recto tramite deviaſſent: & quicquid de his inventum fuiſſet, veſtræ celſitudini notum facerent.*

XXII. *Quod ut Deus poſſe dedit, nos fideliſſimi ac devotiſſimi ſalutis veſtræ procuratores, juxta parvitatem ſenſus noſtri, prout brevitas temporis permiſit, ſecundum ſanctam devotionem & ordinationem veſtram de cauſis ad religionem Chriſtianam, noſtrumque miniſterium atque periculum pertinentibus; necnon & de his, quæ ad noſtram correctionem & emendationem pertinere proſpeximus, ſive de his, quæ populis generaliter annuntianda & admonenda prævidimus, capitulatim in præcedentibus adnotavimus libellis, veſtræque ſerenitati legenda, immo probanda, obtulimus. Et quamquam de his, quæ præmiſſa ſunt, veſtro ardentiſſimo deſiderio prius ſatisfacere elegerimus: nequaquam tamen hæc, quæ ſpecialiter ad veſtram perſonam, miniſteriumque pertinere cognovimus, oblivioni tradidimus; ſed potius veſtræ ſaluti proſpicientes, nonnulla capitula neceſſaria in ſecundo hujus operis libello ad nomen, miniſteriumque veſtrum pertinentia, periculumque cavendum, ſolerti ſtudio congeſſimus, & vobis familiariter admonitionis gratia porrigenda devovimus, ut ea diligenter inſpiciendo legendo, & audiendo, aperte atque diſtincte veſtra cognoſcat celſitudo, de quibus, & pro quibus in memoratis conventibus noſtris, ſecundum virum noſtrorum poſſibilitatem fideliter ſalubriterque egerimus.* Hactenus epiſtola ſynodalis ad Imperatores Ludovicum & Lotharium.

XXIII. Sed quid accidit? Cum multa iidem ſtatuiſſent Epiſcopi, quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam, moreſque fidelium ſpectare poſſe viderentur, & (quod idem expetierat Ludovicus) ex ſanctorum Patrum ſcriptis pariter deprompſiſſent, quæ ad ipſum Imperatorem pertinere poſſent: ſed cum generatim tantum eadem ingeſſiſſent, prætermiſiſſent vero ſpecialia, quibus in primis monendus fuiſſet, timore fortaſſe, ne in ea ipſe animo haud æquo tuliſſet: viſum eſt ipſis eadem, quaſi per tranſennam, ita illi ſignificare, ut ſi voluiſſet, emendare etiam potuiſſet. Ne igitur apud Deum ſilentii redargui poſſent Epiſcopi, quod Regi non aperuiſſent quæ in primis corrigenda eſſent, neve aperiendo, eum in iram provocaſſent: ita inter eos deliberatum, ut id facerent per appendicem. Hic in memoriam revocetur quod Einhardus dolens de Ludovico teſtatus eſt, eum, quæ divinitus admonitus eſſet, nonniſi ex parte ſervaſſe, aliis magna jactura Imperii prætermiſſis, ut exitus declaravit. At quænam erant iſta, quæ per appendicem appoſuerunt Epiſcopi? Læſa nimirum negligentia Regum Eccleſiaſtica jura, & oppreſſa ab eis libertas Eccleſiæ. Nam audi quæ ad finem appendicis iidem habent Epiſcopi.

XXIV. *Exceptis præmiſſis capitulis, in quibus ſicut diximus, multa negligebantur, ſpecialiter tamen unum obſtaculum ex multo tem-*

PAGIUS *lentia Judæorum*, quæ ſcriptæ videntur poſt Collationem ea de re habitam in Synodo, cujus mentionem Agobardus haud obſcure feciſſe creditur his verbis: *quæ omnia cum confratribus contulimus*. Extant & aliæ *de Judaicis Superſtitionibus* literæ, quas tunc ad eumdem Auguſtum direxerunt, *Agobardus*, *Bernardus*, & *Eaof*, ex quibus prior Lugdunenſis Archiepiſcopus, ſecundus Archiepiſcopus Viennenſis, & tertius Cabilonenſis Epiſcopus. Fieri potuit inquit Cointius hoc anno num. CXIII. ut hi tres Pontifices totius Concilii nomine literas ſcripſerint, & *Agobardus*, qui Synodalis illius Epiſtolæ ad Imperatorem mittendæ curam in ſe receperat, aliam quoque relationem conſentiente Synodo conjunxerit, qua privatim de Judæorum inſolentia querebatur. Præter Lugdunenſem autem Synodum hoc anno habitam, vix aliam reperias, cui Lugdunenſis ac Viennenſis Metropolitæ cum Epiſcopo Cabilonenſi præſentes interfuerint. Queritur Agobardus de Eurardo Magiſtro Judæorum, & de Miſſis Imperatoris Geſrico ac Frederico, qui *oſtenderunt ſe Chriſtianis terribiles, & Judæis mites, maxime Lugduni, ubi partem perſecutionis adverſus Eccleſiam depinxerunt*, & in quantam exinde Judæi proruperint inſolentiam, eidem Auguſto exponit, poſteaque ſubdit: *Hæc paſſi ſumus a fautoribus Judæorum, non ob aliud, niſi quia prædicavimus Chriſtianis, ut mancipia eis Chriſtiana non venderent, ut ipſos Judæos Chriſtianos vendere ad Hiſpaniam non permitterent, nec mercenarios domeſticos habere, ne feminæ Chriſtianæ cum eis ſabbatizarent, & ne diebus Dominicis operarentur, ne diebus Quadrageſimæ cum eis pranderent, & mercenarii eorum iiſdem diebus carnes manducarent, ne quilibet Chriſtianus carnes a Judæis immolatas & dezublatas emeret, & aliis Chriſtianis venderent, ne vinum illorum biberent, & alia hujuſmodi.*

XI. *Eſt enim Judæorum uſus, ut quando quodlibet pecus ad eſum mactant, ut ſubactum pecus tri-*



*tempore jam invaluiſſe cognovimus, id eſt, quia* * *Principibus poteſtas, diverſis occaſionibus intervenientibus, ſecus quam auctoritas divina ſe habeat, in cauſas Eccleſiaſticas proſiluerit; & ſacerdotes partim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate in ſæcularibus negotiis & ſolicitudinibus mundi, ultra quam debuerint, ſe occupaverint. Et hac occaſione aliter quam divina auctoritas doceret, in utraque parte actum extitiſſe, dubium non eſt. Sed quia, Deo miſerante, a progenitoribus, & genitore veſtro, & a vobis nonnulla correcta gratulamur, ſi ea, quæ admonemus, proſperum ſucceſſum habuerint: credimus quod ad perfectionis ſtatum, veſtra intentio, noſtraque devotio, Deo cooperante, pervenire poterit.*

* Principum De oppreſſis juribus Eccleſiaſticis.

XXV. *Verumtamen qui novimus ſtatum Regni hujus, ſub tali conditione & tenore creviſſe, atque dilatatum eſſe, & a prudentiſſimis, ſanctiſque prædeceſſoribus noſtris, ſcilicet ab Epiſcopis, ſive a Principibus hanc cauſam ex toto correctam non fuiſſe, propter hæc, quæ ſuo tempore dici poterunt, & pondus tantæ conſiderationis parcitatis noſtræ vires exceſſit; quoniam nec otium, nec ſpacium temporis, nec ad plenitudinem conſacerdotum noſtrorum, ſicut ipſa neceſſitas expoſcebat, habuimus. Et ideo hæc congruentiori tempori, vita comite, ſi Deus ita annuerit, tractanda & conſideranda diſtulimus: quoniam tantæ conſiderationis perfectio indiget aſſenſu, & adjutorio Principum, multitudine atque devotione, necnon & ſtudio ſacerdotum, obedientia & concordia populi, & congruentia loci, temporiſque ſpacio.*

*Porro de Epiſcopali libertate, quam Deo annuente, veſtroque adminiculo ſuffragante, adipiſci ad Dei ſervitium peragendum cupimus: ſuo tempore nobis dicenda, atque vobiſcum conferenda reſervavimus; quatenus ita ſit, ut & noſmetipſos ſalvare, populoque nobis ſubjecto utiliter ſalubriterque prodeſſe, atque pro vobis, & ſtabilitate Imperii veſtri libentius valeamus Domini miſericordiam exorare; & de veſtris obſequiis & Regni adjutorio ſolatium debitum minime ſubtrahatur, ſed ſi poſſibile fuerit, potius augeatur.* Hucuſque Patres.

XXVI. Sed quæ jam ex ſanctis Patribus generatim antea eidem propinaſſent, quæ ad Chriſtianum Principem ſpectare poſſe viſa eſſent hic deſcribamus: poſt multa enim divinæ ſcripturæ loca, iſta ex Fulgentio in primis haurientes, propoſuerunt ipſi ſervanda.

*Clementiſſimus quoque Imperator non ideo eſt vas miſericordiæ præparatum in gloriam, quia apicem terreni principatus accepit ſed ſi in Imperiali culmine recta Fide vivat, & vera cordis humilitate præditus, culmen regiæ dignitatis ſanctæ religionis ſubiiciat. Si magis in timore ſervire Deo, quam in tumore dominari populo delectetur: ſi in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem: ſi ſe magis diligendum, quam timendum cunctis exhibeat: ſi ſubjectis ſalubriter conſulat: ſi juſtitiam ſic teneat, ut miſericordiam non relinquat: ſi præ omnibus ita ſe ſanctæ matris Eccleſiæ meminerit filium, ut ejus paci atque tranquillitati per univerſum mundum prodeſſe ſuum faciat principatum. Magis enim Chriſtianum regitur, atque propagatur Imperium, dum Eccleſiaſtico ſtatui per omnem terram conſulitur, quam cum in parte quacumque terrarum pro temporali ſecuritate pugnatur.* Et inferius:

Quæ conveniant Imperatori.

XXVII. *Regale miniſterium ſpecialiter eſt populum Dei gubernare & regere cum æquitate*

PAGIUS *tribus inciſionibus non fuerit jugulatum; ſi apertis interraneis jecur læſum apparuerit, ſi pulmo lateri adhæſerit, vel eum inſufflatio penetraverit; ſi fel inventum non fuerit, & alia hujuſmodi; hæc tanquam immunda a Judæis repudiata, Chriſtianis venduntur, & inſultario vocabulo Chriſtiana pecora appellantur. De vino vero, quod & ipſi immundum fatentur, & non eo utuntur niſi ad vendendum Chriſtianis, ſi contigerit ut in terram defluat quolibet loco, licet ſordido, feſtinantes hauriunt iterum de terra, ad conſervandum in vaſa remittunt. Qualiter vero & alia improbanda circa illud agant, non ſolum de Criſtianis, ſed & de Judæis, multi ſunt teſtes. Quod autem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & Chriſtianos in omnibus orationibus ſuis ſub Nazarenorum nomine quotidie maledicant, non ſolum Beatus Hieronymus, qui ſe ſcribit noviſſe illos intrinſecus & in cute teſtis eſt, ſed & de ipſis Judæis plerique teſtantur.* Et infra: *dum eis contra legem permittitur novas ſynagogas extruere, ad hoc pervenitur, ut dicant imperiti Chriſtiani, melius eis prædicare Judæos quam Presbyteros noſtros, maxime cum & ſupradicti Miſſi, ne Sabbatiſmus eorum impediretur, mercata, quæ in Sabbatis ſolebant fieri, tranſmutari præceperint, & quibus diebus deinceps frequentari debeant, in illorum optione poſuerint, dicens hoc Chriſtianorum utilitati propter diei Dominici vacationem congruere; cum Judæis magis probetur inutile, quia & hi qui prope ſunt, Sabbato ementes victus neceſſaria, liberius die Dominico Miſſarum ſolemnitatibus & Prædicationibus vacant; & ſi qui de longe veniunt, ex occaſione mercati tam veſpertinis quam matutinis occurrentes Officiis, Miſſarum ſolemnitate peracta, cum ædificatione revertuntur ad propria.*

Inſolentia Judæorum in Galliis.

XII. Poſtrema pars hujus Epiſtolæ ſynopſis eſt alterius *de Judaicis Superſtitionibus*, quæ tota conſtat auctoritate Divinarum Scripturarum, Sententiis Patrum, Conciliorum Decretis, & Edictis Regum. Agobardus ad calcem iſtius Epiſtolæ hoc embolum adjecit de Judæis, qui Chriſtianos pueros aut furabantur, aut emebant, atque in alias Provincias ablegabant procul a Chriſtianorum conſortio vitam deinceps acturos; *Et cum præcedens*, inquit, *ſchedula di-*

*De ea queritur Agobardus.*

Quæ ſint bonorum principum.

*te & juſtitia, &, ut pacem & concordiam habeant, ſtudere. Ipſe enim debet primo defenſor eſſe Eccleſiarum, & ſervorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumque pauperum.* Et poſt alia multa ex Iſidoro: *Principes ſæculi nonnumquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, ut per eamdem poteſtatem, diſciplinam Eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi ut quod non prævaleat ſacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. Sæpe per Regnum terrenum cæleſte Regnum proficit, ut qui intra Eccleſiam poſiti contra Fidem & diſciplinam Eccleſiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipſamque diſciplinam, quam Eccleſia exercere non prævalet, cervicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, & ut venerationem mereatur, virtutem poteſtas impertiat. Cognoſcant Principes ſæculi Deo debere reddere rationem propter Eccleſiam, quam a Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſive augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſive ſolvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam credidit.* Hæc de his, quæ ſunt Regum ac Principum erga ſanctam Eccleſiam debita jura ſpectantia; reliqua tu videas pro arbitrio: conſulimus nos quantum fas eſt brevitati. Quod vero præter Pariſienſe tria alia (ut diximus) fuerunt a Ludovico Imperatore in Galliis eodem tempore celebrari juſſa, nimirum, Moguntiæ, Lugduni, atque Toloſæ: ipſa non extant: nam quod Moguntiæ conſtat ſub eodem Ludovico celebratum eſſe Concilium, illud non hoc anno, ſed longe poſt eſſe habitum liquet: de quo ſuo loco dicturi ſumus.

☞ Præter alios Epiſcopos Agobardus hoc anno, quo terræmotus agitavit, ut dictum eſt, Gallias, & ipſe ſcripſit acerrimam ad Ludovicum Imperatorem admonitionem, quam ex oblivione in lucem erutam, hic tibi deſcribendam curavimus. Sic ſe habet (a): XXVIII.

*Domino glorioſiſſimo Ludovico Imperatori. De diviſione Imperii Gallicani inter hæredes Ludovici Imperatoris, Agobardi flebilis epiſtola.*

(a) *Apud Agob. Pariſiis cuſum anno 1605. pag.* 349.

Agobardi Archiep. ad Ludovicum Imp. epiſt.

*Cum unuſquiſque fidelis omni fideli fidei ſinceritatem debeat, dubium non eſt, quod præcipue fidei Prælato, cui Reſpublica ad gubernandum commiſſa eſt, fides ſervanda ſit ab omnibus, qui divinæ diſpoſitioni fideliter ſubiecti ſunt, ſicut Apoſtolus docet: Omnis, inquiens, anima poteſtantibus ſublimioribus ſubdita ſit; quamquam circa nullum infideliter agendum ſit. Propter quod & alius Apoſtolus dicit: Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: & docemur orare pro omnibus hominibus, pro Regibus, & his, qui in ſublimitate ſunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Et in alio loco dicitur: Ideo neceſſitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam. Cum autem hæc ita ſint, & omnes*

PAGIUS

*ſtata fuiſſet, ſupervenit quidem homo fugiens ab Hiſpanis de Cordoba, qui ſe dicebat furatum eſſe a quodam Judæo Lugduno ante annos viginti quatuor, parvum adhuc puerum, & venditum, fugiſſe autem anno præſenti cum alio qui ſimiliter furatus fuerat Arelate ab alio Judæo ante annos ſex. Cumque hujus, qui Lugdunenſis fuerat, notos quæreremus, & inveniremus, dictum eſt a quibuſdam & alios ab eodem Judæo furatos, alios vero emptos, ac venditos; ab alio quoque Judæo anno præſenti alium puerum furatum & venditum, qua hora inventum eſt plures Chriſtianos a Chriſtianis vendi, & comparari a Judæis, perpetrarique ab eis multa infanda, quæ turpia ſunt ad ſcribendum.*

XIII. *Epiſtola Agobardi de Diviſione Imperii.*

Baronius in Appendice ad hunc annum refert aliam *Agobardi* Epiſtolam, cujus titulus eſt: *de Diviſione Imperii Francorum inter filios Ludovici Imperatoris, Agobardi flebilis Epiſtola.* Verum ea anno DCCCXXXIII. data, quo Agobardus defecit ad patres Lotharii, ut præter librum Apologeticum pro filiis Imperatoris indicio eſt ea Epiſtola, aliaque de quibus eo anno commodius agemus.

XIV. *Initium converſionis Suecorum.*

Directa anno tantum ſequenti prima *Miſſio* ad converſionem *Suecorum* & *Suedorum*, qui teſte Tacito de Moribus Germanorum cap. 44. alias *Suiones*, & teſte Remberto in Vita Sancti Anſcharii, hoc tempore *Sueones* appellabantur, populus Tacito Antiquæ Sueviæ a Germanis mare Suevico, hodie Balthico diviſus. Cum enim Sanctus Anſcharius, poſtquam in erudiendis Danis biennium poſuiſſet, miſſa eſt a Suecis Legatio ad Ludovicum Aug. qua ſibi Sacerdotes concedi petiere. Rem narrat Baronius anno DCCCXXVI. num. XL. ex Adamo Bremenſi, quo ea Legatio obita, ſed quæ ibi refert, ad annum ſequentem revocanda; hæc enim Legatio a Ludovico Aug. non ſuſcepta niſi poſtquam Anſcharius cum Autberto Monacho per biennium & amplius Danis Evangelium annunciaſſet, iſque diu ægrotaſſet. Rembertus his verbis rem declarat. *Cum in hoc ſancto propoſito* (ideſt in erudiendis Danis) *biennio aut eo amplius morarentur* (nempe uſque ad finem anni DCCCXXVIII. aut præſentis initium) *contigit jam dictum fratrem Autbertum infirmitatis gravari moleſtia. Qua de cauſa inde ad Novam Corbeiam deductus, languore diutino ingraveſcente, felici, ut credimus, tranſitu, in tempore Paſcha, ſicuti & ipſi antea Domino revelatum fuerat, diem inibi clauſit extremum. Interim vero contigit Legatos Sueonum ad memoratum veniſſe Ludovicum*, Imperatorem nempe. Quare poſt diutinum morbum *Autbertus* tempore Paſchali ſequentis Chriſti anni ad Deum migravit, eodemque Chriſti anno Legati Suecorum ad Ludovicum Aug. venere. Cointius quidem hoc anno num. CXVII. utrumque ad hunc annum refert, quia ſcilicet exiſtimavit, *Anſcharium* anno ſequenti ordinatum eſſe Epiſcopum Hamburgenſem, ſed hoc infra con-



*omnes vobis fideles eſſe debeant, quomodo quiſquam fidelis vobis eſſe poterit, ſi videns, aut intelligens veſtrum periculum, non ſe ingerit quantum poteſt, ut vobis indicet, & cognitum faciat, ſi tamen locus, aut facultas penitus illi non denegatur? Teſtor omnipotentem Deum, qui ſcrutator eſt cordium, & renum, quia nulla alia extat cauſa, pro qua hæc ſcribere præſumo, niſi quia doleo quantum dicere non poſſum, de periculis, quæ vobis imminere videntur, & maxime animæ. Nam quanto excellentior ſubſtantia eſt anima corpore, tanto excellentiori ſollicitudine curam animæ gerere debemus, quam corporis, ita Domino docente in Evangeliis, ſicut ipſi optime noſtis. Anno itaque præſenti, in attritione, & commotione, agitatione, & afflictione terræ, & habitantium in ea, quanta mala increbuerint, nemo hominum eſt, qui enumerare poſſit, nulla exigente cauſa, nulla compellente neceſſitate, ut ita fieri oporteret certamina, quæ tenemus: quia ſi voluiſſetis, tranquillam, & quietam vitam ageretis cum filiis veſtris, non minus quam Pater veſter, & Avus. Adſit omnipotens, & miſericors Deus, qui habitator eſt pectoris veſtri; adſit enim patientia veſtra, qua cæteros homines præcellitis, ut hæc, quæ ſuggero, tranquille audire, & perpendere dignemini. In illo tempore, quando filium veſtrum participem nominis veſtri facere curaſtis; ita in publicum veſtrum interrogando hoc inchoaſtis, dicentes: Quod ad ſtabilimentum Regni pertinet, & ad robur regimimis, debet homo differre, an non?*

*Cumque omnes reſpondiſſent, quod utile, & neceſſarium eſt, non eſſe differendum, ſed potius accelerandum: ſtatim vos, quod cum pauciſſimis tractaveratis, omnibus aperuiſtis; & dixiſtis vos velle propter fragilitatem vitæ, cui incerta eſt mors, ut dum valeretis, nomen Imperatoris uni ex tribus filiis veſtris imponeretis, in quo voluntatem Dei quoquo modo cognoſcere potuiſſetis. Propter quam cognoſcendam injunxiſtis, ut facerent omnes jejunium triduanum, offerrent ſacerdotes ſacrificia omnipotenti Deo, qui ſuavis, & mitis, & multæ miſericordiæ eſt omnibus invocantibus ſe: * egeret quoque ab omnibus eleemoſyna per illud triduum ſolito largior, ut omnipotens Deus, qui ſumma benignitate regit corda in ſe ſperantium, infunderet in corde veſtro voluntatem ſuam, & non ſineret ſuper alium inclinari voluntatem veſtram, niſi ſuper eum, qui ſibi placuiſſet. Itaque perfeciſtis omnia, quæ in tali re facienda erant, tali fide, & ſpe, ut hoc a Deo vobis infuſum, & inſpiratum nemo dubitaret. Cæteris filiis veſtris deſignaſtis partes regni veſtri, ſed ut unum regnum eſſet, non tria, prætuliſtis eum illis, quem participem nominis veſtri feciſtis, ac deinde geſta ſcribere mandaſtis, ſcripta ſignare, & roborare, & conſortem nominis veſtri factum, Romam miſiſtis, a ſummo Pontifice geſta veſtra probanda, & firmanda, ac deinde jurare omnes juſſiſtis, ut talem electionem, & diviſionem cuncti ſequerentur, ac ſervarent. Quod juramentum nemini viſum eſt ſpernendum, aut ſuperfluum, ſed potius opportunum, atque legitimum, eo quod*

* cogeretur

PAGIUS

confutabimus, cauſam exitumque Legationis his verbis narrat Rembertus: *Interim vero contigit Legatos Sueonum ad memoratum veniſſe Ludovicum, qui inter alia Legationis ſuæ mandata clementiſſimo Cæſari innotuerunt, eſſe multos in gente ſua, qui Chriſtianæ religionis cultum ſuſcipere deſiderarent. Regis quoque ſui animum ad hoc ſatis benevolum, ut ibi Sacerdotes Dei eſſe permitteret: tantum ejus munificentiæ mererentur, ut eis Prædicatores deſtinaret idoneos. Quos religioſiſſimus audiens Imperator, plurimum exhilaratus, denuo quærere cœpit, quos in illas partes dirigeret, qui probarent, utrum populus ille ad credendum paratus eſſet, ſicuti Miſſi illi intimaverant, & cultum Chriſtianæ religionis illis tradere inciperent. Unde factum eſt, ut iterum cum memorato Abbate veſtro* (id eſt cum Wala Corbeiæ Veteris Abbate) *Sereniſſimus Imperator tractare cœperit, ſi quem forte de ſuis Monachis invenire poſſet, qui pro Chriſti nomine in illas partes ire vellet: aut certe qui cum Herioldo moraretur, & is qui cum eo erat, ſervus Dei Anſcharius, illam ſuſciperet Legationem.*

XV. *S. Anſcharius ad eos miſſus.*

Paulo poſt refert Rembertus Anſcharium duabus viſionibus cœlitus inſpiratum fuiſſe, ut Sueonibus Verbum Dei nunciaret, ſubditque: *Cum itaque ante præſentiam Cæſaris adductus, interrogatus ab eo fuiſſet, utrum Legationem iſtam ſuſcipere vellet, libera voce reſpondit, ſe paratum ad omnia, quæ illi pro Chriſti nomine ſua auctoritate decreviſſet injungere. Tunc Dei Providentia ſocium illi ex veſtra fraternitate Venerabilis Abbas invenit Nonnum Vitmarum* (Nonni vocantur Priores in cap. 63. Regulæ Sancti Benedicti) *tanto operi ſatis condignum & voluntarium. Porro cum Herioldo eſſe diſpoſuit Patrem devotiſſimum Giſlemarum, fide & operibus bonis probatum, atque in Zelo Dei ferventiſſimum. Suſcepit itaque Legationem ſibi a Cæſare injunctam, ut in partes iret Sueonum, & probaret utrum populus ille ad credendum paratus eſſet, ſicuti Miſſi ſupradicti innotuerant. In qua Legatione, quanta, quamque gravia perpeſſus ſit mala, melius ipſe, qui interfuit, prædictus Pater Vitmarus intimare poterit. Nobis hoc tantum narraſſe ſufficiat, quod dum in medio fere eſſent itinere, in pyratas offenderunt. Et cum negotiatores, qui cum eis ibant, ſe viriliter defenderint, & primo quidem victoriam ceperint; in ſecundo tamen ab iiſdem Pyratis devicti ac ſuperati ſunt, ita ut naves & omnia quæ habebant eis tulerint, & ipſi vix pedibus ad terram fugientes evaſerint. Ibi itaque & munera Regia, quæ illuc deferre debuerant, & omnia quæ habuerat, perdiderunt exce-*

quod ad pacem, & concordiam pertinere videretur. In proceſſu quoque temporis, quotieſcumque, aut quocumque Imperiales litteræ mitterentur, amborum Imperatorum nomina continebant. Poſtea vero mutata voluntate, convulſa ſunt ſtatuta, & de litteris nomen omiſſum eſt, & in omnibus contraria attentata ſunt. Cum neque per ſeipſum Deus, neque per Angelum, neque per Prophetam vobis dixerit: Pœnitet me ita conſtituiſſe: ſicut de Saule dixit Samueli. Adhuc quoque neſcitis, qualiter in ſecretis Dei conſiliis definitum ſit. Et ecce ſine ulla ratione, & conſilio, quem cum Deo elegiſtis, ſine Deo repudiatis, & cujus vuluntatem in eligendo quæſiſtis, non expectato exitu voluntatis ejus, rem probatam reprobatis. Non ignorat prudentia veſtra, quod ſequendus eſt Deus, non præcedendus. Nam qui præcedere vult, tentat, quod non eſt ex fide, dicente ipſo Domino:
(a) Mat. 5. (a) Non tentabis Dominum Deum tuum.

Oro, Domine mi, adſit benigniſſima pietas veſtra, ne aſpernanter iſta accipiatis, ſed potius ingrediamini ſacrarium mentis veſtræ cum Deo, & loquimini cum illo, mediante fidei pietate, & invenietis vos dixiſſe Deo non verbis, ſed rebus: Domine rogavimus & deprecati ſumus faciem reſpectus tui ſuppliciter, ut tua illuminatione, & gubernatione eligeremus participem Imperii: Sed quia tecum bene non fecimus, ſine te melius conſilium invenimus. Abſit, abſit; avertat Deus a vobis, ut inſpirationem Dei repudietis, & voluntates hominum carnalia tantum ſapientium ſtatuatis, ut in errorem inducamini & ſeducamini. Obſecro clementiam veſtram, ut ſecundum a Deo vobis collatam prudentiam perpendatis, quomodo beatus Jacobus Apoſtolus reprehendat eos, qui propriis animorum motibus proponunt aliquas effecturas ſine proſpectu divinæ permiſſionis, dicens: (b) Ecce nunc qui (b) Jacob.
dicitis, hodie aut cras ibimus in il- 4.
lam civitatem, & faciemus quidem ibi annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in craſtinum: quæ enim eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, deinceps exterminabitur. Pro eo, ut dicatis: Si Dominus voluerit, & ſi vixerimus, faciemus hoc, aut illud, & cavete ab hominibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, quia non omnium eſt fides. Cognovit Dominus qui ſunt ejus, & quicumque ejus ſumus, quantulacumque veritatis luce fruimur, & veritate illuminante ſinceriter vos amamus, fideliter veſtram ſempiternam felicitatem exoptamus: & idcirco tanta mala, tanta ſcelera iſto anno ex hac occaſione perpetrata dolemus, & timemus valde, ne in vos furor Dei concitetur. Recordamur namque ardentiſſimæ religionis veſtræ, quam cognovimus ſemper in aſſiduitate orationum, in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis ſpiritualibus cantantem & pſallentem Deo in corde puro, in contritione cordis, in compunctione placidæ mentis, in ſollicitudine miſericordiarum & omnium bonorum ſtrenuitate. Et ideo ut dictum eſt, timendum nobis videtur, ne tepeſcat, ne frigeſcat; optandum vero, ut ferveſcat, perſeverando uſque in finem, ut ſalus ſempiterna ſequatur. Et quia ſuperius de legitimo, & opportuno juramento mentio facta eſt: videtur mihi non celandum excellentiæ veſtræ, quod multa murmuratio eſt nunc inter homines propter contraria & diverſa juramenta, & non ſola murmuratio, ſed triſtitia, & detractio adverſum vos, quod mihi uſquequaque diſplicet: quorum murmuratio ad illud pertinere eis videtur, quod beatus Hieronymus in expoſitione Jeremiæ dicit in illo loco, ubi Propheta ait: Et jurabis, vivit Dominus, in veritate, & in judicio, & juſtitia. Ait ergo prædictus Doctor: Simulque animadvertendum, quod jusjurandum hos habeat comites veritatem, judicium, atque juſtitiam: ſi iſta defuerint, nequaquam erit juramentum, ſed perjurium. Hucuſque in codice commonitio Agobardi, qui uſque ad ejus depoſitionem eſt inſectatus eumdem Ludovicum Imperatorem, ut inferius apparebit. ☞

PAGIUS cepto parum quid, quod forte proſilientes e navi ſecum auferre & aſportare poterant. Inter quæ & pene quadraginta libros, quos ad ſervitium Dei ſibi aggregaverant, illis diripientibus amiſerunt. Hoc itaque facto cum quidam reverti, quidam in antea ire diſponerent, ſervus Dei accepto itinere nulla ratione flecti potuit: quin potius in Dei ponens arbitrio quid illis contingeret, nequaquam redire diſpoſuit, antequam nutu Dei dinoſceret, utrum in illis partibus licentia prædicandi fieri poſſet. Cum gravi itaque difficultate pedibus poſt hoc per longiſſimam viam incedentes, &, ubi congruebat, interjacentia maria navigio tranſeuntes, tandem ad portum Regni ipſorum, qui Byrca dicitur, pervenerunt: ubi benigne a Rege eorum, qui Bern vocabatur, ſuſcepti ſunt.

XVI. In Regiam Sueciæ venit. Byrca vel Birca Regia tunc erat Suecorum, locus emporio nobiliſſimus inter Telgas & Sictonam ſeu Sigdunam, Oppida etiamnum nota poſitus; Sigduna vero ſeu Sictono inter Ubſolam & Stockholmiam Urbem nunc Regiam ſita eſt, & itinere unius diei diſtat ab Ubſola ſive Ubſalia. Telgæ in hodierna Sudehmannia conſpiciuntur ad Auſtralem Meleri lacus partem mare Balthicum verſus. Rex Bern Adamo Bremenſi eſt Bior, aliis Biornus, qui a Joanne Magno lib. 7. cenſetur Rex centeſimus, diciturque Legatos a Carolum M. miſiſſe, ac poſtulaſſe Doctores ad ſe tranſmitti. Verum hujus Legationis nulla apud Antiquos mentio, ideoque hac in re Joannes Magnus non audiendus.

XVII. Suecis Evangelium annunciat. Pergit Rembertus: Cognita itaque Legatione eorum & cum ſuis de hujuſmodi negotio pertractans fidelibus, omnium pari voto atque conſenſu dedit licentiam eis ibi manendi & Evangelium Chriſti prædicandi, conceſſa libertate, ut quicumque vellent, eorum doctrinam expeterent. Itaque alacri corde ſervi Dei, videntes proſpere ea quæ optaverant, ſucceſſiſſe, populis ibi conſtitutis Verbum Dei adnunciare cœperunt. Plures quoque erant, qui eorum Legationi favebant. Multi etiam apud eos captivi habebantur Chriſtiani, qui gaudebant jam tandem ſe myſteriis poſſe participari: probatumque eſt omnia ita veraciter conſtare, ſicuti Miſſi ipſorum Sereniſſimo Cæſari innotuerunt, & Baptiſmi gratiam nonnulli devote expetebant. Inter quos Præfectus vici ipſius & Conſiliarius Regis, admodum illi amabilis, Herigarius nomine, ſacri baptiſmatis donum ſuſcepit, atque in fide Catholica firmiſſimus extitit. Ipſe namque in hæreditate ſua Eccleſiam fabricavit, & in Dei ſervitio ſemetipſum religioſiſſime exercuit. Hujus Viri diverſa extant inſignia, & ejus invictæ fidei multa probantur indicia, quæ in ſequentibus evidentius exponemus. Peracto itaque apud eos altero dimidio anno, præfati ſervi Dei cum certo ſuæ Legationis experimento, & cum literis Regia manu more ipſorum deformatis ad Sereniſſimum reverſi ſunt Auguſtum. Per alterum illum dimidium annum intellige poſteriores menſes anni octingenteſimi triceſimi; cum Sanctus Anſcharius anno octingenteſio triceſimo primo Hamburgenſis Archiepiſcopus ordinatus fuerit, poſtquam per ſex menſes illos Evangelium Suecis prædicaſſet. Neque enim Anſcharius anno ſequenti conſecratus fuit; cum anno DCCCLXV. triceſimo quarto Epiſcopatus ſui anno e vivis exceſſerit, ut infra probabitur.

I. Theophili Imp. perſecutio adverſus orthodoxos.

TRigeſimus ſequitur annus post octingenteſimum, octava Indictione ſignatus, quo Theophilus Imperator adverſus Orthodoxos ad ſtabiliendam hæreſim Iconoclaſtarum violentus inſurgit. Didicerat leunculus iſte capere prædam, cum vivente patre, S. Euthymium Epiſcopum (ut ſuperius dictum eſt) quod eſſet defenſor Catholicæ veritatis, juſſit occidi. Cum vero factus leo, liberas nactus habenas Imperii, pro arbitratu in Orthodoxos inſurgens, non quemquam obvium tantum adortus eſt, ſed exquiſita arte ſingulos ſuo ſubjectos Imperio indagans, de iiſdem haberi voluit quæſtionem, & ſupplicium ſumi, adeo ut hac ex parte cæteris ſuperius nominatis Imperatoribus Iconoclaſtis, habitus ſit, deterior. Dolemus non ad hæc tempora Theodorum ſupervixiſſe Studitam, qui tantæ perſecutionis epiſtolarem, pro more ſuo, nobis reliquiſſet hiſtoriam: nam vix paucis ex veteribus fragmentis in lucem vendicatis, quam plurima relinquere ſepulta ſilentio cogimur; verumtamen ſic res ſe habet, ut ex his paucis multa Lector ſagax ſatis coniicere poſſit.

II. Edictum Theopili Imp. ad inquirendos orthodoxos.

Fuit in primis illud novi perſecutoris inventum, ut in mandatis daret Quæſtoribus ſuis, ut a ſingulis ſub Orientali ſibi ſubjecto Imperio conſtitutis cum tributum capitationis exigerent, pariter de cujuſque ipſorum fide quæſtionem haberent, eſſetne quiſquam ex eis cultor imaginum. Quod ſi quis ejuſmodi inventus eſſet Fidei Orthodoxæ Confeſſor, is mox coniiceretur in carcerem, pœnas daturus acerbiores, niſi ipſum cultum ſacrarum imaginum publice deteſtaretur.

Quot fuerunt tunc lapſorum funera præ metu negantium? Et quæ confitentium pœnæ exilia atque mortes? Eſt de ejuſmodi Imperatoris edicto mentio in actis S. Joannicii Anachoretæ, de quo ſæpe ſuperius actum eſt, his ſcilicet verbis: *Sceptra quidem Romanorum tenebat Theophilus. Ille autem congerendo auro totus inhiabat, & ab eo ſuperabatur, & alioqui non ferens eſſe Chriſtianus, & ſe impie gerens in divinas imagines, & quomodo poteſtate, ita etiam Iconomachorum dogmate alios ſuperans talem laqueum abſcondit omnibus Chriſtianis. Scribis & exactoribus omnem ſimul vicum occupat, valens facere duo, quæ ſunt peſſima, nempe & avaro ſuo gratificare animo tributorum exactionibus; & ſibi fieri manifeſtum unumquemque, qui doctrinam ſequebatur Orthodoxam, ut eos vi caperet, & efficeret, ut vel invite adiungerentur hæreſi Iconomachorum.* Hæc de ſtudio perfidi Imperatoris. Quid autem tunc contigerit, prædicere uni exactorum ipſum Joannicium ſæpe Confeſſorem, ſub aliis prædeceſſoribus Impp. coronis auctum, idem auctor docet his verbis:

III. Exactori prædictus interitus.

*Cum ergo hic vir divinus incidiſſet in quemdam exactorem: Quid hæc ſibi volunt (inquit Joannicius) o frater? Rex te jam accerſit, factorum tuorum redditurum rationem. Et nec ſic quidem intelligis. Jam enim imminet & urget (ut vides) juſtitia: & niſi improbam hanc mentem mutaveris, peribis quidem miſerabiliter, miſerrime autem punieris. Atque ille quidem dicebat eum, qui eſt in cælis. Exactor autem putabat, ſuum Regem eum accerſere. Lætus itaque jam*

erat

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXVIII. Anno Hegiræ CCXV. inchoato die 28. Februar. fer. 2. A. C. 830.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6323.

☉ 27. B. ☽ 14. P. 17. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 830.

GREGORII IV. PAPÆ 4.

LUDOVICI IMP. 17.

THEOPHILI IMP. 2.

I. *Virtutes & vitia Theophili Imp.*

A Num. I. ad V. Baronius num. IV. jure merito queritur, quod nec Curopalata, nec alii qui Theophanis Chronologiam continuarunt, geſta Imperatorum, quæ deſcribunt, annis ſuis reddiderint; ſed poſt Baronii mortem Combefiſius Annales Symeonis Magiſtri & Logothetæ publicavit, in quibus ſingula cum Imperatorum annis copulantur, quod Chronologiæ Cæſareæ non mediocrem lucem afferret, niſi ſæpius falleretur. E Græco etiam in Latinum vertit Combefiſius Hiſtoriam Conſtantini Porphyrogenniti Curopalata ſæculo integro antiquioris, ſed Conſtantinus accuratus quidem eſt, at annos quibus res ſingulæ geſtæ non niſi raro memorat; quia tamen is & cæteris antiquior, & ex quo quæ alii narrant accepiſſe videntur, ejus teſtimonio ſæpe utemur. Porro Symeon Logotheta anno primo Theophili Aug. recitat tantum ejus matrimonium & pœnas quas ſumſit, de iis qui Leonem Armenum interfecerant de quibus anno ſuperiori egimus. De Theophili virtutibus Conſtantinus pag. 54. hæc ſcribit: *Juſtitiæ ſeverus cultor extitit, cunctiſque malis fui terrorem; bonis, admirationem iniecit; his quidem, quod malis infeſtus juſtuſque erat; illis, quod gravem atque auſterum præferebat. Sed non potuit omnibus vitiis carere. Quam ob rem fidei quidem in Deum inque ejus caſtiſſimam Matrem, uti ajebat, ſancte adhærebat; ſed & impuræ Venerabiles Imagines impugnantium hæreſi a Majoribus acceptæ addictus erat, eaque ratione religioſam ſanctamque turbavit plebem, variique generis malis afflixit, nec quamdiu Imperii habenas moderatus eſt, quie-*

te



*erat, & ſpe bona præditus, ut qui ſciret quod propter tributa diligenter exacta, eſſet apud Imperatorem magna conſecuturus. Ejus autem ſpem irriſit futurum, & ea, quæ a ſancto viro dicta fuerunt, finis eſt conſequutus. Et ſtatim novacula iræ Dei inebriata exſcindit exactorem, ut immortales illæ poſt mortem pœnæ ſumantur.* Hæc de miſerando obitu exactoris, quem ſicut multa alia, prophetico lumine prænovit atque prædixit ipſe Joannicius, qui eo culminis ſanctitatis evectus erat, ut ſicut Herodes Joannem, Pharao Moyſem, ita metuerent ipſum iidem Imperatores perſecutores: fama namque notiſſimus ubique erat atque omnibus reverendus: quamobrem neque Theophilus ipſe Auguſtus auſus eſt eum gladio percuſſoris appetere, ſed tentare blanditiis; at fruſtra penitus: etenim in duriſſimam inciderunt ſilicem qui iſta tentarunt. Porro rem geſtam idem auctor inferius ita deſcribit, dum ejus in dicendo libertatem, & in perſecutione conſtantiam narrat verbis iſtis:

IV. Legatos Imp. convertit S. Joannicius.

*Duos viros illuſtres, quos & ſciebat eſſe præditos majori dicendi facultate, quam alios cum ad ipſum miſiſſet Imperator rogavit, an oporteret Chriſti honorare figuram. Cum is autem ad hoc divina & non cum mundana reſpondiſſet perſuaſione & ſapientia: tantum abfuit, ut qui miſſi fuerant ab Imperatore, aliquid adducerent contra ea, quæ ab ipſo dicta fuerant, ut relictis iis, quæ prius tenebant, recte, & ut eis expoſuerat, pietatem & veram didicerint religionem.* Hæc auctor de Joannicio; qui & quomodo etiam obitum Theophili prædixerit, ſuo loco dicturi ſumus.

Joannes Curopal. Hiſtoricus.

Quod ad rerum Orientalium hiſtoriam pertinet, proſecutus reperitur res ab eodem Imp. geſtas Joannes Curopalata, ex quo reliqui recentiores hiſtorici accepiſſe noſcuntur, quæ de ipſo Imperatore ſcriptis prodidere. Porro idem Joannes, ubi deſit Theophanes in Nicephoro, ab ejus ſucceſſore Michaele Curopalata ſuam exorditur hiſtoriam, quam & perduxit uſque ad Iſacium Comnenum, qui imperare cœpit anno Redemptoris milleſimo quinquageſimo ſeptimo. In quo tamen hiſtorico illud deſideratur, quod quæ enarrat, ſingula ſingulis, more Theophanis, non reddiderit annis: quod facere prætermittens, nobis haud mediocrem ingeſſit laborem, ut hoc ex inſtituto præſtare poſſimus: laborabimus tamen pro viribus, ut cæteris conſignatas annis res geſtas Annalibus intexamus. Verum cum audis aliquid non ſub certo anno, ſed tempore a nobis tantum poſitum dici: ſub eodem id accidiſſe Imperatore, ejus tamen Imperii incerto anno cognoſces.

Sed ad res Francorum convertamus orationem, quæ maximo ſunt hoc anno in diſcrimine conſtitutæ. Ingentes enim V.



in

PAGIUS

*te eam agere permiſit. Unde etiam congruentem hanc a Deo mercedem retulit, ut nihil præclari facinoris in bellis ediderit; ſed victus ſemper, nec ut decet Imperatorem, exque Majeſtate domum redierit.*

II. *Prima expeditio Theophili Aug. adverſus Saracenos.*

Theophilus expeditiones quinque adverſus *Saracenos* ſuſcepit, quas Scriptores Byzantini cum annis ſuis non illigarunt. Sed cum ex dicendis anno DCCCXXXII. pateat, tertiam in illum Chriſti annum incidiſſe, duæ priores nonniſi ad præſentem ac ſequentem annum revocari poſſunt. In iis Theophilus uſus eſt opera Theophobi & Manuelis. Porro *Manuel fortitudine ſpectabilis, ipſis quoque hoſtibus univerſis notus erat*, inquit Porphyrogennetus citatus pag. 68. qui addit Theophobum Virum Perſam fuiſſe, quem Theophilus tum Patricia dignitate auxit, tum ſuæ ſorori matrimonio junxit, quod & Zonaras & Cedrenus habent. Quare fallitur Leo Grammaticus, qui ſcribit *Theophobum* Theodoræ Auguſtæ ſororis nuptiis cohoneſtatum fuiſſe. His ergo duobus Ducibus fretus *Theophilus*, Ibraimo Duce Saracenorum cum multis myriadibus in Romanos expeditionem movente, Theophilus adverſus Saracenos proficiſcitur, decretumque, ut aperto marte cum hoſte congrederentur. Diu utrinque fortiter dimicatum. *Sed tandem legionibus ad fugam inclinatis, ipſe etiam Imperator captus fuiſſet, niſi Theophobus cum ſuo Perſico exercitu, & manu opem tuliſſet, & ſtratagemate Agarenos circumveniſſet*, inquit Zonaras, quod fuſius narrat Porphyrogennetus pag. 70.

III. *Filii Ludovici Aug. adverſus eum conjurant.*

A num. V. ad VIII. Geſta hoc anno in Francia Annaliſta Bertinianus ſic enarrat: *Conventus ibidem* (id eſt Aquiſgrani) *factus eſt, in quo ſtatuit cum univerſis Francis* (nempe Ludovicus Aug.) *hoſtiliter in partes Britanniæ proficiſci, maximeque hoc perſuadente Bernardo Camerario. Et non multo poſt Aquis exivit, ideſt IV. feria qua dicitur Caput Jejunii valde pedum ægritudine laborioſus, ſtatuit per maritima loca illuc properare, Domna Imperatrice in Aquis dimiſſa. Quod iter omnis populus moleſte ferens propter difficultatem itineris, eum illuc ſequi noluerunt. Nam aliqui ex primoribus murmurationem populi cognoſcentes, convocaverunt illum, ut eum a fide, quam Domno Imperatori promiſſam habebant, averterent. Ideoque omnis populus, qui in Britanniam ire debebat, ad Pariſium ſe conjunxit; necnon & Hlotharium de Italia, & Pippinum de Aquitania hoſtiliter adverſus patrem venire, ut illum regno eiicerent & novercam ſuam perderent, ac Bernardum interficerent compulerunt. Quod præfatus Bernardus ſentiens, fuga lapſus Barcinonam pervenit. Cumque Domno Imperatori illorum conſilium denunciatum eſſet, continuo obviam illis ad Compendium perrexit. Ibique veniens Pippinus cum multitudine populi conſenſu Hlotarii omnem poteſtatem Regiam uxoremque ejus* (nempe Juditham) *tulerunt ac velantes eam miſerunt Pictavis ad Monaſterium Sanctæ Radegundis. Cujus etiam fratres, Conradum videlicet atque Rodulfum tonſurantes, per Monaſteria retruſerunt.*

Poſt

in Ludovicum Imperatorem conſpirationes detectæ ſunt, exortæ illæ a filiis atque a ſubjectis Imperatori Principibus Regni & compluribus ſacerdotibus: peperit ſiquidem invidiam omnibus, præſertim aulicis, quod Bernhardum Hiſpanum hominem, Hiſpaniarumque limitum Comitem defenſionis ſuæ cauſa Imperator vocavit in aulam, conſtituitque præfectum cubiculi. Exinde ſparſus rumor, auctaque ſuſpicio, creditumque a pluribus, eumdem Bernhardum admiſceri Judith Imper. quæ fama longe lateque calumniis æmulorum increbuit. Id quidem filiorum cum quoque animus haud leviter ſauciaſſet, commoviſſet vero amplius odium in novercam, auxiſſet vero magis ingens amor, quo proſequi viſus eſt Imperator natos ex ea Carolum atque Rodulphum: his fomitibus admotis, ingens accenſa flamma mox erumpere in incendium viſa eſt; adeo ut Pipinus Ludovici ipſius filius contra patrem paraverit exercitum.

VI. Hujus timore percitus Imperator, mox præcipuam jurgiorum cauſam dimovere conatus, Bernhardum a ſe dimiſit, Judith vero Imperatricem Lauduni in monaſterio ſanctæ Mariæ morari præcepit: Sed nec ſatis iſta fuere adverſariis; qui eductam e monaſterio Imperatricem, ipſam promittere coegere, perſuaſuram ſe Imperatori, ut depoſito Imperio, retruderet ſe ſua ſponte in monaſterium; idipſumque ſe eſſe facturam, comiſque præciſis, vitam monaſticam profiteri. Hac facta promiſſione, ad ipſum Ludovicum Imperatorem cum cuſtodia miſſa eſt; cumque ſecreto eum allocuta eſſet, monaſticum ipſa ſibi velum impoſuit: Imperator vero ad deliberandum de hoc tempus accepit. Illa vero ſic velata, in monaſterium ſancti Radegundis a Pipino detruditur. Cum interea rediens Lotharius Rex ex italia, quæ eſſent facta probaret: non tamen in patrem quid ulterius peragi paſſus eſt; remque geri non armis, ſed jure voluit. Sicque conventum publicum indici juſſit ex Imperatoris ſententia Neomagi, ad quem veniret ipſe Imperator non armata manu, ſed ſimplici comitatu; quod faciendum æque filio perſuaſit: cujus rei gratia Hilduinus

Ludovicus Imp. a perſecutione ſuorum liberatus.

PAGIUS IV. *Poſt octavas autem Paſchæ Hlotarius de Italia perveniens, Placitum illic habuit, & Herebertum fratrem Bernardi excæcari juſſit, aliquoſque fideles Domni Imperatoris in cuſtodiam miſit. His omnibus ita peractis alium Conventum Domnus Imperator cum filio ſuo Hlothario circa Kalend. Octobris Noviomago condixit, ubi Saxones & Orientales Franci convenire potuiſſent. Nam illuc ex utraque parte, ſcilicet Domni Imperatoris & Hlotharii, multorum congregatus eſt exercitus: ibique Domnus Imperator recuperato Imperio juſſit auctores illius facti, quorum fraus detecta & conſpiratio patefacta erat, propter illorum controverſiam in cuſtodiam mitti uſque ad aliud Placitum, quod Aquiſgrani erat habiturus. Verum ab omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, ac cæteris Francis judicatum eſt, ut conjux ejus, quæ injuſte & ſine lege & judicio ei ablata, fuerat, ad memoratum condictum Placitum reduceretur; & ſi quiſlibet aliquod crimen illi obiicere vellet, aut ſe legibus defenderet, aut judicium Francorum ſubiret. Et inde Domnus Imperator ad hyemandum Aquis properavit anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXI.*

*Ludovicus Aug. conjuratos ad obſequium redigit.*

V. Marca lib. 3. Marcæ Hiſpanicæ cap. 23. n. 6. explicans quæ Annaliſta Bertinianus de *Juditha Regina* ſcribit, obſervat ordinem judiciorum, quem hac ætate ſequebantur Epiſcopi & Comites in cauſis communibus & ad invicem nexis, cujuſmodi erat divortium propter adulterium. Primum de crimine quærebatur judicio ſæculari & mundano, ut tum loquebantur. Tum demum Epiſcopali judicio, ſi uxor convicta eſſet, pœna Canonum ei indicebatur cum divortio. In hac ſpecie *Juditha* in Monaſterium detruſa fuerat pœnitentiæ cauſa, velo quoque impoſito abſque capillorum detonſione, quam *Ludovicus* exorarat. Sed quia hæc omnia geſta fuerant per vim & ſummam injuriam, *ſine lege ac judicio*, ut inquit Annaliſta, Conventus ex Epiſcopis & Comitibus mixtus, qui judicium ſæculare exercebat, recte decrevit, ut ante omnia more ſolito de crimine adulterii cognitio haberetur in proximo Conventu, ut ibi Regina ſe a crimine legitimis probationibus purgaret, aut judicio Francorum ideſt, monomachia vel ſacramentis.

*Judiciarum ordo in Gallia quoad cauſas communes.*

VI. Auctor Vitæ Ludovici Pii hanc adverſus Ludovicum Imp. conjurationem magis explicat: *Circa tempus Quadrageſimale*, inquit, *cum Imperator loca mari circumjacentia peragraret: factionis iniquæ Principes ultra ferre non valentes, occultatum diu vulnus detegunt. Nam primum inter ſe Primores fœdere quodam conjurant, deinde minores ſibi aggregant. Quorum pars mutationis ſemper cupida, more canum aviumque rapacium, quæ alienum detrimentum ſuum quærunt fieri ſuppletionis augmentum. Freti ergo multitudine & aſſenſu plurimorum, filium Imperatoris Pippinum adeunt, prætendentes abiectionem ſui Bernardi inſolentiam, & cæterorum deſpectionem: aſſerentes etiam eum, quod dictu nefas, thori paterni inceſtatorem: porro patrem adeo quibuſdam præſtigiis eluſum, ut hæc non modo non vindicare, ſed nec avertere poſſet. Oportere ergo, dicebant, bonum, filium indigne ferre dedecus paternum: ablatiſque e medio reſtituere patrem & menti & dignitati: & hoc agentem non ſolum fama virtutis proſequeretur; ſed etiam amplificatio Regni terreſtris, hoc nomine prætexentes culpam. His ergo incitamentis allectus juvenis, cum eis & multis copiis ſuorum per Aurelianenſem Urbem, ſublato inde Odone, & reſtituto Matfrido, Vverimbriam uſque venerunt.*

*Pippinus Rex turbis initium dit.*

VII. *At vero Imperator, ut eorum conſpirationem contra ſe & uxorem, Bernardumque obſtinatiſſime comperit feraliter armatam, Bernardum quidem fugæ præſidio ſe committere permiſit, uxorem autem Lauduni eſſe, & in Monaſterio conſiſtere voluit, ipſe autem Compendium petiit. Porro ii, qui cum Pippino VVerimbrim venerunt miſſo VVerino & Lamberto aliiſque quamplurimis Judith Reginam ex Civitate Monaſteriique Baſilica eductam, ad ſe perduci fecerunt. Quam uſ-*

*Juditha Regina in Monaſterio retruditur.*



nus Abbas cum armatis veniens, ab Imperatore eſt juſſus abire. Sed & Vvalach Abbas id ipſum præſtans, pariter eſt juſſus ad monaſterium redire Corbejæ.

VII. Ibi cum eſſent, Lotharius a patre vocatus, ſecreto admonitus, flexus tamdem, atque ſuaſus eſt, patri eſſe debere ſubjectum, eidemque firma pace conciliatum iri. Sicque factum, ut Imperator, qui totam æſtatem abſque Imperii viribus tranſegiſſet, Lothario eidem obſequente, priſtinum vigorem receperit Imperandi; qui ſolita uſus benignitate, criminis reos diverſis mulctatos pœnis, abſolvit, parcens omnibus adeo juſto majeſtatis judicio poſtulatis. Hicque finis rerum geſtarum præſentis anni, quæ hic ſummatim perſtricta, in vita ipſius Ludovici pluribus enarrantur.

Dum iſta geruntur, compoſitis rebus, Amalarius Fortunatus (ut ex ipſius ſcriptis colligi poſſe videtur) miſit ad Ludovicum Imper. libros de Eccleſiaſticis Officiis, quos cum accepiſſet, & placuiſſent illi; miſit idem Imperator ipſum Romam ad Gregorium Papam, ut quod deeſſe ad opus videretur, illic addiſceret, atque ſcriberet ordinem Antiphonarii. Porro ea de cauſa injuncta legatio ſequenti impletur anno, ut ſuo loco dicturi ſumus. Hic autem de oblatis hoc anno Ludovico libris agamus; nuncupatoria epiſtola præ-

Amalarius mittit libros ad Ludov. Imp.

PAGIUS *uſque adeo intentata per diverſi generis pœnas morte adegere; ut promitteret ſe, ſi ſibi copia daretur cum Imperatore loquendi, perſuaſuram quatenus Imperator obiectis armis, comiſque reciſis, Monaſterio ſe ſe conferret, ſe etiam impoſito velo capiti itidem facturam. Quam rem quanto plus cupiebant, tanto facilius crediderunt. Miſſis enim cum ea aliquibus ſuorum, ad Imperatorem uſque deduxerunt. Cui cum ille ſecretius ſecum loquendi licentiam præſtitiſſet, permittente illo ut mortem evadere poſſet, ipſa velum ſibi capiti ſuperpoſuit; de attonſione porro ſua Imperator tempus deliberandi popoſcit. Tanto enim Imperator aliis benigne ſemper vivens, injuſto odio laborabat, ut tæderet eos vita ipſius: cujus beneficio niſi illi viverent, juſte & legaliter vita caruiſſent. Redeunte ergo ad ſe Regina, aliis quidem malis temperarunt, acclamatione autem vulgi conſentientes, exilio eam deportari, & in Monaſterio S. Radegundis retrudi juſſerunt.*

VIII. *Circa menſem Majum porro filius Imperatoris Lotharius ex Italia venit; eumque in Compendio reperit. Ad quem venientem ſe contulit tota illa factio inimica Imperatoris, ipſe tamen nihil tunc temporis patri intuliſſe viſus eſt dedecoris, probavit autem quæ geſta erant. Denique Heribertus Bernardi frater, luminum amiſſione mulctatus eſt, contra votum Imperatoris: Odo conſobrinus illius armis ablatis exilio deportatus, tamquam eorum quæ Bernardo & Reginæ acclamabantur, conſcii & fautores. In talibus ergo conſiſtens, ſolo nomine Imperator, æſtatem tranſegit. Cum autem inſtaret autumnalis temperies, ii qui Imperatori contraria ſentiebant, alicubi in Francia Conventum generalem fieri volebant. Imperator autem clanculo obnitebatur, diffidens Francis magiſque ſe credens Germanis. Obtinuit tamen ſententia imperatoris, ut Neomagum populus conveniret. Verens porro ne multitudo contrariorum ſuperaret paucitatem ſuorum fidelium, juſſit ut unuſquiſque ad idem Placitum veniens, ſimplici uteretur commeatu. Præcepit etiam Comitem Lambertum finium ſibi deputatorum cuſtodiam habere. Heliſachar Abbatem juſtitias facturum eo quoque direxit. Tandem ergo Niumagum ventum eſt omniſque Germania eo confluxit, Imperatori auxilio futura. Imperator autem volens adhuc vires adverſariorum attenuare, Hilduinum Abbatem culpans, interrogavit: cur cum ſimpliciter venire juſſus ſit, hoſtiliter advenerit. Qui cum negare nequiret, continuo ex Palatio exire juſſus eſt; & cum pauciſſimis hominibus juxta Patrisburnam in expeditionali tabernaculo hyemare. VValach Abbas juſſus eſt ad Monaſterium redire Corbeia; ibique regulariter obverſari.*

*Omnis Germania ſtat a partibus Ludovici Aug.*

IX. *Hæc cum ii qui Imperatori adverſaturi convenerant, providerent: ad deſperationem ultimam infracti viribus ſeſe verterunt. Denique per totam noctem coeuntes, atque ad habitaculum Lotharii Imperatoris filii convenientes, hortabantur aut bello confligendum, aut aliquo ſecedendum abſque Imperatoris voluntate. In qua deliberatione cum totam expendiſſent noctem, mane Imperator filio mandat, ne inimicis communibus credat, ſed ad ſe tanquam ad patrem filius veniat. Quibus ille auditis, licet dehortantibus qui circa illum erant, ad patrem venit, a quo non eſt aſpera increpatione invectus, ſed moleſta lenitate correctus. Ingreſſo autem illo intra penitæ Regiæ domus, diaboli inſtigatione vulgus contra ſe cæpit furere, proceſſiſſetque furor uſque ad mutuam cædem, niſi Imperatoria prudentia proſpexiſſet. Dum enim illi inter ſe tumultuantes, pene in veſanum furorem ruerent, Imperator ad cunctorum aſpectum cum filio proceſſit. Quo facto omnis illa feralis commotio conquievit. Imperatoria enim oratione audita, omnis popularis tumultus faceſſit. Poſt hæc Imperator omnes illorum hujus impiæ conſpirationis Principes, ſub privata cuſtodia adſervari præcepit. Quos poſtea ad judicium adductos, cum omnes juris cenſores filiique Imperatoris judicio legali, tanquam reos Majeſtatis, decernerent capitali ſententia feriri, nullum ex eis permiſit occidi: ſed uſus, ut multis viſum eſt, leniori quam debuit pietate, ſibi tamen conſueto benignitatis & clementiæ more, laicos quidem præcipit locis opportunis adtonderi? Clericos vero in convenientibus itidem Monaſteriis cuſtodiri.*

*Nimiæ Clementiæ culpatur Ludovicus Aug.*

X. Theganus cap. 36. dicit conjuratos fuiſſe *Hilduinum* Archicapellanum, qui & Abbas San-Dionyſianus erat, *Jeſſem* Ambianenſem Epiſcopum, *Hugonem* & *Mathfridum*, ex quibus ille Lotharii Auguſti ſocer, & Mathfridus Odone pulſo Comes Aurelianenſis. *Conradus* & *Rudolfus*, qui in Monaſterium miſſi ſunt, fratres erant Judithæ Reginæ. *Jeſſe juſto judicio Epiſcoporum depoſitus eſt*, inquit Theganus cap. 37. Hilduinus non tantum Abbatias, quibus antea potiebatur, ſed etiam Archicapellani munus amiſit, quod Fulconi Presbytero collatum eſt, ut eruitur ex Hincmaro, qui ait: *Tempore Hludovici per Hilduinum Presbyterum, & poſt eum per Fulconem item Presbyterum, deinde per Drogonem Epiſcopum, extitit hoc miniſterium executum.* Hilduinum in exilium abeuntem ſecutus eſt *Hincmarus*, ut liquet ex Flodoardo lib. 3. cap. 1. *Vvala* Corbeiæ Veteris Abbas cum Noviomagum, ut intereſſet Conventui venit, ad ſuum Monaſterium, ut procul a ſæculi negotiis

*Nominæ præcipuorum conjuratorum.*

præpoſita eis eſt ad Ludovicum Imperatorem, quæ ſic exorditur:

VIII. *Glorioſiſſime Imperator, & magnificentiſſime, ac centies invictiſſime a Deo coronate, necnon & conſervate, & conſervande, ſervus ego veſter quamvis minimus omnium. Afficiebar olim deſiderio, ut ſcirem rationem aliquam de ordine noſtræ Miſſæ, quam conſueto more celebramus: & amplius ex diverſitate, quæ ſolet fieri in ea, hoc eſt, quod aliquoties una epiſtola legitur, aliquoties duæ, & cætera talia, ſimulque de cæteris officiis, &c.* Ad finem autem epiſtolæ habet loco ſalutationis, hujuſmodi feſtivas acclamationes, quibus eum in anguſtiis poſitum quas audiſti, quoquo modo, ſi fieri poſſet, exhilararet. *Divo Ludovico vita. Novo David perennitas. Da Principi Domine vitam. Ipſi novo Salomoni felicitas. Pax mundi vos eſtis. Pio Principi proſperitas. Domine vitam ipſi concede. Veſtra fides vos ſervet. Chriſtus, quem vos honoratis, ipſe vos ſervet. Poteſtatem veſtram Deus conſervet. Deus pacificet Regnum veſtrum. Judith Orthodoxæ, nobiliſſimæ, atque prudentiſſimæ Auguſtæ ſalus per multos annos. Lumina pacis Domine ſerva.*

Feſtivæ acclamationes.

PAGIUS tiis viveret, ſecedere juſſus eſt. Auctor Anonymus, qui Vitam ſeu Apologiam Walæ a Mabillonio Sæc. IV. part. I. publicatam ſcripſit, pluribus eum excuſare conatur, ſed ſatis oſtendit, ſe nullam fidem mereri, cum aſſerat, nihil egiſſe Walam *contra Cæſarem*, imo omnia feciſſe pro *Cæſare & Imperio, pro patria & pro omnibus Majoribus natu, pro fide & Zelo Dei, pro religione Chriſtianitatis & ſalute Civium.* Denique ex libro Apologetico ab Agobardo Archiepiſcopo Lugdunenſi anno DCCCXXXIII. conſcripto, manifeſte patet, eum huic conjurationi immixtum fuiſſe. Sed hac de re infra.

XI. *Amalarius Metenſis diſtinguendus ab Amalario Trevirenſi Archiep.*

Ad num. VIII. & ſeq. Sigebertus in Chronico ad annum DCCCXXVII. ait: *Amalarius librum de Officiis Eccleſiaſticis ad Imperatorem Ludovicum ſcribit.* Hunc Amalarium Trithemius ſuapte conjectura ductus cum Amalario Fortunato Trevirorum Archiepiſcopo jamdiu ante illum Chriſti annum demortuo, ut ſuo loco vidimus, confundit, aliique omnes poſt eum ante Sirmondum, qui in Epiſtola quadam a Labbeo in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. in Addendis & Corrigendis recitata, demonſtrat, hunc *Amalarium* ſeu *Amelerium* alium a Trevirenſi fuiſſe, eique tam libros IV. *de Officiis Eccleſiaſticis*, quam librum *de Ordine Antiphonarii* adſcribendos, non vero Amalario Trevirenſi. Auctor enim Antiphonarii in ſua Præfatione aperte docet, ſe Metenſi Eccleſiæ addictum fuiſſe. *Ubi*, inquit, *ordinabilius viſum eſt mihi ſcriptum haberi in Antiphonario Romano, quam in noſtro, ibi ſcripſi in margine R propter nomen Urbis Romæ: & ubi in noſtro M propter Metenſem Civitatem*, &c. Honorius Auguſtodunenſis lib. 4. cap. 3. Amalarium præfatorum librorum Auctorem Epiſcopum Metenſem fuiſſe tradidit, ſed Amalarium ex Clerico Metenſi Epiſcopum Metenſem perperam facit. Tandem Mabillonius in Commentario prævio ad Ordinem Rom. pag. 3. eum Lugdunenſem Chorepiſcopum fuiſſe oſtendit ex Epiſtola inedita Flori Lugdunenſis Eccleſiæ Diaconi adverſus Amalarium ſcripta, in qua hunc durius carpit, *contra falſiloquas*, inquit Florus, *adinventiones Amalarii, quondam Lugdunenſis Chorepiſcopi, de Corpore Domini tripartito.* Florus ibidem ejus *Officiali*, ut illud vocat, & *Antiphonario* memoratis, ſubdit eum compoſuiſſe *noviſſime novum Volumen, quod Embolim Opuſculorum ſuorum* appellavit, *quod apud Lugdunum ornate induit, ac vittis ſericeis diſtingui fecit.* An ſuperſint in Bibliothecis aliqua MSS. exemplaria poſtremi hujus Opuſculi me latet. [1]

XII. *Varie cognominatus.*

Poſt mortem Amalarii Trevirenſis Archiepiſcopi alium *Amalarium* Epiſcopum in Galliis vixiſſe, docent literæ Ludovici Aug. ad Jeremiam Archiepiſcopum Senonenſem, & Jonam Epiſcopum Aurelianenſem datæ, & a Baronio anno DCCCXXV. num. L. recitatæ, in quibus dicit Imperator: *Venerunt ad præſentiam noſtram Halitgarius & Amalarius Epiſcopi octavo Idus Decemb.* anni ſcilicet Chriſti DCCCXX. Imo fuit alius *Amalarius* Epiſcopus in Galliis longe ante *Amalarium* Trevirenſem, qui anno circiter DCCCX. illam Sedem adeptus eſt. In Diplomate enim Ludovici Pii an. DCCCXXXIV. dato pro Archiepiſcopatu Hamburgenſi de Carolo Magno dicitur: *Ex remotis Galliæ partibus quemdam Epiſcopum Amalarium nomine, direxit, qui primitivam Eccleſiam ibidem* (in Parochia Hamburgenſi) *conſecraret.* Sed an alteruter idem ſit cum Auctore libri de Ordine Antiphonarii, in obſcuro eſt. Quidquid de hac conjectura ſit, Amalarius noſter ab Ademaro Monacho in Chronico vocatur *Diaconus*, ab aliis *Clericus*, & uti obſervat Baluzius in Notis ad Agobardi librum adverſus Amalarium, de quo mox, in nonnullis Codicibus MSS. vocatur *Abbas*, imo & *Chorepiſcopus*. Denique in Supplemento ad librum IV. Amalarii *de Officiis Divinis*, a Mabillonio Tom. II. Analect. pag. 96. publicato legitur: *Explicit liber Symphoſii Amalarii Presbyteri Venerabilis de Divinis Officiis, quem miſit ad Ludovicum & Lotharium Reges filios Caroli Magni Imperatoris, quem librum in hoc corpore tranſcribi curavit Ademarus indignus Monachus in honorem Dei & Sancti Benedicti.* Ubi tamen Lotharius Caroli M. filius perperam vocatur. Quibus ex verbis liquet, errare eos qui Amalarium noſtrum *Fortunatum* appellant, quod eo cognomine Amalarius Archiepiſcopus Trevirenſis inſigniretur, illumque *Symphoſium* dictum fuiſſe, ut etiam

NOTÆ [1] Contra Amalarium hunc, quem Lugdunenſis Eccleſiæ Chorepiſcopum appellat, Florus magiſter non epiſtolam tantummodo ſcripſit unicam ad Drogonem Metenſem, Hetim Trevirenſem, Aldricum Cenomanenſem, Albaricum Lingonienſem, ſed & aliam pariter dedit epiſtolam ad patres concilii Theodonis villæ, quam utramque ex manuſcripto Codice Mabillonii vulgarunt PP. Martene & Durand. vet. monum. t. IX. Alia inſuper extat ibidem Flori magiſtri lucubratio, in qua damnationis ejuſdem Amalarii factæ a PP. Concilii Cariſiaci meminit. MANSI



*va. Lumina mundi Domine ſerva. Vita veſtra tutela omnium eſt. Veſtra fides Eccleſiarum eſt gloria. Piiſſimos dominos noſtros Imperatoris natos Lotharium glorioſiſſimum coronatum, & fratres ejus Chriſtus conſervet. Ex proavis Orthodoxos Domine ſerva. Cuſtodes Fidei Domine ſerva.* Hucuſque Amalarius, qui, ut dictum eſt, anno ſequenti ab eodem Ludovico Imperatore miſſus eſt Romam eadem ex cauſa Eccleſiaſticorum officiorum. Dicemus de ipſo ſuo loco.

IX. Sic igitur Amalarii opera nonnihil illuſtrata reperiuntur cuncta, quæ ad ſacros ſpectant Eccleſiaſticos ritus, imitatus ipſe magiſtrum ſuum Albinum: uſus eſt enim adhuc puer ipſo præceptore, ut ipſe idem teſtatur, eodem libro (a), cum ait: *Studui illo conante in iſto ordine, quando videbar puer eſſe ante Albinum doctiſſimum Magiſtum totius regionis noſtræ, cujus auctoritate delectatus ac fretus, poſtquam libertate uſus ſum canendi, quæ congrua mihi videbantur, cœpi illos canere tempore ſupraſcripto, &c.* Ex quibus etiam apparet tantos viros omnium hujus temporis diſertiſſimos, & apud Imperatorem primarius non ſolum theoricam calluiſſe rerum Eccleſiaſticarum, ſed & practicam exercuiſſe, cantumque Eccleſiaſticum ſuis rythmis publice in Eccleſia modulari ſolitos. Quod certe nonnihil illos redarguit, qui negligunt antiquo more in Eccleſia canere dum

(a) *Annal. de ord. Antiphon. c. 58.*

Amalarius Albini diſcipulus.

PAGIUS tiam colligitur ex titulo præfixo Amalarii libris quatuor de Divinis Officiis in membraneo Codice apud Lemovicas aſſervato, & ante annos DC. exarato, in quo Mabillonius laudatus legit: *Incipit Præfatio Symphoſii Amalarii Clerici, in libros de Divinis Officiis ad Ludovicum Imperatorem.* Unus itaque idemque Symphoſius Amalarius modo *Clericus*, modo *Diaconus*, modo *Presbyter* dicitur, quod ultimum ex ejus etiam Epiſtola ad Guntardum in Spicilegii Tomo VII. vulgata, conſtat, ac præterea Abbas & Chorepiſcopus, vel Epiſcopus, ſed ab Antiquis nunquam Epiſcopus aut Archiepiſcopus Trevirenſis appellatus reperitur. Cæterum cum liber IV. Officiorum Divinorum Amalarii in capite XLVII. deſinat; (ut patet ex libro Agobardi adverſus præfatum Amalarium ubi dum refutat caput ultimum libri quarti, ea refert quæ conveniunt capiti XLVII.) & Supplementum ad libros quatuor Amalarii de Officiis Divinis a capite XLVIII. exordiatur, recte hinc deduxere Viri docti non eſſe ab ipſomet Amalario editum, ut arbitratus eſt Mabillonius, ſed Ademarum Monachum illud libro quarto proprio marte adjunxiſſe; præſertim cum hoc Supplementum non cohæreat cum aliis & ultimis horum librorum capitibus, ut legenti manifeſtum fit. Baluzius in Appendice ad Tomum II. Capitularium pag. 1352. & ſeqq. eruit ex vetuſtiſſimo Codice Monaſterii Sancti Galli in Helvetia, Opuſculum Amalheri Abbatis, cui titulus *Ecloga de Ordine Romano, & de quatuor Orationibus Epiſcoporum ſive populi in Miſſa*, quod quatuor librorum ejus *de Officiis Divinis* Supplementum quoddam cenſeri poteſt.

XIII. *Adverſus eum ſcripſit Agobardus.*

Libros illos quatuor *Agobardus* Lugdunenſis Archiepiſcopus Opere ſingulari impugnavit, in iiſque multa inutilia, abſurda, & noxia reprehendit, uti verbi gratia, quod *duo Eccleſiæ Sacrificia* dixerit: *Sicut enim*, inquit Agobardus, *Eccleſia Catholica non habet duas fides aut duo Baptiſmata, ſic non habet duo Altaria aut duo Sacrificia.* De aliis Amalarii propoſitionibus, quas arguit Agobardus, & de Amalarii doctrina circa Euchariſtiam legendus Natalis Alexander ſæculo IX. parte ſecunda in Diſſert. XII. Cum Amalarius Agobardo obieciſſet, quod Ordinem pſallendi in Eccleſia Lugdunenſi receptum immutaſſet, is inde ſumſit occaſionem ſcribendi tres libellos, unum *de Divina Pſalmodia*, ſecundum *de Correctione Antiphonarii*, tertium contra libros IV. Amalarii. Verum hoc minime nocuit Amalario, qui poſt illos libros adverſus ſe ſcriptos juſſu Ludovici Aug. anno ſequenti Romam profectus eſt & ex Italia reverſus Ordinem Antiphonarii concinnavit. Agobardum refutavit Joſepus Maria Thomaſius in Notis ad Reſponſoria & Antiphonia Romana.

XIV. *Tranſlatio S. Glodeſindis Abbatiſſæ Metenſis.*

*Sancta Glodeſindis* Abbatiſſa Metenſis & Fundatrix Monaſterii quod hactenus in eadem Urbe ſubſiſtit, poſt mortem quæ anno circiter ſexcenteſimo decimo contigit extra Cœnobium Sanctimonialium, de illorum temporum more, quo cœmeteria extra Urbes locata erant, ſepulta fuit. Verum ſæculo elapſo Moniales novam Baſilicam in honorem ejus condendam curarunt, in quam ejus corpus, quod integrum inventum fuit, ſtatim tranſlatum. Tum hoc ſæculo ſecunda reliquiarum Glodeſindis Tranſlatio peracta in qua *Drogo* Metenſis Epiſcopus religioſo in eam fervens officio, ſancta virginalia membra, *quæ tota adhuc compage integre tenebantur*, e tumulo ſublevavit, & in aliam Baſilicam ab ea, dum viveret, conſtructam intulit. Rem geſtam narrat Joannes Abbas, qui ſæculo ſequenti *Adalberone* Metenſem Eccleſiam adminiſtrante vixit, in libello *de Tranſlationibus & Miraculis ejus*, quem cum altero libello de ejus Vita ab eodem Auctore ſcripta, recitat Labbeus Tom. I. Biblioth. hujuſque ſecundæ Tranſlationis tempus is verbis notat: *Cum Incarnationis Dominicæ octingenteſimus triceſimus ageretur annus, & Sedem Apoſtolicam Romæ Gregorius quidam occuparet, qui duobus Eugenio & Valentino feſtina tunc recens ſe ſe morte conſequentibus, quorum prior tantum triennium, ſequens vix menſem ſuperfuit, ſucceſſerat, tuncque tertium Apoſtolatus ſui annum agebat. Hanc autem Sanctam Sedem Metenſem Drogo ejuſdem Imperatoris Ludovici frater jam per annum tuebatur octavum, qui etiam vices Apoſtolicas in cunctis Galliarum partibus Privilegio ab ipſa Sede Romana cum pallii auctoritate & nomine ſummi Archiepiſcopatus accepto, ut ampliſſimæ dignitatis Vir ſuſtinebat, &c.*

XV. *Anno VIII. Drogonis Epiſcop. Metenſis facta.*

Narrat Joannes varia miracula, quæ eam Tranſlationem ſecuta ſunt, tam ſub Drogone quam ſub ejus Deceſſoribus uſque ad Pontificatum Adalberonis, quo ſedente utrumque libellum edidit. Cointius hoc anno n. XXXVI. & ſeq. ubi de hac Tranſlatione diſſerit, ait hunc Auctorem initia *Drogonis* Epiſcopi integro prævertere triennio; & præterea hunc vices Apoſtolicas non obtinuiſſe ante annum DCCCXLIV.

dum per alios explent ejuſmodi in Eccleſia, quod exercetur in cœlo, munus Angelicum. Certe quidem & ipſum Theodorum Archidiaconum S. R. E. cantare in Eccleſia conſueviſſe, ſatis oſtendit idem auctor in prologo ad librum de ordine Antiphonarii.

Se-

PAGIUS DCCCXLIV. Verum Joannes, qui Monaſterii documenta viderat, Epiſcopatus Drogonis initium cum anno DCCCXXIII. exacte copulat, indeque Vir doctiſſimus intelligere potuit, illud uſque ad annum DCCCXXVI. a ſe differri non debuiſſe. Quoad Legationem *Drogonis*, verum eſt eam ad annum DCCCXLIV. pertinere, ſed ipſemet Cointius anno DCCCXL. num. XVIII. recte ſcripſit: „ Non ſemel cum ſermonem de *Drogone* faceremus, obſervavimus „ Scriptores coætaneos aut ſuppares inveniri, „ quorum Auctoritas vel benigne multis in „ locis eſt interpretanda, vel omnino reſpuenda, quia *Drogonem*, priuſquam aut Archicapellanus Imperatoris aut Legatus Sedis Apoſtolicæ fieret, Archicapellanum palatii nec „ non & Legatum Sedis Apoſtolicæ vocarunt. „ Quare hac in narratione hæc obſervatio locum habere debet. [1]

NOTÆ [1] Quæ de S. Glodeſinde hic Pagius narrat, nonnihil corrigenda ſunt. Primo igitur ſanctæ illius abbatiſſæ corpus tranſlatum quidem ad novam Baſilicam fuit; ſed hæc prima tranſlatio poſt 25. annos ab ejus obitu, adeoque non octavo ſed ſeptimo ſæculo contigit. Secundo, nova hæc Baſilica non quidem in honorem S. Glodeſindis, ſed B. M. Virginis nomini dedicata fuit. Tertio author vitæ antiquioris ejuſdem S. Glodeſindis apud Bollandiſtas Julii tom. VI. fert quidem ſanctum corpus in priori tranſlatione integrum intactumque repertum fuiſſe; ſed hoc miraculum continuatum pariter in ſecunda tranſlatione (quanquam id aſſerit Pagius) non diſcimus. Denique ex argumentis a Bollandiſtis deductis conſtat, Sanctam hanc virginem ultra annum 608. vitam non prorogaſſe, cum in lucem prodierit ſub Childeberto II. qui anno 575. regnum Auſtraſiæ uſque ad A.596. obtinuit. Denique Joannem authorem vitæ fuſioris S. Glodeſindis aliquanto recentiorem Adalberone Metenſi fuiſſe, puto, cum poſt narratum miraculum aliquod ejuſdem S. Feminæ quod contigit anno XXIII. Pontificatus Adalberonis, dein ſubdit: *Plura deinde, & uſque in præſens tempus Chriſto operante exhibentur ſolatia tum corporum &c.* MANSI.



I. De Theodora Aug. & ejus matre Theoctiſte pietate inſignibus feminis.

SEquitur Chiſti annus octingenteſimus trigeſimus primus nona Indictione, quo Theodora Auguſta, & mater ejus Theoctiſte, cum occulto colerent ſacras imagines, delatæ apud Theophilum Imp. in diſcrimen adductæ, callida tergiverſatione ipſum eluſerunt Imperatorem. Rem geſtam petemus ex Joanne Curopalata, ex quo alii accepere, qui de genere ipſius Theodoræ ſic auſpicatur orationem. *Profecta erat hæc Regina Theodora, ex Paphlagonum regione, gloriabaturque ſe parentes habere Marinum non obſcuro loco natum virum, matremque Theoctiſten, Floriam cognomento, ambos pietate imbutos, neque venerandarum imaginum cultum repudiantes, ut omnes illius tempeſtatis alii viri, immo amplexantes, ac velut in ſinu egregie foventes. Et quo tempore Theodora diademate coronata fuit, ejus quoque mater Theoctiſte cingulo, & Patriciatus dignitate ornata eſt.*

II. *Ipſa igitur Theoctiſte in ſuam domum, ſitam prope monaſterium Gaſtriorum ad ſe accerſitas Theodoræ puellas (erant autem quinque numero, Thecla, Anaſtaſia, Anna, Pulcheria, & Maria) cum aliis donis, quibus feminarum genus allici conſuevit, ſibi conciliabat, tum privatim eas excipiens obſecrabat, ne mollirentur; neve (quod erant) feminæ permanerent, ſed viros ſeſe præſtarent, & materna educatione digna excogitarent, & decentia, patriam hæreſim execrantes. Et ſanctarum imaginum formam amplectens, & ſimul eas in manibus iniiciens (ſervabat autem in arca quadam) & ori & manibus ipſarum admovens, oſtendebat, & ad earum amorem illas provocabat. Idque continenter faciens, ac neptibus erga ſacras imagines deſiderium inflammans; haud latuit Theophilum percontantem, quidnam ipſis ab avia donatum ſit, & quid effectum ſit gratia dignum.*

*Aliæ igitur interrogationes ipſius ſtabili mente ac firmiter veluti occaſiones quaſdam fortiter ſuperabant: at Pulcheria ætate adhuc infans & blanditias recenſuit, & copiam fructuum, adiecitque etiam venerandarum imaginum cultum: ita ſimplicia tum cogitans, tum dicens, imagunculas videlicet ipſi eſſe in arca repoſitas, quas capiti, inquit, & ori noſtro admovet poſt oſcula. Hæc Imperatorem ad inſaniam excitarunt, ſed reverentia erga mulierem, tum multo magis ab ea, qua illa utebatur loquendi libertate, coercitus. Etenim aperte ipſum illudebat atque redarguebat propter quotidianas Confeſſorum perſecutiones, & declaratam hæreſim; & ſola fere perſpicuum faciens omnium erga illum odium: tantum probibuit, ne filiæ ad Theoctiſten amplius accederent.* III.

*His item ſimilia Reginæ Theodoræ acciderunt. Alebatur apud Regiam homunculus brevis, Homerico Therſitæ admodum ſimili, Denderis nomine: qui indecora & turpia loquens, riſum movebat, & voluptatis cauſa apud Imperatorem degebat. Hic igitur, cum olim ingreſſus eſſet Auguſtæ cubiculum, ſacras imagines ipſam tegentem offendit; quas conſpicatus, quid eſſent, interrogavit, propiuſque accedens, cognovit. At Regina * calamiſtricæ reſpondit, imagunculæ; & hæc, inquit, amo plurimum. Convivabatur eo tempore Imperator, & ad ſe accedentem turpem iſtum adoleſcentem interrogavit: Ubinam fuiſſet. Qui apud Ma-* *



*nam,*

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCLXIX. Anno Hegiræ CCXVI. inchoato die 18. Febr. fer. 7. A.C. 831.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6324.

☉ 28. A. ☽ 15. P. 2. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 831.

GREGORII IV. PAPÆ 5.

LUDOVICI IMP. 18.

THEOPHILI IMP. 3.

I. *Theophilus Aug. a Sacris Imaginibus ſemper averſus.*

ANum. I. ad V. Theophilus Imp. *Theodoram* anno ſuperiori uxorem duxit, & ex ea ſuſcepit *Michaelem*, qui poſt patris mortem cum matre imperavit, *Teclam* quæ una cum matre Theodora & Michaele fratre aliquandiu Imperium rexit, Auguſtæ titulo perinde donatam, ut docent Anaſtaſius in Præfat. ad Synodum VIII. & Numiſma a Baronio anno DCCCLXVI. num. XIX. productum ac præterea Annam, Anaſtaſiam, Pulcheriam, & Mariam, quarum quinque filiarum mentionem faciunt Porphyrogenneta in Continuatione Theophanis pag. 56. aliique. Quare quod narrat hoc anno Baronius ex Curopalata, *Theoctiſtam* nempe Theodoræ Auguſtæ matrem quinque neptes ſuas in Sacrarum Imaginum amorem excitaſſe, eaſque earum labiis vultuique admoviſſe, quod cum *Pulcheria* non magis ætate quam ſenſu immatura Theophilo retuliſſet, prohibuit is, ne filiæ ad *Theoctiſtam* amplius accederent. Hoc inquam, longe poſt hunc annum contingere debuit, ut ex tempore matrimonii Theophili cum Theodora certo colligitur. Hinc intelligimus, Symeonem Logothetam, qui hæc refert ad annum ſecundum ejuſdem Imperatoris, in Chronologia parum ſecurum eſſe. Quod narrat etiam Baronius de *Dendere*, joci dumtaxat cauſa in Regia nutrito, qui retulit Imperatori *Theodoram* pulchras puppas habere, incerto tempore accidit.

II. Porphyrogennetus in Continuatione Theophanis pag. 71. poſtquam narravit priorem

Theo-

nam, reſpondit: ita enim Theodoram vocabat; ſeque conſpexiſſe pulchras imagunculas ab ipſa e pulvinari extractas.

IV.

Intellexit igitur Imperator, & vehementi ira percitus e menſa ſurrexit: confeſtimque ad illam ſe contulit, aliiſque multis probris lacerans, idolorum quoque cultricem incontinenti lingua vocavit; ſimulque narrabat, quæ ſibi dixiſſet illud monſtrum. Ipſa vero tunc iram deliniens Imperatoris: Male ſuſpicatus es, ait, o Imperator: non ut opinatus es, ita revera ſe habet; ſed in meum ſpeculum intenta defixos oculos habebam una cum meis ancillis, & Denderis intuitus, quæ eo pariebantur formas, inconſiderate tibi hæc renuntiavit, & iram Imperatoris mitigavit his verbis: Denderim autem ſatis decenti inſtruxit diſciplina, perſuaſitque, ne umquam de imagunculis quidpiam alicui narraret. Et Idcirco cum aliquando Reginæ ſuccenſebat, Theophilus a Dendere percontabatur, an rurſus pulchras imagunculas Mana amplecteretur. At ille admota labiis dextera manu: Tace de imagunculis reſpondit Imperator: Atque hæc ita evenere.

Reverebatur plane magnopere uxorem, quam ſciret omnium virtutum genere præſtantem, a qua & veniam ſupplex rogavit, cum offendiſſet, quod ancillæ quæ Reginæ ipſi inſerviebat, ſtuprum intuliſſet. Ubi enim ſenſit ſe lapſum, cognovitque Theodoram totam immutatam, & averſo eſſe erga ſe animo, ajunt illum jurantem ſublatis ad Deum manibus confeſſum, tunc tantum ſe lapſum eſſe & petiiſſe ſibi ab uxore veniam. Sed de his modo ſatis.

V. Amalarii legatio ad Greg. Pap.

Quod ad res Francorum pertinet, tamquam male obducta cicatrice recrudeſcit, & rurſus erumpit vulnus domeſtici belli, Pipino filio Ludovici rurſum recedente a patre, & in eum alios commovente. Quæ autem hæc ſecuta ſint, ſuo loco dicenda erunt. Miſſa fuit hoc anno

le-

PAGIUS

*Secunda expeditio Theophili Aug. adverſus Saracenos.*

Theophili Aug. adverſus Saracenos expeditionem, ſubdit: *Inſequenti anno Theophilus rurſus copias adverſus Iſmaelitas educit, ac cum eis ex ſuperiori victoria elatis ac ferocientibus ad Charſianum congreſſus, multis eorum ſubjugatis, captivos ad viginti ſupra quinque millia abducit; illuſtrique potitus præda ad Urbem Auguſtam redit.* Idem habent Zonaras & Cedrenus, qui omnes hanc expeditionem recitant ante illam, de qua anno ſequenti agemus, quæ ideo ad præſentem annum pertinet.

III. *Amalarius Metenſis Romam a Ludovico Aug. mittitur.*

Ad num. V. & ſeq. Amalarius in libro, quem ſcripſit *de Ordine Antiphonarii*, ſe hoc anno a Ludovico Imp. Legatum ad Gregorium IV. miſſum eſſe, his verbis narrat: *Poſt hoc veniens Romam anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXI. Indictione IX. ſub imperio Domini & Piiſſimi Imp. Ludovici & Apoſtolatu glorioſiſſimi Apoſtolici Gregorii, interrogavi de ordine Reſponſorum a Feſtivitate Pentecoſtes uſque ad Adventum Domini*, &c. Ita ille cap. 58. Quare cum Amalarius Trevirenſis Archiepiſcopus an. DCCCXIV. vivere deſierit, ut eo anno oſtendimus, liber *de Ordine Antiphonarii*, non ab eo, ſed ab Amalario Diacono Metenſi, & poſtea Presbytero ac Abbate elucubratus fuit.

IV. *Cantum a Metenſibus Galli, & Metenſ. a Romanis diſcunt.*

Caroli Magni tempore correcti fuerant *Antiphonarii*, & jam a tempore Pippini ejus patris Cantus Romanus in Galliarum Eccleſias inductus fuerat, ut oſtendit Capitulare Aquiſgranenſe anno DCCLXXXIX. editum, in cujus Capitulo XC. legitur: *Monachi, ut Cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant, ſecundum quod beatæ memoriæ genitor noſter Pippinus Rex decretavit ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit ob unanimitatem Apoſtolicæ Sedis, & Sanctæ Dei Eccleſiæ pacificam concordiam.* Imo anno DCCLXXXVII. cum Carolus M. Romæ eſſet, orta eſt contentio inter Cantores Romanorum & Gallorum, *& cum altercatio de neutra parte finiret, ait Domnus piiſſimus Rex Carolus ad ſuos Cantores. Dicite palam, Quis purior eſt, & quis melior, aut fons vivus, aut rivuli ejus longe decurrentes? Reſponderunt omnes una voce, fontem, velut caput & originem, puriorem eſſe: rivulos autem ejus, quanto longius a fonte receſſerint, tanto turbulentos & ſordibus ac immunditiis corruptos. Et ait Domnus Rex Carolus: Revertimini vos ad fontem Sancti Gregorii, quia manifeſte corrupiſtis cantilenam Eccleſiaſticam. Mox petiit Domnus Rex Carolus ab Hadriano Papa Cantores, qui Franciam corrigerent de cantu. At ille dedit eis Theodorum & Benedictum Romanæ Eccleſiæ doctiſſimos Cantores, qui a Sancto Gregorio eruditi fuerant, tribuitque Antiphonarios Sancti Gregorii, quos ipſe notaverat nota Romana. Domnus vero Rex Carolus reveriens in Franciam, miſit unum Cantorem in Metis Civitate, alterum in Sueſſionis Civitate, præcipiens de omnibus Civitatibus Franciæ Magiſtros Scholæ Antiphonarios eis ad corrigendum tradere, & ab eis diſcere cantare. Correcti ſunt ergo Antiphonarii Francorum, quos unuſquiſque pro arbitrio ſuo vitiaverat, addens vel minuens, & omnes Franciæ Cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant notam Franciſcam, excepto quod tremulas vel tinnulas ſive colliſibiles vel ſecabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere Franci naturali voce barbarica frangentes in gutture voces potius quam exprimentes. Majus autem Magiſterium cantandi in Metis Civitate remanſit. Quantumque Magiſterium Romanum ſuperat Metenſe in arte cantilenæ, tanto ſuperat Metenſis cantilena cæteras Scholas Gallorum*, inquit Monachus Egoliſmenſis in Vita Caroli M. Quare non mirum ſi cum Antiphonarii rurſus corrigendi augendique fuere, electus ad id fuerit Amalarius Metenſis Diaconus, & Romam hoc anno miſſus, ubi ab Apoſtolica Sede etiam didicit quæ in poſteriori Præfatione appoſuit ad libros quos ſcripſerat de Officio Eccleſiaſtico, ut ipſemet teſtatur.

V. *Conventus Aquiſgranenſis.*

Ludovicus Aug. Conventus tres hoc anno celebravit, unum Aquiſgrani, alterum Ingelheimii, tertium in Theodonis villa. De priori hæc habet Annaliſta Bertinianus: *Domnus Imperator Aquis an. ab Incarnatione Domini DCCCXXXI. circa Kalendas Februarii, ſicut condictum fuerat, Generale Placitum habuit, eoſque, qui anno ſuperiori propter ſeditionem prius in Compendio,*

*& poſt*



legatio a Ludovico Imp. ad Gregorium Romanum Pontificem qui ea functus eſt, fuit Amalarius Fortunatus de quo ſuperiori anno.

(a) Ann. de ord. Antiph. c. 58.

Tempus legationis Amalarii.

Quod ad tempus ipſius Romam adventus ſpectat: id ipſe teſtatur in libro, quem ſcripſit de ordine (a) Antiphonarii, dicens: *Poſt hoc veniens Romam anno ab Incarnatione Domini octingenteſimo trigeſimoprimo, Indictione nona, ſub Imperio Domini & piiſſimi Imperatoris Ludovici, & Apoſtolatu glorioſiſſimi Apoſtolici Gregorii, interrogavi de ordine Reſponſoriorum a feſtivitate Pentecoſtes uſque ad adventum Domini: Reſponſum eſt mihi a viris eruditis Sanctæ matris Eccleſiæ noſtræ*, &c. Hæc quo ad tempus. Quod autem ad legationis munus pertinet, hæc ſuperius in præfatione ejuſdem commentarii idem habet.

VI. Cauſa legationis Amalarii.

*Quando fui miſſus Romam a ſancto & Chriſtianiſſimo Imperatore Ludovico ad ſanctum & reverendiſſimum Papam Gregorium, de memoratis voluminibus retulit mihi idem Papa: Antiphonarium non habeo, quem poſſim mittere filio meo domino Imperatori: quoniam hos, quos habuimus, Vvala, quando functus eſt ſua legatione aliqua, abduxit eos hinc ſecum in Franciam. Quæ memorata volumina contuli cum noſtris Antiphonariis*, &c. Hæc de legatione, atque ejus decernendæ



dæ

PAGIUS

*& poſtea in Niumago Domnum Imperatorem offenderant, venire juſſit, ut illorum cauſa diſcuteretur & dijudicaretur. Primumque a filiis ejus, ac deinde a cuncto, qui aderat populo, judicatum eſt, ut capitalem ſubirent ſententiam. Tunc Domnus Imperator ſolita pietate vitam & membra illis indulſit, ipſoſque per diverſa loca ad cuſtodiendum commendavit. Hlatarius, propter quod illis magis conſenſerat quam debuiſſet, genitoris pium commovit animum. Ad quod Placitum Domna Imperatrix, ſicut juſſum fuerat, veniens, & in conſpectu Domni Imperatoris ac filiorum ejus aſſiſtens, de cunctis ſe obiicientibus purificare velle aiebat. Percunctatuſque eſt populus ſi quislibet in eam aliquod crimen obiicere vellet. Cumque nullus inventus eſſet, qui quodlibet illi malum inferret, purificavit ſe ſecundum judicium Francorum de omnibus, quibus accuſata fuerat.* Addit Theganus cap. 37. *Inde venit Dominus Imperator Aquis ad ſedem ſuam, & ſupradicta conjux venit ibi obviam ei, quam honorifice ſuſcepit, jubente Gregorio Romano Pontifice cum aliarum Epiſcoporum juſto judicio.*

VI. *Pontificis Rom. auctoritas adiuncta in negotio Juditha.*

Quia enim velo impoſito Regina projecta fuerat in Monaſterium ad agendam publicam pœnitentiam, poſt crimen per ſacramenta dilutum neceſſe erat, ut pœnitentiæ indictio injuſta reſcinderetur. Id autem fieri non poterat auctoritate Regia, ex Decreto Conventus publici, ſed judicio Eccleſiaſtico, poteſtate Eccleſiaſtica. Quod ita factum Theganus citatus obſervavit. Romani Pontificis auctoritas, inquit Marca lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 23. num. 9. adjuncta eſt judicio Epiſcoporum Franciæ ſolo Auguſtorum intuitu, quorum dignitas cauſam iſtam majorem efficiebat. De majoribus autem cauſis Sedem Apoſtolicam conſulendam docuit olim Innocentius Primus. Ex eadem perſonarum dignitate profectum, ut de Divortio *Lotharii* Regis & *Theutbergæ* actum fuerit coram Nicolao Primo. Adeo ut quæ hodie fiunt in cauſis Regum Eccleſiaſticis ad Summum Pontificem relationes non careant ſuis exemplis; quæ crebriores factæ poſtquam Pontificum Reſcriptis a Juriſdictione ordinaria Principes exempti ſunt. Olim tamen perpetuum non erat, ut in cauſis Eccleſiaſticis Principum expectaretur auctoritas Summi Pontificis, ut patet ex pœnitentia publica ab aliquot Epiſcopis Ludovico Aug. per vim indicta, quæ ab Epiſcopis aliis ſoluta eſt non conſulo Romano Pontifice, & poſtea a Synodo plenaria confirmata, ut infra dicemus.

VII.

Cum Juditha Imperatrice libertatem recuperarunt ejus fratres Conradus & Rodulphus, teſte Auctore Vitæ Ludovici Pii. Nithardus vero lib. 1. ſcribit: *Lotharium quoque ſola Italia contentum, & pactione abire permiſit, ut extra patris voluntatem nihil deinceps moliri in Regno tentaret. Cumque hæc ſe ita haberent, & Reſpublica paululum reſpirare videretur, confeſtim Gunbaldus Monachus, quia multa in reſtitutione ejus laboraverat, ſecundus in Imperio eſſe volebat, quodque Bernardus olim fuerat, ſumma induſtria iterum eſſe certabat. Pippinus quoque Lodhuvvicus, quamquam eis Regna, ſicut promiſſum fuerat, aucta fuiſſent, tamen ut Imperio poſt patrem primi eſſent uterque laborabat. At illi per quos tunc Reſpublica tractabatur, voluntati eorum obſiſtebant.* Sub idem tempus, Wala Corbeienſis Abbas, quem anno ſuperiori Ludovicus Aug. ad Monaſterium ſuum ablegarat, in exilium mittitur in ſpecum prope Lemanum lacum, ut ſcribit Auctor Vitæ ejus lib. 2. cap. 9.

*Geſta in eo magis explicantur.*

VIII. *Conventus Ingelheimenſis.*

*Peracto Placito*, ſubdit Annaliſta Bertinianus de Aquiſgranenſi loquens, *Hlotharium in Italiam, Pippinum in Aquitaniam, Hludoicum in Bajoariam ire permiſit. Ipſe autem circa Kalendas Maii ad Ingulehem veniens, Hlotarium illic ad ſe venientem honorifice ſuſcepit. Hi quoque qui in exilium miſſi fuerant, adducti & abſoluti, gratiamque Domni Imperatoris adepti ſunt.* Quod de cunctis exulibus intelligi non poteſt; Wala enim, Eliſacharus, Mathfridus & alii, qui truſi fuerant in exilium, cuſtodia ſerius emiſſi ſunt, ut teſtatur Nithardus, cujus verba loco ſuo recitabimus. Ut Hilduinus ad Palatium e Corbeia Saxonica reverteretur, ſuis apud Ludovicum poſtulationibus impetravit Hincmarus, *Cui*, ut ait Flodoardus lib. 3. cap. 1. *pro familiaritatis priore notitia tantam Deus apud Imperatorem Proceresque contulit gratiam, ut ſtudere pro ſuo nutritore quiverit, donec ab exilio revocatus, duarum fuerit Abbatiarum Prælationi reſtitutus.* Quare nec munus Archicapellani, nec Abbatiam Sancti Medardi prope muros Sueſſionenſes recuperavit. Abbas Sancti Medardi manſit *Agobardus*, qui Lugdunenſis erat Archiepiſcopus; manſit & Archicapellanus Palatii *Fulco*, qui Gemmeticenſis erat Abbas. Præterea Ludovicus Aug. *VValam*, quem prope lacum Lemanum prius ablegarat, ad Herum inſulam transferendum curavit, quod in priori loco nimium vicinus eſſet Italiæ ſeu Regno Lotharii, cujus rebellionem adverſus patrem ſemper foverat. Id legitur in Vita ſeu Apologia Walæ lib. 2.

IX.

*Tertium vero generale Placitum in Theodonis villa habuit* (ſcilicet Imperator), *ibique ad eum*

*Le-*

dæ cauſa, nimirum, ut Amalarius ex Romana Eccleſia Gallicanos Antiphonarios corrigeret, & emendaret, augeretque. In his totus Ludovicus erat, licet multis premeretur moleſtiis, ut quæ ad ſacros Eccleſiæ ſpectarent ritus, quam decentiſſime curarentur.

Sic igitur functus eſt ſuo munere quam ſolertiſſime Amalarius, confecitque tunc commentarium illum, cujus eſt titulus, De ordine Autiphonarii; cujus inſtituti ſui rationem in eadem præfatione quærentibus affert. Dedit tunc illi Gregorius Papa Theodorum Archidiaconum S. R. E. qui eum de omnibus admoneret. Teſtatur ipſe Amalarius in prologi exordio, ubi habet iſta: *Interrogavi Archidiaconum Theodorum S. R. E. quem rogavit dominus Apoſtolicus, ut me inſtrueret juxta interrogationem meam de ordine Romani Officii, &c.* Didicit & ab Apoſtolica Sede, quæ in poſteriori

Amalarius ſcripſit librum de ordine Anthiphonarii.

PAGIUS

*Conventus in Theodonis villa.*

*Legati Amiralmummin inde perfide venientes, pacem petiverunt. Qua mox impetrata, reverſi ſunt. Nec non Miſſi Danorum eadem exorantes venerunt, & fœdere firmato ad propria repedarunt. Multaque Legationes Sclavorum ad eum venientes, audita, diſpoſita, & abſoluta ſunt. Bernardus Comes adveniens, de quibus accuſatus fuerat, Domno Imperatori filiiſque ſuis jurejuranda ſatisfecit. Filii quoque ejus, qui adfuerant, ad ſua remearunt. Pippinum inibi diutius expectans, plures ad eum Legatos direxit, ut veniret. Qui ſe venturum promiſit, & venire diſtulit. Ipſe vero ad hyemandum poſt Miſſam* ( ideſt diem ) *Sancti Martini Aquis venit. Ibi Pippinus paucis diebus ante Natalem Domini ad eum venit. Quem Domnus Imperator, propter inobedientiam illius, non tam benigne ſuſcepit, quam antea ſolitus fuerat*, inquit Analiſta Bertinianus.

X. *Paſchaſius ſcribit Libellum de Sacramento Altaris.*

*Paſchaſius* paulo poſt initium Libelli ſui de Euchariſtia ait: *diſcordiarum anfractibus pene labi Orbem, effuſa ſuper Magnates contentione Imperii*, indeque Mabillonius ſæc. IV. Benedict. part. II. in Præfatione cap. 1. recte deducit, Opus illud editum eſſe hoc anno, tempore exilii Walæ Abbatis Veteris Corbeiæ, cum Ludovici Auguſti filii & Francorum Magnates de Principatu digladiabantur. Hic Paſchaſii liber varias ſubinde procellas ſuſtinuit, varioſque adverſarios. Quidam *Paſchaſii* ævo extitere, Catholici omnes, aut fere omnes; alii Sæculo XI. auctore atque incentore *Berengario*, hæretici; quibus noviſſimi poſt longa tempora ſucceſſerunt noſtri temporis itidem Heterodoxi, Lutherani & Calviniſtæ. Rem hanc explico verbis ejuſdem Mabillonii, qui *Paſchaſii* doctrinam egregie vindicavit, obſervavitque Calviniſtas, Albertino potiſſimum Duce, adſtruere conatos eſſe, Paſchaſium in re Euchariſtica novatorem fuiſſe, qui antiquam Eccleſiæ fidem ac traditionem novis commentis infecerit, ut realis præſentiæ ac Tranſubſtantiationis doctrinam æqualibus ac poſteris ſuis propinaret. Mitto hic quæ ad controverſiam de fide pertinent, & tantum exhibeo quæ Mabillonius habet de iis, quibus Hiſtoria Eccleſiaſtica illuſtrari poteſt.

XI. *Rogatus unius ex ſuis diſcipulis.*

Opuſculum iſtud aggreſſus eſt Paſchaſius Radbertus rogatu cujuſdam diſcipuli ſui, in gratiam juniorum Corbeienſis Cœnobii Monachorum. Nam in ſua Præfatione ſcribit: *quod ideo placuit ſtylo temperare ſubulco, & ea quæ de Sacramento Sanguinis & Corporis tibi exigis neceſſaria, tui prætextatus amore itatenus perſtringere, ut cæteri quos nec dum unda liberalium attigerat literarum, vitæ pabulum & ſalutis hauſtum plenius caperent ad medelam.* In Epiſtola ad Frudugardum profitetur, ſe *non temeritatis afflatu talia olim puero cudiſſe; ſed auctoritate Divina, & Sanctorum Patrum ea petentibus propoſuiſſe.* Ex quo intelligitur, cur Auctor etiam in ea Epiſtola dicat, libellum hunc *cuilibet puero* fuiſſe dedicatum, ideſt, cuidam filio ſeu diſcipulo ſuo. Sic enim pronomen *quilibet* pro *quidam* alibi uſurpat *Paſchaſius*, quem Mabillonius exiſtimat Auctorem Vitæ Walæ, in cujus lib. 1. cap. 14. Carolus Magnus Walam humiliaſſe dicitur *inſtinctu cujuſlibet*, ideſt, cujuſdam, ſeu alicujus.

XII. *Is fuit Vvarinus Novæ Corbeiæ poſtea Abbas.*

Quis fuerit iſte Paſchaſii diſcipulus, eruitur ex vetuſto Codice Anicienſis Eccleſiæ, in quo prædictum Paſchaſii Opus continetur, & non ſolum *Placidii* nomen reperitur, ſed etiam quis fuerit *Placidius* iſte, quod omnes hactenus latuerat, deſignatur. Codex ille in fronte libri de Sacramento Altaris exhibet primo Verſus Radberti ad Carolum Calvum, tum ejuſdem Auctoris Epiſtolam ad eumdem, qua librum pridem a ſe compoſitum ipſi tranſmiſit pro munere *ad ſuperventura diei Dominici Feſta*, pro more illius ætatis: *Decrevi*, inquit Paſchaſius, *non ignavi ponderis metalli veſtræ Majeſtati munus offerre; ſed libellum, quamvis exiguum corpore; magnum tamen de Sacramentis Sacræ Communionis, quem dudum Placidio meo Vvarino Abbati, devoto & fideli veſtro, conſecrans, ideo ſic communius volui ſtylo temperare ſubulco, ut ea quæ de Sacramento Corporis, & cætera* numero ſuperiori recitata. Ex hoc fragmento & ex ſuperioribus intelligitur, primo Placidium, cui liber de Corpore & Sanguine Domini nuncupatus eſt a Paſchaſio, eſſe *Varinum*, qui Veteris Corbeiæ primo Monachus, dein Novæ Abbas fuit ab ineunte anno DCCCXXVI. Secundo, *Vvarinum* jam Abbatem fuiſſe, cum ei dedicatus eſt liber, qui *Placidio vice Chriſti Præſidenti Magiſtro* inſcriptus eſt: ac proinde librum poſt annum DCCCXXVI. conditum fuiſſe, & quidem præſenti ex præmiſſis. Tertio, ſcriptum fuiſſe in gratiam juniorum Corbeiæ Novæ Monachorum, *quos necdum unda liberalium attigerat literarum*, Corbeiæ, inquam, Novæ apud Saxones, qui recens ad fidem perducti fuerant.

XIII. *Paſchaſius libellum illum recognovit.*

Quarto tempus, quo *Paſchaſius* Opus ſuum denuo recognitum, auctumque, ut ſuo loco dicetur, *Carolo Calvo* tranſmiſit, non contigiſſe ante annum DCCCXLIV. quo Veteris Corbeiæ Abbas dictus eſt; ſiquidem Abbatem ſe in ſuperiori Epiſtola deſignat. Quinto denique nullos ſuper Paſchaſiano libro motus ante id tempus excitatos, ut ex Epiſtolæ ſerie colligere licet. Ex his etiam conſequens eſt, *Paſchaſium* in Epiſtola ad *Frudegardum*, ubi ait ſe *puero* cudiſſe hunc libellum, *pueri* nomine intelligere juniorem Monachum ac diſcipulum ſuum, eo modo quo Alcuinus *Maurum* ſeu Rabanum *puerum* vocat in Epiſtola LV. qui Rabanus tunc Fuldenſibus Scholis præfectus erat. Et quidem Monachum hunc, cui libellum ſuum dicavit Pa-



Agobardi in antiphonario reſtituendo cura.

ri præfatione appoſuit ad libros, quos ſcripſerat de Officio Eccleſiaſtico, ut idem ipſe teſtatur. ☞ Sed & eodem tempore Agobardus Archiepiſcopus Lugdunenſis in reſtituendo pariter vetere Antiphonario magnopere laboravit: verum ob nimiam ſuam ſcrupuloſitatem, cum præter divinam Scripturam admittere in ſacris officiis nihil vellet, haud quam putavit, eſt gloriam conſecutus. ☜

An-

PAGIUS

Paſchaſius, jam tum promotæ fuiſſe ætatis, patet ex cap. XXI. ubi ait, ipſum habere in ſacramento, quo *infantiæ*, ideſt adoleſcentiæ ſuæ *abluat fæditates*: imo & Sacerdotum fuiſſe ſatis innuit his verbis: *quia Deo ordinante jam Sacris adſiſtis Altaribus, lava interim nocentes, non cum Pilato manus.* Quid multis? *Placidius* ſeu *Vvarinus* Abbas erat jam inde ab annis quinque, cum Paſchaſius librum ſuum ipſi dedicavit.

XIV. *Qua occaſione libellus editus.*

Hujus libelli cauſam fuiſſe, ut exponeretur de Euchariſtiæ Sacramento Catholica doctrina in gratiam Saxonum puerorum recens ad fidem converſorum, qui in Corbeiæ Novæ Monaſterio educabantur, diſcimus ex laudata Paſchaſii Epiſtola ad Carolum Calvum. Nec obſtat, quod quoſdam hæreticos notare videtur Paſchaſius in cap. XXI. his verbis: *nos autem Catholice ſenſum ipſius Domini requirentes, non hæreticorum nænias ſequamur, ſed ejus qui ait: Accipite & comedite ex hoc omnes.* Quippe ita compoſita eſt tota ejus oratio, ut informantis ad pietatem, non decertantis ad refutationem, formam habere videatur. Procedit enim ſedato, ſimplicique modo ad erigendum animum in tantum Sacramentum, non contento & concitato illo genere, quod in diſputationibus adhiberi ſolet. Sed quidquid his *hæreticorum næniis* intellexerit *Paſchaſius*; ſive malos Catholicos, ſive Neſtorianos ſeu novos hæreticos deſignaverit, non aliam tradidit ſuo in libro de Euchariſtia doctrinam, quam Eccleſiæ univerſæ.

XV. *Summa ejuſdem Libelli.*

Tria potiſſimum docet hoc in Opere *Paſchaſius*, quæ ſtatim ab initio libri exponit: nimirum verum Corpus & Sanguinem Chriſti exiſtere in Euchariſtia; panis & vini ſubſtantiam non ſupereſſe facta Conſecratione; ipſumque Corpus non aliud eſſe quam quod de Maria Virgine natum eſt. Hæc paucis comprehendit in hunc modum: *Licet figura panis & vini hic ſit, omnino nihil aliud, quam Caro Chriſti & Sanguis poſt Conſecrationem credenda ſunt. Unde ipſa Veritas ad diſcipulos hæc inquit: Caro mea eſt pro mundi vita. Et, ut mirabilius loquar, non alia plane, quam quæ nata eſt de Maria, & paſſa in Cruce, & reſurrexit de Sepulchro.* Tria alia ex his conſequentia etiam docet, ſcilicet Chriſtum *in myſterio quotidie veraciter immolari* in capp. 2. 4. & 9. Euchariſtiam *& veritatem eſſe* & *figuram* cap. 4. Denique *ſeceſſui obnoxiam non eſſe* cap. 20.

XVI. *Doctrina Tranſubſtantiationis diſerte in eo expreſſa.*

Præſentiam ( quam vocamus ) realem & Tranſubſtantiationem ita aſſerit, ut ſi quis non credat, *impio deteriorem* eſſe pronuntiet cap. 12. & in Epiſtola ad Frudugardum *Sanctorum fidem* appellet; ſecus ſentientes *contra ipſum Dominum, & contra omnem Eccleſiam* agere. Denique in Commentario ſuper Matthæum neminem eſſe, *qui in aperto hoc ita eſſe contradicat, quod totus Orbis credit & confitetur.* Atqui non ignorabat Paſchaſius, quod de Euchariſtia tum ſentiret Eccleſia: neque vero eo impudentiæ prolapſurus fuiſſet, ut fingeret ita ſentire Eccleſiam omnem, ſi alia tum fuiſſet Eccleſiæ fides. Pronum quippe & familiare Novatoribus eſt, ſui temporis Eccleſiam arguere, fideles a recepta perſuaſione revocare, & ſe primos demum rectæ fidei jactitare Auctores, aut certe avitæ religionis Inſtauratores. Ut vero quiſquam a recepta fide recedens dicere auſus ſit, ſe cum ſui temporis Eccleſia omni convenire, hactenus forſan inventus eſt nemo, niſi quidam recentiores Calviniſtæ, qui Græcos hodiernos, ſed longe diſtantes, ſecum de Euchariſtia conſentire auſi ſunt affirmare, reclamantibus undique Græcis, & teſtimonia publica proferentibus in execrationem male impacti erroris. At vero *Paſchaſius* non unum terræ angulum, ſingulareſve Eccleſiæ populos, ſed *Totum Orbem* Chriſtianum, nemine in aperto contradicente, confiteri dicit, quod ipſe ſentiebat, ſcribebatque. Denique *Paſchaſium* omnibus ſui temporis Gallicanis Epiſcopis Venerabilem fuiſſe conſtat, cum ex aliis multis, tum ex Privilegio, quod Synodi Pariſienſis Patres viginti ipſius rogatu Corbeienſi Monaſterio contulerunt, cum eximio Elogio ejus Monachorum, qui ſine dubio Magiſtri ac Præceptoris ſui doctrina imbuti erant. Quæ opponit Claudius Carentonenſis Miniſter, ut ſuſpectam reddat *Paſchaſii* fidem, probetque eam cum ſui temporis Eccleſia non concordare, ſolide poſtea refellit Mabillonius; ſed ea non ſunt hujus loci.

S. *Anſcharius* fit Archiepiſcopus Hamburgenſis, ut anno ſequenti oſtendetur.

I. Perſecutio Theophili magis graſſatur.

ANnus adeſt Redemptoris octingenteſimus trigeſimus ſecundus decimæ Indictionis inchoatæ, quo tempore Theophilus Imp. ſemel aggreſſus movere bellum adverſus Orthodoxos ob cultum ſanctarum imaginum: quo magis in domeſticos ſibi conjunctos ſanguine exercere vindictam abſtinens fuit, eo amplius in alios ſe exhibuit durum atque ſeverum. De his enim agens Joannes Curopalata, hæc ait: *In eis, qui ſanctas & immaculatas colunt imagines, admodum ſævus fuit & auſterus; quippe qui ſuperiores omnes crudelitate vincere contendebat: ſuperiores enim fuerunt, Leo & Michael Balbus iſtius pater, quorum alter edicto ſanxit, ut in nulla pictarum imaginum, ubicumque pictæ eſſent, hæc vox, Sanctus, imprimeretur, quaſi non alii hæc vox quam Deo ſoli conveniret, haud recte conjectans. Cum enim Deus, hanc vocem, Deus, hominibus impertitus ſit, quæ multo excellentior eſt hac voce adiectiva, Sanctus (nam longe humilior eſt, Sanctus) non utique ipſa nobis interdixiſſet. Verum hoc ille, ut dixit lege ſanxit. At Leo, qui ante ipſum regnavit, nequaquam ipſas coli conſenſit. Verum Theophilus ne coloribus quidem formari voluit; Abiectum enim & humile talibus affici dicens, ſed ſolam veritatem contemplari.*

II. Confeſſores Theophilo reſtitere.

*Igitur detrahebantur eo tempore ab omni templo ſacræ imagines: pro quibus feræ & aves inſculpebantur, qui illius immanem ſervilemque dementiam coarguerent. Hinc ſacroſanctæ opes repoſitæ, in forum projectæ contumelioſe illudebantur, hinc carceres facinoroſorum iis complebantur, qui in honore ſacras imagines haberent, monachis, Epiſcopis, paſtoribus & his, qui eas depinxiſſent: pleni jam montes erant, & ſpeluncæ iis, qui ut fures & ſcelerum patratores fame & ſiti interfecti fuerunt. Nam cum monachis juſſiſſet ad urbes aditus intercludi, eoſque omnino expelli edicto ſanxiſſet: effecit, ut monaſteria & ſolitaria loca multis atque perſpicuis hominibus complerentur. Quippe cum ſacri viri virtutem prodere & ſacrum nollent indumentum, immo mallent fame & calamitatibus oppreſſi vitam finire. Aliqui negligentes habitum, idcirco perirent: plures autem ex iis, qui per deſidiam vitam agerent remiſſam, ac diſſolutam vitam amplexati eſſent, a ſacris hymnis & cantionibus, & ab ipſo habitu penitus abſtinentes. Etenim ne hos quidem conventus peragi Tyrannus conceſſit, qui perſæpe vel ſoli poſſunt ſervare, & veluti frænum quoddam eſſe iis, qui cupiditatibus dediti temere labuntur.*

Ve-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXX. Anno Hegiræ CCXXVII. inchoato die 6. Febr. fer. 4. A.C. 832.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6325.

⊙ 1. GF. ☽ 16. P. 24. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 832.

GREGORII IV. PAPÆ 6.

LUDOVICI IMP. 19.

THEOPHILI IMP. 4.

I. *Tertia expeditio Theophili Aug. adverſus Saracenos.*

ANum. I. ad VI. Elmacinus in Hiſt. Saracenica lib. 2. teſtatur *Almamonem* Calipham Bagadenſem annis Chriſti DCCCXXX. & duobus ſequentibus bellum geſſiſſe adverſus Theophilum Auguſtum, & ex Conſtantino Porphyrogenneto in Continuatione Theophanis lib. 3. pag. 72. ordinationem *Jannis* ſeu *Joannis* pſeudo-Patriarchæ Conſtantinop. in diem XXI. menſis Aprilis currentis anni conferente, quid in eo bello peractum ſit, intelligimus. *Jam vero rurſum*, inquit Porphyrogennetus, *vere appetente, ac bellatores Viros inter ſe committente, Theophilus ingentibus contractis copiis, contra Saracenos proficiſcitur, educto e carcere, ſibique adjuncto Sancto Methodio. Neque vero tunc primum fecit, ſed & ſemper factitabat, penes ſe Virum habens, ſive ut ejus ſapientiæ vi obſcura vulgoque ignota diſſolveret, eaque ipſi aperiret (erat enim Theophilus abſtruſarum rerum operoſus inveſtigator) ſive id cavens, ne quaſi is turbas, ſe abſente, ob Sacrarum Imaginum amolitionem, in Urbe excitaret. Præcipui enim Civium, inque eis Viri religioſi, Methodium pluris faciebant, eumque impenſe colebant. Idcirco una ſecum adducere, non poſt ſe relinquere, ex officii ratione Theophilo videbatur. Itaque commiſſa utrimque acie, ac Iſmaelitis ſuperioribus, contigit circumventum Imperatorem in vitæ periculum adduci.* Addit Porphyrogennetus, *Manuelem* exercitus Ductorem omni majus dedecore reputantem, ſi Romanorum Imperator ab hoſtibus caperetur, in medios cuneos Theophilum quæſiturum irrupiſſe, eumque tandem periculo exemiſſe; ſed cum invidi eum ex calumnia reum egiſſent, ipſeque vereretur, ne ob id ab Imperatore oculis orbaretur, ſe ſe ad Saracenos tranſtuliſſe, a quibus magis honoribus donatus eſt. *Verum cum ejus percrebeſcente fama, Theophilum rei pœniteret, nec levis dolor inde eum inceſſiſſet, nullum non funem movendum ſtatuit, ut Virum ad ſe revocaret, ad ſeque redire compelleret. Unde alii quidem per Jannem Monachum, quo tempore miſſus eſt ad commutandos captivos, pacis eum fœdera iniiſſe, ac Manuelem ad ſe revocaſſe ferunt.*

II. *Joannes fit Pſeudo-Patriarcha Conſtantinopoleos.*

Paulo poſt ſcribit Porphyrogennetus: *Salvus inde receptus, Conſtantinopolim in Sacram Blachernenſem ædem venit, erga quam ſciret Theophilum non vulgarem habere fidem. Quocirca etiam Magiſtri honore donatur, exindeque Theophili compater audit, & Scholarum Domeſticus præficitur. Non deſunt qui dicant, fugiſſe quidem Manuelem ad Agarenos, ac Theophili opera, uti dictum eſt, fuiſſe revocatum: non tamen* Ma-





III. Confeſſorum in dicendo libertas.

*Verumtamen ne tunc libertas quidem loquendi ex hominibus prorſus receſſit, ſed quidam audaciores multi per ſe, aliqui etiam ſimul coacti, libere ad eum accedentes loquebantur, oſtendebantque ex dictis Patrum noſtrorum, Dionyſii, Magni Hierothei, & Irenæi non heri, aut paulo ante monachorum rempublicam adinventam & ſtatum, ſed antiquam atque adeo priſcam, quin etiam ſanctarum imaginum figuras cum Apoſtolis viguiſſe demonſtrabant. Si quidem S. Apoſtolus Lucas Dei Genitricis formam expreſſit; & ipſe Chriſtus Dominus ac Deus noſter ſuam in quodam linteo depictam effigiem non manu confectam nobis reliquit. Iſti igitur ſacroſancti viri Tyranni inſcitiam redarguerunt. Cumque ei immanitatem (quod admodum libere loquebantur) obieciſſent: poſt multas plagas & verbera atque tormenta ex urbe exterminati fuere. Qui cum ad ſacrum Præcurſoris templum in Euxino Ponto ſitum perveniſſent, flagellorum plagis confecti, cœleſti quieta tamdem dignati ſunt. Quorum veneranda corpora in terram inſepulta projecta, integra & ſalva diutius permanſere, quoad fideles quidam ea ſuſcipientes, ſepelienda curarunt, varioque honore certatim affecerunt Sanctos, qui pro Chriſto Deo martyrium ſubiere.*

IV. Monachus in faciem reſtitit Imp.

*Quos æmulatus, ſimilia, & cognita his alius quidam monachus oſtendit, qui nuper ad ſacerdotii principatum aſcenderat. Nam zelo Dei incenſus coram Tyranno adſtitit, aliaque non parva enarravit, & illud Apoſtoli dictum: Si quis vobis evangelizaverit, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit. Verum iſti quoque plagas inflixit multas, ſed ubi ſtabilior viſus eſt in diſputando, ad Joannem emiſit præceptorum Tyranni. Cui imperavit, tunc ipſum dialecticis demonſtrationibus, in ſuam ſententiam adduceret. At generoſus ac ſtrenuus ille decertator non ſophiſticis aut dialecticis demonſtrationibus, ſed Apoſtolicis & Evangelicis dictis magis mutum iſtum reddidit, quam piſces. Et tunc haud paucis item plagis acceptis, in exilium mittitur. Sed paulo poſt cum magno Ignatio quoddam tempus commoratus, cum eum de futuris Imperatoribus edocuiſſet (erat enim futura prævidendi munere donatus) ad Dominum migravit.*

V. De Lazari monachi pictoris egregia confeſſione.

*Tyrannus vero ſacris imaginibus infeſtus, properabat pictores omnes perdere; vel ſi vivere mallent, jubebat, ut ipſas expuentes, tamquam profana quædam pedibus in terram projecta conculcarent. Præter alios comprehenſus eſt item Lazarus monachus, qui tunc pingendi arte celebris erat, ac prius ille Theophilus Deo repugnans, obſequiis ipſum devincire tentavit; ſed ubi omni adulatione præſtantiorem eum vidit, ad inſitam ſibi vim converſus eſt, tantiſque tormentis ipſum excruciavit, ut nec ſupereſſe quidem poſſe exiſtimaretur. Et ita corpore male habentem concludit in carcere. Sed poſtquam* il-

PAGIUS

*Majeſtatis accuſatum Theophilo imperante fugiſſe, ſed Michaele Traulo ejus patre, ſive odio in illum defecerit, ſive quod veteres ejus inimicitias ſuſpectas haberet. Interim vero etiam Jannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus ordinatur, Aprilis viceſima prima, die Dominica: impietatis præmium, perverſæque fidei, ac Sacris Imaginibus negati cultus, Sacerdotium conſecutus.* Cum itaque currenti anno dies XXI. menſis Aprilis in diem Dominicam incidat, & Anaſtaſius in Appendice ad Chronologiam Nicephori teſtetur, *Jannem* ſeu *Joannem* ſediſſe annos novem, *Antonium* vero ejus in Sede Conſtantinopolitana Deceſſorem, qui anno DCCCXXI. Pontificatum iniit, ſediſſe annos duodecim, apparet, Porphyrogennetum recte *Jannis* ordinationem conſignaſſe, ideoque & expeditiones tres adverſus Saracenos, quas tribus continuis annis tam ipſe quam alii Hiſtorici Byzantini ſuſceptas fuiſſe docent, a nobis ſuis annis fuiſſe redditas. In Zonara quidem legitur, *Antonium* ſediſſe annos XIII. ſed id forte Librariis in numeris ſæpius errantibus imputandum.

III. *S. Methodius per ſeptennium in ſepulcro retruditur.*

Ex his etiam liquet primo, Baronium perperam expeditionem *Theophili* mox a nobis narratam diſtuliſſe in annum DCCCXXXIV. ut ibidem num. X. videre eſt. Liquet ſecundo, eum anno DCCCXXXIII. num. I. non bene etiam ſcripſiſſe *Joannem* ſuffectum eſſe Antonio *anno ſexto Theophili Imp.* ſic enim nec *Theodotus* per annos VI. nec *Antonius* per annos XII. nec *Joannes* per annos IX. pſeudo-Patriarchatum Conſtantinopolitanum geſſiſſent. Liquet tertio, Symeonem Logothetam initium Patriarchatus Joannis male copulaſſe cum anno octavo Theophili Aug. qui tamen recte hominem depinxit: *Homo præſtigiis*, inquit, *divinationibus ex pelvi; omnique impietate nominatiſſimus. Et vero idoneum organum Regiæ impietatis inventus, collata cum eo opera, quæ ad interitum exiſtant, propenſe omnia executus eſt, ac quem parturiebat (occultabat tamen) impietatis baſiliſcum, Imperator edidit peperitque, promulgato Edicto, quo Sacras Imagines oblini ac aboleri juberet.* In Libello Synodico mentio eſt pſeudo-Synodi Conſtantinop. in Blachernis ab iſto præſtigiatore celebratæ: *Theophilus Michaelis filius Imperium adeptus, mortuo Antonio, Joannem, qui pelvi inſpecta divinare ſoleret, ſolio præfecit, & maximam adverſus pios perſecutionem commovit; ac impiam in Blachernis Synodum congregans, adoratores Sacrarum Imaginum anathemati ſubiecit.* Quæ itaque Baronius hoc anno num. I. & ſeqq. ex Curopalata refert, detractas nempe fuiſſe ab omni templo Sacras Imagines, & earum loco feras ac aves inſculptas, & voluiſſe Imperatorem Pictores omnes perdere, & nominatim *Lazarum* Monachum graviter afflixiſſe, ad iſtum annum ſpectat; ad quem etiam reducendum quod Baron. an. DCCCXXXIV. num. XI. & ſeqq. de Sancto *Methodio*, qui poſtea Conſtantinopolitanus Patriarcha fuit in medium adducit. Is in *Antigoni* inſula in Monumento cum duobus latronibus incluſus fuit, ubi per

*illum convaluiſſe audivit, rurſumque imagines depingere, laminas ferreas ignitas illius palmis juſſit admoveri. Igitur carnes depaſcebatur ignis, quoad animo tandem defectus athleta jacuit ſemimortuus. Verum oportebat divina gratia hunc ſervari, ut poſteris eſſet incitamentum. Quare Tyrannus ut extremum jam ſpirare Sanctum didicit, Reginæ precibus ille cum quibuſdam aliis, qui ſibi maxime propinqui erant, e carcere liberatur, & in templo Præcurſoris, quod ita vocabatur, Formidabilis, occultatus eſt, atque ut ſeſe habebat plagis male affectus, Præcurſoris expreſſit imaginem, quæ diu conſervata ſanat ægrotos. Atque hæc ita tunc geſta ſunt.* Superfuit etiam iſte poſt obitum Imperatoris, & pingere ſacras imagines non ceſſavit. Hæc de rebus Orientalibus ſatis, ad Occidentales tranſeamus.

VI. Fluctuabant in Occidente inter hæc res Ludovici Imperatoris, cum ipſe in carcerem conieciſſet filium Pipinum, qui inde a ſuis noctu ſubductus eripitur. Quamobrem ipſum Regno privat, quod inter Lotharium atque Carolum diviſit; ſed res effectum non eſt conſecuta.

Hoc pariter anno ordinato S. Anſgario Sueonum atque Danorum Apoſtolo Amaburgenſi Archiepiſcopo civitatis Tranſalbianorum primo, Gregorius Papa pallium, inſigne plenitudinis poteſtatis ad eum miſit. De his enim vetus chronographus, Adam nominatus, verbis iſtis: (a) *Tunc cum ſcilicet idem Sanctus magnum retuliſſet ex gentilium prædicatione proventum, Imperator Ludovicus cum ma-* (a) *Adam. l. 1. c. 17.*

PAGIUS per annos ſeptem permanſit. Poſt ſeptennium Theophilus miſit ad eum *Joannem* pſeudo-Patriarcham, qui eum inde extraheret, quod in Palatii Bibliotheca ſcriptum libellum inveniſſet, cujus aſſequi ſenſum minime potuit. Symeon Logotheta, qui *Methodii* liberationem narrat, ſubiungit, *Theophilum* voluiſſe Methodium prope ſe in cubiculo habitare, & *exterorum quemlibet ad eum accedere, uno duntaxat excepto illius miniſtro, prohibuit. Ipſe vero quotidie ad eum ingrediens, ſi quæ dubia quæſtionis erant, ex illo exquirebat. Latro autem in ſepulchro relictus, quamquam liber dimiſſus erat, exire noluit; ſed magnis ſignis ac prodigiis fulgens, eo ipſo loco vitæ finem fecit*, inquit Simeon Logotheta. Quare cum Theophilus menſe Januario anni DCCCXLII. interierit, initium perſecutionis Methodii ab hoc anno removeri non poteſt; alioquin *Metodius* per annos ſeptem in ſepulchro ubi ex latronibus unus mortuus eſt, & per annos aliquot in Palatio moratus non eſſet.

IV. *Domus Regia Franciæ turbata.* Ad num. VI. In Domo Regia Franciæ pax aliqualiter hoc anno turbata; ſcribit enim Analiſta Bertinianus: *Indignatus Pippinus, quod a Patre non fuerat honorifice ſuſceptus, inito conſilio, in Vigilia Innocentium, prima noctis hora cum paucis ſuorum fuga lapſus eſt, & ſub omni feſtinatione Aquitaniam petiit. At Domnus Imperator graviter inde commotus eſt, nunquam æſtimans filio ſuo talia debere contingere, aut patris præſentiam fugere. Tunc itaque convocatis undique conſiliariis, habitoque cum eis conſilio, quid de his agendum eſſet, ſtatutum eſt, ut ſuum generale Placitum in Aurelianis Civitate habendum denunciaretur, illucque Hlotharium de Italia, Ludoicum vero de aquis venire, pariterque cum patre ad condictum Placitum pergere.* Ludovicus Aug. ut hyemem ſic & Paſchalem Solemnitatem Aquisgrani tranſegit, poſtea Ludovicum quoque filium, qui ſuis ſe fratribus ſocium jungit, adverſarium experitur. Pippinus & Ludovicus fratres in adminiſtrando Francorum Regno præcipuam auctoritatem ambiunt, eamque contendunt ſibi jure debitam, quia ſuppetias antea Patri contra Lotharium tulerunt. In ipſa Imperatoris Aula lis eſt inter Guntbaldum Monachum & Bernardum Septimaniæ Ducem, ut indicat Nithardus lib. 1. Scribit vero Theganus cap. 39. *poſt Paſcha auditum eſt, quod æquivocus filius ejus cum conſilio Lotharii noluiſſet viſitare patrem inhoneſte, & venit uſque ad Monaſterium Sancti Nazarii, & modico tempore ibi reſidens, uſque dum pater ejus Moguntiam veniens, & coadunato exercitu ſecutus eſt eum.*

V. *Ludovicus Bojoariæ Rex redit in Gratiam patris.* Rem fuſius refert Annaliſta Bertinianus: *Subito perventum eſt ad aures piiſſimi Imperatoris, Ludoicum cum omnibus Bajoariis liberis & ſervis, & Sclavis, quos ad ſe vocare poterat, Alemaniam quæ fratri ſuo Carolo a patre jam dudum data fuerat, ingredi velle, eamque vaſtare & diripere ac ſuo Regno adunare, cunctumque populum Regni illius ei fidelitatem promittere, & his peractis in Franciam cum ipſo exercitu hoſtiliter venire, & de Regno patris ſui quanto plurimum potuiſſet, invadere, ſibique ſubjicere. Cumque hoc compertum eſſet, ſtatim Domnus Imperator mutato Placito, omnes Francos Occidentales, & Auſtrales, nec non & Saxones, obviam ſibi XIV. Kalend. Maii Moguntiam venire præcepit. Hoc audientes omnes alacriter ad Domnum Imperatorem venire feſtinaverunt, ei in omnibus auxilium præbere cupientes.* Rex Bojoariæ, ut Theganus cap. 39. teſtatur, *expectavit adventum patris, & voluit ſe defendere. Pater itaque veniens juſſit eum venire ad ſe, quem benigne ſuſcipiens habuerunt colloquium pacificum, & non poſt multos dies cum gaudio magno amore diviſerunt ſe.*

VI. *Pippinus Rex ſub cuſtodia detinetur.* Annaliſta Bertinianus ait, Moguntiæ denuo annunciatum eſſe *Placitum Generale Kalendas Septembris Aurelianis habendum ibique unumquemque hoſtem libere advenire. Cumque illic pervenit, dona annuaria more ſolito ſuſcipiens, mox inde ad Lemodicas* (ſeu Lemovicenſem Urbem) *feſtinavit. Tunc filium ſuum Pippinum ad ſe vocans, inter cætera increpavit eum, cur de ejus præſentia ſine licentia aufugiſſet; paternoque illum affectu corripere cupiens, in Franciam ire præcepit: ut in loco, quo eum eſſe injunxit, moram faceret quo uſque ſua emendatione patris animum mitigaret. Ille vero ſe facturum ſimulans, & de incœpto itinere regrediens, paternam juſſionem implere contempſit.* Poſtea captus eſt a patre, tuncque contigere quæ narrat Auctor Vitæ Ludovici Pii: *Imperator Pippinum ob pravorum morum corruptionem ſub cuſtodia privata Treveros perduci juſſit. Quo cum duceretur, & indulgentius haberetur, a ſuis cuſtodiæ noctu ſubducitur, & uſque ad Imperatoris reditum ab Aquitania, quaquaverſum valuit & voluit,*



*magiſtratibus S. Anſgario de ſalute gentium congratulatus, ingentes Chriſto gratias perſolverunt.*

VII. Sedes Archiep. Amaburgenſis a Gregor. Pap. erecta & privilegiis aucta. *Habito igitur generali ſacerdotum Concilio, pius Cæſar votum parentis impleri cupiens, Amalburg civitatem Tranſalbianorum Metropolim ſtatuit omnibus barbaris nationibus, Danorum, Sveonum, itemque Slavorum, & aliis conjacentibus in circuitu populis. Eique cathedræ primum Archiepiſcopum ordinare fecit Anſgarium. Hoc factum eſt anno Domini octingenteſimo trigeſimoſecundo, qui eſt Ludovici Imperatoris annus* * *XVIII. Villerici Bremenſis Epiſcopi quadrageſimus-tertius. Conſecratus eſt autem a Drogone Metenſi Epiſcopo, Cæſaris fratre germano, adſtantibus atque faventibus Odgario Moguntienſi, Ebbone Rhemenſi, Heddi Treverenſi, & aliis. Conſentientibus etiam Villerico Bremenſi, & Helingaudo* * *Ferdenſi Epiſcopis, quibus an-* * XIX. * Vverdenſi.

Ann. Eccl. Tom. XIV. Z

PAGIUS *vit, pervagatur. Et tunc quidem Imperator inter filios ſuos Lotharium atque Carolum quamdam diviſionem Regni conſtituit.* Ad hanc Regni diviſionem reſpicit Nithardus, quando ait: *Aquitania Pippino dempta Carolo datur, & in ejus obſequio Primatus populi qui cum patre ſentiebat, jurat.*

VII. *S. Anſcharius fit primus Archiep. Hamburg.* Ad num. VII. *S. Anſcharius* non hoc anno, ſed anno DCCCXXXI. ordinatus eſt Archiepiſcopus Hamburgenſis. Is & Witmarus Corbejenſes Monachi, cum Sueonum gentem primis Chriſtianæ fidei rudimentis per ſex poſteriores menſes anni DCCCXXX. inſtruxiſſent, ad Ludovicum Auguſtum ante Conventum Aquiſgrani circa Kal. Februarii an. CCCCXXXI. habitum redierunt, & Anſcharius, antequam Conventus ſolveretur, conſecratus eſt primus Hamburgenſis Archiepiſcopus: *peracto apud eos* (nempe Sueones aut Suecos, inquit Rembertus in hujus Sancti Præſulis Vita) *altero dimidio anno, præfati ſervi Dei* (Anſcharius & Witmarus) *cum certo ſuæ Legationis experimento, & cum literis Regia manu more ipſorum efformatis, ad Sereniſſimum reverſi ſunt Auguſtum. Qui honorifice & cum maxima pietatis benevolentia ab eo ſuſcepti narraverunt quanta Dominus, ſecum egerit, & quod odium fidei in illis partibus ad vocationem Gentium patefactum fuerit. Hoc itaque devotiſſimus audiens Imperator immenſo lætificabatur gaudio, pariterque recolens quæ jam olim apud Danos circa Dei cultum concepta fuerant, & laudes & gratias Omnipotenti Domino referens, ardore fidei incenſus quærere cœpit, quomodo in partibus Aquilonis, in fine videlicet Imperii ſui Sedem conſtituere poſſet Epiſcopalem, unde congruum eſſet Epiſcopo ibi conſiſtenti, cauſa Prædicationis illas frequentius adire partes, & unde etiam omnes illæ barbaræ nationes facilius uberiuſque capere deberent Divini Myſterii ſacramenta.* Paulo poſt ſubjungit, cum jam fides Chriſti in partibus Danorum atque Sueonum fructificare cœperit, Ludovicum Aug. cum conſenſu Epiſcoporum in ultima Saxoniæ Regione trans Albim, in Civitate Hamburgenſi Sedem conſtituere decreviſſe Archiepiſcopalem, *cui ſubjaceret univerſa Nordalbingorum Eccleſia, & ad quam pertineret omnium Regionum Aquilonarium poteſtas*, & ad hanc Sedem Anſcharium conſecrati feciſſe Archiepiſcopum per *Drogonem* Metenſem Præſulem, adſtantibus *Ebone* Remenſi, *Hetti* Trevirenſi & *Otgario* Maguntiacenſi.

VIII. *Epocha inſtitutionis Archiep. Hamburgenſis.* Rembertus num. LXVIII. de morte Sancti Anſcharii, quæ die III. Februarii an. DCCCLXV. accidit, locuturus, ait: *ætatis ſuæ anno ſexageſimo quarto, Epiſcopatus vero trigeſimo quarto, gravi cœpit corporis morbo laborare, dyſenteria ſcilicet jugi, quæ cum per multos dies, menſibus videlicet quatuor & amplius acriter laboraret*, &c. quare cum anno DCCCLXIV. menſe Novembri annum XXXIV. Epiſcopatus ageret, apparet eum conſecratum eſſe Epiſcopum Hamburgenſem anno ſuperiori, non vero anno DCCCXXX. ut perperam Cointius putavit, & cum Baronio ejus ordinationem in præſentem differri non debere. Hamburgenſis Diœceſis in Actis num. XXX. dicitur *admodum parva ſolum quatuor baptiſmales Eccleſias habebat*, & commendata fuerat a Ludovico Imp. Epiſcopis vicinis Willerico Bremenſi & Helingando Ferdenſi, ut ibidem num. XIX. Terminos dictæ Diœceſeos ſequentibus ſæculis extenſos deſcribit Helmoldus lib. 1. Chronici Sclavorum cap. 6. *Præter honorem*, inquit, *Metropolitanæ Sedis, quæ omnes nationes, ſeu Regna complectitur Aquilonis, habet utique Hammenburgenſis Eccleſia præſcriptos terminos ſuæ Parochiæ, ultimam ſcilicet partem Saxoniæ, quæ eſt trans Albiam Nordalbingia, continens tres populos, Thetmarſos, Holſatos, Stormarios. Inde extenduntur termini ad VVinithos, eos ſcilicet, qui dicuntur VVagiri, Obotriti, Kycini, Circipani, & uſque ad flumen Panim, & Urbem Dimin. Ibi eſt limes Hammenburgenſis Eccleſiæ.* Urbs hæc Demminum eſt hodie Ducatus Pomeranici limes, quo cum vicinis lacubus fluvioque Peni dirimitur a Meklemburgica Ditione, in cujus Orientali plaga erant Kycini & Circipani, in Occidentali vero Obotriti Wagirorum Regio ſeu *VVagria*, Holſatiæ hodie annumeratur.

IX. *Gregorius IV. Sedis Hamburgenſis inſtitutionem confirmat.* Ludovicus Aug. Sanctum Anſcharium recens ordinatum *honorabiliter ad Sedem direxit Apoſtolicam, & per Miſſos ſuos Venerabiles Bernoldum & Ratoldum Epiſcopos* (ille Strasburgenſis, hic Sueſſionenſis Epiſcopus erat) *ac Geroldum Illuſtriſſimum Comitem omnem hanc rationem Sanctiſſimo Papæ Gregorio intimari fecit confirmandam. Quod etiam ipſe tam Decreto ſui auctoritate, quam Pallii datione more Prædeceſſorum ſuorum roboravit, atque ipſum in præſentia conſtitutum Legatum in omnibus circumquaque gentibus Sueonum, Danorum, Farriæ, Gonlandon, Islandon, Scrideldon, Sclavorum, nec non Septentrionalium atque Orientalium, nationum quocumque modo nominatarum, una cum Ebone Remenſi Epiſcopo, qui ipſam Legationem ante ſuſceperat, delegavit, & ante corpus & confeſſionem Sancti Petri Apoſtoli publicam Evangelizandi tribuit auctoritatem, & ne eorum quidquam in futurum irritum fieret, omnem reſiſtentem & contradicentem, vel quolibet his Sanctis Studiis Piiſſimi Imperatoris inſidiantem anathematis mucrone percuſſit, atque perpetua ultione reum diabolica ſorte damnavit*, inquit Rembertus. Reſcriptum Gregorii IV. recitant Bollandus ad diem III. Februarii, Mabillonius Sæc. IV. Benedicti part. 2. aliique.

Qui

*antea diœceſis illa commendata eſt, roborante id Gregorio quarto Apoſtolica auctoritate & pallii donatione. Habentur in Eccleſia Bremenſi præcepta Imperatoris, & privilegia Papæ S. Anſgario data.* Hæc auctor. Quæ male apud (a) Crantzium in Eccleſiaſtica Saxonum hiſtoria facta ponuntur anno ſequenti Redemptoris: ſiquidem præfertur dicti auctoris antiquitas, qua ille ſibi fidem majorem conciliat. Ludovicus vero anno ſequenti ab Imperio depoſitus reperitur. Re-

(a) *Crant. Eccl. hiſt. Sax. l. 1. c. 20.*

PAGIUS X. *Amplitudo Legationis S. Anſcharii.* Quibus limitibus Legatio *Anſcharii* Hamburgenſis Archiepiſcopi circumſcriberetur, explicat Cointius ex Adamo Bremenſi an. DCCCXXX. num. VII. Ad eam Legationem præter nationes Slavorum cis mare Balticum in Germania ſitas, pertinuerunt Dania, Sueſſia, Scrictefinnia, ſeu Scridivindia, Halſingalandia, ſive Helſingia, Nordmannia, ſeu Norwegia, Farria, Islandia & Groelandia. *Daniæ* nomine Jutiam peninſulam olim Cimbricam intellige cum inſulis *Fionia*, & *Selandia*, nec non & *Sconia* quæ pars eſt Veteris Scantiæ, ſeu Scandinaviæ. Ætate *Adalberti* Hamburgenſis Archiepiſcopi, qui Præſulatum ſuſcepit anno MXLIII. in Jutia quinque Civitates erant Epiſcopales, *Sleſuicum*, *Ripa*, *Arbuſia*, *Vviberga*, & *Vvendila*, *Farria & Fionia*, quamvis haud parum diſſitæ uni ſuberant Epiſcopo; in *Sconia* Dalboia Civitas erat Epiſcopalis. Eadem ætate tres in Suecia Sedes erant Epiſcopales, Scatæ Sigdunæ & Byrcæ. *Norvegia*, ut in duas partes, Auſtralem videlicet ac Borealem, ſic & in duos diſtinguebatur Epiſcopatus; in Norwegia Meridionali Sedes Epiſcopi non erat fixa, Nidroſiæ vero fixa erat in Norwegia Septentrionali. Adamus Auctor Adalberto Hamburgenſi Archiepiſcopo Synchronus *in confinio Sueonum vel Nordmannorum contra Boream* collocat *Scriteſinnos*, quorum Epiſcopus Halſinodenſis dicebatur, & Sedem habebat *Helſingiæ*, quæ primaria Civitas erat Provinciæ cognominis, ſive Halſingalandiæ. Idem Auctor Farriam *in oſtio fluminis Albiæ* locat, additque Monaſterium ibi conſtructum ab Eilberto Epiſcopo Fioniæ, quæ ratio fuiſſe videtur cur inſulæ Fionia & Farria eidem paruerint Epiſcopo. Idem Adamus in Deſcriptione Gentium Septentrionalium non omiſit *inſulas Island*, & *Gronland*, quibus a prælaudato Adalberto Metropolita datus eſt Epiſcopus; inter primarias Urbes Iſlandiæ numeratur *Scalholtum*, ibi fixa Sedes Epiſcopi, qui inde nuncupatus fuit *Scalholtanus*.

XI. *Gaubertus ei Adjutor aſſignatur.* Porro geſta hoc anno his verbis exponit Rembertus num. XXI. *Poſt ordinationem Domni & Patris noſtri Anſcharii ſuperius comprehenſam, viſum eſt illis* (ſc. Eboni Archiepiſcopo Remenſi, qui in illis partibus Evangelium jam prædicarat, & Anſchario) *de earum Legatione inter ſe conferentibus neceſſarium eſſe, ut aliquis illi ordinaretur Adjutor, qui in partibus Sueonum Miniſterii Epiſcopalis officio fungeretur; quoniam in regione tam longe poſita præſens adeſſe deberet Pontifex, & ipſe ſolus ad utrumque locum minime ſufficeret. Cum conſenſu itaque & voluntate prædicti Imperatoris Venerabilis Ebo quendam propinquum ſuum Gautbertum nomine, ad hoc opus electum, & Pontificali inſignitum honore ad partes direxit Sueonum; cuique miniſteria Eccleſiaſtica & neceſſarios ſumptus tam ex ſua, quam ex datione Regia abunde tribuit, eumque quaſi vice ſua, qui idem prædicandi Officium prius auctoritate Apoſtolica ſuſcepiſſet, Legatum in gentibus Sueonum eſſe conſtituit. Cui etiam poſtea Clementiſſimus Auguſtus ſuggerente eodem Venerabili Præſule Ebone, ſellam, quam ipſe in loco memorato Vvelanao* (vulgo *Vvebl*, ſeu *Vvedel*, infra Hamburgum) *conſtruxerat, quaſi locum refrigerii tradidit, ut ſc. ad ipſius Miniſterium officii perpetua ſtabilitate deſerviret. Prædictus itaque Gautbertus, quem ipſi conſecrantes honore Apoſtolicis nominis Simonem vocaverunt, ad partem veniens Sueonum, honorifice & a Rege & a populo ſuſceptus eſt, cœpitque cum benevolentia & unanimitate omnium Eccleſiam inibi fabricare, & publice Evangelium fidei prædicare: fiebatque gaudium, ſalutis Chriſtianis ibi degentibus, & de die in diem numerus credentium augebatur.*

XII. *S. Meinulphus condit Monaſterium Virginum Canonicarum.* *Sanctus Meinulphus* Eccleſiæ Paderbonenſis, Diaconus Bodecenſe *Monaſterium & ejus Eccleſiam extruit, & quarto Idus Novembris eam curat dedicari; multaque ex paternis bonis ei loco prædia largitur, inſtituitque illic Congregationem Sæcularium ut vocant, Canonicarum*, inquit Gobelinus Perſona in ejus Vita; quæ hoc anno contigiſſe colligit Cointius num. XVIII. ex eo quod Dominica incidit in diem decimum Novemb. Præterea in ea Vita Meinulphus baptiſmum prius non ſuſcepit quam Leo III. Papa Paderbornam venit; anno ſc. DCCCIV. tuncque *Filiolus* appellatur, & *per ætatem ambulare jam* poteſt. Quare anno DCCCXVI. quo Baronius hujus Monaſterii conditum refert, ut eo anno num. XVIII. vidimus, *Meinulphus* Diaconus eſſe non potuit, ideoque ea fundatio in hunc annum differenda. Dum adhuc puer eſſet, datus eſt literis addiſcendis *Badurado* ſecundo Epiſcopo Paderbornenſi *& cum ætatis acceſſione tantos habuit in vera pietate progreſſus, ut Epiſcopus morum ejus gravitate, & haud obſcuris virtutum indiciis multivariis permotus, eum ſibi peculiariter a Secretis eſſe voluerit.* Subdit Gobelinus: *Deinde ſacris initiatus, Diaconus ordinatus eſt, in quo ordine ad ſupremum uſque vitæ diem permanſit.*

XIII. *Irruptio Danorum in Angliam.* Dani in Northumbriæ Regnum an. DCCXCIV. primam irruptionem fecere rurſumque hoc anno, qui ab illo eſt XXXVIII. in Inſulam rurſum deſcenderunt, ut teſtatur Huntindonienſis in fine lib. 4. ubi ait: *Hegbrichti Regis* (Occidentalium nempe Saxonum) *an XXXIII. redierunt Dani in Angliam, XXXVIII. anno poſtquam apud Donumutham victi & fugati ſunt. Primum igitur prædaverunt Sepeige.* Eſt autem Sepeige ſeu Shpeia inſula in agro Cantiano poſita. Idem habent Malmesburienſis, Ethelwerdus, Wigornienſis, aliique Hiſtorici Anglici, qui Danos poſtea muſcarum inſtar ad Inſulam deprædandam advolaſſe ſcribunt, eamque ducentis triginta annis uſque ad adventum nempe Nortmannorum Willelmi Regis ductu deſolatos eſſe.



I. *Quid in Theodorum atque Theophanem Theophilus.* Redemptoris ſequitur annus octingenteſimus trigeſimustertius Indictionis undecimæ, quo proſequens male cœptam adverſus Chriſtianos perſecutionem Theophilus, in peregrinos homines Catholicæ Fidei profeſſores Theodorum atque Theophanem fratres iram convertit: quos dire plagis affectos exilio tandem multavit, deportari eos jubens in Inſulam. Quod ad tempus pertinet, non ante præſentem annum hæc accidiſſe potuerunt, licet ab aliis primo loco perſecutionis inconſulte ponantur. Cum enim in eorum actis narretur, eos jam biennio habitaſſe in Inſula, cum Joannes Antonio ſuffectus fuit in throno Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ; conſtetque id non ante ſextum annum Theophili Imperii factum: utique non ante præſentem annum hæc contigiſſe potuerunt. Qui horum Confeſſorum res geſtas proſecutus auctor, hoc eodem ſæculo vixit, & ab exordio perſecutionis Theophili velut ab ovo (quod dicunt) rem auſpicatus, ſic exorditur:

II. *Poſtquam deceſſit impius Imperator Michael, magis impio filio ſuo Theophilo reliquit Imperium. Qui malum dogma ſic eſt amplexatus, & iis, qui pietatem magis accurate tenebant, extitit tam gravis, ut omnes, qui fuerunt antea malæ opinionis, frigidos ac molles redderet in impietate. Hinc rurſus in pios perſecutiones, & ſacrarum rurſus imaginum everſiones, & rurſus tormenta, & judicia, & carceres, & omne genus injuſtitiæ commotum in pietatem. Hinc Theodorus cum fratre Theophane delatus, & quod pius eſſet, accuſatus. Qui pro pietate quidem, quod non ſuſtinuit genus ſupplicii; vel potius, quam non ſuſcepit coronam martyrii? Non tolerantiæ? Non dicendi libertatis? Non zeli, quo pro Domino concitatus, quotidie decertabat? Martyr inter Martyres & Confeſſor effectus per ipſa pro Chriſto certamina: Res autem illius magis oſtendit multorum dierum carcer, quem ſuſtinuit, & multiplicia ſupplicia: quæ filii a patre in hodiernum uſque diem accipientes effecerunt, ut & ea ſuperarint oblivionem & ſcriptis mandata ſint.*



III. *Ab his ſuppliciis multi quidem ex iis, qui fuerant comprehenſi, victi ſunt, etiam ſi pœnitentia adverſus victoriam rebellavit: complures autem propter ſpem & Chriſti deſiderium generoſo, & forti animo contempſerunt. Cum quibus hic quoque vir divinus, cum hoc quod nihil ceſſit iis, quæ promittebantur, beneficiis, loris præterea cæſus, dici non poteſt, quantam oſtendit fortitudinem, ſociis certaminis effectus exemplar non facile ad imitandum. Ipſe certe, cum jam fuiſſet ei corpus laceratum flagellis, & ſolum ſanguine aſperſiſſet, ut qui rerum gravium & aſperarum nullum ſenſum ſuſtinuiſſet, nudus ſtetit in medio tribunali, & de plagis tamquam de aliquo ornamento glorians, & ſic* (ut ait (a) *Paulus*) *effectus eſt theatrum Angelis & hominibus. Cum autem Præfectus ægre tuliſſet hanc diuturnam tarditatem: Ergo* (*inquit athleta*) *ideo ſto nudus, ut ſi aliquem videro athletam defeſſum doloribus, illius defectum meo corpore alacri animo ſuppleam. O viri fortitudinem! o dicendi libertatem! o ardorem in Dominum! Rurſus ergo relegantur in inſulam, quam ſolent appellare Aphuſiam.* Hucuſque de his, quæ in primo certamine ſub Theophilo contigerunt.

(a) 1. *Cor.* 4.

IV. Qualis in dogmatibus Theophilus. Quomodo autem poſt biennium, iterum revocatus iterum ad confeſſionem & ſupplicia cum fratre ſit repetitus, ſuo loco dicturi ſumus. Cæterum quod ad Theophilum ſpectat, quod plerique dicant hunc ſuperaſſe impietate præde-



ceſ-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCLXXI. Anno Hegiræ CCXVIII. inchoato die 26. Januar. fer. 1. A.C. 833.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6326.

☉ 2. E. ☽ 17. P. 13. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 833.

GREGORII IV. PAPÆ 7.

LUDOVICI IMP. 20.

THEOPHILI IMP. 5.

I. ANum. I. ad V. In Vita S. Theodori Grapti a Combefiſio in Manipulo Originum Conſtantinopolitanarum Græce & Latine publicata dicitur, Theodorum cum fratre Theophane, mortuo Leone Armeno, Conſtantinopolim veniſſe, cumque multos in ſuam ſententiam adducerent, & quæ Iconomachi ſcriberent, editis libris confutarent, opera Jannis, qui *brevi poſt Patriarchalem Sedem indignus inceſſit*, Civitate pulſos fuiſſe. Tum imperante Theophilo Theodorum una cum fratre accuſatum, *quod pius eſſet*, diuturnum carcerem toleraſſe, ſed nec flagris nec verberibus ceſſiſſe: *Rurſus itaque* inquit Metaphraſte, *exilio relegantur in inſulam, quam vulgi uſu Aphuſiam vocant*, &c. *Cæterum quod & illa longique ærumnas exilii gaudio ferrent, duobus poſt annis, ſoli ex alii Imperatoris juſſu Conſtantinopolim veniunt. Majori enim, etſi vano ac inani, Imperator deſiderio tenebatur, ut ſcilicet Theodorum ac Theophanem una ſecum ſentientes nanciſceretur, quam ut univerſos ſuæ Ditionis teneret, quibuſcum nulla ei* opi-

*Theodorus Graptus & Theophanes Sacras Imagines defendunt.*

ceſſores Imperatores, dixerint iſta fortaſſe de his, quæ ſpectant ad cultum ſacrarum imaginum, quas penitus averſabatur: cæterum etſi Iconoclaſta fuit, Hagiomachus tamen nequaquam fuit, utpote qui Sanctos coleret, Dei Genitricis Eccleſias frequentaret, ſed ut (quod majus videri debet) erigeret, ut Joannes Curopalata tradit. Quod vero ad dictos pertinet Confeſſores, alii, qui horum fratrum ſunt confeſſionem ſcriptis proſecuti, iſta, quæ diximus, prætereuntes, ab iis, quæ in poſteriori confeſſione ſunt geſta, ſumunt dicendi principium, quæ poſt biennii ipſorum exilii tempus contigerunt, quæ nos ſuo loco dicturi ſumus.

V. *Ludovicus cogitur ſe Imperio abdicare.*

Graviori inter hæc turbine quatitur rurſum Imperium Occidentale, cum Ludovicus Imperat. ſe cogitur abdicare, conſpirantibus iterum in eum filiis, ſimulque Epiſcopis, quorum ſuaſu idem rurſus ad publicam peragendam redigitur pœnitentiam. Hæc ſingula quomodo ſe habuerint, ſunt accuratius exploranda. Quod enim Pipinus a patre privatus eſt Aquitania, quæ Carolo puero ex Judith nato data fuit: magnam ſibi Imperator cum odio concitavit invidiam non Pipini tantum, ſed aliorum filiorum Lotharii ac Ludovici, quo factum eſt, ut ad bellandum pararentur utrimque exercitus. Interea vero Gregorius Papa pacem inter filios atque parentem conciliaturus, Roma profectus, ad ea, quæ prius obvia habuit, caſtra filiorum acceſſit, diutiuſque ibidem commoratus, ut ad concordiam filios inducere poſſet. Quæ res in deteriorem partem accepta eſt a Ludovico, inſuſurrantibus nonnullis ſtudere nimirum Pontificem filiis Imperatoris: jactantibus inſuper fore, ut eſſet excommunicaturus Pontifex quotquot inhærerent Imperatori. Quo factum eſt, ut veniens ipſe Gregorius ad Ludovicum, haud eo ſit ſuſceptus honore, quo conſueverunt prædeceſſores Reges Francorum ire obviam, & excipere Romanos Pontifices. Conteſtatus autem ipſe Pontifex ſe non aliam ob cauſam eſſe Roma profectum, niſi ut ortum domeſticum bellum ſedaret, pacemque inter Imperatorem atque filios conciliaret: ab eodem Ludovico dimittitur ad filios, rem tractaturus cum ipſis. Sed cum nihil ex ſententia eveniret, implacabili odio adverſus patrem commotis illis: Gregorius re infecta, mœrens reverſus eſt Romam. Hæc quidem ex vita ejuſdem Ludovici Imperatoris, quæ auctor, qui appendice auxit hiſtoriam Aimoini, ex eo totidem verbis appoſuit.

*Gregorius fruſtra laborat pro componenda diſcordia.*

VI.

Theganus, Treverenſis Eccleſiæ Chorepiſcopus, qui aderat, partibuſque Ludovici favebat, de his, quæ ſpectant ad Gregorium Papam, hæc habet: *Poſt Paſcha Ludovicus audivit, quod iterum filii ſui ad eum venire voluiſſent non pacifice. Qui congregavit exercitum, & perrexit obviam eis uſque ad Campum magnum, qui eſt inter Argentariam, & Baſileam, qui uſque hodie nominatur Campus mendacii, eo quod ibi plurimorum fidelitas extincta eſt*, transfugientibus illis ad hoſtes. *Filii autem ejus perrexerunt ei obviam cum Gregorio Romano Pontifice. Et quiquid poſtulabant, nihil erat eis pater conſentiens. Non poſt multos dies venerunt ad colloquium Imperator, & jam dictus Pontifex. Qui non diu loquentes, honoravit eum Pontifex in primis magnis, & innumeris donis. Poſtquam uterque rediit in tabernaculum, miſit, Imperator dona regalia per Alungum venerabilem Abbatem, & presbyterum ſupradicto Pontifici*. Hactenus de rebus geſtis cum Roman. Pontifice, qui deſperatis rebus (ut dictum eſt, Romam reverſus eſt.

☞ Cum autem accepiſſet Agobardus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Gregorium Papam haud digne (ut par erat) acceptum a Ludovico Imperatore, exiſtimante ipſum cum filiis trahere eumdem funem: hæc ſcripſit ad eumdem Imperatorem:

*(a) Extant inter alia opera Agobard. cuſa Pariſiis anno 1605.*

*(a) Jubet veſtra prudentiſſima ſolertia contra commotiones hujus temporis paratum eſſe utrumque ordinem, militarem videlicet, & eccleſiaſticum; id eſt, & eos qui ſæculari, & illo qui ſacris miniſteriis inſerviunt: & illos quidem ad certandum ferro; iſtos autem ad diſceptandum verbo, ut ſimiles ſimilibus obſiſtere valeant. In qua re ſummopere ſciendum eſt, quod in congreſſione armorum plus expectanda eſt juſtitia ſuperni regiminis, quam robur brachiorum. In altercatione autem ſermonum plus expectanda eſt veritas, quam copia verborum. Propter quod orandum eſt ab omnibus tota intentione mentis, ut ille, de quo vos dicitis (a): Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quia illuminatio veſtra eſt, (b) illuſtret faciem ſuam ſuper vos; & quia ſalus veſtra eſt, ſalvuos vos faciat in ſua miſericordia, ut huic orationi congruenter vos ſubjugatis: Domine non confundar, quoniam invocavi te.*

(a) Pſ. 26. (b) Pſ. 66.

*Ego igitur ſervulus veſter cum cognoviſſem ex veſtro ſacro præcepio juſſum mihi eſſe ad veſtram præſentiam properare ita paratum, ut cum cæteris eccleſiaſticis viris contra injuſtos reprehenſores juſtæ reprehenſionis oppoſitionem adhibere poſſemus: viſum mihi eſt, ut in Dei & veſtro ſervitio de anteriorum Patrum actibus, & ſenſibus hæc verba, quæ ſuper annexa ſunt, glorioſiſſimæ excellentiæ veſtræ mitterem, quatenus ſancta religio veſtra pie perpendere dignetur, cujus reverentiæ debitores eſtis ad veſtrum quotidianum profectum erga Sedem Apoſtolicam. Denique beatus Pelagius Papa cum quoſdam redargueret Epiſcopos, eo quod nomen ejus reticerent in actione ſacri myſterii in ſolemniis Miſſarum, in principio ſcilicet, ubi dicere ſolemus in primis: Quas tibi offerimus pro Eccleſia tua Sancta Catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, una cum famulo tuo Papa noſtro, ait ad eoſdem Epiſcopos: Diviſionem veſtram a generali Eccleſia, quam tolerabiliter ferre non poſſum, vehementer ſtupeo. Cum enim beatiſſimus Auguſtinus Dominicæ ſententiæ memor, quæ fundamentum Eccleſiæ in Apoſtolicis ſedibus collocavit, in ſchiſmate eſſe dicat, quicumque ſe a Præſule earumdem ſedium auctoritate, vel communione ſuſpenderit, nec aliam manifeſtet eſſe Eccleſiam, niſi quæ in Pontificalibus Apoſtolicarum ſedium eſt ſolidata radicibus: quomodo vos ab univerſi orbis communione ſeparatos eſſe non creditis, ſi mei inter ſacra myſteria ſecundum conſuetudinem nominis memoriam reticetis, in quo licet indigno, Apoſtolicæ Sedis per ſucceſſionem Epiſcopatus præſenti tempore videtis conſiſtere firmitatem? Beatiſſimus quoque Leo Papa ad univerſos Viennenſis provinciæ Epiſcopos de auctoritate, & privilegio Apoſtolicæ Sedis ita ſcribit: Divinæ cultum religionis, quem in omnes gentes, omneſque nationes Dei voluit gratia coruſcare, ita Dominus noſter JESUS Chriſtus humani generis Salvator inſtituit, ut veritas, quæ antea legis & Prophetarum præconio continebatur, poſt Apoſtolicam tubam in ſalutem univerſitatis exiret, ſicut ſcriptum eſt: In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed hujus muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, ut in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, ut ab ipſo, quaſi quodam capite, dona ſua, velut in corpus omne diffunderet, ut extorrem ſe myſterii intelligeret eſſe divini, qui auſus fuiſſet a Petri ſoliditate recedere. Hunc enim in conſortium individuæ unitatis aſſumptum, id quod ipſe erat, voluit nominari, dicendo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei in Petri*

PAGIUS

*opinionum diſſentio erat*. Baronius biennii illius exordium cum præſenti anno alligat. Verum nullus Character temporis in ea Vita reperitur, ex quo annus quo uterque Theophilo imperante in exilium miſſus eſt, deduci poſſit.

II. *Eas etiam tuentur tres Patriarchæ Orientis.*

Combefiſius loco laudato refert Narrationem diverſis ex Hiſtoriis collectam de Divina Chriſti Imagine ad Augarum Regem miſſa, & ex Urbe Edeſſena Conſtantinopolim tranſlata, quam compoſuit Conſtantinus Porphyrogenneta, qui pag. 90. aſſerit de ea Imagine mentionem haberi in Epiſtola a tribus Patriarchis Orientalibus Theophilo imperante ſcripta. Hæc Porphyrogennetæ verba: *Non hæc aures mulcendi cauſa, aut veritati fucum faciendi nullis teſtibus a nobis conficta narratio; quin imo tres ſimul Patriarchæ, Job Alexandrinus, Chriſtophorus Antiochenus & Baſilius Hieroſolymitanus ipſi ſcripſerunt, atque hæc ſic habere datis Theophilo Imperatori litteris, qui Sacrarum violator Imaginum eſſet palam fecerunt: tunc nimirum cum longa diſſertatione Divinas Imagines Sanctas adſtruentes ac veneratione habendas, iſtud quoque tractarunt; ac licet noſſe, ſi quis in multos Verſus fuſam eam Epiſtolam ut legat, in animum induxerit*. Ea Epiſtola ad nos non pervenit, ſed ex laudatis verbis intelligimus tres illos Patriarchas Sacras Imagines defendiſſe tanquam certam Orientalium Eccleſiarum traditionem.

III.

Ad num. V. & ſeqq. Hoc anno filii Ludovici Aug. in apertum bellum adverſus eum erupere, ac hinc & inde ingentes exercitus collecti: *Humano porro generi*, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii, *pacique contrarius diabolus; nequaquam ab infeſtatione Imperatoris feriebatur, ſed per ſatellitum ſuorum verſutias filios ſollicitabat, perſuadens illis, quod pater illos ultro perdere vellet. Non conſiderantes quod qui mitior hominibus externis eſſet, immanis non poterat effici ſuis. Sed quia corrumpunt bonos mores colloquia mala, & lapidum etiam duritiam mollis aquæ guttula ſæpius illiſa terebrare ſolet, tandem ad id ventum eſt, ut filios Imperatoris* (Lotharium, Pippinum, ac Ludovicum) *in unum cum copiis quibus poterant coire facerent, Gregoriumque Papam advocarent, ſub ornatu quaſi qui patri ſolus filios reconciliare deberet & poſſet. Rei tamen veritas poſt claruit. Imperator porro e contrario menſe Maio Vvormaciam venit cum valida manu, ibique quid agendum ſibi foret diu deliberavit*. Agobardus Lugdunenſis Archiepiſcopus in Epiſtola *de Comparatione utriuſque regiminis Eccleſiaſtici & Politici* inſcripta, refert juſſiſſe imprimis Imperatorem, ut præter militarem ordinem Eccleſiaſticus etiam contra præſentes commotiones paratus eſſet. Agobardi ſcopus in ea Epiſtola eſt, ut Imperatori ſuadeat pacem concordiamque Regni redintegrandam ex legibus a Gregorio Papa præſcribendis; quem Lotharii, Lotharianæque conjurationis fautorem temere credidit. Partem illius Epiſtolæ recitat Baronius in Appendice ad hunc annum. Hæc Agobardi in ea Epiſtola verba: *Certe*, inquit, *Clementiſſime Domine, ſi nunc Gregorius Papa irrationabiliter, & ad pugnandum venit, merito & pugnatus & repulſus recedet. Si autem pro quiete & pace populi & veſtra laborare nititur, bene & rationabiliter obtemperandum eſt illi, non repugnandum. Si enim quod veſtra voluntate & poteſtate cum conſenſu totius Imperii veſtri factum eſt, & poſtea in Apoſtolica Sede roboratum, hoc vult in priſtinum reducere ſtatum, ſatis rationabilis & opportunus eſt ejus adventus, quia nullatenus quod ita eſt conſi-*

*Filii Ludovici Aug. adverſus eum rebellant.*

*tri ſoliditate conſiſteret, hac Eccleſiam ſuam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas poſſet appetere, nec portæ contra illam inferi prævalerent. Verum hanc Petræ iſtius ſacratiſſimam firmitatem Deo, ut diximus, ædificante conſtructam nimis impia vult præſumptione violare, quiſquis ejus poteſtatem attentat infringere, favendo cupiditatibus ſuis, & id, quod accepit a veteribus, non ſequendo. Hæc beatus Leo, ſed & alii multi hujuſmodi docentes, ut illius ſtabilis Petræ ſempiterna ſoliditas, ſuper quam Dominus Salvator noſter propriam fundavit Eccleſiam, a Solis ortu uſque ad occaſum Primatus ſui apicem ſucceſſorum ſuorum auctoritate, tam per ſe, quam per vicarios ſuos firmiter obtineret. Ex quibus beatus Anaſtaſius Papa ad Imperatorem ſcribens, docet quod pro Chriſto fungatur legatione, qui pro pace precatur Eccleſiæ: & ipſum Imperatorem admonet, ut conſtitutis Apoſtolicæ Sedis obtemperet.*

*Certe clementiſſime domine, ſi nunc Gregorius Papa irrationabiliter, & ad pugnandum venit: merito & pugnatus, & repulſus recedet; ſi autem pro quiete & pace populi & veſtra laborare nititur, bene & rationabiliter obtemperandum eſt illi, non repugnandum. Si enim quod veſtra voluntate, & poteſtate cum conſenſu totius Imperii veſtri factum eſt, & poſtea in Apoſtolica Sede roboratum, hoc vult in priſtinum reducere ſtatum, ſatis rationabilis, & opportunus eſt ejus adventus. Quia nullatenus, quod ita eſt conſtitutum a vobis, debetis mutare: nec enim ſine gravi periculo, & reatu animæ fieri poteſt in his ſacratiſſimis diebus Paſchalibus. Perlatæ ſunt ad me litteræ iſtius Apoſtolici, præcipientes, ut jejunia, & orationes cum abſtinentia faceremus; ſi forte omnipotens Dominus effectum conatui ejus præſtare dignetur; quatenus apud vos obtineri poſſit, ut pax & concordia priſtina domui & regno veſtro reſtituatur. Quod ego audiens, compunctus, faciem cordis mei quantum valui, ad JESUM Chriſtum Dominum noſtrum levavi, vehementer exoptans, ut ſine ſanguinis effuſione tam injuſtus tumultus per benigniſſimam omnipotentiam ejus ſedaretur. Dignetur ſublimis prudentia veſtra pie perpendere quod Apoſtolus dicit: In noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Quæ pericula B. Papa Gregorius ſuo jam tempore, quando adhuc ſtatus idem multo & incomparabiliter melior erat, quam nunc ita deplorat dicens: Tantis quippe in hoc loco hujuſmodi fluctibus quatior, ut vetuſtam ac putreſcentem navem, quam regendam occulta Dei diſpenſatione ſuſcepi, ad portum dirigere nullatenus poſſim. Nunc ex adverſo fluctus irruunt; nunc ex latere cumuli ſpumoſi maris intumeſcunt; nunc a tergo tempeſtas inſequitur; interque hæc omnia turbatus, cogor modo in ipſa clavum adverſitate dirigere, modo curvato navis latere minas fluctuum ex obliquo declinare. Ingemiſco, quia ſentio quod negligente me creſcit ſentina vitiorum, & tempeſtate fortiter obviante, jam jamque putridæ naufragium tabulæ ſonant.*

*Heu, heu, ſi tunc jam putreſcebat navis Eccleſiæ, & ſi ejus tabulæ jam putridæ erant, quid nunc eſt? Hæc verba, piiſſime domine, beatiſſimi Doctoris propterea ad memoriam veſtram reducere præſumpſi, ut quia nemo dubitat vos multo & ineffabiliter plus eſſe amatorem regni cœleſtis, quam terreni; permanſuri, quam tranſituri; & juxta veſtram ſanctam Fidem, ſpem, & charitatem de nullo alio opere poteſtis tam chare Deum placare, quam de ſollicitudine & adminiſtratione pacis, & unitatis Eccleſiæ: veſtra ſolertiſſima religio elaboret, ut omnis anima fidelis proficiat in Fide & cognitione Dei,*

PAGIUS

*ſtitutum a vobis, debetis mutare. Nec enim ſine gravi periculo & reatu animæ fieri poteſt.*

IV. *Conſilia ſua promovent Coniurati.*

Nithardus lib. I. Agobardi, cæterorumque conjuratorum conſilia ſic exponit: *Populum quaſi ad juſtum regimen ſollicitant, Uvalanam* (id eſt Walam Veteris Corbeiæ Abbatem) *Eliſachar* (ſeu Heliſachar Abbatem Sancti Maximini in Diœceſi Trevirenſi) *Mathfridum* (is Aurelianenſe Comitatum accepit, Odone rurſum expulſo) *cæteroſque qui in exilium retruſi fuerant, cuſtodia emittunt, Lodharium, ut rem publicam invadat, compellunt; inſuper autem & Gregorium Romanæ Summæ Sedis Pontificem, ut ſua auctoritate liberius quod cupiebant, perficere poſſent, ſub eadem ſpecie magnis precibus in ſupplementum ſuæ voluntatis aſſumunt.* Agobardus Lugdunenſis Archiepiſcopus per literas ad Francorum Conventum a Ludovico Aug. vocatus, non tantum juſſionem Imperialem neglexit, ſed & ſacramentum fidelitatis, quod turbulentiſſimis hiſce temporibus cum aliis Epiſcopis Ludovico præſtare debuit, irriſit in Libro Apologetico pro filiis ejuſdem Imperatoris. Poſtquam enim illorum ſprevit ſacramenta, qui jubente Ludovico Imp. idem anno ſuperiori promiſerunt Carolo Regi tum puero, de juramentis, quæ ſerius, hoc videlicet anno, facta ſunt, per contemptum ſimiliter cap. 3. ita loquitur: *Et ne ibi quidem remanſit, ſed quaſi nihil horum fuiſſet, adhuc exorta ſunt juramenta.* Scripſit librum illum in procinctu belli civilis hoc eodem anno, priuſquam Ludovicus in filiorum poteſtatem veniret, in eoque ſe paſſim ejuſdem Ludovici infenſiſſimum, Judithæ Auguſtæ, Carolique Regis hoſtem, & acerrimum Lotharianarum partium defenſorem oſtendit. Hanc lucubrationem Cointius an. DCCCXXX. & tribus ſeqnentibus paſſim confutat. Inter alios Epiſcopos Lotharianæ factionis præcipui memorantur, *Ebo* Remenſis, *Bernardus* Viennenſis, *Bartholomæus* Narbonenſis, *Jeſſe* Ambianenſis, *Helias* Tricaſſinus, & *Herobaldus* Autiſſiodorenſis. Au-



*quæ res omnibus rebus Deo charior eſt, hujus rei * niſus merita veſtra appropinquare faciat Apoſtolicis meritis.* Poſt hæc autem redarguens eumdem Imperatorem, quod ſcribens ad Romanum Pontificem, modo fratrem, modo patrem appellaſſet: eum non fratrem, ut alios Principes, nominandum eſſe affirmans, hæc ſubiicit:

* f. niſu

Romanus Pontifex non frater ſed pater ab Imp. appellandus.

*Romano Pontifici ſcribentes, contrariis eum in præfatione nominibus appellaſtis, fratrem videlicet, & Papam; dum congruentius eſſet, ſolam ei paternam reverentiam exhibere. Adventu quoque ejus comperto, lamentare vos dicitis, credentes omnibus Principi ſcilicet ſubiectis futurum, & optaſſe occurſum noſtrum a nobis non negandum, niſi ſacra juſſio Imperialis præveniret: quæ verba reprehenſibilia ſunt, uno quidem modo, quia juſſio Apoſtolicæ Sedis non minus vobis ſacra videri debuerat, quam illa, quam dicitis Imperialem: deinde quia veritate caret, quod dicitis illam præveniſſe: non enim illa prævenit, ſed noſtra, id eſt Pontificalis. Neque ignorare debueratis, majus eſſe regimen animarum, quod eſt pontificale, quam Imperiale, quod eſt temporale. Beatus Gregorius Nazianzenus non hoc timuit coram Imperatoribus in Eccleſia prædicare: ſic enim ipſis Imperatoribus loquitur, dicens: Suſcipitis ne libertatem verbi, &c.* ☚

VII. Excuſatur omnino Gregorius a calumnia.

Cæterum etſi ſint qui dicant, in ſuſpicionem ductum Gregorium Papam apud Ludovicum, quod diutius apud eos manſiſſet: tamen eventus hanc penitus ſuſpicionem evacuavit; ſiquidem ipſe, quod eis adverſus patrem non faverit, infenſos ſibi reddidit, cujus rei cauſa Lotharius cum reverſus eſt in Italiam, acerbiſſimum odium adverſus eumdem Gregorium, ipſam Romanam Eccleſiam perſequendo, manifeſtis operibus declaravit: quod ipſe Ludovicus intelligens, eidem quibus valuit auxiliis præſto fuit, ut ſuo loco dicturi ſumus. At vero tantum abeſt, ut ſceleratis filiorum operibus conſenſum præſtiterit Gregorius Pontifex, ut ab eis factum patris abrogationis decretum reſciderit, quod teſtatur Paulus Æmilius, qui res Francorum eſt feliciter proſecutus.

☞ Porro eodem, quo ſupra, libello Ludovico Imperatori oblato, Agobardus Lugdunenſis Archiepiſcopus plurimum invectus eſt in Auguſtam jam dimiſſam, ſed domi receptam, urgens, ut rurſum eiiceretur. Hac enim exagitavit ipſam declamatione forenſi (*a*):

*Audite hæc omnes gentes, audiat terra & plenitudo ejus a Solis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari, & ſciant, & recogitent pariter, domini & Imperatoris Ludovici filios juſte fuiſſe & eſſe indignatos, & bene ſentire, & intendere ad expurgandum paternum palatium a ſordibus facinorum, & iniquis factionibus: & regnum ab amariſſimis, & tumultuoſis inquietudinibus: tantum ut inter eos germana fides & fraterna ſinceritas Deo digna, & omni fideli populo beneplacita perſiſtat, & inviolabiliter perſeveret. Igitur cum prædictus dominus & Imperator quietus eſſet in domo, & florens in palatio ſuo, cum adhuc juvenem conjugem ſub ſui reverentia cuſtodiret, & ſecundum Apoſtolum, uxorium debitum illi perſolveret: in proceſſu vero dierum cum cœpiſſent hæc primum tepeſcere, deinde frigeſcere, ac per hoc & mulier reſolvi in laſciviam ceſſantibus licitis converſa, immo adverſa, ad illicita adſcivit ſibimet aptas perſonas ad perpetranda turpia, & primum latentur, deinde impudenter. Cognoverunt autem hoc initio pauci, deinde plures, ad poſtremum autem multitudo palatii, & regni, ac finium ter-*

(*a*) *Agobard. epiſt. ad Ludov. Imp. pag.* 366.

Agob. Archiep. in Aug. ſemel dimiſſam iterum domi receptam invenitur.

PAGIUS

V. *Ludovicus Aug. ad defenſionem ſe accingit.*

Auctor Vitæ Ludovici Pii, poſtquam narravit eum Wormatiam cum valida manu veniſſe, ſubjungit: *Miſſis deſtinatis, Bernardo ſcilicet Epiſcopo* (ſeu Bernhario Epiſcopo Wormatienſi) *cum reliquis, filios hortabatur ad ſe veniendum & redeundum. Sed & Papam Romanæ Sedis conveniebat, ut ſi more Prædeceſſorum ſuorum adeſſet, cur tantas necteret moras non ſibi occurrendo. Cum vero rumor uſquequaque diffuſus ferret de cæteris quod verum erat, de Papa vero Romano, quod ideo adeſſet, ut tam Imperatorem quam Epiſcopos excommunicationis vinculis irretire vellet, ſi qui inobedientes eſſent ſuæ filiorumque Imperatoris voluntati: parum quid ſubripuit Epiſcopis Imperatoris præſumptio audaciæ, aſſerentibus nullo modo ſe velle ejus voluntati ſuccumbere, ſed ſi excommunicaturus adveniret, excommunicatus abiret, cum aliter ſe habeat antiquorum Canonum auctoritas.* Extat Epiſtola quædam *Gregorii IV. Papæ ad Epiſcopos Regni Francorum*, a Baluzio inter Agobardinas edita, & a Marca lib. 4. de Concordia cap. XI. ipſi juremerito aſſerta, & pluribus explicata. Cointius hoc anno num. XIV. & ſeqq. fruſtra contendit, illud Opus Gregorio ab homine factionis Lotharianæ ſuppoſitum eſſe. Illius Epiſtolæ fragmentum tantum extat, quod Papirius Maſſonus, eumque ſecutus Goldaſtus ſub nomine Agobardi jam ediderant. Magnam partem illius fragmenti ſub Agobardi nomine recitat Baronius in Appendice ad hunc annum.

VI. *Pax a Gregorio IV. fruſtra tentata.*

Pergit Auctor Vitæ Ludovici Pii: *Tandem ergo conventum eſt feſtivitate Sancti Præcurſoris Chriſti Joannis, in loco qui ab eo quod ibi geſtum eſt, perpetua nominis ignominia notatus eſt, ut vocetur Campus mentitus. Quia enim ii, qui fidem Imperatori promittebant, mentiti ſunt, locus in quo id contigit, teſtis nequitiæ in ſuo nomine remanſit.* (Theganus cap. 42. Campum illum Mendacii inter Argentariam & Baſileam locat, ut videre eſt apud Baronium num. VI.) *Cum autem haud procul inde aciebus ordinatis conſiſterent, jam jamque ruendum in arma putaretur, nuntiatum eſt Imperatori advenire Pa-* *pam*

*terræ: quam rem irridebant minores, dolebant majores, omnes autem clari viri intolerandam judicantes.* Concitati itaque *ſunt ſpiritus filiorum Imperatoris rationabili zelo, videntes maculatum ſtratum paternum, ſordidatum palatium, confuſum regnum, & obſcuratum nomen Francorum, quod hactenus clarum fuerat in toto orbe; & ſurgentes uno & pio conſenſu in emundatione ſcelerum convenerunt ſimul, & aliis comprehenſis, aliis effugatis, auctrice vero malorum a palatio excluſa, incluſaque in cuſtodia mutato habitu regali, induto habitu ſanctimoniali, reddiderunt patrem quieti, & aliquantulæ honeſtati.*

*Cumque per nimiam filiorum remiſſionem bene acta diſſolverentur per carnalium blandimenta, & cupidorum ſceleſtos favores, atque indecoras adulationes: iterum mulier tamquam legitima domina revocata eſt in palatium, & prælata conſiliis, & Conſiliaris. Cujus inſtigationibus mutata eſt mens Rectoris, & cœpit duris cornibus ventilare filios, & conturbare populos: ſicque factum eſt inauditum antea mortalibus: ut non tam perſecuti injuſte ſuſtinerent perſecutiones, quam perſecutores inviti & coacti exercerent, & non ſolum exercerent, ſed & ſuſtinerent, dum violentiſſime in diverſa, & contra juramenta compelluntur. Attendite, & videte, ſi factum eſt umquam hujuſmodi. Juratum eſt ergo Imperatori ſeniori, & eodem jubente, iidem ipſi juraverunt Imperatori juniori, & iterum ipſo faciente, aliqui ex ipſis juraverunt Regi fratri, & ad poſtremum pene omnes compulſi ſunt jurare puero: & ne ibi quidem remanſit, ſed quaſi nihil horum fuiſſet, adhuc extorta ſunt juramenta, &c.* Demum vero cuncta mala ex mala conjuge proveniſſe oſtenſurus, de ipſa a principio, quo eam duxerat Ludovicus, narrat hiſtoriam, ſic incipiens:

*Commotio itaque hujus temporis, & harum regionum, quæ mira omnipotentis Dei ſuavitates & dulcedine, ſine conflictu armorum ſedata eſt, non ſegniter memoranda eſt, ſed debet corda Fidelium in laudibus Dei, & gratiarum actione alacriter ſuccendere, & ad ſolertiam cautelæ ſollicite reddere. Quæ commotio, & conturbatio quale habuerit initium, vel originem, non eſt penitus reticendum. Igitur cum Chriſtianiſſimus & piiſſimus Imperator dominus Ludovicus, bonæ conjugis fide, & moribus ſibi congruentis conſortium amiſiſſet, neceſſe fuit, ut aliam ſibi acciperet, quæ ei poſſet eſſe adjutrix in regimine, & gubernatione palatii regni. Sed occulto Dei judicio talis aſſumpta eſt, quæ licet in primis annis viri, & domini ſui virtute & poteſtate preſſa ſubdita fuerit, tamen in proceſſu temporis talis inventa eſt, quæ magnorum fluctuum commotionis, & conturbationis largus theſaurus eſſe poſſet, quæ non ſolum plebes ac populos, ſive Principes, verum etiam elegantiſſimos filios Imperatoris etiam conjugatos, & gubernacula regnorum poſſidentes affligeret, contriſtaret, & conturbaret, & pene attereret, & exterminaret. Cumque talibus incrementis viderent hi, quibus curæ erat de ſtatu, & honore regni, ac tranquillitate pacis, & quiete populi; dehoneſtari palatium, obſcurari claritatem regni, & ad ignominiam deduci nomen regnantium: cœperunt queri, & murmurare, ac dolere, & deplorare.*

*Inter hæc concitati ſunt ſpiritus virorum honoratorum, & filiorum Regis, & creſcente conludio, accedente etiam conſilio, convenerunt ſinguli de loco ſuo, & conjuncti ad palatium, effugaverunt miniſtros ſceleris, & Reginam, quæ totius mali cauſa erat, & excluſerunt de domo, & honore regni, & conſtituerunt in retruſionem exilii. Ac deinceps quaſi jam li-*

PAGIUS *pam Romanorum, quem venientem Imperator in ipſa acie conſiſtens ſuſcepit, licet indecentius, quam debuit, imputans ei quod ipſe ſibi talem ſuſceptionem præparaverit, qui inuſitato modo ad ſe venerit. Ductus autem Papa in habitationem caſtrenſem, multis aſſertionibus perdocuit, non ſe tantum iter ob aliud ſuſcepiſſe, niſi quia dicebatur, quod inexorabili diſcordia contra filios laboraret; ideoque pacem in utramque partem ſerere vellet. Audita vero parte Imperatoris, manſit cum eo aliquot diebus. Remiſſus autem ab Imperatore ad filios, ut pacem mutuam necteret, cum pene omnis populus partim donis abſtractus, partim promiſſis illectus, partim minis territus, ad eos populumque cum eis conſiſtentem more torrentis deflueret, nequaquam ut fuerat juſſus, eſt permiſſus redire.* Theganus cap. 41. indicia mutuæ Papam inter & Imperatorem amicitiæ non omiſit, ex quibus colligitur, nec Gregorium malevolo in Ludovicum Aug. animo fuiſſe, nec Imperatoris filios Gregorio confidiſſe poſt ejus e caſtris Ludovici reditum, quia cauſæ ſuæ diffidebant, & piiſſimi Pontificis æquitatem probe noverant. Thegani verba recitat Baronius num. VI.

Poſtea Auctor Vitæ Ludovici Pii narrat quomodo Ludovicus Aug. in poteſtatem Lotharii venerit: *Tot ergo copiis inibi adductis, & Imperatori ſubductis, adeo defectio in dies invaluit, ut in Feſtivitate Sancti Pauli, plebeii contra Imperatorem, adulando filiis ejus, irruptionem facere minarentur. Quibus viribus obniti non valens, filiis mandavit, ne ſe populari direptioni exponerent. Cui remandant, ut caſtris relictis ad ſe veniat. Se autem maturrime obviam ipſi proceſſuros. Quibus altrinſecus ſibimet occurrentibus, Imperator filios admonuit, equis deſilientes & ſibi occurrentes, ut promiſſionis ſuæ memores tam ſibi quam filio & uxori, inlibata, quæ olim promiſerant, conſervarent. Quos congrue reſpondentes oſculatur, & ad caſtra eorum eſt profectus. Quo pervenienti uxor ſubducitur, & ad Ludovici taber-* *Ludovicus Aug. a Lothario filio detinetur.*



*liberatum bonum Patrem de laqueo ruinæ, gaudebant ſe impleſſe quod inſcriptum eſt: Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium, ceſſabuntque cauſæ, & contumeliæ. Hoc tam irreprehenſibile factum, & omni laude digniſſimum cum compleſſent filii, redierunt ad ſua, reſtituto Patre honori, & gloriæ ſuæ. His ita tranſactis, inimicus omnis boni, auctorque omnis mali, qui non reliquerat corda poſſeſſa, ſategit inſtaurare, & redintegrare malum ſuum, & Regina, quæ mutato habitu regali putabatur perdurare in habitu ſanctimoniali, ſicut ordo poſcebat, & rectitudo judicii docebat, reducta eſt in palatium, & aſſumpta in conſortium quaſi legitima conjux, quod eſſe jam nullatenus poterat. Collocata itaque turpiter, & indecenter in faſtigio regali, prius malum auxit, & multiplicavit. Ad quod bonus filius quid agere debuit? numquid diſſimulare? numquid ſilere? numquid quieſcere? Non ita placuit illi indormitabili oculo, qui cuſtodit Iſrael ſuum, ſed ſuſcitavit ſpiritus filiorum, & convenerunt iterum, ad ſuccidendam recidivam malorum ſtirpem. Timebant enim, ne patri eveniret illud, quod de quodam Rege Scriptura ſancta loquitur, dicens: Igitur non fuit alter talis, ut * habet, qui venundatus eſt, ut faceret (a) malum in conſpectu Domini: concitavit enim eum Jezabel uxor ſua, & abominabilis factus eſt, &c.* Sed hæc de præteritis, in præſentiarum vero quid ageret, eodem libello ſuperius ita paucis multa perſtringit, dicens:

* Achab
(a) 3. Reg. 21.

*Dicunt etiam aliqui, quod domina Palatii ſeniores extra illa, quæ de ejus occultis, & non occultis dicuntur, ludat pueriliter, ſpectantibus etiam aliquibus de ordine ſacerdotali, & pleriſque conludentibus, qui ſecundum formam, quam Apoſtolus ſcribit de eligendis Epiſcopis, (b) Domui ſuæ bene præpoſitum, filios habentem, ſubditos cum omni caſtitate, quia ſi quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? prædicare debuerant dominæ ludenti: Si qua Regina ſemet ipſam regere non novit, quomodo de honeſtate palatii curam habebit? aut quomodo gubernacula regni diligenter exercebit, &c.* Pluribus enim urgens, perfecit tamdem quod voluit, ut ſcilicet Auguſta rurſus palatio ejecta longe longius amandaretur per filios extra Gallias in Italiam, claudenda diligenti cuſtodia in Civitate Derthona, ut ex ſequentibus patet. ☞

(b) 1. Tim. 3.

VIII. At quæ in caſtris Imperatoris hæc ſequuta ſint, idem qui ſupra, Theganus ſic narrat: *Tunc conſiliati ſunt nonnulli, ut imperatorem relinquerent, & ad filios ejus pervenirent, in primiſque illi, qui eum antea * offondebant, cæteris ſequentibus. Quadam nocte maxima pars dimiſit eum, & tentoria * eorum relinquentes, pervenerunt ad filios. In craſtinum vero reliqui, qui remanſerunt, venerunt ad Imperatorem, quibus præcepit, dicens: Ite ad filios meos, nolo, ut ullus propter me vitam aut membra dimittat. Illi infuſi lacrymis recedebant ab eo (jam tunc ſeparatam ab eo habebant uxorem ſuam) juramento * confirmans, ut nec ad mortem, nec ad debilitatem eam habere deſiderarent. Quam ſtatim miſerunt partibus Italiæ in civitatem Dertonam, ibi eam habentes. Non multo tempore poſt ſuſceperunt patrem,* Ludovicum ipſum Impe-

* offenderant
* ſua
* confirmantes.



PAGIUS *bernacula convertitur. Ipſum vero Lotharius ad ſua cum Carolo admodum puero deduxit, & cum pauciſſimis in papilione ad hoc deputato conſiſtere fecit. Poſt hæc autem jam populo juramentis adſtricto, Imperium inter fratres terna ſectione partitur. Uxor patris a Ludovico Rege recepta, exilio iterum deputatur in Civitatem Italiæ Tartonam* (in Ducatu Mediolanenſe hodierno ſitam.) *Gregorius Papa talia cernens cum maximo mœrore Romam regreditur, & duorum fratrum Pippinus in Aquitaniam, Ludovicus in Baioariam revertitur.* Idem narrat Theganus, cujus verba refert Baronius num. VIII.

VII. *Ludovicus Aug. exauctoratur.* Narrationem ſuam his verbis proſequitur Auctor Vitæ Ludovici Pii: *Porro Lotharius patre aſſumto, & ſeorſum cum deputatis equitante atque privatim manente, Merlegium villam devenit, ibique prout libuit commorans, & quæ viſa ſunt ordinans, ac populum abſolvens, ſed & Conventum populo Compendii indicens, Voſagum per Mauri Monaſterium tranſiit, & Mediomatricum, quæ altero nomine Metis vocatur, pervenit. Qua relicta Civitate Viridunum appulit, & Sueſſionem Urbem adiit. Ibique in Monaſterio Sancti Medardi patrem ſub arcta cuſtodia eſſe præcepit: & Carolo Prumiæ* (Monaſterium eſt in Archiepiſcopatu Trevirenſi ſitum) *commendato, nec tamen attonſo, ipſe venationi inſtitit, donec autumni tempore, ideſt, Kalendis Octobris, ſicut erat conſtitutum, patrem ſecum ducens, Compendium venit.* Paulo poſt: *In eodem Conventu cum multi inſimularentur devotionis in patrem, defectionis in filium: quidam verbis ſimplicibus, quidam juramentis objecta diluerunt. Miſeratio tamen hujuſcemodi rei, & talis rerum permutatio, exceptis auctoribus, omnes habebat. Unde verentes ſceleris conſpiratores inauditi, ne verſa vice retrolapſa ferrentur geſta quæ erant: callido, ut ſibi viſum eſt cum aliquibus Epiſcoporum utuntur argumento: ut pro his de quibus pœnitudinem geſſerat Imperator; iterum publica pœnitentia, armis depoſitis irrevocabiliter, quodammodo Eccleſiæ ſatisfacere judicaretur: cum ne forenſes quidem leges contra unam culpam ſemel commiſſam, bis invehant vindictam: & noſtra lex habeat non judicare Deum bis in id ipſum. Cui judicio pauci contradixere, plures aſſenſum præbuere, maxima pars ut aſſolet in talibus, ne Primores offenderent, verbo tenus conſenſere. Adjudicatum ergo eum abſentem, & inauditum, nec confitentem, neque convictum, ante corpus Sancti Medardi Confeſſoris, & Sancti Sebaſtiani Mar-*

peratorem, & duxerunt eum cum ipſis. Quo facto diviſerunt ſibi. Pipinus perrexit in Aquitaniam, Ludovicus in Bavariam. Ludovicus vero duxit ſecum patrem in compendium palatium, & ibi valde afflixit eum cum Epiſcopis & cæteris nonnullis. Juſſerunt enim eum ire in monaſterium, & ibi eſſe omnibus diebus vitæ ſuæ. Quod ille renuens non conſenſit voluntati eorum. Omnes enim Epiſcopi moleſti fuerunt ei, & maxime hi, quos ex ſervili conditione honoratos habebat, cum his, qui ex barbaricis nationibus ad hoc faſtigium perducti ſunt. Elegerunt tunc unum impudicum & crudeliſſimum, qui dicitur Ebbo Rhemenſis Epiſcopus, qui erat ex originalium ſervorum ſtirpe, ut eum immaniter afflixiſſet cum confictionibus cæterorum. Inaudita locuti ſunt, inaudita fecerunt, quotidie improperantes ei. Abſtulerunt ei gladium de femore ſuo, judicio ſervorum ſuorum, induentes eum cilicio. Tunc impletum eſt elogium Jeremiæ Prophetæ dicentis (a): Servi dominati ſunt noſtri, &c. Plura adverſus Ebbonem inculcans, exprobans ejus ingratitudinem. Extant adhuc ejuſdem Ludovici Imp. publicæ pœnitentiæ ſcripta, quibus ejuſmodi inſcriptio præpoſita eſt:

Per Ebbonem Epiſc. Rhemenſem agitur in Ludovic. Imp.

(a) Thren. 5.

IX. Quæ (b) ſequuntur geſta ſunt apud Compendium palatium contra Chriſtianiſſimum Imperatorem Ludovicum, poſtquam Regno ad tempus privatus eſt. Acta ſunt autem ſtudio non imitandæ dejectionis ejus ab Ebbone auctore ejus mali, & cæteris Epiſcopis, vel errore admittentibus, vel timore conſentientibus. Non ſunt hæc, ut ſalubris Concilii decreta amplectenda, ſed ut exitialis commenti molimina reſpuenda. Quæ ſic ſe habent:

(b) Extat in Ann. Franc. ex Pithœi Bibl. edit.

Omnibus in Chriſtiana religione conſtitutis ſcire convenit, quale ſit miniſterium Epiſcoporum, qualiſque vigilantia atque ſolicitudo eis circa ſalutem cunctorum adhibenda ſit, quos conſtat eſſe vicarios Chriſti, & clavigeros Regni cœlorum, quibus a Chriſto tanta collata eſt poteſtas ut quodcumque ligaverint ſuper terram, ſit ligatum & in cœlo, & quodcumque ſolverint ſuper terram, ſit ſolutum & in cœlo. Et in quanto ſint ipſi periculo conſtituti, ſi ovibus Chriſti pabulum vitæ miniſtrare neglexerint, & errantes ad viam veritatis, arguendo, obſecrando reducere pro viribus non ſtuduerint juxta illud propheticum: Si non annuntiaveris (c inquit) iniquo iniquitatem ſuam, & ipſe in impietate ſua mortuus fuerit, ſanguinem ejus de manu tua requiram. Et multa his ſimilia ad magiſterium paſtorale pertinentia, quæ in divinis ſparſim continentur. Quapropter eiſdem paſtoribus Chriſti ſummopere ſtudendum eſt, ut erga errata delinquentium moderationem diſertiſſima teneant, ut ſint juxta beati Gregorii doctrinam, documentum bene agentibus per humilitatem ſocii, contra delinquentium vero vitia per zelum juſtitiæ erecti; quatenus poſthabito torpore aut ſegnitie vel humano favore, aut mundiali timore, ſic exerceant miniſterium ſuum, ut & præſentibus ſalubriter conſulant, & futuris ſint exemplum ſalutis.

De Ludovici depoſitione per Epiſcopos acta.

(c) Ezech. 3.

X. Verum quia in agro Dei, qui eſt Eccleſia Chriſti, noxia quæque inſtinctu hoſtis antiqui pullulare non ceſſant; quæ neceſſe eſt, ut adhibito ſarculo paſtorali, radicitus extirpentur, & propter malevolos quoſque, qui bene acta aut intelli-

PAGIUS Martyris, armæ deponere, & ante altare ponere cogunt.: pullaque indutum veſte, adhibita magna cuſtodia, ſub tectum quoddam retrudunt. Expleto hoc negotio, Miſſa Sancti Martini (ideſt die XI. menſis Novemb.) populus licentia accepta pro talibus geſtis mœſtus ad propria revertitur. Lotharius autem patrem ſuum ducens Aquiſgrani hyematum regreditur.

VIII. Conventus itaque Compendienſis finitus eſt in Feſtivitate Sancti Martini. Pithæus exauctorationem Ludovici Aug. publicavit, quam Baronius cum adnotatione quam ejus Actis Pithæus præmiſit, recitat a num. IX. ad XXI. & Cointius hoc anno numer. XXXVIII. & ſeqq. pluribus exponit. Conſtat libellus Capitulis VIII. in eoque Epiſcopi dicunt: Notum eſſe neceſſarium duximus, Qualiter nos Epiſcopi ſuper Imperio Domini & Glorioſiſſimi Lotharii Imp. conſtituti, anno Incarnat. Domini Jeſu Chriſti DCCCXXXIII. Indict. XII. anno ſiquidem ejuſdem Principis primo, in menſe videlicet Octobri, apud Compendium Palatium generaliter convenimus, & memoratum Principem humiliter audivimus. Quare Lotharius poſtquam Monarchiam Francorum terna ſectione cum Pippino ac Ludovico fratribus ſuis diviſit, ſibi ſoli poſt patris exauctorationem menſe Julio factam nomen Imperatoris vendicavit. Hinc Agobardus Conventum Compendienſem, quem menſe Octobri & Indictione XII. habitum conſtat, conſignat anno Imperii Lothariani primo, menſe quarto, eoque calculo docet, Lotharium ineunte Julio, ſtatim ac patrem depoſuit, nova in connotandis Imperii annus uſum eſſe epocha. [1] Li-

Ea exauctoratio in Conventu Compendienſi facta.

NOTÆ [1] NOn ſolum Lotharius, ſed & Ludovicus Bajoariæ ſeu Bojariæ rex novam regni epocham a Ludovici patris depoſitione, quam ipſe cum reliquis fratribus molitus fuit, inſtituit. Id enim evincit ejuſdem Ludovici privilegium pro Samuele Wormatienſi epiſcopo evulgatum a Muratorio antiquit. Ital. to. II. col. 450. Datum eſt Frankenfort die XIII. Kal. Septembris, anno XXIV. regni Ludovici in Francia orientali regnantis, Indictione IV. anno ſcilicet 856. Quæ profecto epocha ab hoc anno ante diem illam auguſti cœpit. MANSI



ligere nolunt, aut malevola intentione potius intelligere, quam ipſam veritatem delectantur amplecti: oportet eoſdem paſtores, ut quandocumque de generali utilitate vel publica correctione quippiam in conventis ſuis decreverint, id juxta morem Eccleſiaſticum ſcriptis committant, videlicet ut poſteris omnem ambiguitatem & occaſionem juſte detrahendi, vel reprehendendi penitus amputent.

Proinde notum eſſe neceſſarium duximus omnibus filiis ſanctæ Dei Eccleſiæ, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos Epiſcopi ſuper Imperio domini & glorioſiſſimi Lotharii Imperatoris conſtituti, anno Incarnationis Domini JESU Chriſti octingenteſimo trigeſimotertio, Indictione * XVII. anno ſiquidem ejuſdem Principis primo, in menſe videlicet Octobri apud Compendium palatium generaliter convenimus, & memoratum Principem humiliter audivimus, & hoc quidem illi, ſive Optimatibus illius, ſeu omni generalitati populi, quæ undique illuc confluxerat, manifeſtari juxta injunctum nobis miniſterium curavimus, qualis ſit vigor & poteſtas, ſive miniſterium ſacerdotale, & quali meretur damnationis damnari ſententia, qui monitis ſacerdotalibus obedire noluerit.

Concilium apud Conpendium habitum.

* XII.

XI. Deinde tam memorato Principi, quam cuncto ejus populo denuntiare ſtuduimus, ut Domino devotiſſime placere ſtuderent, & in quibus eum offenderant, placare non differrent. * Examinata quippe ſunt mala, quæ per negligentiam in hoc Imperio contigerunt, quæ ad ſcandalum Eccleſiæ & ruinam populi, vel Regni interitum manifeſtis indiciis pertinebant; quæ neceſſe erant, ut cito corrigerentur, & in futuro omnibus modis vitarentur.

* examinata.

Inter cætera etiam commemoratum eſt a nobis, & omnibus in memoriam reductum, qualiter a Deo Regnum iſtud per adminiſtrationem bonæ memoriæ Caroli præſtantiſſimi Imperatoris, & prædeceſſorum ſuorum valorem pacificum & unitum, atque nobiliter dilatatum fuerit, & domino Ludovico Imperatori a Deo ad regendum ſub magna pace commiſſum, Dominoque protegente, ſub eadem pace, quamdiu idem Princeps Deo ſtuduit & paternis exemplis uti, ac bonorum hominum conſiliis acquieſcere curavit, conſervatum manſerit. Et quomodo in progreſſu temporis, ſicut omnibus manifeſtum erat, per ejus in providentiam vel negligentiam in tantam venerit ignominiam & vilitatem, ut non ſolum amicis in mœſtitiam, ſed etiam inimicis venerit in deriſionem.

XII. Sed quia idem Princeps miniſterium ſibi commiſſum negligenter tractaverit, & multa, quæ Deo & hominibus diſplicebant, & fecerit, & facere compulerit, vel fieri permiſerit, & in multis nefandis conſiliis Deum irritaverit & ſanctam Eccleſiam ſcandalizaverit, & ut cætera, quæ innumera ſunt, omittamus, noviſſime omnem populum ſibi ſubjectum ad generalem interitum contraxerit, & ab eo divino juſtoque judicio, ſubito Imperialis ſit ſubtracta poteſtas: Nos tamen memores præceptorum Dei, miniſteriique noſtri atque beneficiorum ejus, dignum duximus, ut per licentiam memorati Principis Lotharii legationem ad illum ex auctoritate ſacri conventus mitteremus, ut eum de ſuis reatibus admoneat, quatenus certum conſilium ſuæ ſalutis caperet. Ut quia poteſtate privatus terrena, juxta divinum conſilium & Eccleſiaſticam auctoritatem, ne ſecundam animam perderet, nem-



PAGIUS Literas Agobardi refert Baronius in Appendice ad hunc annum ſub hoc titulo: Publica Ludovici Imp. coram ampliſſimo Epiſcoporum Conventu pœnitentia, Agobardo Præſide, Verum Agobardus in eo libello non dicit, ſe Conventui Compendienſi præfuiſſe, ſed tantum interfuiſſe. Quare titulus ille a Librariis appoſitus. Dirum hoc facinus ſæculis omnibus deteſtandum erit, &, ut inquit Baronius num. XXXI. rem per vim & metum actam, coloratamque falſo religionis pigmento, nemo non dixerit ac improbarit.

IX. Florebat hoc tempore Sanctus Aldricus Archiepiſcopus Senonenſis, de quo Clarius Monachus in Chronico Sancti Petri Vivi, ait; obeunte Hieremia Archiepiſcopo VII. Id. Decemb. & ſepulto in Baſilicæ S. Columbæ, nutu divino S. Aldricus Pontificalem Sedem ſuſcepit Abbas S. Petri Ferrarienſis, vivente adhuc Pio Ludovico. Igitur S. Aldricus Monaſterium S. Remigii, quod erat ante portam Civitatis, in propria villa ejuſdem Cœnobii, quæ vocatur Vallilias, commutavit. Mabillonius tamen, qui Sæc. IV. Benedict. Part. I. Vitam Sancti Aldrici Auctore Anonymo & ſæculo incerto ſcriptam publicavit, in Notis ad eam obſervat, anno DCCCXXIX. octavo Idus Junii Hieremiam Archiepiſcopum Senonenſem jam mortuum fuiſſe; cum in Concilio Pariſienſi Sexto, eo anno dieque habito, extet Epiſtola Ludovici Imp. in qua mandat, ut futurus Antiſtes Senonicus, & alii in Pariſiorum Urbem conveniant, ex quo infert Mabillonius, Hieremiam præcedenti Decembri obiiſſe, anni ſcilicet Chriſti DCCCXXVIII. non vero DCCCXXIX. ut paulo poſt in eodem Chronico legitur, & recte Odorannum in Chronico, collocare mortem ejus an. DCCCXXVIII. & quidem VII. Idus Decemb. ut legitur apud Clarium. Verum non ſolum in anno; ſed etiam in die emortuali Hieremiæ Clarius erravit, ut liquet ex iis, quæ anno DCCCXXVIII. in medium adduximus. Oſtenſimus enim Conventum Aquiſgranenſem menſe Februario eo anno congregatum eſſe, eoque habito Ludovicum & Lotharium Auguſtos literas encyclicas pro Quatuor Conciliorum celebratione ſcripſiſſe, quo tempore Sedes Senonenſis vacabat. Aldricus Prædeceſſorem ſuum ſemper ſibi proponebat imitationis exemplum, ut cujus Succeſſor extitit in apice, & ſuccederet in humilitate, inquit Auctor

Floret S. Aldricus Archiep. Senonenſis.

pe rationalem, elaborare in extremis potius totis viribus ſtuderet. Quorum Legatorum conſiliis, & ſaluberrimis admonitionibus libenter aſſenſum præbuit, ſpacium poſuit, idemque conſtituit, qua de ſalubribus eorum monitis certum eis reſponſum redderet.

XIII. Quæ Epiſcopi in Ludovicum Imp. — Cum autem in præſcriptis inſtaret dies, ſacer idem conventus unanimiter ad eumdem venerabilem virum perrexit, eumque diligenter de quibus Deum offenderat, & ſanctam Eccleſiam ſcandalizaverat, ac populum ſibi commiſſum pertubaverat, admonere, & cuncta illi ad memoriam reducere curavit. Ille vere eorum ſalutiferam admonitionem, & dignam congruamque exaggerationem libenter amplectens, promiſit ſe illis in omnibus acquieturum ſalutari conſilio, & ſubiturum remediale judicium. Porro de tam ſalubri admonitione hilaris, illico dilectum filium ſuum Lotharium Auguſtum feſtinato affuturum ſupplicavit, ut illis ruptis quibuſdam morulis, cum ſuis primatibus veniret, quatenus primum inter eos mutua reconciliatio ſecundum Chriſtianam doctrinam fieret, ut ſi quid in cordibus eorum nævi aut diſcordiæ inerat, pura, humiliſque poſtulatio veniæ expiaret, ac deinde coram omni multitudine judicium ſacerdotale, more pœnitentis ſuſciperet: quod & non multo poſt factum eſt.

XIV. Veniens igitur idem dominus Ludovicus in baſilicam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ubi ſanctorum corpora requieſcunt, Medardi, videlicet, Confeſſoris Chriſti atque Pontificis, necnon Sebaſtiani præſtantiſſimi Martyris, adſtantibus presbyteris, diaconibus, & non parva multitudine clericorum, præſente etiam præfato domino Lothario filio ejus, ejuſque proceribus, atque totius populi generalitate, quotquot videlicet intra ſui ſeptum eadem continere, potuit Eccleſia; & proſtratus in terram ſuper cilicium ante ſacroſanctum altare confeſſus eſt coram omnibus, miniſterium ſibi commiſſum ſatis indigne tractaſſe, & in eo multis modis Deum offendiſſe, & Eccleſiam Chriſti ſcandalizaſſe, populumque per ſuam negligentiam multifarie in perturbationem induxiſſe. Et ideo ob tantorum reatuum expiationem, publicam & Eccleſiaſticam ſe expetere velle dixit pœnitentiam; quo miſerante Domino per eorum miniſterium & adjutorium proſpere mereretur abſolutionem tantorum criminum, quibus Deus ligandi atque ſolvendi intulerat poteſtatem.

XV. Quem etiam iidem Pontifices, utpote medici ſpirituales ſalubriter admonuerunt, aſſerentes ei, quod puram & ſimplicem confeſſionem ſequeretur vera remiſſio peccatorum: ut aperte confiteretur errata ſua, in quibus maxime ſe Deum offendiſſe profitebatur, ne forte interius aliquid tegeret, aut in conſpectu Dei quippiam doloſe ageret, ſicut jampridem in Compendio palatio ab alio ſacro conventu correptus, coram omni Eccleſia eum feciſſe, omnibus notum erat: ne ſicut tunc, ita & nunc per ſimulationem & calliditatem, duplici ad Deum corde accedendo, ad iram potius, quam ad veniam ſuorum peccatorum provocaret, quoniam ſcriptura teſtatur (a): Simulatores & callidi provocant iram Dei: Verum poſt hujuſmodi ad- (a) Job. 36.

PAGIUS ctor Vitæ ejus Monaſterium Sancti Remigii in ſuburbio Civitatis conſtructum, ubi propter importunitatem loci Regulam Sancti Benedicti, quam ipſe profeſſus eſt, obſervare non poterant, ad Valliculas tranſtulit, de conſilio multorum Epiſcoporum & Abbatum a ſe congregatorum, ut videre eſt Tom. VII. Concil. pag. 1678. ubi ejus hac de re Epiſtola refertur. Monaſterium illud a Calviniſtis poſtea everſum, & Abbatiæ Sancti Petri Vivi Senonenſis unitum. De morte ejus agemus anno DCCCXLI.

X. Tranſlatio S. Bathildis Reginæ & Monachæ Kalenſis. — *Hegelvvicha* Judithæ Imperatricis ſocius & [1] Abbatiſſa Monaſterii Calenſis in territorio Pariſienſi ſiti, ubi Sanctæ Balthildis Clodovei II. Francorum Regis uxoris corpus jacebat in Eccleſia Sanctæ Crucis, *quam ipſa Sancta Baltechildis, ſicut & omnem locum, a fundamento conſtruxerat*, illud transferendum curavit in aliam, *quam domina Giſla a fundamentis ſtruxerat*, inquit Auctor Anonymus fere æqualis in Hiſtoria Tranſlationis Sanctæ Balthildis Reginæ, ac dein Monachæ Kalenſis apud Mabillonium loco laudato. *Igitur quarto Kalendas Martii, quæ tunc æque in quarta feria evenerat*, venerabilis Abbatiſſa veniens cum Sacerdotibus & Sanctis Virginibus in Eccleſiam Sanctæ Crucis poſt Miſſarum ſolemnitatem tumulum, ubi Sancta ſepulta fuerat, effodi juſſit, corpuſque ejus ſanum & incolume repertum, *quaſi ipſa die ſepulturæ traditum fuiſſet*. Miracula, quæ tunc facta ſunt Abbatiſſa nunciavit Ludovico Auguſto, & Erkanrado Epiſcopo Pariſienſi, & ille villam *ſitam in pago Meldico eidem in Tranſlatione Sanctiſſimi ejus corporis contulit*; Erkanradus vero cum caterva Clericorum venit *octavo decimo die, poſtquam corpus venerandum a terra effoſſum fuerat*, & peracta oratione venerabile corpus ad novam Eccleſiam deferunt, ubi *cæci recipiunt viſum, ſurdi auditum*, & dæmoniaci curantur *per interceſſionem Beatiſſimæ Baltechil-*

NOTÆ [1] H*Egelvvich Juditbæ Imperatricis ſocrus &c.* Immo mater. Ita enim Anonymus tranſlationis hujus Scriptor: *Abbatiſſa Hegeluvvich genitrix Judith Imperatricis .... accerſivit Cleri Dei ſacerdotes, ſanctaſque virgines, & publicas viduas*. Viduas omiſit Pagius hic; quæ tamen addendæ erant, ut intelligeretur Calenſe cœnobium non unis Virginibus ſed & viduis patuiſſe, quæ tamen diverſas inter ſe claſſes conſtituiſſe videntur. MANSI



admonitionem profeſſus eſt ſe in omnibus iis præcipue deliquiſſe: unde a memoratis ſacerdotibus fuerat familiariter ſive verbis, ſive ſcriptis admonitus, ut digna increpatione correptus, ſuper quibus chartulam, ſummam reatum ſuorum, unde illum ſpecialiter redarguerant, continentem ei dederunt, quam ille in manibus gerebat.

XVI. Capita contra Ludovicum Imp. — 1 Videlicet ſicut in eadem charta plenius continetur, reatum ſacrilegii incurrendo & homicidii, eo quod paternam admonitionem, & terribilem conteſtationem ſub divina invocatione ante ſacrum altare in præſentia ſacerdotum, & maxima populi multitudine ſibi factam, ſecundum ſuam promiſſionem non conſervaverit: eo quod fratribus & propinquis violentiam intulerit, & nepotem ſuum, quem ipſe liberare potuerat, interficere permiſerit, & quod immemor voti ſui, ſignum ſanctæ religionis propter vindictam ſuæ indignationis fieri poſtea juſſerit.

2 Quod auctor ſcandali & perturbator pacis ac violator ſacramentorum exiſtendo, pactum, quod propter pacem & unanimitatem Imperii, Eccleſiæque tranquillitatem communi conſilio & conſenſu cunctorum fidelium ſuorum fuerat inter filios ſuos factum, & per ſacramentum confirmatum, ſuper illicita poteſtate corruperit; & in eo quod fideles ſuos in contrarietatem ejuſdem primi pacti & juramenti aliud ſacramentum jurare compulerit: in perjurii reatum præſtatorum violatione ſacramentorum inciderit. Et quantum Deo hoc diſplicuerit, liquido claret, quia poſtea nec ipſe, nec populus ſibi ſubjectus pacem habere meruit, ſed omnes in perturbationem, pœnam peccati ſuſtinendo, juſto Dei judicio poſtea inducti ſunt.

XVII. 3 Quia contra Chriſtianam religionem, & contra votum ſuum ſine ulla utilitate publica, aut certa neceſſitate pravorum conſilio deluſus, in diebus Quadrageſimæ expeditionem generalem fieri juſſit, & in extremis Imperii ſui finibus in cœna Domini, quando Paſchalia ſacramenta ab omnibus Chriſtianis rite ſunt celebranda, placitum generale ſe habiturum conſtituit. In qua expeditione, quantum in ipſo fuit, & populum in magnam murmurationem pertraxit, & ſacerdotes Domini a ſuis officiis contra fas amovit, & pauperibus graviſſimam oppreſſionem irrogavit.

4 Quod nonnullis ex ſuis fidelibus, qui pro ejus, filiorumque ſuorum fidelitate, & ſalutatione, Regnique nutantis recuperatione humiliter eum adierant, & de inſidiis inimicorum ſibi præparatis certum reddiderant, violentiam intulerit: & quod contra omnem legem, divinam videlicet & humanam eos & rebus propriis privaverit, & in exilio tradi juſſerit, atque abſentes morti adjudicari fecerit, & judicantes proculdubio ad falſum judicium induxerit: & ſacerdotibus Domini ac monachis contra divinam & canonicam auctoritatem præjudicium irrogavit, & abſentes damnavit, & in hoc reatum homicidii incurrendo, divinarum ſeu humanarum legum violator extitiſſet.

XVIII. 5 De diverſis ſacramentis ſibique contrariis ac pernicioſis, a filiis, ſive a populo, eo præcipiente & compellente irrationabiliter ſæpe factis, pro quibus non modicam in populo ſibi commiſſo peccati maculam induxit: reatum perjurii nihilominus incurriſſet, quoniam hæc procul- du-

PAGIUS *techildis*. Hæc itaque Tranſlatio præſenti anno, quo dies XXVI. menſis Februarii in feriam quartam, & dies decimus ſeptimus menſis Martii in Feſtum S. Gertrudis incidit, peracta. Præterquamquod in Hiſtoria laudata legitur, Ludovicum Aug. *anno vigeſimo* Imperii ſui Kalam veniſſe, & Hegilwic Abbatiſſæ præcepiſſe, ut Balthildis corpus transferret. In fine quidem ejuſdem Hiſtoriæ habetur: *celebratur autem Tranſlationis Sanctæ ac Venerabilis Baltechildis dies ſexto die Kalendarum Aprilium, quæ deſpecto diabolo & pompis ejus, vinxit ſe Chriſto & Sanctis ejus*, ſed, ut obſervat Mabillonius, loco, *ſexto*, legendum *ſexto decimo*, quia in MSS. Codicibus Hiſtoria Tranſlationis præfert hunc titulum: *Incipit Tranſlatio corporis Beatiſſimæ Baltechildis, quæ fuit facta anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXIII. & celebratur XVI. Kal. Aprilis*. Addit Mabillonius, eo etiam die nunc in Monaſteriis Corbeienſi & Kalenſi Sanctæ Balthildis. Tranſlationem celebrari. His addo, ſextum Kalendas Aprilis ſeu Diem XXVII. menſis Martii hoc anno non concurrere cum Dominica, ſicuti nec diem XVI. Kalendas April. ideoque Tranſlationem eo die factam eſſe ob Feſtum Sanctæ Gertrudis quod ſolemne erat in Ordine Benedictino.

In Chronico Salernitano *Sico* Dux ſeu Præfectus Beneventanus ſub Ludovico Aug. Præfecturam illam exercet *ann. XV.* in Chronico Beneventano *anno XV. menſ. II.* ideoque ab anno DCCCXVIII. ad præſentem. [1] *Mortuo Sicone*, inquit Erchembertus num. 12. *Sicardus Monarchiam* (ideſt Præfecturam) *ſolus obtinuit, qui jam cum patre ſæpius memorato per aliquot feliciter imperaverat annos, cœpitque populum ſibi commiſſum ex levitate animi belluina ferocitate inſequi ac crudeliter laniare*. Quæ adver-

NOTÆ [1] S Iconem hunc, ſiquidem hoc potius quam præcedenti anno obierit, certe tamen annum 833. vix attigiſſe oportet, cum ſucceſſoris illius Sicardi in Chronico Vulturnenſi rerum Italic. part. II. tom. I. tria extent diplomata data anno I. quorum unum menſem februarii Indictionem XI. (quæ hoc anno currebat) præfert. MANSI

dubio in auctorem, per quem fieri compulſa ſunt, jure retorquentur. Sed in mulierum purgatione, in injuſtis judiciis, in falſis teſtimoniis atque perjuriis, quæ eo permittente coram ſe perpetrata ſunt, quantum Deum offenderit, ipſe novit.

6 De diverſis expeditionibus, quas in Regno ſibi commiſſo non ſolum inutiliter, ſed etiam noxie ſine conſilio & utilitate fecit, in quibus nimirum multa & innumerabilia ſunt in populo Chriſtiano flagitia perpetrata in homicidiis & perjuriis, in ſacrilegiis & adulteriis, in rapinis, in incendiis, ſive in Eccleſiis Dei, ſive in aliis diverſis locis factis, in direptionibus & oppreſſionibus pauperum, miſerabili & pene apud Chriſtianos inaudito patrato: quæ omnia ad auctorem, ſicut premiſſum eſt, reflectuntur.

XIX. 7 In diviſionibus Imperii ab eo contra communem pacem, & totius Imperii ſalutem ad libitum ſuum temere factis, & in ſacramento etiam, quod jurare compulit omnem populum, ut contra filios ſuos, ſicut inimicos ſuos agerent, cum ipſe eos paterna auctoritate, conſultuque fidelium ſuorum pacificare potuiſſet.

8 Quod non ſuffecerint ei tot mala & flagitia, per ſuam negligentiam & improvidentiam in Regno ſibi commiſſo perpetrata, quæ enumerari non poſſent, pro quibus & Regni periclitatio, & dehoneſtatio evidenter provenerat; ſed inſuper ad cumulum miſeriarum noviſſime omnem populum ſuæ poteſtatis ad communem interitum traxerit, cum debuiſſet eſſe eidem populo dux ſalutis & pacis, cum divina pietas inaudito & inviſibili modo, ac noſtris ſæculis prædicando populo ſuo miſereri decreviſſet.

Igitur pro his, vel in his omnibus, quæ ſupra memorata ſunt, reum ſe coram Deo, & coram ſacerdotibus, vel omni populo cum lacrymis confeſſus, & in cunctis ſe deliquiſſe proteſtatus eſt, & pœnitentiam publicam expetiit, quatenus Eccleſiæ, quam peccando ſcandalizaverat, pœnitendo ſatisfaceret, & ſicut fuerat ſcandalum, multa negligendo, ita nimirum ſe velle profeſſus eſt eſſe exemplum, dignam pœnitentiam ſubeundo.

Suſcepit Ludovicus ab Epiſcopis pœnitentiam.

XX. Poſt hanc vero confeſſionem, chartulam ſuorum reatuum & confeſſionis ob futuram memoriam ſarcerdotibus tradidit: quam ipſi ſuper altare poſuerunt, & deinde cingulum militiæ depoſuit, & ſuper altare collocavit, & habitu ſæculi ſe exuens, habitum pœnitentis per impoſitionem manuum Epiſcoporum ſuſcepit, ut poſt tantam talemque pœnitentiam nemo ultra ad militiam ſæcularem redeat.

His itaque geſtis, placuit ut unuſquiſque Epiſcoporum qualiter hæc res acta fuerit, in propriis chartulis inſereret, eamque ſua ſcriptione roboraret, & roboratam memorato Principi Lothario ob memoriam hujus facti offerret. Ad extremum omnibus nobis, qui interfuimus, viſum eſt omnium chartularum, immo tanti negotii ſummam in unum breviter, ſtrictimque congerere, & congeſtam propriis manuum noſtrarum ſubſcriptionibus robo-

PAGIUS verſus hanc Chronotaxim afferri poſſunt refellit Cointius hoc anno num. LXXXII. [1]

XII. Dani in Angliam irrumpunt. Widlathſius Merciorum Rex anno Incarnationis Salvatoris noſtri octingenteſimo triceſimo tertio, in feſto Sancti Auguſtini Confeſſoris, Doctoris & Apoſtoli Gentis Anglorum inſignem donationem fecit Monaſterio Croylandiæ, in quo quieſcebat corpus Sancti Guthlaci, quæ legitur in Deſcriptione compilata per Ingulphum Abbatem ejuſdem Monaſterii, nuper Oxoniæ iterum publicata, in qua dicit Rex, memorem ſe eſſe Etheldrithæ Sanctiſſimæ Virginis cognatæ meæ, pro ſponſi ſui agni immaculati amore Croylandiæ recluſæ, & in tempore tribulationis meæ me in cella ſua quator menſium ſpatio diligentiſſime abſcondentis a facie inimici & perſequentis, ubi loquitur de Egberto Occidentalium Saxonum Rege, & de Etheldritha Offæ quondam Regis Merciorum filia ac ſponſa Sancti Martyris Ethelberti quondam Regis Eſt-Angliæ ſeu Anglorum Orientalium, a qua & a Siwardo Abbate Croylandiæ per menſes quatuor abſconditus fuerat, dum eum Egbertus Rex perſequeretur. In fine ſubdit Widlathſius, quondam promiſſum in præſentia dominorum meorum Egberti Regis Vveſtſaxoniæ, & Athelvvlphi filii ejus, coram Pontificibus & Proceribus majoribus totius Angliæ, in Civitate Londonia (ubi omnes congregati fuimus pro conſilio capiendo contra Danicos piratas littora Angliæ aſſidue infeſtantes) ſigno ſanctæ crucis confirmavi. Porro Danos hoc anno in Angliam iterum irrupiſſe, docet Ethelwerdus lib. 3. cap. 2. ubi ait: Igitur poſt quadriennium Pagani territoria popularunt loci, qui di-

NOTÆ [1] INter donationes monaſterio Caſinenſi factas, quæ in Acceſſionibus Hiſtoriæ Caſinenſis Eraſmi Gattulæ P. 1. pag. 35. leguntur, habetur donatio Sichardi Principis gentis Langobardorum Authperto Abbati Caſinenſi, quæ eſt: Acta Benevento in ſacro palacio, QUINTO ANNO menſe Junio, QUINTADECIMA Indictione. Alia item Rodegarii, data tertio anno Principatus Sicardi, menſe Junio indictione XII. Si ergo Sicardus menſe Junio, indictione XV. quæ fuit A. D. 837. quintum Principatus annum numerabat; annus ejus primus collocandus eſt A. D. 833. ante menſem Junium; & ſi annum tertium, indictione XIII. (ita enim emendandum puto) agebat menſe Junio A. D. 835. ſequitur annum primum ab A. D. 833. ante Junium menſem inchoandum eſſe. Sicardi initia Principatus an. 833. affigit etiam Eccardus rer. Francic. Lib. XXIX. n. XVI. GEORGIUS



roborare, ſicut ſequentia factum eſſe demonſtrant . . . . . . ſubſcriptiones deſunt.

Agobardi Archiep. hiſtoria de Ludovici Imp pœnitentia.

☞ Extat Agobardi Archiepiſc. Lugdunenſis, qui cum aliis Epiſcopis ſedebat judex contra Ludovicum Imperatorem, de publica ejus pœnitentia iſtiuſmodi ſcripta hiſtoria:

Publica Ludovici Imperatoris coram ampliſſimo Epiſcoporum conventu pœnitentia Agobardo præſide.

In nomine Dei ac Domini noſtri JESU Chriſti, anno Incarnationis ejus octingenteſimo trigeſimotertio, ego Agobardus Lugdunenſis Eccleſiæ indignus Epiſcopus interfui venerabili conventui apud palatium, quod nuncupatur Compendium, qui utique conventus extitit ex reverendiſſimis Epiſcopis, & magnificentiſſimis viris illuſtribus, collegio quoque Abbatum & Comitum, promiſcuæque ætatis, & dignitatis populo: præſidente ſereniſſimo, & glorioſiſſimo Clothario Imperatore, & Chriſti Domini amatore. Quo protegente, & adjuvante ſubter annexa diſpoſita ſunt, anno Imperii primo, menſe quarto. Quibus omnibus vehementer incumbebat vera neceſſitas, ut ſollicite tractarent de periculo regni in præſenti, & ſtatu in futuro. Quod regnum, quia jam diu nutabat, & impellebatur ad ruinam per negligentiam, & (ut verius dicam) per ignaviam domini Ludovici venerandi quondam Imperatoris, in quibus ille irretitus eſt per corruptas mentes & corrumpentes, & ſecundum (a) Apoſtolicum dictum, quia erant ipſi errantes, & alios in errorem mittentes: a quo conventu, quidquid utiliter, & laudabiliter tractando, & conferendo inventum eſt, & neceſſario ſtatuendum, & judicantibus conſenſi, & conſentiens ipſe judicavi. In primis videlicet, quæ ad commoditatem & ſoliditatem regni & Regis pertinere videbantur; deinde quæ ad ereptionem & purgationem animæ domini Ludovici manifeſtiſſime noſcebantur, quæ in prædicto conventu fideliter quæſita, & * veraliter inventa, & ordinabiliter executa ſunt, in eo ſcilicet, quod prædictus conventus deliberavit, ut per Legatos & Miſſos admoneretur dominus Ludovicus de ſuis erratibus, & exhortaretur, ut ſecundum propheticum dictum, rediret ad cor, & recognoſceret acta ſua quæ adverſus Deum, currens per vias pravitatis & injuſtitiæ, exegerat, ac deinceps ſuſciperet conſilium vitæ, & ſalutis ſuæ; quatenus apud omnipotentem Judicem & Dominum, qui clementiſſimus indultor eſt criminum, indulgentiam & remiſſionem iniquitatum impetrare poſſet. Ut qui per multiplicatas negligentias regnum terrenum amiſerat, per impenſas ſupplices confeſſiones regnum cæleſte adipiſceretur per eum, apud quem eſt miſericordia & copioſa redemptio.

(a) 2. Tim. 3.

* veraciter.

Propter quod & libellus editus eſt a viris diligentioribus, & ei oblatus de manifeſtatione criminum ſuorum, in quo velut in ſpeculo perſpicue conſpiceret fœditatem actuum ſuorum, & fieret in illo, quod per pœnitentem perfectum dictum (b) eſt: Iniquitatem meam ego cognoſco: peccatum meum coram me eſt ſemper. Pro qua re acceſſerunt ad eum denuo omnes, qui in prædicto conventu aderant Epiſcopi, condolentes, & compatientes infirmitatibus & miſeriis ejus, exhortantes atque exoptantes, & poſtulantes, ut omnipotens Deus manu pietatis ſuæ educeret eum de lacu miſeriæ, & de luto cœni. Quod clementiſſimus Dominus non ſolum non abſtulit, ſed nec diſtulit, ſed mox reſuſcitata in mente ejus contritione humilitate cordis proſtratus coram eis, non ſemel, vel iterum, ſed tertio, aut amplius, crimina cognoſcit, veniam poſcit, auxilium orationum precatur, conſilium recipit, pœnitentiam poſtulat, injunctam ſibi humilitatem libentiſſime impleturum promittit. Innoteſcitur ei lex, & ordo publicæ pœnitentiæ, quam non renuit, ſed ad omnia annuit, ac demum pervenit in Eccleſiam coram cœtu Fidelium, ante altare & ſepulcra Sanctorum, & proſtratus ſuper cilicium, bis, terque quaterque confeſſus in omnibus, clara voce, cum abundanti effuſione lacrymarum, depoſitis armis manu propria, & ad crepidinem altaris projectis, ſuſcepit mente compuncta pœnitentiam publicam per

(b) Pſ. 50.

PAGIUS dicitur Sceapige (anno ſcilicet ſuperiori) Et poſt decurſum anni unius bellum geſſit Ecgbyrcht Rex contra paganam claſſem, cujus numerus erat triginta quinque carinæ, in loco Carrum. Idem habet Malmesburienſis lib. 2. de Geſt. Reg. cap. I. qui de Egberto Weſtſaxonum Rege ait: Siquidem cum meliore parte diei victoriam pene occupaſſet, jam prono in Oceanum Sole palmam amiſit: ſed tamen beneficio tenebrarum adjutus victi dedecus evaſit, quod hoc anno contigiſſe docent etiam Huntindonienſis, & Hovedenus.

XIII. Mortuus eſt hoc anno die triceſima menſis Julii Abulabbas Almamon, Calipha ordine XXVIII. Elmacinus enim lib. 2. Hiſt. Sarac. ad annum Hegiræ CCXVIII. habet: Eodem anno Tarſo egreſſus, Regionem Romanorum ingreſſus Almamon die Mercurii, XVI. Giumadæ Poſterioris, & ſubſtitit Badanduni, ubi & æger factus, obiit die Jovis, XIX. menſis Regiebi, circa veſperam, aut, ut alii volunt poſt meridiem. Verum loco XIX. legendum IX. Elmacinus citat ibidem Chronologum, qui ait, eum mortuum eſſe, elapſis annis Hegiræ CCXVII. menſibus VI. & diebus IX. ideoque obitus Almamonis contigit anno Mundi ſecundum Alexandrinos 6325. die triceſima Julii circam veſperam, ſcilicet inter noctem diei XXX. & XXXI. ejuſdem menſis, die videlicet nona menſis Arabi-

Moritur Aimamon Calipha Saracenorum.

*per manuum Epiſcopalium impoſitionem cum Pſalmis & Orationibus : ſicque depoſito habitu priſtino, & aſſumpto habitu pœnitentis, congratulans & confidens poſtulat piiſſimi Paſtoris humeris reduci. His geſtis ego Agobardus indignus Epiſcopus interfui, & melioribus conſonans & conſentiens judicavi, & manu propria ſignans ſubſcripſi*.

XXI. Qui res geſtas Ludovici tunc temporis conſcripſit, facinus deteſtatus, hæc ait : *Verentes ſceleris conſpiratores inauditi, ne verſa vice retrolapſa ferrentur geſta quæ erant : callido ( ut ſibi viſum eſt) cum aliquibus Epiſcoporum utuntur argumento : ut pro his, de quibus jam pœnitudinem geſſerat Imperator*, nempe de nece Bernhardi, *iterum publica pœnitentia, armis depoſitis irrevocabiliter, quodammodo Eccleſiæ ſatisfacere judicaretur. Cum ne forenſes quidem leges contra unam culpam ſemel commiſſam bis invehant vindictam : & noſtra lex habeat : Non judicare Deum bis in idipſum. Cui judicio pauci contradicere, plures aſſenſum præbuere ; maxima pars ( ut aſſolet in talibus ) ne primores offenderent, verbotenus conſenſere. Ad judicatum ergo eum abſentem & inauditum, nec confitentem, neque convictum, ante corpus S. Medardi Confeſſoris & S. Sebaſtiani Martyris arma deponere, & ante altare ponere cogunt, pullaque indutum veſte, adhibita magna cuſtodia, ſub tectum quoddam retrudunt*. Sane quidem rem per vim, & metum actam, coloratamque falſo religionis pigmento, nemo non dixerit ac improbarit. Cum alioqui etiam ſi facta digna ſolemni, ſive publica pœnitentia præceſſiſſent : eam tamen iterari non debere, canones clamant : id S. Auguſtinus (a) ad Macedonium teſtante. Unde merito boni homines deteſtati ſunt factum, & jure viſus eſt Theganus, quam diximus, in Ebbonem Rhemenſem Epiſcopum horum omnium architectum, exprobrans facinus, declamaſſe.

Contra jus faſque Ludovicus Imp. deponitur.

(a) *Aug. ep. 54. c. quamvis id eſt*, 50.

XXII. Quæ autem hæc ſequuta ſint, audi ab auctore vitæ ejuſdem Imperatoris : *Expleto*, inquit, *hoc negotio, Miſſa S. Martini, populus licentia accepta pro talibus geſtis, mœſtus ad propria revertitur. Lotharius autem patrem ſuum ducens, Aquiſgrani biematum aggreditur. Intra biemis hujus durationem gregatim populi tam Franciæ, quam Burgundiæ, necnon Aquitaniæ, ſed & Germaniæ coeuntes, calamitoſis querelis de Imperatoris infortunio querebantur. Et quidem in Franciam Eggebardus Comes & Vuilbelmus Comes ſtabuli, quos poterant ſibi in unione voluntatis reſtituendi Imperatoris coadunabant. A Germania vero Hugo Abbas a Ludovico filio Imp. & ab eis, qui illuc confugerunt, a Drogone ſcilicet, Epiſcopis & reliquis, Pipinum in hoc ipſum inſtigabat. Porro Bernbardus & Vuaſinus in Burgundia conſiſtentem populum ſuaſionibus accendebant, promiſſionibus alliciebant, juramentis aſtringebant, & in unum velle fœderabant.* Hæc ipſe. Sed quæ poſt hæc hieme tranſacta ſequuta ſint, ſuo loco dicturi ſumus.

Populi ſoliciti pro reſtitutione Ludovici Imp.

Eodem anno, dum hæc in Ludovicum Imperatorem aguntur, Compendium venit legatio a Theophilo Conſtantinopolitano Imperatore ad Ludovicum ipſum miſſa. Qui ea functi ſunt, fuere Marcus Archiepiſcopus Epheſinus & Protoſpatharius ejuſdem Imperatoris, quam ſuſcepit Lotharius una cum muneribus miſſis : eoſque dimiſit, nihil præterea in Orientem reportantes, quam ejus quam viderant, tragediæ lugubris actionem.

De legatione Theophili ad Ludovicum miſſa.

Se-

PAGIUS bici Regiebi, qui hoc anno concurrit cum die Mercurii ac die XXX. Julii. Imperii ejus *initium fuit dies Lunæ, & finis, Mercurii*, inquit idem Chronologus, ubi de eodem Mercurii die, de quo antea Elmacinus, verba facit, ſubjungitque Chronologus, Almamonem e vivis exceſſiſſe *elapſis annis Solaribus Mundi 6324. menſibus XI. diebus VI*. Quare certa eſt noſtra emendatio, & errarunt qui volunt Almamonem mortuum eſſe *poſt meridiem*.

XIV. *Aſtronomiæ ſtudium valde promovit.*

Elmacinus Almamonem valde laudat : *fuit*, inquit, *omnimode excellens, liberalis, magnæ clementiæ, & boni regiminis : neque inter Abbaſidas* (e qua familia ſeptimus Calipha fuit) *quiſquam fuit eo eruditior, nec præſtantior. Didicerat egregie Aſtronomiam, & ventorum ſtationes ; unde & inter peritos hujus ſcientiæ etiam nunc, notus eſt Ventus Almamonis*. In Almageſto Arabico apud Scaligerum legitur, anno Egiræ CCXII. Almageſtum Ptolomæi, ejus juſſu in linguam Arabicam tranſlatum fuiſſe, quod poſtea Fridericus Secundus Imp. circa annum MCCXXX. ex Arabica lingua in Latinum ſermonem vertendum curavit ; adeo ut priuſquam Græca lingua Europæis innoteſceret, Aſtronomia Ptolomæi apud Arabas communis eſſet. *Almamoni ſucceſſit frater ejus Muhammed Mutaſimus die ſc. Jovis, decimo octavo Regiebi, anni CCXVIII.* inquit, Elmacinus, qui locus quoad menſem corruptus eſt, ut ex dictis manifeſte liquet ; ſi enim *Almamon* mortuus ſit XIX. menſis Regiebi, quomodo eidem ſuccedere potuit Muhammed die XVIII. ejuſdem menſis Regiebi ? Muhammedem vero die Jovis regnare cœpiſſe, ideoque tam noſtram correctionem, quam explicationem certas eſſe, in morte ejus videbimus.



I. SEquitur annus Chriſti Redemptoris octingenteſimus trigeſimusquartus duodecima Indictione, quo Ludovicus Imp. in Imperium reſtituitur. Cum enim undique conflati eſſe ſcirentur ad liberandum Imp. exercitus, Lotharius hoc cernens, ſe excuſans cuncta eſſe peracta judicio Epiſcoporum, relicto ipſo Ludovico in monaſterio ſancti Dionyſii juxta Pariſios, cedens iis, qui eum reſtituere conarentur, Viennam ſe contulit. Quæ autem hæc ſint ſequuta, ex vita ipſius Ludovici ſic accipe: *At vero iis, qui cum Imperatore remanſerant, cum ad recipiendas Imperatorias infulas bortabantur. Sed Imperator quamquam modo, quo prædictum eſt, Eccleſiæ eliminatus communione, nequaquam præpropere voluit aquieſcere ſententiæ ; ſed Dominica quæ in craſtinum advenit, in Eccleſia S. Dionyſii Epiſcopali miniſterio voluit reconciliari, & per manus Epiſcoporum, armis accingi conſenſit. In qua re tanta exulatio populi excrevit, ut etiam ipſa elementa viderentur injuriam patienti compati, & relevato congratulari. Etenim uſque ad illud tempus tanta incubuerat procellarum vis, pluviarumque vehementia, ut extra ſolitum aquarum ſuperabundantia excreſceret, flatuſque ventorum imperviabiles fluminum alveos redderet. Sed in illius abſolutione ita quodammodo viſa ſunt conjuraſſe elementa, ut mox & venti ſævientes, miteſcerent, & cæli facies in antiquam & multo tempore inviſam ſerenitatem rediret.*

Ludovicus Imp. reſtituitur Imperator.

Communis lætitia de reſtitutione Ludov.

II. *Imperator ergo ab eo loco iter cœpit, ſed nequaquam filium abeuntem perſequi, & licet multis bortantibus, noluit. Inde ergo Hantogilum, ac poſtea venit Cariſiacum villam regiam, ubi conſiſtens operiebatur filium Pipinum, & eos, qui trans Matronam reſidebant; ſed & eos, qui trans Rhenum ad Ludovicum filium ejus confugium fecerant, ſed & ipſum filium, qui ad ipſum veniebat Ludovicum. Quo conſiſtente, medio Quadrageſimæ tempore, arridente etiam lætitia ipſius diei & officii, exbortante cantilena Eccleſiaſtica ac dicente ; Lætare Hieruſalem, & diem feſtum agite omnes, qui diligitis eam : magna multitudo fidelium ſuorum ibidem occurrit, congratulans communi lætitiæ. Quos Imperator benigne ſuſcipiens, & pro fidei integritate gratias agens, Pipinum quidem filium in Aquitaniam cum lætitia dimiſit, cæteros autem ad loca ſibi congrua lætos præmiſit. Ipſe autem Aquiſgrani pervenit ; ibique Judith Auguſtam ab Italia reducentibus Rathaldo Epiſcopo & Bonifacio recepit, &c.*

III. Quod autem publicam perturbavit lætiam, fuit audita miſeranda clades, quam perpeſſa eſt civitas Cabillonenſis tunc temporis a Lothario in via poſito, cum ei adverſaretur. Tunc enim accidit, ut reſiſtente illi ipſa ; quod ſe ad defendendum parata eſſet munita civitas; factione eorum, qui rebellarunt ab Imperatore, & ipſum ſequebantur, Lotharius eam expugnans, cuncta ferro, ignique tradiderit, una ſalva miraculo baſilica, in memoriam S. Georgii fabricata. Dei Eccleſias per Lotharium expoliatas, occiſoſque omnes, qui patri ſtuduiſſent, & ſororem Bernhardi ſanctimonialem, nomine Gerbirch in dolio vinacio clauſam, in Ararim projeciſſe, ſcribit Theganus, nefanda ejus opera deteſtatus: *Tunc adverſus Lotharium tum pater Ludovicus, tum reliqui ejus filii, Ludovicus atque Pipinus caſtra moventes, coegerunt Lotarium, ut ſupplex veniam petiturus veniret ad patrem, quibus una cum ejus ſectatoribus Ludovicus indulſit, atque accepto ab eis fidelitatis juramento, in Italiam ire præcepit, obſtruens tranſitum, ne quando ſine cuſtodum conceſſione in Gallias redi-*



PAGIUS SÆC. IX. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6327.

Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXII. Anno Hegiræ CCXIX. inchoato die 15. Januar. fer. 6. A. C. 834. I.

☉ 3. D. ☽. 18. P. 5. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 834.

GREGORII IV. PAPÆ 8.

LUDOVICI IMP. 21.

THEOPHILI IMP. 6.

ANum. I. ad V. Anno elapſo ubi audivit Ludovicus Bojoariæ Rex Compendio Aquiſgranum Ludovicum patrem ductum eſſe, *receſſit a Bavvaria magno dolore compulſus ob injuriam patris. Qui veniens ad Palatium Franconofurt, ſtatim inde direxit Legatos ſuos* ( ad Lotharium ſcilicet ) *Gozbardum Abbatem & Morbardum Palatinum Comitem, poſtulans & imperans, ut erga patrem bumaniorem exbiberet ſententiam. Quod frater ejus Lotbarius benigne non ſuſcepit. Poſtquam illi Legati reverſi ſunt, ſtatim alios deſtinavit ad patrem, qui probibiti ſunt, ne eum viderent. Poſtea perrexit Lotbarius de Aquiſgrani Palatio, & pervenit Moguntiam, ubi obviam venit ei frater, & colloquium inæquale babuerunt ibi propter hoc, quia omnes quos Lotbarius babebat ſecum, adverſarii erant patris ſui injuſte, quos autem Lodevvicus babebat ſecum fideles erant patri ſuo ac ſibi. Inde revertens Lotbarius venit Aquis Palatium, celebravitque ibi Natalem Domini adbuc clauſo patre*, inquit Theganus capp. 45. & ſeq. Ludovicus communicato conſilio cum nonnullis Proceribus, qui a partibus Ludovici Aug. ſtabant, & in Boja-

*Agitur de Ludovico Aug. in libertatem aſſerendo.*

*re poſſet*. Hæc in vita Ludovici, quæ & apud Theganum leguntur ſuſius enarrata.

His ita diſpoſitis, tempore Miſſæ S. Martini Ludovicus cum ſuis habuit generalem conventum in Actiniaco palatio, ubi inter alia hæc memoria digna facta legun- IV.

PAGIUS

joariam ad ſe confugerant, nihil utilius eſſe duxit, quam ut mutuum cum Pippino fratre contra Lotharium fratrem fœdus iniretur. Itaque, ut habet Auctor Vitæ Ludovici Pii, a *Germania Hugo Abbas* (San-quitinienſis nempe, & frater Drogonis) *in Aquitaniam miſſus a Ludovico* (nempe Rege,) *& ab eis qui illuc confugerant, a Drogone ſcilicet Epiſcopo & reliquis*. Erat autem Drogo Epiſcopus Metenſis, & filius Caroli M. [1]

II. *In Regnum reſtituitur.* *Poſt Sanctum diem Epiphaniæ iterum Ludovvicus* (Bojoariæ Rex) *miſit Legatos ad patrem. Grimoldum Venerabilem Abbatem atque Presbyterum* (erat is Abbas Weiſſemburgenſis) *& Gebehardun nobiliſſimum atque fideliſſimum Ducem. Qui venientes Aquis, conſenſit Lotharius, ut viderent patrem cum inſidiatoribus, quorum unus vocabatur Otgarus Epiſcopus* (nempe Moguntiæ, qui ideo ſtabat a partibus Lotharii) *alter vero Richardus perfidus. Venientes Legati ad conſpectum Principis, & humiliter proſternentes ſe pedibus ſuis, ſalutaverunt eum ab æquivoco filio ſuo. Secreto vero noluerunt ei indicare propter inſidiatores præſentes, ſed aliquo motu ſignorum fecerunt eum intelligere, quod æquivocus ejus hos conſentire noluiſſet ſcilicet ſupplicium patris. Illis Miſſis abeuntibus ſtatim Lotharius compulit patrem, ut cum eo veniret ad Compendium. Qui conſentiens filio perrexit cum eo. Hoc audiens Lodevvicus, coadunata multitudine, ſecutus eſt eos. Qui cum non longe abeſſet ab eis, Lotharius dimiſit patrem, & receſſit ab eo cum Conſiliariis ſuis impiis. Lodevvicus vero filius ejus pervenit ad eum, & honeſte ſuſcepit, & reduxit iterum ad Aquis Sedem ſuam, & Deo jubente reſtituit eum in Regnum & locum ſuum. Et ibi ſimul Sanctum Paſcha Domini celebrarunt*, inquit Theganus cap. 47. & ſeq.

III. *Lotharius Aug. fugam capeſſit.* Annaliſta Bertinianus quodnam fuerit Lotharii conſilium, quove die fugam arripuerit, his verbis enarrat: *Domnus quidem Imperator in Aquis ſervabatur, nihilque humanum erga illum fiebat, ſed multo crudelius adverſarii ejus in illum ſæviebant, diu noctuque ſatagentes tantis afflictionibus illius animum emollire, ut ſponte ſæculum reliquiſſet, & ſe in Monaſterium contuliſſet. At ille nunquam ſe facturum aiebat, quandiu de ſe nullam poteſtatem haberet, aliquod votum. Verum cum Ludoicus comperiſſet, quod nihil ejus petitio apud germanum prævaleret, ut mi-*

NOTÆ [1] AD hunc annum Ludovici *Germaniæ*, ſeu *Franciæ Orientalis* regis epocha figitur a Mabillonio in Annalibus Benedictinis lib. XXXI. §. LXXXII. ubi ejuſdem *Ludovici* diploma profert: *Dat. VIIII. Idus Januarii, anno quarto Ludovici regis, in Orientali Franciæ, Indictione quintadecima*, ubi animadvertit, hanc epocham iniri ab an. Chriſti 834. quo a *Ludovico* ejus parente *Ludovici* regnum amplificari cœptum eſt, & lib. XXXIV. §. LXVII. aliud datum XII. *Kal. Auguſti, anno Chriſto propitio XX. regni domni Hludovici Sereniſſimi regis in Orientali Francia, Indictione prima*. Id a Mabillonio ad an. 853. refertur. Deinde lib. XXXV. n. LXXIX. aliud: *Datum X. Kal. Martii, anno Chriſto propitio XXVIII. regni Domni Ludovici ſereniſſimi regis in Orientali Francia regnantis, Indictione VIII.* Hoc autem anno Chriſti 860. alligat Mabillonius, & monet in quibuſdam aliis diplomatibus ejuſdem Ludovici regni initium deſumi ab an. 840. quo Ludovicus Pius ejus pater deceſſit, in aliis ab anno 839. Denique lib. XXXVII. §. LVI. ex Conringio refert aliud diploma: *Dat. IV. Nonas Majas, anno Chriſto propitio XXXVII. regni domni Hludovici Sereniſſimi regis in Orientali Francia regnantis, Indictione VII.* Si bene expreſſa eſt indictio, inquit Mabillonius, hoc præceptum an. 874. convenit; at annus XXXVIII. regni Ludovici non congruit cum anno 874. ſi teneatur calculus initus & conſtitutus Lib. XXXIII. §. XXX. Annal. Benedictinorum, ubi tres epochæ regni Ludovici, præter Bajoricam diſtinguuntur; altera incipit ab an. 833. aut 834. altera ab an. 839. tertia vero ab an. 840. poſt patris obitum. Variæ hujus epochæ in diplomatibus a Martenio in Collectione ampliſſima Anecdotorum vulgatis habentur. Etenim tom. I. pag. 188. Ludovici diploma pro monaſterio Prumienſi edidit. *Dat. VII. Idus Martius anno XXXVI. regni Domni Hludovici Sereniſſimi regis in Orientali Francia regnantis, Indictione VI. Actum Francofurt.* Hæc epocha convenit cum Diplomate ex Conringio accepto; & *indictio ſexta*, annum Chriſti 873. indigitat, non 868. ut habet Martenius; nam anno 868. *indictio prima* in curſu erat. Itaque hæc epocha initium ſumeret ab an. 837. Rurſum alia *Ludovici* epocha ab obitu patris adnotatur ibidem pag. 190. in charta pro monaſterio Prumienſi: *Actum in Vuimundarsheim publice XII. Kalendas Septembres &c. anno Incarnationis Domini Salvatoris DCCCLXVIII. Indictione I. regnante & glorioſo Hldovvico cum fratre Karolo XXVIII. Lothario vero nepote ipſorum.* Ab anno Chriſti 868. ſi 28. detrahas ad an. 840. pervenitur. Ibid. pag. 191. extat aliud Ludovici præceptum pro eodem monaſterio: *Data II. Idus Aprilis anno XXXVII. regni Domni Hludovici Sereniſſimi regis in Orientali Francia regnante, Indictione III. Actum Triburias in villa regia.* Hæc epocha ab an. 833. deſumitur. Item tom. II. pag. 28. ejuſdem diploma pro monaſterio Stabulenſi datum legitur IIII. *Non. Martii, anno Chriſto propitio XXXV. regni Domni Ludovici Sereniſſimi regis in Orientali plaga Franciæ regnantis, Indictione VII.* Ibidem pag. 30. aliud ejuſdem pro eodem monaſterio: *Dat. IV. Idus Junii, anno regni XXXVI. Indict. VII.* In duobus hiſce diplomatibus eſt epocha ab anno 839. inchoata, inter menſem *Martium & Junium*, nam, quum menſe *Martio* anni 874. quo fuit VII. *Indictio*, annus XXXV. *Ludovici* decurreret, & menſe *Junio* annus XXXVI. ſequitur inter hos menſes hujuſmodi epocham inchoandam eſſe. Forte mendum eſt in annis regni in diplomate, de quo ſupra apud Mabillonium, dato IV. *Nonas Majas*, hac *Indictione* VII. & loco anni XXXVII. legendum XXXVI. Vide Eccardum rer. Francic. Lib. XXIX. n. CIV. Lib. XXXI. n. LIX. & CLXXV. GEORGIUS



guntur: *Mandavit filio Pipino per Ermoldum Abbatem, res Eccleſiaſticas quæ in Regno ejus erant, quas vel ipſe ſuis attribuerat, vel ipſi ſibi perceperant, abſque cunctatione Eccleſiis reſtitui. Miſſos etiam per civitates & monaſteria tranſmiſit, ſtatumque Eccleſiaſticum pene collapſum in antiquum ſtatum erigi juſſit.* Hæc de his quæ ad ſtatum rerum Eccleſiaſticarum attinent, cum & multa alia ſalubria ad politicum ſtatum pertinentia illic fuerint conſtituta.

Cæterum quod ſpectat ad reſtitutionem Ludovici in Imperium, id factum auctoritate Gregorii Papæ, Paulus Æmilius haud obſcure ſignificat, dum ait, decretum abrogationis Imperii Ludovici ab ipſo Gregorio Papa fuiſſe reſciſſum. Sed ut Marianus Scotus addit, & Judith Auguſtam pariter voluntate Gregorii Papæ reſtitutam. Porro ipſum Ludovicum indulſiſſe omnibus, qui in eum peccaſſent inviti, Theganus affirmat. *Auctoritate Gregorii Ludovicus & Judith reſtituti.*

*Ann. Eccl. Tom. XIV.*

Quod autem in baſilica S. Dionyſii prope Pariſios contigit ipſum Ludovicum reſtitui in Imperium, & ab Epiſcopis corona Imperatorum ornari, & armis accingi (quod & Nithardus ejuſdem ſæculi hiſtoricus teſtatur) fixum menti ipſius Imperatoris perpetuo manſit, ut ejuſdem S. Dionyſii memoriam illuſtraret: cujus rei cauſa ejuſdem monaſterii Abba- ti



PAGIUS

*mitius apud patrem egiſſet, miſit Legatos ad fratrem ſuum Pippinum, eique innotuit omnia quæ erga patrem geſta fuerant, deprecans illum, ut reminiſcens paterni amoris ac reverentiæ, una cum illo patrem de illa tribulatione eriperet. At ille ſtatim convocavit exercitum Aquitanorum & Ultra. Sequanenſium, Ludovicus Bajoarios Auſtraſios (Saxones, Alemannos, nec non & Francos, qui citra Carbonariam conſiſtebant, cum quibus etiam ad Aquis properare cœperunt. Cumque hoc Lotharius cognoviſſet, de Aquis abceſſit & patrem ſuum uſque ad Pariſios ſub memorata cuſtodia deduxit, ibique jam Pippinum cum exercitu reperit Sequanæ inſolita exuberatione tranſire prohibitum. Nam nimium cæterorum quoque fluminum inundatio, & ultra alveos inſueta progreſſio multis non parvum intulit impedimentum. Verum cum firmiter cognoviſſet, Ludoicum etiam cum tanta populi multitudine in eaſdem partes properare, inde perterritus, in eodem loco patre dimiſſo, primo Kalendarum Martiarum die cum ſuis aufugit.* Sed loco *primo Kalendarum*, legendum, *pridie Kalendas*; eo enim die Lotharium fugam arripuiſſe mox videbimus.

IV. *Injuſta pœnitentia indictio Epiſcopali a miniſterio reſcinditur.* Nonnullos Epiſcopos, qui fugæ cum Lothario ſe commiſere, ex longe majori numero ſic arguit Flodoardus lib. 2. cap. 20. *In anno Incarnationis Dominicæ DCCCXXXIV. Lotharius territus conventu fratrum ſuorum, plurimorum fidelium patris Imperatoris, fuga lapſus patrem ſuum adhuc ab ingreſſu Eccleſiæ ſequeſtratum dimiſit. Cumque inter alios etiam quidam Epiſcopi, fautores ipſius in adverſitate patris ſui perrexerunt, Jeſſe videlicet Ambianenſis, & Hereboldus Autiſiodorenſis, Agobardus Lugdunenſis, & Bartholomæus Narbonenſis Epiſcopus.* Et paulo poſt: *ſed & Hildemannus Belvacenſis Epiſcopus inſimulatus quod ſicut præfati Epiſcopi fugam ad Lotharium moliretur: in Monaſterio Sancti Vedaſti detentus Synodum expectavit*, ideſt Synodum anno poſtero in Theodonis villa celebratam. *At vero*, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii, *ii qui cum Imperatore remanſerant, eum ad recipiendas Imperatorias infulas hortabantur. Sed Imperator quamquam modo, quo prædictum eſt, Eccleſiæ eliminatus communione, nequaquam tamen præpropere voluit acquieſcere ſententiæ, ſed Dominica, quæ in craſtinum advenit* (ideoque Lotharius fugit pridie Kalendas, non vero Kalendis Martii, in quem diem hoc anno Dominica incidit) *in Eccleſia Sancti Dionyſii, Epiſcopali miniſterio voluit reconciliari, & per manus Epiſcoporum armis accingi conſenſit. In qua re tanta exultatio populi excrevit, ut etiam ipſa elementa viderentur injuriam patienti compati, & relevato congratulari. Etenim uſque ad illud tempus tanta incubuerat procellarum vis pluviarumque vehementia, ut extra ſolitum aquarum abundantia excreſceret, flatuſque ventorum impervia biles fluminum alveos redderet. Sed in illius abſolutione ita quodammodo viſa ſunt conjuraſſe elementa, ut mox & venti ſævientes miteſcerent, & cœli facies in antiquam & multo tempore inviſam ſerenitatem rediret.*

V. *Ebbo Archiep. Remenſis detinetur.* Ebbo Remenſis Archiepiſcopus audito quod *Lotharius* patrem dimiſiſſet, & ab eo cum ſuis receſſiſſet Conſiliariis, fugæ pariter ſe commiſit, ſed exitu minus proſpero, quem paucis Theganus cap. 48. ita perſtringit: *Hoc audiens Hebo ſtatim fugam iniit, ſed comprehenſus coactus perductus eſt ad præſentiam Principis, qui commendavit eum ad cuſtodiendum.* Mabillonius in Obſervationibus præviis ad Vitam Sancti Rabani Mauri notat, Ludovici Pii filiis in patrem conjurantibus, tam prudenter & religioſe ſe ſe Rabanum tunc Abbatem Fuldenſem geſſiſſe, ut & patris & filiorum benevolentiam ſibi retinuerit, fueritque apud eos ſequeſter concordiæ & pacis edito libro, cui titulus: *De Reverentia filiorum erga patres & ſubditorum erga Reges*. Hanc lucubrationem primum publicavit Baluzius, & quarto libro de Concordia ſubjunxit. In fine illius libri Rabanus Ludovicum Imp. ad indulgendum Lothario filio & aliis hortatur.

VI. *Lotharius in Galliis tumultus ciet.* Annaliſta Bertinianus quæ poſt reſtitutionem Ludovici Aug. in Galliis geſta ſunt, his verbis exponit: *Lotharius eum de Pariſio proficiſceretur, in Provinciæ Urbem Viennam pervenit, ibique commorans multa incommoda illarum partium hominibus intulit. Domnus autem Imperator ut eum illic eſſe comperit, miſit Legatos qui ei nunciarent, quod omnia quæ contra patrem egerat, illi conceſſiſſet, & ut cum pace ad eum reverteretur. Quod ſpernens, venire diſtulit, ſed in eadem pertinacia perduravit. Factum eſt autem, cum ſentirent qui fideles erant Domno Imperatori in Italia, Rathboldus videlicet Epiſcopus* (nempe Sueſſionenſis) *Bonifacius Comes, Pippinus conſanguineus Imperatoris, aliique quamplures, quod conjugem ejus quidam inimicorum morti tradere vellent, miſerunt ſub omni celeritate, qui illam eriperent, ereptamque uſque ad præſentiam Domni Imperatoris in Aquis, incolumen perduxerunt. Eo etiam tempore in expeditione, quæ contra Landbertum & Mathfridum alioſque Lotharii complices, directa fuerat, interfecti ſunt Odo* (Comes Aurelianenſis) *& Vuillelmus frater ejus* (Comes Bleſcenſis) *ac Fulber-*

ti Hilduino mandavit, ut quæ tum ex Græcis, tum ex Latinis fontibus de eodem Dionyſio ſcripta reperire potuiſſet, in unum congerens, ſtylo hiſtorico proſequi vellet. Extat de ejuſdem Ludouici Imperatoris ad Hilduinum epiſtola iſtis verbis:

V. Epiſt. Ludovici Imp. ad Hilduinum de rebus S. Dionyſii.

*In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Ludovicus divina propitiante clementia Imperator Auguſtus Hilduino venerabili Abbati monaſterii ſanctiſſimorum Martyrum ac ſpecialium protectorum Dionyſii pretioſi, ſociorumque ejus, æternam in Chriſto ſalutem.*

*Quan-*

PAGIUS

*bertus, Comites, & Eoto Monaſterii Sancti Martini Abbas, & alii quamplures.*

VII. *Ludovicus Aug. Lothario & ejus complicibus parcit.*

*Interim etiam Claſſis de Danis veniens in Friſiam, aliquam partem ex illa devaſtavit, & inde per vetus Trajectum ad emporium, quod vocatur Doreſtadus, venientes, omnia diripuerunt: homines autem quoſdam occiderunt, quoſdam captivatos abduxerunt, partemque ejus igni cremaverunt. Lotharius vero cum ſuis Cavillonem* ( ideſt Cabillonem ) *veniens, eam expugnavit, ignique ſuccendit, & Comites qui ibi aderant comprehendit, ex quibus tres interfecit. Alios autem ſecum inde ſub cuſtodiam duxit, ac ſororem Bernardi Sanctimonialem* ( Gerbergam appellatam, filiam Sancti Willelmi Comitis) *in cupa poſitam in Ararim fluvium demergi fecit, & deinde Aurelianis venit. Quibus Domnus Imperator auditis, convocavit exercitum Lingonis medio menſe Auguſto, ibique annualia dona ſuſcipiens, continuo ad liberandum populum contra invaſores Regni iter per Tricaſſinorum & Carnotum ac Dunenſium Regiones juxta Bliſum caſtellum una cum filio ſuo Ludoico pervenit, ilicque caſtra metatus eſt. Ibi etiam Pippinus filius ejus cum exercitu in auxilium patri occurrit. Nam Lotharius haud procul in caſtris reſidens cum ſuis, minitabatur: quod tamen minime efficere potuit. Tunc Domnus Imperator ſolita clementia motus, miſit ad illum ut pacifice ad ſe veniret: quia univerſa que contra illum dicta habuerat, ei ſuiſque omnibus concederet. Et Lothario quidem Italiam, ſicut tempore Domni Caroli Pippinus germanus Domni Imperatoris habuerat, conceſſit. Cæteris vero vitam, membra, hereditatem & multis beneficia perdonavit. Quem pater ad ſe cum ſuis venientem fortiter juramento conſtrinxit, ne talia facere, aut alicui ſentire in poſtmodum tam ipſe quam ſui deberent. Quibus confirmatis eum in Italiam regredi fecit cum his, qui eum ſequi maluerunt. Ipſe vero circa Aurelianis perveniens, Pippino & Ludoico, cunctoque exercitui redeundi licentiam tribuit, & per Pariſios ad Attiniacum veniens, ibi Placitum cum ſuis Conſiliariis circa Miſſam Sancti Martini habuit. Ibique negotiis Regni diſpoſitis, ad Theonis villam ad hyemandum profectus eſt.* [1] Hæc omnia fuſius narravit Cointius collatis inter ſe ſynchronis Auctoribus, qui literis prodiderunt, quomodo Ludovicus Imperium ac Regnum amiſit, recuperavitque, & confutatis iis quæ Paulus Æmilius in Hiſtoria Francorum de utroque capite perperam ſcripſit.

VIII. A num. V. ad X. Ludovicus Aug. qui in Baſilica Sancti Dionyſii priſtinam auctoritatem recuperarat, per literas a Baronio recitatas *Hilduino* illius loci Abbati mandavit, *ut quidquid de ejus notitia ex Græcorum Hiſtoriis per interpretationem ſumtum, quodque etiam in Latinis Codicibus jam* haberet *inventum, adjunctis eis, quæ in libello ejus Paſſionis continentur, nec non & illis, quæ in Tomis vel Chartis vetuſtiſſimis armarii Pariſiacæ Eccleſiæ prolatis* inveniſſet, in corpus unum redigeret, *atque uniformem textum exinde* componeret; eodemque Volumine *revelationem oſtenſam Stephano* Papæ in Baſilica San-Dionyſiana, nec non & Hymnos glorioſiſſimi Martyris cum Officio nocturnali complecteretur; deinde altero Volumine quæcumque de eodem primo Pariſiorum Epiſcopo ſcripta ſunt, integre tranſcripta comprehenderet. Hoc poſterius Volumen non extat, & literæ Ludovici Aug. nullo temporis charactere inſignitæ ſunt. *Hilduinus* ſtatim operi manum admovit, & poſtquam illud elucubravit, mox Imperatori tranſmiſit cum reſcripto, in quo aſſerit, ſe reperta quæque *tam in Græcis, quam in Latinis Codicibus* in unum collegiſſe, & ad ejus Imperialem Dominationem mittere. His literis Hilduinus adjecit lucubrationem ſatis prolixam, quæ tota ſpectat ad Vitam S. Dionyſii.

*Vita S. Dionyſii ab Hilduino literis mandatur.*

IX. *Hujus Vitæ occaſione inter eruditos exortæ controverſiæ.*

Quæ de Dionyſio Pariſiorum Epiſcopo ſcripſit Hilduinus Abbas Monaſterii San-Dionyſiani graves noſtro ſæculo inter Viros Eruditos excitarunt controverſias; ait enim Hilduinus, *Dionyſium* Athenis primum fuiſſe Epiſcopum, ipſumque ſubrogato ſibi Epiſcopo Romam profectum eſſe, indeque a Clemente in Gallias directum, ubi poſtquam aliquot annos Pariſienſem Eccleſiam rexit, Martyrium conſummavit. Adhæc libros Dionyſii Areopagitæ nomine inſcriptos genuinum ejus fœtum eſſe contendit. Antequam hæc *Hilduinus* literis mandaret, jam inter Gallos initium Epiſcopatus Sancti Dionyſii Pariſienſium Apoſtoli in controverſiam vocatum fuerat, aliis illud in Clementis Papæ, aliis cum *Gregorio Turonenſi*, in *Decii* Imperatoris tempora conferentibus. Verum cum tunc Criticorum natio nondum exorta eſſet, facile pleroſque Hilduinus in ſuam ſententiam pertraxit, eo magis, quo Græcis eandem perſuaſerit, ſibique glorioſius eſſe putarint Latini, quod Dionyſium Areopagitam Evangelii Præconem habuerint. Verum noſtro ſæculo, quo quæ certiora antea videbantur, in dubium quandoque revocata ſunt, & falſa ſæpe feliciter exploſa, varii libri de opinionibus *Hilduini* cir-

NOTÆ [1] Videtur *Lotharius Papiæ* fuiſſe hoc anno menſe *Februario*; nam privilegium dedit monaſterio *Caſinenſi*, quod ex autographo vulgavit Eraſmus Gattula in Hiſtoria ejuſdem monaſterii in Acceſſionibus P. I. pag. 34. ubi in fine hæc habentur: *Data VIII. Kal. Martias, anno Chriſto propicio imperii Domni Hlotarii Imperatoris XVII. Indictione XII. Actum Papia civitate palacio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.* Epocha imperii deducta eſt ab A. D. 817. quo in Synodo Aquiſgranenſi poſt feſta Paſchalia *Ludovicus Pius Lotharium* imperii ſocium fecit. GEORGIUS



*Quantum muneris atque præſidii non modo nobis ac prædeceſſoribus, ſeu progenitoribus noſtris, verum etiam totius Imperii noſtri populis, Domini providentia, per beatiſſimum Dionyſium ſæpenumero, immo continue in magnis gratiarum ubertatibus contulerit, cunctæ per tranſacta tempora Gallicæ nationes ſenſerunt, quæ ejus inſigni Apoſtolatu Fidei rudimenta ſumpſerunt. Prædeceſſores autem noſtri gloriam hujus eximii teſtis & amici Dei non inaniter coluerunt: qui dum ejus ſacras exuvias in terris ob amorem & honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, opibus, quibus poterant, honoraverunt: per ejus preces digniſſimas, honoris privilegio potiri & in terris, & cœleſtibus meruerunt. Ut videlicet unus ex priſcis Francorum Regibus Dagobertus, qui eumdem pretioſiſſimum Chriſti Martyrem veneratus non mediocriter fuerat, & immortali eſt vita ſublimatus, & per ejus adjutorium (ſicut divina ac cæleſtis oſtenſio perhibet) a pœnis eſt liberatus, inque vita perenni deſiderabiliter conſtitutus.*

Dagobertus Rex cultor S. Dionyſii.

VI. Carolus Martellus cultor S. Dionyſii.

*Progenitores quoque noſtri mellifluum nomen domini Dionyſii (ſic enim verbis ac ſcriptis ſuis eum appellare conſuevere) non incongrue pia dilectione & dilectiſſima impietate amplexi ſunt. Quia proavus noſter Carolus, Princeps Francorum inclytus, per orationes ipſius excellentiſſimi Martyris indeptum ſe fuiſſe gratulatus eſt apicem principatus, eidemque decurſo mortalitatis tempore, quod charius potuit habere depoſitum, corpus ſcilicet proprium in magni die Judicii ſuſcitandum, & animam Domino præſentandam fideliter commendavit, ac pro hoc maxime devotionem, atque fiduciam cordis ſui erga peculiarem patronum patenter oſtendit.*

Pipinus Rex cultor S. Dionyſii.

*Sanctæ nihilominus recordationis avus noſter Pipinus propter altare, quod ante ſepulcrum ſæpefati, ſæpiuſque dicendi*

PAGIUS

circa Sanctum Dionyſium Areopagitam, ejuſque Scripta a Viris doctiſſimis de hac controverſia inter ſe diſcordibus in lucem emiſſi ſunt.

X. *S. Dioniſius a Clemente PP. in Franciam miſſus.*

Ut meam hac in re ſententiam paucis aperiam, mihi culpandus non videtur *Hilduinus*, quod ſuam conquiſitis undequaque argumentis probare conatus fuerit, quodque in aliquibus erraverit; cum ejus ætate res Hiſtoricæ ac Criticæ denſioribus, quam nunc tenebris obvolutæ eſſent, ipſeque bonam fidem in omnibus oſtendat. Et primo quidem non dubito, quin verum ſit, quod is perſuaſum habuit, *Dionyſium* nempe primum Pariſiorum Epiſcopum illuc a Clemente Papa miſſum; communis enim hæc ejus tempore opinio erat, nec Gregorius Turonenſis contrariam inducere potuerat, uti elicio ex Præcepto Theodorici Calenſis Francorum Regis anno Chriſti DCCXXIII. dato, & a Mabillonio lib. 6. de Re Diplom. pag. 488. recitato. In eo Theodoricus anteriora Regum ac Pontificum Privilegia Dionyſianis conceſſa confirmans ait: *Aergo dum & Omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen expendiſcere, per Incarnationis myſtheriæ unigeniti filii ſui domini noſtri Jeſu Chriſti, vel illuſtratione Spiritus ſancti inluxit in corda ſanctorum chriſtianorum, pro cujus amore & deſiderium inter citerus glorioſus triumfus martyrum beatus Dioniſius cum ſociis ſuis Ruſtico & Eleotherio, qui primi poſt Apoſtolos* SUB ORDINATIONE BEATI CLIMENTI, *Petri Apoſtoli ſucceſſoris, in hanc Galliarum provinciam advenerunt.* In fine legitur: *Data ipſa die Kal. Martias anno III. rigni noſtri.* Quare ſæculo integro poſt Gregorii Turonenſis mortem, & ante nativitatem Hilduini, in Monaſterio Dionyſiano, cujus ipſemet Abbas erat, quando *Areopagetica* ſcripſit, communis opinio fuit, *Sanctum Dionyſium* a Sancto *Clemente* in Gallias directum, opinionis Gregorii Turonenſis nulla habita ratione.

XI. Præter Acta primaria de Vita Sancti Dionyſii, in quorum exemplaribus nonnullis *Clementis* nomen legitur, Miſſionem Dionyſii per *Clementem* agnoviſſe Gallos, ante *Areopagiticorum* editionem, demonſtrat luculentum teſtimonium Pippini Regis, qui in Chatta anno DCCLXVIII. paulo ante mortem data ait: *Dionyſius & ſæpe jam dictus Ruſticus & Eleutherius, qui primi poſt Apoſtolos, ſub ordinatione B. Clementis, Petri Apoſtoli Succeſſoris, in hanc Galliarum Provinciam advenerunt*, &c. in fine legitur: *data IX. Kal. Octob. anno XVII. regni noſtri. Actum in ipſo Monaſterio Sancti Dionyſii.* Refertur integra in Antiquit. San-Dionyſianis lib. 3. cap. 5. His adde verba Galliæ Epiſcoporum in frequenti Conventu apud Pariſios de Cultu Sacrarum Imaginum anno DCCCXXV. habito. Sic enim ſub finem Actionis VII. loquuntur: *Nec vobis tædium fiat: ſi ad oſtendendam rationem veritatis veritatemque rationis, ſe ſe paulo longius ſermo protraxerit, dummodo linea veritatis, qua ab antiquis Patribus noſtris uſque ad nos inflexibiliter ducta eſt, beato Dionyſio ſcilicet, qui a ſancto Clemente beati Petri Apoſtoli in Apoſtolatu primus ejus ſucceſſor extitit, in Gallias cum duodenario numero primus prædicator directus, & poſt aliquod tempus una cum ſociis huc illucque prædicationis gratia per idem regnum diſperſis martyrio coronatus eſt*, ut habent libri a Jacobo Bongarſio editi, ubi tamen Mabillonius Tom. 1. Analect. pag. 63. legendum putat, *qui a ſancto Clemente beati Petri Apoſtoli primo ſucceſſore extitit in Gallias*, &c.

*Communis hæc Eccleſiæ Gallicanæ olim ſententia fuit.*

XII. *Gregorii Turonenſis teſtimonii ratio hac in re non habenda.*

Hæc itaque antiqua Gallicanorum Antiſtitum de Sancti Dionyſii Pariſiorum Epiſcopi primi Miſſione ſententia; quam veriſſimam eſſe exiſtimo, ideoque non male reſpondit Hilduinus, cum ſibi Gregorii Turonenſis auctoritas opponeretur, *Parcendum eſt ſimplicitati Viri religioſi Gregorii Turonenſis Epiſcopi, qui multa aliter, quam ſe veritas habeat, æſtimans, non calliditatis aſtu, ſed benignitatis ac ſimplicitatis voto, literis commendavit. Patenter & quidem noſcere poſſumus, non adeo quædam ſolerter eum inveſtigaſſe; cum ei contemporalis exiſtens vir prudens & ſcholaſtiſſimus Fortunatus, qui plura & frequenter ad eum ſcripſerat, hymnum rithmicæ compoſitionis pulcherrimum de iſto glorioſiſſimo martyre compoſuerit, in quo commemorat eum a beato Clemente deſtinatum; ſicut in Latinorum paginis didicit.* Hymnum illum publicavit Duble-

*ſti domini Dionyſii, per divinam & memorabilem revelationem, juſſu ipſius ſanctiſſimi Martyris, in honorem Dei & Apoſtolorum Petri & Pauli, qui præſentes oſtendebantur, a beato & Angelico viro, Stephano ſummo Pontifice dedicatum eſt, intra ſacra Miſſarum ſolemnia, una cum duobus filiis, Carolomanno videlicet, & divæ memoriæ domino ac genitore noſtro Carolo, jure prænominato Magno, ab eodem Apoſtolico Papa in Regem Francorum unctus, ſuperni muneris benedictionem percepit. Quique cum quanta ſe humilitate ante Limina baſilicæ SS. Martyrum, defuncto ipſius vitæ curriculo ſepeliri præceperit, titulus etiam ipſius Conditorii innoteſcit.*

VII. Ludovicus cultor S. Dionyſii.

*Sed & nos multis ac frequentibus largitionibus beneficia ejus ſumus experti, præcipue tamen in humanæ varietatis eventu, quo Dei (ut ſemper fatendum eſt) juſto judicio in virga eruditionis ſuæ viſitati, & baculo ſpecioſæ miſericordiæ ejus ante præſcriptum altare per merita & ſolatium domini ac piiſſimi patris noſtri Dionyſii, virtute divina erecti & reſtituti ſumus, cingulumque militare judicio atque auctoritate Epiſcopali reſumpſimus, & uſque ad præſens ipſius gratioſo adjutorio ſuſtentamur.*

Res geſtas Dionyſii conquiri jubet Ludovicus.

*Idcirco, venerabilis cuſtos ac cultor ipſius proviſoris & adiutoris noſtri domini Dionyſii, monere te volumus, ut te quicquid de ejus notitia ex Græcorum hiſtoriis per interpretationem ſumptum, vel quod ex libris ab eo patrio ſermone conſcriptis, & auctoritatis noſtræ juſſione, ac tuo ſagaci ſtudio, interpretumque ſudore in noſtram linguam explicatis, huic negotio inſeri fuerit congruum: quodque etiam Latinis codicibus jam inde habes inventum, adjunctis eis, quæ in libello ejus paſſionis continentur, necnon illis, quæ in tomis, vel chartis vetuſtiſſimis armarii Pariſiacæ Eccleſiæ, ſacræ videlicet ſedis ſuæ prolatis inveneras,*

*& ob-*

PAGIUS

bletius in Antiquitatibus San-Dionyſianis, cujus principio legitur:

*Fortem fidelem militem*
*Cœli ſecutum Principem*
*Dionyſium Martyrem*
*Plebs corde voce perſonet.*
*Clemente Roma Præſule*
*Ab Urbe miſſus adfuit*
*Verbi ſuperni ſeminis*
*Ut fructus eſſet Galliæ.*

Nec ſatisfaciunt Viri doctiſſimi, qui reſpondent, hymnum illum ſub Fortunati nomine male a Dubletio productum eſſe; cum incredibile ſit, *Hilduinum* illud in Areopageticis auſum fuiſſe aſſerere, niſi is tunc hymnus Fortunato adſcriptus fuiſſet. Quam parum edoctus fuerit Turonenſis de rebus primis Eccleſiæ ſæculis in Galliis geſtis, alibi oſtendimus.

XIII. *Hilduinus Dionyſium Pariſienſem male eum Areopagita confudit.*

In eo itaque peccavit *Hilduinus*, quod Vitam Sancti *Dionyſii* Pariſienſis Epiſcopi, mandante Ludovico Aug. componens, eum cum *Dionyſio Areopagita* Athenienſi Epiſcopo confuderit, credideritque *Dionyſium Areopagitam*, poſtquam per aliquod tempus Athenienſibus Evangelium annunciavit, Athenis ſibi alium Epiſcopum ſubrogaſſe, Romamque profectum eſſe, unde a Clemente Papa in Galliam miſſus ſit, ibique Eccleſiam Pariſienſem rexerit, & cum *Ruſtico* & *Eleutherio* ſociis mortem pro Chriſto oppetierit. Neque enim *Fortunatus*, neque alius Scriptor Latinus id ante eum in literas miſerat, neque ullus Græcus ante Taraſium Patriarcham CP. anno DCCLXXXIV. ad eam dignitatem evectum. Conſcriptio *Viſbii* & Miſſales libri antiquiſſimi ab Hilduino in Epiſtola ad Ludovicum Pium data memorati, pio Abbati ſine dubio errandi cauſa fuere; cum enim, quod ipſe aſſerit, in iis legeret, Divum *Dionyſium* a *Clemente* Papa ad Gallorum Gentem directum eſſe, & *Dionyſius* Areopagita, Clemente Romanam Eccleſiam regente, vixerit, facile ſibi perſuaſit, *Dionyſium* in Gallias miſſum alium non eſſe a Dionyſio Areopagita, deceptumque *Gregorium Turonenſem*, qui Dionyſii Pariſienſis Apoſtolatum ad tempora Deciana detruſit. Ad eumdem lapidem offenderunt *Anaſtaſius Bibliothecarius* in Verſione Vitæ Sancti Dionyſii Areopagitæ, a *Methodio* Græce compoſitæ, & *Hincmarus* Archiepiſcopus Remenſis, qui poſt annum DCCCLXXV. ſcripſit ad Carolum Calvum ſe id legiſſe in Vita *Sancti Sanctini* Carnotenſis primum, ac dein Meldenſis Epiſcopi.

XIV. *Idem ab Hincmaro præſtitum.*

Ita ſæpe Abbreviatores & Interpolatores Auctoribus quæ nunquam ipſis in mentem venere, attribuunt, licet profiteantur ſe nihil de ſuo eiſdem addidiſſe, quia nempe illos ea dicere voluiſſe perſuaſiſſimum habuere, ut illuſtri exemplo anno DVIII. num. XI. & ſeqq. demonſtravi. Hincmarum & Anaſtaſium id in more poſitum habuiſſe, facile eſt oſtendere. Ille Sancti Remigii Remorum Archiepiſcopi Vitam, a Surio ad diem XIII. menſis Januarii recitatam, componens aſſerit in Præfatione ſe *fideli relatione* didiciſſe *a ſenibus, & jam ætate provectis Viris religioſis*, eos *a ſuis Majoribus* audiiſſe *narrari*, ſe *vidiſſe librum maximæ quantitatis, manu antiquaria conſcriptum, de Ortu ac Vitæ ac Virtutibus atque Obitu Beati Remigii, Santiſſimi Patroni noſtri. Qui hac occaſione deperiit*, &c. ſeque traditurum quæ in Hiſtoriis, a Majoribus editis invenit. Tum in Vita ejuſdem Sancti ait, *Clodoveum* & populum ejus baptiſmi gratiam percepiſſe in die Paſchatis. Et tamen nec ipſe, nec ejus Majores id in eo libro legerant, ſed tantum id accidiſſe in Feſto ſolemni Chriſti, quod ab illis perperam de die Reſurrectionis Chriſti interpretatum; cum nunc certo conſtet, id die natali Chriſti factum fuiſſe. Quare non major fides *Hincmaro* adhibenda, quando in Epiſtola laudata ad conciliandam fidem Latinæ Verſioni, quam ediderat Anaſtaſius Vitæ Sancti Dionyſii Areopagitæ, a Methodio Græce elucubratæ, ait: *Recognovi his, quæ ibi ſcripta ſunt, ea quæ in adoleſcentia legeram, conſonare*, tuncque Wandelmarum in Abbatiola Sancti Quintini ſibi commiſſa reperiſſe *quaterniunculos valde contritos, & quæ in eis ſcripta fuerunt pene deleta, de Vita & Actibus B. Sanctini:* Wandelmarum quidem mortuum eſſe, & in eo loco quædam a Normannis incen-

ſa,



*& obtutibus noſtræ ſerenitatis oſtenderas ſecundum quod rerum, cauſarum etiam & temporum convenientiam noveris: in corpus unum redigas, atque uniformem textum exinde componas; quatenus devotis compendioſius valeat innoteſci, & faſtidioſis minuſve capacibus, vel ſtudioſis lectionis poſſit tædium ſublevari, pariterque omnibus ædificationis utilitas provideri.*

VIII. Hilduinus jubetur colligere monumenta S. Dionyſii.

*His ita contextis, volumus, ut revelationem oſtenſam beato Papæ Stephano in Eccleſia ejuſdem ſanctiſſimi Dionyſii, ſicut ab eo dictata eſt, & geſta, quæ eidem ſubnixa ſunt, una cum hymnis, quos de glorioſiſſimo Martyre atque Pontifice habes, & officium nocturnale ſubjungas. Sed & differenter, ac cum integritate ſua quæcumque ex eo reperta ſunt, in altero volumine colligas; nobiſque diſtincte & correcte tranſcripta quantocius dirigas, aut præſentes: quoniam maximum, valdeque dulciſſimum pignus deſiderabilis præſentiæ illius domini & ſolatiatoris noſtri, ubicumque ſimus, habere nos credimus, ſi cum eo, vel de eo, aut ab eo dictis, oratione, collatione, lectione colloquimur. Vale in Chriſto vir Dei, in ſacris orationibus jugiter memor noſtri.* Hactenus epiſtola Ludovici. Qui ab ipſo, qui accepit, præfixa eſt Areopagiticis ſuis, ita nominatis lucubrationibus illis, quæ de rebus geſtis ejuſdem S. Dionyſii ſcriptis inveniri potuerunt, tractatum continent; primoque loco poſita eſt epiſtola, quam ipſe Hilduinus reddidit ad Ludovicum Imperatorem, cujus eſt exordium: *Exultavit cor meum in Domino*, eique ſubjecta epiſtola ejuſdem Hilduini nuncupatoria ad cunctos Chriſtis fideles, quæ incipit: *Cum nos ſcriptura generali definitione admoneat, &c.* quam ſequuntur Acta paſſionis ipſius. Et poſt illa ſubjungitur Stephani Papæ revelatio una cum

Actis

PAGIUS

ſa, & quædam direpta, ſed Vitæ Sanctini ſe exemplar retinuiſſe, ſeque Majeſtati ejus offerre, *ut ſi qua ſunt illorum reliquiæ, qui negabant Dominum & Patrem noſtrum Dionyſium eſſe Areopagiten, & a B. Paulo Apoſtolo baptizatum, ac Athenienſium ordinatum Epiſcopum, & in Gallias a Sancto Clemente directum; ex his, quæ Græca teſtificatio, & Romana Sedis aſſertio, & Gallicana intimat conteſtatio, ratum & in hac recognoſcant, quod inde ante nos dictum eſt.* Verum non magis legerat Hincmarus in Vita Sanctini Dionyſium a Clemente in Gallias miſſum eſſe Areopagiten, quam in citato libro Vitæ Sancti Remigii *Clodoveum* in die Paſchatis baptizatum fuiſſe. Sed non videtur, Carolum Calvum Hincmarus in novam ſuam opinionem pertraxiſſe: cum Mabillonius Tom. I. Vet. Analect. pag 59. Hincmari Epiſtolam ad Carolum Calvum referens ſcribat extare adhuc Antiphonale Gregorianum, juſſu ejuſdem Caroli Calvi pro Eccleſia Compendienſi literis partim aureis exaratum, & bis in eo legi Sanctum Dionyſium a Beato Clemente in Gallias miſſum, nulla Areopagitæ mentione facta. Quare illud Officium quod diu ante in Eccleſia Gallicana receptum fuerat, Caroli Calvi tempore non derelictum.

XV. *Ea opinio neque Roma.*

*Anaſtaſius* etiam opinionem ſuam *Romanis* perſuadere non potuit. Ducheſnius enim Tom. III. pag. 546. & ſeq. refert Hiſtoriam fundationis Monaſterii Caſaurienſis a Ludovico II. Imperatore anno DCCCLXXII. conditi, qui cum Romæ eo anno fuiſſet, & Reliquias ad perenne ſubſidium illuc undecumque adventantium poſtularet, ab Hadriano II. & Cardinalibus corpus Sancti Clementis Papæ, *qui Romanæ præſidens Eccleſiæ Apoſtolum totius Galliæ Dionyſium delegavit*, ut in ea Hiſtoria dicitur, obtinuit, & illud *recondi fecit in Alabaſtro, & in ipſo die Tranſlationis locari in altaris medio, anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo .... ſecundo, Indictione quinta, VI. Kalendas Junii*, ubi injuria temporum vox *ſeptuageſimo* deleta. Appoſitæ Sirmondus in Diſſert. de duobus Dionyſiis cap. VI. aſſerit, opinioni unius
„ Dionyſii Romanos non faviſſe. Cui enim,
„ inquit, Romanorum Pontificum venit un-
„ quam in mentem, ut Dionyſium pariſien-
„ ſem Areopagitam appellaret, aut Areopagi-
„ tam alio quam Athenienſi Epiſcopatu functum
„ ſignificaret? *Stephanus* II. inquiunt, a Dio-
„ nyſio Pariſienſi morbo liberatus eſt; quis
„ negat? Idem beneficii memor ædem ſacram
„ Romæ in Dionyſii gratiam condere inſtituit,
„ conditam *Paulus* Stephani frater & Succeſ-
„ ſor dedicavit. Quid tum vero? An Diony-
„ ſium hunc vel *Stephanus* vel *Paulus* Areo-
„ pagitam nominarunt? aut difficilius fortaſſe
„ *Stephano* erat, cum a Dionyſio Martyre ſe
„ ſanatum ſcriberet, Areopagitæ nomen ad-
„ dere, ſi eundem crediſſet, quam Paulo
„ fratri poſtea fuit, qui cum Dionyſii Athe-
„ nienſis libros ad *Pippinum* Regem mitteret,
„ Areopagitæ Opera ſe mittere nunciavit,
„ (Concil. Gall. Tom. II. pag. 62.)? Evol-
„ vant ſcrinia ſua Vindices Dionyſiani, &
„ Pontificum Diplomata quotquot habent a Za-
„ charia, unde ordiri ſolent, ad Innocentium
„ uſque Tertium excutiant, nuſquam in his
„ aliter, quam *Sanctum Dionyſium Martyrem*,
„ & *Cœnobium Sancti Dionyſii Martyris, & Abbates Beati Martyris Dionyſii* nuncupatos re-
„ perient. Evolvant & Romana, quodque in
„ Græcis Scriptoribus proxime obſervabamus,
„ id ipſum in *Martino*, *Agathone*, *Hadriano*
„ Romanis Pontificibus animadvertent, quan-
„ documque Dionyſii Areopagitæ Opera lau-
„ dant, Athenienſem Epiſcopum perpetuo ab
„ his dici, nunquam Pariſienſem; quod fieri
„ ſane par erat, ſi relictis, Athenis Pariſios
„ immigraſſet.

XVI. *Neque in Galliis facile recepta.*

Neque etiam *Hilduinus* ſuam de unico Dionyſio opinionem in Gallia omnibus perſuadere potuit. *Uſuardus* enim, qui regnante Carolo Calvo Martyrologium ſuum condidit, antiquam Gallorum traditionem ſecutus, duos Dionyſios recte diſtinxit, & utriuſque natali diverſum diem aſſignavit. Nam ad diem III. menſis Octobris ſcribit: *Natale Beati Dionyſii Epiſcopi & Martyris, qui poſt clariſſimam confeſſionem fidei, poſt graviſſima tormentorum genera glorioſo Martyrio coronatus eſt, ut teſtatur Ariſtides Athenienſis, Vir fide ſapientiaque mirabilis, in Opere quod de Chriſtiana Religione compoſuit.*

Idem

Actis coronationis Pipini & filiorum ejus in Reges Francorum, quæ tuocioſus conſulas, ſatis nobis quæ de his ſuperius ſuis locis dicta ſunt.

IX. Cæterum ipſe Hilduinus, præter illa, quæ hactenus ex antiquorum ſcriptis potuit accepiſſe: viventes etiam doctiſſimos Viros ſanctum Michaelem Syncellum Hieroſolymitanum, de quo proxime dicturi ſumus, necnon ſanctum Methodium presbyterum Conſtantinopolitanum viſus eſt ad eadem præſtanda hortatus eſſe Græcos Patres, & nobiliſſimos Confeſſores: ſiquidem uterque ipſorum hoc eodem tempore in eodem ſcriptorum genere verſatus eſſe reperitur. Etenim ſcripſit hoc tempore Michael Syncellus encomiaſticam orationem de eodem Dionyſio, ſed & Methodius ejuſdem res geſtas hiſtorico ſtylo proſequutus eſt. *Græci Patres de Dionyſio quæ ſcripſere.*

Dum

PAGIUS Idem totidem verbis ſcribit Ado in ſuo Martyrologio ad eundem diem. Liber quidem Ariſtidis, quem pro Chriſtiana Religione imperante Hadriano ſcripſit, ad nos non pervenit, *ſed memorant illum Euſebius, tam in Chronico*, quam in Hiſtoria Eccleſiaſtica, Sanctus Hieronymus in lib. de Script. Eccleſiaſt. & in literis ad Magnum Oratorem Romanum, ac Proſper in Faſtis Conſularibus. At Uſuardus & Ado Dionyſium Pariſiorum Epiſcopum ad diem IX. menſis Octob. inſcribunt. Hæc Uſuardi verba: *VII. Idus Octob. apud Pariſium Natalis Sanctorum Martyrum, Dionyſii Epiſcopi, Ruſtici Presbyteri, & Eleutherii Diaconi. Qui Beatus Epiſcopus a Pontifice, ad præfatam Urbem devenit, ubi per aliquot annos commiſſum ſibi Opus fideliter proſequens, tandem a Præfecto Feſcennino una cum ſociis gladio animadverſus Martyrium complevit.* Idem iiſdem fere verbis habet Ado ad eumdem diem. Quod uterque ſine dubio ab antiquioribus Martyrologis accepere, licet quorumdam tantum ſacri Faſti hodie extent, memorati a Launoio in Diſcuſſione Reſponſionis ad Diſſert. *de duobus Dionyſii* cap. 19.

XVII. *Martyrologi duos Dionyſios diſtingunt.* *Uſuardus* vero antiquam Pariſienſium & Monachorum San-Dionyſianorum traditionem ignorare non potuit; cum ipſemet fuerit Monachus Pariſienſis, ut Mabillonius Sæc. IV. Benedict. in Præfatione Partis Secundæ numer. CLXXIII. eruit ex MS. Codice Monaſterii Sancti Germani, in quo poſt Prologum hæc clauſula legitur: *Explicit Prologus Uſuardi Monachi S. Germani Pariſienſis.* Præterea *Uſuardus* in ſuo Martyrologio conficiendo a Martyrologis, qui ante eum ſcripſerant, in re ubi agebatur de Patrono primariæ Regni Urbis receſſiſſe, parum veroſimile. Hinc in genuino Bedæ Martyrologio ad VII. Idus Octobris ſcriptum eſt: *In Pariſiis Natale Sanctorum Martyrum Dionyſii Epiſcopi, Ruſtici & Eleutherii.* Denique Martyrologium Uſuardi non modo per omnes Gallicanas; verum etiam per aliarum Provinciarum Eccleſias auctoritatem paſſim obtinuit, imo ipſomet aucto Romana uſa eſt Eccleſia ante recentius Romanum ut teſtatur Molanus in Præfatione ad Martyrologium Uſuardi cap. 4. Procedente tamen tempore *Hilduini* utrumque *Dionyſium* in unum confundentis opinio ita prævaluit, ut Pariſienſes, San-Dionyſiani Monachi, & univerſa Gallia in eam conceſſerint. Sic in Diœceſi Leodienſi ex duobus Servatiis Eccleſiæ Tungreſis ſeu Leodienſis Præſulibus, qui diverſis ſæculis vixere unus conflatus, & quæ a priori geſta, ſecundo attributa. Mitto hujus generis plurima commenta, quæ nominum ſimilitudo peperit. Sirmondus & Launoius opinionem de *unico Dionyſio* Athenienſi, & deinde Pariſienſi Epiſcopo jure merito refellerunt; cum nonniſi debilibus conjecturis innitatur, & ante ſæculum octavum audita non fuerit. Verum ſuam illi ſententiam falſo fulciere fundamento, ſtatuentes Evangelium primo Eccleſiæ ſæculo *Gallis annunciatum non fuiſſe*, & *Dionyſium Decio* tantum imperante in Gallias miſſum. Hoc enim non ſolum ab unici Dionyſii aſſertoribus, ſed etiam a nobis plane ngatur, nullaque probabilitate nixum videtur. Uno verbo media via in hac quæſtione gradiendum cenſemus, & *Dionyſium* quidem Pariſienſem ab Athenienſi diverſum eſſe, ſed a Sancto Clemente in Galliam miſſum. Sic, quod tot Antiquitatis veſtigia inſinuant, certum remanet, videlicet Evangelium primo Eccleſiæ ſæculo in variis Galliæ partibus ſuſceptum.

XVIII. *Libri Dionyſio Areopagitæ attributi ejus non ſunt.* Nec majori fundamento *Hilduinus* librum de cœleſti Hierarchia, alioſque Dionyſio Areopagitæ adſcriptos genuinum ejus fœtum eſſe nec Gennadius, nec ullus eorum, qui quinque primis Eccleſiæ ſæculis vixere mentionem illorum fecerint, ut Anaſtaſius Bibliothecarius in Epiſtola ad Carolum Calvum fatetur, & anno tantum DXXXII. in Collatione Conſtantinopoli Catholicos inter & Severianos habita, hæretici aliquid ex Dionyſio Areopagita Catholicis objecerint, hique librorum illorum auctoritatem flocci fecerint. Eam Collationem eo anno num. XXX. & ſeqq. recitat Baronius. Inſuper eorum librorum Auctor magnifice loquitur tum de Templis inſtar Hieroſolymitani adyta habentibus, adeo ſacra, ut nefas eſſet non plebi modo, ſed & monachis eo ingredi, tum de Cathecumenorum, Energumenorum, & Pœnitentium ab iis excluſione; & extra fores collatione dum Euchariſtia celebraretur, tum de aliis a Dionyſii Areopagitæ ævo prorſus alienis. Capite ſecundo de Hierarchia Eccleſiaſtica hujuſmodi ritus publici ſolemniſque baptiſmi explicantur, & capite inſequenti proferuntur indicia religionis per plura ſæcula jam dilatatæ, paciſque cœtibus fidelium ſub Chriſtianis Imperatoribus jam conceſſæ, *Pontifex quidem*, inquit Auctor illius libri, *perfecto precum ſacro ad Dei Altare, cum ab eo incendendi ſunt odores, initium facit, ſacrum obit locum. Reverſus autem ad divinam aram, Sacros Pſalmos canere incipit, canuntque cum eo omnes Eccleſiaſtici Ordines. Deinceps a Miniſtris Sanctorum Librorum lectio ordine recitatur. Ea recitata extra Templi ambitum collocantur Catechumeni, & una cum eis Energumeni, atque ii, quos ſuperioris vitæ pœnitent, manet autem ii, qui Divinarum Rerum & aſpectu digni ſunt & communione. Miniſtrorum vero alii ſtant pro Templi foribus, quæ occluſæ ſunt; alii autem aliquid aliud eorum, quæ illum ordinem attingunt.* Quare libri illi poſt pacem Eccleſiæ a Conſtantino Magno redditam, imo & poſt Concilium Chalcedonenſe elucubrati ab aliquo Dionyſio Juniore, & a poſterioribus Dionyſio Areopagitæ perperam attributi, ut fuſius legere eſt in variis Opuſculis de duobus Dionyſiis noſtra ætate conſcriptis.

A num.



X. Dum vero iſta geruntur in Occidente, in Oriente Theophilus Imperator in dies magis adverſus Orthodoxos commotus, nova in eoſdem in confeſſione perſtantes decrevit ſupplicia. Siquidem magnus ille Methodius, cujus modo meminimus, multiplicibus coronis illuſtris, ut qui, ſub Leone & Michaele pro eodem ſanctarum imaginum cultu, ſæpe certamen obierat, & ſub Leone a Patriarcha Nicephoro Orthodoxo Romam legatus fuerat, tam in Oriente quam in Occidente ſpectatus, rurſus in certamen inducitur. *Methodius ad certamen revocatur.* Hactenus autem pepercerat ei Imperator, veritus ejus inſignis ſanctitatis nomen, & quod ejus opera uti, ob egregiam, quæ ſciebatur in viro eſſe, prudentiam, in negotiis opus erat. Nam audi quid de eo ſcribat Curopalata in Imperatore Theophilo, cum ipſe adverſus Saracenos expeditionem pararet: *De Methodio presbytero Confeſſore.* *Jamque apparente Vere, coactis rurſus copiis Theophilus adverſus Sarracenos in aciem prodit, ſanctum ſecum Methodium ducens, quod in bello facere conſueverat, ſive ut ille obſcura, multiſque incognita diſſolveret, quod eximia ſapientia præditus eſſet, ſive ab ipſo ſeditionem aliquam metuerat propter bellum contra ſacroſanctas ac venerandas magines ſuſceptum: neque enim mediocriter colebat & obſervabat viri in Republica moderanda judicium & religionem. Hac de cauſa viſum eſt Imperatori minus expedire, ſi illum ſibi a tergo relinqueret. Verum enimvero cum congreſſi eſſent utrimque exercitus, & Iſmaelitæ ſuperiores eſſent, circumdatus eſt Imperator, & parum aberat quin caperetur.* Captus namque fuiſſet, niſi ipſius Imperatoris periculo cognito Manuel dux exercitus, grave nimis ratus bello captum videre Imperatorem; ut eum liberaret, in periculum ſe immiſiſſet, unde ipſe ab hoſtibus captus eſt.

XI. Reverſus ergo Conſtantinopolim Imperator, in Methodium, quod non ejus



adjutus precibus hoſtes viciſſet, ſed ſuperatus eſſet ab eis, occaſione capta ex offenſa religione ob cultum idolorum (ſic ſolitus appellare ſacras imagines) furorem convertit. Quem ad ſe vocatum poſt diram verberibus de ipſo habitam quæſtionem, in exilium deportandum tradit; nec quidem ut cæteris in inſulam vel alia loca relegatis luce ſolis ſaltem frui conceſſit, ſed illud plane pavendum atque tremendum excogitat, ut eum vivum in ſepulcrum una cum duobus latronibus includi fecerit, ut ſic vivus eſſet lucis uſura privatus, & eſſet veluti mortuus inter mortuos collocatus, piſcatori in curam datus, ut ei tantum cibi ſubminiſtraret, quantum ad vitam in miſeriis illis trahendam ſuppeteret; ſicque manſit velut alter Jonas ceti utero clauſus, donec Theophilus vixit; quo mortuo, ipſum mortuorum ſepulcrum evomuit, cicatricibus ex plagis acceptis inſignem, digniſſimumque habitum, qui ſublimem thronum tot ſtigmatibus decoratus Conſtantinopolitanæ ſedis aſcenderet. Quando autem id contigerit, & quæ tunc acciderint, ſuo loco dicturi ſumus. *S. Methodius vivus clauditur in ſepulcro.*

Verum ſunt qui dicunt ipſum, vivente adhuc Theophilo, ab eodem revocatum fuiſſe Conſtantinopolim: id tradunt Conſtantinus Manaſſes atque Glicas, qui ait: *Hunc Methodium novo & admirabili quodam modo Deus ex eo ſpecu eduxit. Nam cum Theophilus doctrinæ litterarum ſtudioſus in ſcripta quædam intellectu difficilia incidiſſet, nec quomodo ſe de illis explicaret, invenire poſſet; intellecto de quodam, neminem mortalium eſſe, qui felicius ea declarare poſſet, quam incluſus ille ſepulcro Methodius: hominem inde ſtatim revocavit, magnoque in pretio deinceps habuit.* Sed ad res Occidentales. XII.

Hoc anno, qui Æra Hiſpanica notatur octingenteſima ſeptuageſimaſecunda, in Hiſpania apud Caradignam ducenti monachi interfecti a Sarracenis, conſe-



cuti

PAGIUS XIX. *S. Methodius vexatur.* A num. X. ad XIII. quæ refert hic Baronius de *Sancto Methodio*, Rebuſque in Oriente geſtis, retrahenda ad annum DCCCXXXII. quo num. I. & ſeqq. ea fuſe narravimus.

XX. *Hamburgum fit Sedes Archiepiſcopalis.* Ludovicus Aug. videns in partibus Aquilonaribus complures Paganos ad fidem Chriſti converſos Eccleſiaſtica ſubſidia expetere, locum in Ditionibus ſuis elegit, ubi Sedem Archiepiſcopalem ſtatuit, *unde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum facilius uberiuſque capere valerent, & ſitientes ſalutis gratiam præ manibus vel oculis haberent inceſſanter, inſuper & magnorum progenitorum* (Caroli ſcilicet Magni, de quo ſtatim loquitur) *Sacra lucrandi ſtudia noſtris in diebus nunquam deficerent*, inquit idem Imperator in ſuo Diplomate, in cujus fine legitur: *Data Idus Maii, anno Chriſto propitio XXI. Imperii Hludevvici piiſſimi Auguſti Indictione XII. Actum Aquiſgrani Palatio Regio.* In eo Diplomate narrat quæ a Carolo Magno pro converſione Saxonum facta fuerint, & Legationem a ſe Anſchario commiſſam *pro convocatione gentilium vel redemptione captivorum.* Diploma illud cum quatuor editionibus contulit Cointius, & quibuſdam in locis interpolatum fuiſſe oſtendit hoc anno num. XXV. & ſeqq.

XXI. *Monaſterium S. Philiberti vaſtatur.* Auctor Chronici Engoliſmenſis a Labbeo Tom. I. Biblioth. publicati ad hunc annum ſcribit: *DCCCXXXIV. menſe Junio Herus inſula a generali Monachorum habitatione deſtituitur. Odo Comes cum Lamberto congreditur & occiditur.* Inſula illa in Epiſcopatu Pictavienſi ſita, ubi Sanctus Philibertus Abbas Gemmeticenſis ſæculo ſeptimo Cœnobium condidit, in ejus Eccleſia

cor-

cuti ſunt coronam martyrii, octavo Idus Auguſti, feria quarta, qua celebratur natalis ſanctorum Martyrum Juſti atque Paſtoris. De tempore eſt id expreſſum in lapide pervetuſtis his notis.

XIII. ÆRA DCCCXXII. IIII. F. VIII. ID. AUG. ADLISA. EST. KARADIGNA ET INTERFECTI SUNT IBI PER REGEM ZAFNAM CC. MONACHI DE GREGE DNI. IN DIE SANCTORUM MRM. JUSTI ET PASTORIS.

Sepulti hi in clauſtro ejuſdem monaſterii fuerunt, ubi Deus locum, Sanctoſque ſuos jugiter annua die illuſtrat admirabili ſigno, ut qua die ſunt trucidati, pavimentum ejuſdem clauſtri appareat ſanguineo colore reſperſum, ubi & ejuſmodi vetuſtiſſima legitur inſcriptio in lapide ſepulturæ ſuperpoſito Latina lingua, ſed Gothicis characteribus, ita Latinis reddita.

VENITE AD IVDICIVM OMNES
IN ISTA PARTE CLAVSTRI SVNT DVCENTI MONACHI HVIVS COENOBII. QVI MORTEM SVSTINVERVNT PRO FIDE D. N. SALVATORIS ET REDEMPTORIS IESV CHRISTI ET DECOLLATI FVERVNT........ FERIA QVARTA.....SALVS A.....EIA MILITES CHRISTI...... SEMPER VIVET.....SI MONACHVS COR VESTRVM ET OSSA VESTRA VT HERBA GERMINABVNT......

Cætera legi nequeunt ☞. Ita quidem ad hunc iſta annum referenda ſunt, ſi Æræ Hiſpanicæ tantum, ut diximus, ratio habeatur: cæterum, quod legitur in eadem inſcriptione, ſextam Auguſti diem incidiſſe in quartam feriam, prætermiſſa Hiſpanica Æra, in qua ejuſmodi ſupputationis ratio locum habere non poteſt, recurrendum ad Chriſti Æram, ſecundum quam nonniſi anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo eodemque biſextili, quo litteræ Dominicales fuerunt F, E, idem impletur annorum numerus, & dies. Ita plane dicendum, niſi mendoſa ſit ipſa inſcriptio: nam ſecundum Hiſpanicam Æram, quæ uſitatior erat, dicta dies octa-

PAGIUS corpus ejus hoc tempore adhuc jacebat. De irruptione Danorum & nece Odonis Comitis ſupra locuti ſumus, Hanc deſolationem Monaſterii Herienſis quadriennio antevertit Chifletius in Hiſtoria Trenorcienſi cap. 13. innixus Chronico Lemovicenſi hac in parte ab Amanuenſi corrupto, & Chronico Ademari, qui tamen uno tenore diverſis annis geſta recitat. [1]

XXII. *Obitus S. Deuſdedit Abbatis Caſinenſis.* Obiit hoc anno *Deuſdedit* Caſinenſis Abbas, de quo Leo lib. I. cap. 24. ait: *Deuſdedit XV. Abbas ſedit annis VI.* additque de Sicardo Duce Beneventano: *Hic prædictum Venerabilem Abbatem, Virum Sanctitate perſpicuum cauſa pecuniæ cepit, atque cuſtodiæ mancipavit, Qui Sanctus Vir, cum depoſitus fuiſſet VII. Idus Octob. in loco ubi reconditus eſt, multos febre detentos diverſiſque langoribus oppreſſos, ex fide poſcentes ad ſuos cineres priſtinæ ſaluti reſtituit.* Ei ſucceſſit *Hildericus* Abbas, qui poſt dies XVII. moritur, & poſt eum *Authpertus* regimen Monaſterii ſuſcipit.

XXIII. *Dani & Britones ab Egberto Rege victi.* Huntindonienſis in fine lib. 4. & Hovedenus pag. 411. poſtquam narrarunt, Egbertum Occidentalium Saxonum Regem a Danis in Angliam irruentibus, ad Carrum Oppidum victum fuiſſe, ſcribunt; *Anno vero ſequenti, venit exercitus Danorum navalis in VVeſtuvales & VValenſes* (ideſt Britones), *cum Dacis coadunati ſunt, & contra Regem Egbricthum inſurrexerunt. Rex vero ſecunda uſus fortuna, eos glorioſe contrivit, & fortiſſimos fortiter effugavit apud Hengiſtendune.* Quare appulerant Dani ad Tamaræ fluminis oſtium, & Britannis juncti in Occidentales Angliæ Provincias irruperant. Veſtmonaſterienſis & Vigornienſis hoc prælium in annum ſequentem perperam differunt, quod Annaliſta Mailroſenſis accurate cum hoc anno etiam illigavit.

Mo-

NOTÆ [1] VAſtationem hanc Monaſterii S. Philiberti, necemque Odonis comitis ad annum 830. pertinere, vix dubito; nam præterquam eidem anno aſſignatur in Chronico Lemovicenſi, & in altero Ademari, eidem pariter aſcriptus eſt in Chronico Normannico quod vulgavit P. Martene Anecdot. t. III. col. 1448. Chronicon enim illud & Engoliſmenſi vetuſtius eſſe videtur cum deſinat in annum 930. & adeo cum Engoliſmenſi congruit, ut alterum ex altero expreſſum credi poſſit. Ideoque facile autographus Chronici Engoliſmenſis textus annum 830. ferebat, nec niſi mendo Amanuenſis annus 834. irrepſit. MANSI



octava Idus Auguſti incideret in feriam quintam vel tertiam, ſed hoc inſcriptioni repugnat: quod noviſſime obſervaſſe viſus eſt Alfonſus Ciacconus, qui de iiſdem Martyribus commentariolum nuper edidit, quem tu conſulas.

*Ann. Eccl. Tom. XIV.* C c 2 Se-

PAGIUS XXIV. *Moritur Eanbaldus II. Archiepiſc. Eborac.* Moritur hoc circiter anno *Eanbaldus* Junior Eboracenſis Archiepiſcopus, Eanbaldi primi ſucceſſor & Alcuini diſcipulus, qui ab anno DCCXCVI. Sedem tenuerat. Deo eo Pitſius: *Prædeceſſori ſimilis in eruditione, omniſque literariæ ſupellectilis meritiſſimus hæres. Erat enim Vir pietate, prudentia, doctrina celebris.*

I. Conventus in Theodonis villa.

SEquitur Redemptoris annus octingenteſimus trigeſimusquintus, Indictione decimatertia, quo in Theodonis villa magnus habitus eſt conventus Epiſcoporum & aliorum, ubi Ebbo Rhemenſis Epiſcopus, qui auctor fuerat, ut Imperator Ludovicus privaretur Imperio, ſuaſione Coepiſcoporum, ſeipſum judicans Epiſcopatu indignum, eo ſe abdicavit; reliqui autem, qui ei conſentientes fuiſſent, ſe ipſos excuſaverunt ob neceſſitatem, qua coacti fuerant, ut exauctorationi Imperatoris intereſſent, quibus venia data eſt. Condemnatus eſt autem Agobertus Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui vocatus ad Synodum, venire diſtuliſſet. De his autem, qui in Italiam confugiſſent, nihil eſt actum, quod ſcilicet viſi eſſent ad Sedis Apoſtolicæ judicium convolaſſe.

Fa-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCLXXIII. anno Hegiræ CCXX. inchoato die 4. Januarii fer. 3. Anno Hegiræ CCXXI. inchoato die 25. Decemb. fer. 7. A. C. 835.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6328.

☉ 4. C. ☽ 19. P. 18. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 835.

GREGORII IV. PAPÆ 9.

LUDOVICI IMP. 22.

THEOPHILI IMP. 7.

I. *Conventus in Theodonis villa habitus.*

AD num. I. & ſeq. Conventus apud Theodonis villam hoc anno habitus, in quo Ludovicus Aug. *contra quoſdam Epiſcopos de ſui dejectione conquerebatur. Sed cum quidam in Italiam confugiſſent, quidam vocati obedire noluiſſent, ſolus Ebbo eorum, qui impetebantur, adfuit*, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii, qui in hoc textu tres Epiſcoporum claſſes diſtinguit, quorum prima eſt eorum, qui confugium in Italiam ad Lotharium fecerunt; altera eorum qui vocati ad Placitum venire noluerunt; & tertia eorum, qui Conventui interfuere. Adverſus primos nihil in hoc Conventu pronunciatum, *quod ſcilicet viſi eſſent ad Sedis Apoſtolicæ judicium convolaſſe*, inquit Baronius, vel, uti exiſtimat Cointius hoc anno num. IV. quod Ludovicus Aug. Lotharii animum exulcerare noluit, rebus ſuis ſatis conſultum ratus, ſi procul ab Eccleſiis ſuis exularent in Italia, nec ullum cis Alpes in Gallia tumultum cierent. Ex Epiſcopis, qui vocati ſe Placito ſiſtere noluere, Auctor Vitæ Ludovici Pii unum recenſet Agobardum, *qui cum ter eſſet evocatus, ab Eccleſia Præſulatu ſemotus eſt*. Ex Epiſcopis, quos Imperator accuſavit idem Auctor refert ſolum *Ebbonem* Remenſem Archiepiſcopum adfuiſſe, qui, ut inquiunt Clerici Remenſes, *poſt biennium* e Monaſterio Fuldenſi, ubi ſub cuſtodia detinebatur, ad Placitum in Theodonis villa habitum adductus eſt; quod biennium utrimque incompletum explicandum.

II. *In eo Ludovicus Aug. in Regnum reſtituitur.*

Flodoardus lib. 2. cap. 20. hanc in rem habet; *Ad Synodum anno Incarnat. Dominicæ DCCCXXXV. venientes omnes Epiſcopi qui convenerant, ſigillatim libellos de reſtitutione Imperatoris communi conſilio atque conſenſu ediderunt, & propriis manibus ſubſcripſerunt. Cum quibus & Ebo, ut re vera in ſtatu ſuo adhuc manens, libellum manu ſua cum additamento Archiepiſcopi ſcriptum edidit. In quo libello profeſſus eſt quidquid in ipſius Imperatoris dehonoratione geſtum fuerat, injuſte factum fuiſſe.* Duo ſunt in hoc textu plurimum obſervanda, inquit Cointius num. VII. Ebbo manet adhuc Remenſis Archiepiſcopus, & in ſuo loco cum Archiepiſcopis, cæteriſque Præſulibus ſedet. Hi vero Pontifices per ſuos libellos id curæ ſibi potiſſimum eſſe ſignificant, ut omnes exauctorationem *Ludovici* damnatam & priſtinam eidem dignitatem in publico Conventu pleniſſime reſtituam ſciant. Quoniam autem Theodonis villa pertinet ad Diœceſim Metenſem, & a Metis haud longe diſtat, omnibus placet proficiſci Metas, ut Ludovicus in Cathedrali Baſilica Sancti Stephani coronetur, & majori cum pompa ſuo redditus Imperio videatur. Auctor Vitæ Ludovici Pii docet id honorificentiſſime factum die Dominica, *quæ Sacræ Quadrageſimæ initium præcedebat*, ideſt, Dominica Quinquageſimæ, ſeu pridie Kalendas Martias: *poſt datos* (apud Theodonis villam) *libellos* (de Reſtitutione Imperatoris) *venientes Epiſcopi cum Imperatore, & quamplurimis ejus fidelibus ac Regni Primoribus, in Urbem Metenſium in Baſilica B. Stephani publice a Drogone Epiſcopo relecta ſunt, quæ de reſtitutione Imperatoris omnium unanimitate inventa fuere. Poſt hanc pronunciationem Ebo Remorum Epiſcopus, qui ejuſdem factionis velut ſignifer fuerat, condeſcendens eumdem locum, ubi Drogo ſteterat, coram omnibus profeſſus eſt eumdem Auguſtum injuſte depoſitum, & omnia, quæ adverſus eum patrata fuerant, inique & contra totius auctoritatis tramitem fuiſſe machinata, merito juſteque proprio Imperii ſolio reformatum, Et ſic omnibus laudes Deo canentibus, & quæ tunc ibi fuerant agenda peractis, ad Theodonis villæ Palatium regreſſi ſunt*, inquit Flodoardus citatus.

III. *Ebbo Archiep. Remenſis deponitur.*

Paulo poſt idem Hiſtoricus ait: *Ebo poſt hanc depoſitionem ſuam in Ciſalpinis fertur Regionibus converſatus uſque ad obitum Ludovici Imperatoris*. Per illud tempus Succeſſor ei datus non eſt, ut patet ex literis Caroli Calvi ad Nicolaum Papam datis. Sub cuſtodia tamen detentus fuit tribus in locis, ut teſtantur Clerici Remenſes: *Finito* inquiunt, *Concilio, reductus eſt ſub arcta cuſtodia ad idem Sancti ſcilicet Bonifacii Monaſterium* (Fuldenſe nempe quod eo nomine appellatum fuit). *Poſt aliquantum vero temporis commendatus eſt ſimiliter ad cuſtodiendum Freculfo Luxovienſi Epiſcopo, inde etiam Boſoni Abbati in Monaſterium Sancti Benedicti* (ſeu Floriacenſe ad Ligerim) *ſub cujus manu exulabat, quando Dominus Imperator viam totius ingreſſus eſt carnis*. Interim *Fulco* manſit Chorepiſcopus Remenſis & Abbas San-Remigianus.

IV.

Annaliſta Bertinianus eadem fere quæ Auctor Vitæ Ludovici Pii de Conventu ad Theodonis villam, & de Ebbonis depoſitione refert, additque, Ludovicum Aug. Feſtivitatem

Pa-



II. Plenaria abſolutio Imperatoris.

Facta ſunt iſta ante Quadrageſimæ tempus. *Sequenti vero Dominica, quæ ſacræ Quadrageſimæ initium præcedebat* (addit auctor in vita Ludovici) *in Metis civitatem dominus Imperator, ſed & Epiſcopi, & populus univerſalis illius conventus venit, & inter Miſſarum celebrationem ſeptem Archiepiſcopi ſeptem reconciliationis Eccleſiaſticæ orationes ſuper eumdem Imperatorem cecinerunt. Atque omnes populi hoc viſo, pro plenaria reſtitutione Imperatoris multas Deo gratias reddiderunt*. Hæc ſunt, quæ ſpectant ad res geſtas anni huius ejuſdem Ludovici Imperatoris. Addunt vero his, quod ad politicas res pertinet, eumdem in Vvormatia alium hoc eodem anno habuiſſe conventum:

III.

Eodem tempore, cum Theodulpus Abbas Floriacenſis una cum aliis, in illa conjuratione Bernhardi, de qua ſupra, adverſus Ludovicum Imperatorem fuiſſet inventus implicitus, ob eamque cauſam Andegavi detruſus eſſet in carcerem: cum poeticæ facultatis litteris præ cæteris hujus temporis eſſet excultus, ibidem detentus ſcripſit Eccleſiaſticum carmen, ad diem Palmarum in Eccleſia canendum accomodatum; obſervanſque tempus cum ea die Ludovicus inde tranſiret, e feneſtra carceris, uti licuit, illud cecinit in aures ejus: quod cum eidem Imperatori mirifice placuiſſet, eo permotus, ipſum iuſſit quamprimum e carcere liberari; quin etiam prærogativa non ſolum ipſius ſcientiæ, ſed pietatis, permotus, poſtea ad Epiſcopatum (*a*) Aurelianenſem promovendum curavit. Eccleſiaſticum autem melos ſic ſe habet:

Theodulphus liberatur e carcere.

Theodulphi hymnus in die Palmarum.

*Gloria, laus & honor tibi ſit Rex Chriſte Redemptor.*
*Cui puerile decus prompſit oſanna pium.*
*Iſrael es tu Rex, Davidis & inclyta proles.*
*Nomine qui Domini Rex benedicte venis.*
*Cætus in excelſis te laudat cælitus omnis,*
*Et mortalis homo cuncta creata ſimul.*
*Plebs Hebræa tibi cum palmis obviæ venit;*

Cum

(*a*) *Sigebert. in chron. ann. 843. Alb. Crant. Eccl. hiſt. Sax. lib. 1. c. 27. in fin.*

PAGIUS *Ludovicus Aug. Conventum Lugduni celebrat.*

Paſchæ in Urbe Metenſi *apud Drogonem Archiepiſcopum* celebraſſe. Tum inſignem errorem, in quem lapſus eſt Auctor Vitæ Ludovici Pii emendat. Ait hic Auctor Imperatorem anno ſuperiori poſt Placitum generale in Attiniaco Palatio congregatum indixiſſe Wormatiam aliud pro anno DCCCXXXV. *quod futurum tranſacta hyeme, & ſuadente vernali gratia indixit*. Nam non Wormatiam, ſed Lugdunum Conventum generalem convocavit, & Conventus Wormatienſis anno tantum octingenteſimo triceſimo ſexto congregatus: Conventus enim ad Theodonis villam extraordinarius, & Conventus Aquiſgranenſis anno ſequenti coactus Epiſcoporum tantum fuit.) Quare Annaliſta Bertinianus poſt narrata, quæ geſta ſunt in Conventu ad Theodonis villam accurate ſcribit: *Deinde ad Placitum ſuum generale, quod in Stremiaco prope Lugdunum Civitatem* (non vero Wormatiam, ut male Auctor Vitæ Ludovici Pii) *ſe habiturum indixerat, profectus eſt. Quo in menſe Junio habito, & donis annualibus receptis diſpoſitiſque Markis Hiſpaniæ, Septimaniæ, ſive Provinciæ ad Aquiſgrani reverſus eſt.* De Conventu tamen Lugdunenſi nonniſi anno ſequenti agemus, quia Baronius ad errorem prædictum Auctoris Vitæ Ludovicii Pii animum non adverterat, ſicuti nec Sirmondus ac Labbeus, qui Concilium Lugdunenſe ad annum ſequentem differunt. Errorem illum vidit Cointius, ſed in alium incidit ſtatuitque, tam Conventum Lugdunenſem, quam Wormatienſem hoc anno habitos eſſe, quod tamen fieri non potuit, cum Feſtum Pentecoſtes hoc anno in diem ſextum menſis Junii conveniat, & Annaliſta Bertinianus Conventum Lugdunenſem menſe Junio coactum fuiſſe teſtetur; Auctor vero Vitæ Ludovici Pii *tempore æſtivo* (quod unum & idem eſt,) & hic de Conventu Wormatienſi ſcribat: *Poſt ſolemnitatem Paſchalem, atque Pentecoſtes venerabilem diem, Civitatem Vangionum, quæ nunc Vvormacia vocatur, ſecundum condictum ad celebrandum Conventum generalem abiit, ubi ei etiam filius Pippinus occurrit, nec Ludovicus alter filius defuit*. Non ergo duo Conventus generales menſe Junio præſentis anni habiti, ſed aut Auctor Vitæ Ludovici Pii, aut Annaliſta Bertinianus hallucinatus eſt, & alteruter ex duobus his Conventibus ad annum ſequentem pertinet. Quod cum de Lugdunenſi dici non poſſit, ut anno ſequenti invictis argumentis oſtendam, id de Concilio Wormatienſi neceſſario aſſerendum, ideoque non Annaliſtam Bertinianum, ſed Auctorem Vitæ Ludovici Pii hac in re lapſum eſſe.

V. *Lotharium ad reconciliationem ſollicitat.*

Quæ tamen ſtatim poſt Conventum Lugdunenſem Ludovicus Aug. geſſit, Auctor Vitæ Ludovici Pii diligenter his verbis narrat: Cumque ab hoc Placito (Lugdunenſi, non vero Wormatienſi, ut ipſe habet) *populum dimitteret, & ſequens in Theodonis-Villam poſt Paſcha conſtituiſſet: ad hyemandum Aquiſgrani ſe contulit filioque ſuo Lothanio mandavit, ut Nobiles quoſque ſuorum ad eumdem locum dirigeret, quatenus reconciliationis mutuæ inter ſe & illum ratio inveſtigaretur. Auguſta Judith cum Conſiliariis Imperatoris conſilio inito, eo quod valentia, ut videbatur, Imperatoris corpus mox deſtitueret, & mors ingrueret, & ſibi & Carolo* (filio nempe) *periculum immineret, niſi aliquem fratrum ſibi aſciſcerent, conjectanteſque nullum filiorum Imperatoris tam convenientem huic rei, ſicut Lotharium, hortati ſunt Imperatorem, ut ad eum Miſſos pacificos mitteret, & ad hoc ipſum invitaret. Qui, ut paci ſemper ſtudens, ſemperque dilector pacis, atque amator firmitatis, quærebat non modo filios; ſed & inimicos ſibi charitate uniri, libenter aſſenſus eſt*, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii.

VI.

A numer. III. ad XXVI. *Theodulfus* Abbas Floriacenſis & Epiſcopus Aurelianenſis Capitu-

la-

*Cum prece, voto, hymnis adſumus ecce tibi.*
*Hi tibi paſſuro ſolvebant munia laudis;*
*Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.*
*Hi placuere tibi: placeat devotio noſtra,*
*Rex pie, Rex clemens, cui bona cuncta placent, &c.*

☞ Poſt hæc edita in lucem, invenimus prodiiſſe ejuſdem epiſtolam, carmine ſcriptam ad Moduinum Epiſcopum, in carcere datam, ubi inter alias quærelas, de miſeriis, quas injuſte ſe paſſum ingemiſceret, hæc vehementius obſervatione digna declamat: (*a*)

(*a*) *Antiq. lect. Caniſ. tom. 5. pag.* 880.

*Cumque ſuis egeant mundana negotia rebus,*
*Cauſa quibus juſtum poſſit habere modum:*
*Noſtra eguit juſto rationis pondere cauſa,*
*Sævitia excepta, nullum habet iſta modum.*
*Non ibi teſtis ineſt, judex nec idoneus ullus,*
*Non aliquod crimen ipſe ego faſſus eram.*
*Eſto fore faſſus, cujus cenſura valeret*
*Dedere judicii congrua frena mihi*
*SOLIUS ILLUD OPUS ROMANI PRÆSULIS EXTAT*
*Cujus ego accepi pallia ſancta manu.* ☜

Scripſit & alia plura carmina, quorum aliqua adhuc extant nobilis ingenii monumenta, & propediem edenda fore, jucundum fuit, audiſſe.

Extat præterea epiſtola ipſius ad clerum ſuæ diœceſis ſcripta, cum factus fuit Aurelianenſis Epiſcopus, qua munus ſacerdotale, & animarum cura qualis eſſe debet, inſinuat; quæ cum hactenus latuerit in bibliothecha Vaticana, nec uſquam cuſa, hic eam tibi typis reddere, operæpretium exiſtimamus. Multa quidem habet notatu digniſſima, ut ipſa tibi ejus prolixitas minime debeat eſſe faſtidio, ſed voluptati, ſi ſtudioſus es Eccleſiaſticæ antiquitatis & cupidus diſciplinæ. Sic enim ſe habet:

V. *Theodulphus fratribus, & compresbyteris noſtris Aurelianenſis parochiæ ſacerdotibus in Domino ſalutem.*

Theodulphi epiſt. ad ſuos conpresbyteros.

*1. Obſecro vos fratres dilectiſſimi, ut erga ſubditarum plebium profectum, & emendationem vigilantiſſima cura laboretis. Quatenus illis viam ſalutis oſtendentes, & eos & verbis, & exemplis inſtruentes, & vos de eorum profectu, & nos de veſtro, Domino noſtro Jeſu Chriſto auxiliante, fructuoſos illi manipulos reportemus. Obſecro etiam fraternitatem veſtram, ut hæc capitula, quæ ad emendationem vitæ breviter digeſſi, aſſidue legatis, & memoriæ commendetis. Et eorum, ſive ſanctarum ſcripturarum lectione mores componatis, vitam emendetis, & cum ſubditis plebibus, opitulante Domino, ad Regna cœleſtia pergere certetis. Veraciter noſſe debetis, & ſemper meminiſſe, quia nos quibus regendarum animarum cura commiſſa eſt, pro his, qui noſtra negligentia pereunt, rationem reddituri ſumus. Pro his vero, quos verbis & exemplis lucrati fuerimus, præmium æternæ vitæ percipiemus. Nobis enim a Domino dictum eſt (b): Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi populus fidelis cibus eſt Dei, ejus cibi condimentum nos ſumus. Scitote veſtrum gradum noſtro gradui ſecundum & pene conjunctum eſſe. Sicut enim Epiſcopi Apoſtolorum in Eccleſia, ita nimirum presbyteri cæterorum diſcipulorum Domini vicem tenent: & illi tenent gradum ſummi Pontificis Aaron; iſti vero filiorum ejus. Unde oportet vos ſemper memores eſſe tantæ dignitatis, memores veſtræ conſecrationis, memores ſacræ, quam in manibus ſuſcepiſtis, unctionis, ut nec ab eadem dignitate degeneretis, nec veſtram conſecrationem irritam faciatis, nec manus ſacro unguine delibutas peccando polluatis, ſed cordis, & corporis munditiam conſervantes, plebibus exemplum bene vivendi præbentes his, quibus præeſtis, ducatum ad cœleſtia Regna præbeatis.*

(*b*) *Matth.* 5.

VI. *2. Oportet vos aſſiduitatem habere legendi, & inſtantiam orandi; quia vita viri juſti lectione inſtruitur, ornatur & aſſiduitate lectionis munitur homo a peccato juxta illum, qui dicebat (c): In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Hæc ſunt enim arma, lectio videlicet, & oratio, quibus diabolus expugnatur. Hæc ſunt inſtrumenta, quibus æterna beatitudo acquiritur. His armis vitia comprimuntur. His alimentis virtutes nutriuntur.*

(*c*) *Pſ.* 118.

PAGIUS lare condidit, ſex & quadraginta Capitulis conſtans, *in quo ſaluberrima, tum Presbyterorum propria, tum communia, quibus ſubditas ſibi plebes informare debeant, vita Chriſtiana documenta deſcribuntur*. Hoc Capitulare Baronius primum in lucem emiſit, integrumque hoc anno, ad quem Theodulfum perveniſſe arbitratur, publicavit. Verum Jonas ejus in Aurelianenſem Epiſcopatum Succeſſor jam anno DCCCXXV. eumdem Epiſcopatum regebat, ut liquet ex iis, quæ Baronius habet eo anno num.L. & alibi. Quare cum ſub Epiſcopatus initium Capitulare illud a Theodulfo, videatur editum, quo tempore ad eam dignitatem evectus fuerit, hic nobis examinandum. Ducheſnius Tom. I. pag. 36. vetus Chronicon publicavit, in

*Theodulfus in Franciam Carolo M. ducitur.*



*3. Sed & ſi quando a lectione ceſſatur debet manuum operatio ſubſequi; quia ocioſitas inimica eſt animæ: & antiquus hoſtis, quem a lectione, ſive ab oratione vacantem invenerit, facile ad vitia rapit. Per uſum namque lectionis diſcetis, qualiter & vos vivatis, & alios doceatis. Per uſum orationis, & vobis & his, quibus in charitate conjuncti eſtis, prodeſſe valebitis. Per manuum operationem, & corporis macerationem & vitiis alimenta negabitis, & veſtris neceſſitatibus ſubvenietis, & habebitis, quod neceſſitatem patientibus porrigatis.*

VII. *4. Quando more ſolito ad Synodum convenitis, veſtimenta & libros & vaſa ſancta, cum quibus veſtrum miniſterium, & injunctum officium peragatis, vobiſcum deferte. Necnon duos, aut tres clericos, cum quibus Miſſarum ſolemnia celebratis, vobiſcum adducite, ut probetur quam diligenter, quam ſtudioſe Dei ſervitium peragatis.*

*5. Panes, quos Deo in ſacrificium offertis, aut a vobis ipſis, aut a veſtris pueris coram vobis nitide, ac ſtudioſe fiant. Et diligenter obſervetur, ut panis, & vinum, & aqua, ſine quibus Miſſæ nequeunt celebrari, mundiſſime, atque ſtudioſe tractentur, & nihil in his vile, nihil non probatum inveniatur. Juxta illud, quod ait ſcriptura (a): Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite.*

(*a*) 2. *Par.* 19.

*6. Feminæ, Miſſam ſacerdote celebrante, nequaquam ad altare accedant, ſed locis ſuis ſtent, & ibi ſacerdos earum oblationes Deo oblaturus accipiat. Memores enim eſſe debent feminæ infirmitatis ſuæ, & ſexus imbecillitatis: & idcirco ſancta quælibet in miniſterio Eccleſiæ contingere pertimeſcant. Quæ etiam laici viri pertimeſcere debent, ne Ozæ (b) pœnam ſubeant, qui dum Arcam Domini extraordinarie contingere voluit, Domino percutiente interiit.*

(*b*) 2. *Reg.* 6.

VIII. *7. Sacerdos Miſſam ſolus nequaquam celebret, quia ſicut illa celebrari non poteſt ſine ſalutatione ſacerdotis, reſponſione plebis, admonitione ſacerdotis. reſponſione nihilominus plebis; ita nimirum nequaquam ab uno debet celebrari. Eſſe enim debent, qui ei circumſtent, quos ille ſalutet, a quibus ei reſpondeatur, & ad memoriam illi reducendum eſt illud Dominicum (c): Ubicumque fuerint duo, vel tres in nomine meo congregati, & ego in medio eorum.*

(*c*) *Matt.* 18.

*8. Videmus crebro in Eccleſiis meſſes, & fœnum congeri, unde volumus & hoc penitus obſervetur, ut nihil in Eccleſia, præter veſtimenta Eccleſiaſtica, & vaſa ſancta, & libros, recondatur. Ne forte, ſi alia ibi quam oportet negotia exerceantur, a Domino audiamus: Domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.*

IX. *9. Antiquus in his regionibus in Eccleſia ſepeliendorum mortuorum uſus fuit, & plerumque loca divino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias præparata cœmeteria ſive polyandria facta ſunt. Unde volumus, ut ab hac re deinceps abſtineantur, & nemo in Eccleſia ſepeliatur. Niſi forte talis ſit perſona ſacerdotis, aut cujuſlibet juſti hominis, quæ per vitæ meritum talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſivit. Corpora vero, quæ antiquitus in Eccleſiis ſepulta ſunt, nequaquam proiiciantur, ſed tumuli, qui apparent, profundius in terram mittantur, & pavimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, Eccleſiæ reverentia conſervetur. Ubi vero tanta eſt multitudo cadaverum, ut hoc facere difficile ſit, locus ille pro cœmeterio habeatur, ablato inde altari, & in eo loco conſtructo, ubi religioſe, & pure Deo ſacrificium offerri valeat.*

*10. Non debetis ad Eccleſiam ob aliam cauſam convenire, niſi ad laudem Domini, & ejus ſervitium faciendum. Diſceptationes vero, & tumultus, & vaniloquia, & cæteræ actiones ab eodem ſancto loco penitus prohibendæ ſunt. Ubi enim Dei nomen invocatur, Deo ſacrificium offertur, Angelorum frequentia ineſſe non dubitatur: periculoſum eſt tale aliquid dicere, vel agere, quod loco non convenit. Si enim Dominus illos de templo ejecit, qui victimas, quæ ſibi offerrentur, (d) emebant, vel vendebant: quanto magis illos iratus inde abiiciet, qui mendaciis, vaniloquiis, riſibus, & hujuſcemodi nugis locum divino cultui mancipatum fœdant.*

(*d*) *Matt.* 21.

X. *11. Miſſarum ſolemnia nequaquam alibi niſi in Eccleſia celebranda ſunt, non in qui-*

PAGIUS in quo legitur: *Floruit etiam his temporibus apud Urbem Aurelianenſem Theodulfus Epiſcopus, qui propter ſcientiæ prærogativam qua pollebat, a memorato Imperatore Karolo Magno ab Italia in Gallias adductus, & Floriacenſem ab eo Abbatiam & Aurelianenſem ſimul meruit Epiſcopatum*. Receſſit ab Italia Theodulfus ſuſceptis prius liberis amiſſaque conjuge, indeque *Giſlæ* filiæ ſuæ Carmen IV. libri tertii inſcribit, ſed hoc contingere non potuit in ultima profectione Romana Caroli M. cum anno DCCXCVI. jam Aurelianenſis Epiſcopus prolixum Carmen eidem Carolo dicarit, in quo victoriam adverſus Hunnos, & eorumdem Hunnorum converſionem ad Chriſtianam fidem gratulatus eſt. Cum itaque Carolus M. anno DCCLXXXI. Romam iterum, annoque DCCLXXXXII. tertium perrexerit, in alterutra profectione Romana *Theodulfus* a Carolo in Galliam adductus *propter ſcientiæ prærogativam*

*quibuſlibet domibus, & in vilibus locis, ſed in loco, quem elegerit Dominus, juxta illud, quod ſcriptum eſt (a): Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in loco, quem elegerit Dominus, ut ponit nomen ſuum ibi.*

(a) Deut. 12.

*12. Nulla femina cum presbytero in una domo habitet. Quamvis enim canones matrem, & ſororem, & hujuſcemodi perſonas, in quibus nulla ſit ſuſpicio, cum illo habitare concedant. Hoc nos modis omnibus idcirco amputamus, quia in obſequio ſive occaſione illarum veniunt aliæ feminæ, quæ non ſunt ei affinitate conjunctæ, & eum ad peccandum illiciunt.*

*13. Obſervandum vobis eſt, ut & vos ab ebrietate abſtineatis, & ut plebes ſubditæ abſtineant, prædicetis, & neque per tabernas eatis bibendo aut comedendo, neque domos, aut vicos curioſitate qualibet peragretis, neque cum feminis, aut cum quibuslibet impuris perſonis convivia exerceatis. Niſi forte pater familias quilibet vos ad domum ſuam invitaverit, & cum conjuge ſua & prole velit vobiſcum ſpiritali gaudio lætari, & verborum veſtrorum refectionem accipere & vobis refectionem carnalem charitatis officio exhibere. Oportet, enim, ut ſi quando quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis: a vobis reficiatur epulis ſpiritalibus.*

XI.

*14. Nullus presbyter fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ de alterius presbyteri parochia perſuadeat, ut ad ſuam Eccleſiam concurrant, relicta propria Eccleſia, & ſuas decimas ſibi dent. Sed unuſquiſque ſua Eccleſia, & populo contentus, quod ſibi non vult fieri, alteri nequaquam faciat, juxta illud Evangelicum: Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, hæc eadem facite illis. Quiſquis autem contra hæc conſtituta venerit, aut his monitis noſtris reniti tentaverit, aut gradum ſe ſciat amiſſurum, aut in carcere longo tempore detinendum.*

*15. Hoc quoque modis omnibus prohibemus, ut nullus veſtrum alterius clericum ſolicitet, aut recipiat, quia gravis de hac re in ſacris canonibus ſententia eſt.*

*16. Si quis presbyter inventus fuerit alicui clerico, aut laico munera dare aut dediſſe, ut Eccleſiam alterius presbyteri ſubripiat: ſciat ſe pro hac rapina, & ſæva cupiditate, aut gradum amiſſurum, aut in carceris ærumna longo tempore pœnitentiam agendo detinendum.*

*17. Si parvulus ægrotans ad quemlibet presbyterum baptiſmi gratia de cujuslibet parochia allatus fuerit, ei baptiſmi ſacramentum nullo modo negetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectaverit, & ille parvulus abſque batiſmatis gratia mortuus fuerit: noverit ſe ille, qui eum non baptizavit, pro ejus anima rationem redditurum.*

XII.

*18. Nullus presbyter, ſeu laicus præſumat calicem, aut patenam, aut quemlibet vaſa ſacra, & divino cultui mancipata ad alios uſus retorquere. Nam quicumque de calice ſacrato aliud bibit præter Chriſti ſanguinem, qui in ſacramento accipitur, & patenam ad aliud officium habet quam ad altaris miniſterium, deterrendus eſt exemplo Balthaſar, qui dum vaſa Domini in uſus communes aſſumpſit, vitam pariter cum Regno amiſit.*

*19. Si quis ex presbyteris voluerit nepotem ſuum, aut aliquem conſanguineum ad ſcholam mittere in Eccleſia ſanctæ Crucis, aut in monaſterio ſancti Aniani, aut S. Benedicti, aut S. Liſardi, aut in cæteris de his cœnobiis, quæ nobis ad regendum conceſſa ſunt, ei licentiam id faciendi concedimus.*

*20. Presbyteri per villas & vicos ſcholas habeant. Et ſi quilibet fidelium ſuos parvulos ad diſcendas litteras eis commendare vult, eos ſuſcipere, & docere non renuant, ſed cum ſumma charitate eos doceant, attendentes illud, quod ſcriptum eſt: (b) Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cum ergo eos docent, nihil ab eis pretii pro hac re exigant, nec aliquid ab eis accipiant, excepto quod eis parentes charitatis ſtudio ſua voluntate obtulerint.*

(b) Dan. 12.

XIII. Compendioſa monitio omnium bonorum operum.

*21. Cum ergo omnium ſanctarum ſcripturarum paginæ inſtrumentis bonorum operum refertæ ſint, & per ſanctarum ſcripturarum campos poſſint inveniri arma, quibus vitia comprimantur, & virtutes nutriantur: libuit nobis huic noſtro Capitulari inſerere ſententiam cujuſdam Patris de inſtrumentis bonorum operum, in qua magna brevitate quid agi, quidve vitari debeat, continetur. In primis Dominum Deum tuum diligere ex toto corde,*

PAGIUS *vam qua pollebat*, ut dicitur in laudato Chronico, & paucos poſt annos Capitulare illud promulgatum.

VII. *Capitulare Theodulſi Epiſc. Aurelianenſis.*

In Capitulo XIX. Theodulfus Scholas præſcribit, ad quas Presbyteri ſuos nepotes, aut conſanguineos mittere poſſint, ſi velint: *Si quis*, inquit, *ex Presbyteris voluerit nepotem ſuum, aut aliquem conſanguineum, ad Scholam mittere, in Eccleſia Sancta Crucis, aut in Monaſterio Sancti Aniani, aut Sancti Benedicti, aut Sancti Liſardi, aut in cæteris de his Cœnobiis, quæ nobis ad regendum conceſſa ſunt, ei licentiam id faciendi concedimus.* Quare Theodulphus præerat celeberrimis Monaſteriis in Aurelianenſi Diœceſi ſitis, Aurelianenſi nempe Sancti Aniani, Floriacenſi Sancti Benedicti, & Magdunenſi Sancti Liſardi, & præterea in Eccleſia Cathedrali Sanctæ Cruci dicata Epiſcopales



*de, tota anima, tota virtute. Deinde proximum tamquam te ipſum. Deinde non occidere, non adulterare, non facere furtum, non concupiſcere, non falſum teſtimonium dicere, honorare omnes homines, & quod ſibi quis fieri non vult, alii ne faciat. Abnegare ſemetipſum ſibi, ut ſequatur Chriſtum. Corpus caſtigare, delitias non amplecti, jejunium amare, pauperes recreare, nudum veſtire, infirmum viſitare, mortuum ſepelire, in tribulatione ſubvenire, dolentem conſolari. A ſæculi actibus ſe facere alienum. Nihil amori Chriſti præponere, iram non perficere, iracundiæ tempus non reſervare, dolum in corde non tenere, pacem falſam non dare, charitatem non derelinquere: Non jurare, ne forte perjures. Veritatem ex corde & ore proferre: malum pro malo non reddere, injuriam non facere, ſed & factam patienter ſufferre. Inimicos diligere, maledicentes non maledicere, ſed magis benedicere. Perſecutionem pro juſtitia ſuſtinere. Non eſſe ſuperbum, non vinolentum, non multum edacem, non ſomnolentum, non pigrum, non murmuroſum, non detractorem, ſpem ſuam Deo committere. Bonum aliquid in ſe cum viderit, Deo applicet, non ſibi. Malum vero ſemper a ſe factum ſciat, & ſibi reputet. Diem Judicii timere, gehennam expaveſcere, vitam æternam omni comcupiſcentia ſpiritali deſiderare, mortem quotidie ante oculos ſuſpectam habere. Actus vitæ ſuæ omni hora cuſtodire. In omni loco Deum ſe reſpicere pro certo ſcire. Cogitationes malas cordi ſuo advenientes mox ad Chriſtum allidere, & ſeniori ſpiritali patefacere. Os ſuum a malo, vel pravo eloquio cuſtodire, multum loqui non amare, verba vana aut riſui apta non loqui, riſum multum aut excuſſum non amare. Lectiones ſanctas libenter audire, orationi frequenter incumbere, mala ſua præterita cum lacrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. De ipſis malis de cætero emendare, deſideria carnis non perficere. Voluntatem propriam non odiſſe, præceptis ſacerdotis & præceptoris in omnibus obedire, etiam ſi ipſe aliter, quod abſit, agat. Memores illud Dominicum præceptum (a): Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt: facere nolite. Non velle dici ſanctum, antequam ſit, ſed prius eſſe, quod verius dicatur. Præcepta Dei factis quotidie adimplere, caſtitatem amare, nullum odiſſe, zelum & invidiam non habere, contemptionem non amare, elationem fugere, & ſeniores venerari, juniores diligere. In Chriſti amore pro inimicis orare. Cum diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire, & Dei miſericordia numquam deſperare. Ecce hæc ſunt inſtrumenta artis ſpiritalis, quæ cum fuerint a nobis die noctuque inceſſabiliter adimpleta, & in die Judicii reconſignata, illa merces nobis a Domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit (b): Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus his, qui diligunt eum.*

(a) Matt. 23.

(b) Iſa. 64.

XIV.

*22. Commonendi ſunt fideles, ut generaliter omnes a minimo uſque ad maximum orationem Dominicam, & Symbolum diſcant, & dicendum eis, quod in his duabus ſententiis omne Fidei Chriſtianæ fundamentum incumbit, & niſi quis has duas ſententias, & memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione ſæpiſſime frequentaverit, Catholicus eſſe non poterit. Conſtitutum namque eſt, ut nullus chriſmetur, neque baptizetur, neque a lavacro fontis illius ſuſcipiatur, neque coram Epiſc. ad confirmandum quemlibet teneat, niſi Symbolum, & orationem Dominicam memoriter tenuerit, exceptis his, quos ad loquendum ætas minime perduxit.*

*23. Dicendum illis, ut ſingulis diebus, qui amplius non poteſt, ſaltem duabus vicibus oret, mane ſcilicet, & veſpere, dicens Symbolum, vel orationem Dominicam, vel: Qui plaſmaſti me, miſerere mei, vel etiam: Deus propitius eſto mihi peccatori, & Deo gratias pro quotidianæ vitæ commeatibus: & quia ſe ad imaginem ſuam creare dignatus ſit, & a pe-*



PAGIUS les Scholæ, & Cœnobiales in Præfatis Monaſteriis inſtitutæ erant, ita tamen ut privatæ eſſent utræque, nec publice cuilibet paterent; cum Presbyteri nepotibus ac conſanguineis, ut eas adire poſſent, loco Privilegii a Theodulfo Epiſcopo Diœceſano concedatur. Porro magni habita ſunt hæc Capitularia. Mabillonius enim Tom. I. Analect. pag. 387. refert ex Veteri MS. Gemblacenſi Hildegarium Meldenſem Epiſcopum in frequenti Synodo ſubjectis ſibi Clericis præcepiſſe, ut Capitularis Theodulfi Decreta accurate obſervarentur. Ibi enim legitur: *Anno Dominicæ Incarn. octingenteſimo ſexageſimo octavo, regni vero glorioſi Regis Caroli viceſimo octavo, Indictione ſecunda, ſub die quinto decimo Kalendarum Novembrium, convocavit Hildegarius Epiſcopus Concilium Sacerdotum ſuæ diœceſis apud Eccleſiam ſanctæ Celiniæ, in ſuburbio civitatis ſitam: quibus poſt multa ſalutifera admonitionis exhortamenta etiam hæc Capitula contulit obſervanda.* Deſcribitur ibidem poſtea integrum Capitulare Theodulfi.

VIII. *Carmen Theodulſi in die Palmarum cani ſolitum.*

Anno DCCCXVIII. *Theodulfus* & aliqui alii Epiſcopi conjurationis in Ludovicum Aug. accuſati depoſiti ſunt, & Monaſteriis mancipati, ut eo anno diximus. Tum anno DCCCXXXI. in Conventu apud Theodonis villam menſe Octobri habito *Theodulfus* aliique exules in priſtinum ſtatum reſtituti. Baronius num. III. exiſtimat, *Theodulfum* illius conjurationis tempore Abbatem fuiſſe Floriacenſem, & poſt ſuam e carcere liberationem Epiſcopum Aurelianenſem re-

a pecudibus ſegregare. His actis, & ſolo Deo creatore ſuo adorato, Sanctos invocet, ut pro ſe intercedere ad Majeſtatem divinam dignentur. Hæc faciant, quibus baſilicæ locus prope eſt in baſilica. Qui vero in itinere, aut pro qualibet occaſione in ſilvis, aut in agris eſt, ubicumque eum ipſa hora matutina vel veſpertina invenerit, ſic faciat, ſciens, Deum ubique præſentem eſſe, dicente
(a) Pſ.102. Pſalmiſta (a): In omni loco dominatio-
(b) Pſ.138. nis ejus. Et (b): Si aſcendero in cælum, tu ibi es, &c.

XV. 24. Diei vero Dominici, quia in eo Deus lucem condidit, in eo manna in eremo pluit, in eo Redemptor humani generis ſponte pro ſalute noſtra a mortuis reſurrexit, in eo Spiritum ſanctum ſuper diſcipulos infudit; tanta eſſe debet obſervantia, ut præter orationes, & Miſſarum ſolemnia, & ea, quæ ad veſcendum pertinent, nihil aliud fiat. Nam & ſi neceſſitas fuerit navigandi, ſive iterandi. licentia datur, ita dumtaxat, ut harum occaſione, Miſſa & orationes non prætermittantur. Conveniendum eſt ſabbato die cum luminaribus cuilibet Chriſtiano ad Eccleſiam. Conveniendum eſt ad vigilias, ſive ad matutinum officium: Concurrendum eſt etiam cum oblationibus ad Miſſarum ſolemnia, & dum ad Eccleſiam convenitur, nulla cauſa dici debet, vel audiri, nulla jurgia ſunt habenda, ſed tantummodo Deo vacandum eſt, in celebratione videlicet ſacrorum officiorum, & exhibitione eleemoſynarum, & in Dei laudibus cum amicis proximis, & peregrinis ſpiritualiter epulandum.

25. Admonendi ſunt, ut hoſpitalitatem diligant, & nulli hoſpitium præbere detrectent, & ſi cui forte hoſpitium præſtiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, niſi forte ille, qui a te recipitur. ſponte ſua aliquid det. Dicendumque illis, qualiter multi per hoſpitalitatis officium Deo placuerunt, dicente Apoſtolo:
(c) Hebr. 13. (c) Per hanc enim placuerunt quidam
(d) 1. Pet. 4. Deo, Angelis hoſpitio ſuſceptis. Et iterum (d): Hoſpitales ſine murmuratione.

Et ipſe Dominus ad Judicium dicturus eſt: (e) Hoſpes eram, & collegiſtis me. Sciant (e) Matt. 25.
ſane quicumque hoſpitalitatem amant, Chriſtum ſe in hoſpitibus recipere. Nam ille modus hoſpitalitatis non ſolum inhumanus, ſed etiam crudelis eſt, quo nunquam hoſpes in domum ante recipitur, niſi prius dandi hoſpitii merces compenſetur, & quod Dominus agere juſſit pro perceptione Regni cæleſtis, pro acquiſitione terrenarum rerum agatur.

26. Prædicandum eſt etiam ut perjurium fideles caveant, & ab hoc ſummopere abſtineant, ſcientes, hoc grande ſcelus eſſe, & in Lege, & Prophetis, ſive Evangelio prohibitum. Audivimus enim, quoſdam parvipendere hoc ſcelus, & levem quodammodo perjuris pœnitentiæ modum imponere. Qui noſſe debent, talem de perjurio, qualem & de adulterio, de fornicatione, de homicidio, & de cæteris criminalibus vitiis pœnitentiam imponendam. Si quis vero perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiæ longam ærumnam, ad confeſſionem venire noluerit, ab Eccleſia repellendus eſt: ſive a communione, & conſortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat neque oret, neque in ſuam eum domum recipiat. XVI.

27. Dicendum eſt eis, ut a falſo etiam teſtimonio abſtineant, ſcientes & hoc graviſſimum ſcelus eſſe, & ab ipſo Domino in monte Sinai prohibitum, dicente eodem Domino (f): Non falſum teſtimonium di- (f) Exod. 20.
xeris: Sive (g): Teſtis falſus non erit (g) Prov. 19.
impunitus. Sciat ſe etiam quiſquis hoc perpetraverit, aut tali pœnitentia purgandum, ut ſuperius dictum eſt de perjurio, aut tali damnatione, & excommunicatione damnandum, ſicut ſuperius inſertum eſt. Dicendumque illis eſt, quod ſumma ne dicam ſtultitia, ſed nequitia eſt pro cupiditate argenti, & auri, aut veſtimentorum, aut cujuſlibet rei, aut quod creberrime contingere ſolet, propter ebrietatem in tam grande ſcelus corruere, ut aut ſeptem annis in arcta ærumna ſit, aut ab Eccleſia ſit repulſus, dicente Do-
mi-

PAGIUS renunciatum. Quam in rem citat Sigebertum in Chronico ad annum DCCCXLIII. Verum hæc ex dictis ſubſiſtere non poſſe conſtat. Præterea Baronius ibidem refert, ex eodem Sigeberto *Theodulfum*, dum Andegavi in carcere eſſet, ſcripſiſſe Eccleſiaſticum Carmen in die Palmarum in Eccleſia canendum, & cum ea die Ludovicus Aug. inde tranſiret, illum e feneſtra carceris illud ceciniſſe, eoque permotum Imperatorem ipſum ſtatim e carcere liberaſſe. Illud Carmen apud Andegavos ſcriptum fuiſſe in eodem diſerte legitur, ut videre eſt lib. 2. Theodulfi Carm. 3. ubi integrum recitatur, & Lupus Ferrarienſis Abbas, qui hoc tempore vivebat, illud Epiſtola XX. Theodulfo his verbis adſcribit: *Nundinas in Theodulfi Carmine legi producta penultima.* Alludit ad hunc Verſum Carminis in die Palmarum concinendi:

*Fruge, ope, nundinis, pulchris & rebus abundans.*

Verum eſt itaque *Theodulfum*, cum Andegavis exularet, Carmen illud compoſuiſſe, ſed fabuloſum, illud in aures Ludovici Aug. ceciniſſe, & tali cantilena libertatem in die Palmarum recuperaſſe; cum proximis annis ante Theodulfi liberationem procul a Civitate Andegavenſi Imperator abfuerit. Cum itaque Carmen illud citatum reperiatur in libro *de Divinis Officiis*, manifeſte apparet, male librum illum Alcuino, quem certum eſt anno DCCCIV. vivere deſi-
iſſe



(a) Matt. 16. mino: (a) Quid prodeſt homini, ſi lucretur totum mundum, & animæ ſuæ detrimentum faciat? Quippe cum aliis videatur pius exiſtere, ſibimet crudelis exiſtat.

XVII. 28. Hortamur vos paratos eſſe ad docendas plebes. Qui ſcripturas ſcit, prædicet ſcripturas. Qui vero neſcit, ſaltem hoc, quod notiſſimum eſt, plebibus di-
(b) Pſ.36. cat (b): Ut declinent a malo, & faciant bonum. Inquirant pacem, & ſequantur eam: quia oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus ad preces eorum, &c. Nullus ergo ſe excuſare poterit, quod non habeat linguam, unde poſſit aliquem ædificare. Mox enim ut quemlibet errantem viderit, prout poteſt & valet, aut arguendo, aut obſecrando, aut increpando ab errore retrahat, & ad peragendum bonum opus hortetur. Cum vero Domino opitulante, ad Synodum in unum convenerimus: ſciat nobis unuſquiſque dicere quantum Domino adjuvante laboraverit, aut quem fructum acquiſierit. Et ſi quis forte noſtro indiget adjutorio, nos cum charitate admoneat, & nos cum charitate nihilominus ei pro viribus adjutorium ferre non differemus.

29. Admonere debet is fideles, ut aſſiduitatem, & ſtudium habeant orandi. Ipſe autem orandi modus talis eſſe debet, ut primum dicto Symbolo, quaſi Fidei ſuæ recenſito fundamento, dicat quiſquis eſt, tribus vicibus: Qui plaſmiſti me, miſerere mei & tribus vicibus: Deus propitius eſto mihi peccatori, & compleat orationem Dominicam. Si ergo locus, aut tempus exegerit, deprecetur ſanctos Apoſtolos, & Martyres, ut pro eo intercedant. Et armata fronte ſigno Crucis, elevatis cum corde & manibus, & oculis, Deo gratias agat. Si vero tempus ad hæc omnia peragenda minus ſufficiens fuerit, ſufficiat tantum: Qui plaſmaſti me, miſerere mei. Et Deus propitius eſto mihi peccatori, & oratio Dominica tantum cum gemitu & contritione cordis.

XVIII. 30. Omni etenim die Deo, in oratione noſtra, aut ſemel, aut bis, aut quanto



amplius poſſumus, confiteri debemus peccata noſtra, dicente Propheta: (c) De- (c) Pſ. 31.
lictum meum cognitum tibi feci, & injuſtias meas non aſcondi. Dixi confitebor adverſus me injuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Facta etiam confeſſione cum gemitu, & lachrymis Domino in oratione, recitandus eſt pſalmus quinquageſimus, ſive XXIV. ſive XXXI. atque alii ad rem pertinentes, & ſic complenda eſt oratio. Quia confeſſio, quam ſacerdotibus facimus, hoc etiam nobis adminiculum affert, quia accepto ab eis ſalutari conſilio, ſaluberrimis pœnitentiæ obſervationibus, ſive mutuis orationibus peccatorum maculas diluimus. Confeſſio vero, quam ſoli Deo facimus, in hoc juvat, quia quanto nos memores ſumus peccatorum noſtrorum, tanto horum Dominus obliviſcitur: & e contrario quanto nos horum obliviſcimur, tanto Dominus reminiſcitur, dicente Propheta (d): Et peccatorum tuorum non (d) Jer. 34.
memorabor. Tu autem memor eſto, quod David Propheta ſe feciſſe teſtatur, cum dicit (e): quoniam iniquitatem meam (e) Pſ. 50.
ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.

31. Confeſſiones dandæ ſunt de omnibus peccatis, quæ ſive in opere, ſive in cogitatione perpetrantur. Octo ſunt principalia vitia, ſine quibus vix ullus inveniri poteſt. Eſt enim gaſtrimargia, hoc eſt ventris ingluvies: ſecundo, fornicatio: tertio, accidia, ſive triſtitia: quarto, avaritia: quinto, vanagloria: ſexto, invidia: ſeptimo, ira: octavo, ſuperbia. Quando ergo quis ad converſionem venit, diligenter debet inquiri, quomodo, aut qua occaſione peccatum perpetraverit, quod peregiſſe ſe confitetur, & juxta modum facti, debet ei pœnitentia indicari. Debet ei perſuaderi, ut & de perverſis cogitationibus faciat confeſſionem. Debet ei etiam injungi, ut de octo principalibus vitiis faciat ſuam confeſſionem, & nominatim ei debet ſacerdos unumquodque vitium dicere, & ſuam de eo confeſſionem accipere.

 32. Eſu-

PAGIUS iſſe, attribui. Quare etiam ſi cetera argumenta deficerent, quod ex Carmine illo deducitur, demonſtrat, Operis illius Auctorem poſt annum DCCCXVIII. quo Theodulfus in carcerem Andegavenſem truſus, vixiſſe.

IX. *Annus emortualis Theodulfi.* Letaldus Monachus Miciacenſis, qui ſub finem ſeculi X. florere cœpit, in libro Miraculorum Sancti Maximi Abbatis Miciacenſis Sæc. I. Benedictino recitato, num. XIII. de morte Theodulfi habet: *Regis gratiam conſecutus Cathedram priſtinæ dignitatis non diu victurus recepit. Fertur enim vi veneni ab his extinctus, qui dum exularet, libertate potiti bona ejus invadendi jam hauſerant cupiditatem.* Idem tradit Auctor Chronici ſupra laudati, qui ait id contigiſſe anno DCCCXXI. in ſuo Aurelianos reditu. Mabillonius Tom. I. Analect. ejus Epitaphium recitat:

*Illius cineres ſaxo ſervantur in iſto,*
*Qui quondam populis Præſul & Abba fuit.*
*Non noſter genitus, noſter habeatur alumnus:*
*Protulit hunc Speria, Gallia ſed nutriit.*
*Urbs populoſa ſatis Ligerim ſuper Arelianis,*
*Quæ olim læta fuit hoc reſidente Patre.*
*Proh dolor! hunc pepulit propria de Sede malignus,*
*Manibus his traditur exſul, & exul erat.*

Sirmondus ex hoc Epitaphio deducit, *Theodulfum* fuiſſe natione Italum, hoc eſt ex Gallia Ciſalpina. Sed *Speria* ſeu *Heſperia* æquivocum X. *Ejus Patria.*
ho-

XIX. 32. *Eſurientes ſatiandi ſunt, ſitientes potandi, nudi operiendi, infirmi, & qui in carcere ſunt, viſitandi, & hoſpites colligendi, dicente Domino (a): Eſurivi, enim & dediſtis mihi manducare: Sitivi, & dediſtis mihi bibere, &c. Nam hæc omnia, & in ſe quiſque debet ſpiritaliter agere, & in aliis corporaliter adimplere: quia pene nihil proſunt hæc omnia ad vitam æternam compenſandam, ſi luxurioſe, ſuperbe, invide, & (ne ſingula replicem) ſi vitioſe, & inordinate quis vivat, & a cæteris bonis operibus vacet. Qui ergo videt ſe Chriſtum non habere, qui dixit: (b) Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi; & charitatem, quæ eſt paſtus animæ, non habet, eſurit quidem; ſed ſi per bona opera Chriſto adjungit ſe, & charitatis dulcedine replet, eſurientem omnino ſe pavit. Qui doctrinam Spiritus ſancti, & ſcripturarum ſanctarum fluentis caret, ſitiens eſt; ſed ſi ſe fluentis verbi Dei irriget, & mentem ſuam ſpiritalis poculi dulcedine ebriet, iſte ſe ſitientem potat. Qui videt ſe juſtitia, ſive cæteris bonorum operum exhibitionibus nudatum, & induit ſe juſtitia, ſive cæteris virtutibus: nudum ſe proculdubio veſtit. Si in lecto vitiorum ſuorum jacet, & morbo iniquitatis ſuæ laborat, & funibus peccatorum ſuorum conſtrictus eſt, & vitiorum ſuorum * ..... obſitus pariter in tenebris iniquitatis ſuæ, eſt infirmus quidem; ſed ſi de luto vitiorum per confeſſionem egreditur, & per pœnitentiæ lamenta vinculis peccatorum abſolvitur, & ad lucem bonorum operum egreditur, infirmum, & in carcere poſitum ſe proculdubio viſitat. Si in hujus vitæ via videt ſe laborare, & vitiorum procella, quaſi quadam aeris intemperie inquietari, & receptaculum bonorum operum non habere, ſciat ſe in itinere poſitum, hoſpitio egere; at ſi ſe ad virtutum domum deducat, & ſeſe in earum tutamine recipiat, hoſpitem quidem ſuſcipit. Quæ omnia cum ſibi ſpiritaliter exhibet, Chriſtum in ſe, cujus ipſe membrum eſt, paſcit, potat, veſtit, viſitat, ac ſuſcipit.*

(a) Matt. 25.
(b) Joan. 6.
* ſordibus.

XX. 33. *Admonendi ſunt fideles ſanctæ Dei Eccleſiæ, ut filios ſuos, & filias ſuas doceant parentibus obedientiam exhibere, dicente Domino: (c) Fili honorifica patrem tuum. Nam & ipſi parentes erga filios ſuos, ac filias ſuas modeſte debent agere, dicente Apoſtolo: (d) Et vos parentes nolite ad iracundiam provocare filios veſtros. Nam & hoc dicendum eſt eis, ut ſi illi genitali affectu parcere velint injuriis filiorum, non has impune Dominus ſinit, niſi forte digna pœnitentia exhibeatur: & quia levius eſt filiis parentum quælibet flagella ſuſcipere, quam Dei iram incurrere.*

(c) Eccl. 3.
(d) Ephes. 1.

34. *Admonendus eſt populus, quod hæc ſit vera charitas, quæ Deum diligit plusquam ſe, & proximum tamquam ſe & quæ nihil vult alii facere, niſi quod ſibi vult fieri. Et plura, quæ recenſere longum eſt. Nam & quicumque in potu & cibo, & dandis atque accipiendis rebus charitatem tantum putant: non mediocriter errant, dicente (e) Apoſtolo: Regnum Dei non eſt cibus, & potus. Nam & ipſa quando cum charitate faciunt, bona ſunt & inter virtutes computanda.*

(e) Rom. 14.

35. *Admonendi ſunt qui negotiis ac mercationibus rerum invigilant, ut non plus terrena lucra, quam vitam cupiant ſempiternam. Nam qui plus de rebus terrenis, quam de animæ ſuæ ſalute cogitat, valde a via veritatis aberrat; & juxta quemdam ſapientem, in vita ſua perdidit intima ſua. Sequendus eſt enim in hac parte, ſicut & in cæteris Apoſtolicus ſermo, (f) qui ait: Et ne quis ſupergrediatur neque circumveniat in negotio proximum ſuum: vindex eſt enim Deus de his omnibus. Sicut enim ab his, qui labori agrorum, & cæteris laboribus victum atque veſtitum, & neceſſaria uſibus humanis acquirere inhiantes ſtant, decimæ, & eleemoſinæ dandæ ſunt: ita his quoque, qui pro neceſſitatibus ſuis negotiis inſiſtunt, faciendum eſt. Unicuique enim homini Deus dedit artem, qua paſcatur, & unuſquiſque de arte ſua, de qua corporis neceſſaria ſubſidia habet, animæ quoque (quod magis neceſſarium eſt) ſubſidium adminiſtrare debet.*

(f) 1. Theſ. 4.

XXI. 36. *Hebdomada una ante initium Quadrageſimæ confeſſiones ſacerdotibus dandæ*

PAGIUS nomen eſt, quod aliquando Italiam, aliquando Hiſpaniam ſignificat, & ut obſervat Mabillonius laudatus ipſemet Theodulfus ſe ex Hiſpania ortum non obſcure innuit in Paræneſi ad Judices.

> *Mox Sedes, Narbona, tuas Urbemque decoram*
> *Tangimus, occurrit quo mihi læta cohors.*
> *Relliquiæ Getici populi, ſimul Heſpera turba,*
> *Me conſanguineo ſit Duce læta ſibi.*

Ubi *Theodulfus* conſanguineos vocat *Heſperiæ* populos in Septimania degentes, qui ex Hiſpania eo confluxerant. Niſi, inquit Mabillonius, conſanguineos dicit hoc nomine, quod ex eadem gente tam Gothi illi Septimaniæ populi, quam Oſtrogothi in Italia degentes, ex quibus procreatus eſſet *Theodulfus*, proceſſiſſent. Sed hæc explicatio non videtur admittenda; cum jam a ducentis & amplius annis, antequam hæc ſcriberet Theodulfus, Oſtrogothorum in Italia Regnum extinctum eſſet Theodulfi Opuſcula a Sirmondo collecta, Notiſque illuſtrata.



*dæ ſunt, pœnitentia accipienda, diſcordantes reconciliandi, & omnia jurgia ſedanda, & dimittere debent debita invicem de cordibus ſuis, ut liberius dicant: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ſic ingredientes in beatæ Quadrageſimæ tempus mundis & purificatis mentibus ad ſanctum Paſcha peraccedant, & per pœnitentiam ſe renovent, quæ eſt ſecundus baptiſmus. Sicut enim baptiſmus peccata, ita pœnitentia purgat. Et quia poſt baptiſmum peccator denuo non poteſt baptizari, hoc medicamentum a Domino pœnitentiæ datum eſt, ut per eam vice baptiſmi peccata poſt baptiſmum diluantur. Septem enim modis peccata dimitti, ſcripturæ ſanctæ demonſtrant. Primo in baptiſmate, qui propter remiſſionem peccatorum datus eſt. Secundo per martyrium, juxta illud, quod ait Pſalmiſta: (a) Beatus, cui non imputavit Dominus peccatum. Quia juxta ejuſdem David ſententiam: (b) Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Remittuntur peccata per baptiſmum, teguntur per pœnitentiam, non imputantur per martyrium. Tertio per eleemoſynam, juxta Danielem, qui profano Nabuchodonoſor Regi ait: (c) Peccata tua eleemoſynis redime in miſericordiis pauperum. Et illud: (d) Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna extinguit peccatum. Et Dominus in Evangelio: Verumtamen date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Quarto ſi remittat quis peccanti in ſe peccata ſua juxta illud: (e) Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Et illud: (f) Sic & pater veſter dimittet vobis peccata veſtra, ſi remiſeritis unicuique de cordibus veſtris. Quinto per prædicationem ſuam quis, & per bonorum exercitium alios ab errore ſuo convertat juxta illud, quod ait Apoſtolus: (g) Quoniam ſi converti fecerit quis peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte, & cooperiit multitudinem peccatorum. Sexto per charitatem, juxta illud: (h) Charitas Dei cooperit multitudinem peccatorum per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Septimo per pœnitentiam, juxta illud, quod ait David: (i) Converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.*

(a) Pſal. 31.
(b) Ibid.
(c) Dan. 4.
(d) Eccl. 3.
(e) Luc. 6.
(f) Marc. 11.
(g) Jacob. 5.
(h) 1. Pet. 4.
(i) Pſal. 31.

XXII. 37. *Ipſa autem Quadrageſima cum ſumma obſervatione cuſtodiri debet, ut jejunium in ea, præter dies Dominicos, qui abſtinentiæ ſubtracti ſunt, nullatenus reſolvatur, quia ipſi dies decimæ ſunt anni noſtri, quos cum omni religione, & ſanctitate tranſigere debemus. Nulla in his occaſio ſit reſolvendi jejunii, quia alio tempore ſolet jejunium charitatis cauſa diſſolvi; iſto vero nullatenus debet. Quia in alio jejunare in voluntate & arbitrio cujuſlibet poſitum eſt: in hoc vero non jejunare, præceptum Dei tranſcendere eſt. Et in alio tempore jejunare, præmium abſtinenti acquirere eſt: in hoc vero, præter infirmos ac parvulos, quiſquis non jejunaverit, pœnam ſibi acquirit, quia eoſdem dies Dominus, & per Moſen, & per Eliam, & per ſemetipſum ſacro jejunio conſecravit.*

28. *Diebus vero jejunii eleemoſyna facienda eſt, & cibum, vel potum, quo quiſque uti debuit; ſi non jejunaret, pauperibus eroget: quia jejunare, & cibos prandii ad cœnam reſervare, non mercedis, ſed ciborum eſt incrementum.*

39. *Solent plures, qui ſe jejunare putant, mox ut ſignum audiunt ad Nonam, manducare, qui nullatenus jejunare credendi ſunt, ſi ante manducaverint, antequam veſpertinum celebretur officium: concurrendum eſt enim ad Miſſas, & auditis Miſſarum ſolemnibus, ſive veſpertinis officiis largitis eleemoſynis, ad cibum accedendum eſt. Si vero aliquis neceſſitate conſtrictus fuerit, ut ad Miſſam convenire non valeat, æſtimata veſpertina hora, completa oratione ſua, jejunium abſolvere debet.*

40. *Abſtinentia vero in his diebus omnium delitiarum eſſe debet, & ſobrie, & caſte vivendum. Qui vero ovis, caſeo, piſcibus, & vino abſtinere poteſt, magnæ virtutis eſt. Qui autem his, aut infirmitate interveniente, aut quolibet opere, abſtinere non poteſt, utatur. Tantum ut jejunium uſque ad veſperum ſolemniter celebret: & vinum non ad ebrietatem, ſed ad refectionem corporis ſui ſumat. A caſeo vero, lacte, butyro, & ovis abſtinere, & non jejunare, dementiſſimum eſt, & omni ratione ſemotum. Vini enim ebrietas, & luxuria prohibita ſunt, non lac & ova. Non ait Apoſtolus (k): Nolite comedere lac, & ova, ſed nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* XXIII.

Hæc, ubi deſunt piſces & oleum, ex antiqua conſuetudine conceſſa.

(k) Ephes. 5.

41. *Singulis diebus Dominicis in Quadrageſima, præter hos, qui excommunicati ſunt ſacramenta Corporis & ſanguinis Chriſti ſumenda ſunt, & in Cœna Domini, & in Paraſceve, in vigilia Paſchæ, & in die Reſurrectionis Domini penitus ab omnibus communicandum, & ipſi dies Paſchalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi ſunt.*

42. *In his jejuniorum diebus, nullæ lites, nullæ contentiones eſſe debent, ſed in Dei laudibus, & in opere neceſſario perſiſtendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites Quadrageſimæ tempore exercent, & qui debita a debitoribus exigunt, Dominus per Prophetam, dicens (l): Ecce in die judicii veſtri inveniuntur voluntates veſtræ, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & con-*

(l) Pſal. 58.

*& contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie.*

43. *Abſtinendum eſt enim in his ſacratiſſimis diebus a conjugibus, & caſte, & pie vivendum, ut ſanctificato corde & corpore iſti ſancti dies tranſigantur, & ſic perveniatur ad diem ſanctum Paſchæ: quia pene nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant.*

XXIV. 44. *Admonendus eſt populus, ut ad ſacroſanctum ſacramentum Corporis & ſanguinis Domini nequaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abſtineat; ſed cum omni diligentia eligat tempus, quando aliquamdiu ab opere conjugali abſtineat & vitiis ſe purget, virtutibus exornet, eleemoſynis, & orationibus inſiſtat: & ſic ad tantum ſacramentum accedat. Quia ſicut periculoſum eſt, impurum quemque ad tantum ſacramentum accedere, ita etiam periculoſum eſt, ab hoc prolixo tempore abſtinere, ſalva ratione eorum, qui excommunicati non quando eis libet, ſed certis temporibus communicant, & religioſis quibuſcumque ſancte viventibus, qui pene omni die id faciunt.*

45. *Ut Miſſæ, quæ per dies Dominicos peculiares a ſacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant ut per eas populus a publicis Miſſarum ſolemnibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abſtrahatur, quia peſſimus uſus eſt apud quoſdam, qui in diebus Dominicis, ſive in quibuſlibet feſtivitatibus mox ubi Miſſam celebrare, etiamſi pro defunctis ſit, audierint, abſcedunt, ut per totum diem a primo mane ebrietati, & comeſſationi potius quam Deo deſerviant.*

XXV. 46. *Admonendus eſt populus, ut ante publicum peractum officium ad cibum non accedat, & omnes ad ſanctam matrem Eccleſiam Miſſarum ſolemnia, & prædicationem audituri conveniant; & ſacerdotes per Oratoria nequaquam Miſſas, niſi tam caute ante ſecundam horam celebrent, ut populus a publicis ſolemnitatibus non abſtrahatur. Sed ſive ſacerdotes, qui in circuitu urbis, aut in eadem urbe ſunt, ſive populus, ut prædiximus, in unum ad publicam Miſſarum celebrationem conveniant, exceptis Deo ſacratis feminis, quibus mos eſt ad publicum non egredi, ſed clauſtris monaſterii contineri.* Hucuſque Theodulphi Aurelianenſis Epiſcopi ad ſuos epiſtola.

Joannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Quod pertinet ad res Orientalis Eccleſiæ, hoc anno, mortuo Theodoto Meliſſeno, cognomento Caſſitera, *id eſt Stamneo* (ut habet Joannes Curopalata) Epiſcopo Conſtantinopolitano hæretico Iconoclaſta, Joannes ſextus hujus nominis, ejuſdemque hæreſis propugnator acerrimus eidem per Theophilum Imperatorem ſubſtituitur; de quo iſta ipſe: *Cum Theodotus Meliſſenus diutius Conſtantinopolitanum thronum obtinuiſſet, ac vita functus nuper eſſet, Joannes Theophili pædagogus illius excipit thronum, accepto ſacerdotio velut impietatis atque perfidiæ premio.*

XXVI. Idem Joannes Magus.

Quod ad tempus pertinet, cum auctore Zonara, certum ſit ipſum ſediſſe annos ſex uſque ad obitum ipſius promotoris Imperatoris Theophili, & ejus Imperii nonniſi ſex anni ſuperſint: plane concedendum eſt, hoc ipſo anno ſedere hunc cœpiſſe, prædeceſſore longe ſceleſtiorem: tales quidem meruit ea ſecta habere patronos Antiſtites. Iſte quidem (ut auctor eſt idem Curopalata) antea Syncellus ex magiæ peritia magnam apud ipſos hæreticos concitarat exiſtimationem. De ipſius enim primordiis habet iſta: *Tulit hunc Joannem hæc magna urbs aliarum omnium urbium princeps a Morochazariorum ſtirpe oriundum, quem ſenili jam ætate monaſterium glorioſiſſimorum Martyrum Sergii & Bacchi quaſi draconem quemdam in Eccleſia deliteſcentem recepit. In qua ipſa per dignitatis gradus ad ſummum eventum, & Iconomachorum ſectæ egregie adductum præſtigiis incumbentem, & pelvium divinationibus in omni vita, præcipueque dilectum Michaeli Balbo, Theophili patri, ſive quod ejuſdem hæreſis particeps eßet, ſive quod eloquentia præſtare videretur, & magiſter Theophili fuiſſet, poſtquam habenas Imperii ſuſcepit, Syncellum ipſum declarandum, & hoc honore afficiendum curavit; deinde quoque Patriarcham Conſtantinopolis inſtituit, quod et quædam per pelvium vaticinia & præſtigias prædixiſſet.* At quænam fuerint iſta, ita declarat:

PAGIUS XI. *Durante hæreſi Iconomachorum tres Pſeudo-Patriarchæ Conſtantinopoli ſederunt.*

A num. XXVI. ad XXIX. Theophanes Presbyter in Oratione *de Exilio Sancti Nicephori & Tranſlatione ejus Reliquiarum*, de tribus pſeudo-Patriarchis Conſtantinop. qui Nicephoro in exilium pulſo Eccleſiam Conſtantinopolitanam rexere, ait: *In Sacra Regiæ Civitatis Sede tres veri Paſtoris adverſarii, ordine unus poſt alium, impie conſederunt Theodotus, Antonius & Joannes*, prior nempe per annos ſex, alter per annos duodecim, & Joannes per annos novem, idque ab anno Chriſti DCCCXV. quo in Feſto Reſurrectionis Chriſti *Theodotus* ordinatus eſt, uſque ad initium anni DCCCXLII. quo *Joannes* depoſitus, & cultus Sacrarum Imaginum reſtitutus; quod de ſingulis ſeorſim ſuis locis oſtendimus. Quare Curopalata & Cedrenus ſummopere errarunt, qui Joannem *Theodoto* ſucceſſiſſe ſcribunt, & *Antonii* nullam mentionem faciunt. Hunc errorem, cum Baronius non animadvertiſſet, initium Pontificatus *Joannis* hoc anno conſignat, & memoriæ lapſu Zonaram ei annos ſex aſſignare aſſerit; cum tamen Zonaras annos ei novem diſerte attribuat, eumque *Antonio* ſucceſſiſſe, quod certum eſt, teſtetur. Eos tres pſeudo-Patriarchas Conſtantinopolitanos memorat etiam Nicetas in Vita S. Ignatii Patriarchæ Conſtantinop. aitque *Antonium* cognominatum fuiſſe *Byrſodepſam*, & jam Pergæ Metropolitam extitiſſe.

A num.



XXVII. Magicæ artes Joannis Patriarchæ Conſtant.

*Excurſiones olim fecit in Romanorum regionem natio perfida & dura, ſub tribus ducibus militans. Quo ut veriſimile erat, dolente ac ſe excruciante Theophilo, Joannes hortabatur, ut omnem animi metum deponeret, & fiducia compleretur, ſi ſuo tantum conſilio obtemperaret. Fuit autem conſilium tale: In illis æreis ſtatuis, quæ ad Euripum Hippici poſitæ ſunt, etiam ſtatua quædam ſtare videbatur, tribus capitibus ornata. Jubet igitur Joannes totidem numero, quot capita, malleos ex ære conflari, eoſdemque viris manu præſtantibus committi; qui conſtituta quadam hora nocturna, ſecum ad illam ſtatuam, quam dixerat, accederent: & quando ipſis imperaret, malleis capita valide percuterent, quoad in terram deiicerentur, quaſi uno impulſu & una plaga. Imperator igitur his verbis oblectatus, ita fieri imperavit: cumque eo profecti eſſent viri illi cum Joanne nocte intempeſta (erat autem Joannes laica veſte, ne deprehenderetur indutus) dixiſſetque magica quædam verba, quibus omnem vim ſtatuæ ademit: juſſit viros viriliter ac fortiter percutere, & duo validiſſimis ictibus duo ſtatuæ capita dejecerunt, tertius remiſſiore plaga illata, parum quidem inclinavit, non tamen totum præcidit caput. Quibus ſimilia in ducibus illius nationis conſecuta ſunt. Exorta enim quadam ingenti ſeditione in exercitu, inſecutaque ipſo inteſtina pugna duo duces cadunt, & tertius percuſſus eſt, non tamen lethali plaga. Doluit tamen ob vulnus acceptum, atque ita gens illa debilitata, domum reverſa eſt. Et quæ ad ipſius magicam artem pertinent, hæc fuere.* Sed de ejus germano, idem auctor iſta ſubjungit:

XXVIII. Locus deputatus Magicis divinationibus.

*Mago iſti frater germanus erat, nomine Arſaber, fortuna Patricius; huic ager ſuburbanus erat, ad ſiniſtram freti partem prope monaſterium S. Phocæ, quod ſumptuoſa habebat ædificia, porticuſque & balnea, & alia ad commorandum jucunda loca. Ibi magus frequentans hoſpitia, ſubterraneam quamdam conſtruxit domum, a tergo portis ædificatis, quibus volentes intromitteret.*

*Admittebat igitur ad illam improbam officinam quicumque vellent: & modo ſervabantur nuptæ, monachæ, & aliæ mulieres forma decoræ, quibuſcum ſtupra committebat: modo extiſpicia, & pelvium divinationes, & incarnationes, & necromantiæ exercebantur, quibus ſæpenumero vi dæmonum futura quædam prædicebat. Verum hæc domus, cum poſtea ad regii cubiculi præfectum perveniſſet, ſolo æquata eſt, & monaſterium conſtructum Phocæ Martyri dedicatum.* Sed iſta poſt mortem Theophili Imperatoris. Eademque de Joanne habent reliqui Græcorum recentiores, qui ex ipſo iſta ſcripſere.

Agebat interea Theodorus una cum Theophane fratre ſuo in inſula relegatus biennium; cum iterum inde ambo juſſu Imperatoris Conſtantinopolim ad certamen Fidei revocantur. Qualiter autem iſti in hoc poſteriori certamine ſe geſſerint, ex Actis eorum celebri oratione tractatis dicemus. Sic enim ſe habent:

XXIX. Theodorus atque Theophanes Confeſſores revocantur Conſtantinop.

*Duobus poſt annis in exilio conſumptis, ſoli ex aliis juſſu Imperatoris veniunt Conſtantinopolim. Maiori enim, etſi plane inani, deſiderio tenebatur Imperator habendi Theodorum, & Theophanem eadem quæ ille ſentientes, quam imperandi omnibus, qui nullo jure ab eo diſſentiebant. Verum enimvero operæ pretium eſt ea, quæ deinceps ſequuntur, declarare, per illa ipſa verba epiſtolæ, quæ hic ſanctus Theodorus communem ſimul cum fratre componens epiſtolam, mittit ad Joannem, qui tunc erat Antiſtes Cyzicenæ Eccleſiæ, & ad reliquam Orthodoxorum multitudinem, enumerans quæcumque eos pati accidit ab illo Dei inimico Theophilo, dum decertarent pro divinis imaginibus: & quemadmodum poſt multa tormenta eis crudeliter compuncti fuerunt oculi. Si autem in epiſtola ſunt quædam ſimplicia & rudia, non ideo apud eos, qui recte judicant, & ſunt eruditi, dabunt ea teſtimonium, quod qui ſcripſit, eßet ineruditus. Sed primum quidem quod ipſe uteretur indifferenter dictione & nominibus, & non hoc magnum putaret neque dignum in quo elaboraret; deinde autem quod etiam vellet ipſa plane verba,*

*ſicut*

PAGIUS XII. *SS. Theodorus & Theophanes Grapti ob Sacras Imagines vultus inſcripti.*

A num. XXIX. ad XLI. Symeon Logotheta ad annum Theophili XI. narrat, hunc Imperatorem juſſiſſe ſibi ſiſti *Theophanem* Eccleſiaſticorum Canonum ac Canticorum Auctorem, cum *Theodoro* fratre, qui ejus impietatem ſugillabant ac arguebant, & eorum non ſolum vultibus, ſed & pectori verſus inſcribi juſſiſſe, tanquam ſi viri ſeditioſi eſſent, eoſque in exilium egiſſe: *Theodorum* in exilio diem obiiſſe, ſed *Theophanem* Theophilo ſuperſtitem fuiſſe, & a Sancto Methodio Patriarcha Conſtantinopolitano Niceæ Metropolitam ordinatum. Quo pacto Theophanes & Theodorus poſt quadriennium tantum inſcriptis vultibus atque compunctis in exilium miſſi eſſent. Verum Symeon Logotheta parum in Chronologia ſecurus, & aliunde in Vita Sancti Theodori Grapti a Surio Latine & a Combefiſio Grece & Latine edita nullus character temporis habetur ex quo rei geſtæ annus erui poſſit. Idem Combefiſius

in

*ſicut dicta ſunt in interrogationibus & reſponſionibus ſimpliciter & inornate adduci. Sic autem habet ad verbum epiſtola:*

Epiſt. Theodori Confeſſoris ad Joannem Cyzicenum.

XXX. *Magnam facerem injuriam, ſi ſilentio traderem ea, quæ in nos facta ſunt, cum multi deſiderarent audire & diſcere; & maxime poßunt eſſe ad Dei gloriam & multorum utilitatem, ſi dicantur, & audiantur: neque parum conferunt ad confutandos impios, & ad refellendum eorum dogmatum imbecillitatem, & telæ araneorum ſimilem.* Deinde hæc quoque dicit paulo poſt: *Cum ergo tunc veniſſet, qui juſſis inſerviebat Imperatoris, & aſcendiſſet in inſulam Aphuſiam, nos magna celeritate abreptos ducit in civitatem: cauſam cur traheremur, affirmans ſe ignorare, niſi quod cum magna feſtinatione & celeritate dicebat ſe eſſe miſſum. Venimus itaque in civitatem, cum eſſet octavus dies Julii. Cum autem Imperatori apparuiſſet ſolus is, qui nos duxerat; juſſus eſt nos ſtatim includere in Prætorio. Poſt ſex vero dies, nempe quartodecimo ejuſdem menſis, accerſimur ad Imperatorem. Noſtro adductu jam in omnium animis præcognito & expectato, quod ſcilicet ad Imperatorem deducendi eßemus, ut pœnas lueremus: neque licebat aliud videre & audire, niſi terrores & minas, aliis quidem crudeliter dicentibus: Cedite quamprimum & abſque omni cunctatione juſſis Imperatoris; aliis vero nos acerbiſſima paßuros, ſi non pareremus, proteſtantibus; aliis vero dicentibus: Tenentur dæmonum ſpiritu, & alia hujuſmodi, & his deteriora, quæ noſtris auribus accipiebamus. Et hæc quidem audiebamus priuſquam ad Aureum, quo dicitur, adduceremur triclinium.*

XXXI. *Adductis autem, & oſtium ingreſſis, nos Præfecto præcedente, viſus eſt a nobis Imperator valde terribilis, & iram ſpirans multis hinc & illinc nos circumſiſtentibus. Erat hora circiter decima & Præfectus, qui eo uſque venerat, diſceſſit, ſolos nos reliquens in conſpectum Imperatoris: Is autem, cum nos adoraſſemus, aſperiore & acerbiore voce juſſit accedere propius. Cum ad eum ergo uſque veniſſemus, interrogavit dicens: In quanam regione nati eſtis? Cum nos reſpondißemus: In Moabitide. Ille rurſus iis verbis: Et cur huc veniſtis, inquit? Et priuſquam reſponderemus, juſſit nobis verberari vultum. Multas vero plagas & graves inflixerunt, qui percutiebant, adeo ut nos impleremur vertigine, & humi caderemus. Etenim niſi ejus, qui percutiebat, tunicam in pectore apprehendiſſem, ad ſcabellum Imperatoris ſtatim eſſem dejectus: tenens autem veſtem, plagas accepi immotus, donec Imperator juſſit eum ceſſare percutere.*

Verberantur Confeſſores.

*Cum ceſſarent qui percutiebant: rurſus rogavit Imperator: Quanam de cauſa huc veniſtis? hoc vero ſibi volebat id, quod dicebat: Quanam de cauſa nolentes eamdem quam nos amplecti fidem veſtra ſponte ingreſſi eſtis in eamdem quam nos habitationem? Cum nos autem tacuiſſemus, & oculos humi dejeciſſemus: ad Præfectum, qui prope adſtabat, impudenti oratione, & torvo aſpectu converſus, cum magna ira ac voce aſpera hæc locutus eſt: Tolle eos, & in eorum facie inſcribe, & inſculpe hos jambos, & trade eos duobus Sarracenis, & abducant eos in terram ſuam. Prope vero adfuit, qui eos habebat jambos, qui eos etiam fuerat meditatus, nomine Chriſtodulus, cui etiam juſſit eos legere hoc etiam adiiciens: Etſi non ſint pulchri, ne ſit tibi curæ. Is autem dixit: In componendis verſibus tam accurate ſumus exercitati, ut ſatis ſit ad eos deridendos. Et ideo quidam, qui aderat, ad gratiam loquens, ei dixit: Ne digni quidem ſunt iſti, o domine, ut ſint jambi pulchriores. Satis eſt autem illos ipſos ita ut ſe habebant inferre narrationi.* XXXII.

Fuit namque illorum argumentum, vitam ipſorum duplici calumnia infamare, prima videlicet, quod cum iidem perrexerint Hieroſolymam, ibique adeo turpia perpetraſſe, ut illinc, exigentibus pravis operibus, expulſi fuerint: & quod pergentes Conſtantinopolim, eam de ſuis ſceleribus pœnam acceperint, ut vultibus eo modo inſcriberentur. Sed audi jambos:

*Cunctis ad urbem eam adire volentibus*
*Stetere ubi Verbi Dei caſti pedes,*
*Terrarum orbis ut per id queat conſiſtere,*
*Apparuerunt iſti honorando in loco*
*Erroris impii mala vaſa & reproba.*

PAGIUS in Notis ad eam Vitam recte cenſet, eam non eſſe fœtum Metaphraſtis. Methodius ex hoc uno capite Theophanem Epiſcopatu dignum cenſuit, quod confeſſionis notas has ac ſtigmata vultu præferret. *Cum enim quidam*, inquit Symeon Logotheta, *eam ægre ferrent ordinationem, atque dicerent, Homo Syrus eſt; & quis novit an ſit Orthodoxus, cum nemo ei teſtimonium deferat? Ad quos Methodius, Ego nullum aliud melius teſtimonium deſidero, quamquod ille præfert; oſtendens Jambis inſcriptum vultum.* Baronius anno DCCXXXIV. hunc Theodorum Graptum cum alio Theodoro, qui Leone Iſauro Imperante pro cultu Sacrarum Imaginum vexatus eſt, confundit, ut eo anno vidimus. Surius verſionem Vitæ Sancti Theodori Grapti recitat ad diem XXVI. Decemb. ſed Menæa Græcorum ad diem XXVII. Decemb. ejus & Theophanis mentionem faciunt.





*Cum multa feciſſent ibique perturpia,*
*Graviaque, quod deeſſet eis recta Fides,*
*Illinc abacti ſunt ſicut Apoſtatæ.*
*Confugientes autem ad urbem Imperii,*
*Stultitiam haud reliquerunt nefariam.*
*Quare notati & inſcripti ut malefici.*
*Damnantur, exiguntur que improbi iterum.*

Hactenus jambi numero duodenario conditi, ut mirum ſit tot verſus potuiſſe in hominis exarari vultu. Sed pergit idem Theodorus Confeſſor ex dicta ad Joannem Cyzicenum epiſtola:

XXXIII. *His lectis, juſſit nos abduci in Prætorium. Et poſtquam ingreſſi eßemus, & ad eam, quæ dicitur Thermaſtram, jam veniſſemus: accedens quidam, juſſit nos reverti. Et cum maxima celeritate ſiſtit nos ante Imperatorem. Qui cum nos vidiſſet: Sic, inquit, veriſimile eſt vos, cum receſſeritis, eſſe dicturos, Imperatorem illuſimus; ſed ego, cum vos prius illuſero, dimittam. Cum ſic dixiſſet, juſſit nos exui. Cum ambo autem exuti eſſemus: verberabar ego, ſic aſſidue clamante Imperatore, & eos, qui flagellabant, adjurante: Sic te in me geris? Da pulchre. Verberabatur itaque & tergum, & pectus abſque ulla clementia & miſericordia. Ego cum diu flagris cæderer, vociferabar: Nihil peccavimus in tuum Imperium. Et rurſum: Domine miſerere. Et: Sancta Deipara veni ad noſtrum auxilium. Deinde etiam verberarunt fratrem ſimiliter clamantem, & dicentem: Sancta Deipara, ipſa quoque fugiſti in Ægyptum, portans Filium tuum: reſpice in me, qui propter ſimilem tibi fugam, punior: Domine, Domine, qui liberas pauperem a potente, & a manu eorum, qui ſunt eo fortiores, ne diu differas tuum nobis dare auxilium. Et cum ſic ambos concidißet, quantum volebat, juſſit nos exire.*

XXXIV. *Alius etiam rurſus egreſſus ad nos, accurrit, jubens reverti. Quidam vero miſſus ab Imperatore rogavit: Quanam de cauſa morte Leonis Imp. lætati eſtis? Et cur, cum ad eum acceſſiſſetis, non amplexi eſtis eamdem cum illo fidem? Ad hæc nos: Neque morte Leonis lætati ſumus; ſed neque ad eum acceſſimus: neque Fidem propter vos, qui cum tempore mutamini, omnino abolere, aut etiam innovare ſuſtinemus. Cum is autem ſubjunxiſſet: Non veniſtis imperante Leone? Nequaquam diximus, ſed eo imperante, qui te præceſſit. Ille vero: Recte, recte, inquit, erat vero is exactor vectigalium curſus. Tunc venimus in Prætorium, cum jam eſſent tenebræ. Cum autem quatuor dies præteriiſſent: coram Præfecto præſidente ſiſtimur. Is vero cum nos multis minis tormentorum terruiſſet, & dixiſſet, ſe prius nos eſſe caſtigaturum, ac deinde etiam vultus inſcripturum, & Sarracenis traditurum: juſſit, ut id faceremus, quod eßet gratum Imperatori. Erat autem cum eo etiam Chriſtodulus, & ejus pater. Nobis vero fortiter recuſantibus, & dicentibus nobis eſſe paratos ſubire vel mille mortes, & numquam nos eſſe polluendos vel ſolo aſſenſu communione eorum, contempſerunt, & deſpicatui habuerunt Chriſtianam Fidem & confeſſionem, etiam ſi oculos effoderint, etiam ſi corpus igni tradiderint. Cum hæc diceremus, pater Chriſtoduli loquens adverſariis, quaſi nobis gratificans: Numquam (dixit Præfecto) iſti adoraverunt imaginem; neque ſcio quid fecerint, quod huc venerunt. Cui ego aſpere: Recede a me, inquam, neſcis quid dicas, neque de quibus affirmes.*

XXXV. *Præfectus autem rurſus utens blanditiis: ſemel inquit, ſemel ſolum communicate: nec aliud exigimus: & ego ibo vobiſcum in Eccleſiam, & deinde ite quo vobis placuerit. Ego vero ei dixi, ſubridens: Simile quid dicis, o domine Præfecte, ut ſi quis alium rogans dicat: Nihil aliud peto, niſi ſemel tuum caput amputare, & tum poſtea vade quo velis. Scias ergo hoc quoque nobis eſſe pudori, quod audeat nos aliquis exhortari ad communionem, ad quam neſcio quomodo ſuades, ut accedamus, & non potius, ut qui procul eſt remotus, perſuadeatur. Eſt enim facilius facere, ut terra ſit ſurſum, & cœlum deorſum, quam nos traducere a pietate. Tunc juſſit inſcribi noſtros vultus. Et cum adhuc in nobis inflammatæ eſſent plagæ, quas ex flagellis acceperamus, & graves afferrent dolores, extendentes ſuper ſcamna, vultus noſtros inſculpebant. Cum vero longo tempore vultus pingerent, occidente ſole, tenebræ factæ ſunt; quod quidem effecit, ut vel inviti ceſſarent inſcribere.*

Inſcribuntur vultus Confeſſorum.

XXXVI. *Egreſſuri vero diximus Præfecto, & iis, qui aderant: ſciatis, Cherubim, quæ has viderint litteras, eſſe ceſſura, & flammeam rhomphæam verſis tergis conceſſuram nobis ingreſſum in Paradiſum, ut quæ ſit reveritura noſtros vultus pro communi Domino tam ignominioſe inſculptos. Hoc enim a vobis ſolis factum eſt a ſæculo, & eſt hoc novum inventum, & reddidiſtis omnes benignos ac clementes, qui adverſus divinum noſtrum dogma inſanierunt. In facie Chriſti omnino agnoſcemini, & vobis exhibebuntur legendæ hæ litteræ: ipſe enim dixit (a): Quæcumque feciſtis uni horum minimorum, mihi feciſtis. Hæc verba poſtquam audivit Imperator per Præfectum, viſus*

(a) Mat. 25.

*eſt dicere attonitus, ut arbitror, a verborum operatione: Si ſcirem hoc eſſe verum, eas toti meo populo inſcriberem. Atque nos quidem hæc, cum multa ſint alia, brevius declaravimus eorum, quæ geſta ſunt, habentes multos teſtes, quos ſcio plura his & apertius narraturos ea, quæ tunc facta & dicta ſunt, ut qui ea melius obſervaverint quam nos: neque enim in angulo, neque in occulto hæc facta ſunt, ſed & in theatro & medio orbis terrarum. Et ſic quidem epiſtola.*

XXXVII. Jure quidem appellat Theodorus præſentes teſtes, qui viderint, eo quod non omnia ipſe, quæ geſta eſſent, ea una incluſiſſet epiſtola, multaque præteriiſſe ſciens, quæ ii, qui ea ſpectaſſent oculis, omnibus nota facere potuiſſent: nam Joannes Curopalata his iſta addit tunc accidiſſe, quæ hiſce deſcribit verbis: *Sed improbus Tyrannus Theophanem, Theodorumque fratrem ejus, cum ſapientia illos multis præſtare noſſet: ad Lauſiaci Triclinium ſibi eos præſto eſſe juſſit, ut de Fide publice diſſererent. Agite, inquit, vos o execrabiles, quibus adductis ſcripturæ verbis idola (ſanctas imagines incontinenti mente & lingua ita vocans) ſic colitis, multoſque & integros viros idem facere perſuadetis? adiecitque alia quæpiam maledicta & abſona impudentiori voce contra Chriſti Dei noſtri imaginem. Beati illi: Obſtruatur (dixere) os loquens contra Deum iniquitatem. At ille tunc occultata leonina pelle, vulpinam præſefert, Prophetarumque oracula & teſtimonia requirebat, quæ imagines coli permitterent. Cumque alter fratrum beatus Theophanes dictum quoddam ex Iſaiæ prophetia protuliſſet: non ita ſe habere, Theophilus contradicebat. Et ſimul illius librum volvens, oſtendit cito verba fidelia. At ubi adulteratum ab ipſo non modo verbum hoc, Sanctus exclamavit, verum etiam omnia quæcumque ad ejus manum perveniſſent: illum: ſibi adduci librum juſſit, qui in Patriarchæ bibliotheca, in Thomaite, ad hanc partem ſitus eſſet, ad ſua dicta confirmanda.*

Diſputatio Theophili Imp. cum Theophane confeſſore.

XXXVIII. *Poſtquam igitur miſſus fuit, ac dicto citius librum adduxit, ultro Imperator ipſum volvens, a dicto aberravit, & pudore perfuſus, dictum, quod quærebatur, & præteribat, & aliis atque aliis in locis inquirebat. Sed ubi a beato Theophane docebatur, digito demonſtrante, ſi adhuc tria folia præteriret, fore ut ſtatim, quod quærebatur, deprehenderet: tunc non amplius æquo animo ferens judicia, quibus libere arguebatur, ſibique conſcius, ita ſe habere rei veritatem, abiecta ſua animi diuturna lenitate, qua uſque tunc fuerat uſus, & patefacta immanitate: haud juſtum eſt, inquit, Imperatorem Romanorum a talibus viris haberi ludibrio, & quod reliquum erat, imperavit, in Lauſiaci meſocepio; ipſos adductos, flagris cædi, & graviſſimas illis infligi uſque ad ducentas plagas.* Hæc ex prætermiſſis. Poſt vero dictam recitatam epiſtolam (ut quæ ſecuta ſunt, proſequamur) idem ſubdit hæc auctor, qui eorumdem res geſtas conſcripſit:

*Poſt tam inhumanum & tam novum ſupplicium, quod propter divinarum imaginum adorationem iſti beati ſubierant, eorum vultu adhuc ſtillante ſanguine, traduntur in carcerem. Deinde Jannæ improbis ſuggeſtionibus, qui tunc cum eſſet ejuſdem ſententiæ, cujus Imperator, tenebat Eccleſiam Conſtantinopolitanam, damnantur exilio. Eos autem ſuſcipit Apamea Bithyniæ; cum juſſum eſſet ab Imperatore, ut ne ſepulturam quidem eorum corpora conſequerentur, partim quidem eos afficiente contumelia, partim vero communiter invidente Orthodxis poſſeſſionem tam bonam, & tam deſiderabilem.* Hæc ipſe. At quæ in itinere, cum in exilium deportarentur, illis acciderint, ſic accipe ex Cedreno: XXXIX.

*Ante hos etiam ſanctus Methodius in quadam inſula relegatus, vivus cum duobus latronibus in ſepulcro clauſus fuerat, in eoque a piſcatore quodam nutriebatur. In quem piſcatorem cum incidiſſent Theophanes & Theodorus, & Methodii rerum quis eſſet ſtatus, ex eo cognoviſſent: per eumdem in hanc ſententiam ſcribunt ad eum:* XL.

*Qui vivus inter vivos eſſe deſiit*
*Vitamque præbet mortuus, terram incolens*
*Polumque obit; vincto gravati vinculis,*
*Frontes, ei ſcribuntque, inſcripti litteris.*

Mutua ſalutatio ſanctorum confeſſorum.

Reſcripſit Methodius opera ejuſdem piſcatoris:

*Quorum libris inſcripta ſunt cæleſtibus*
*Nomina, piæque frontes inſcriptæ notis,*
*Hos qui ſepultus ante funus eſt ſuum*
*Vinctos ſalutat, & ipſe vinculis gravis.*

Hæc tunc mutua ſalutatio ſummæ gloriæ Confeſſorum, de quibus ſuis locis inferius rurſus dicendum erit.

*Ad hæc autem* (ſubdit his Joannes Curopalata) *beatum quoque Michaelem Syncellum Eccleſiæ, quæ eſt in ſancta civitate, multis cum aliis monachis Theophilus Imp. in carcerem coniecit, diuturnis cruciationibus eos adducere ſperans. Ta-* XLII.

Michael Syncellus vocatos ad pœnas.

lia



*lia erant ipſius contra Sanctos nefaria facinora. Et ita illum, qui propter nos homo factus eſt, verum Deum contumeliis afficiebat, ejuſque veros cultores non brevi ac definito tempore, ſed in omni ſua vita vexabat, & in hujuſmodi calamitates coniiciebat, quibus nullum poſſit adhiberi remedium.* Deſunt Acta tot inſignium Confeſſorum, ut pene jejunos tranſire opus ſit innumera, eademque peregregia facta Sanctorum.

Sed reddamus hic, quæ extat epiſtola, ad eumdem Michaelem Syncellum conſcripta a Theodoro Studita ante aliquot annos, cum in humanis eſſet Nicephorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, quando ipſe Michael alio pergens, Dei voluntate, actus maris tempeſtate, Conſtantinopolim venire compulſus eſt. Ita quidem Deo bene conſulente rebus Orthodoxorum, ut e Palæſtina proficiſcentem illuc coegerit abire, virum doctrina & vitæ moribus inſignem. Sic ſe habet (a):

(a) *Theod. l. 2. ep. 213.*

*Michaeli Syncello Hagiopoleos.*

XLII. *Scribo nunc ad reverentiam tuam, quando mihi Dei nutu obtigit, ut epiſtolæ miniſtrum manciſcerer, alioquin ex ipſa cuſtodia noſtra id ipſum facturus eram, nec ſemel modo, ſed bis etiam, ac ſæpius fortaſſe. Neque enim quia extranei vos eſtis, idcirco nos veſtri ſpecie diſſimiles; ſed quia ex una adoptionis matre geniti, & eodem ſinceræ Fidei charactere formati, & fratres & concives, caput habentes Chriſtum, cujus cum corpus ſimus & membrum de membro, congaudere inter nos debemus in proſperis, angique pariter in adverſis. Verum quomodo vos, cum alio profecti eſſetis, impulit temporum violentia, ut in eorum, qui rerum hic potiuntur, retia incideretis? Quid autem ad hoc dicemus aliud, quam quod ſcriptura ſancta dicit? (b) Et certamen duxit Jehu. Sed illic quidem ad Regnum Iſrael, hic vero ad teſtimonium veritatis: ut nunc etiam impleatur quod ſcriptum eſt: (c) De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.*

Theodori ſtuditæ epiſt. ad Michaelem Syncellum.

(b) *4. Reg. 13.*

(c) *Iſai. 2.*

XLIII. *Age, mens beatiſſima, ſta fortiter, monemus: glorifica Deum in corpore tuo & in ſpiritu. Dic & ipſe cum divino Apoſtolo: (d) Scio quod hoc mihi proveniet ad ſalutem per veſtram orationem & ſubminiſtrationem ſpiritus Jeſu Chriſti, ſecundum expectationem & ſpem meam, quia in nullo confundar, ſed in omni fiducia, ſicut ſemper & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſive per vitam, ſive per mortem. Mihi enim vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. En dulce certamen! En felicem commutationem! per breves tribulationes & anguſtias, ſeu plagas, & ſanguinis guttas, Deum fieri, & Deo, qui vere eſt, potiri. Solus ergo factus es (ut accepimus) ab iis ſenſu diviſus, qui ſæculum hoc amant: ſed cum iis conjunctus, qui veritatis ſuſtinent defenſionem. Hinc te Martyrum chorus integrum ſuſcipere deſiderat. Hinc Confeſſorum cuneus manum porrigit, ut in locum ſuum recipiat.*

(d) *Phil. 1.*

XLIV. *Haudquaquam deſciſcamus ab hac præclara chorea, o venerande, neque omnium ſpes confundamus, deſideratiſſime. Quanta pertuliſti? adeo ut nomen tuum paſſim ab his & illis auditum ſit. Nunc autem tamquam in montem virtutum per confeſſionem ſubvectus, conſpicuus mundo factus es, & faciem geris ſole lucidiorem cum ſermone vitam, ad gloriam Patris noſtri, qui in cælis eſt. In locum deductus es ſublimiorem, linguæ objectus maledicæ, quid non vellicanti? quid non mentienti? dum te ab excelſo & divino ſenſu flectere conatur. Sed auditione accepimus, quantus & ipſe ſis gratia Dei, qui vitæ ſermonem geras, ſapientiæ fructum ex ore promas, vanis propoſitionibus congruentia opponendo. Nos vero humiles illud dicimus & teſtamur, ſe lectos & olim & nunc hierarchicæ huic ſedi præfuiſſe, quæ dogmatum peritia totam de ſacris imaginibus ſpeculationem & doctrinam deſcripſerunt, & tradiderunt. Et ſi Apoſtolicis verbis dicendum eſt: (e) Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia. Hinc enim progreſſa tamquam ex portis inferi hæreſis Iconomachica: hic quoque repreſſa eſt, quin reprimetur etiamnum magis Spiritus ſancti afflatu, quando increpabit Chriſtus perverſum hoc revera mare, in quo multa circa Fidem naufragia, non tam mentis perverſitate, quam imperantium formidine. Attamen emerſerunt multi e procella, Spiritus ſancti clavo nixi, & multa martyria, & pietatis ſcripta monumenta univerſum errorem expellentia, & veritatis pulchritudinem omnibus fidelibus mentibus demonſtrantia. Quibus cum ſervetur & reverentia tua, bonum certans certamen, curſum conſummans, ut juſtitiæ coronam accipiat. Ita ſit.* Hactenus Theodori ad Michaelem Syncellum epiſtola ſcripta, ut diximus, cum adhuc viveret Nicephorus Patriarcha Confeſſor. Sed jam ad res Occidentalis Eccleſiæ.

(e) *Rom. 5.*

XLV. Hoc anno Gregorius Romanus Pontifex (ut auctor eſt Sigebertus & alii) mo-



PAGIUS XIII. Ad num. XLV. *Bonifacius* IV. Feſtivitatem omnium Sanctorum in Urbe Romana Kalend. Novembr. celebrandam inſtituit, ut ſuo loco oſtendimus, ſed ubi Romæ celebrata fuit, paula-

monuit Ludovicum Imperatorem, ut in Gallia atque Germania feſtivitas omnium Sanctorum Kalendis Novembris celebraretur, quam hactenus Romani ex Bonifacii Papæ inſtituto celebrare conſueverunt. Quod tum ab ipſo, tum ab Epiſcopis omnibus Franciæ atque Germaniæ mira conſenſione acceptum fuit, & ingenti gratulatione peractum.

De his agens Albinus ſive Alcuinus in commentario de divinis Officiis, hæc ait: *Conſtitutum eſt, ut plebs univerſa per totum orbem in Kalendis Novembribus, ſicut in die Natalis Domini ad Eccleſiam in honorem omnium Sanctorum ad Miſſarum ſolemnia convenire ſtudeat, ut quicquid fragilitas humana per ignorantiam aut negligentiam in ſolemnitatibus Sanctorum minus plene peregiſſet, in hac ſancta obſervatione ſolveretur.* Hæc cum ſcribit Albinus, quem claruiſſe diximus temporibus Caroli Magni, ad hæc etiam tempora fuiſſe ſuperſtitem, opus eſt affirmare.

De feſta die omnium Sanctorum in Galliis & Germania celebranda.

Porro ante hæc tempora in Galliis atque Germaniis, ejuſmodi ſacram omnium Sanctorum ſolemnitatem minime celebratam fuiſſe, docent diverſorum Conciliorum canones, de feriis ſervandis ſanciti, in quibus cum de aliis feſtis in Eccleſia celebrare ſolitis mentio habeatur, de hac ſolemnitate nullum prorſus habetur verbum, ſicut nec apud eos, qui de Officiis Eccleſiaſticis in hanc diem commentarios conſcripſere.

An-

PAGIUS

*Inſtitutio Feſti omnium Sanctorum in Eccleſiis Galliæ & Germaniæ.*

latim ad alias Regiones tranſiit. Beda enim, qui anno DCCXXXV. e vivis exceſſit, in ſuo genuino Martyrologio ad Kalendas Novemb. habet: *Feſtivitas omnium Sanctorum.* Quare ante hæc tempora Feſtum illud in Anglia ſolemne erat. Verum in Galliis paucis ante Caroli Magni mortem menſibus illud non celebrabatur, ut liquet ex Concilio Moguntino, in quo Feſta celebranda memorantur, quod & ex Capitularibus Carolo Magno regnante editis etiam intelligimus. Quare nonniſi a tempore Ludovici Pii & Gregorii IV. omnes Sancti die prima Novembris ſolemni veneratione in Gallia & Germania coli cœpti, ut recte Sigebertus hoc anno & ex eo Baronius, qui tamen perperam verba libri *de Divinis Officiis* Alcuino attributi cum Sigeberti verbis de hac ſolemnitate conjungit. Alcuinus enim jam ab anno DCCCIV. ad Deum migravit, & liber ille *de Divinis Officiis* ille male ſuppoſitus eſt, cum in eo agatur de ſolemnitate triginta poſt ejus mortem annos pro univerſa Eccleſia inſtituta. Præterquamquod non deſunt aliæ rationes, quæ eum illius ſcriptionis, Auctorem non eſſe evincunt. Cæterum Ado, qui hoc ſæculo vixit, teſtatur in ſuo Martyrologio Ludovicum Aug. monente Gregorio IV. ſtatuiſſe, ut in ſuis Ditionibus Feſtivitas omnium Sanctorum *perpetuo ageretur. Quam Sanctam Conſtitutionem reverenti amore ſuſcepit omnis Eccleſia*, inquit idem Ado.

XIV. In Chronico Engoliſmenſi ad hunc Chriſti annum legitur: *Hero inſula Rainaldus XIII. Kal. Sept. cum Normannis congreditur*, quod totidem fere verbis in Chronico Lemovicenſi habetur. Hoc prælium Ermentarius Monachus teſtis oculatus lib. 2. de Tranſlationibus & Miraculis Sancti Filiberti Abbatis ſic deſcribit: *Ipſa Feſtivitatis ejus die* (id eſt XIII. Kalend. Septemb. quo die Feſtum S. Filiberti celebratur) *de novem navibus, hora etiam nona pugna inchoatur, quæ veſpere finitur, in qua quadringenti octoginta & quatuor ceciderunt Nortmanni, uno tantum ex noſtris corruente, equis quampluribus interfectis, equitibus nonnullis vulneratis. Hæc ita eſſe, qui interfuit, narratum mibi cenſuit.* Ermentarius initio prædicti capitis ſcribit: *Nec inconveniens eſſe reor, ſi narrem, qualiter duobus, antequam ab Hero inſula ſanctiſſimum transferretur Corpus, annis, a noſtratibus contra Nortmannos in ipſa pugnatum eſt inſula*, ubi duo illi anni incompleti intelligendi, ita ut prior cum anno prælii, & poſterior cum anno Tranſlationis S. Filiberti annoque Chriſti inſequenti coincidat. Delatum eſt anno ſequenti ſacrum corpus in *Deenſe* Monaſterium, quod paucis ante annis conſtructum fuerat in pago Herbadilico, loco, *Deas*, appellato ad Bedoniam fluvium, decem, circiter leucis ab Herio inſula, totidemque Nanneto Britanniæ Minoris Urbe. Condendi Monaſterii occaſio fuit infeſtatio Barbarorum, præſertiumque Normannorum. De hac Tranſlatione anno ſequenti agemus.

*Normanni in inſula Hierenſi victi.*



I. Lotharius movet arma adverſus Eccleſiæ Romanæ populum.

ANni, qui ſequitur octingenteſimi trigeſimiſexti, Indictione decimaquarta notatur ingreſſus, quo Lotharius Italiæ Rex in Gregorium Papam infenſus, Romanam Eccleſiam haud leviter perturbavit, pro qua Ludovicus Imp. laborare non deſtitit. Res geſta ab ejuſdem temporis ſcriptore aulico Ludovici ita deſcribitur: *Nuntiatum eſt Imperatori, quod Lotharius conditiones ſacramentorum dudum promiſſas irrumperet, maximeque Eccleſiam ſancti Petri, quam tam avus ejus Pipinus, quam pater ejus Carolus, necnon ipſe in tutelam ſuſceperat, homines ejus crudeliſſima clade vexarent. Quæ res animum illius, Ludovici Imp. ſcilicet, mitiſſimum adeo exaſperavit, ut quodammodo extraordinarie (ut videbatur) Miſſos dirigeret: nullum pene ad tantum iter conficiendum ſpacium tribuens; miſit Legatos ad Lotharium, commonens, ne talia fieri permitteret, monens, ut memor eſſet, quia quando ei Regnum Italiæ donavit, etiam curam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſimul commiſit; & quam ab adverſariis defendendam ſuſceperat, nequaquam a ſuis diripi permitteret: commonens etiam ſacramentorum nuper ab eo ſibi promiſſorum, ne forte obliviſcens, atque parvipendens ea, divinitatem offenderet: quod ſibi impune non futurum, non ignoraret; ſimul etiam jubens parare ſibi ſtipendiarias annonas, ſtativaſque congruas per omne iter, quod Romam tranſmittit. Dicebat enim ſe Limina beatorum Apoſtolorum viſere velle. Quod ne fieret, irruptio Normandorum in Friſiam impedivit. Ad quorum inſolentiam comprimendam pergens: miſit Miſſos ad Lotharium, Fulconem ſcilicet Abbatem & Richardum Comi-*

Ludovicus Imp. ſolicitus pro conſervandis juribus Rom. Eccleſiæ.

PAGIUS SÆC. IX Anno Eræ Hiſp. DCCC-LXXIV. Anno Hegiræ CCXXII. inchoato die 14. Decemb. fer. 5. A. C. 836.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6329.

☉ 5. BA. ☽ 1. P. 9. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 836.

GREGORII IV. PAPÆ 10.

LUDOVICI IMP. 23.

THEOPHILI IMP. 8.

I. *Duplex Legatio Ludovici Aug. ad Lotharium filium.*

ANnum I. ad V. Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCXXXVI. ſcribit: *Imperator Natalis Domini Feſtivitate celebrata* (ſc. apud Aquiſgranum) *Miſſos iterum ad Lotharium direxit, monentes eum reverentia ac obedientia paterna, paciſque illi concordiam multipliciter inculcantes. Ad quod manifeſtius agnoſcendum, juſſum eſt, ut ſuos, quibus maxime fidebat, Legatos ad patrem dirigeret, cum quibus tractari de ſuo honore atque ſalute poſſet, & qui paternam erga illum voluntatem audire ſibique fideliter nuntiare valerent.* Voce *iterum* utitur Annaliſta, quia Legatio hæc diverſa fuit ab ea de qua anno ſuperiori cum Auctore Vitæ Lodovici Pii egimus. Ad hanc poſteriorem Legationem Cointius hoc anno num. I. recte refert verba Liudolphi, Auctoris coætanei in Vita S. Severi Epiſcopi Ravennatenſis, quæ extat apud Bollandum ad diem I. Februarii: *Ludovicus Imperator Otgarium Moguntienſem Epiſcopum & Hildi Virdunenſem Antiſtitem, duoſque Comites, quorum alter Vvarinus, alter Adalgiſus vocabatur ad Lotharium filium ſuum, qui eo tempore Ticini morabatur, deſtinavit pro pace & amicitiis inter eos reparandis.* Peracta Feſtivitate Paſchali *Ludovicus Aug.* Aquiſgrano digreſſus in Theodonis villam pervenit, ibique Miſſos Lotharii menſe Maio, benigne ſuſcepit, nec non & quos ad eundem Lotharium nuper direxerat, *Otgarium* nempe Moguntiacenſem Archiepiſcopum, & alios tres mox memoratos, qui Legationem exitu valde proſpero obierunt. *Lotharius* enim rationum, quas attulere, vi perſuaſus Legatos ad patrem pro ſancienda pace ſtatim direxit, & eo tempore Reliquiæ Sanctorum Severi, Vincentiæ & Innocentiæ, quæ multis ſæculis in Diœceſi Ravennate quieverant, Moguntiam ſunt tranſlatæ, ut anno DCCCXXIV. narravimus. Quare quæ ibi de hac Tranſlatione diximus, huc revocanda. Cointius loco laudato & numer. LXII. Otgario, Hildino & duobus aliis Legatis *Malcvvardum* Prumiæ & Andaini Abbatem addit, quem a Biographo citato omiſſum fuiſſe arbitratur, quod Lupus Epiſtolis IV. & V. ad Eginhardum datis mentionem faciat Legationis Italicæ Matcwardi hoc circiter tempore obitæ. Verum cum Ludovicus Aug. varios per hæc tempora Legatos ad Lotharium filium miſerit, hæc *Malchvvardi* Legatio cum ea de qua hic agitur, non miſcenda.

II. *Legatio Lotharii Imp. ad patrem.*

Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. cap. 5. n. 31. refert extare in Bibliotheca Cæſarea veterem Codicem Hiſtoriæ Thegani Chorepiſcopi Trevirenſis, & in eodem antiqua etiam manu exaratam duorum annorum Appendicem ad eamdem Hiſtoriam, quam integram publicat, noſque in Criticam noſtram ſparſim inſeremus. Hoc ejuſdem Appendicis initium eſt: *Anno vero Regni ſui XXIII. habuit Imperator colloquium cum fidelibus ſuis in prædio Regali Theonis menſe Maio, & ibi venerunt Legati Hluthari a partibus Italiæ, Vvalach, qui erat Abbas, & Ribbaldus* (id eſt Richardus) *perfidus, & Ebarhardus fidelis cum cæteris nonnullis, nunciantes eum libenter venire ad patrem, ſi pacifice potuiſſet. Tunc aliqui Epiſcopi & cæteri Optimates promiſerunt ei fidem cum juramento, ſi infirmitas non prohibuiſſet. Tunc prænunciavit Domnus Imperator generale Concilium ſuum Vvormatiam Civitatem habere.* Annaliſta Fuldenſis ad annum DCCCXXXV. de hoc Conventu ad Theodonis villam coacto verba facit. Verum Lambecius citatus num. 23. ubi ex Codice Cæſareo ſupplet, & corrigit Editionem Pitheanam illius Annaliſtæ, obſervat quæ in eo anno DCCCXXXV. poſt hæc verba, *Imperator in Palatio Thedenhove*, &c. leguntur pertinere ad annum DCCCXXXVI. qui ante illa verba collocari debuit.

De

*mitem, necnon Adrebaldum Abbatem, quorum Fulco & Richardus reſponſum ſibi a Lothario referrent, Adrebaldus porro Romam pergeret, Gregorium Papam de neceſſariis conſulturus, & voluntatem Imperatoris, cæteraque ſibi injuncta, perlaturus.*

II. *Sed Lotharius de bis conventus, necnon de rebus quarumdam Eccleſiarum ablatis, quæ in Italia ſunt, quibuſdam annuit; quædam ſe non poſſe ſervare, reſpondit.* Hæc Legati retulerunt Ludovico, cum fugatis Normandis, eſt reverſus. Demiſſo autem Legato Romam, iſta idem auctor ſubdit: *At vero Adrebaldus Romam, ut juſſum ſibi fuerat, pervenit: dominum Gregorium Papam ægrotantem reperit, & maxime fluxu ſanguinis, qui licet ſenſim, continue tamen ex naribus defluebat. Sed tanta alacritate & gaudio ad verba Imperatoris, & compaſſiones ejus recreatus eſt, ut profiteretur pene ſe incommoditatis propriæ oblitum. Itaque admiſſum ad ſe opulentiſſime curavit apud ſe conſiſtentem, & ditiſſime muneravit recedentem, mittens cum eo duos Epiſcopos Petrum Centumcellenſis urbis & Georgium Regionarium Romanæ Urbis, ſimul Epiſcopum.*

*Lotharius prout audivit memoratorum Epiſcoporum ad dominum Imperatorem adventum, miſit Leonem, qui tunc apud illum magni loci babebatur, Bononiam, qui magno intentato terrore, ultra progredi Epiſcopos probibuit. Adrebaldus tamen epiſtolam Imperatori deſtinatam ab eis occulte ſuſcepit, & cuidam ſuorum ſub obtentu mendici, quouſque Alpes tranſiret, ferendam commiſit, ac poſt Imperatori porrexit.* Hactenus de rebus Eccleſiæ Romanæ anni hujus.

Sed mirandum illud accidit, ut Ludovicum Imperatorem pro Eccleſia Romana ſolicitum, plura & inexpectata conſecuta fuerint bona: etenim Deus expetiit ultionem de adverſariis ejus, quibus ipſe pepercerat, ſiquidem lues ingruens, eos, qui principes ſeditionis fuiſſe viſi eſſent, extinxit, & Normandos graſſantes in Friſios abſque ulla homi- III. Deus pugnat pro Ludovico dum ipſe tuetur Rom. Eccleſiam.

PAGIUS III. *Ludovicus Aug. ſuſcipit Legatos Lotharii, & audit quos ad eum is miſit.* De adventu Oratorum Lotharii Aug. ad Theodonis villam dum ibi *Otgarius* Archiepiſcopus Moguntiæ degeret, ſic loquitur Auctor Vitæ Ludovici Pii, ſtatim atque priorem Ludovici Aug. ad Lotharium filium Legationem memoravit: *In condicta porro villa* (Theodonis nempe, in qua jam dixerat Ludovicum Auguſtum aliud Placitum hoc anno celebrandum conſtituiſſe) *& tempore præfinito, affuere Miſſi a filio, quos ipſe præcepit, plurimi: inter quos etiam Vvala* (Veteris Corbeiæ Abbas) *primus affuit. Cauſa autem prædicta ventilata atque ad calcem perducta, Imperator cum conjuge reconciliari voluit, primum ipſi Vvala, dimiſſis, quæcumque in eos commiſerat, delictis, multa alacritate & benignitate cordis: mandavitque per eum & cæteros filio Miſſos, ut quantocyus veniret. Quod ſi faceret conſultiſſime ſibi futurum ſciret. Qui redierunt, & filio rem retulerunt. Sed ne mandatum Imperatoris ad effectum perduceretur, morbus febriſque interceſſit, & Vvalam quidem rebus humanis abduxit, Lotharium vero lectulo deiiciens maximo tempore languere fecit. Imperator vero Clementiſſimus natura, ut filium adverſa valetudine correptum audivit, per Miſſos fideliſſimos ſcilicet Hugonem fratrem ſuum & Adalgarium Comitem, eum viſitavit, atque omnia incommoda reſcire ſtuduit, imitatus videlicet Beatum David, qui multis inſectationibus laceſſitus a filio, mortem tamen ejus ægerrime tulit. At vero poſtquam deſeviente langore convaluit, nunciatum eſt Imperatori, eo quod conditiones ſacramentorum dudum promiſſas irrumperet, maximeque Eccleſiam Sancti Petri*, & cætera a Baronio num. I. & ſeq. recitata.

IV. *Plures e partibus Lotharii moriuntur.* De eadem Legatione Lothariana Annaliſta Bertinianus hæc præſenti anno refert: *Lotharius patris juſſionibus non uſquequaque refragans, menſe Maio in villa Theodonis ad Imperatoris præſentiam direxit Vvalonem Abbatem, cum quibus* (legendum, cum quo) *de adventu ejus tractatum eſt, ac noſtra ex parte firmatum, ut incolumis una cum ſuis ad patris veniret præſentiam, & deinceps redire potuiſſet, Sed & a ſuis ſimiliter ſacramento promiſſum eſt ei, ad genitoris ſui præſentiam ſtatuto Placito abſque dilatione venturum.* Auctor Vitæ Ludovici Pii paulo poſt verba ſupra recitata, ait: *Ea tempeſtate quanta lues mortalis populum, qui Lotharium ſecutus eſt, invaſerit, miſerabile eſt dictu. In brevi enim, id eſt, a Kalendis Septembris uſque ad Miſſam Sancti Martini*, (id eſt, Feſtum Sancti Martini quod XI. Novemb. celebratur) *hi Primores ejus vita exceſſerunt: Jeſſe olim Ambianenſis Epiſcopus* (anno DCCCXXX. Epiſcopatu depoſitus) *Helias Trecaſſinæ Urbis Epiſcopus* (Vir Lotharianis partibus addictus) *Vvala Corbeienſis Monaſterii Abbas* (de quo mox) *Mathfridus* (Comes quondam Aurelianenſis, qui tamen ex Thegano cap. 55. ante biennium dicitur vita functus), *Hugo* (Lotharii Aug. ſocer), *Lambertus* (Vir partium Lotharianarum) *Godofridus, itemque filius ejus Godofridus, Albertus Comes Pertenſis, Burgaretus quondam Præfectus venatoribus Regalibus, ſed & Richardus vix evaſit. Nam poſt non multum & ipſe moritur. Hi enim erant, quorum deceſſu dicebatur Francia nobilitate orbata: fortitudine, quaſi nervis ſucciſis evirata: prudentia his obeuntibus annullata*, &c. *Imperator hoc ſuſcepto nuntio nihil in ſe exultavit, nec morti inimicorum inſultavit; ſed pugno pectore tunſo, lachrymiſque oculis oppletis, Deum illis propitium fieri cum ingenti gemitu precatus eſt.* Annaliſta Bertinianus de ſolo Wala loquitur, aitque: *Vvalo Abba, cujus conſiliis Lotharius plurimum utebatur, in Italia obiit.* Adhæc Auctor Appendicis ad Hiſtoriam Thegani ad annum XXIII. Ludovici Aug. ſcribit: *Eodem anno ſupradictus Vvalba mortuus eſt, & cæteri nonnulli infidelium.*

V. *Inter quos Vvala Abbas Veteris Corbeiæ.* Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. I. in Obſervationibus præviis ad Epitaphium Arſenii ſeu Vitam Walæ Abbatis Corbeienſis in Gallia, quam a Paſchaſio Radberto ſcriptam exiſtimat, mortem *Vvalæ* in annum ſuperiorem confert, eamque in rem laudat verba Auctoris Vitæ Ludovici Pii mox a nobis recitata. Verum Cointius



minum cæde in fugam convertit. Sed quomodo commotus fuit Imperatoris animus audita morte adverſariorum, ab eodem auctore ſic accipe: *Sed & Imperatoris animum quis miretur digne, quanta temperantia divina gubernarit clementia. Etenim hoc ſuſcepto nuntio, nihil in ſe exultavit, nec morti inimicorum inſultavit, ſed pugno pectore tacto, lachrymiſque oculis oppletis, Deum illis propitium fieri cum ingenti gemitu precatus eſt. Hoc tempore Britonum impetus emotus eſt, ſed tam facile conquievit, quam Imperator in eum ſpem poſuit, cui veraciſſime dicitur: Sit teſtimonium tibi Domine, cum volucris poſſe.* Iſta ibi. Quibus perſpicue eſt demonſtratum, pugnare Deum pro Imperatoribus adverſus hoſtes, cum ipſi ſunt ſoliciti pro defenſione Eccleſiæ jurium.

IV. Quod rurſum ad Lotharium ſpectat (quantum colligere fas eſt ex rebus geſtis Sergii Papæ, hujus Gregorii ſucceſſoris cum Ludovico ejuſdem Lotharii filio) cæca dominandi libido mentem ipſius invaſit. Etenim qui adverſus patrem ea de cauſa moverat arma, ut eum Imperii poteſtate privaret: cum ea ſpe penitus ſe fruſtratum eſſe vidiſſet in matrem eadem ex cauſa furorem convertit in ipſam, inquam, Romanam Eccleſiam, a qua fuerat coronatus. Moleſto quidem ferebat animo, ſe titulo nominatum Italiæ Regem, & nonniſi Longobardiæ, earum ſcilicet, quas poſſederunt Longobardi, regionum potiri dominio, ac proinde invidere Romanæ Eccleſiæ, quæ liberalitate Regum Francorum prædeceſſorum ſuorum nobiliorem videretur partem Italiæ poſſidere. Quamobrem contra jusjurandum eidem Romanæ Eccleſiæ, cum corona ornaretur ab ea, præſtitum: contraque ipſius parentis Ludovici, Caroli avi proavique Pipini ſancitas pro Romana Eccleſia ſanctiones, dominandi univerſæ Italiæ flagrans ipſe cupidine, quas audiſtis adverſus Romanam Eccleſiam perturbationes excitare cæpit, ulterius progreſſurus, niſi fuiſſet a patre pio Imperatore correptus. Quievit quoad idem Ludovicus ſuperſtes fuit, quo defuncto, per filium ſuum idem prœlium renovavit: quod Dei virtute cito compreſſum eſt, ut in Sergio, ſuo loco dicturi ſumus. Sed quot ipſe malis poſt hæc fuerit exagitatus, quot preſſus ærumnis, æque ſuis locis & temporibus inferius apparebit; modo anni hujus reliqua proſequamur. Lotharius cur in Eccleſiam Romanam commotus.

Hoc

PAGIUS tius num. LI. & ſeqq. Auctorem Vitæ Ludovici Pii ibidem loqui de re, quæ hoc anno contigit, recte obſervat. Qua de re dubium eſſe non debet, cum ſi quæ in annotatione temporis apud Auctorem Vitæ Ludovici Pii obſcuritas ſit, Auctor Appendicis ad Hiſtoriam Thegani & Bertinianus Annaliſta eam penitus tollant, aliaque quæ ipſemet narrat non pauca a currenti anno removeri non poſſunt. Erat *Vvala* filius Bernharti ſeu Bernardi, Caroli Martelli filii, de quo & ejus fratribus ac ſororibus Paſchaſius Ratbertus in Vita Sancti Adalhardi Abbatis Corbeienſis in Gallia num. XXIII. ait: *Germani erant quinque, ut ſexu, ita diſcreti & ætate, ſed eadem uniti bonitate. Sanctus Adalhardus primum ætatis & ſanctitatis tenebat gradum: poſt quem VValo virorum clariſſimus, ordinis, juſtitiæ, & æquitatis hæredium: quibus Sancta Virgo Gundrada hærens ex latere, diſpar quidem erat ſexu, ſed non diſpar ſanctitate: quæ ſola inter venereos Palatii flores ignem juventutis meruit evadere. Reliqui duo Bernharius & Theodrada: quæ reddito fructu nuptiali ante pedes Jeſu Verbum Dei elegit audire cum Maria. Et ipſa quidem Sueſſionis Sanctimonialium rexit vitam: ille vero Corbeiæ Chriſti diſcipulatus adſumſit formam.* Auctor Vitæ Walæ citatus ait, Walam ſub exitum ſuæ vitæ omnem operam poſuiſſe, ut concordia Lodovicum inter & Lotharium Auguſto renovaretur: *Febre correptus, inquit, ſolicitior pro Auguſto Imperatore* (nempe Lothario) *apud quem tunc agebat, quam pro ſe erat, ne forte quod nuper patri promiſerat, abmitteret occaſione accepta, quia ipſe febribus vexabatur.* Antequam rediret in Italiam, ubi Bobienſis Abbas ab eodem Lothario renunciatus fuerat, in gratiam cum Ludovico & Juditha redierat, dimiſſis quæcumque in eos commiſerat, delictis, ut mox ex Auctore Vitæ Ludovici Pii diximus.

VI. *Ludovicus Aug. ad Lotharium & ad Gregorium PP. Legatos mittit.* Idem Scriptor ait, Ludovicum Aug. dixiſſe *ſe limina Beatorum Apoſtolorum inviſere velle. Quod ne fieret irruptio Nordmannorum in Friſiam impedivit.* Audita enim hac Nordmannorum irruptione, cujus etiam mentionem faciunt hoc hoc anno Fuldenſis & Bertinianus Annaliſtæ, Ludovicus Aug. animum ab itinere in Italiam ſuſcipiendo revocavit. Subdit enim Auctor Vitæ Ludovici Pii: *Ad quorum inſolentiam comprimendam pergens miſit Miſſos ad Lotharium, Fulconem ſcilicet Abbatem, & Richardum Comitem necnon Adrebaldum Abbatem* (Flaviacenſem nempe). *Quorum Fulco & Richardus reſponſum ſibi a Lothario referrent. Adrebaldus porro Romam pergeret, Gregorium Papam de neceſſariis conſulturus, & voluntate Imperatoris, cæteraque ſibi injuncta perlaturus. Sed Lotharius de bis conventus, nec non de rebus quarundam Eccleſiarum ablatis, quæ in Italia ſunt, quibuſdam annuit; quædam ſe non poſſe ſervare reſpondit. Fulco quidem atque Richardus Imperatori a Friſia poſt fugam Nordmannorum revertenti, talia nunciant in Franconoford Palatio, ubi ipſe autumnalem exercens venationem hyematum Aquiſgrani ſe ſe convertit. At vero Adrebaldus Romam, ut juſſum ſibi fuerat, pervenit, Dominum Gregorium Papam ægrotantem reperit, & maxime fluxu ſanguinis, qui licet ſenſim, continue tamen ex naribus defluebat. Sed tanta alacritate & gaudio ad verba Imperatoris & compaſſionis ejus recreatus eſt, ut profiteretur ſe pene incommoditatis propriæ oblitum. Itaque & Miſſum ad ſe opulentiſſime curavit apud ſe conſiſtentem, & ditiſſime muneravit recedentem, mittens cum eo duos Epiſcopos, Petrum Centumcellenſis Urbis, & Georgium Regiona-*

V. De tempore Concil. Aquiſgran. ſub Ludovico Imp.

Hoc eodem anno, octavo Idus Februarii, Indictione decimaquarta, celebrata reperitur Synodus Aquiſgranenſis ſub eodem Ludovico Imperatore, de qua dicturi. Primum admonendum eſt, in ejus exordio, cum tempus deſcribitur ejuſdem celebrati Concilii, errorem irrepſiſſe in numerum annorum, cum legatur celebratum anno Chriſti Redemptoris octingenteſimo trigeſimotertio, cum nullo modo coaptari poſſit is annus cum Indictione decimaquarta: nec eſt quod in ipſius Indictionis notam mendum potius irrepſiſſe poſſit exiſtimari, quam in notatos ibidem Chriſti annos; ſiquidem impoſſibile eſt eamdem Synodum ad dictum annum triceſimumtertium reduci poſſe, quo liquet, Ludovicum ipſum abſque Imperio ſub hoſtium poteſtate, redactum in ordinem, vitam duxiſſe privatam, jam ſe abdicare coactum; cum & ea, quæ in hac Synodo ſcripta habentur, demonſtrent, illa fuiſſe tranſacta tempora, & Ludovicum ipſum ſumma abſque metu rerum potiri. In numerum vero ita mendum irrepſiſſe mihi facile perſuadeo, ut quod notatum haberetur A. D. DCCCXXXVI. ſcriptor ita reddiderit XXXIII. quinarii numeri nota, V. in duo ſic diſſecta, II. Sed & corrigendum eſt, quod ibidem ſcriptum habetur, eamdem Synodum habitam anno Ludovici vigeſimoquarto, nempe ſequenti quo non decimaquarta, ſed decimaquinta Indictio ſcribenda fuiſſet. Ut etiam hoc anno ipſa Synodus potius celebrata dicatur, ſuffragatur auctor domeſticus Ludovici, qui res ab eo geſtas, quas præſens inſpexit, deſcribens, hoc ipſo anno (ſi temporum recta ratio habeatur) celebratum ponit Concilium Aquiſgranenſe frequenti collecto Epiſcoporum cœtu, de quo hæc ipſe ſummatim:

VI. Concilium Aquiſgranenſe.

*In ipſis etiam diebus, in quibus Purificatio beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ celebratur, conventus quidam magnus ſed præcipue Epiſcoporum Aquiſgrani convenit, in quo cum de aliis utilitatibus Eccleſiæ neceſſariis, tum præcipue de his rebus quæſtum eſt, quas Pipinus & ſui multis Eccleſiis abſtulerunt. Ob quam rem Imperialis auctoritatis, & communis conſilii commonitorium ordinatur, quibus commoneretur Pipinus & ſui, cum quanto periculo res Eccleſiaſticas pervaſerint. Quæ res proſperum ſuſcepit exitum. Nam Pipinus monita pii patris, ſanctorumque virorum libenter ſuſcipiens, omnia invaſa etiam per avunculi ſui impreſſionem, obedienter reſtituit.* Hæc ipſe. Subiicitur his apud Aimoinum conſtitutio Pipini Regis pro monaſterio S. Dionyſii, id expoſcente Hilduino ejus Abbate pro confirmatione villarum, ei a Ludovico Imp. conceſſarum: ſed quæ reperitur data anno decimoſeptimo Imp. Ludovici, plane ad dictum Concilium minime ſpectare cognoſcitur.

VII.

Quod quidem admonitione (ut ipſi in eo præfantur Epiſcopi) ejuſdem Imperatoris collectum Concilium conſtat: monuit ipſe Epiſcopos, ut de tribus capitibus potiſſimum agerent, nimirum de his, quæ ad Epiſcopos pertinere noſcerentur, de vita & doctrina ipſorum. Itemque ſecundo loco de his, quæ ad alios inferioris ordinis Eccleſiaſticos viros, Abbates, rectoreſque Eccleſiarum ſpectarent. Tertio vero loco ad ipſum Imperatorem ejuſque filios atque miniſtros recte diſponendos videri poſſent congrua eſſe. Quæ petita magna ex parte noſcuntur ex Concilio Pariſienſi antea celebrato, de quo ſuo loco ſuperius actum eſt; quæ & in Capitularibus Regum Francorum inveniuntur eſſe deſcripta.

VIII. Unde mala in regna proveniant.

Porro in hoc Concilio itidem repetita habetur & iterum inculcata cauſa, ex qua tot tantaque mala provenerint in Regnum Francorum, cum iſta videlicet tradunt: *Specialiter unum obſtaculum ex multo tempore jam inolevisse cognoſcimus: id eſt, quia principalis poteſtas, diver-*

ſis

PAGIUS

*narium Romanæ Urbis ſimul Epiſcopum. Lotharium porro ut audivit memoratorum Epiſcoporum ad Dominum Imperatorem adventum, miſit Leonem, qui tum apud illum magni loci habebatur, Bononiam, qui magno intentato terrore, ultra progredi Epiſcopos probibuit. Adrebaldus tamen Epiſtolam Imperatori deſtinatam, ab eis occulte ſuſcepit; & cuidam ſuorum ſub obtentu mendici, quouſque Alpes tranſierit, ferendam commiſit, ac poſt Imperatori porrexit.*

VII. *Synodus Aquiſgranenſis.*

A num. V. ad IX. Synodus Aquiſgranenſis die ſexta menſis Februarii habita, his verbis inchoatur: *Cum conveniſſemus Epiſcopi*, &c. *Aquiſgrani Palatii in Secretario Baſilicæ Sanctæ Genitricis Dei Mariæ, quod dicitur Lateranis, anno Incarnat. Domini N. J. C. DCCCXXXVI. Indict. XIV. anno vero Imperii prædicti Cæſaris XXIII. VIII. ſcilicet Iduum menſis Februarii*, &c. Coactum illud ad reſtaurandum Eccleſiaſticam diſciplinam, & duas in partes diſtribuitur; quarum una tripartitos Canones complectitur de tribus Capitulis a Ludovico Aug. ad tractandum propoſitis, *ideſt, ut ventilentur, ſine quo Epiſc. Epiſcopale miniſterium abſque offenſione divina ullo modo perficere non poſſunt, aut quid unumquemque Epiſcopum ſcire oporteat atque implere, nec omnino ignorare abſque periculo liceat; vel etiam quid ad ornatum Sanctæ Dei Eccleſiæ, & Miniſterium Sacerdotale pertineat*, ut legitur in Præfatione. Secunda pars tres in libros dividitur, quos Epiſcopi Pippino Aquitaniæ Regi direxerunt, ut quas ei res per Commonitorium antea ſuggeſſerant, Sacræ Scripturæ teſtimoniis & exemplis illuſtrarent. Periit iſtud Commonitorium, ſed quid contineret, abunde docent prædicti tres libri, & Auctor Vitæ Ludovici Pii, qui tamen perperam ait, Concilium Aquiſgranenſe *in ipſis die-*

*bus*



*ſis occaſionibus intervenientibus, ſecus quam auctoritas divina ſe habet, in cauſas Eccleſiaſticas proſilierit; & ſacerdotes partim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate in ſæcularibus negotiis & ſolicitudinibus, ultra quam debuerant, ſe occupaverint; & hac occaſione aliter quam divina auctoritas doceat, in utraque parte actum extitiſſe, dubium non eſt, &c.* Et inferius, cum damna, quæ ex his provenerint, revocaſſent in memoriam, remedia ad ea penitus amovenda æque adducunt in medium, cum ajunt: *Proinde cum liqueat nos plurimum ac multifarie exorbitaſſe, atque a miniſterio noſtro non minimum exceſſiße: in hoc ſummopere integritatem ſinceritatemque eſſe concuſſam, quod filiorum veſtrorum defectio atque improbitas, ſed & quorumdam procerum perverſitas atque infidelitas in inauditum a ſæculis facinus excreviſſe cognoſcitur. Quæ omnia nullo modo integra, & ad neceßarium dignumque finem perduci poſſe nobis videntur, niſi miſerante Domino, Imperiali poteſtate, paterna hæreditate, immo vigore ſinceriter reſtituto, honor ſanctæ Dei Eccleſiæ integerrime reparetur, & Epiſcopalis auctoritas proprio, immo a Chriſto Domino ſibi commiſſo officio denuo ſolidetur.* Hæc pro remedio bene Imperii diſponendi a Patribus ſunt inculcata tunc Ludovico Imperatori, & filiis Regna adminiſtrantibus profutura.

*Ann. Eccl. Tom. XIV.*

IX. Lugdunenſe Concilium.

Sed & eodem quoque anno apud Lugdunum alius conventus eſt habitus Epiſcoporum, cui & idem Ludovicus cum filiis interfuit, excepto Lothario, qui eſt impeditus ea, qua hoc anno laboravit infirmitate, ita flagellis a Deo correptus, cum inconceſſa tentaſſet. Porro in hoc Concilio agitata eſt cauſa Eccleſiarum Lugdunenſis ac Viennenſis, paſtori-

F f bus

PAGIUS

*bus, in quibus Purificatio Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ celebratur*, habitum fuiſſe, quod & habet Annaliſta Bertinianus, qui præterea perperam illud in annum ſequentem differt; quod non animadvertens Cointius, anno ſequenti de altero Conventu Aquiſgranenſi die Purificationis Beatæ Virginis habito verba facit. Auctor igitur Vitæ Ludovici Pii & Annaliſta Bertinianus aſſerunt, in hoc Concilio præcipue de rebus *quas Pippinus & ſui multis Eccleſiis abſtulerunt*, querelas fuiſſe, & *Pippinum* monita patris Sanctorumque Virorum ſuſcipientem, *omnia invaſa* reſtituiſſe. Verba Auctoris Vitæ Ludovici Pii recitat Baronius num. VI. In altera parte hujus Concilii, & libro primo refertur Epiſtola a Concilio ad Pippinum miſſa; & in libro tertio, ex Sanctis Patribus, Hieronymo præſertim & Auguſtino, complures ſententiæ proferuntur adverſus eos, qui poſſeſſiones Eccleſiarum, & ea quæ in Dei donaria collata ſunt, in ſuum lucrum vertunt. Tres libri illi non parum prolixi referuntur Tom. VII. Concil. cum Canonibus in hoc Concilio editis.

VIII. *Concilium Lugdunenſe anno ſuperiori habitum.*

Ad num. IX. Theganus loquens de rebus anno DCCCXXXV. geſtis ait: *Ipſe anno perrexit imperator ad partes Lugdunenſium, ubi obviam venerunt filii ſui Pippinus & Lodevvicus, qui natu juniores erant. Ibi ſedebat Imperator cum filiis ſuis quoaduſque Legati ſui in Italiam venirent ad Lotharium. Inde reverſus eſt Imperator, & venit ad Aquis ſedem ſuam, & Pippinus reverſus eſt in Aquitaniam, Lodevvicus reverſus eſt ad partes Auſtriæ.* Paulo poſt Opus ſuum his verbis abſolvit: *Iſte eſt annus XXIII. Regni Domini Lodevvici Piiſſimi Imperatoris*, &c. Quare inſinuat Theganus, qui hoc tempore vixit, Concilium Lugdunenſe anno ſuperiore celebratum fuiſſe, quod & diſerte habent Annaliſtæ Fuldenſis & Bertinianus, hicque *in menſe Junio* habitum obſervat. Erat *Theganus* Chorepiſcopus Trevirenſis, & Walafridus Strabo in Præfatione, quam ejus Opuſculo præfixit, ait, cum *breviter & vere potius quam lepide* illud compoſuiſſe. Quare errat Auctor Vitæ Ludovici Pii, qui hanc Lugdunenſem Synodum in præſentem annum confert. Porro loco horum verborum, *iſte eſt annus XXIII.* legendum cum MS. Cæſareo, *iſte eſt annus vigeſimus ſecundus*, ut docet Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. cap. 5. qui illud legit, & Appendicem ad Hiſtoriam Thegani, de qua mox, publicavit. Sed non tantum ex Thegano & Fuldenſi ac Bertiniano Annaliſtis liquet, hoc Concilium ad annum ſuperiorem pertinere; ſed etiam ex tribus Præceptis eo anno a Ludovico Aug. emiſſis, quorum prius refertur a Baluzio in Appendice ad libros de Marca Hiſpanica pag. 774. in quo legitur: *data XII. Kal. Januarias anno, Chriſto propitio, XXII. Imperii Domni Hludovici Piiſſimi Auguſti, Indictione XV. Actum Civitate Lugduno Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.* Sed loco, *Kal. Januarias*, legendum, *Kal. Junias*; Junius enim a Librariis ſæpe in Januarium mutatur, ut paſſim in hoc Opere oſtendimus. Præterea loco, *Indictione XV.* legendum, *Indictione XIII.* qui error numerorum Librariis familiaris. Secundum Præceptum recitatur ab eodem Baluzio lib. 3. Miſcel. pag. 166. in eoque habetur: *data VIII. Kal. Julias, anno Chriſto propitio, XXII. Imperii Domni Hludovici Piiſſimi Imperatoris, Indictione XIII. Actum Stramiaco ſupra fluvium Rhodanum in Dei nomine feliciter. Amen.* Concilium autem Lugdunenſe Stramiaci menſe Junio celebratum, ut mox dicemus. Tertium extat apud Dacherium in Notis ad Opera Guiberti Abbatis, quod his verbis clauditur: *XII. Kalendas Auguſti, anno, Chriſto propitio, XXII. Imperii Domni Ludovici Piiſſimi Auguſti, Indictione XIII. Actum Strennaco villa in Dei nomine feliciter. Amen.* Sed loco, *Strennaci*, Stramiacum reponendum. Manſit apud *Stramiacum* Ludovicus Aug. aliquandiu, quia vicinior erat Italiæ, reditumque expectabat Legatorum, quos Ticinum ad Lotharium filium direxerat, ut mox diximus ex Thegano, qui licet de Concilio Lugdunenſi verba non faciat, quia tamen tam Annaliſta Bertinianus & Fuldenſis, quam Auctor Vitæ Ludovici Pii eadem fere quæ Theganus de profectione Lugdunenſi Ludovici Aug. narrant, ſolumque addunt, eum ibi Conventum generalem habuiſſe, nullum dubium eſſe debet, quin Theganus illum ſubintelligat. Legati autem de quibus loquitur, alii non ſunt, quam

illi

bus tunc carentium, cum Agebardus Lugdunenſis Antiſtes contra Imperatorem conſpiraſſet, ſimul & Bernardus Epiſcopus Viennenſis conſcius criminis, facti eſſent extorres; verum Agebardus vocatus reddere rationem, non venit; ſed qui adfuit Bernardus rurſus diffidens cauſæ, fugam iniit. Subſtiterunt tamen Epiſcopi, detrectantes adhuc in abſentes ferre ſententiam.

X. Hoc eodem anno, quo prima Normandorum in Gallias irruptio in Francorum Annalibus recenſetur, facta etiam ponitur (a) tranſlatio S. Viti Martyris ad Cor-

(a) *Apud Sur. to. 3. die 15. Junii.*

PAGIUS illi de quibus anno DCCCXXXV. n. V. mentionem fecimus ex Auctore Vitæ Ludovici Pii qui eorum nomen tacuit.

IX. *Quæ in eo acta ſint.* Auctor Vitæ Ludovici Pii, quid in hoc Concilio actum ſit, his verbis explicat: *In quo cauſam Eccleſiarum Lugdunenſis atque Viennenſis vacantium ventilari fecit, eo quod Epiſcopi dudum illarum, Agobardus quidem juſſus ad rationem non venerit reddendam, Bernardus autem Viennenſis affuerit quidem, ſed rurſus fugam inierit. Sed hæc quidem res imperfecta remanſit, propter abſentiam, ut prædictum eſt, Epiſcoporum. Sed & cauſa Gothorum ibidem ventilata eſt quorum alii partibus Bernardi favebant, alii ducebantur favore Beringarii Huronici quondam Comitis filii. Sed Beringario immatura morte prærepto, apud Bernardum poteſtas Septimaniæ quam maxima remanſit, Legatis illuc miſſis, qui ea quæ indigebant correctione in meliorem componerent ſtatum.* Epiſcoporum cauſa propter eorum abſentiam judicari non potuit. Cauſa vero Gothorum, quæ in Gothia ſive in Septimania vertebatur, inter Beringarium Comitem Toloſanum, & Bernardum Ducem Septimaniæ, qui & Barcinonæ & Marcæ Hiſpanicæ Præfectus erat, ſopita fuit ejuſdem Beringarii morte, quæ juxta Theganum anno ſuperiori contigit, a quo tempore Bernardus Comitatum quoque Toloſanum obtinuit. Locus in quo celebrata eſt Synodus prope Lugdunum, ab Antiquis appellatus eſt *Stremiacum* vel *Stramiacum*, cujus ſitus valde obſcurus. Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum exiſtimat, eſſe *Criſmiacum* ſeu Cremiacum hodiernum Gallice *Gremieu*, qui locus ab Urbe Lugdunenſi quinque leucis non totis diſtat.

X. *Conventus VVormatienſis.* Ludovicum tamen hoc anno Conventum ſuum Generalem Wormatiæ coegiſſe auctor eſt Analiſta Bertinianus, qui ait: *Menſe Septembri ad indictum Placitum Vvormatiam venit. In quo cum dona annualia more ſolito reciperet, ac Lotharium operiretur, nunciatus eſt febri correptus nullatenus advenire poſſe. Ad quem directis denuo Hugone Abbate, & Adalgario Comite, de infirmitate ac recuperatione ejus, & voluntate impoſterum veniendi quæſitum eſt, necnon de reſtitutione rerum Eccleſiis Dei in Franciam conſtitutis, quæ in Italia ſitæ a ſuis pro libitu fuerant uſurpatæ. Verum & de Epiſcopis atque Comitibus, qui dudum cum Auguſta fideli devotione de Italia venerant, ut eis & Sedes propria, & Comitatus, ac beneficia, ſeu res propria redderentur. Adhæc Lotharius per Miſſos ſuos, oppoſitis quibuſdam conditionibus, non in omnibus ſe aſſentiri poſſe mandavit. Eodem tempore Nordmanni Doreſtatum & Friſiam rurſus depopulati ſunt.* Jam ad annum DCCCXXXV. de Normannis ſcripſerat: *Dum in eodem placito* (nempe Lugdunenſi) *moratur* (ſcilicet Ludovicus Aug.) *Nordmanni ſecunda irruptione Doreſtadum irruentes vaſtaverunt atque hoſtiliter deprædati ſunt.* De hoc Lotharii morbo, & Legatis ad eum miſſis loquitur etiam Auctor Vitæ Ludovici Pii ad hunc Chriſti annum, ut mox vidimus, qui ideo Conventum Wormatienſem in annum præcedentem male retrahit, ut eo anno oſtendimus, & recentes Hiſtoricos in errorem inducit. Hunc vulgarem errorem plane evertit Auctor Appendicis ad Hiſtoriam Thegani, qui poſtquam narravit colloquium ad Theodonis villam anno XXIII. Ludovici Aug. habitum, ſtatim ſubdit: *Tunc prænunciavit Domnus Imperator Generale Concilium ſuum Vvormatiam Civitatem habere, & juſſit, ut Hluthariuſ ibi obviam veniſſet mediante menſe Septembrio. Cumque die ſtatuto Imperator VVormatiam deveniret cum magna multitudine & filii ſui Pippinus & Hludovicus cum exercitu eorum, ibi iterum venientes Legati Hluthari & nunciaverunt, Hluthariuſ in febre bis interea valde laborare, & minime venire potuiſſe.* Et poſt hæc Walæ mortem refert.

XI. *Tranſlatio S. Caſtoris Presbyteri.* Tum in eadem Appendice hæc ſubiunguntur: *Eodem anno Hetti Beatus Treverenſis Archiepiſcopus divino juſſu inſtinctus aſportavit corpus S. Caſtoris de loco in quo ante requieſcebat, qui vocabatur Caradona, ad locum qui vocatur Confluentes* (vulgo Coblentz) *ubi Moſella in Rhenum intrat, ad Monaſterium quod ipſe ſupradictus Archiepiſcopus a fundamento conſtruxerat, ſicut ei in viſu præcepit Sanctus Maternus, qui erat tertius Treverenſis Archiepiſcopus; & in Feſtivitate S. Martini venit ſanctum corpus ad Confluentes cum magno honore, & in craſtinum die Dominico* (hoc anno dies XII. menſis Novemb. in Dominicam incidit) *conſecravit ſupradictus Pontifex illam Eccleſiam in honore Sancti Caſtoris & omnium Sanctorum, Confeſſorum. Et poſt conſecrationem ſuſcepit Sanctum corpus, & collocavit illud in Eccleſia honorifice ſicut dignum erat. Octavo vero die poſt conſecrationem, quod eſt XII. Kal. Decemb. die Dominico venit Domnus Imperator cum conjuge & liberis, & poſt Miſſarum Solemnia obtulit ibi maxima dona in auro & argento, & manſit ibi duos dies & totidem noctes, & honoravit eum ſupradictus Pontifex cum coniuge & liberis, & omni cum familia ſua donis innumeris. Domnus Imperator rediit Aquis ad ſedem ſuam, & ibi totam hyemem permanſit.* Bollandus ad diem XIII. Februarii refert Vitam Sancti Caſtoris Presbyteri, qui ſub finem ſæculi quarti vixit, ab Auctore Anonymo ſcriptam, ſed qui longe poſt hoc ſæculum Opus ſuum elucubravit.

XII. *Frequentes Nortmannorum in Gallias irruptiones.* Ad num. X. & ſeq. Baronius Nortmannorum in Gallias irruptionem hoc anno factam, de qua Annaliſtæ Fuldenſis & Bertinianus, *Primam* appellat. Verum Normanni Caroli Magni Principatu primum piraticam exercuere; deinde majore Claſſe contracta Friſiam & Saxoniam Germaniæ Regiones maritimas ac littora Galliæ vaſtarunt, ſicut & tempore Ludovici Pii, quo ora Galliæ, qua Oceano alluitur, cum inſulis Friſiaque vexata, ac tributum ab incolis nonnullis exactum. Per annos amplius centum Normanni jugulis Gallorum imminere Sacra prophanaque diripientes. Porro quam frequentes ante hæc tempora Normannorum in-



Corbejam Saxoniæ: uno enim eodemque anno contigiſſe, reliquias ejuſdem Martyris e Galliis in Saxoniam eſſe tranſlatas, atque Normandos auſos irrumpere in Francorum ditionem, ipſe Legatus Caroli teſtatus eſt apud Vvitichindum, iſtis verbis: *Poſtquam nos deſeruit inſignis Martyr Vitus, & ad noſtram perniciem, veſtramque perpetuam pacem Saxoniam viſitavit, communicare tecum maluit. Neque enim poſtquam tranſlatum eſt corpus ejus a nobis, civilia, vel externa, ceſſavere bella. Eodem quippe anno Dani, & Normandi regionem noſtram invaſerunt.* Hæc Legatus, & alii proſecuti res Francorum, & Saxonum.

XI. Hoc igitur anno octingenteſimo trigeſimoſexto, Indictione decimaquarta, Ludovici Imper. anno vigeſimotertio, eamdem factam eſſe S. Viti reliquiarum tranſlationem, qui præſens fuit auctor, teſtatum relinquit, procuratamque tradit per Vvarinum Abbatem novæ Corbejæ, petentem ab Hilduino ſancti Dionyſii Abbate, ut aliquem ex ſanctis Martyribus, qui illuc delati eſſent in Corbejam celebre monaſterium recens erectum transferendum concederet: quod & obtinuit, annuente id etiam ipſo Ludovico Imperatore, necnon Pariſienſi Epiſcopo; factumque id tradit decimoquarto Kalendas Aprilis, die Dominico, ſummo honore. Pariſios vero Roma tranſlatum idem Sancti corpus ante tradit, per Folradum Abbatem ejuſdem Sancti Dionyſii ſub Pipino Rege, cum contigiſſet ipſum Romam proficiſci: tranſvectum vero in Saxoniam per Vvarinum Abbatem, repoſitumque Corbejæ Idibus Junii, tradit. Cum tantum Martyrem Saxones omnes ſuſcipientes in patronum, mira a Deo per eum conſecuti ſunt beneficia. Quanta vero abundantia benedictionis in miraculorum etiam editione, idem Martyr Vitus in Saxoniam venerit, atque permanſerit, liber ipſe de ejus tranſlatione conſcriptus ſignificat. Quomodo autem poſt annos centum, ejuſdem S. Martyris Viti reliquias, petente Venceſlao Duce Boemiæ, Pragam tranſlatæ ſunt, in rebus geſtis ejuſdem Venceſlai prolixior habetur (a) oratio.

(a) *Apud Sur. to. 7. die 28. Sept.*

XII. Sed & novella Eccleſia Paderbornenſis in Saxonia adhuc lacte indigens, miraculo-



PAGIUS incurſiones in Gallias fuerint, docet Ermentarius Abbas Monaſterii Herienſis, teſtis oculatus eorum, quæ narrat in Hiſtoria Tranſlationis Sancti Filiberti hoc anno factæ: *Anno Incarnat. Domini ac Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione quarta decima, Ludovico vero glorioſiſſimo Imperatore vigeſimo & tertio regni ſui anno feliciter imperante,* &c. *Hilbodo etiam Venerabili Abbate gregem præfati Confeſſoris Chriſti Filiberti, Domino favente, ſecundum Regulam Sancti Benedicti gubernante, cujus juſſu ego, non dico operibus, ſed etiam verbis omnium ſuorum infimus Monachorum hæc narranda ſuſcepi. Cum repentini atque intempeſtivi, veluti dictum eſt, Nordmannorum minime ceſſarent occurſus, prædictus Pater Hilbodus, qui propter ipſam perfidam gentem in memorata inſula Caſtrum condiderat, una cum conſilio fratrum ſuorum Regem adiit Pippinum, ſuggerens ejus Celſitudini, quid ſuper hoc decernere vellet. Tunc vero glorioſus Rex ſuique Optimates* (*generale ſiquidem Regni ſui placitum exiſtebat*) *iſtiuſmodi rem ſolerti cura pertractantes, nequaquam ibi auxilium pugnandi aſſidue adminiſtrari poſſe repererunt ſcilicet quia ipſa inſula ledonibus maxime impedientibus* (eſt autem ledo ſeu leduna, ut oſtendit Ducangius in Gloſſario ſuo, æſtus maris languidior, qui per quatuor pene dies, tam ante quam poſt ſecundam atque ultimam Lunæ quadraturam menſe unoquoque accedit, cum certis diebus languidius & minore aquarum cumulo terræ oras adlambit,) *quibus mare tranquillatur inacceſſibilis eſſe minime dignoſcatur. Sed elegerunt revera, quod ſalubrius eſſe judicaverunt. Annuente quippe Pippino Sereniſſimo Rege, pari conſenſu omnes ferme Aquitanicæ Provinciæ Epiſcopi, Abbates, Comites, cæterique fideles, qui illic adfuerunt, inſuper & alii quamplures, qui hoc ſcire potuerunt, decreverunt multo melius fore Beati Filiberti corpus inde transferri debere, quam ibi relinqui. Quod effectum eſſe conſtat anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſupraſcripto.* Narrat poſtea Ermentarius miracula tunc patrata, ſicut & in Baſilica Deenſi, in qua Reliquias collocatas fuiſſe anno ſuperiori diximus.

XIII. *Tranſlatio S. Viti in Novam Corbejam.* Facta & alia hoc anno Tranſlatio S. *Viti* Martyris in Saxoniam. Warinus enim Abbas Corbejenſis in Saxonia & Abbas Resbacenſis in Epiſcopatu Meldenſi adiit Hilduinum Abbatem San-Dionyſianum, eumque rogavit, ut meminiſſet, ante aliquot annos, cum in Corbeja Saxonica exularet, ſe pollicitum eſſe Monachis ullius loci, *quod ſi ſe Dominus in honorem priſtinum collocaret, abſque retractatione aliquem Sanctorum, qui ſub Ditione ſua erant, eis daret*, ut inquit Monachus Anonymus Corbejæ Saxonicæ, qui Tranſlationi interfuit, in libello de Tranſlatione S. Viti Martyris in Saxoniam, recitato a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. 1. Addit Anonymus: *Quam petitionem Hilduinus Abba cum voluntate & licentia Piiſſimi Imperatoris Ludvvici conſenſu etiam Epiſcopi Pariſiacæ Urbis, cæterorumque Nobilium Virorum in ſupradicta Diœceſi commorantium libenter annuens, dedit ei corpus Sancti Viti pueri & Martyris Lucani, qui ſub Valeriani* (legendum Maximiani) *& Diocletiani temporibus paſſus eſſe, & a quodam Viro religioſo regnante Pippino, tranſlatus ab Italia in Franciam, & in Diœceſi Pariſiaca locatus narratur. Cujus merito, in loco, ubi poſitum fuerat corpus ipſius, multas Dominus virtutes operatus eſt. Fertur enim ab incolis loci illius, ubi Beatiſſimus Martyr in corpore quievit, quod a tempore, quo ipſo in loco poſitum fuerat, nunquam ibi tempeſtates aut fulgura nocuiſſent.* Jam dixerat Anonymus hanc Tranſlationem peractam eſſe *anno Incarnat. DCCCXXXVI. Indict. XIV. anno Imperatoris Ludovici XXIII.* Quo tempore Sancti Viti Reliquiæ in Galliam adductæ fuerint, narravimus anno DCCLXIV.

XIV. Ad num. XII. Eodem prorſus tempore, quo Re-

culorum gratia mirum in modum illuſtratur ex facta hoc item anno tranſlatione (a) ſacri corporis S. Liborii Epiſcopi Cenomanenſis in ipſam, cui hoc tempore præerat Baduardus ſecundus ipſius Antiſtes, qui ad Aldricum Cenomanenſem Epiſcopum Legatos miſit ad id, quod peteret, impetrandum. Ido Paderbornenſis presbyter, & Erconredus Cenomanenſis Eccleſiæ Archidiaconus ſcribunt, quæ per eumdem S. Liborium in eo loco & in tranſlatione, & poſtea dignatus eſt Dominus operari. Extat in hunc diem libellus de eadem tranſlatione conſcriptus ad Biſonem Epiſcopum Paderbornenſem, qui fuit ordine quartus ejus Eccleſiæ præſul. Porro Ido ejuſdem ſcriptor hiſtoriæ præcipuus inter eos, qui ad tantum obeundum negotium miſſi ſunt, omnem ſuæ profectionis hiſtoriam, & ſigna, quæ divinitus in ea oſtenſa perſpexerat, conſcripſit, & ab eo, qui accepit, ſive ſcriptis, ſive viva voce tradita ſimul jungens in dicto de ejus tranſlatione libello contexuit. Hic vero etſi non integrum libellum, ne nimia prolixitate moleſtiam ingeramus, ſaltem tibi deſcribemus ipſam legationem, qua calor ille fidelium innoteſcit, quæ breviter ſic ſe habet:

(a) *Apud Sur. tom. 4. die 23. Jul. Crant. hiſt. Sax. lib. 1. c. 28.*

Vireſcit eccleſia Saxonum ex miraculis S. Liborii.

XIII. *Anno Dominicæ incarnationis octingenteſimo trigeſimoſexto, Indictione decimaquarta, cum præfatus Ludovicus tertium & vigeſimum in Imperio annum ageret, Legati Paderburnenſes de Saxonia profecti, ad urbem Cenomanicam, quarta Kalendarum Majarum, die Veneris; inſinuanteſque Epiſcopo cauſam, pro qua miſſi fuerant, benigne ab eo ſuſcepti, Dei nutu, ut credimus, ſine mora petita impetraverunt. Sequenti namque die convocans omnem clerum, præſente ſuo quoque Corepiſcopo, David nomine, tractare cum eis diligenter cœpit, qualiter Miſſorum de tam longinqua parte venientium religioſis precibus decenter hoc poſſet annuere, ut Sancti alicujus integros, ut petebant, artus accipere mererentur.*

De S. Liborii corporis tranſlatione.

*Erat ibidem Sanctorum corporum magna copia, inter quæ S. Liborii quondam præſulis ejuſdem urbis præcipue glorificatum miraculis habebatur inſigne. Quod cum Epiſcopus præfatis nuntiis dare diſponeret: reniti primo cœpere plurimi, dicentes ſe illis pignoribus pretioſius nihil habere.*

XIV. *Tamdem vix omnium impetrato conſenſu, aſſumptis ſecum ſacerdotibus, & cujuſque gradus clericis, ſacri miniſterii veſtibus ornatis, Miſſos, qui ſanctos artus accepturi erant, adeſſe præcipiens, proceſſit ex urbe ad Eccleſiam, in qua ſacratiſſimum beati Liborii corpus digno cum honore conditum habebatur. Erat autem eadem Eccleſia juxta civitatem poſita, & in bonore duodecim Apoſtolorum dedicata, quam primus ejuſdem ſedis præſul, nomine Fabianus, condidiſſe fertur. Ad hanc itaque memoratus Epiſcopus, denuntiato prius jejunio, cum ſacro illo comitatu humiliter ac devote, ut ad tale opus decebat, perrexit, viciſſim pſalmos, litanias, hymnoſque decantans. In quam cum ipſe & plures ſecum ſacros artus de mauſoleo levaturi conveniſſent: mirum dictu, ſenſere cuncti inæſtimabilis odoris ſuavitate totam domum repente completam, qui diſſimilis odoramentis omnibus, quæ in terris, vel natura, vel arte fiunt, clarum cæleſtis cujuſdam præſentiæ dedit indicium. Ita enim omnium, qui aderant, mentes magis, quam corpora ineffabili jucunditate immutaverat, ut velut in ecſtaſi poſiti, aliarum rerum obliti, tantum ibi manendi delectatione tenerentur. Nec dubium, quin ipſe tunc fuerit in medio multorum fidelium in ſuo nomine congregatorum, qui paucis quondam diſcipulis ſuæ viſionis dulcedinem præbuit, ut primus eorum diceret (b): Domine bonum eſt nobis hic eſſe, &c.* Pergit dicere de elevatione ſacri corporis, & ingentibus in plures diverſi generis collatis miraculis, quæ, ſi velis tu, conſulas, hæc enim ad inſtitutum jam ſatis.

(b) *Matt. 17.*

Se-

PAGIUS

*Tranſlatio S. Liborii in Eccleſiam Paderbornenſem.*

Reliquiæ *S. Viti* Martyris ad Novam Corbejam Diœceſis Paderbornenſis tranſvehebantur, corpus quoque S. *Liborii* Cenomannenſis quondam Epiſcopi Cenomanno Paderbornam tranſlatum eſt, ut fuſe Baronius & Cointius hoc anno narrant. Cauſa Tranſlationis hæc profertur, quod *Baduradus* Epiſcopus Paderbornenſis videns, *quia rudis adhuc in fide populus, & maxime plebejum vulgus, difficile poterat ab errore gentili perfecte divelli, latenter ad avitas quaſdam ſuperſtitiones colendas ſe convertens*, exiſtimavit, eum facilius ab infidelitate revocatum iri, ſi alicujus Sancti illuc Corpus afferretur, ob miraculorum, quæ fierent oſtenſionem. Quare hoc anno, Indict. XIV. anno Ludovici Aug. XXIII. Legatos ad Urbem Cenomannicam miſit, & *a Sancto Aldrico* Cenomannicæ Urbis Epiſcopo Corpus Sancti Liborii Epiſcopi quondam Cenomannenſis obtinuit, ut refert Anonymus in Hiſtoria de Tranſlatione Sancti Liborii.

XV. Quarta Theophili Aug. in Sarracenos expeditio hoc circiter anno ſuſcepta: *Vere ineunte*, inquit Cedrenus, *Agareni & Theophilus ad bellum inter ſe gerendum facta expeditione, alter alterius metu domum nulla re geſta redierunt.* Idem habet Porphyrogenneta in Continuatione Theophanis, pag. 76.

*Quarta expeditio Theophili Aug. in Saracenos.*



I. Cometæ apparitio.

SEquitur Redemptoris annus octingenteſimus trigeſimusſeptimus, Indictione decimaquinta, quo Ludovicus Imper. cœleſtibus admonitus ſignis, tamquam proxime moriturus, multa ſancte pieque diſpoſuit. Aſtronomus ipſe, qui res geſtas a Ludovico conſcripſit, hæc pariter, ut ſe habuerunt, quam fideliſſime ita poſteris tradidit: *Mediante*, inquit, *feſtivitate Paſchali dirum ſemper ac triſte portentum, ibidem, Aquiſgrani ſcilicet, cometæ ſidus in ſigno Virginis apparuit, in ea parte ejuſdem ſigni, qua penulam ejus, ſubtus caudam vero ſerpentis ſimiliter, cornuque conſtringunt. Quod cum non more errantium ſeptem ſiderum, Orientem verſus peteret, per vigintiquinque dies (quod mirum eſt dictu, idem ſidus & Leonis & Cancri, necnon Geminorum tranſiens ſigna, in capite Tauri tandem ſub Aurigæ pedes, igneum globum, jubarumque prolixitatem depoſuit, quas uſquequaque porrexerat antea. Quam rem cum primum Imperator talium ſtudioſiſſimus conſpexiſſet, conſtitit, & antequam quieti membra committeret, accitum quemdam, itemque me, qui hæc ſcripſi, & qui hujus rei ſcientiam habere credebar, percontari ſtuduit, quid ſuper ea mihi videretur.*

II. De Cometa inveſtigatio.

*A quo cum tempus peterem, quo faciem ſideris conſiderarem, ac per hæc rei veritatem inveſtigarem, & cognitam in craſtinum nuntiarem: Imperator ratus (quod erat verum) me tempus redimere velle, ne cogerer triſte aliquid reſpondere: Perge, inquit, in mœnia huic domui contigua, & nobis quæ reſpexeris, nuntia: novi enim, a me hanc ſtellam nequaquam præterito veſpere viſam, vel a te monſtratam, ſed ſcio hoc ſignum cometarum eſſe, de quo jam præteritis diebus locuti ſumus. Quid autem tibi portendere videatur, edicito. Cumque aliquid dicerem, & aliqua tacuiſſem: Unum eſt, inquit, quod adhuc ſilentio premis; Mutationem enim Regni, mortemque Principis hoc portento monſtrari dicunt. Cumque ego teſtimonium Prophetæ in medium protuliſſem, quo dicitur: (a) A ſignis cæli ne timueritis, quæ pavent Gentes: ille ſolita uſus magnanimitate & prudentia: Non alium, inquit, timere debemus præter illum, qui noſtri & hujus ſideris creator eſt. Sed ejus clementiam non ſatis laudare, & imitari poſſumus, qui noſtram inertiam, cum ſimus peccatores & impœnitentes, talibus indiciis dignatur admonere. Quia ergo & me, & omnes communiter hoc oſtentum tangit: omnes pro poſſe & ſapere ad meliora feſtinemus, ne forte miſericordiam illo prorogante, & noſtra impœnitudine impediente, nos illa inveniamur indigni.*

(a) *Jer. 10.*

III. Ludovicus bene uſus occaſione.

*His dictis & ipſe pauliſper mero indulſit, & omnibus id facere juſſit, & unumquemque ad ſua ſe colligere præcepit, noctemque illam (ut nobis perlatum eſt) pervigilem duxit, ac Dei laudibus, & obſecrationibus * honoratam luci ſupervenienti præſentavit. In cujus crepuſculo miniſtros aulicos vocavit, & eleemoſynas quam largiſſime pauperibus, ac ſervis Dei tam monachis, quam canonicis porrigi juſſit, Miſſarumque ſolemnia per quoſcumque potuit celebrare fecit, non tantum ſibi metuens, quantum Eccleſiæ ſibi creditæ proſpiciens.* Et inferius:

* oneratam

*In his Imperator tota æſtate conſiſtens, indixit generalem conventum Autumni tempore, id eſt, Septembri mediante, in Cariſiaco. In quo loco & tempore filius ejus Pipinus ab Aquitania ad eum venit, & ipſi conventui interfuit; ubi Dominus Imperator filium ſuum Carolum armis virilibus, id eſt, enſe cinxit, corona regali caput inſignivit, partemque* Re-

Carolus coronatur Rex Neuſtriæ.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXV. Anno Hegiræ CCXXIII inchoato die 3. Decemb. fer. 2. A.C. 837. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6330.

☉ 6. G. ☽ 2. P. 1. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 837.

GREGORII IV. PAPÆ 11.

LUDOVICI IMP. 24.

THEOPHILI IMP. 9.

AD num. III. poſt Paſcha, *inſiſtente Auguſta & Miniſtris Palatinis, quamdam partem Imperii Imperator filio ſuo dilectiſſimo Carolo Aquiſgrani tradidit. Sed quia inofficioſa remanſit, a nobis quoque ſilentio premitur. Quam rem auditam cum fratres ejus ægre tuliſſent, mutuum iniere colloquium; ſed nil ſe contraire poſſe intuentes, & cœptum diſſimulantes, motus patris, qui ex hoc accidiſſe videbantur, facile compoſuere. In his Imperator tota æſtate conſiſtens, indixit generalem Conventum, autumni tempore, ideſt Septembri mediante, in Cariſiaco*, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii. Priorem illam partitionem ab eodem Imperatore in Conventu Aquiſgranenſi factam, hic Auctor prætermiſit, ſed qua parte Regni donationem jam Carolo factam Imperator hoc anno amplificarit, diſerte memorat Nithardus lib. 1. qui ſubjungit: *Quod quidem Lodharius & Lodhuvvicus audientes graviter ferebant, unde & colloquium indixerunt. Ad quod venientes, cum nihil ex his indignari ſe poſſe viderent, callide diſſimulantes quidpiam ſe contra patris voluntatem moliri velle, diſceſſerunt. Verumtamen ob* id

*In Familia Ludovici Aug. diſcordia enata.*

*Regni, quam homonymus ejus Carolus habuit, id eſt, Neuſtriam attribuit. Itaque dominus Imperator inter filios, quantum poſſibile fuit, coagulo benevolentiæ fir-*

PAGIUS *id colloquium commotio non modica exorta eſt, ſed facile quievit* [1].

II. *Irruptio Nortmannorum in Friſiam.*

Inter hæc Nortmanni in Galliam irrupere, ut Annaliſta Fuldenſis ad hunc annum juxta MS. Cæſareum, his verbis narrat: *Nordmanni tributum exactantes in Vvalchram inſulam* (ſeu Walachriam in Friſia cis Rhenum poſitam, ut docet Annaliſta Bertinianus) *venerunt, ibique Egginhardum ejuſdem loci Comitem & Hemmingum Halpdani filium cum aliis multis XV. Kal. Jul. occiderunt, & Doreſtadum vaſtaverunt, acceptoque a Friſionibus tributo reverſi ſunt. Imperator omiſſo itinere Italico Aquiſgrani hyemavit.* Quid poſtea actum ſit, refert Auctor Chronici de Geſtis Nortmannorum in Francia, a Ducheſnio Tom. II. publicati: *A. D. DCCCXXXVII. Nortmanni in inſula, quæ VValaria dicitur, multos trucidaverunt, & aliquando inibi commorantes, cenſu exacto ad Doraſtadum pervenerunt, & tributa ſimiliter exegerunt. Quibus Ludovicus Imperator auditis ad Noviomagum Caſtrum properare non diſtulit. Cujus adventu Nortmanni audito, continuo receſſerunt.* Idem narrat Annaliſta Bertinianus, aitque, Noviomagum Caſtrum *vicinum* fuiſſe *Doreſtado.*

III. *Ob eam Ludovicus Aug. a conſilio Romam eundi diſcedit.*

Auctor Appendicis ad Hiſtoriam Thegani, de quo anno ſuperiori locuti ſumus hanc Normannorum irruptionem etiam narrat, eoſque alios a Danis non fuiſſe nos edocet; quos enim Auctores laudati Normannos; ipſe Danos appellat: *Anno vero XXIV.* (Ludovici nempe Aug. inquit Auctor ille Anonymus) *prænunciavit Imperator, ut cum omni exercitu voluiſſet ire Romam cum filiis ſuis Pippino & Hludevvico, & ſtatuit ſeditiones* (ſedicionis nomine intelligenda conſpiratio in mortem aut damnum alicujus ut exponit Ducangius in Gloſſario) *in nonnullis locis contra Danos* (pro Danis.) *Illi vero Danai nave venientes ad unam ſeditionem* (legendum, ſedicionem juxta dicta) *& interfecerunt ibi innumerabilem multitudinem Chriſtianorum, & ibi cecidit Hemminch, qui erat ex ſtirpe Danorum Dux Chriſtianiſſimus, & Eccibardus* (quem Annaliſta Fuldenſis Eggihardum vocat) *alius Dux, & multi Optimates Imperatoris, & aliqui comprehenſi ſunt, & poſtea redempti. Hoc audiens Imperator dimiſit iter quod prænunciatum habebat, & revertens ad prædium Gundulphi, cum omni exercitu venit Noviomagum Caſtrum, quod ſitum eſt ſuper fluvium Valum* (ſeu, ut nunc loquimur, Vahalim.) *Explicit origo Regum atque Acta.* Quibus verbis Auctor ille Appendicem ſuam duorum annorum ad Annales Thegani, claudit. Annaliſta Bertinianus hoc anno etiam aſſerit, Ludovicum Aug. ob Normannorum irruptionem a conſilio Romam proficiſcendi diſceſſiſſe. Auctor Vitæ Ludovici Pii, cujus verba anno ſuperiori retulimus, ſcribit Imperatorem eo anno Romam proficiſci conſtituiſſe, ſed vel hallucinatur, vel Imperator ſemel & iterum in animo habuit profectionem Romanam ſuſcipere.

IV. *Geſta in Conventu Cariſiacenſi.*

Quoad Conventum apud Cariſiacum menſe Septembri habitum, ei interfuere Ludovicus Aug. & Pippinus ac Carolus ejus filii nequaquam vero Lotharius Aug. & Ludovicus Rex Bojoariæ, qui palam teſtabantur ſibi diſplicere, quod pater Regnum Caroli fratris tot Provinciis adauxiſſet, ut Auctor Vitæ Ludovici Pii indicat, qui addit, Imperatorem eundem Carolum corona Regali inſigniſſe, Neuſtriamque ei dediſſe. *In eodem loco & tempore pene omnes Septimaniæ Nobiles affuerunt, conquerentes adverſus Bernardum Ducem illarum partium; eo quod illius ſatellites tam rebus Eccleſiaſticis quam privatis, abſque ullo reſpectu divino, humanoque, pro libito abuterentur. Unde petierunt, ut Dominus Imperator ſub ſuæ protectionis munimine eos ſuſciperet, & poſt hæc tales Miſſos in eamdem terram dirigeret, qui & poteſtate & prudentia de ablatis æquo libramine penderent, & avitam eis legem conſervarent,* [2] Gothicam nempe, qua Septimani utebantur, ut locum illum recte interpretatur, Marca lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 24.

V. *S. Aldricus Epiſc. Cenomannenſis huic Conventui intereſt.*

Complures Epiſcopi Conventui Cariſiacenſi interfuere, & inter eos S. *Aldricus* Cenomannenſis Epiſcopus, qui eleemoſynæ Eccleſiæ Cenomannenſi a ſe factæ confirmationem ab Imperatore tunc obtinuit, cum Aniſolenſi Monaſterio, quod Eccleſiæ ſuæ prius ablatum graviſſime querebatur, ut legitur in ejus Vita, ab ipſius Aldrici diſcipulis ſcripta, & a Baluzio lib. 3. Miſcellan. in lucem emiſſa. Diploma ab Imperatore datum ibidem cap. 50. recitatur, ejuſque initium eſt: *Cum in nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domnus Hludovicus Imp. anno incarnat. Dom. DCCCXXXVIII.* (legendum DCCCXXXVII. ut

NOTÆ [1] AD hunc annum referenda mihi videtur ſtipulatio in Regeſto Sublacenſi pag. 95. ubi *Erpho vir magnificus* vendit, & *libellario nomine* tradit *Domno Theodoro Sanctiſſimo Epiſcopo Gavinenſis Eccleſiæ fundum, qui appellatur Tranquillianu, ſive Carculianu, & Laveranum poſitum via Tiburtina milliario ab urbe Roma plus minus XX. juris venerabilis Xenodochii, quod appellatur Valeri.* Jurant per *Deum Omnipotentem &c. ſanctaque Sedis Apoſtolicæ Principe a Deo coronati Domno Laudoico & Chlothario magni Imperatoribus, ſeu ſalutem viri beatiſſimi, & Apoſtolici Domni Gregorii ſummi Pontificis & univerſali quarti Papæ.* In fine. *Quam ſcribendam rogavi Johannes in Dei nomine conſul & tabellio urbis Romæ. In qua ego ſupraſcriptus ſubtus manu propria ſignum † crucis feci, & teſtes, qui ſubſcriberent rogavi, & vobis ſupraſcriptis contradidi in menſe, & Indictione ſupraſcripta XV.* Ex Indictione XV. quæ A. D. 837. in curſu fuit, hujuſmodi ſtipulationem confectam fuiſſe colligo. GEORGIUS

[2] AB hac inauguratione ſua in regem epocham onam regni deduxiſſe Carolum, eruo ex data concilii apud Bonilum. Conſignatur enim Caroli anno *XVI. Indict. I. die VIII. Kalendas Septembris*; quæ omnia cum anno 853. concurrunt, ducta epocha regni Caroli a Septembri hujus anni. Hinc patet notam numeralem anni DCCCLV. quæ huic concilio in Anecdotis Martenii additur, corruptam eſſe, & ita emendandam *anno DCCCLIII.* MANSI



*firmato, Pipinum in Aquitaniam, Carolum autem in portionem Regni ipſi attributam dimiſit, & præſentes quidem Neuſtriæ provinciæ primores Carolo manus de-*

PAGIUS ut mox patebit) *ad univerſorum cauſas audiendas vel recta judicia terminanda in Cariſiaco Palatio publice reſediſſet, & conventum generalem totius populi una cum Pippino & Carolo filiis ſuis, glorioſis videlicet Regibus, & Synodum Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum ibidem generaliter ad Eccleſiaſtica ſive mundana negotia tractanda, nec non & ad utilitatem Sanctæ Dei Eccleſiæ fulciendam coadunatum haberet.* In fine vero: *Data VIII. Idus Septembris anno, Chriſto propitio imperii Domni Hludovici Piiſſimi Auguſti XXV. Indictione I. Actum Aquiſgrani Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.* Sed loco *VIII. Idus Septemb.* legendum, *VIII. Idus Novemb.* aut *VIII. Idus Decemb.* annuſque ille XXV. [1] Ludovici Aug. ab anno DCCCXIII. quo nominis Imperialis conſors factus eſt, deducendus. Conventus enim Cariſiacenſis habitus medio Septembri, ut jam ex Auctore Vitæ Ludovici Pii diximus, quod & Nithardus lib. 1. diſerte etiam habet, ideoque quod in eo geſtum *VIII. Idus Sepemb.* poſtea Aquiſgrani confirmari non potuit. Cointius hoc anno num. XXXIX. eodem Ludovici Aug. Præcepto recitato arbitratur, cauſam Carilephiani Cœnobii apud Cariſiacum VIII. Idus Septemb. judicatam eſſe, & Librariorum errore loco *Cariſiaci Palatio Regio* ſcriptum eſſe, *Aquiſgrani Palatio Regio.* At cum medio tantum Septembri menſe Conventus incœptus fuerit, cauſa illa die ſexto ejuſdem menſis, nec terminari, nec inchoari potuit. Præſentes fuiſſe dicuntur *Drogo Archiepiſcopus & Senior Capellanus*, Epiſcopus nempe Metenſis & Archicapellanus: *Autkarius Archiepiſcopus*, Moguntinenſis ſcilicet: *Agobardus Archiepiſcopus*, ſcilicet Lugdunenſis, qui ideo in ſuam Eccleſiam reſtitutus fuerat: *Bernardus Achiepiſcopus*, nempe Viennenſis, indeque liquet, eum etiam tunc Sedi ſuæ redditum fuiſſe. *Ambo poſtmodum Piis Imperatoribus agentibus, Sedem recepiſſe*, in Chronico Adonis perhibentur. Mitto nomina aliorum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum apud Baluzium legenda.

VI. *Ejus Virtutes & Epiſcopatus initium.*

Quia vero ſæpe nobis *Aldrici* Epiſcopi Cenomannenſis mentio facienda erit, hæc ex laudata ejus Vita notanda duxi. Is duodecim annos natus a patre ad Carolum M. & Ludovicum ejus filium deductus, cum poſt aliquod tempus inſtinctu divino monitus fuiſſet, ut militiam ſæcularem dimitteret, ad Carolum M. acceſſit, qui cum ab ea cogitatione eum avertere non poſſet, quod poſtulavit, conceſſit, Præbendam nempe cum duobus Clericis in Civitate Metenſi, ubi *Cantum Romanum atque Grammaticam ſive Divinæ Scripturæ ſeriem pleniter atque doctiſſime* didicit. Poſt duos Clericatus ſui annos a Gundulfo Epiſcopo Metenſi Diaconus ordinatus eſt, cui cum *Drogo* in Epiſcopatum ſucceſſiſſet, eum Presbyterum conſecravit, & Seniorem Cantorem conſtituit, tandemque tam Civitatis quam Monaſteriorum cum omni Clero ſuo Magiſtrum declaravit. Cum egregiæ ejus virtutes ad aures Ludovici Imp. perveniſſent, *eum Seniorem Sacerdotem ſuumque Confeſſorem præeſſe conſtituit.* Poſt quatuor menſes mortuo Epiſcopo Cenomannenſi a Landramno Metropolita Turonenſi in ejus locum ſubrogatus eſt, & Ludovicus Aug. ipſum reluctantem, ut Sacrum ſuſciperet Miniſterium, hortatus eſt. *XI. Kal. Januarii, anno Incarnationis Domini Noſtri I. C. DCCCXXXII.* Epiſcopum conſecratum eſſe Auctor ejus Vitæ docet. Is vero dies XI. Kal. Januarii, ſeu dies XXII. menſis Decemb. eo anno in Dominicam incidit, ideoque Aldrici ordinationis dies certus. In Actis enim Epiſcoporum Cenomannenſium a Mabillonio Tom. III. Analect. publicatis *Franco* ejus Deceſſor mortuus dicitur *anno DCCCXXXII. VIII. Idus Novemb.* a quo die ad XXII. menſis Decemb. Imperator, qui abſens erat, de hac electione moneri potuit; & quæcumque in ea Vita dicuntur, peragi. Denique hoc anno cum lis inter eum & Abbatem Carilephianum verſaretur de Monaſterio Sancti Carilephi, quod ſuis Deceſſoribus Aldricus datum fuiſſe contendebat, judicatum eſt eum *canonice & legibus memoratum Monaſterium habere conquiſitum, & evendicatum*, ut cap. 50. ejus Vitæ legitur.

VII. *Ultima expeditio Theophili Aug. in Saracenos.*

Theophilus Imp. quintam & ultimam in Saracenos expeditionem hoc anno ſuſcepit, ut ex iis, quæ anno ſequenti dicemus, manifeſtum fiet: *Theophilus*, inquit Porphyrogenneta lib. 3. num. XXIX. *Majoribus rurſum animis adverſus Agarenos proficiſcitur, paterna ſe minorem audacia videri, ægre ferens. Longe itaque in Syriam progreſſus, obvia quæque vaſtat, deprædatur, diripit, duaſque captas Civitates ſolo tenus di-*

NOTÆ [1] IN Inſtrumento hoc Aquiſgranenſi nullum ſubeſſe mendum ſuſpicor; ſed rem totam ita compono. Anno 837. circa Septembris medium Synodus Cariſiaca celebrata fuit; in qua de Aniſolenſi Cœnobio actum. Dein ſuccedenti anno 838. de cauſa illa Aniſolenſi, in Synodo præcedentis anni definita, præceptum a Ludovico datum fuit Aquiſgrani die ſexta Septembris anno ejuſdem Ludovici XXV. ab obitu patris, indictione I. a januario ducta. Annus igitur 838. de quo in privilegio non ad ſynodum Cariſiacam, cujus in eodem privilegio mentio eſt, ſed ad annum quo charta conſignata eſt, pertinet. Id autem perſpicue demonſtro ex verbis Flori magiſtri in lucubratione ſua de damnatione Amalarii facta in ſynodo Cariſiaca, de qua nos in nota ad A. 830. II. Poſtquam enim ille de ſynodo Cariſiaca *nuper*, ut ipſe adnotat, *habita* egiſſet; ſubdit eccleſiam Lugdunenſem tunc habuiſſe *Epiſcopum ſine poteſtate* & *Magiſtrum*, nempe Amalarium *ſine veritate.* Hic Epiſcopus ſine poteſtate erat utique Agobardus, quem fuga ſe proripuiſſe eo quod contra Ludovicum ſteterit, Pagius ad A. 834. 4. notavit. Ex hoc igitur Flori teſtimonio conſtat, Agobardum ſynodo Cariſiacæ non interfuiſſe, cum etiam poſt concilium illud nondum in gratiam rediiſſet. Cum autem Agobardi nomen legatur in ſubſcriptione privilegii Aquiſgranenſis, hinc non immerito deduceremus chartam illam, non quidem ſtatim poſt ſynodum celebratam, ſed vertente anno ſcriptam fuiſſe. Conſtat inſuper ex dictis reſtitutionem Agobardi non ad præſentem annum 837. cum Pagio, ſed forte ad ſequentem annum 838. referendam eſſe. MANSI

*dederunt, & fidelitatem ſacramento obſtrinxerunt, abſentium autem quiſque poſtea idem fecerunt.* Hæc de Caroli ad Regnum promotione, atque de rebus Occidentalibus ſatis.

Octin-

PAGIUS *diruit: quin & ipſam oppugnat Zozopetram* (quæ Syriæ Urbs erat) *Amerannunæ* (ideſt Caliphæ, qui hoc tempore erat Mutaſimus) *patriam, a qua ille ut recederet, ſcriptis literis etiam atque etiam rogaverat quamquam Theophilus ei minime obtemperavit, hiſque adeo geſtis, Conſtantinopolim reverſus eſt: relicto Theophobo, cum mandatis, ut res Perſarum componeret, iiſque compoſitis feſtine ad eum rediret. At Perſæ eum Sinope* (eſt Urbs Aſiæ Minoris in Paphlagonia ſita) *detinentes reluctantem ſane, Imperatorem conſalutarunt. Is partim Imperatoris reverentia & cultu, partim metu deterritus, rem detrectabat, diraque paſſuros pro hac temeritate auſuque aiebat. Quocirca illi minis territi, obfirmatius herere propoſito, animoſque Theophobo, quem medium habebant, facere. Ille porro clam Imperatori rem ſignificat jurejurando confirmans,* Non ſe ſed Perſas hujus auctores facinoris eſſe. *Ac tunc quidem Theophilus voluntatem Theophobi approbavit, & in Aulam revocato, priſtinam dignitatem reſtituit.* Addit Porphyrogenneta Theophilum Perſas in varias Provincias ac legiones diſperſiſſe, & non multa poſt Theophobum occidiſſe. Meminit hujus Theophili expeditionis Elmacinus lib. 2. Hiſt. Sarac. ad annum Hegiræ CCXXIII. occaſione belli anno ſequenti adverſus Theophilum a Mutaſimo Calipha geſti; *Aiunt autem Theophilum Romanorum Imperatorem egreſſum, cum centum militum millibus obſediſſe Zabatram* (ideſt Sozopetram) *eamque cepiſſe, & diruiſſe, incolas autem partim occidiſſe, partim captivos abduxiſſe: atque hinc abiiſſe Malatiam, & eam quoque cepiſſe, multoſque occidiſſe, & plures quam mille Muſlimas captivas avexiſſe,* feminas nempe Saracenicas inquit Elmacinus. Baronius anno DCCCXLI. num. III. hujus Theophili expeditionis meminit, ſed loco non ſuo.

VIII. *Moritur Egbertus totius Angliæ Monarcha.* Mortuus eſt hoc anno *Egbertus* Saxonum Occidentalium Rex & totius Angliæ Monarcha qui ab anno octingenteſimo regnabat, *poſt annos Regni triginta & ſeptem & menſes ſeptem,* inquit Malmesburienſis lib. 2. de Geſt. Reg. cap. 1. qui ſubdit: *Anno dominicæ Incarnationis DCCCXXXVII. Ethelvvlphus (quem quidam Athulphum vocant) filius Egberti regnum ſortitus regnavit viginti annis & quinque menſibus natura lenis, & qui ſub quiete degere, quam multis provinciis imperitare mallet. Denique avito Vveſtſaxonum regno contentus, cætera quæ pater ſubjugaverat, appendicia Ethelſtano filio contradidit, qui quanto, & quo fine defecerit, incertum.* Ethelvverdus lib. 3. cap. 2. qui Egbertum hoc anno mortuum indicat, ait *Athulphum* ejus Succeſſorem ac filium Cantuariorum Regnum *Ethelſtano* filio tradidiſſe, ac præterea eumdem præfeciſſe Eaſt-Saxonibus, Suthregiis, & Suth-Saxonibus.



I. Obitus Pipini Regis & nova partitio Regni. Octingenteſimus trigeſimus octavus, qui ſequitur, Indictione prima notatur, annus, quo Ludovicus Imperator Lotharium filium in gratiam recepit, defunctoque Pipino filio Aquitaniæ Rege, Carolo filio eam tribuit provinciam, partito inter Lotharium atque Carolum univerſo Imperio, tradidit Ludovico Bajoariam. Ex qua diviſione rurſus obortæ diſcordiæ, Ludovico indignante, & pro Pipino puero filio Pipini Regis nonnullis nobilibus inſurgentibus, eo quod a patris Regno viſus eſſet excluſus. Hinc rurſus nonnihil turbatæ ſunt Galliæ, ipſaque præſertim Aquitania factioſorum eſt vehementer agitata tumultibus.

Reperitur autem alias ſæpius a Ludovico Imperatore diverſis occaſionibus facta eſſe Regnorum partitio, ut inter alias illa, quam ex veteribus monimentis Pithœus in lucem prodidit factam inter tres filios, Pipinum, Ludovicum & Carolum, in qua inter cætera illud adſcriptum eſt caput, de obligatione defenſionis Romanæ Eccleſiæ, majorum ſuorum exemplo, quod in omnibus aliis ab

*Ann. Eccl. Tom. XIV.* Gg ipſo

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXVI. Anno Hegiræ CCXXIV inchoato die 23. Novemb. fer. 7. A. C. 838.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6331.

☉ 7. F. ☽ 3. P. 14. April. Indict. 1.

Jesu Christi 838.

Gregorii IV. Papæ 11.

Ludovici Imp. 25.

Theophili Imp. 10.

I. *Moritur Pippinus Aquitaniæ Rex.* Ad num. I. & ſeq. Pippinus Aquitaniæ Rex & Ludovici Aug. filius initio circiter Maii currentis anni mortuus eſt. Annaliſta quidem Metenſis eum *menſe Novembrio* anni DCCCXXXVII. defunctum tradit, & Annaliſta Fuldenſis hoc anno menſe Novembrio; Bertinianus vero *Idibus Decembris* currentis anni; ſed Auctor Vitæ Ludovici Pii loquens de rebus ad præſentem annum Chriſti pertinentibus, ait: *Qua hyeme tranſacta, Kalendis Junii ſævus Cometa ignis in ſigno Scorpionis apparuit, non multo poſt Solis occubitum. Cujus minacem vultum non multo poſt exceſſus Pippini eſt ſubſecutus.* Cointius hoc anno num. I. loco, *Kalendis Junii*, reponit, *Kalendis Januarii*, ſed contra mentem Auctoris Vitæ Ludovici Pii, qui aſſerit Pippinum *hyeme tranſacta* e vivis exceſſiſſe, & contra teſtimonium Nithardi mox citandi. Quare error in numeros duorum Diplomatum a Beſlyo in lib. de Regibus Aquitanorum recitatis irrepſit. Data ſunt illa a Pippino Juniore ejus filio; primum *XV. Kalend. Febr. Indict. VIII. anno VIII. regnante Pippino*, die nempe XVIII. Januarii anni DCCCXLV. ſecundum, *III. Id. Januar. Indict. XI. anno X. regnante Pippino*, ideſt die XI. menſis Januarii anni DCCCLVIII. ex quibus ſequeretur, eam mortem contigiſſe initio Januarii hujus anni. Reliquit duos filios Pippinum & Carolum, quorum ille major natu hæredem patris ſe dixit, avo Ludovico patruoque Carolo invitis, & a die, quo patrem amiſit, Regium uſurpavit titulum, ut ex duobus laudatis Diplomatis liquet; quæ tamen in numeris corrupta ſunt, ut exordium Pippini Jun. ſuo tempori redditum oſtendit. Porro hic duo obſervanda; primum Annaliſtam Fuldenſem anno DCCCXXXVII. in editione Pithæana habere, quæ ipſemet hoc anno narravit, & quæ in eadem editione hoc anno leguntur, ab eodem Annaliſta cum anno DCCCXXXIX. alligata fuiſſe, ut demonſtrat Codex MS. Cæſareus, juxta quem Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. cap. 5. editionem Pithæanam emendavit. Secundum, in Auctore Vitæ Ludovici Pii loco, *Kalendis Junii ſævus Cometa ignis*, legendum videri, *Kalendis Maji ſævus Cometa ignis*. Neque enim de Diviſione Regni Carolum inter & Lotharium actum eſt, niſi poſt *Pippini* mortem auditam; cum in ea diviſione *Aquitania*, cujus Pippinus Rex fuerat, ſorti Caroli obtigerit. Tom. I. Anecdotorum P. Martene col. 29. extat, Præceptum Pippini datum anno 838. die prima Septembris, ideoque Pippinus poſt eum diem mortuus eſt. Datum eſt præceptum anno XXIV. regni ſui, ideoque a Ludovico Aug. patre Rex Aquitaniæ dictus fuerat anno 814. poſt Kalendas Septemb. [1] Quare licet error irrepſerit in priori Diplo-

NOTÆ [1] Quoad Pippini regis Aquitaniæ obitum nihil habeo ſive quod contra Pagium excipiam, ſive quo rem chronologicam magis illuſtrem. Sed iis quæ in hoc §. Pagius notat de Indictione a Kalendis Septembris inchoari ſolita in Aquitania, obſtat fides ejuſdem Diplomatis ex Anecdotis Martene ab eodem Pagio laudati. Nam illud *Indictionem primam* in iiſdem Anecdotis & apud Mabillonium in Annalibus lib. 32. num. I. exhibet; quæ ſane Indictio hoc anno ante ſeptembrim fluebat. Igitur in Aquitania Indictiones ſerius quam ab exordio ſeptembris ducebantur. Quoad exordium vero regni ejuſdem Pippini accuratius aliquid ſuppetit, quam hic a Pagio tradatur. Non enim tantummodo regiam dignitatem obtinuiſſe illum conſtat poſt Kalendas ſeptembris anni 814. ſed nec illam adiverat Kalendis Novembris ejuſdem anni, ut eruo ex Diplomate ejuſdem apud Mabillonium in Annal. lib. 31. num. XXXII. quod datum eſt *Kalendis Novembris anno vigeſimo-ſecundo Hludovici Auguſti; Pippini autem vigeſimo-primo*; ideſt anno 835. Viciſſim autem eodem anno 814. die 22. Decembris regnum illud jam incœperat, ut facile intelligimus ex alio Diplomate ejuſdem Pippini apud eundem Mabillonium ibid. lib. 30. num. X. ſignato *XI. Kal. Januarii anno tertio-decimo domini Ludovici ſereniſſimi Auguſti, & eodem regni noſtri*, (Pippini) ideſt anno 826. Mansi

ipſo factis diviſionibus annexum fuiſſe, dubitari non debet, ſecundum promiſſionem Deo factam a majoribus ſuis, cum ab Apoſtolica Sede coronam fuerint Regni conſequuti. Eſt hujuſmodi:

II. *Super omnia autem jubemus atque præcipimus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam a proavo noſtro Carolo, & avo noſtro Pipino, & beatæ memoriæ genitore noſtro Carolo Imperatore, & a nobis poſtea ſuſcepta eſt; ut etiam cum Dei adjutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & juſtitiam ſuam, quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulaverit, habere faciant. Similiter de cæteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus, ut juſtitiam ſuam, & honorem habeant: & paſtores atque rectores venerabilium locorum habeant pote-*

Defenſio Romanæ Eccl. Regibus Francorum debita.

PAGIUS

plomate a Beſſio recitato, in ſecundo tamen nullus eſt error, cum annus X. Pippini Junioris ejus filii vel menſe Novembri vel Decembri, anno 848. incœptus ſit, ſi Pippini patris mors conjungatur cum Novembri vel Decembri anni 838. In priori Diplomate loco anno VIII. legendum anno VII. Cæterum ex Diplomate a Martene recitato conſtat Indictionem a Kalendis Septembris inchoatam fuiſſe in Aquitania. Mortuus eſt ergo Pippinus vel menſe Novembri, vel Decembri ut ſcribunt Annaliſtæ Fuldenſis & Bertinianus, & locus Auctoris Vitæ Ludovici Pii purus eſt, nam juxta eum Kalendis Junii cometes apparuit, & *non multo poſt* ideſt menſe Novembri vel Decembri *exceſſus Pippini eſt ſubſecutus*. Hæc enim verba *non multo poſt* magnam latitudinem habent. Sed poſito quod legendum ſit in eo Auctore *Kalendis Maji*, loco *Kalendis Junii*, dicendum eſſet Pippinum mortuum menſe Majo, ideoque & placitum Wormatienſe, non potuiſſe celebrari menſe Majo ejuſdem anni, cum Lotharius eſſet in Italia. Conventus itaque Wormatienſis, de quo numeris ſequentibus, pertinet ad annum 839. ut recte ſcripſit Annaliſta Bertinianus.

II. *Juditha Regina pro pace inter Carolum & ejus fratres concilianda ſollicita.*

*Mater* (nempe Juditha mater Caroli Nenſtriæ Regis) *ac Primores populi, qui in voluntate patris* (nempe Ludovici Aug.) *pro Carolo laboraverant, metuentes, ſi infectis rebus decederet, odia fratrum uſque ad internicionem ſibi inſurgere, ratum duxerunt, ut quemlibet e filiis pater in ſupplementum ſibi aſſumeret; & ſi poſt diſceſſum ejus cæteri concordes eſſe nollent, ſaltem hi duo unanimes effecti, valerent reſiſtere invidorum factione; cumque neceſſitate inſtante, ac per hoc aſſiduis meditationibus in hac electione verſarentur, univerſorum ſententia conſenſit, ſi Lodharius certum ſe in hoc negotio præbere vellet, cum eo fœdus iniri debere. Nam, uti præmiſſum eſt idem patri matrique ac Carolo juraverat, ut partem Regni quam vellet pater, eidem daret, & eamdem ſe conſentire, & protegere illi contra omnes inimicos omnibus diebus vitæ ſuæ debere. Quam ob rem Miſſos deligunt, & in Italiam ad Lodharium mittunt, promittentes, ſi patris voluntatem deinceps erga Carolum conſervare vellet, omnia quæ in illum hactenus deliquerat, remitti, & omne Regnum abſque Bajoaria, inter illum & Carolum dividendum. Quæ quoniam Lodhario & ſuis rata videbantur, utraque ex parte ſic velle, ac ſic ſe perficere juraverunt. Ergo ad Urbem Vangionum* (Wormatiam nempe) *Conventu indicto convenerunt, in quo Lodharius humillime ad pedes patris coram cunctis procidit*, inquit Nithardus lib. 1. cui conſentit Auctor Vitæ Ludovici Pii, qui notat Imperatorem veniſſe ad Wormatiam *poſt Paſcha ſolemnitatem*, Annaliſta vero Metenſis *poſt Paſcha menſe Maio*, Annaliſta Bertinianus *tertio Kalendas Junii*, ſed hic Placitum Wormatienſe in annum ſequentem perperam differt.

III. *In Conventu VVormatienſi Ludovicus Aug. diviſionem ſui Regni facit.*

Quid geſtum ſit in Conventu Wormatienſi, refert poſtea Nithardus: *Ludovicus Aug. ut pius ac clemens pater, & delicta poſtulanti* (nempe Lothario filio) *indulſit, & gratiam roganti conceſſit: eo ſcilicet pacto, ut deinceps nihil quolibet modo contra ſuam voluntatem, nec in Carolum, nec in Regnum alicubi egiſſet, &c. die autem altera Concilium ineunt. Hinc pater, ut ſui juraverant, perficere cupiens: Ecce fili, ut promiſeram, Regnum omnem coram te eſt, divide illud pro ut libuerit, quod ſi tu diviſeris, partium electio Caroli erit; ſi autem nos illud diviſerimus, ſimiliter partium electio tua erit. Quod idem cum per triduum dividere vellet, ſed minime poſſet, Joſippum atque Richardum ad patrem direxit, deprecans ut ille & ſui Regnum dividerent, partiumque electio ſibi concederetur. Inſuper vero in ea fide, quam illis juraverant, teſtati ſunt, quod pro nulla re alia, niſi ſola ignorantia regionum, id peragere differret. Quamobrem pater, ut æquius valuit, regnum omne abſque Bajoaria cum ſuis diviſit, & a Moſa partem Auſtralem Lodharius cum ſuis elegit, quinimo & accepit. Occiduam vero, ut Carolo conferretur, conſenſit, & una cum patre coram omni populo ita ſe velle annunciavit. Hinc autem pater fratres, prout valuit unanimes effecit*, &c. Paulo poſt: *Eodem tempore, ut Pippinus deceſſiſſet, pater nuncium acceperat, & pars quædam populi quid avus de regno vel nepotibus juberet, præſtolabatur: pars autem arrepto filio ejus Pipino, quia natu maximus erat, tyrannidem exercebat.* Quare cum Ludovicus Aug. Wormatiam die triceſima menſis Maii adventarit, ut mox vidimus, ibique ſtatim Regnum ſuum Lotharium inter & Carolum filios diviſerit, apparet Auctorem ejus Vitæ recte Pippini Aquitaniæ Regis mortem conſignaſſe, Cointiumque loco Kalendarum Juniarum Kalendas Januarias perperam repoſuiſſe. Mors enim Pippini Ludovico patri ſtatim ſignificata fuit, & Nithardi auctoritas teſtimonio Annaliſtarum laudatorum, qui per ultima Ludovici Auguſti tempora ſæpe in Chronologiam peccant, omnino præferenda, corrigendus tamen error Librarii, & loco, *Kalendis Junii*, reponendum, *Kalendis Maii*, ut jam dixi. Quas Provincias & Comitatus pars utrique Regi aſſignata complecteretur, Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCXXXIX. ſigillatim, enumerat [1]. Aliam

NOTÆ [1] AB hoc anno & a diviſione hac regni inter Ludovici filios profectam arbitror epocham concilii cujuſdam Piſtenſis, qua monaſterii Aniſolenſis privilegia confirmata ſunt. Habita eſt eadem Synodus anno 862. Indict. X. regni Karoli 24. Martenii Anecdot. tom. IV. col. 63. &c. MANSI



*teſtatem rerum, quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocumque de his tribus fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.* Hæc de his, quæ pertinent in primis ad Romanæ Eccleſiæ, ac demum ad aliarum Eccleſiarum defenſionem, Ludovicus Imperator. De quo quæ parum arrident, ſcripta ſubiicimus.

III. Hoc enim anno Fridericum Trajectenſem Epiſcopum conſummaſſe martyrium, (a) cum tradant: cauſam, quam puto confictam, referunt hujuſcemodi: *Hic, natione Friſo multum laboravit in Vvalachria contra illicita connubia, & in Friſia contra Arianam perfidiam: Ludovicum Imperatorem voluit condignam agere pœnitentiam, de eo quod Judith Ducis Bavariæ filiam, ſuæ majeſtatis carnalem conſanguineam, contra decreta canonum & Pontificum haberet uxorem ſine licentia ſummi Pontificis, & ſine aliorum præſulum judicio. Cumque excommunicationis gladium minaretur, Judith eum precibus & promiſſis fruſtra flectere tentavit. Quare duos ſubornavit, qui ſanctiſſimum Friſonicæ gentis Epiſcopum poſt Miſſæ celebrationem pro veritate occiderunt. Quod factum eſt anno octingenteſimo trigeſimo octavo.* Hæc ſummatim ex Actis ejuſdem Martyris Friderici, quæ antiquitus ſcripta aſſervari dicuntur in eadem Eccleſia Trajectenſi, ex quibus iſta (b), quæ hæc ſunt ſecuta, deprompſimus:

(a) Molan. de Sanctis Belgii die 18. Julii.

(b) Extant apud Sur. die 18. Julii t. 4.

IV. *Porro Germaniæ & Galliæ Epiſcopi, comperta cæde immerita beati Friderici, uno animo in Imperatorem & Judith inſurgentes, dixerunt dignos eos eſſe, qui Regno pellerentur, & anathemate percuſſi, melioribus cederent, qui populum Dei regere, non jugulare ſcirent, ejuſque legem & cærimonias ſervarent. Quod ubi Imperator didicit, multum anxius & perturbatus, verebatur, ne ab ipſo ad filios deficerent, ipſoque pulſo, illos eligerent. Juravit igitur cum Regina in conſpectu omnium, ſe ab Epiſcopi Friderici cæde immunes eſſe, & neque conſilio, neque voluntate ſua eam rem perpetratam. Ipſos autem ſicarios, qui eum peremiſſent, nullibi poſſe reperiri. Tum vero Epiſcopi, qui convenerant, domum abiere, miſſiſque militibus, ubique inquiri illos homicidas juſſere. Illi igitur certam ſibi necem impendere videntes, accepta a Juditha mercede tanti ſceleris, e Regno in Regnum profugi ferebantur; donec ſubitanea extincti morte, in tartarum demigrarunt.* Hæc de his ibi.

V. Cæterum quod multum ob connubium pro-



PAGIUS IV. *Alia Regni diviſio ante triennium facta.*

Aliam Regni ſui diviſionem inter Pippinum, Ludovicum, & Carolum filios ante aliquot annos fecerat Ludovicus Aug. quam Pithæus e Veteri MS. eruit, & poſt Opus Thegani de Geſtis Ludovici Imp. publicavit. De ea loquitur hoc anno Baronius & Goldaſtus Tom. II. Imperial. Conſtit. exiſtimat, eam ordinatam eſſe *in Cariſiaco anno DCCCXXXVII.* quem annum ſervavit Baluzius Tom. I. Capitular. ſed expuncto Cariſiaco ſubſtituit Aquiſgranum. *Præceptum* tamen illud *de diviſione Regni*, ut a Ducheſnio Tom. II. vocatur, videtur datum in Conventu Lugdunenſi anno DCCCXXXV. congregato ubi filius *Pippinus* occurrit, nec *Ludovicus* alter filius defuit, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii loquens de Conventu Wormatienſi, quem inſigni hallucinatione in locum Lugdunenſis ſubrogat, ut ſuo loco diximus. Eo enim anno Pippinus & Ludovicus in amicitia Ludovici Aug. patris erant cum Carolo fratre, & Lotharius trans Alpes ſeſe recipere coactus fuerat. Serius vero hæc tripartita Regni diviſio differri non poteſt, quia poſt Conventum Lugdunenſem ſtatim inveſtigari cœpit ratio reconciliationis inter *Ludovicum* & *Lotharium* Auguſtos ſanciendæ, anniſque poſteris, qui Pippini Regis obitum præceſſere, initæ ſunt aliæ Regni diviſiones prætermiſſo Ludovico Bojoariæ Rege, qui proclivior erga Lotharium fratrem, quam erga patrem tunc videbatur. Cointius propter has rationes Præceptum iſtud cum anno DCCCXXXV. & cum Conventu in villa Theodonis eo etiam anno habito alligavit, ſed probabilius videtur illud emiſſum eſſe in ſequenti Conventu Lugduni coacto, cum nec *Pippinus* nec *Ludovicus* Reges Conventui ad Theodonis villam interfuerint, quos tamen certum eſt Conventui Lugdunenenſi adfuiſſe. Inter omnia illius Præcepti capita, illud valde notabile eſt, in quo Ludovicus Aug. ait: *Super omnia jubemus atque præcipimus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam a proavo noſtro Carolo & avo Pippino, & beatæ memoriæ genitore noſtro Carolo Imp. & a nobis ſuſcepta eſt*, &c. Carolus enim Martellus tam a Carolo quam a Ludovico Auguſtis inter Defenſores Eccleſiæ Romanæ ſemper numeratur.

V. *S. Fredericus Ep. Ultrajectenſis Martyrium facit.*

A num. III. ad VI. *S. Fredericus* Epiſcopus Ultrajectenſis hoc anno Martyrium ſubiit decimoquinto Kalendas Auguſtas, ut ad illum diem Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii notavit, ſed quod ſubdit *Juditham* Imperatricem, cujus connubium cum Ludovico Aug. Fredericus improbaret, Viros ſubornaſſe, qui Sanctiſſimum Friſonicæ gentis Epiſcopum, poſt Miſſæ celebrationem pro veritate occiderunt illud mere commentitium; in diſſidiis enim domeſticis Ludovico Aug. nec a filiis, nec ab aliis de nuptiis inceſtis nihil unquam obiectum eſt. Idem quidem quod apud Molanum legitur in Actis S. Frederici a Surio ad diem XVIII. menſis Julii recitatis, ſed ea ſcripta ab aliquo nugatore, non vero ab Auctore ſynchrono, ut putavit Baronius. Cointius hoc anno num. XXXV. & ſeqq. pluribus contendit, ea fuiſſe interpolata, & ſæculo undecimo elucubrata. Verum ea non interpolata, ſed mere fabuloſa & commentitia, ut ex iis, quæ ipſemet refert, manifeſte patet. Quare ſatis mirari non poſſum quomodo Malmesburienſis, qui anno MCXLII. Hiſtoriam ſuam abſolvit, huic commento fidem adhibere, integrumque in lib. 1. de Pontif. pag. 197. inſerere potuerit. *Fredericus* itaque pro veritate quidem interfectus, ſed an a Paganis, vel a malis, quorum vitia reprehendebat, Chriſtianis, incertum. Legendus Wilhelmus Heda in Epiſcopis Ultrajectenſibus. Ad

proſcindatur in eis Ludovicus Imperator, laudentur vero, qui ejus exauctorationis auctores fuerunt Epiſcopi, in quorum in eum accuſationibus illatis nulla de his penitus habetur mentio; multaque etiam haud temporibus convenientia pariter coacerventur, in ſuſpicionem venerunt facta illa, nimirum concinnata fuiſſe ab alio, qui adverſaretur tunc temporis Ludovico. Sed & cum nullum hactenus repererim ex veteribus, qui hiſce ſcriptis teſtis accedat, ſuſpectæ magis apud me fidei perſeverant, aliamque potius cædis ſanctiſſimi viri cauſam præceſſiſſe putarim. Claruiſſe autem iiſdem temporibus Oidulphus presbyter perhibetur, qui eidem Friderico in Evangelii prædicatione fidus miniſter acceſſit, cujus quoque res geſtæ ſcriptis proditæ extant (*a*).

(*a*) *Extant apud Sur. die 12. Junii t. 3.*

VI. Hac eadem Indictione prima, Lupus monachus S. Benedicti, Rabani (*b*) diſcipulus, educatus ſub Aldrico (*c*) Abbate, qui poſtea fuit Epiſcopus Senonenſis ante Guinilonem, vir doctrina & vitæ moribus præſtans, vocatus in aulam a Judith Imperatrice, paulo poſt, nempe Kal. Decembris a Ludovico Imperatore deligitur in Abbatem cœnobii Ferrarienſis, ſiti ſub Epiſcopatu Senonenſi, quod multipliciter nominatum reperitur, nempe (*d*) nomine S. Petri, itemque S. Judoci, dictum & Bethlehem, frequentiori uſu monaſterium Ferrarienſe ita a loco denominatum. De his omnibus idem ipſe eſt teſtis locuples in ſuis epiſtolis: atque primum de ejus vocatione in aulam hæc in epiſtola ad Rengibertum (*e*): *Superiore anno, annitentibus amicis in præſentiam Imperatoris deductus ſum, & ab eo atque Regina benigne omnino exceptus. Et nunc, hoc eſt, decimo Kal. Octobris, Indictione prima, ad palatium Regina * quamplurimum valet evocante promoveo: multique exiſtimant fore, ut cito mihi gradus dignitatis aliquis conferatur, &c.* Porro creatum fuiſſe tunc Abbatem dicti monaſterii Ferrarienſis, ipſe ad Rabanum ſuum præceptorem ſignificat iſtis verbis (*f*): *Conſenſu fratrum noſtrorum in Kal. Decembris cœnobium Ferrarienſe mihi commiſſum eſt; dominuſque noſter Carolus mira me dignatione fovens, gratia ſua donavit. Veſtra igitur benevolentia me, unaque congregationem mihi creditam ſacris orationibus commendare dignetur, ut ſicut ſtudia mea plurimum eruditione adiuviſti, ſic officii difficultatem aſſiduis precibus temperetis.* Accepiſſe autem eam a Ludovico Imperatore per interceſſionem Judith Imperatricis, idem in epiſtola ad Carolum (*g*) teſtatur, multiſque aliis locis profitetur. Porro non prætermittendum, quod non defuncto prædeceſſore, ſed ob gravia delicta depoſito Odoni ipſe ſucceſſit, ut ipſius docent epiſtolæ (*h*) ad Jonam Epiſcopum Aurelianenſem, & aliæ ad alios (*i*) datæ.

(*b*) *Lup. ep. 40.*
(*c*) *Id. ep. 41.*
(*d*) *Id. ep. 21.*
(*e*) *Id. ep. 6.*
Lupus creatur Abbas Ferrarienſ.
* quæ
(*f*) *Id. ep. 40.*
(*g*) *Id. ep. 71.*
(*h*) *Id. ep. 21.*
(*i*) *Id. ep. 23. 24.*

VII. Cæterum eodem anno, quo ipſe Lupus præfectura monachorum auctus eſt, ejus præceptor Rabanus Fuldenſis Abbas abdicans ſe, quietis amore, in Hattonem refudit onus. Ita ipſe teſtatur Lupus in eadem ad ipſum ſcripta epiſtola, (*a*) qua de ſua promotione ipſum reddidit certiorem: ſunt hæc ejus verba: *Cæterum audivi ſarcinam adminiſtrationis veſtræ vos depoſuiſſe, & rebus divinis ſolummodo nunc eſſe intentos, Hattoni vero noſtro curam ſudoris plenam reliquiſſe. Cujus rei ordinem, ſimulque alia, quæcumque videbuntur, beatitudinis veſtræ litteris expectabo cognoſcere.* Hæc ad Rabanum Lupus. Quod & teſtantur Francorum Annales veteres, in quibus loquitur: quod tenuit eam præfecturam Hatto uſque ad annum Redemptoris octingenteſimum quinquageſimum ſe-

(*a*) *Id. ep. 40.*
Rabanus abdicat ſe a Præfectura Fuldenſi.

PAGIUS

VI. *Lupus fit Abbas Ferrarienſis.*

Ad num. VI. *Lupum Servatium* anno octingenteſimo quadrageſimo ſecundo renunciatum eſſe Abbatem Ferrarienſis Cœnobii in Diœceſi Senonenſi, quod etiam *Bethleem* dicebatur, poſiti, demonſtrat Baluzius in Notis ad Epiſtolam XL. ab eodem Lupo ad Rhabanum datam. Lupus ad eum in Germaniam ſtudiorum cauſa miſſus fuerat, & ex Monaſterio Fuldenſi *X. Kal. Octob. Indictione prima*, ut idem Lupus in Epiſtola ſexta habet, Ludovico Pio Aug. præſentatus eſt a Judith Auguſta, ideoque anno DCCCXXXVII. quo Kalendis Septemb. Indictio prima inchoata. Tum anno DCCCXLII. a Carolo Francorum Rege Ludovici Auguſti filio præfectus eſt Abbatiæ Ferrarienſi, ad quam Monachi poſt Præceptum Regis eum elegere, ut liquet ex ejus Epiſtola XL. ad Rhabanum ſcripta, in qua duo dicit. Primum: *Namque conſenſu fratrum noſtrorum X. Kal. Decembr. Cœnobium Ferrarienſe mihi commiſſum eſt: Dominuſque noſter Carolus mira me dignatione fovens, gratia ſua donavit.* Secundo ſcribit Lupus: *Cæterum audivi ſarcinam adminiſtrationis veſtræ vos depoſuiſſe, & rebus divinis ſolummodo nunc eſſe intentos, Hattoni vero noſtro curam ſudoris plenam reliquiſſe.* Quare anno quo Rhabanus Abbatiam Fuldenſem dimiſit, Lupus ad Ferrarienſem evectus eſt, ut recte vidit Baronius. At, ut mox oſtendemus, Rhabanus nonniſi anno DCCCXLII. Fuldam deſeruit. Lupus, ut inquit Trithemius in lib. de Script. Eccleſiaſt. fuit *Vir in Divinis Scripturis ſtudioſus & doctus, atque in ſæcularibus juxta ætatem ſui temporis ſtudioſe peritus.*

VII. *Rabanus Abbatiam Fuldenſem abdicat.*

Ad num. VII. Lambertus Schafnaburgenſis ad annum DCCCXLII. ſcribit: *Luitharius expulſus eſt a regno & Raban Abbas de Monaſterio*, quod utrumque in Annaliſta Hildesheimenſi, etiam legitur. Rodulphus vero in Vita Rabani num. L. ait: *Cum Vir ille Venerabilis Monaſterium ſibi commiſſum per annos XX. nobiliter rexiſſet; depoſito curæ Paſtoralis pondere, ad Eccleſiam, quam ad Orientem Monaſterii in monte conſtructam eſſe ſupra dixi, ſe contulit, ibique manens ac Deo ſerviens, cæleſti Philoſophiæ vacabat.* Quare cum Rabanus anno DCCCXXII. Abbatiæ Fuldenſi præpoſitus fuerit, anni viginti Præfecturæ ejus anno Chriſti DCCCXLII. expirarunt. Hujus vacationis tempore totum ſe ad Sacrarum Literarum ſtudium contulit, Opus ſuum *de Univerſo*, de Laude Sanctæ Crucis, Commentarios in Sapientiam & in Eccleſiaſticum, alioſque libros elucubravit, de quibus legendus Mabillonius in Commentario prævio ad Elogium ejus Hiſtoricum, ubi & eum anno DCCCXLII. Abbatiam depoſuiſſe, etiam oſtendit.

VIII. *Calipha Babylonis ob everſam patriam in Ditiones Romanas irrumpit.*

Elmacinus lib. 2. Hiſt. Saracenicæ, ad annum Hegiræ CCXXIII. narrata Sozopetræ quæ patria Mutaſimi Caliphæ erat, expugnatione, ſubjungit: *Hoc cum intellexiſſet Mutaſimus, ingentem hominum multitudinem convocavit, ſeque armavit, ad oppugnandos Romanos, & tanto belli apparatu inſtruxit, quanto nullus ante eum Calipha uſus fuerat*, &c. *Abiit itaque Mutaſimus cum copiis ſuis in regionem Romanorum, eaſque in varias legiones partitus eſt, quæ ſingulæ per ſingulas montium anguſtias regionem ingreſſæ, multa ceperunt oppida: cumque ad Ammoriam* (ſita eſt ea Urbs in Phrygia Salutari, Galatiæ vicina) *perveniſſent, Mutaſimus applicatis ad eam catapultis & baliſtis, adorſus eam eſt, atque cepit.* Abul-Pharajus in Hiſtoria Dynaſtiarum ad eumdem Hegiræ annum CCXXIII. de Mutaſimo ait: *Profectus in Græcorum Regionem Amuria capta triginta hominum millia occidit, totidemque captivos cepit.* Quare Amorii expugnatio a Baronio in annum DCCCXLI. perperam differtur, ut eo anno num. III. apud eum videre eſt. Ea enim a præſenti removeri non poteſt, ut ex dicendis anno ſequenti magis liquebit. Hinc verum non eſt quod legitur in Oratione Hiſtorica in Feſtum Reſtitutionis Imaginum, a Combefyſio in Auctario Biblioth. Græco latina Tom. II. edita, Agarenos ſc. *Quinto anno Imperii* Theophili ad Amorium veniſſe, & ipſemet Vir doctiſſimus in Notis ad eam Orationem fallitur quando ait, hanc expeditionem ad annum XII. Theophili pertinere. Auctor enim Anonymus illius Orationis ſæpe in Chronologiam peccat, ut legentibus patebit. De Martyrio XLII. Procerum exercitus anno DCCCXLV. ad quem pertinet, verba faciemus.



IX. *Amorium Urbem expugnandam ſuſcipit.*

Hic autem quæ hoc anno geſta ſunt ex Porphyrogenneta lib. 3. num. XXX. & ſeqq. magis explicanda: *Ameramnunes* (ideſt Calipha Mutaſimus) *ob expugnatam direptamque patriam, tanto ictus animi dolore eſt, ſicque excanduit, ut undique ex Babylone & Phœnicia & Cæleſyria, Palæſtinaque, & Inferiore Libya conſcripto exercitu, ingentibuſque conductis copiis, clypeis omnium inſcribi juſſerit;* AMORIUM; *ſuſceptam a ſe contra id oppidum expeditionem, illudque bello tentandum cum audacia innuens. Collegit igitur copias; & apud Tarſum ex pauciſſimis ingens ſubito numeroſuſque apparuit, ob patriæ ſuæ ignominiam furore exæſtuans. Sed & Theophilus adverſus illum profectus, Dorylæum pervenit quod tridui itinere ab Amorio abeſt*, &c. *Præclarum fortiſque animi conſilium putavit, ut Urbem communiret, Duciſque ſtrenui rationibus atque opera incolumen præſtaret. Electus in eam rem Ætius Patricius ac Orientalium Dux. Quia vero etiam juſtis copiis opus erat, has quoque Theophilus mittit, quo undique hoſti obſiſteret, ac victoriam illi præriperet. Ad hæc cohortibus illos præfecit, qui paulo poſt futuri erant Martyres, Theodorum cognomento Craterum, & Theophilum ac Babutzicum; Hi non modo miſſi tunc exercitus, ſed & cohortis quadraginta duorum Martyrum Principes extiterunt.*

X. *Ea expugnata ſævit in omnes, ac præſertim exercitus Duces.*

Addit Porphyrogenneta, Calipham & filium ejus Amorii obſidionem tandem inchoaſſe, ac ſpreviſſe Legatos Theophili, qui eum oblatis muneribus ab ea expeditione revocare conabantur. *Ad ſeptuaginta millia, cenſu habito, poſt captam Urbem* ſibi deſiderari Saraceni repererunt; & Urbs excidium evaſiſſet, niſi quidam proditor jactis inter miſſilia literis qua parte propugnacula imbecilliora eſſent, ſuggeſſiſſent. *Veniunt itaque, ut præmoniti erant, moxque aggreſſi ingrediuntur, trucidantes ac vulnerantes, ſi quos obviam habebant. Qui necem effugeret, nullus erat. Cædebantur & cadebant omnes, ac cruoris rivi late diffluebant. Sic itaque captum Amorium, majorique ſcelere ac improbitate impiorum manibus proditum. Illi tantum mortem effugere, qui Bagdad uſque miſſi ſunt Viri ſcilicet per themata ac legiones proceres fortiſſimique, quibus etiam connumerati ſunt quadraginta duo Martyres. Reliqui omnes hoſtili gladio peremti ſunt. Nam nec ſecundis miſſis Legatis, qui ducentis centenariis eos, qui bello capti eſſent de exercitu ab hoſtibus eſſent redempturi, Barbari animum Theophilus ullatenus inflexit, nec modo alios, ſed ne eos quidem qui ſe affinitate contingerent, illucque ſuppetias ab ipſo miſſi eſſent. Verum ille immenſum glorians, faſtuque tumens ac ſuperbiens, utroſque tam primos quam ſecundos Legatos prolixe deriſos, probriſque onuſtos ac compluto, remiſit*, inquit Porphyrogenneta, cui Symeon Logotheta, Cedrenus, aliique conſentiunt. De Martyribus Amorienſibus ſuo loco agetur.

XI. *Ethelvvolfus Rex duorum Sanctorum Præſulum miniſterio utitur.*

Ethelwolfus Occidentalium Saxonum Rex, quem olim S. Svvithunus literas & pietatem docuerat, hunc ad Epiſcopatum Wintonienſem evexit: *Ethelvvolfus*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Pontif. pag. 242. *Svvithinum, ut Altorem Doctoremque ſuum ſuſcipiens (ſic enim eum vocabat) non prius abſtitit, quam Epiſcopatu VVintonienſi honoraret, conſentiente Clero, ordinante Archiepiſcopo Cantuariæ Ceolnotho. Lætis ergo incrementis, fundamenta bonorum in regno jacta per Regem pullulabant per Pontificem: dum iſte, bonum urgeret, quod ille ſuis præſertim admonitionibus inciperet. Et erat quidem virtutum omnium promptuarium, ſed adgaudebat duabus maxime, clementia & humilitate.* Svvithini & Alſtani Schireburnenſis Epiſcopi auxilio Regnum tempeſtate Danorum hoc ipſo tempore jactatum ſolertius regebat Ethelvvolfus Rex: *Habebat enim duos eo tempore præcellentes Præſules, Beatum Svvithinum, dico & Alſtanum Schireburniæ. Hi videntes Regem craſſioris & hebetis ingenii, ſedulis admonitionibus ad ſcientiam regnandi ſtimulabant. Svvithunus in terrenis nauſeans, Dominum ad cæleſtia informabat: Alſtanus quoque forentia non negligenda ratus, eundem contra Danos animabat: ipſe pecunias fiſco ſufficiens, exercitum ipſe componens. Multa per illum in talibus, & inchoata conſtanter, & terminata feliciter, qui Annales legerit, inveniet, inquit*, idem Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 2.

XII. *Bodo Diaconus in Judaiſmum lapſus.*

In Chronico San-Gallenſi a Ducheſnio Tom. III. edito ad annum DCCCXXXVIII. legitur: *Puoto Diaconus de Palatio lapſus eſt in Judaiſmum inter octavam & nonam horam in Vigilia Aſcenſionis Domini.* Ejus meminit etiam hoc anno Hermannus Contractus in Chronico, & Annaliſta Bertinianus, qui eum Bodonem vocat, & illius apoſtaſiam in annum ſequentem

ſextum, donec Rabanus vixit. Porro hac frui requie Rabanus permiſſus eſt uſque ad annum Redemptoris octingenteſimum quadrageſimumſeptimum, quo, ut dicetur, defuncto Othgario Moguntino Epiſcopo, in locum ipſius, agente Ludovico Rege, ſubrogatus eſt. At de his ſatis. An-

PAGIUS tem perperam reiicit: *Bodo Diaconus*, inquit, *Alemanica gente progenitus, & ab ipſis pene cunabulis in Chriſtiana religione Palatinis eruditionibus, Divinis humaniſque literis aliquatenus imbutus, qui anno præcedente Romam orationis gratia properandi licentiam ab Auguſtis popoſcerat, multiſque donariis muneratus impetraverat, humani generi hoſte pellectus, relicta Chriſtianitate ad Judaiſmum ſe ſe convertit, & primum quidem conſilio proditionis atque perditionis ſuæ cum Judæis inito, quos ſecum adduxerat Paganis vendendos callide machinari non timuit. Quibus diſtractis, uno tantummodo ſecum, qui nepos ejus ferebatur, retento, abnegata (quod lachrymabiliter dicimus) Chriſti fide, ſe ſe Judæum profeſſus eſt. Sicque circumciſus capilliſque ac barba creſcentibus, & mutato, potiuſque uſurpato Eleazari nomine, accinctus etiam cingula militari, cujuſdam Judæi filiam ſibi matrimonio copulavit, coacto memorato nepote ſuo ſimiliter ad Judaiſmum tranſlato. Tandemque cum Judæis miſerrima cupiditate devinctus, Cæſaraugaſtam Urbem Hiſpaniæ mediante Auguſto menſe ingreſſus eſt. Quod quantum Auguſtis, cunctiſque Chriſtianæ fidei gratia redemptis luctuoſum extiterit, difficultas qua Imperatori id facile credendum perſuaderi non potuit, patenter omnibus indicavit.* Eamdem Hiſtoriam memorat Rabanus libro contra Judæos, & iſtum Diaconum *Bodonem* etiam appellat.

XIII. In Conventu Cariſiacenſi ſuperiori anno congregato coram Ludovico Aug. cauſa Sancti *Aldrici* Cenomannenſis Epiſcopi & Monachorum Monaſterii *Aniſolæ*, ſeu Sancti Carilephi ventilata eſt, & Monaſterium Eccleſiæ Cenomannenſi adjudicatum. Verum contentio poſtea recruduit, nec defuere qui illud juris Regii eſſe aſſererent. Quapropter, ut altercatio tandem pacifice terminaretur, habita Synodus Aquiſgranenſis hoc anno, tempore Quadrageſimali, factaque legum Eccleſiaſticarum & Civilium, multorumque Privilegiorum ſeu Præceptorum lectione Ludovicus Aug. nihil ſibi juris in prædictum Monaſterium arrogavit, lataque ſententia eſt in Sigiſmundum Abbatem qui Placito, quamvis quater vocatus, adeſſe noluit. Actum hoc judicium, ut in Aldrici geſtis cap. 47. legitur *an. Incarn. Dominicæ DCCCXXXVIII. & anno Imperii præfati Domni Hludovici Imp. XXV. anno vero Ordinationis ſæpe dicti Aldrici Epiſcopi ſexto, pridie quoque Kalendarum Maiarum, Aquiſgrani Palatio.* Aldricus quia ſententia in Placito Cariſiacenſi lata caruit effectu, nullum non movit lapidem, ut inter Eccleſiam Cenomannenſem & Aniſolenſe Monaſterium lis omnis pacifice componeretur. Varias propoſuit conditiones, quas Sigiſmundus Abbas ſprevit. Quare videns Imperator Sigiſmundi contumaciam *interrogavit ſuos Conſiliarios & Epiſcopos, ſive Abbates & reliquos fideles ſuos, quid ex hoc facere deberet, & quale conſilium ex hoc ei darent, & quid de tam inobediente ſuo Præcepto facturus eſſet.* Qui omnes reſponderunt, judicare ſe præfato Aldrico Epiſcopo Monaſterium cum omni integritate reddendum eſſe, ut in laudatis Geſtis fuſius narratur. Fundatum fuit S. Carilephi Monaſterium non longe a Civitate Vindocino a Childeberto Francorum Rege, hodieque vulgo *S. Cales* appellatur.

*Monaſterium S. Carilephi Aldrico Epiſc. Cenomannenſi adjudicatum.*



I. ANnus ſequitur Redemptoris octingenteſimus trigeſimus nonus, Indictione ſecunda, quo Ludovicus Imperator Cabillonenſem conventum habuit, in quo de rebus Eccleſiaſticis atque politicis componendis actum eſt. Fuit hic annus bellicis tumultibus turbulentior, cum ipſe Imper. adverſus Ludovicum filium rebellantem, exercitum movit, eumque ad ſpontaneam reconciliationem adegit: Aquitaniamque ob nepotem Pipinum inofficioſe prætermiſſum commotam compeſcuit.

Quod autem & inter Epiſcopos æmulatione exorta, alter in alterius vindictam intenderet, & inter alios Aldricus Cenomanenſis Antiſtes gravem a comprovincialibus Epiſcopis pateretur invidiam, atque experiretur perſecutionem, Gregorius Papa his cupiens occurrere, aliiſque conſulere, epiſtolam ſcripſit ad univerſos Epiſcopos, quam inventam in veteribus Vaticanæ bibliothecæ monumentis hic tibi deſcribendam curavimus: ex ea enim Gratianus complura reperitur intuliſſe in Decretorum volumen; ſic enim ſe habet: (a)

*(a) Vatic. bibl. & in Cod. Bibl. S. Mariæ ſupra Minervam Rom.*

*Dilectiſſimis fratribus univerſis Coepiſcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & per univerſas provincias conſtitutis, Gregorius ſervus ſervorum Dei.*

II. *(b) Divinis præceptis & Apoſtolicis ſaluberrimis incitamur monitis, ut per omnium ſtatum impigro vigilemus affectu. Et quia cunctarum, divina diſpenſatione, Eccleſiarum curam gerimus: omnibus noſtra poſcentibus ſuffragia, Apoſtolica auctoritate ſubvenire optamus. Quoniam divinæ virtutis ac infirmitatis humanæ ſanctio eſt* (ac ſi diceret Dei & ho-

*(b) 25. q. 1. c. 2.* Gregor. Pap. ep. ad omnes Epiſcopos Galliæ Germaniæ & Europæ.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6332.

☉ 8. E. ☽ 4. P. 6. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 839.

GREGORII IV. PAPÆ 13.

LUDOVICI IMP. 26.

THEOPHILI IMP. 11.

SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXVII. Anno Hegiræ CCXXV. inchoato die 12. Novemb. fer. 4. A. C. 839.

I. AD num. I. Poſtquam Pippinus Aquitaniæ Rex naturæ debitum ſolvit, *pars quædam populi*, inquit Nithardus lib. I. *quid avus de regno vel nepotibus juberet, præſtolabatur: pars autem arrepto filio ejus Pippino, quia natu maximus erat, tyrannidem exercebat. Quapropter his ita, uti præfatum eſt, cum Lodhario perfectis* (ideſt Regno Lotharium inter & Carolum anno ſuperiori diviſo) *collecta manu valida, per Cavillonem, Clarummontem unà cum Carolo matre ac pater petit; ac partem populi, qui illum præſtolabatur, inibi benigne recepit. Et quoniam olim regnum Aquitaniæ Carolo donaverat*, (anno nempe DCCCXXXII. uti eo anno n.VI. vidimus) *ut illi ſe commendarent, hortando ſuaſit, juſſit. Qui omnes commendati eidem ſacramento fidem firmaverunt. Poſt quod quomodo tyrannos compeſceret, contendit.* Nithardus de motu Bojoarico verba non facit, ſed illum his verbis narrat Auctor Vitæ Ludovici Pii: *Egit Natalis Domini atque Paſchæ ſolemnitatem* (nempe Ludovicus Aug.) *celeberrime Aquis. Ludovicus vero audiens hujuſmodi patris erga fratres ſuos voluntatem, & regni inter eos diviſionem, non tulit. Ideoque quidquid regni trans Rhenum fuit, ſibi adſcribendum putavit, & vindicandum ſtatuit. Quod cum Imperatori delatum eſſet, in tranſactam feſtivitatem Paſchalem differendum judicavit: qua peracta nequaquam procraſtinandum in talibus ratus, cum multis viribus Rhenum quidem apud Moguntiacum tranſiit, & Triburas venit, ibique aliquandiu ad colligendum exercitum conſedit. Quo coacto, uſque Bedonniam perrexit, ibique filius, quanquam invitus, ſupplex venit, & increpatus ab eo, male ſe egiſſe confeſſus, emendaturumque ſe perperam geſta profeſſus eſt. At Imperator conſueta, & ſibi ſemper amica utens manſuetudine, & filio indulſit, & eum verbis primum, ut dignum fuit, paululum aſperis increpavit, poſt autem lenioribus demultum in regno reliquit.* Subdit Auctor, eum Natalem Domini Pictavis celebraſſe. [1]

*Aquitania Carolo Bojoaria Ludovico cedit.*

II. Ad num. II. & ſeqq. *Sanctus Aldricus* Cenomannenſis Epiſcopus Ludovico Aug. & poſt ejus mortem Carolo illius filio chariſſimus fuit, nec unquam defecit a fide, qua ſe vel Imperatori vel Regi ſciebat obnoxium. Anno ſequenti tota

*S. Aldricus Epiſc. Cenoman. Gregorio IV. carus.*

NOTÆ [1] HOc vel ſequenti anno ſynodum quandam celebratam fuiſſe uno tantum verbo aſſerit Joannes Iperius in chronic. S. Bertini vulgato a PP. Martene, & Durand Anecdot. tom. III. Ibi enim cap. 12. part. I. col. 511. legimus Hugonem Caroli Magni filium, qui monaſterium S. Bertini anno Ludovici Pii XXI. Chriſti 834. regendum ſuſceperat, anno *regiminis ſui ſexto, Ludovici XXVI.* (quæ annorum data in inſtrumento ejuſdem Hugonis legitur) monaſterium S. Audomari, quod ab anteceſſore ſuo canonicis ſæcularibus traditum fuerat, obedientiæ utcumque monaſterii S. Bertini reſtituiſſe; cujus rei gratia a Ludovico Imperatore privilegium obtinuiſſe, quod ait author *in plena ſynodo confirmatum & publicatum fuit.* Quæ ſynodus hæc fuerit, ubi locorum celebrata ignorare me fateor. Interfuiſſe huic videtur S. Folquinus, qui Morinorum epiſcopatum anno 816. vel 815. regendum ſuſcepit, ut patet ex data ejuſdem inſtrumenti, quod conſignatur anno præſulatus Folquini XXIII. concilium iſtud Collectores fugit. MANSI

hominis Chriſti Jeſu, eo quod dixit Pe-
(a) Luc. 22. tro (a): Confirma fratres tuos) ut omnium Eccleſiarum negotia, ad noſtræ reparationis tendant affectum. Quapropter has ad vos litteras deſtinamus, quibus
(b) q. 6. c. Decreto noſtro. (b) decreto noſtro veſtram rogantes charitatem, mandamus, ut ſi aliquis (quod non optamus) ſuorum æmulorum Aldricum, Cenomanicæ Eccleſiæ Epiſcopum accuſare damnabiliter attentaverit, ut honoretur beati Petri Apoſtolorum principis memoria, Eccleſiæque Romanæ, cui præſedit privilegium, & noſtri nominis auctoritas: liceat illi poſt auditionem primatis diœceſeos, ſi neceſſe fuerit appellare, & noſtra auctoritate, aut ante nos, aut Legatos noſtros e latere miſſos, juxta Patrum decreta, ſuas exercere atque finire actones: nullusque illum ante hæc judicet, aut judicare præſumat. Sed ſi (quod abſit) grave, intolerandumque ei objectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura, ut nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ Romanæ confugit Eccleſiæ, ejuſque implorat auxilium, decernat, quam ab ejus Eccleſiæ fuerit præceptum auctoritate; quia ſic vices ſuas aliis impertivit Eccleſiis, ut in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

III. Proinde dilectio veſtra, quorum devotione gaudemus, jungat curam ſuam diſpoſitionibus noſtris, & det operam, ut non cujuſquam præſumptione circa memoratum fratrem veſtra proviſione, vel ſucceſſorum veſtrorum, ſi ipſe ſuperſtes fuerit, aliter quam hic inſertum eſt, nullo modo. Sed .... hæc quæ ad ejus tuitionem atque defenſionem prædicta hic auctoritate ſuggeſta ſunt, ac ſalubriter ordinata, abſque ulla apologia pleniter impleantur. Si autem (quod non arbitramur) a quoquam ſecus præſumptum fuerit; & ab officio cleri ſubmotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur; ne lupi qui ſub ſpecie ovium ſubintrarunt, beſtiali ſævitia quoſque audeant dilacerare; & quod ſibi fieri nolunt, aliis inferre præſumant. Nec quiſquam frivolus, aut contentioſus, ſive contumax hæc nos irrationabiliter præcipere contendat; cum & auctoritate canonum, & prædeceſſorum noſtrorum decretis ſancitum eſt, ut Epiſcopus accuſatus, ſi voluerit, appellet Romanum Pontificem; & ad eum (ſi libuerit) confugiat, ut ab eo ejus audiatur cauſa, aut ipſe a latere ſuo Legatos, qui eam audiant, mittat; qui juſte cum omnibus Epiſcopis comprovincialibus ejus auctoritate judicent. Quæ omnia hic neceſſe non eſt inſerere, ne productores magis, quam præceptores eſſe videamur. Et ſanctæ recordationis Innocentius anteceſſor noſter inter cætera ſic ait: Si majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad Sedem Apoſtolicam (ut Nicæna Synodus definivit, & inveterata conſuetudo exegit) referant; & multa alia, quæ in ſuis auctoribus pleniter inveniuntur. De appellationibus ad Rom. Pont.

IV. Nec alicui fratri hæc gravia aut inutilia videri debent: quoniam ſicut prædicto fratri, ſancti Petri & noſtræ Sedis auctoritate ſuccurrimus: ita omnibus, quibus neceſſe fuerit, & debemus ſubvenire, & impigre volumus. Et ſicut quiſpiam ſibi ſubvenire cupit, ita alium adjuvare debet, & non ejus auxilium moleſte ferre, cum Apoſtolus moneat omnes: (c) Gaudete cum gaudentibus, flete cum flen- (c) Rom. 12.

PAGIUS tota Neuſtria poſt Ludovici Aug. mortem civili bello ardente, a ſeditioſis Cenomannenſibus ſua pulſus Eccleſia confugit ad Carolum, in cujus Comitatu cum inſigni laudem per plures menſes permanſit, donec ſuæ Sedi reſtitutus eſt ab eodem Rege, ut infra dicturi ſumus. Quare Epiſtola Gregorii Papæ data Epiſcopis per Galliam, Germaniam, Europam & per univerſas Provincias conſtitutis, quam Baronius integram recitat, ad eum annum pertinet. Cointius quidem hoc anno num. XXXVI. & ſeqq. eam ſuppoſititiam arbitratur, ſed nihil in medium adducit, quod id evincat, & paſſim a Viris doctis uti vera & genuina recipitur. In prolixis Geſtis Sancti Aldrici a Baluzio Tom. III. Miſcell. recitatis mentio eſt alterius Epiſtolæ, quam Gregorius Romanus Pontifex Aldrico direxit: Præfatus Aldricus Epiſcopus, ait Auctor prædictorum Geſtorum cap. 44. tanta fuit dignitatis & honoris amoriſque, ut uſque ad Romanam Sedem ejus rumor pervenerit, eique Domnus Gregorius Romanæ Sedis Eccleſiæ Venerabilis Apoſtolicus Roma in pago Cenomanico ſuum veſtimentum, Sacerdotale miſerit, illud ſcilicet veſtimentum, quo in Paſcha indutus fuerat. Miſit etiam ei baculum Paſtorale, quod ferula nuncupatur, (de ferula, ſeu baculo Paſtorali, ſeu pedo, inſigni dignitatis tam Papalis quam Epiſcopalis legendus Ducangius in ſuo Gloſſario), una cum ſua Epiſtola, vocans eum, ut, ſi poſſibile foret, uſque ad eum perveniret, eique conceſſit, ut qualemcumque petitionem & benedictionem a Sede Sancti Petri accipere vellet, aut per ſe ipſum, aut per ſuum Miſſum ei voluntarie & lubenti animo mitteret atque concederet.

III. Miſſi Imperiales juſtitiam Romæ exercent. In Excerptis Chronici Farfenſis, ſeu Monaſterii Acutiani in Ducatu Spoletano ſiti, quæ extant apud Ducheſnium Tom. III. refertur illuſtre exemplum ad aſſerendam auctoritatem judiciorum Imperialium in Urbe Romana. Anno incerto Gregorii Papæ IV. Ludovicus Pius Aug. Legatos Romam miſit ad juſtitias faciendas; ubi cum reſiderent in Judicio, propoſita eſt in Palatio Lateranenſi coram eis controverſia de quibuſdam poſſeſſionibus, & Ingoaldus Abbas ejuſdem Monaſterii, retulit, quod Domni Adrianus & Leo Pontifices per fortiam invaſiſſent res hujus Monaſterii, ideſt curtem Corvinianum, & curtem Sancti Viti, &c. Unde tempore Stephani, Paſchalis & Eugenii ſemper reclamaverat, & juſtitiam minime invenire poterat. Cum primo die finis cauſæ imponi non potuiſſet, res impoſterum dilata, tandemque auditis utriuſque partis rationibus ac mature diſcuſ-



flentibus. Nos vero ad hunc finem omnem noſtrum affectum curamque dirigimus, ut quod ad exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & quod ad cuſtodiam, & profectum pertinet ſacerdotum, nulla diſſenſione violetur, nulla deſidia negligatur. Super
(a) 2. q. 7. c. 42. Si quis. * etiam * contenditur. quibus: (a) Si quis arguere voluerit, aut * extra auctoritatem facere * contenderit, veniat ad Sedem Apoſtolicam; quo omnia Eccleſiaſtica negotia de quibus quæſtio habetur, confluere juſſa ſunt; ut ibi ante Confeſſionem S. Petri mecum juxta decertet, quatenus inibi unus ex vobis ſententiam ſuſcipiat ſuam.

Vos fratres hortamur, & monemus, ut quæ a nobis pie vobis circa prædictum fratrem mandata ſunt, ejuſque pro ſimplicitatis defenſione ſalubriter ordinata atque injuncta, nulla concertatione turbentur: quoniam non intervenit temeritas præſumptionis, ubi eſt diligentia. Nemo veſtrum, quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius eſt: & quod A-
(b) Rom. 15. poſtolus inquit (b): Unuſquiſque proximo ſuo placeat in bonum, & reliqua.
(c) c. 2. præceptis 12. diſt. (c) Præceptis ergo Apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ a ſancta Romana & Apoſtolica auctoritate juſſa ſunt, ſalutifere impleantur, ſi ejuſdem S. Eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrum, communionem habere
(d) 2. q. 6. c. 14. ſunt S. Leonis verba. deſideratis. (d) Qui autem ſe ſciunt quibuſdam eſſe præpoſitos, non ferant moleſte aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam, quam exigunt, etiam ipſi defendant. Unde liquet, quod omni ſtudio devotionis unanimes divinis, & Apoſtolicis præceptionibus parere debeatis, & in nullo inobedientes (quod abſit) effi-
(e) 46. diſt. cap. 4. Licet. ci. Nam (e) licet & plerumque accidant ſacerdotibus quæ ſunt reprehendenda: plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam ſeveritas, plus cohortatio, quam commotio, plus charitas quam poteſtas: cum nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato vivat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationem beatum Petrum præceptorem noſtrum Apoſtolum judicaſſet: non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Expectandi ſunt ergo magis, atque corrigendi rectores Eccleſiæ, quam ſtatim, & abſque noſtro conſulto judicandi cum majora negotia, difficiliores cauſarum exitus, ſanctorum Patrum canones ſpiritu Dei conditi, & totius mundi reverentia conſecrati jubeant ſub noſtra expectatione ſuſpendi, noſtro moderamine frui.



Unde neceſſe eſt, hæc & alia Eccleſiaſtica quæque negotia poſt multarum experimenta cauſarum, ſolicitius perſpici, & diligentius præcaveri, quatenus per ſpiritum charitatis & pacis omnis materies ſcandalorum, & præſumptio invidorum, atque oppreſſio ſimplicium de Eccleſiis Domini auferant. Et ſicut non vult quiſquam fratrum, ſe aliorum judicio prægravari, ita non audeat aliis inferre, quod ſibi non vult fieri, reminiſcens præceptum Domini Salvatoris, V.
quo ait: (f) Nolite judicare, & non judicabimini: in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini, & reliqua. Nihil ergo per noſtram facilitatem tribunalis excelſi judici derogare debemus, cum illa ſint rata, quæ pia, quæ vera, quæ juſta ſunt: & aliter neceſſitatis, aliter tractanda eſt ratio voluntatis. Nullum enim intemeratum reliquit inimicus, idcirco ſuccurrendum eſt irretitis; conterendus eſt ergo venantis laqueus, ut fugatis lamentationibus tam in juſto moderamine, quam compunctione pieta- (f) Matt. 7.



tis,

PAGIUS cuſſis, pronunciatum eſt ſecundum Monaſterium. Verum Gregorius IV. judicatis ſtare noluit, & a Miſſorum Imperialium ſententia appellavit ad Imperatorem. Hæc ſupradicti Miſſi ſive Judices audientes judicaverunt, ut Gregorius Advocatus Pontificis retraderet ipſas curtes Audulfo Advocato ad partem hujus Monaſterii, quod facere noluit. Sed & ipſe Apoſtolicus dixit noſtro judicio ſe minime credere, uſque dum in præſentia Domini Imperatoris ſimul venirent, inquit Auctor Chronici Farfenſis ex Actis ejuſdem Monaſterii. [1] Mabillon. in Muſeo Italico Tom. I. part. II. pag. 62. qui in illo Monaſterio fuit, dicit Chronicon dignum eſſe quod integrum edatur ob varia Acta publica, quæ in illud inſerta ſunt. [2] Certe non pauca Monumenta publica & Antiquorum loca recte intelligi non poſſunt, niſi ſciatur penes quem Romæ poteſtas judicandi hoc tempore fuerit.

IV. Legatio Theophili Aug. ad Ludovicum Aug. Porphyrogenneta lib. 3. num. XXXVI. hæc de Theophilo Græcorum Imperatore narrat: Theophilus Imperator, quam ab Agarenis cladem probrumque acceperat, animo non ferens, Theodoſium Patricium, cui Babutzicus nomen erat, ad Regem Franciæ mittit, fortes inde auxiliarios ac numeroſas copias ad ſe mitti petens. Exiſtima-

NOTÆ [1] QUæ Pagius hic narrat geſta fuiſſe anno 829. cadente Januario menſe, diſcimus ex charta in eodem judicio exarata a miſſis Imperialibus; ſignatur enim illa, anno Imperii Domni Ludovici XVI. menſe Januario, per Indictionem VII. Annus Ludovici XVI. ab obitu patris exeunte Januario cœpit. Chartam illam exhibet Murator. ad Chronic. Farfenſ. col. 378. MANSI

[2] MAbillonii votum nunc tandem eruditis omnibus faventibus expletum eſt a Cl. Muratorio, qui in tom. II. parte II. rerum Italicarum chronicon iſtud Farfenſe integrum vulgavit, ex quo plura in rem noſtram & ad hujus editionis illuſtrationem excerpſimus. MANSI

tis, Apoſtolica auctoritate ſol juſtitiæ in oculos ſplendeat corruentium; nec pigeat forſitan, aut pudeat noſtris obedire mandatis, aut Apoſtolicæ Sedis obſervare præcepta, quia humilibus dat gratiam, non ſuperbis.

VI. Nam (a) nulli fas eſt velle, vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis præcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium quod veſtram oporteat ſequi charitatem. Sit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratus, qui Apoſtolicis voluerit contraire decretis: nec locum deinceps inter ſacerdotes habeat, ſed extorris a ſancto fiat miniſterio: non de ejus judicio quiſquam poſtea curam habeat, quoniam jam damnatus a ſancta Apoſtolica Eccleſia, ac auctoritate ſuaque inobedientia atque præſumptione a quoquam eſſe non dubitatur; quia majoris excommunicationis dejectione eſt exigendus, cui ſanctæ Eccleſiæ commiſſa fuerit diſciplina, qui non ſolum præfatæ ſanctæ Eccleſiæ juſſionibus parere debuit, ſed etiam aliis, ne perirent, inſinuare. Sitque alienus a divinis & Pontificalibus officiis, qui noluit præceptis obtemperare Apoſtolicis.

(a) Diſt. 19. c. 5. Nulli.

VII. Maneat itaque memoratus Aldricus hac Apoſtolica auctoritate uſque ad præſentiam Sedis Apoſtolicæ ſemper Epiſcopus; nec antequam huc veniat, talium aut aliorum verbis intendat nocivis, neque eorum ſuccumbat judicio, aut ullam ſævam ſuſcipiat ſententiam, nec nobis ſicut illi (quod minime arbitramur) inobediens exiſtat prædictæ Apoſtolicæ, ſi voluerit, Sedis ſanctæ, & neceſſe fuerit, appellet Antiſtitem, & ad eum libere abſque illius pergat impedimento; nec colligari, nec judicari, nec damnari a quibuſdam poſſint Epiſcopis, qui Apoſtolicis fuerint fulti auctoritatibus; quanto minus ab illis ſi factum, quod fieri non credimus, fuerit, qui eorum inobedientia atque protervia facta, jam ſunt damnati auctoritate? quia non aliter perſecutores fratrum, quam Sedis ſanctæ juſſionibus, cui omnis orbis caput inclinat, inobedientes corrigere, ſeu regere juxta præcedentium Patrum exempla poſſumus, niſi eos zelo fidei Dominicæ perſequamur, & a ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius divulgetur, in ſeveritate, qua poſſumus, abſcindamus.

VIII. Quiſquis namque conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram Sedis Apoſtolicæ minime defuturam. Et qui monitis noluerit obedire Apoſtolicis, neceſſe eſt, ut ſeveritatis regula vindicetur; ne aliquis hoc faciat, aut fieri ſinat, unde alium vel capiendo decipiat, ſibique cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat. Cavete fratres, negligere præfata, cavete * tentare prohibita, ne prædictis involvamini retinaculis. Nolite ſæpedictum fratrem abſque noſtra (ut prædictum eſt) præſentia aut auctoritate judicare, vel condemnare, aut gravare. Sed ſicut Apoſt. eſt munitus præſidiis, ita veſtris fulciatur auxiliis. Sitque ab omni ſacerdotalis catalogi * laqueo, aut oppreſſione vel judicio humano intactus, & liber uſque ad noſtrum (ut præfatum eſt) judicium, qui beati principis Apoſtolorum Petri meruit adipiſci auxilium. Contra caput ergo nolite vos extollere. Nolite beati clavigeri Petri, cujus vice legatione pro Chriſto fungimur, Sedem, ejuſque Sedis auctorem ſpernere, ne ejus patiamini offenſionem, aut ſcandalum Ecclesiæ

* temere

*

PAGIUS mabat enim ſuos numquam virium imbecillitate aut molliore animo victoria cecidiſſe, ſed pugnæ detrectatione, ſeu (quod idem eſt) proditione, id illis ſemper accidiſſe. Ac plane rem experturus erat, ac gentium, quarum auxilia rogaverat, ſenſiſſet potentiam: ſiquidem Francorum Rex Legationem libens habuerat, nec miſſurum ſe armatos abnuebat, novaque rurſus acie Infortunatus Theophilus (hoc enim ille ſibi nomen aſciverat, quod in præliis ſemper victus exiret) in Agarenos expeditionem ſuſcepiſſet, niſi quem ille miſerat, Theodoſius prius in humanis eſſe deſiiſſet. Nam & tum illius mors in cauſa fuit, ne Francorum auxilia in Urbem Regiam venirent, tum dyſenteriæ invaleſcens morbus, Imperatori mortem attulit, non etiam reſumendi arma facultatem fecit.

V. Benigne ſuſcepta, ſed irrita. Hanc Legationem recitat hoc anno Annaliſta Bertinianus his verbis: Venerunt Legati Græcorum a Theophilo Imp. directi, Theodoſius videlicet Chalcedonenſis Metropolitanus Epiſcopus, & Theophanius Spatharius, ferentes cum donis Imperatore dignis Epiſtolam. Quos Imperator quinto decimo Kalendas Junii in Ingulenheim honorifice ſuſcepit. Quorum Legatio ſuper confirmatione pacti, & pacis atque perpetuæ inter utrumque Imperatorem eique ſubditos amicitiæ & caritatis agebat, nec non de victoriis quas adverſus exteras bellando gentes cælitus fuerat aſſecutus gratificatio, & in Domino exultatio ferebatur. In quibus Imperatorem ſibique ſubiectos amicabiliter Datori victoriarum omnium gratias referre popoſcit. Ex hac Legatione manifeſte deducitur, quintam Theophili in Saracenos expeditionem ad annum DCCCXXXVII. & excidium Amorii ad præcedentem pertinere. Porro Theodoſium Patricium fuiſſe non vero Epiſcopum, docent etiam Curopalata & Cedrenus.

VI. Michael naſcitur Theophilo Aug. Symeon Logotheta in Annalibus num. XVII. ſcribit: Theophili Imperatoris anno decimo, naſcitur ei filius ex Theodora, cui Michaelis nomen indidit; quod confirmat Porphyrogenneta in Vita ejuſdem Michaelis, in qua ait, eum annos tres natum Theophilo patri ſucceſſiſſe. Zonaras de Manuele Conſtantinopolim reverſo poſtquam a Theophilo defecerat, loquens, ait: Magna cum lætitia eſt exceptus ab Imperatore, ſtatimque Magiſtri honore ornatus, Imperatoris filium Michaelem e ſacro baptiſmate ſuſcepit, quem pater diademate cinxit, & Romanorum Imperatorem declaravit. Ubi Zonaras reditum Manuelis de quo ſuo loco egimus, uno tenore refert cum iis, quæ poſtea contigere. Por-



cleſiæ generetis, ſed magis ſoliciti pro fratrum ſalute & liberatione eſtote, & pro ſanctæ Dei Eccleſiæ ſalute ſummopere laborate: armamini charitate, non ſeveritate: omnibus vobis, ac ſigillatim occurrat charitas, & vinculis, quæ mille modis a Chriſto ſolvuntur, vobiſcum pariter in perpetuum connexa lætetur in Domino.

IX. Cæterum inſectatores fratrum Eccleſiaſtica diſciplina comprimere, & erudire debetis, qui ſtatum majorum non tenentes, Dei ſacerdotes atque ſanctam Eccleſiam, quæ in ſacerdotibus maxime conſtat, Principum & populorum favorem ſequentes, & Dei judicium non timentes, ſua violare perſæpe nituntur præſumptione. His ergo nec factis, nec conciliis, nec manifeſtis, nec occultis vos oportet præbere conſenſum, dicente Domino (a): Videbas furem & currebas cum eo. Non tantum qui faciunt, ſed qui facientibus conſentiunt, rei tenentur. Illud dumtaxat debet mentem veſtram vehementius excitare, ut ab omni labe ſæculi iſtius immunes ante Dei conſpectum & ſecuri inveniamini, ut charitatem non amittentes, & ſuſtentatores fratrum exiſtatis, quatenus juxta Apoſtolum unanimes, unum ſectantes, permaneatis in Chriſto; nihil per contentionem, neque per inanem gloriam vendicantes; non hominibus, ſed Deo Salvatori noſtro per omnia placentes. Hac ergo charitatis glutinatione compeſcite quæſo a memorato fratre; ſi quorumcumque cognoveritis aut inſidias, aut æmulationem, eis dare quoquo modo nolite conſenſum, quod omnibus duris rebus durius arbitramur.

(a) Pſal. 49.

X. Si quo pacto converſationes non habet amabiles: habendus tamen pro reverentia S. Petri, cujus eſt munitus auctoritate, dilectus. Non novum aliquid præſenti juſſione præcipimus, ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus, cum nulli dubium ſit, quod non ſolum Pontificalis cauſatio, ſed omnis etiam religionis relatio, ad Sedem Apoſtolicam, quaſi ad caput Eccleſiarum debet referri, & inde normam ſumere, unde ſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis videatur omitti, cujus auctoris ſanctionem omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ petræ, ſuper quam Chriſtus univerſalem fundavit Eccleſiam, ſoliditate develli. Si quis hæc Apoſtolicæ Sedis præcepta non obſervaverit, percepti honoris hoſtis eſſe non dubitetur. Sed forte vos veſtrique prædeceſſores in hodiernum non reluctati ſunt. Et ne quando contingat, ut reluctentur: idcirco denuo repetentes, ſæpius admonemus, ut vetentur qui hujuſmodi fratres turbare viſuntur, & probibeantur aliud quam ille noſter juſſit agricola ſeminare. Nam qualiter nos, qui neminem volumus perire, contriſtet, qui electorum percellunt animos, Dominicus in Evangelio ſermo teſtatur: ait enim Salvator ipſe: (b) Quod expediat ſcandalizanti de puſillis aliquem in maris profundo demergi, & cætera, quæ ad hunc ſenſum pertinent: a quibus non ſacerdotes, ſed & omnes Chriſtiani ſe cavere omnino debent, quoniam ſacerdotes, qui throni Dei vocantur, quieti ab omnibus perturbationibus eſſe debent. Nec ab re ipſe Salvator (c) vendentes columbas, & nummulariorum menſas proprio flagello evertit, & projecit e templo: unde liquet, ſummos ſacerdotes ipſius expectare judicium. Ad cujus rei confirmationem plurimum, valet, quod alibi inquit: (d) Deus ſtetit in ſynagoga eorum, in medio autem Deus diſcernit. Et reliqua talia, quæ in ſuis inveniuntur auctoribus.

(b) Matt. 9.

(c) Matt. 21.

(d) Pſal. 81.

Illos ergo, qui non ſpeculatores eſſe volunt, excuſare non poſſumus, ſi fratres, quos tueri, & adjuvare pro viribus debemus, improba fœdari contagione permittamus. Unde hortamur dilectionem veſtram, obteſtamur & monemus, ut quæ de-



PAGIUS Porro Conſtantinus Manaſſes annum quo Michael a patre Auguſtus nuncupatus eſt, his verbis declarat: Annum jam duodecimum imperans (ſc. Theophilus), Michaelem filium, admodum adhuc puerum, Imperiali corona redimit.

VII. Jonas Ep. Aurelian. ſcribit adverſus Claudium Ep. Taurin. Cum Claudius Taurinenſis Epiſcopus prius e vivis exceſſerit, quam Ludovicus Aug. cujus obitus menſe Junio ſequentis Chriſti anni accidit, & Jonas Epiſcopus Aurelianenſis anno ſequenti Carolo Regi libros tres de Cultu Imaginum obtulit, de libris illis Jonæ & de Claudii morte, hic nobis mentio facienda. Dungalus & Jonas de tribus iiſdem cauſis ſeu quæſtionibus, eodemque ordine, totidem libris diſputarunt adverſus Claudium, primo de Imaginibus, ſecundo de Cruce, tertio de Peregrinationibus ad Memorias Sanctorum; ſed non eodem tempore; ille enim librum ſuum dicavit Ludovico & Lothario Augg. biennio poſt Synodum Pariſienſem, ut Mabillonius in Præfatione ad partem I. Sæc. IV. Benedict. ex ejus Operis initio eruit; Jonas vero hoc vel ſequentis anni initio libros ſuos elucubravit præcipiente Ludovico Aug. ut ipſemet in ſua Præfatione ad Carolum Regem teſtatur, ſubditque: Audiens eumdem Claudium juxta humanam conditionem ultimum clauſiſſe diem, ab eodem Opere perficiendo ſtylum meum feriandum ſtatui. Rebar enim quod, illo moriente, pariter ejus error nuſquam comparuiſſet, ſecundum Domini ſententiam dicentis, delebo memoriam Amalech de ſub cælo, nihilominus memoria illius perverſæ doctrinæ deleta fuiſſet in omnium Virorum prudentium pectore. Sed quia, ut relatione veridica didici, non modo error, de quo agitur in diſcipulorum ſuorum mentibus reviviſcit; quin potius eo dicente, hæreſis Ariana pullulare deprehenditur, de qua fertur quædam monumenta librorum congeſſiſſe, & ad ſimplicitatem & puritatem fidei Catholicæ & Apoſtolicæ oppugnandam in armario Epiſcopii ſui clandeſtina calliditate reliquiſſe, non ſum

*debetis & poteſtis ſolicitudine, ſuper his vigiletis: quia in ſpecula eſſe debetis, ne qua infeſtantium prorumpat audacia. His ergo pro viribus reſiſtite, quia nefas eſt prægravari religioſos, pati fratres, quorum afflictione, quia membra ſunt noſtra, nos quoque convenit macerari, crucemque juxta Domini Salvatoris vocem, ferre, qui ait: (a) Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quamquam maneat his beatitudo promiſſa, (b) quicumque probantur perſecutionem propter juſtitiam ſuſtinere. Quibus quid promittat ipſe Salvator in futurum, ſequens ſermo declarat. Intelligamus hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere. Quod ita demum probare poterimus, ſi quibus manum porrigemus, vos nobiſcum porrigatis, ut cui & vos manum porrigetis, vobiſcum porrigamus: quia non aliter unus grex, & unus paſtor ſumus, niſi quemadmodum Apoſtolus, docet, dicens: Id ipſum dicamus omnes, ſimuſque perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Deus vos incolumes memores noſtri cuſtodiat, fratres chariſſimi.* Hactenus Gregorii epiſtola de Rom. Pontificis auctoritate, qua claudimus annum.

(a) Matt. 16.

(b) Mat. 5.

Qua-

PAGIUS

*ſum auſus, quia monitu & hortatu filiorum Sanctæ Dei Eccleſiæ, Opus quod prætermiſeram, enucleatim diſcutiendum repeterem, & ſingulis, quæ ſupererant, perverſe objectis, atque piiſſimis antithetis ad liquidum obviarem.* Abutuntur Proteſtantes auctoritate Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi & Dungali Diaconi ac Recluſi Monaſterii San-Dionyſiani, adverſum Sacrarum Imaginum cultum; verum Natalis Alexander ſæculo VIII. in Diſſert. VI. eos fuſe ſolide refellit. [1] De libris a Claudio Taurinenſi editis legendi Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. & Oudinus in ſuo Supplemento.

VIII. *Moritur VVitlaſius Merciæ Rex.*

Facta hoc anno a Danis in Angliam irruptio, cujus ad hunc annum vetus Chronologus Saxo Wigornienſis Ethelwerdus lib. 3. aliique meminere. Ea calamitate *Vvitlaſius* Merciorum Rex, ad quem pertinebat Civitas Londinenſis, quæ tunc devaſtata, vita functus eſt ſine prole, quæ in Regnum ſuccederet, ideoque ſucceſſit in Merciorum Principatum *Bertulfus* ejus frater, qui, ut Danorum furorem ſiſteret Monaſteriorum bona in belli uſum convertit, quod Deo ingratum fuiſſe eventus oſtendit, ut infra videbimus; ipſeque ſub finem vitæ omnia quæ Monaſteriis abſtulerat, reſtituit. Ingulphus ait, eum *decimo tertio anno Regni ſui* mortuum eſſe, docetque ſingulis annis, *ſaltem ſemel*, ſepulchrum Sancti *Guthalci* viſitaſſe, & pio ſemper munere ornaſſe; cumque audiſſet, *Alfledam*, ſeu, ut eam ipſe vocat, *Etheldritam* Virginem, quæ Recluſa vivens in Croilandenſi Eccleſia eum profugum exceperat, e vivis abiiſſe tanto dolore perculſum fuiſſe, *ut longo tempore lecto decumbentem omnes ſui jam morti proximum formidarent*, qui tamen de amiſſo Regno nullam emiſerat lachrymam. Alfledæ nomen inſcribitur in Martyrologio Anglicano ad diem XII. Septemb. & in Martyrologio Uvionis ad diem tertium menſis Auguſti. Ei Etheldritæ nomen ut exiſtimo, quando ſæculum reliquit, impoſitum.

NOTÆ [1] Qui Claudii Taurinenſis librum altero oppoſito libro confutavit Dungalus, alius plane fuit a Dungalo monacho Sandionyſiano recluſo. Licet enim id opinatus fuit olim Mabillonius, & ex illo Pagius, modo tamen plane oppoſitum evincitur ex evulgato a Muratorio Antiquit. Ital. t. III. col. 821. vetuſtiſſimo catalogo eorum codicum, qui ſæculo X. in Bobienſi S. Columbani monaſterio extabant. In eo legas: *Item de libris quos Dungalus præcipuus Scotorum obtulit beatiſſimo Columbano. Inter eos libros legas: Dungali contra perverſas Claudii ſententias.* Dungalus ergo iſte, qui Claudium inſectatus fuit, in Italiam ad Cœnobium Bobienſe venit. Conſtat autem per illa tempora Dungalum quemdam Papiæ humaniores literas docuiſſe, ut legitur in Capitulari quodam Ludovici Pii vulgato rer. Italic. tom. II. pag. 151. Is facile Dungalus Claudium impugnavit. MANSI



I. Ludovicus Rex rurſus excitatur ad prœlium.

Quadrageſimus ſupra octingenteſimum incipit annus, tertia Indictione ſignatus, quo Ludovicus Imp. duodecimo Kalendas Julii ex hac vita migravit. Sed quæ iſta præceſſere, ex ejus domeſtico, qui ejus res geſtas tunc ſcribebat, dicenda ſunt. Ludovicus enim Rex ipſius Ludovici Imperatoris filius, qui anno ſuperiori adverſus patrem pararat exercitum, licet majori vi armorum oppreſſus, eum humili conveniens obſequio, veniam petiiſſet, & impetraſſet: rurſum memoria præteritorum, quod cum ipſe patrem ex Imperio deturbatum, & cuſtodiæ mancipatum vendicaſſet in libertatem, & in Imperium revocaſſet: tamen quod in diviſione Regnorum, nulla horum habita ratione, Carolus a patre fuiſſet ipſi præpoſitus ex alia conjuge genitus, inter fratres natu minimus, ipſe autem de parente adeo bene meritus inofficioſe poſtpoſitus: cum hæc indigeſta adhuc detinerentur in ſtomacho, bile ſuccenſa, rurſus multa febre phreneticus ad arma converſus Alamanniam adoritur. Ad quem comprimendum cum intempeſtive ipſe Ludovicus Imp. profectus eſſet, ex incommodis ſibi morbum, & ex morbo mortem paravit, ut idem qui ſupra auctor rem geſtam accuratiſſime proſecutus dicit, his verbis:

II. Motus Ludovici filii in German.

*Hæc eo agente, Natalis Domini feſtivitas rediit, eamdemque ſolemnitatem Pictavis, cum debito & ſolito honore Ludovicus Imperator celebravit. Ibidemque moranti, & quæ utilitas poſcebat diſponenti, nuntius illi advenit, dicens Ludovicum filium ſuum, aſſumptis qui-*

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXVIII Anno Hegiræ CCXXVI inchoato die 31. Octob. fer. 1. A. C. 840.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6333.

☉ 9. DC. ☽ 5. P. 28. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 840.

GREGORII IV. PAPÆ 14.

LOTHARII IMP. 21. & 1.

THEOPHILI IMP. 12.

I. *Moritur Ludovicus Aug.*

Ad Num. I. ad XIII. Nithardus primum ſuum librum morte Ludovici Aug. claudit. *Per idem tempus Ludhuvicus a Bajoaria, ſolito more, egreſſus Alamanniam invaſit cum quibuſdam Toringis & Saxonibus ſollicitatis. Quamobrem pater ejus* (nempe Ludovicus Aug.) *ab Aquitania revocatus, dimiſſo videlicet Carolo una cum matre ejus Pictavis, ipſe vero ſanctum Paſcha Aquis celebravit; & ſic uno eodemque itinere Toringiam petiit; a qua Lodhovvico filio ejus pulſo, per Sclavos itinere redempto, eum in Bajoariam fugere compulit. Quo peracto, Kal. Julii ad Vangionum urbem Conventum indixit, ad quod Lodharium, filium ſuum ab Italia venire præcepit, cum eo cæteriſque ſibi credulis de Lodhuvvico deliberaturus. Cumque hæc ſe ita haberent, & Lodharius in Italia, Lodhuvvicus trans Rhenum, & Carolus in Aquitania eſſet, Lodhovicus Imperator paterque illorum in inſula quadam juxta Maguntiacum XII. Kal. Julii obiit. Quem Drogo frater & Epiſcopus atque Archicapellanus ejus, Metis civitate ſua apud ſanctum Arnulfum, una cum Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſque congruo honore ſepulturæ tradidit. Vixit per annos IV. & LX. Rexit Aquitaniam per annos VII. & XXX. Imperiale vero nomen per annos VII. & XX. & per menſes ſex obtinuit.* Analiſtæ Metenſis & Fuldenſis idem habent quoad diem & menſem, aiuntque eum mortuum eſſe *in inſula quadam Rheni fluminis prope Ingilenheim,* Palatium nempe Regium prope Moguntiam ac Rhenum ſitum, cujus veſtigium nullum reſtat. Auctor Vitæ Ludovici Pii refert, eo anno, *tertia die Letaniæ Majoris*, ſeu III. Nonas Maij deliquium Solis contigiſſe *inſolito modo*. Hanc Eclypſim Annaliſtæ Fuldenſis & Metenſis *in ipſa Vigilia Aſcenſionis Domini* collocant, ſeu die V. Maji feria IV. & Calviſius dimidia fere hora poſt meridiem accidiſſe demonſtrat; indeque conſtat Ludovici Aug. mortem ab hoc anno removeri non poſſe. [1]

II. *De annis ejus Vitæ & Imperii.*

Quoad annos, quibus vixit, cum anno DCCLXXVIII. in lucem prodierit, ut inter omnes convenit, apparet Nithardum, quemadmodum & Auctorem Vitæ Lodovici Pii, qui ei annos Vitæ LXIV. etiam aſſignat, annos Incarnationis inchoare a Paſchate, & *Ludovicum* anno DCCLXXVIII. ante diem decimum nonum menſis Aprilis, in quem tunc Paſcha incidit, & novus annus ſecundum hanc epocham numerari cœpit, natum eſſe, ſicque annos LXIV. utrimque incompletos vixiſſe, ac Cointium hallucinatum, qui contendit utrumque Hiſtoricum, licet coætaneum, hac in re erraſſe. Certe Theganus, qui hoc ipſo tempore floruit, eadem Incarnationis Era uſus eſt; cum ſuæ Hiſtoriæ initio tradat, Carolum M. qui die XXVIII. menſis Januarii anni DCCCXIV. vivere deſiit, mortuum eſſe *anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo tredecimo*. Quoad annos

NOTÆ [1] De die obitus *Ludovici Pii*, ad oram Martyrologii Reginæ Suecorum, de quo ſupra in Notis ad an. 814. n. XXII. hæc leguntur ad XII. *Kal. Julias. Obiit Hludow. Imperator.* Vide Mabillon. Annal. Bened. Lib. XXXII. §. XX. Eccardum rer. Francic. Lib. XXIX. n. XCV. Chronographum Saxonem ad an. 840. anno Imperii Ludovici XXVI. & Chronicon Reichſpergenſe apud Stewartium pag. 776. Ad oram Cycli Dionyſiani in Cod. Reg. Suec. num. 755. ad an. 840. legitur: *Hludovvicus Imp. obiit, & eclypſis Solis facta eſt* IIII. *feria ante Aſcenſionem Domini, hora diei nona,* II. *Non. Maii.* GEORGIUS

quibuſdam Saxonibus atque Thuringis ſecum, Alamanniam invaſiſſe. Quæ res maximum incommodum ei peperit. Etenim cum jam ſenili ætate gravaretur, & phlegmatis abundantia, quæ hieme augmentatur, ultra ſolitum pulmo ejus gravaretur, pectuſque quateretur: acceſſit etiam hic triſtis nuntius, cujus relatu adeo affectus eſt amaritudine, quamvis eſſet pene ultra humanum modum natura mitiſſimus, fortitudine magnanimus, pietate cautiſſimus, ut in apoſtema pituita excreſcens dureſceret, & intra vitalia ulcus lethale concreſceret: invictus tamen illius animus, dum turbari tali peſte Eccleſiam Dei, populumque Chriſtianum vexari comperit, nec faſtidio ceſſit, nec dolori fractus ſuccubuit.

III. Quadrageſimæ tempus quomodo tranſigi ſolitum.

Sed poſtquam ſanctum Quadrageſimale jejunium cum uxore & filio Carolo inchoavit, adverſus hanc tempeſtatem ſedandam ſe obicem tulit. Et qui ſolitus erat hoc tempus, pſalmorum decantatione, orationum inſtantia, Miſſarum celebratione, eleemoſynarum liberalitate cum ſumma devotione totum ſolemne reddere, ita ut vix uno aut duobus diebus propter exercitationem equitationi indulgeret: nunc propter diſcordiam fugandam, pacemque revocandam, nullum diem habere feriatum voluit; paſtoris enim boni exemplum ſequens, pro utilitate gregis ſibi commiſſi, non refugiebat etiam proprii corporis jacturam ferre. Unde non ambigendum eſt, ei redditum præmium, quod ita laborantibus ſe daturum promiſit maximus Pater, princepſque paſtorum.

IV.

Cum maxima igitur fatigatione, impugnantibus valentiam ipſius præmiſſis caſibus, pervenit imminente ſacratiſſima Paſchali ſolemnitate * Aquiſgrani; ibique eam cum ſolita devotione celebravit. Qua explicita, cœptum negotium acceleravit explere. Nam Rheno tranſmeato, Thuringiam continuato itinere penetravit, ubi Ludovicum morari per id tempus didicit. In qua cum eum conſcientia morari non pateretur, utpote jam patre propinquante, rebus etiam diffideret, ſalutem in fugæ præſidio poſuit. Redempto enim itinere, per Sclavorum terram in propria rediit. Quo illo redeunte, Imperator generalem conventum in urbe Vuangionum, quæ nunc Vuormatia dicitur, congregari præcepit. Et quia res Ludovici taliter ſe habebant, Carolus autem filius cum matre in Aquitania vernabatur: Imperator ad filium ſuum Lotharium in Italiam miſit, jubens ut eidem placito intereſſet, quatenus cum eo de hac re deliberaret.

* Aquiſgranum

Expeditio in Ludov.

V. Solis deliquium ante obitum Ludov.

Quo in tempore deliquium ſolis contigit tertia die litaniæ majoris inſolito modo: in tantum enim lucis receſſu tenebræ prævaluerunt, ut nihil a noctis veritate differre videretur. Stellarum namque rarus ordo ita cernebatur, ut nullum ſidus lucis ſolaris hebetudinem pateretur,

quin

PAGIUS

nos Imperii ejus, Aſtronomus in ejus Vita ait, cum imperaſſe *annos viginti ſeptem*, & ita ſcripſerat Nithardus; ſed Librarii addidere *menſes ſex*, quod nullo modo verum eſſe poteſt; cum anno DCCCXIII. eoque jam provecto, in conſortium Imperatoriæ dignitatis a patre adſcitus fuerit. Dicitur autem *Ludovicus* ab eodem Aſtronomo regnaſſe in Aquitania *annos XXXVII.* deductos ſcilicet ab anno ſeptingenteſimo octogeſimo primo, & uſque ad annum octingenteſimum decimum ſeptimum continuatos; quia hoc ultimo anno *Pippinus*, qui ante triennium Rex Aquitaniæ jam appellatus fuerat, nova denuo Conſtitutione in eodem Regno confirmatus eſt, ſicque *Ludovicus* Aug. dici poteſt, regnaſſe in Aquitania annos XXXVII. non integros ſcilicet. Quam inſignis ejus pietas fuerit, oſtendunt infinita bona ab eo Eccleſiis & Monaſteriis data, & quod de eo ſcribit Theganus cap. 19. *Quotidie ante cibum eleemoſynarum largitionem exhibuit, & ubicumque erat, Xenodochia ſecum habebat;* Quantus vero zelus ejus & ardor extiterit in propagandis diſciplinis liberalibus, Scripturarumque & Sanctorum Patrum Codicibus aſſervandis, unde tela depromerentur ad configendas hæreſes omnes, indicat Jonas Aurelianenſis Epiſcopus in Epiſtola, qua Carolo Calvo ſuum de Imaginum Cultu dicavit Opus: *Quantum*, inquit, *Eccleſiam Chriſti ſuo regimini divinitus commiſſam, morem patri ſui, videlicet pii & homonymi Viri Caroli nobiliſſimi Auguſti imitans, imo ſupergrediens, diſciplinis liberalium artium educaverit, & utriuſque Teſtamenti Sancti paginis, atque eximiorum Patrum dictis ad propellenda hæreticorum dogmata venenata, & inſtruxerit, & inſtrui fecerit, cunctis Catholicæ Apoſtolicæ fidei filiis perſpicuum eſſe non ambigitur: quoniam revera id quod dicitur, in promptu eſſe cernitur.*

III. *Duabus Epochis poſt patris mortem utitur Lotharius Aug.*

*Lotharius* patre demortuo duas Epochas uſurpare cœpit, quarum priorem ab an. DCCCXX. quo Longobardiæ Rex renunciatus fuerat, alteram vero a die XX. menſis Junii patris emortuali deſumſit, ut anno DCCCXXI. num. II. jam inſinuavimus, & paſſim infra exemplis confirmabimus [1]. *Indictiones* vero modo a Kalendis Januarii, modo a Kalendis Septemb. deduxit. Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 24. num. III. ait pleraque Ludovici Pii Diplomata inchoare Indictionem a Januario, idque probare in primis ejuſdem Ludovici Pii Diploma pro Cœnobio Montis-Olivi recitatum a Balu-

NOTÆ [1] EPochæ Imperii, & regni in diplomate *Lotharii* pro monaſterio Elnonenſi, apud Martenium in ampliſſima Collectione Anecdot. tom. I. pag. 99. ita adnotantur. *Data VI.* (hic deeſt aliquid) *Octobris, anno Chriſto propitio imperii Domni Hlotarii pii Imperatoris in Italia* XXI. *in Francia* I. *Indictione* III. *Actum Vern. palatio regio in Dei nomine. Amen.* GEORGIUS



quin potius luna quæ ſe ei adverſam præbuerat, paulatim Orientem petendo, primum corniculatim illi lumen a parte Occidentali reſtitueret in morem ſui, quando prima vel ſecunda cernitur; & ſic per augmenta totam venuſtatem tota rota ſolis reciperet. Quod prodigium licet naturæ adſcribatur, tamen lamentabili exitu conſummatum eſt. Portendebatur enim per hoc maximum illud lumen mortalium, quod in domo dei ſuper candelabrum poſitum omnibus lucebat, piiſſimæ recordationis Imperatorem dico, maturrime rebus humanis ſubtrahendum, mundumque ejus diſceſſu in tenebris tribulationum relinquendum.

Ludovicus ægrotat.

Cœpit ergo faſtigio tabeſcere & nauſeanti ſtomacho, ad cibum potumque intendere, crebris ſuſpiriis urgeri, ſingultibus quati, ac per hoc virtute deſtitui. Natura enim ſuis deſerta comitibus, neceſſe eſt ut victa fatiſcat. Quod cernens, juſſit parari ſibi habitacula æſtiva atque expeditionalia in inſula quadam contigua Moguntiacæ civitatis: ibique viribus deſertus, lectulo ſeſe committit. Porro quis explicet ejus pro Eccleſiæ ſtatu ſolicitudinem, vel pro ejus concuſſione mœrorem? Quis enarrare lachrymarum flumina, quas pro acceleratione divinæ clementiæ fundebat? Non enim ſe receſſurum dolebat, ſed quod futurum noverat, gemebat, dicens ſe miſerum, cujus extrema clauderentur talibus * inferiis.

* miſeriis

VI. Ludovicus quotidie peccata confeſſus communicat.

Aderant autem ejus conſolationi venerabiles Antiſtites, & alii ſervi Dei quamplurimi, inter quos erat Hethius venerabilis Treverorum Archiepiſcopus, Othgarius Moguntiæ ſimiliter Archiepiſcopus, ſed & Drogo frater domini Imperatoris Metenſis Epiſcopus, necnon ſacri palatii Archicapellanus; quem quanto ſibi propinquiorem noverat, tanto ei familiarius ſua omnia & ſemet credebat. Per eumdem quotidie confeſſionis munus, ſacrificium ſpiritus contribulati, & cordis humiliati, quod Deus non deſpicit, offerebat. Cibus ejus erat ſolummodo per dies quadraginta Dominicum Corpus, laudante eo juſtitiam Dei & dicente: Juſtus es Domine: at quia Quadrageſimæ tempus non jejunans exegi, ſaltem coactus idem jejunium tibi exolvam.

Diſtribuit Theſaurum Ludovicus.

Juſſit autem venerabili fratri ſuo Drogoni, ut miniſtros cameræ ſuæ ante ſe venire faceret, & rem familiarem, quæ conſtabat ex ornamentis regalibus ſcilicet coronis & armis, vaſis, libris, ſacerdotalibuſque veſtibus per ſingula ſcribi juberet. Cui prout ſibi viſum fuit, quid Eccleſiis, quid pauperibus, poſtremo quid filiis elargiri deberet, edixerat, Lothario & Carolo ſcilicet. Et Lothario quidem coronam & enſem, * vulgus auro, gemmiſque redimitum eo tenore habendum miſit, ut fidem Carolo & Judith ſervaret, & totam Regni portionem illi conſentiret, & tueretur, quam Deo teſte, & proceribus palatii ille ſecum & ante ſe lar-

*

gi-

PAGIUS

luzio in Appendice ad Capitularia Reg. Franc. pag. 1409. *Datum VI. Idus Decemb. anno ſecundo Imperii Domini Ludovici Piiſſimi Aug. Indictione octava*, id eſt, ut Vir doctiſſimus interpretatur, anno DCCCXV. quo ea Indictio in curſu fuit. Verum tam in eo Diplomate, quam in aliis omnibus tam a Carolo M. quam a Ludovico Pio, & ab utriuſque filiis ante ejuſdem *Ludovici Pii* mortem emiſſis, Indictiones a Kalend. Septemb. ſemper inchoatæ. In citato enim Diplomate annus ſecundus Ludovici Imp. ab anno Chriſti DCCCXIII. quo is Imperialis nominis conſors a Carolo M. patre dictus fuit, proficiſcitur, & Diploma illud anno DCCCXIV. non vero DCCCXV. promulgatum, uti recte vidit Cointius eo anno num. XXVIII. ubi illud integrum refert. Porro, ut hoc obiter obſervem, Monaſterium Montis-Olivi in Diœceſi Carcaſſonenſi ſitum, quod etiamnum perſtat, fundatum fuit ab *Olomundo* primo ejus Abbate, qui laudatum Præceptum a *Ludovico Pio* anno II. Imperii ejus obtinuit. Baluzius in Notis ad Capitularia pag. 1160. antiquiorum ejus Abbatum Catalogum recenſet, ſed laudatum Ludovici Pii Diploma, quod cum an. DCCCXV. alligat, cum anno DCCCXIV. copulandum.

IV. *Indictiones modo a Januario modo a Septemb. a Regibus Franc. cœpta.*

*Ludovicus* Bajoariæ Rex & *Carolus* Calvus Francorum Rex Lotharii Aug. fratres Indictiones etiam modo a Kalendis Januarii, modo a Kalendis Septembris exorſi ſunt, ut ex eorumdem Diplomatis eruitur. Quare Cointius hoc anno num. LXI. perperam ſcribit, *Ludovicum & Carolum* fratres mortuo Ludovico Pio patre, ne ſe ſuaque Regna *Lothario* fratri tanquam Imperatori ſubjeciſſe crederentur, neglecta Indictione Conſtantinopolitana, ſive Imperiali, quam Kalendæ Septembres aperiebant, amplexos eſſe aliam, cujus idem ac anni Chriſtiani principium, quam *Regiam & Francicam* nuncupat: *Lotharium* vero qua Imperatorem Conſtantinopolitana, qua Regem eadem cum fratribus uſum eſſe Indictione. Nam hæc nota temporaria neque Dominium attribuit, neque ſubjectionem infert, ſed ad tempora magis diſtinguenda tantum uſurpata fuit, idque non tantum a Regibus; ſed etiam ab Epiſcopis aliiſque perſonis publicis, uti ſuo loco diximus de nota Conſulari, de qua eodem ac de Indictione modo locutus eſt Cointius, eandemque ſententiam tulit. *Carolum* vero Calvum ſæpe Indictionem a Kalendis Septemb. auſpicatum eſſe, liquet ex duobus ejus Præceptis a Baluzio in Appendice ad Opera Lupi Abbatis Ferrarienſis pag. 507. & ſeqq. recitatis, & ex variis aliis ab eodem Baluzio in Appendice ad Capitularia Reg. Franc. pag. 1440. & ſeqq. relatis, in quibus tam ipſe *Carolus* quam *Lotharius* frater modo Indictiones a Kal. Septemb. modo a Kal. Januarii repetunt. Vana itaque diſtinctio illa Diplomatum a Lothario qua Rege, vel qua Imperatore datorum; cum *Lotharius* in omnibus ſuis Præceptis Regni Italici & Gallici annos memoret. Porro Gallos, Germanos & Anglos ante ſæculum nonum, vel etiam ante mortem Ludovici Pii Indictionem, non a Kal. Septemb. uti Romani ac Conſtantinopolitani,

ſed

*gitus ei fuerat. His vite peractis Deo gratias egit, quod nihil ſupereſſe proprium cognovit.*

VII. *Inter hæc tam venerabilis Antiſtes Drogo, quam cæteri Pontifices, dum in cunctis quæ agebantur, Deo gratias perſolverent, utpote quia videbant, quod eum, quem chorus virtutum ſemper comitatus fuerat, nunc perſeverantia ſubſequens quaſi cauda hoſtiæ totum ejus vitæ ſacrificium Deo prorſus acceptum reddebat: unum erat quo gaudium eorum obfuſcabatur. Verebantur enim ne forte filio Ludovico implacabilis eſſe vellet, ſcientes quod vulnus frequenter inciſum, aut cauterio aduſtum, acerbiorem dolorem ſuſtinenti propagaret: ſiſi tamen de ejus invicta patientia, qua ſemper uſus eſt, per Drogonem fratrem ejus, cujus verba ſpernere nolebat, animum ejus leniter pulſant. Qui primum quidem amaritudinem ſui animi demonſtrabat, at vero parumper deliberans, & viribus quantuliſcumque collectis enumerare conabatur, quot & quantis incommodis ab eo afflictus ſit, & quid contra naturam & Domini præceptum talia agendo commeruerit. Sed quia ipſe, inquit, ad me venire ſatisfacturus nequit: Ego quod meum eſt ago, vobis teſtibus & Deo, omnia quæ in me peccavit, illi remitto. Veſtrum autem erit illum monere, ut ſi ego illi totiens perperam geſta indulſerim, ille tamen ſui non obliviſcatur, qui canos paternos deducit cum dolore ad mortem, & in talibus communis Patris Dei præcepta, minaſque contempſit.*

Ludovico Filio veniam dat.

VIII. *His peractis, & dictis (erat enim veſpere ſabbati) præcepit, ut ante ſe celebrarentur vigiliæ nocturnæ, & ligno ſanctæ Crucis pectus ſuum muniretur. Et quandiu valebat, manu propria tam frontem quam pectus eodem ſignaculo inſignibat. Si quando laſſabatur, per manus fratris ſui Drogonis nutu id fieri poſcebat. Manſit ergo tota illa nocte omnis virtutis corporeæ inops, ſolius ſobrietatis animi compos. In craſtinum (quæ erat Dominica) juſſit miniſterium altaris præparari, & per officium Drogonis Miſſarum ſolemnia celebrari, nec non per manus ejus, juxta morem, communionem ſacram ſibi dari, & poſt hæc cujuſdam portiunculæ calidulæ hauſtam præberi. Quo perpaululum prælibato, precatus eſt fratrem & ſimul adſtantes, ut curandis corporibus operam darent; ſe tamdiu præſtolaturum, quamdiu illi refici poſſent.*

Sacris vigiliis & Ligno S. Crucis ſuum exitum munit Ludovicus.

IX. *Inſtante autem ejus migrationis, articulo, juncto pollice cum articulis (hoc enim facere conſueverat, ſi quando fratrem nutu vocabat) Drogonem accerſivit. Quo veniente & reliquis ſacerdotibus, verbis quibus potuit, & nutibus ſe commendans, benedici petivit, & quæ ſolent agi in egreſſu animæ, fieri poſtulavit. Quibus id agentibus (ſicut plures mihi retulerunt) converſa facie in ſiniſtram partem, indignando quodammodo, virtute quanta potuit, dixit bis Huz, Huz, quod ſignificat, Foras, Foras. Unde patet, quia malignum ſpiritum vidit, cujus ſocietatem nec vivus, nec moriens habere voluit. At vero elatis ad cæ-*

Fugat dæmones Ludovic.

PAGIUS ſed a VIII. Kal. Octobris exorſos eſſe jam anno DLXXVI. docuimus. Verum poſtea hac in re variatum fuit, & ea apud eoſdem aliquando a Kal. Septemb. & aliquando a Kalend. Januarii deducta, & eodem tamen tempore ſæpe antiquus mos obſervatus, ut ea nempe a VIII. Kal. Octobris repeteretur. Nithardus juſſus eſt a Carolo Francorum Rege Hiſtoriam hujus anni & duorum inſequentium conſcribere, ut ipſemet in ſua Præfatione teſtatur. Quare meliori duce uti non poſſumus ad Annales Eccleſiaſticos ſupplendos.

V. *Audiens Lodharius*, inquit Nithardus lib. 2. *patrem ſuum obiiſſe, confeſtim nuncios ubique, præſertim per totam Franciam*, (ideſt per Galliam) *mittit, qui ſe venturum in imperium* (ſeu regnum) *quod olim fuerat illi datum, affirment, promittens unicuique honores a patre conceſſos ſe concedere & eoſdem augere velle. Dubios quoque fide, ſacramento firmari præcepit. Inſuper autem juſſit ut quantocyus poſſent, obviam illi procederent. Nolentibus vero capitale ſupplicium ut prædiceretur, indixit. Ipſe autem pedetentim, quo ſe res verteret, antequam Alpes excederet, ſcire volens. Ergo cupiditate terroreque illecti undique ad illum confluunt, & hoc cernens ſpe viribuſque magnanimus effectus quibus artibus univerſum imperium* (ſeu Regnum) *liberius invadere poſſet, deliberare cœpit. Loduvvicum quoque, quem itineri ſuo contiguum eſſe proſpexit, ut primum in illum manum mitteret, ratum duxit, & ut eumdem viribus annullaret, operam omni virtute adiecit. Interea ad Carolum in Aquitaniam Legatos callide dirigens, mandat ſe erga illum ſicut pater ſtatuerat, & ſicut erga filiolum ex baptiſmate oportebat, benevolum eſſe. Verumtamen ut nepoti ſuo, filio Pippini, donec cum eo loqueretur parceret, deprecatus eſt. Et his ita compoſitis, ad Urbem Vangionum* ſeu Wormatiam, in qua Ludovicus pater, niſi morte præventus fuiſſet indictum Placitum clebrare decreverat) *iter direxit.*

*Lotharius Aug. fratres ſuos vexat.*

VI. *Eodem tempore Ludhuvvicus partem exercitus inibi cauſa cuſtodiæ reliquerat, & Saxonibus ſollicitatis obviam illis perrexerat. Quamobrem Lodharius parvo conflictu cuſtodes fugere compulit, Rhenum cum univerſo exercitu tranſiens, Franconofurth iter direxit, quo inſperato hinc Lodharius, inde Ludhuvvicus confluunt paceque ſub nocte compoſita, alter inibi, alter vero quo Moin in Rhenum confluit, caſtra haud fraterno amore componunt. Cumque Ludhuvvicus viriliter reſiſteret, & Lodharius illum abſque prælio ſibi ſubigere diffideret, ſperans Carolum facilius ſuperari poſſe ea pactione prælium diremit, ut III. Idus Novemb. eodem loco rurſus conveniant, & ni concordia ſtatutis interveniat, quid cuique debeatur, armis decernant. Et his ita omiſſis Carolum ſibi ſubigere contendit.*

*Fœdus ſimulatum Lotharii cum Ludovico.*

VII. *Per idem tempus Carolus Bituricas ad Placitum*



*cœlum oculis, quanto huc minatius intuebatur, tanto illuc lætius intendebat, ita ut nihil a ridente differe videretur.*

*In talibus ergo vitæ præſentis terminum ſortitus, ad requiem feliciter, ut credimus, commigravit; quia veraciter dictum eſt a veridico doctore: Non poteſt male mori qui bene vixerit. Deceſſit autem duodecimo Kalendas Julii, anno vitæ ſuæ ſexageſimoquarto. Et Aquitaniæ quidem præfuit per annos trigintaſeptem, imperavit vero vigintiſeptem.* Addit & menſes ſex Nithardus in fine libri primi. Pergit auctor:

Obitus Ludovici Imp.

X. *Anima porro recedente, Drogo frater ejus & Epiſcopus Metenſis cum aliis Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vaſſis dominicis, plurimaque frequentia tam cleri, quam populi ſumptis Imperatoris reliquiis, cum magno honore Metis tranſportari eas fecit, & in baſilica S. Arnulphi, in qua & mater ejus condita eſt, nobiliter ſepelivit.* Hactenus auctor de obitu Ludovici Imp. quem hoc anno Redemptoris quadrageſimo ſupra octingenteſimum contigiſſe liquet, numerando ſive a natali ipſius annos, ſive ab auſpicatione Regni pariter & Imperii. Ex quibus redarguas, qui eidem auctori perperam partiendo ſingulos annos, ipſum defunctum ponit poſt biennium, anno videlicet Redemptoris octingenteſimo quadrageſimo ſecundo, cum tamen Ado, & alii antiquiores omnes & recentiores hoc ipſo anno eum defunctum affirment. Sed reddamus hic Epitaphium tunc ſepulchro ejus inſcriptum, licet longe impar tanto Imperatori.

*Imperii fulmen, Francorum nobile culmen*
*Excitus a ſæculo, conditur hoc tumulo.*
*Rex Ludovicus pietatis tantus amicus,*
*Quod Pius a populo dicitur & titulo*
*Hildegard ſoboles, Caroli Magni pia proles,*
*In pacis metas colligit hunc pietas.*
*Rumelicum villam, quidque refertur ad illam*
*Arnulphi ſancti contulit huicque loco.*
*Stirps a quo procerum Regumque vel Imperatorum.*
*Quo cum muneribus ſiſtitur, hicque locus.*

XI. Succeſſit autem Lotharius in Imperium, qui adverſus fratres Monarchiæ cupidus, bella movit: de quibus hujus temporis ſcriptores conſulas, nempe Nithardum, qui aderat, & Anonymum, qui ſcripſit temporis hujus Annales.



PAGIUS *tum quo Pippinum ſui juraverant venturum, venerat. Qui quidem ex omnibus nuncio recepto Miſſos, videlicet Nitardum & Adelgarium delegit, & uti ocius valuit, ad Lodharium direxit mandans ac deprecans, ut memor ſit ſacramentorum quæ inter ſe juraverant, & ſervet quæ inter illos pater ſtatuerat. Inſuper etiam fraternæ filiolique conditionis meminerit, haberet ſua ſibi, & quod illi pater ſuo conſenſu conceſſerat, abſque conflictu illum habere permittat, promittens ſi hoc faceret, fidelem ſe illi & ſubiectum fore velle, ita ut primogenito fratri eſſe oporteret. Inſuper etiam quidquid hactenus in illum deliquerat, pollicitus eſt ſe ex corde remittere, deprecatus ne amplius ſuos ſollicitet, nec Regnum ſibi a Deo commiſſum perturbet. Cederent undique paci atque concordiæ & hoc ſe ſua ſuorumque ex parte ratum videre, ac per hoc conſervare velle, mandavit. Quod etſi alter hoc ita eſſe non crederet quocumque vellet modo ex his illum certum ſe efficere promiſit. Quæ quidem Lodharius ſimulans ſe benigne ſuſcipere, Legatos tantum ſalutationis cauſa redire permiſit, ac per ſuos ſe reſponſurum de cæteris eſſe, reſpondit. Inſuper etiam, quoniam ad ipſum ſe vertere fruſtratæ fide noluerunt, honoribus quos pater illis dederat, privavit. Ita quid fratri facere cogitaret, nolens indicium dabat. Interea omnes inter Moſam & Sequanam degentes ad Carolum miſerunt, mandantes, ut antequam a Lodhario præoccuparentur, veniret adventum ejus ſe præſtolaturos promittentes. Quamobrem cum perpaucis Carolus hoc iter, accelerans, ab Aquitania Cariſiacum venit, & a Carbonariis & infra ad ſe venientes benigne ſuſcepit. Extra vero Herenfridus, Giſlebertus, Bovo ac cæteri ab Odulfo decepti, firmatam fidem negligentes defecerunt.*

*Carolus Rex ſe ad bellum adverſus Lotharium Aug. accingit.*

VIII. *Eodem tempore Miſſus ab Aquitania venit, nuncians quod Pippinus cum his qui parti ſuæ favebant, ſuper matrem Caroli irruere vellet, ac per hoc Carolus Francos inibi omittens, mandat, ſi illos frater ſuus, donec reverteretur, opprimere vellet, obviam ſibi procederent. Inſuper ad Lodharium, Hugonem, Adelbardum, Gerbardum, & Hegironem direxit, cuncta quæ tunc nuper illi mandaverat replicans, nec non & pro Deo deprecatus eſt, ne ſuos ſibi ſubtrahens, Regnum, quod Deus paterque ſuo conſenſu illi dederat, amplius diſſipet. Et his ita compoſitis, in Aquitaniam feſtinus perrexit, ſuperque Pippinum & ſuos irruens, fuga illos abire compulit. Per idem tempus, cum Lodharius a Ludhuvvico reverteretur, & omnes citra Carbonarias ad illum venirent, Moſa trajecta, ratum duxit, ut Sequanam uſque procederet. Quo dum tenderet, Hilduinus Abbas Sancti Dionyſii & Gerardus Comes Pariſii Civitatis a Carolo deficientes fide fruſtrata ad illum venerunt. Quod quidem Pippinus filius Bernardi Regis Langobardorum, cæterique cernentes, elegerunt potius more ſervorum fidem omittere, juramenta contemnere, quam ad modicum tempus facultates relinquere, ac per hoc, fide relicta, quos ſupra memoravimus ſecuti, eidem ſe dederunt. Hinc quoque Lodharius magnanimus effectus Sequanam exceſſit, præmittens more ſolito, qui ad defectionem inter Sequanam & Ligerim degentes, partim minis, partim blanditiis ſubducerent. Ipſe quoque, uti conſueverat, lento itinere ſubſecutus Caremtenam* (ſeu Carnutenam) *civitatem tendebat. Cumque Theodoricum, Ericum, & hos, qui illum ſequi deliberaverant, ad ſe venturos di-*

*Carolus Rex ad magnas anguſtias redactus.*

Hic non prætermittenda, quæ Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis in libello de tranſlatione ſancti Remigii ſcripſit de his, quæ miranda terribilia auditu ſub Ludovico Imperatore, & poſt ejus obitum acciderunt ad commonefaciendum alios, qui iiſdem tenerentur delictis. Quæ igitur ſuo tempore contigerunt, ita deſcribit: *Tempore Ludovici Imperatoris duo fratres Franci foreſtarii ejus invaſerunt partem de ſilva, quam in ſaltu Voſagi (ut ſupra oſtendimus) ſanctus Remgius in vita ſua pretio comparaverat intra fines ejus, dicentes quod plus pertineret ipſa ſilva ad Fiſcum Imperatoris, quam ad partem S. Remigii. Contradicentibus autem hominibus de poteſtate Rhemenſis Eccleſiæ: unus eorum altercando venit ad porcos ſuos, quos in eamdem ſilvam ad paſtionem miſerat, inter quos lupum invenit, quem aſcendens in equum, velociter eſt inſecutus. Et volens eum percutere, equo expaveſcente colliſit caput ad unum fuſtem de ipſa ſilva, ita ut cerebrum illius in terram defluxerit, & mortuus eſt. Frater vero ejus velociter pergens in partem alteram, pervenit ad quandam petram, & dixit:* Omnibus notum ſit, *quia uſque ad hanc petram iſta eſt ſilva Imperatoris. Et cum percuteret eamdem petram dolatoria, quam in manu portabat exilierunt ab illa particulæ in oculos ejus & excæcatus eſt. Sicque ambo receperunt mercedem præſumptionis & mendacii ſui.*

Dira ultio in uſurpatores rerum Eccleſiæ S. Remigii.

XII. *Quidam vir nobilis de territorio Nivernenſi, obtentis reliquiis B. Remigii, Oratorium in ejus honorem in proprietate ſua ædificavit: ubi Dominus multas virtutes per merita ipſius Sancti ſui oſtendit. Cum autem defuncto Ludovico Imp. Aquitani gentilitia nobilitate abſque jugo Principis, prout quiſque poterat, ſe efferre, & invicem pugnare, & per contiguos pagos debacchari cœperunt: pauperes homines ſubſtantiolas ſuas in Eccleſiis reponere ſtuduerunt. Unde confiſi opinione virtutum, quæ ibi fiebant: ad ſalvanda ſua in eodem Oratorio quicumque poterant, certatim repoſuerant. Audientes autem prædones idem Oratorium plurimorum opibus refertum; aggreſſi ſunt eas diripere. Quorum unus obſeratum oſtium pede percuſſit, ut ſeram effringeret: & mox eidem oſtio pes ejus adhæſit, & reſupinus præſumptor in terram cecidit. Quod videntes alii, an-*

Mira de invaſore Oratorii S. Remigii.

PAGIUS

*didiciſſet, ſpe multitudinis ſuæ fretus Ligerim uſque ut produceret, deliberavit. Carolus quoque a fuga, qua Pippinum & ſuos diſperſerat, reverſus, & quoniam matrem ubi tuto relinqueret non habebat, pariter ad Francia partes properabat.*

IX. *Eum Lotharius Aug. inſida pace decipere conatur.*

*Audiens autem Carolus interea, quod hi omnes, quos ſupra memoravimus ab eo defeciſſent, & Lodharius cum ingenti exercitu perſequi illum uſque ad internitionem ſtatuiſſet, hinc autem Pippinus & Britones infeſti erant, quid facerent, concilium convocant, ineunt, deque his omnibus facile deliberaturi, facile conſilium perfacile inventum eſt. Et quoniam nihil præter vitam & corpora reliquum habebant, elegerunt potius nobiliter mori, quam Regem proditum derelinquere. Quamobrem obviam Lodhario pergunt, atque Aurelianenſem Urbem hinc inde petunt, caſtra ponunt diſtantes ab invicem plus minus leuvas VI. Legatos invicem dirigunt. Et Carolus quidem ſola juſtitia pacem petebat; Lodharius vero quo aſtu abſque prælio illum decipere ac ſuperare poſſet, operam dabat. Quod cum peragere, ſtrenue reſiſtentibus, diffideret, ſperans vires ſuas, uti cœperant, cotidie accreſcere, quæ cum Carolo decreviſſent, facilius illum ſubjugari poſſe arbitrabatur. Hac autem ſpe deceptus, ea pactione prælium diremit, ut cederet Carolo Aquitania, Septimania Provincia, & decem Comitatus inter Ligerim & Sequanam, eo videlicet modo, ut his contentus interim inibi eſſet, donec Attiniacum VIII. Idus Maias conveniant, qua ſe quidem communi conſenſu utrorumque utilitatem prævidere, ac ſtatuere velle promiſit. Primores quoque partium Caroli cernentes negotium vires ſuas excedere; maximeque timebant, ne forte prælio commiſſo in tanta paucitate Regem ſuum ſalvare difficile poſſent. Erat enim ſpes cunctis non modica indolis ejus.*

X. *Quamobrem ſtatutis eo tenore conſentiunt, ut deinceps Lodharius Carolo ita fidus amicus ſit, ſicut frater per juſtitiam fratri eſſe debet, & Regna quæ illi deputabat, quieta habere faceret, ac interim ſuper Lodhuvvicum hoſtiliter ire deſiſſet,* (legendum deſineret) *aliter autem jure, quod juraverant, abſoluti eſſe deberent. Qua quidem arte & Regem ſuum a periculi ſubtrahunt, & ſe mox a ſacramento abſolvunt. Nam antequam iidem, qui hæc juraverant, domo egrederentur, aliquos ex his qui aderant, ſubducere ab illo tentavit, & in craſtinum quoſdam ſuorum recepit. Inſuper & in Regna, quæ illi deputaverat, ſtatim direxit, & in quantum potuit, ne illi ſe ſubderent, perturbavit, & ut e Provincia ad ſe venientes exciperet, perrexit, & quemadmodum Lodhuvvicum dolo an vi ſuperare poſſet, intendit. Interea Carolus Aurelianenſem Urbem veniens, Teotbaldum & Vvarinum cum quibuſdam a Burgunda ad ſe venientes gratanter ac benigne excepit. Hinc autem obviam Bernardo, ſicut mandaverat, Nivernenſem Urbem petit. Sed Bernardus* (Sancti Willelmi filius) *more ſolito ad illum venire diſtulit, dicens ſe cum Pippino ſuiſque ſacramento firmaſſe, ut neuter abſque alterius conſenſu cum quolibet quodcumque pactum inire deberet. Quamobrem teſtatus eſt ad illos ſe ire velle, &, ſi efficere poſſet, ut una ſecum ſui devenirent, bene; ſin aliter, ſoluto juramento infra dies quindecim ad illum reverſurum, ſuæque ditioni ſe commiſſurum eſſe promiſit. Quamobrem Carolus Bituricas iterum obviam illi venit.* Hæc præſenti anno geſta.

*Diſcordia inter utrumque fratrem augetur.*

XI. *Ebo in Sedem Remenſem Edicto Lotharii Aug. reſtituitur.*

Lotharius Aug. dum in vicinis ad Rhenum & ad Mœnum locis, donec inducias cum Ludovico fratre pactus eſſet, degeret, *Ebonem*, qui e Sede Remenſi dejectus fuerat, eductum e cuſtodia ſuſcepit, & dignitati per Edictum Imperiale reſtituit. Edictum recitat Flodoardus lib. 2. cap. 20. in cujus fine legitur: *Actum in En-*



*aufugerunt. Ipſe autem miſer cruciatu cogente, cum maximo ejulatu cœpit culpam ſuam fateri, & cum lacrymis amariſſimis profiteri, quod ſi Deus per merita S. Remigii pedem illius ab ipſa compede ſolveret, numquam ulterius de ipſa, vel de alia Eccleſia quidquam tolleret, vel tolli (quantum in ipſo eſſet) ullo modo conſentiret. Caballum quoque ſuum cum ſella & alia, quæ potuit, in eamdem Eccleſiam afferens, donavit. Sicque poſt confeſſionem, & lacrymas atque profeſſionem, & votum, pes ejus ab oſtio, cui inhærebat, eſt ſolutus: verumtamen poſtea de ipſo arido pede claudus remanſit, uſque dum computreſcente crure & femore, poſt diutinum laborem mortuus fuit.* Hæc de his, quæ hoc tempore contigerunt, Hincmarus ejuſdem Rhemenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus magnæ auctoritatis, res ſuorum temporum ſcriptis omni fide proſequutus.

XIII. Hoc eodem anno, qui a Leone Oſtienſi (a) tertius numeratur Baſſacii Abbatis monaſterii Caſſinatis, tranſlatum ponit corpus S. Bartholomæi Apoſtoli ex Li-

*(a) Leo Oſtienſ. in Chronic. Caſſin. l. 1. c. 26.*



PAGIUS

*Engilebeim Palatio publico, in menſe Junio VIII. Kal. Julii, regnante & imperante domno Lothario Cæſare, anno reverſionis ejus I. Succeſſor factus patris in Francia, indictionis III.* Sed mendum in menſem irrepſit; cum Ludovicus Aug. die XX. Junii vitam clauſerit. Quare recte Cointius hoc anno num. XLVI. legendum cenſet, datum *in menſe Auguſto octavo Kalendas Septembris*. Ebo, quia Lotharianis partibus favebat, ab Eccleſia Remenſi pulſus fuerat, eamque ob rem Lotharius illum in Sedem reſtituere voluit, prætexens poſtulationem Eccleſiæ Remenſis, & unanimem quamplurimorum Epiſcoporum conſenſum, qui congregata apud Engelheimum Synodo Lotharii Aug. voluntati aſſenſi ſunt. Clerici Remenſes in ſuo libello eum Sedi ſuæ canonice reſtitutum jactitant, ſed plura in medium adducunt, quæ ex Actionibus potiſſimum I. & II. Concilii Sueſſionenſis ſecundi, de quo infra, falſa eſſe demonſtrat Cointius loco laudato. Labbeus libellum illum Clericorum Remenſium, & Apologeticum Ebonis poſt Baronii mortem publicavit Tom. VII. Concil. pag. 1771. & ſeqq. & ubi iidem Clerici num. I. de Ebone ajunt: *Remenſi ab Eccleſia pulſus, ſeptenique cuſtodia preſſus*, in margine reponit *quinquenni*, ſed perperam; cum ipſemet Ebo in eodem Apologetico idem aſſerat, & ex dictis conſtet, Ebonem anno DCCCXXXIV. captivum ablegatum eſſe ad Monaſterium Fuldenſe. Idem Labbeus pag. 1575. recitat Epiſtolam Gregorii Papæ IV. *ad Epiſcopos & Othodoxos fideles*, qua Ebonem Archiepiſcopum Remenſem in priſtinum gradum reſtituit. Verum Sirmondus, qui in Appendice ad Concilia Galliæ Tom. III. primus eam e tenebris eruit, brevem hanc notam ex Codice Laudunenſi, ex quo ea Epiſtola deſcripta, ſubjecit: *Cod. Laudun. hac compilata epiſtola ex parte Gregorii, quam ſit mendax, ipſa evidens ratio monſtrat: quia tempore Gregorii, ex cujus nomine iſta conſcribitur, Imperator Hludovicus ab Imperio eſt depulſus, & Ebo poſt reſtitutionem ipſius Imperatoris ſuo & Epiſcopali judicio eſt depoſitus, & a Sergio ſucceſſore Gregorii ſub laica tantum communione eſt condemnatus.* Cum igitur prius Gregorius obierit, quam geſta ſint varia, quæ literis ab eo mandata perhibentur, ea Epiſtola mere fictitia.

XII. *Tranſlatio corporis S. Bartholomæi Apoſt.*

Ad num. XIII. In Chronico Caſinenſi Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 25. & ſeq. aſſerit, *Baſſacium* Abbatem Caſinenſem ordinatum fuiſſe *anno Chriſti DCCCXXXVII.* poſt Authpertum *X. Kal. Martii* demortuum. Quare annus Præfecturæ Baſſacii tertius, quo idem Leo aſſerit, Corpus S. Bartholomæi Apoſtoli ex Lipari inſula Beneventum eſſe tranſlatum, ſub Sicardo Duce Beneventano, in annum ſuperiorem Chriſti convenit, quo ideo ea Tranſlatio ſecundum iſtum Chronographum peracta. Huic certe ſuffragatur Nicetas Paphlago in Orationibus Encomiaſticis a Combefiſio Græce & Latine evulgatis, in Auctario Bibliothecæ Veterum Patrum. In Oratione enim S. Bartholomæi ait, cum in Urbe *Urbanopoli* ad Majorem Armeniam ſpectante, in Bartholomæi ſepulcro plura miracula fierent, Infideles urnam, in qua erat Sancti Apoſtoli Corpus cum quatuor aliis Sanctorum Martyrum urnis, in mare projeciſſe, additque: *Longa itaque decurſa ſerie extremis temporibus in diebus Theophili Imp. capto ab Agarenis ob plura noſtra ſcelera, in quo Sanctus Apoſtolus jacebat præſidio, omnique Lipara inſula* (quo jam dixerat Sancta Corpora appuliſſe) *manente deſolata, Beneventanæ urbis Regulus, Apoſtoli perceptis miraculis, fervente erga Sanctum fide excitatus Amalphitanæ urbis nautis aliquot convocatis, ac quantas par erat pecunias dare pollicitus, ire juſſit, ac pretioſum illum theſaurum ad ſe deferre, quod & contigit.* Vixit autem Nicetas ſub hujus ſæculi finem.

XIII. *Annus ejus in controverſiam vocatur.*

Anaſtaſius tamen Bibliothecarius Nicetæ coævus, e Græco in Latinum vertit Sermonem S. Theodori Studitæ *de S. Bartholomæo Apoſtolo*, publicatum a Dacherio Tom. III. Spicilegii, & in fine ſuæ verſionis ait: poſtquam Corpus B. Apoſtoli in inſula Liparitana requieviſſet *uſque ad annum octingenteſimum octavum ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti*, Saracenos prædictam inſulam deprædatos eſſe, & oſſa S. Apoſtoli diſperſiſſe; *cumque pro exquirendis Saracenis illuc Longobardorum irent navigia*, nutu Dei inventum ibi Monachum & Sancti corpus tuliſſe Beneventum, *anno ab Incarnatione Domini octingenteſimo nono, vigeſimo quinto videlicet menſis Octobris*. Ex his patet Nicetam Paphlagonem, Leonem Oſtienſem, & Anaſtaſium, quoad tempus quo hæc Tranſlatio facta, inter ſe convenire, ſed Librarium in utroque loco Anaſtaſii citato numerum XXX. omiſiſſe, quod numeri VIII. & IX. manifeſte innuunt. In brevi tamen Chronico Remenſi, quod extat Tom. I. Bibl. Labbeanæ, ad annum DCCCVIII. habetur: *Tranſlatio S. Bartholamæi Apoſt. a Lipari inſula ad Beneventum.* Quare ille Librariorum error antiquus; nam vix mihi perſuadere poſſum Anaſtaſium hac in re lapſum eſſe. Porro *Lipara* inſula Siciliæ vicina.

XIV. *Moritur Sicardus Dux Beneventi.*

Quoad *Sicardum* Beneventanum Ducem, Anonymus, qui Beneventi vixit in Monaſterio Sanctæ Sophiæ, ei tribuit, *annos VI. menſes X.* ideoque hoc anno vivere deſiit. Apud eumdem Auctorem poſt Sicardi mortem *Radelgiſus* ejus Theſaurarius Præfecturam Beneventanam ſu-

S. Bartholomæi corpus delatum Beneventum.

Lipari inſula Beneventum, ſub Sicardo Principe Beneventano; de quo ſupra Sigebertus in Chronographia anno Redemptoris octingenteſimo trigeſimoprimo his verbis: *Sarraceni Siciliam incurſantes, etiam Liparim inſulam devaſtant, ubi corpus Bartholomæi Apoſtoli quieſcebat, quod olim loculo plumbato injectum, & in mare merſum a Paganis, non ferentibus illud propter nimiam ſignorum claritatem ab omnibus venerari, ab India uſque ad hanc inſulam ultro delatum fuerat. Cujus oſſa modo a Sarracenis huc illuc diſperſa, a quodam monacho, ipſo revelante, collecta Beneventum transferuntur.* Hæc ipſe. Verum de tranſlatione ex Indiis in Liparim inſulam, diverſa diverſorum eſt narratio. At de his modo ſatis.

Chri-

PAGIUS

ſuſcepit, & *Siconulfus* Sicardi frater ab eo perpetuo exilio injuſte damnatus, *a cuſtodiæ carceris elapſus* bellum domeſticum excitat, de quo ſequentibus annis mentionem facit Baronius. [1]

XV. *Obitus Agobardi Archiep. Lugdunenſis.*

Hoc anno mortuus eſt *Agobardus* Lugdunenſis Archiepiſcopus, ut legitur in Chronographo San-Benigiano, qui ad hunc Chriſti annum ſcribit: *Eodem anno Sanctæ memoriæ Agobardus Lugdunenſis Ep. obiit VIII. Idus Junii*, quo die in Martyrologio Lugdunenſi memoratur Natalis *Agobardi Epiſcopi & Confeſſoris*, quem Lugdunenſes *duplicis Officii* ritu celebrant, inquit Theophilus Raynaudus in Sanctorum Lugdunenſium Indiculo. „ Plane magnum Virum „ fuiſſe, inquit Baluzius initio Notarum ad „ Opera Agobardi a ſe publicata, perſuaſum „ habeo. Sed uno peſſimo facinore, quidquid „ nonnulli contra ſentiant, illuſtria ſua faci„ nora ingenteſque virtutes commaculavit. Nam „ tranſgreſſus in partes *Lotharii* Auguſti, qui „ Ludovicum patrem anno DCCCXXXIII. eo „ uſque deprimere auſus eſt, ut etiam in car„ cere concluderet pœnitentiæque publicæ ad„ dici procuraret. Theophilus tamen Raynaudus loco laudato ex eo quod Agobardus Kalendario Lugdunenſi inſertus ſit, recte infert dubium non eſſe, *quin vel impactis noxis immunis fuerit, vel eas ante obitum condignis pœnitentiæ imbribus eluerit.* Verum quidem eſt eum caute legendum eſſe in cauſa de Imaginum cultu: ſed reatum perduellionis poſt ſuum e Lotharii comitatu reditum pœnitentia diluit; cum deinceps Ludovico Imperatori percarus fuerit, & in expeditione pro eodem Ludovico ſuſcepta apud Sanctonas vita functus ſit, ut prodit Ado in Chronico. Subjungit Chronographus San-Benignianus: *Amolo prædicti Epiſcopi Diaconus ordinatur Ep. Lugdunenſis XVII. Kal. Februarias*, ideoque anno ſequenti, quo is dies in Dominicam incidit. Ex quo & liquet erraſſe Hugonem Flaviniacenſem in Chronico Virodunenſi, ubi Agobardi mortem differt in annum DCCCXLI. *Amuli* vel Amoli ſeu *Amalonis* duæ extant Epiſtolæ, altera, ad Gotheſcalcum; altera ad Theotboldum Lingonenſem data. Prior edita eſt a Sirmondo poſterior a Nicolao Camuzatio. De duobus aliis ejus Opuſculis legendus Oudinus in Supplemento ad Script. Eccleſiaſt.

XVI. *S. Aldricus Epiſc. Cenomanenſis de ſua Sede ejectus.*

Auctor Vitæ Sancti Aldrici Cenomannenſis Epiſcopi cap. 52. ait: *Defuncto præſcripto Domno Hludovico piiſſimo Auguſto, anno Incarnationis Dominicæ DCCCXL. magna ſeditio orta eſt in Imperio ſuo*, quæ eo proceſſit, ut e Sede ſua pulſus fuerit Aldricus, de quo idem Auctor cap. 57. ſubdit, eum ex Eccleſia ſua ejectum, quod Carolo filio Ludovici Aug. minori, quem is ei commendaverat, fidem debitam ſervaret. *Habebat*, inquit, *ad utilitatem ejuſdem Eccleſiæ fulciendam, & ad pauperes recreandos congregatos greges jumentorum una cum amiſſariis amplius quam octoginta, vaccarum, & ovium atque caprarum ſive porcorum amplius quam ducenta, annonam & fœnum ac vinum tam ad opus Congregationum, hoſpitumque, & pauperum, quam & ad ſibi Eccleſiæque ſibi commiſſæ ſervientium opus ſufficienter. Sed quid amplius dicam? Ita habebat fundatum tam in Eccleſiaſticis, quam & in aliis rebus prædictum Epiſcopium, & res ſibi commiſſas, qualiter non fuerint a diebus antiquis, vel a tempore, quo alicujus hominis memoria retinetur. Sed hæc & reliqua bona innumerabilia a prædictis tyrannis ſive hoſpitalia ſeptem, quæ ad pauperes & hoſpites recipiendos & recreandos fecerat, funditus vaſtatæ & dirutæ ſunt.*

XVII. *Floret Kenetus Scotorum Rex.*

Florebat hoc tempore *Kenethus* Scotorum Rex, qui varias leges hoc anno dictavit, a Spelmanno pag. 342. & a Labbeo Tom. VII. Concil. publicatas, ex quibus apparet eum fuiſſe Principem valde Catholicum. Qui eas collegit, teſtatur eum Sedem Epiſcopalem ad templum Reguli tranſtuliſſe, exindeque huic Oppido Sancti Andreæ nomen eſſe impoſitum. *Cæterum*, inquit, *tantæ reverentiæ inter homines, tantaque vitæ innocentia, & erga Deum pietate ſacer Divi Andreæ Pontificatus ab inſtitutione ſui longa Epiſcoporum ſerie, ad tempus uſque quo hæc commentabamur, eſt continuatus (ſex enim ſupra triginta Antiſtites & eorum complures inter Divos relatos illic ſediſſe perhibent,) ut nuſquam gentium veræ religionis cultus morum conſentiente probitate magis affulſerit.* Addit, eum mortuum eſſe anno DCCCLV.

NOTÆ [1] AB hoc anno ante *menſem majum Siconulfus* annos Ducatus Beneventani numerare incipit, ut patet ex oblatione *Agenardi* facta monaſterio *Caſinenſi* apud Eraſmum Gattulam in Acceſſionibus ad Hiſtoriam Caſinenſem P. I. pag. 36. quæ data eſt; *anno decimo Sikenolfi, menſe Madius, indictione duodecima. Actum in territorio Liguriano.* Eſt hic annus 849. GEORGIUS



I. De obitu Theophili Imp. S. Joannicii prædictio.

CHriſti annus ſequitur octingenteſimus quadrageſimusprimus, Indictione quarta notatus, quo ingraveſcente in dies magis Theophili Imperatoris adverſus Orthodoxos perſecutione in Oriente, ſanctus ille admirandus Joannicius, de quo ſæpe ſuperius, de reddenda quam cito Eccleſiæ pace divinum reſponſum accepit, quo conſolatus eſt afflictos ſpeque jam deſtitutos miſeros Orthodoxos: in rebus enim ab eo geſtis ſinceriſſime ſcriptis iſta narrantur. *Cum enim ad Sanctum rurſus veniſſet Euſtratius præfectus monaſterii Agaurorum, quoniam res Dei & Eccleſiarum erant tunc mundanis perturbatæ fluctibus: Quouſque dixit, res Eccleſiarum non redduntur Eccleſiis? Quouſque augebuntur res perſecutorum, & immanes nos lacerabunt beſtiæ? Ille vero: Parum, inquit, ſuſtine, o frater, & intelliges Dei potentiam. Erit enim quidam Metodius, qui tenebit ejus clavum, & eum divino Spiritu gubernabit, qui tollet quidem diviſionem, & diſſenſionem divinitatis, decretis autem Fidem conſtituet Orthodoxam, & ad ſummam pacem & concordiam rediget ſeditionem, & eos, qui reſtiterant, dextera Domini ſubjunget. Breve tempus interceſſit, & Theophilus quidem ex hac vita excedit.* Initio nimirum anni ſequentis, ut ſuo loco dicturi ſumus.

II. Per fatidicam Theophilus futura explorat.

Sed quæ ex anu fatidica Theophilus ipſe futurorum curioſus inveſtigator acceperit, a Joanne Curopalata ea deſcribente ſic accipe: *Theophilo autem ſtudioſius de his inquirente, quinam poſt ſe regnaturi eſſent, quædam muliercula ex Agarenis capta ſuperioribus bellis, ingenio ad hujuſmodi prædicenda idonee prædita, præſto fuit. Interrogavit igitur Imperator quæ voluit, & longam Imperatorum ſeriem, qui deinceps ſucceſſuri eſſent, juſſit edicere. Hæc mulier ſive divini numinis inſtinctu, ſive dæmoniorum virtute concitata: Tuus, inquit, Imperator, filius ſuccedet cum matre ſua, ſed poſt hos Martinatiorum genus Imperium diutius adminiſtrabit. Ille ſimul ac hæc verba audivit, Martinacium, licet ſibi dilectum, detondendum, & monachum inſtituendum curavit, ejuſque domum monachorum fecit hoſpitium: neque hoc ſolum dixit mulier illa, verum alia multa quoque futura vaticinata eſt. Fore enim pronuntiavit, ut & Joannes patriarchali ſede excederet, & venerandæ imagines debitum honorem, cultumque conſequerentur. Quibus admodum dolens Theophilus, ſæpenumero Reginam hortbabatur, & Dromi Logothetam Theoctiſtum, & jurejurando maxime formidabili obſtringebat, ne poſt ſuum obitum Joannem Patriarchatus dignitate abdicarent, neve idolorum (ſic enim ſacroſanctas imagines appellabat) cultum permitterent.* Hæc & alia de aliis prædicta habet Curopalata. Sed hæc de divinatione facta Theophilo, anno ſuperiori contigiſſe, ex eodem auctore colligitur.

III. Theophilus Imp. vincitur, & in vitæ diſcrimen adducitur.

Porro annus iſte, qui & ultimus ejuſdem Imperatoris Theophili numeratur, eidem Imperatori per quam moleſtiſſimus ceſſit: ſiquidem (ut idem tradit Curopalata) ducens exercitum adverſus Sarracenos, magna indignatione commotos ob expugnatam eorum civitatem Syriæ Sozopetram, & imparibus viribus cum eis decernere collatis ſignis neceſſitate coactus, poſteriores referens, & in vitæ diſcrimen adductus, circumventus Perſarum proditione: vix ſalvus fuga lapſus evaſit; ſed nobiliores captivos reliquit, qui & martyrium ſubiere una cum co-

horte

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXIX. Anno Hegiræ CCXXVII. inchoato die 21. Octob. fer. 6. A. C. 841.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6334.

⊙ 10. B. ☽ 6. P. 17. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 841.

GREGORII IV. PAPÆ 15.

LOTHARII IMP. 22. & 2.

THEOPHILI IMP. 13.

I. *Theophili Aug. Imperium infelix fuit.*

ANum. I. ad IV. Quo anno Theophilus Aug. *Sozopetram* Mutaſimi Caliphæ patriam expugnarit, quove hic *Amorium* ceperit, ſuis locis explicavimus, annoque DCCCXLV. de Paſſione Quadraginta duorum Martyrum verba faciemus. Hic nobis ex Prophyrogenneta lib. 3. num. XXXIX. oſtendendum, quam infelicia fuerint ultima hujus Imperatoris Deo exoſi tempora: *Circa idem tempus Cretenſes, plena educta Claſſe, Thraciæ maritimæ populari, prædaſque agere, ac captivos abigere. Eo uſque autem proceſſit illorum inſolentia, ac bellicus furor, ut non ſolum maritimam deprædari conarentur, ſed & in eos, qui montem ſic dictum, Latrus, habitant, ac vitam Monaſticam agant, ſtrictis gladiis irruerent, eorumque omnem ſupellectilem, Myſorum (quod) ajunt prædam facerent. Conſtantinus tamen Contomytes ejus tunc Provinciæ Præfectus, quod relictis navibus longius in terram excurrerant, velut Delphinos in continenti deprehenſos jugulavit, cunctoſque ſtrenua manu internecioni dedit. Eodem quoque Theophilo Imperatore, menſe Octobri, Indict. VIII. Romanorum Claſſis in Thaſſo inſula, navali prælio expugnata, tota penitus periit. Deincepſque Cyclades inſulas (quin & alias omnes diripiendi ac populandi Iſmaelitarum Claſſis atque exercitus nullum finem fecit. Iterum quoque Theophobus*

*& Au-*

horte quadraginta duorum Martyrum, quorum præcipui nominati ſunt Theodorus Fortis, Theophilus, atque Boburzicus duces exercitus. Iſta quomodo ſe habuerunt, Joannes Curopalata enarrat, & alii, qui poſt eum & ab eo deſcriptam ſunt hiſtoriam proſecuti. Simulque tunc a Sarracenis factum durum & horrendum Amorii civitatis excidium: quibus cladibus Imperator animo conſternatus, mœroreque confectus, in morbum lethalem incidit, quem dyſenteriam vocant, quo ſequentis anni principio (ut dicetur) vitam finivit.

IV. *Bellum civile inter Francos.* Hoc item anno civili bello flagrante Gallia, atque Lothario adverſus Ludovicum & Carolum fratres agente, ſeptimo Kalendas Julii acriter inter eos dimicatum eſt: ceſſit tandem victoria fratribus Ludovico atque Carolo; qui ſæpius ante crebris legationibus redimere pacem fruſtra laborantes, in ipſum rem dolis agentem, armis conſerere, inviti licet atque nolentes, compulſi ſunt: tandemque factum eſt, ut juſtitia comite, cruento tamen certamine, perjurum germanum vicerint; quo unico prœlio, relictum Carolus ſibi a patre Regnum firmiter ſtabilivit. Hæc autem ab exordio quomodo geſta ſint, qui interfuit cunctis rebus Nithardus nobiliſſimus Francus, Caroli Magni nepos ex Berta filia, quam fideliſſime ſcripſit (*a*); quem ocioſus Lector conſulere pro animi arbitrio poterit: nobis autem quæ ad religionem ſpectare noſcuntur prœlium conſecuta, ex eodem auctore hic deſcribemus, quæ ſic ſe habent (*b*) in commendationem Caroli pietatis, qua tunc patris legitimum ſe eſſe hæredem oſtendit:

(*a*) *Nith. l. 2.*

(*b*) *Nith. l. 3.*

V. *Prœlio quidem*, inquit, *uti præfatum eſt, ſtrenue peracto: quid de palantibus peragеretur, Ludovicus & Carolus, in eodem campo deliberare cœperunt. Et quidam ira correpti, proſequi hoſtes ſuadebant. Quidam & maxime Reges, miſerantes fratris, plebiſque & ut judicio Dei & hac plaga repreſſi ab iniqua cupiditate reſipiſcerent, & Deo donante, deinceps unanimes in vera juſtitia devenirent, piis viſceribus, ſolito more, optabant; in quo negotio, Dei miſericordiam, ut præſtolaretur, ſuadebant. Quibus cætera multitudo aſſentientes, a prœlio & præda diſceſſerunt, & fere mediante die ad caſtra redeunt, quid deinceps conſultius actum iri videretur, deliberaturi. Fuit quidem ingens numerus prædæ, & ingens cædes, inſuper admirabilis, immo & merito notabilis miſericordia tam Re-*

PAGIUS *& Auguſtæ frater Bardas cum exercitu in Abaſgam miſſi, infauſtis adeo ominibus geſſerunt, ut pauci admodum ex illa expeditione reduces fuerint. Sed & nimii æſtus, ac rurſus exuberantes pluviæ prorſuſque aeris inæqualitas, intemperieſque terram ac colonos lædebant, indeque rerum penuria ac fames. Vix quoque vel unum diem quandiu ille rerum potitus eſt, terra motibus quati deſtitit.* Ubi indictio mendoſe a Librariis deſcripta fuit; toto enim Theophili Aug. Imperio *Indictio VIII.* cum menſe Octobri coniuncta non obtinuit, niſi anno DCCCXXIX. quo Imperium ſuſcepit, & quidem menſe Octobri. Et tamen quæ narrat Porphyrogenneta, ſub finem Principatus Theophili accidere.

II. *Bernardus odium Caroli Reg. incurrit.* Ad num. IV. & ſeqq. Sub exitum anni ſuperioris Aurelia *Carolus* obviam *Bernardo* Duci Septimaniæ profectus, ut mandaverat, Nivernum adiit, ſed *Bernardus* venire diſtulit adhibita excuſatione, quod pridem cum Pippino conveniſſet, ut neuter abſque alterius conſenſu quolibet pactum iniret, teſtatus eſt ad Pippinum ire ſe velle, ut illum pace perſuaſa ſecum adduceret; ſin minus intra dies quindecim ſe reverſurum, & Ditioni Carolinæ ſe commiſſurum promiſit: *Quamobrem Carolus*, inquit Nithardus lib. 2. *Bituricas iterum obviam illi venit. Quo Bernardus veniens cum neutrum feciſſet graviter Carolus ferens ſeductiones, quas patri fecerat, & hactenus illi faciebat, timens ne aliter illum comprehendere poſſet, ſubito in illum inruere ſtatuit. Sed hoc Bernardus, quamquam tarde, præſenſit, fugam iniit, ac vix evaſit. Carolus autem quoſdam e ſuis ſtravit, quoſdam ſaucios ac ſemivivos reliquit, quoſdam vero inlæſos cepit, ac more captivorum cuſtodiri præcepit, ſupellectilem autem univerſam diripere permiſit. Hinc quoque Bernardus humilior effectus, paulo poſt ſupplex ad Carolum venit, dicens, & fidelem ſe illi fuiſſe, & tunc ſi liceret, eſſe voluiſſe, & deinceps, quamquam hac contumelia affectus eſſet, in futurum fore minime diffideret. Quod, & ſi quilibet aliter dicere vellet, armis ſe * ob * propulſurum promittit* (locus mutilus eſt.) *Quibus Carolus credulus effectus, ditatum muneribus & gratia in ſocietatem amicitiæ ſuſcepit, & ut Pippinum ac ſuos uti promiſerat, ſubditos ſibi efficere tentaret, direxit. Et his ita compoſitis Cenomannicam Urbem adiit, Lantbertum Eriaumque una cum cæteris recepturas. Cumque ille illos inibi perhumane recipere, protinus ad Nomenoium Ducem Britannorum mittit, ac ſacramento fidem deinceps ſervandam eſſe illi firmavit.*

III. *Ludovicus Rex in auxilium Carolo fratri venit.* *Quoniam tempus Placiti, quod ad Attiniacum condixerant, appropinquare videbatur;* Carolus ſuorum conſilio illuc veniendum duxit, ideoque Aquitanos & Burgundos, qui ſuæ parti favebant, *una cum matre ſecum venire præcepit.* Dum hæc aguntur *Lotharius*, ut Ludovicum fratrem perderet, Rhenum trajecit, & Ludovicus a ſuis deſertus in Bajoariam ſe recepit. Quod *inchoante menſe Aprili* factum fuiſſe, teſtatur Annaliſta Fuldenſis. Porro poſtquam Ludovicus in Bajoariam ſe recepit, videns Lotharius Carolum Sequanam tranſiiſſe, denuo ad ei reſiſtendum ſtudia & vires convertit. Interim, ut ſcribit Annaliſta Fuldenſis: *Hludovico per nuncios Karli ad auxilium vocato, & per Alamanniam iter facienti, Comites, quos Hlotharius tutores partium ſuarum dimiſerat, in Renenſe occurrunt cum exercitu, ortoque prælio Adalbertus Comes & incentor diſcordiarum occiditur, & cum eo innumerabilis multitudo hominum proſternitur III. Id. Maii. Itaque Hludo-*



*Regum, quam univerſorum. Nam diverſis pro rebus diem Dominicum inibi acturos ſe deliberarunt, in quo miſſa peracta, amicos & inimicos, fideles & infideles pariter ſepulturæ tradebant. Plaga correptos ac ſemivivos eodem modo pro viribus ex animo refovebant. Poſt hos qui fuga evaſerant, miſerunt, offerentes ſi revera ſana fide vellent omnia delicta remitti.*

VI. ** fratre* Concilium poſt bellum pium valde. *Poſt hæc Reges, populique ſuper * fratris, populoque Chriſtiano dolentes, percontari Epiſcopos cœperunt, quid agere ſuper hoc negotio deberent. Quamobrem unanimes ad Concilium omnes Epiſcopi confluunt. Inventumque in conventu publico eſt, quod pro ſola juſtitia & æquitate decertaverint, & hoc Dei judicio manifeſtum effectum ſit. At per hoc immunis omnis Dei miniſter in hoc negotio haberi tam ſuaſor, quam effector deberetur. At quicumque conſcius ſibi, aut ira, aut odio, aut vana gloria, aut certe quolibet vitio quiddam in hac expeditione ſuaſit, vel geſſit: eſſet vere confeſſus ſecrete, ſecreti delicti, & ſecundum modum culpæ diiudicaretur. Verumtamen in veneratione ac laude tantæ declarationis juſtitiæ pro remiſſione delicti mortuorum fratrum ſuorum, in eo quod imperfecti, peccatis intervenientibus ſe noverant, & in multis volentes nolenteſque delinquebant, ut ſuo adjutorio ab his exuti liberarentur. Inſuper autem uti hactenus in juſtitia adjutor & protector illi Deus extitit, ita & deinceps ubique exiſteret; proque his omnibus triduanum jejunium inventum: immoque libenter ac celebre celebratum eſt.* Hactenus de rebus ab Epiſcopis in eo præſentaneo Concilio conſtitutis. Ducebant enim Francorum Reges in expeditione ſecum complures Epiſcopos, quorum conſiliis atque precibus juvarentur. Subdit

PAGIUS *dovicus hac congreſſione victor Rhenum tranſiens Karlo fratri ſuo auxilium laturus, in Gallias pergit.* Locus in quo ad Rhenum dimicatum eſt, parum cognitus.

IV. *Quid agendum ſit, Ludovicus & Carolus deliberant.* Lotharius Carolum, qui procedebat obviam Ludovico, acriter inſiſtendum duxit a tergo, eoque cum copiis iter quamprimum arripuit: *circumfuſæ plebi*, inquit Nithardus, *Carolum fugam iniſſe, perſequique illum quantocyus poſſet, velle denunciat. Quo quidem nuncio fidos ſibi alacriores reddidit, dubiis autem quibuſque & affluendi audaciam injecit, & firmiores ſuæ parti reddidit. Cumque Carolus a Lodhario perſequi ſe didiciſſet, quoniam in difficili loco aquis paludibuſque circumfuſis caſtra poſuerant, ut abſque qualibet difficultate, ſi Lodharius vellet, congredi poſſent, protinus obviam illi perrexit. Quæ quidem Lodhario ut nunciata ſunt, caſtra poſuit, ac veluti feſſis equis biduo requiem dedit. Iterato itaque cum hæc eadem feciſſent, Miſſoſque invicem frequenter mitterent, ſed nihil proficui deliberare poſſent, tandem appropinquantes Ludovvicus & Carolus conveniunt, deque his omnibus in eodem conventu quæ Lodharius abſque quolibet moderamine erga ſe ſuoſque ſæviebat, dolendo conferunt, quidve deinceps agendum opportunius videretur, in craſtinum deliberaturi.*

V. *Se ſe ad prælium accingunt.* *Aurora ſiquidem delucеſcente conveniunt, conſilium ineunt, in quo multum de tanta calamitate conqueruntur.* Ait poſtea Nithardus, eos a Lothario per ſuos petiiſſe, ut *cederet cuique quod patris fratrumque conſenſu juſte debebatur. Sed hæc veluti pro nihilo ducta Lodharius ſprevit, per ſuos ſe nihil abſque prælio velle mandavit. Confeſtimque obviam Pippino, qui ab Aquitania ad illum veniebat, iter arripuit. Quod cum ocius didiciſſent Luduvvicus & ſui, ſupra modum rem graviter ferentes (erant enim undique graviter tam itineris longitudine, quam & præliis variiſque difficultatibus, & maxime equorum inopia attriti) verumtamen quamquam hæc ſe ita haberent, timentes ne forte ſi ab auxilio fratris frater deficeret, poſteris ſuis indignam memoriam reliquiſſent,* &c. *quam ob rem ex eadem magnanimitate mæſtitia oppreſſi, invicem ſe adhortantes, gaudentes, velociterque ut Lodharium cito conſequi poſſent, ibant. Cumque inſperate propter Urbem Alciodorenſem* (ſeu Autiſiodorenſem) *uterque exercitus alter ab altero videretur, confeſtim Lodharius verens, ne forte fratres ſui abſque dilatione ſupra ſe irruere vellent, armatus caſtra aliquanto exceſſit,* &c. *quapropter aurora delucеſcente, Luduvvicus & Carolus ad Lodharium mittunt, mandant valde ſibi diſplicere, quod illis pacem abſque prælio denegaverat,* &c. *Is autem more ſolito per ſuos ſe reſponſurum promiſit, &, ut Legati regreſſi ſunt, protinus obviam iter arripuit, ac locum, quo caſtra poneret, Fontaneum petit. Eadem autem die fratres ſui poſt Lodharium iter accelerantes, anteceſſerunt illum, & propter vicum, qui Tauriacus dicitur caſtra poſuerunt. Craſtina die exercitus præparati ad prælium, caſtra aliquantulum exceſſerunt.*

VI. *Pax fruſtra a Carolo & Ludovico tentata.* *Præmittentes Luduvvicus ac Carolus Lodhario mandaverunt, ut memor eſſet fraternæ conditionis, ſineret Eccleſiam Dei & univerſum populum Chriſtianum pacem habere,* &c. *ad quod Lodharius more ſolito per ſuos ſe quidquid placeret notare reſpondit, mittenſque per præſens Drogonem, Hugonem & Hegilbertum, mandat, non illos aliquod tale antea illi mandaſſe, ad quod conſiderandum, ſpatium ſe velle habere aiebat. Verumtamen Ricuinum, Hirmenaldum, & Fredericum ſacramento firmare præcepit, quod nulla re aliæ has inducias peteret præter quod commune profectum tam illorum, quam & univerſæ plebis, ſicut juſtitiam inter fratres & populum Chriſti oportebat, quærere volebat. Quo quidem ſacramento Luduvvicus & Carolus creduli effecti, eadem die & in craſtinum, inſuper etiam uſque in horam ſecundam diei tertiæ, quod evenit VII. Kalend. Julii, pace, utrorumque ex parte, jurejurando firmata, ad caſtra redeunt, Miſſam vero Sancti Joannis in craſtinum celebraturi. Pippino quoque eadem die Lodharius in ſupplementum recepto mandat fratribus ſuis quoniam ſcirent illi Imperatoris nomen magna auctoritate fuiſſe Impoſitum, ut conſiderent quatenus ejuſdem nominis magnificum poſſet explere officium, inſuper autem haud ſe libenter utrorumque quærere profectum. Interrogati autem, ſi quiddam horum quæ mandaverant, recipere vellet, vel ſi quamlibet finitivam ſententiam mandaſſet, nihil ſibi eorum fuiſſe injunctum reſponderunt. Quamobrem cum omnis ſpes juſtitiæ ac pacis ex parte ablata videretur, mandant illi ſi melius non inveniſſet, aut reciperet unum horum, quæ illi mandaverant, aut neſ-*

VII. *Leocadiæ* Suis humeris reliquias Carolus transfert.

Subdit autem poſt alia iſta Nithardus: *Cumque Sueſſonicam peteret urbem Carolus, monachi de S. Medardo occurrunt illi, deprecantes, ut corpora ſanctorum Medardi, Sebaſtiani, Tiburtii, Petri & Marcellini, Marii, Marthæ, Audifax, & Habacuc Oneſimi, Mereſinæ & * Lecadiæ, Mariani, Pelagii & Mauri, Floriani cum ſex fratribus ſuis, Gildardi, Sereni, & domni Remigii Rothomagorum Archiepiſcopi in baſilicam, ubi nunc quieſcunt, & jam tunc maxima ex parte ædificata erat, trasferret. Quibus acquieſcens, inibi remanſit: & ut poſtulaverant, beatorum corpora propriis humeris cum omni veneratione tranſtulit.*

In-

PAGIUS

*noſſet illos in craſtinum (quod contigit, ſicut præfatum eſt, VII. Kalend. Julii, hora videlicet diei ſecunda) ad Omnipotentis Dei judicium, quod illis abſque illorum voluntate mandaverat, eſſe venturos. Quæ quidem Lodharius ſolito more inſolenter ſprevit, & viſuros ſe, quid agere deberet, reſpondit.*

VII. *Prælium ad Fontanetum habitum.*

*Diluculo Luduvvicus & Carolus conſurgunt, verticem montis caſtris Lodharii contigui cum tertia, ut videtur, exercitus parte occupant, adventumque ejus & horam ſecundam, ut ſui juraverant, expectant. Cumque utrumque adeſſet, prælium ſuper Riudam Burgundionum magno certamine committunt. Et Luduvvicus quidem ac Lotharius in loco, qui Brittas dicitur, ſtrenue confligunt. Quo ſuperatus Lodharius terga vertit. Pars autem exercitus, quam Carolus in loco, qui Fagit vulgo dicitur, protinus fugit. Pars vero quæ in Solennat Adhelardum, cæteroſque, quibus haud modicum ſupplementum, Domino auxiliante, præbui, appetiit, ſtrenue conflixit*, inquit Nithardus, qui prælio interfuit, & ut opem Adhelardo, ſic & magnum victoriæ momentum attulit. Pugnatum eſt *VII. Kalend. Julii die Sabbato*, ut notavit Annaliſta Bertinianus; in qua pugna, inquit Annaliſta Metenſis, *ita Francorum vires attenuatæ ſunt, ac famoſa virtus infirmata, ut non modo ad amplificandos regni terminos; verum etiam nec ad tuendos proprios impoſterum ſufficerent. Tandem non ſine gravi diſpendio ſuorum Ludoicus & Carolus vicerunt.* Notabile etiam quod idem Annaliſta Bertinianus ſcribit: *In quo prælio Georgius Ravennatis Epiſcopus a Gregorio Romano Pontifice ad Lotharium, fratreſque ejus pacis gratia directus, ſed a Lothario detentus, neque ad fratres venire permiſſus, captus eſt, & cum honore ad propria remiſſus.*

VIII. *Saxones a Lothario Aug. ad idololatriam redire permiſſi.*

Idem Annaliſta Bertinianus narrato prælio ſcribit: *Lotharius terga vertens, & Aquaſgrani perveniens Saxones, cæteroſque confines reſtaurandi prælii gratia ſibi conciliare ſtudet, intantum ut Saxonibus, qui Sterlingæ appellantur, quorum multiplicior numerus in eorum gente habetur, optionem cujuſcumque legis vel antiquorum Saxonum conſuetudinis, utram earum mallent, concefferit. Qui ſemper ad mala proclives magis ritum paganorum imitari, quam Chriſtianæ fidei ſacramenta tenere delegerunt. Herioldo, qui cum cæteris Danorum maritimis incommoda tanta ſui cauſa ad patris injuriam invexerat, Gaulæ Cruſaria, quæ vicina loco, hujus meriti gratia in beneficium contulit. Dignum ſane omni deteſtatione facinus, ut qui mala Chriſtianis intulerant, iidem Chriſtianorum terris & populis Chriſtique Eccleſiis præferrentur, ut perſecutores fidei Chriſtianæ Domini Chriſtianorum exiſterent & dæmonum cultibus Chriſtiani populi deſervirent. Hludovvicus partim terroribus, partim gratia, Saxonum quidem complures, Auſtraſiorum, Toringorum, atque Alemannorum, ſuæ omnes ſubjugat Ditioni.*

IX. Dum Francorum Reges inter ſe digladiantur, *Normanni* in Franciam irrumpunt, & obvia quæque diripiunt. Monachus enim Fontanellenſis, qui hoc tempore vivebat, in Chronico a Duchesnio Tom. II. edito habet: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLI. Indictione IV. quarto Idus maii venerunt Nortmanni, Oſcheri quoque Dux. Pridie Idus Maii incenſa eſt ab eis Urbs Rothomagus. XVII. Kal. Junii regreſſi ſunt a Rothomago. IX. Kal. Junii Gemmeticum Monaſterium igne cremarunt. VIII. Kal. Junii redemptum eſt Fontinellenſe Cœnobium libris VI. V. Kal. Junii venerunt Monachi de S. Dionyſio redemeruntque captivos ſexaginta octo, libris viginti ſex. Pridie Kal. Junii Pagani mare petierunt. Obviuſque illis factus eſt Vulfardus Regis homo cum populo, ſed Pagani minime ad pugnam ſe præparaverunt.* Hujus irruptionis meminere Annaliſta Bertinianus, & Auctor Chronici de Geſtis Nortmannorum in Francia. *Gemmeticum* Monaſterium quinque leucis a Rothomago diſtat, & Monachi Gemmeticenſes audito Normannorum adventu ſtatim alio commigrarunt, ac corpora Sanctorum Hugonis Metropolitæ Rothomagenſis, & Aichadri ſive Aichardi Gemmeticenſis Abbatis ad villam *Haſpras* ſive *Haſprum* tranſtulerunt, ut teſtatur Monachus Gemmeticenſis in Poemate de Profectione Gemmeticenſium Fratrum ad Haſpras eorumque reditu ad Gemmeticum. Porro *Haſpræ* villa eſt in Cameracenſi Diœceſi poſita; Cœnobium vero Fontanellenſe in territorio Rothomagenſi. Hæc prima Normannorum in Gallias irruptio per Sequanam fluvium, ut patet ex iis, quæ anno DCCC. num. II. in medium attuli.

*Normanni in Gallias per Sequanam fl. primum irrumpunt.*

Infeſtata & a Danis ſeu *Normannis* Anglia, ut produnt Ethelbertus lib. 3. cap. 3. Huntindonienſis ipſo libri V. initio, aliique. Hæc Huntindonienſis verba: *Adelvvlf* (id eſt Ethelwolfus Occidentalium Saxonum Rex) *quinto anno regni ſui cum parte exercitus (diviſi namque erant exercitus) pugnavit contra gentem XXXV. puppium apud Carrum* (quod Oppidum eſt a Carro flumine ita appellatum) *Dacique victores fuerunt; licet enim parvus fuiſſet numerus puppium, magnus tamen erat puppes maximas numerus ingreſſorum.* Annaliſta Mailroſenſis ait: *Dani prædaverunt circa Cantuariam, & Roveceſtriam, & Lundonias.*

X. *Irrumpunt & in Angliam.*

*Sanctus Aldricus* Archiepiſcopus Senonenſis, qui Ludovico Pio ſemper fideliſſimus adhæſit, quique variis pro Eccleſia Dei Regnique Francici pace functus eſt officiis, vitæ Monaſticæ, cui adoleverat, iterum ſtudioſus, abdicationem meditabatur, cum eum mors ſuſtulit, ut teſtatur Lupus ejus diſcipulus, in Epiſtola XXIX. ad Venilonem Aldrici ſucceſſorem data: *quæ etiam Deceſſor veſter beatæ memoriæ Aldricus, qui præfati Cæſaris* (nempe Ludovici Pii) *juſſu & mirabili bonorum adniſu, nobis cum eſſet Abbas* (Monaſterii ſcilicet Ferrarienſis) *ablatus & Eccleſiæ Senonicæ Pontifex factus eſt, ad nos immutabiliter propoſuerat regredi, Epiſcopali curæ omiſſa, quando hanc vitam, ut credimus feliciore mutavit.* Plures Epiſcopi hoc & ſuperioribus ſæculis, tam in Gallia, quam in Anglia, ad

XI. *Moritur S. Aldricus Archiep. Senonenſis.*

ad



*Inſuper & villam, quæ Bernacha dicitur, rebus ejuſdem Eccleſiæ addidit.* Iſta Nithardus.

Porro ex iis rurſum uſitatum morem inſpicis, ut corpora Sanctorum nominentur, quæ illic eſſent Martyrum collocatæ reliquiæ. Certe quidem (ut de aliis dicere omittamus) numeratorum ibi Martyrum Romanorum non integra illic fuiſſe corpora, quæ ſunt ſuperius dicta de eiſdem Sanctis, ſatis oſtendunt.

*Ann. Eccl. Tom. XIV.* Kk Octin-

PAGIUS

ad vitam Monaſticam redibant, ut innumeris exemplis liquet. Verum, dum Paſtoralis ſollicitudinis curam Aldricus propoſuit exuere, *ſexto Idus Octobris, feliciter migravit ad Dominum*, inquit Auctor Anonymus ejus Vitæ apud Mabillonium Sæc. IV. Benedict. part. .. qui cum annum ejus emortualem non memoraverit, in tres ſententias Viri docti abiere. Cointius annum DCCCXXXVI. elegit, ut ibidem num. III. & ſeqq. videre eſt, Mabillonius loco citato annum octingenteſimum quadrageſimum, cui Mathoudus in Catalogo Archiepiſcoporum Senonenſium adhæſit, Baluzius vero in Notis ad laudatam Lupi Epiſtolam currentem annum præferendum eſſe cenſuit.

XII. *Mors ejus ab hoc anno removeri non poteſt.*

Hæc ultima ſententia certa & indubitata; Gaufridus enim a Colione, qui teſte ipſomet Matoudo cæteris omnibus accuratius Antiſtitum Senonenſium Chronologiam expendit, recenſuitque ad annum MCCXCIV. quo vivere deſiit, in Tabula XXII. habet: *Anno Domini DCCCXLI. obiit Sanctus Aldricus VIII. Idus Octob. apud Ferrarias in Monaſterio Sancti Petri tumulatus, multis clarus miraculis illo loco.* Idem ante Gaufridum ſcripſerat vetus Auctor Catalogi Epiſcoporum Senonenſium, & Lupus Ferrarienſis Monachus, qui Fuldam a Sancto Aldrico tunc Ferrarienſi Abbate, ut a Rabano illius loci Abbate Divinarum Scripturarum interpretationem diſceret, miſſus fuerat, poſtquam anno DCCCXLII. in patriam rediit, *X. Kal. Decemb.* Abbas Ferrarienſis renunciatus eſt, & ad Rabanum Epiſtolam ordine XL. ſcripſit: *Audivi ſarcinam adminiſtrationis veſtræ vos depoſuiſſe*, Epiſtolam vero XLI. ad Immonem, in qua ait ſe inveniſſe omnia proſpera, *præter Domini ac nutritoris mei Aldrici, quantum ad me attinet, plenum infortunii obitum.* Quare cum Rabanus anno DCCXLII. Abbatiam Fuldenſem abdicarit, ut ſuo loco oſtendi, & Aldricus die decima menſis Octob. e vivis exceſſerit, Lupus, qui anno DCCCXLII. X. Kal. Decemb. Abbas Ferrarienſis dictus fuit, & utramque Epiſtolam dedit, evidenter oſtendit, *Aldricum* mortuum eſſe die X. menſis Octob. præſentis anni, non vero anni ſuperioris. Mabillonius in Elogio Hiſtorico Rabani Sæc. IV. Benedict. part. II. num. XXIV. utrumque Lupi locum ad ſuam ſententiam probandam fruſtra adhibet, ſicuti & in Notis ad Vitam Sancti Aldrici hæc verba Caroli in proclamatione contra Venilonem Archiepiſcopum Senonenſem: *mihi a domno & genitore meo piæ memoriæ Ludovico Aug. pars regni inter fratres meos Reges divina diſpoſitione eſt tradita, in qua parte regni vacabat tunc Paſtore Metropolis Senonum.* Diviſio enim Regni, de qua loquitur Carolus Rex, anno ſequenti inchoata, annoq. DCCCXLIII abſoluta. Quare ex illis verbis certus annus mortis Aldrici deduci non poteſt; cum ea vera ſint, ſive *Aldricus* anno DCCCXL. obierit, ſive ad præſentem vitam protraxerit. Denique iiſdem Caroli Regis verbis Cointius abutitur, quando ait, Carolum Regni partem, in qua Senonæ, tunc Archiepiſcopo carebant, a Ludovico Aug. patre ſibi traditam conſtanter aſſerere, ideoque *Aldricum* mortuum an. DCCCXXXVI. cum Ludovicus Aug. anno DCCCXXXVII. in Conventu Aquiſgranenſi ſortem ejuſdem Caroli plurimum auxerit. Nam manifeſtum eſt, *Carolum* loqui de Diviſione Regni quæ anno DCCCXLII. inchoata, quia eo Chriſti anno nihil Carolo in ea partitione aſſignatum, quod jam eidem a patre donatum non fuiſſet.

I. Conventus Epiſcoporum Aquiſgrani.

OCtingenteſimus quadrageſimus ſecundus ſequitur Redemptoris annus, Indictione quinta, quo Gallorum Epiſcopi conventum habent Aquiſgrani, in quo ex petitione Regum Francorum Ludovici & Caroli decernunt, de juribus Regni in Gallia hoſtis ipſorum Lotharii Imperatoris. Qui illum eo privantes, dividendum decernunt inter ipſos Ludovicum atque Carolum Reges fratres. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ex Nithardo, qui interſuit, accipiamus, ac primum iſta, quæ præceſſerunt.

Cum enim Lotharius Imperator in bello anno ſuperiore poſteriores tuliſſet, collecto rurſum exercitu, rurſum experiri adverſus utrumque germanum, Ludovicum Carolumque tentavit: ſed validiorem iſti comparantes exercitum, pergentes adverſus eum caſtra moventem, mox captare fugam ipſum cum exercitu cogere: qui cæteris omiſſis, abiens cum paucis ad Rhodani ripam conſedit. *Cum* (inquit Nithardus qui præſens erat) *Ludovicus & Carolus eum a Regno ſuo abiiße, certis indiciis cognovere, Aquis palatium, quod tunc ſedes prima Franciæ erat, petentes, ſequenti vero die, quid conſultius de populo ac Regno a fratre relicto agendum videretur, deliberaturi. Et primum quidem viſum eſt, ut rem ad Epiſcopos, ſacerdoteſque, quorum aderat pars maxima, conferrent, ut illorum conſultu, veluti numine divino, harum rerum exordium atque auctoritas proderetur. Et hoc illis, quoniam merito ratum videbatur, commiſſum eſt.* Hæc Nithardus de cauſa conventus Aquiſgranenſis. Quibus intelligis pietatem Regum Francorum, haud auſpicari audere magna, niſi ex ſacerdotum conſultu, ut eo modo quid Deo placeret, agnoſcerent; & quid per illos reſponſum eſſet, veluti cælitus miſſum oraculum ſecuri ſuſciperent. Quid autem tunc ab Epiſcopis reſpoſum ſit, accipe: pergit enim idem qui ſupra Nithardus.

II. Epiſcopi transferunt regnum Lotharii in Ludovicum & Carolum.

*Quibus* (Epiſcopis ſcilicet) *ab initio geſta Lotharii conſiderantibus, quomodo patrem ſuum Regno pepulerit: Quoties populum Chriſtianum perjurium ſua cupiditas effecerit: Quoties idem ipſe hoc, quod patri, fratribuſque juraverat, fruſtraverit: Quoties poſt patris obitum fratres ſuos exheredit are atque delere tentaſſet: Quot homicidia, adulteria, incendia, omnigenaque facinora univerſalis Eccleſia ſua nefandiſſima cupiditate perpeſſa ſit. Inſuper autem neque ſcientiam gubernandi Rempublicam illum habere, nec quoddam veſtigium bonæ voluntatis in ſua gubernatione quemlibet invenire poſſe ferebant. Quibus ex cauſis non immerito, ſed juſto Dei omnipotentis judicio, primum a prælio, & ſecundo a proprio Regno fugam illum iniiße ajebant. Ergo omnibus unanimiter viſum eſt, atque conſentiunt, quod ob ſuam nequitiam vindicta Dei illum ejecerit, Regnumque fratribus ſuis melioribus ſe juſte ad regendum tradiderit. Verumtamen haudquaquam illis Epiſcopi hanc licentiam dedere, donec palam illos percontati ſunt, utrum illud per veſtigia fratris ejecti, an ſecundum Dei voluntatem regere voluiſſent. Reſpondentibus autem, in quantum noße, & poſſe Deus illis concederet, ſecundum ſuam voluntatem ſe & ſuos*

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXX. Anno Hegiræ CCXXVIII. inchoato die 10. Octob. fer. 3. A. C. 842.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6335.

☉ 11. A. ☽ 7. P. 2. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 842.

GREGORII IV. PAPÆ 16.

LOTHARII IMP. 23. & 3.

MICHAELIS IMP. 1.

I. *Carolus & Ludovicus Reges adverſus Lotharium ſe Sacramento devinciunt.*

AD Num. I. ad IV. Annaliſta Bertinianus, quæ ante menſem Junium hoc anno geſta eſſe fuſe Nithardus lib. 3. narrat paucis refert: *Inde Trecas adiens* (nempe Carolus Rex) *per Alſenſem pagum & Tullum Civitatem Voſegi ſaltu tranſpoſito, penes Argentoratum Urbem fratri Hludovvico conjungitur. Lotharius nulla penitus ſua ſuorumque utilitate, inferiores Galliæ partes tantopere populatus, erga Pariſiorum Loticiam fluvium Sequanæ tranſiens, Aquaſgrani rediit, fratrumque conjunctionem audiens, ægre tulit. Hludovvicus & Carolus, quo ſibi firmius populos utrique ſubditos necterent, ſacramento ſe ſe alterutro devinxerunt. Fideles quoque populi partis utriuſque pari ſe juramento conſtrinxerunt: uter eorumdem fratrum adverſus alterum ſiniſtri quippiam moliretur, relicto prorſus auctore diſſidii, omnes ſe ſe ad ſervatorem fraternitatis amicitiæque converterent. Quibus patratis ad Lotharium pacis gratia dirigunt. Qui, Legatis eorum a ſui præſentia atque conloquio inhibitis, ad obſiſtendum fratribus ſe ſuoſque hoſtiliter præparat. Quo Hiſentiaco Palatio a Moſella flumine octo ferme millibus conſtructo, & ejuſdem tranſeundi facultatem diſpoſitis cuſtodiis denegante: Hludovvicus navali, Carolus equeſtri apparatu, Caſtrum Confluentes perveniunt, ibique Moſellam tranſire inchoantibus, omnes Lotharii excubiæ velociter aufugerunt.*

II. *Lotharius inopinato fratrum adventu territus, ceſſit, ſublatiſque cunctis ab Aquiſgrani Palatio, tam Sanctæ Mariæ quam Regalibus theſauris, &c. per Catalaunis fugiens, apud Trecas Paſcali ſolemnitate peracta, Lugdunum petiit. Hludovvicus penes Coloniam Agrippinam, Carolus in Heriſtallio Palatio, eandemque feſtivitatem celebrantes homines ipſarum partium ad ſe ſe refugientes ſuſcipiunt, fratrem perſequi deſiſtentes. Quibus multipliciter receptis, fratris abitum gradu tardiuſculo inſequuntur: quia apud fratres ſuper pacis fœdere licet invitus ſatagens, Legatos quibus plurimum nitebatur, dirigit. Electo ad hoc negotium Mataſconis Urbis vicinio, illuc utrimque coitur, ut utriuſque partis caſtra Arare fluvio dirimente, in quamdam inſulam ejuſdem fluminis ad commune colloquium aſpectumque coeunt. Ubi venia de præteritis perperam geſtis viciſſim poſtulata atque accepta, ſacramentum quoque alter alteri veræ pacis fraternitatiſque juraverunt, & de regni totius æquis portionibus diligentius faciendis, Kalendis Octobris in Urbe Mediomatricorum Metis vocabulo decreverunt.*



*ſuos gubernare, & regere velle, ajunt: Et auctoritate divina, ut illud ſuſcipiatis, & ſecundum Dei voluntatem illud regatis, monemus, hortamur, atque præcipimus.*

III. Huc adeſte Politici Novatores, qui in controverſiam admodum frivole revocatis, num ſummus Pontifex potuerit Francorum Regnum ab Hilderico ſtupido in Pipinum transferre; cum modo, ut videtis, Francorum Epiſcopi judices ſederint de Regno & Regibus judicaturi; atque ſua ſententia (quod majus eſt) Imperatoris Lotharii Regnum hæreditarium transferunt in Ludovicum & Carolum, appoſita, ut audiſtis de his etiam præceptione, quæ & mox fuit executioni mandata. Nam audi Nithardum: *Hinc autem uterque illorum duodecim e ſuis ad hoc opus elegit, quorum unus ego extiti, & ſicut*

Epiſcop. ſententia executioni mandata.



*Colloquium trium fratrum Regum in vicinio Matiſconis.*

Nithardus lib. 4. ſcribit, congreſſum trium illorum fratrum factum eſſe *mediante Junio, feria videlicet quinta*, & deliberatum fuiſſe, ut *uſque ad conventum, quod in Kal. Octobris condixerant, pacifice quiſque in ſua portione, quam vellet, eſſet.*

III. *Normanni & Mauri in Gallias irrumpunt.*

Sed redeo ad Annaliſtam Bertinianum, qui ſubdit: *Ea tempeſtate Normannorum Claſſis in emporio, quod Quentovicus dicitur* Oppidum eſt ad Quantiam in Ambianenſi diœceſi ſitum), *repentino ſub lucem adventu deprædationibus, captivitate, & nece ſexus utriuſque hominum adeo debacchati ſunt, ut nihil in eo præter ædificia pretio redempta relinquerent. Maurorum etiam pyratæ per Rhodanum prope Arelatum delati, cuncta paſſim deprædati impune, oneratis navibus regreſſi ſunt. Carolus autem a Mataſcone Aquitaniam ingreſſus, ad memoratum Placiti locum & tempus venire non diſtulit. Lotharius apud Auguſtam Treverorum Legatos Græcorum ſuſcipit* (Theodoræ ſcilicet Auguſtæ, & Michaelis filii) *eiſque abſolutis ejuſdem Placiti tempore Palatio, quod Theodonis villa dicitur, reſedit. Hludovvicus peragrata omni Saxonia cunctos ſibi eatenus obſiſtentes ſui terrore ita perdomuit, ut comprehenſis omnibus auctoribus tantæ impietatis, qui & Chriſtianam fidem pene reliquerant, & ſibi ſuiſque fidelibus tantopere obſtiterant, CXL. capitis amputatione, plecteret XIV. patibulo penderet, innumeros membrorum præciſione debiles redderet, nullumque ſibi hactenus refragantem relinqueret.*

IV. Nithardus lib. 4. ait, Carolum & Ludovicum fratrem *Vormatiæ* Placitum habuiſſe, cumque Metis *pridie Kal. Octobris* veniſſet Carolus, miſit ad Lotharium fratrem cum quo conventum fuit, ut Miſſi utriuſque partis ad Confluentum *XIV. Kal. Novembris* convenirent, ſed poſtea Conventus *in Nonas Novembris* dilatus. Refert idem Nithardus Tranſlationem Sancti Angilberti patris ſui Centulenſis quondam Abbatis *Nonis Novembris*, qui dies hoc anno in Dominicam incidit, peractam. *Requieverat in loco priori annis XXVIII. & ita integrum & abſque corruptela ſanctum ejus corpus inventum eſt, ac ſi ea hora anima illud depoſuiſſet*, inquit Nithardus. Poſtquam Nonæ Novembres advenere, diviſio Regni in annum ſequentem dilata eſt ad diem XX. poſt Miſſam Sancti Joannis, ſeu poſt Feſtum Sancti Joannis Baptiſtæ, & interim inter fratres pax ab illis firmata, ut habet idem Auctor, cui ſuffragatur Auctor brevis Chronici Sancti Galli, a Ducheſnio Tom. II. publicati, qui ad annum DCCCXLII. habet: *Diviſio Regni inchoata.* Tum ad annum DCCCXLIII. *Pax facta inter illos.* Quod utrumque etiam Hepidamnus Monachus in brevibus ſuis Annalibus habet. Quare certum eſt, Regni Gallici diviſionem inter fratres anno tantum ſequenti peractam eſſe.

*Diviſio Regni Francorum inter fratres inchoata.*

V. Subjungit Nithardus: *Eodem tempore Mauri a Sinegulfo fratre Sigiardi ſibi cauſa ſubſidii inducti Beneventum invadunt*, ſeu Regionem Beneventanam. Ait enim Annaliſta Bertinianus: *Beneventanis inter ſe diſſidentibus, Saraceni ab Africa ab eis invitati, primo quidem auxiliatores, poſtmodum vero violenti inſecutores, plurimas civitatum vi obtinent.* Diuturnum fuit hoc bellum inter Radelgiſum Beneventanorum Ducem & Siconulfum, qui Principatum ad ſe pertinere contendebat, ut anno DCCCXL. num. XIV. oſtendimus. Cladem hanc Beneventanam Erchempertus num. XVI. his verbis memorat: *Interea Siconulfus Beneventum crebris præliis graviter affligebat, atque ut dici ſolet, malo arboris nodo malus inſigendus eſt cuneus: contra Agarenos Radelgiſi Lybicos, Iſmaelitas Hiſpanos accivit, iiſque invicem inteſtino & externo alternantibus bello, ultramarina loca captivis noſtræ gentis diverſi ſexus & ætatis fulciebantur.* Regni Longobardici Regio Beneventana pars erat, quam propter bellum civile Lotharius negligebat. Baronius anno DCCCXLIII. num. XXIX. ait, Nithardum lib. 4. ſcribere Mauros, eo anno a Sinegulfo vocatos fuiſſe, & Annales Fuldenſes ſeu Pithæanos, habere eos eo anno *Beneventum* occupaſſe. Beneventum, a Mauris anno DCCCXLIII. occupatum fuiſſe tradit etiam Hermannus juxta editionem Caniſianam. [1]

*Beneventana Regio a Mauris & Saracenis devaſtata.*

A num.

NOTÆ [1] HOc anno Mediolanenſis provincia tota convenit in Synodum ſub Angelberto archiepiſcopo in quo immunitas conceſſa monaſterio SS. Fauſtini & Jovitæ Brixiæ conſtituto. Decretum ea de re ſynodale datum anno 842. *Lotharii* imperatoris XXIII. idectione V. vulgavit Muratorius Antiquit. Ital. to. V. col. 986. quod munitum eſt ſubſcriptione ejuſdem Angilberti, & aliorum VII. epiſcoporum. Concilium iſtud quod Mediolanenſe rectiſſime appellaretur in collectiones nondum relatum eſt. MANSI

ſicut illis congruum, ut inter illos hoc Regnum divideretur, viſum eſt, contenti ſunt. In qua diviſione non tantum fertilitas, aut æqua portio Regni quantum affinitas, & congruentia cujuſque aptata eſt. Evenitque Ludovico omnis Friſia, &c. Inferius vero ab eodem iſta ſubduntur: *Quibus peractis, quique illorum e populo, qui ſe ſequutus eſſet, ſuſcepit, ac ſibi, ut deinceps fidelis eſſe, ſacramento firmavit. Et Carolus quidem Moſam Regnum ſuum ordinaturus trajecit. Ludovicus vero, Saxonum cauſa Coloniam petiit.* Hunc accipit finem conventus Aquiſgranenſis; reliqua vero in annum ſequentem, quo ſunt facta, reiicimus.

IV. Theophili Imp. obitus.

Quod ad res Orientales pertinet, morte Theophili Imperatoris ſublato perſecutore, Eccleſia illa nacta pacem, reſpirat, piorumque Imperatorum ſucceſſione vireſcit, floretque, decorem priſtinum conſecuta. Qui igitur obſtinato animo in cultores ſacrarum imaginum ab exordio ſui Imperii in hanc diem furere non ceſſavit; a Deo ipſe flagella paſſus, meritam vindictam accepit, qui adverſus eum erigens Sarracenos, eiſdem in ejus perniciem favit, adeo ut (ſicut anno ſuperiori eſt enarratum) ob acceptas ab hoſtibus clades mœrore confectus, in lethiferum morbum inciderit, quo tandem modo miſerando conſumptus, ultimum obire diem coactus ſit. Contigit Theophili Imperatoris obitus, hoc ipſo anno Redemptoris octingenteſimo quadrageſimoſecundo, Indictione quinta, tertio Kalendas Februarii.

V. Quomodo autem iſta ſe habuerint, cum plures Græcorum ſcribant auctores, nos ex Joanne Curopalata cæteris antiquiore petemus hiſtoricam veritatem, quam ſic narrat: *Cum Theophilus hac ſpe decidiſſet, legationis ſcilicet ad Francos pro auxilio miſſæ, defuncto in via Legato, qui miſſus fuerat, Theodoſio, a morbo magis oppreſſus, lectica delatus, in Magnauram ſe confert. Ubi convocato Senatu, & reliquis claris civibus, ſuas calamitates tragice deplorans conquerebatur. Coactoſque petebat, ut ſuæ erga ſe benevolentiæ meminiſſent, in fide & benevolentia erga uxorem, filiumque ſuum ſervanda, atque ipſis Imperium ab inſidiis tutum præſtarent. Cumque ii, qui coacti erant, fracti eſſent miſerabilibus Imperatoris verbis: ſtatim omnium gemitus & ejulatus ſublatus eſt, omnes Deum deprecantes pro Imperatoris ſalute, ac vita vota fecere. Sin autem (quod minus optabant) mors illum occupaſſet, pro ejus uxore, ſuaque Regina & filiis polliceri. Item ſi opus eſſet, vitam ſe profuſuros, ipſiſque Imperium illæſum conſervaturos, & illi hoc polliciti.* At quid ad ſævitiam Hærodis inſtar, Theophilus tunc brevi moriturus adjecerit, ab eodem auctore ſic accipe:

VI. Sævum Theophili facinus.

*Ut ſibi vitæ finem adeſſe novit Theophilus, in maxime obſcurum carcerem Theophobum coniiciendum curat ad Buculeonem* (hunc enim de affectatione Imperii calumniis impetitum fuiſſe pluribus idem narrat auctor.) *Jamque appropinquante fine, caput ei amputatum ſibi afferri juſſit. Quo accepto, manibus capillos contingens, ſupremum hoc verbum dixit: Neque poſt hæc ego ero Theophilus neque tu Theophobus.* Ita miſer hac noviſſima in virum innocentiſſimum exatiatus crudelitate, ad vitæ finem appropinquavit.

Cæterum in ipſo fine exhalaturum ſpiritum pœnituiſſe Theophilum erroris ſui, & a Deo conſecutum eſſe miſericordiam, ex antiquioribus monumentis prodidit Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus in expoſitione pro Concilio Florentino Seſſione quinta his verbis: *Imaginum oppugnator Theophilus divinorum & ſanctorum virorum & Auguſtæ ſervatus eſt precibus.* Et quod hoc non ſatis videretur, paulo poſt ſubiicit iſta: *Neque enim aut ſanctorum virorum pre-*

De Theophili Imp. pœnitentia.

*ces*

PAGIUS VI. *Moritur Theophilus Aug.*

A num. IV. & ſeqq. Porphyrogenneta lib. 3. num. LI. Theophili Aug. mortem his verbis refert: *Vigeſima die Januarii naturæ debitum ſolvit, imperio potitus annos duodecim, menſes tres. Adverſus rectæ fidei profeſſores per omnem vitam odium implacabile geſſit, nullumque non turbinem omni hora ac quavis occaſione, nulla eis venia indulgentiaque adhibuit: quo factum eſt, ut* Infortunati *nomen apud omnes velut hæreditario quodam jure reportarit. Nunquam pro Imperii majeſtate ac laude dignum adverſus hoſtes tropœum erexit, ac neque acceptam cladem reſarcire unquam ſatis potuit; idque cum octodecies per omnem vitam ſuſcepta adverſus hoſtes expeditione, totieſque cum illis ſigna contulerit, nec contemnendas copias pugnam commiſſurus duxerit.* Zonaras vero hæc de ejus morte habet: *ut corpore morbo conſumpto viribus deſtituebatur, veritus ne ſe mortuo Theophobus tyrannidem invaderet, circa Regiam eum in carcerem coniicit, cumque jam vitam ſuam de tenui filo pendere cerneret, & mox defecturam, illo interfecto, caput ejus ſibi afferri juſſit, manuque impoſita & contrectatis capillis dixiſſe fertur: Jam neque ego Theophilus ſum, neque tu Theophobus: iiſque dictis animam exhalavit, cum regnaſſet annos* XII. *& tres menſes. Uxorem & Caniclio Præfectum Theoctiſtum, qui imperii quodammodo particeps erat, multum obteſtatus, ne paterentur venerandas Imagines reponi, aut Joannem Eccleſia pelli.* Imperium ſuſceperat Theophilus die III. menſis Octobris anni DCCCXXIX. ideoque ſupra annos XII. & menſes III. imperavit dies XVIII. ab Hiſtoricis Græcis neglectos.

VII. Idem Porphyrogenneta lib. 4. num. I. ſcribit: *Iſtiuſmodi finem Vitæ nacto Theophilo, Michael ejus filius, illius ſucceſſor imperium capeſſivit, annos tres natus, ex quo eum parens Theodora partu effuderat: rerum curatores ac procuratores fuerunt, quos ei pater reliquerat: Theoctiſtus Eu-*



*ces, aut Auguſtæ ſtudium pro Theophilo valuiſſent, niſi prius ille ſuum peccatum confeſſus eſſet, ſanctaſque imagines colere & honorare, juſtum eſſe aſſeruiſſet. Quoniam is valde illuſtris extitit, ſed cum in hæreſim delapſus eſſet eorum, qui imagines opugnabant (ut de eo ſcripta docet hiſtoria) os ejus admodum diductum eſt, ita ut viſcera conſpicerentur. Poſt cum ipſam venerabilium imaginum adorationem ſanctam eſſe comprobaſſet, arreptam ex ſinu cujuſdam eorum, qui aderant, camdem imaginem reverenter, oſculabatur. Paulo poſt inde ad tribunal raptus eſt. Pro quo cum aſſiduæ preces a ſanctis viris, & a Regina effunderentur, ei venia data eſt.*

VII. Viſio de anima Theophili.

*Nam Theophilum in ſomnis Regina conſpexit vinctum, tractumque ab innumerabili præcedentium & ſubſequentium multitudine. Ante illum ferebantur diverſa inſtrumentorum genera ad torquendum accommodata; ipſaque videbantur eos ſequi, qui ad pœnam adducebant, quouſque ad conſpectum terribilis Judicis pervenerunt, Theophilumque ante ipſum ſtatuerunt. Provoluta igitur ad Judicis illius tremendi pedes enixe multis lacrymis Auguſta pro viro ſuo deprecabatur.*

*Ad quam terribilis Judex dixit: Mulier magna eſt fides tua: propter te, & ſacerdotum tuorum preces, conjugi tuo do veniam. Tunc miniſtris ſuis dixit: Solvite eum, uxorique ejus tradite. Similiter & ſacer Patriarcha, Methodius ſcilicet, omnium hæreticorum, Theophilique ipſius adnotatis ſcriptiſque nominibus, hæc eadem ſub ſacra menſa collocavit, eademque nocte, qua Regina viſionem aſpexit, vidit & ipſe divinum Angelum, magnum templum ingredientem, qui dixit: Epiſcope exauditæ ſunt preces tuæ, & veniam Theophilus impetravit. Somno ergo experrectus, ad ſacram menſam advenit, ibique cum legeret paulo ante conſcriptum libellum, invenit, o Dei judicia! Theophili nomen abolitum.* Hucuſque de ſalvato Theophilo Gennadius. Quæ hoc anno poſt creatum Methodium Patriarcham oportuit contigiſſe, de quo paulo poſt dicturi ſumus. Modo autem ad Theophili ſucceſſorem convertamus orationem. Quomodo autem mox Michael Imperium poſt patris obitum ſit conſecutus, ita Curopalata enarrat:

VIII. Populus recipit Michaelem Imp.

*Cum autem Theophilus vitam finiiſſet, filius ejus Michael Imperii ſceptra ſuſcepit cum matre Theodora, eos habens tutores & curatores, quos ipſi in teſtamenti tabulis inſtituerat Manuelem Magiſtrum & Domeſticum vocatum ſcholarum, & Theoctiſtum Patricium & Logothetam Dromi. Qui ſimul atque mortuus eſt Theophilus, in Hippodromum ingreſſi, ibique ad concionem convocato populo, verba faciunt, commemorantes Imperatoris erga ipſos benevolentiam, multiſque dictis ad demulcendos, ac deliniendos animos audientium ſibi amorem conciliarunt; qui pro ſalute Imperatoris, vel proprium ſanguinem ſe fuſuros polliciti ſunt; pollicitationeſque ſtatim jurejurando obſtrinxere.* Sed quid ejus mater Theodora ſimulatque cum filio firmatum Imperium accepit, pie religioſeque peregerit, audi iſta dicentem eumdem Curopalatam:

*Igitur Theodora Imperio cum filio potita, ſtatim & ab initio piorum virorum monitis, quæ ad Iconomachorum ſectam extirpandam pertinebant, explorabat; quæ quidem a Leonis ex Armeniis Imperio, uſque ad eumdem Theophili obitum omnem Romanorum ditionem pervaſerat. Aſſentiebatur ejus demolitioni Theoctiſtus quoque, ſed Manuel ad quoddam tempus ambiguus fuit. Verum nemo aperte ac libere loqui de ipſa eruendæ audebat, cum maxima cœtus pars & Senatus, atque adeo ipſe Patriarcha hac hæreſi imbuti eſſent. Solus autem Manuel divinæ*

Manuel reſiſtebat veritati.

*vi*

PAGIUS *Michael cum Theodora matre & Thecla ſorore imperat.*

*Eunuchus per id tempus Caniclio Præfectus, ac Dromi Logotheta, Bardaſque Patricius ac Auguſtæ frater, nec non Manuel Magiſter ex Armeniis oriundus, qui & Auguſtæ patruus erat.* Michael jam a patre duodecimum Imperii annum agente Imperator coronatus fuerat, ut ſupra dixi. Quinque ei ſorores fuere, *Thecla* earum natu maxima, ut teſtatur Porphyrogenneta pag. 91. *Anna*, *Anaſtaſia*, *Pulcheria*, & *Maria* Theophili natarum minor natu, hæcque ſola in matrimonium collocata, ſed ante patrem demortua, ideoque anno circiter ætatis octavo, ut ex dictis de Theodoræ cum Theophilo matrimonio liquet. In Vita Sancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinop. a Niceta elucubrata, hæ filiæ βασιλίδες ſeu *Reginæ* non ſemel appellatæ, ſola tamen *Thecla* una cum matre Theodora & Michaele fratre aliquandiu Imperium rexit, Auguſtæ titulo perinde donata. Anaſtaſius enim Bibliothecarius in Præfatione ad VIII. Synodum generale de Barda ſcribit: *Perſuaſit Imperatori Michaeli ut matrem & Theclam ſororem ſuam, quæ & ipſa cum matre ac fratre imperii fuerat ſceptra ſortita, tondere Patriarchæ præciperet, & in monaſterio collocaret.* Præterea Baronius anno DCCCLXVI. num. XIX. Nummum aureum exhibet, in cujus antica viſitur Theodora, & hi characteres leguntur, THEODORA DESPVNA. Ea Orbem dextra ſuſtinet duplici cruce ſuperpoſita, læva ſceptrum. In averſa parte Michael ut puer, & Thecla ut natu maxima repreſentantur cum unica ſuperne cruce, ſed Thecla abſque Sceptro & Orbe; circum, MIKAHLS ΘECLA.

VIII. *Manuel cum Auguſta de reſtituendis Imaginibus agit.*

*Firmato itaque Reipublicæ ſtatu*, ſubdit Porphyrogenneta, *& cum rerum hactenus rectæ gubernatio foret, futurum erat, ut & Imaginum cultus inſtauraretur, priſtinumque honorem illæ rurſum reciperent. Ad Manuelem itaque diro morbo, gravique conflictatum ingreſſi Studiani Monachi (quippe quibus ille fidei plurimum habebat) facili negotio citoque recuperandam ſanitatem*

*pol-*

vi impulſus id auſus eſt. Nam prius (ut dictum eſt) animi dubius erat in ſacroſanctarum imaginum cultu, quem poſtea tali de cauſa complexus eſt.

IX. Quomodo Manuel recepit cultum Imaginum.

Graviſſimo morbo fuerat occupatus, jamque ejus vitæ ſalus deſperata erat, omni medicorum arte fatigata. Venerunt igitur ad ipſum quidam, qui eum deceſſiſſe audierant, venerandi ac pii monachi a monaſterio Studii. Qui cum ad lectum acceſſiſſent, eumque adhuc vivere & ſpirare cognoviſſent, prædixerunt fore, ut viveret, & in priſtinam valetudinem reſtitueretur. Qui prius nullam his fidem habebat: verumtamen inſtantibus divinis viris, hortantibuſque, ne dubitaret de virtute Dei, quæ ſibi illuxerat: paululum morbo allevatus eſt tenui atque imbecillo cantu: Et quomodo (ipſis inquit) erit hoc mihi, o divini Patres? animæ vires defecerunt, corpus totum exhauſtum eſt & aruit, & ego jaceo quaſi ſalſamentum conditum & exiccatum, nulla alia re a mortuis differens, quam ſolo ſpiritu. Quænam igitur ſpes? vel quæ ratio perſuadebit me convaliturum, priſtinamque ſanitatem reſtitutum iri? Reſponderunt igitur ſancti viri illi: Omnia fieri a Deo poßunt, neque quicquam eſt, quod ille non poſſit. Si igitur operam dabis, cum convalueris, ut Iconomachorum extinguatur incendium, & ſacræ imagines, & priſcæ & patriæ leges reſtituantur: pollicemur tibi vitam. Quo dicto, abierunt. Manueli vero, nec opinato, & præter omnem expectationem, melius eſſe cœpit, naturaleſque vires ſine ullo impedimento redibant, ac breviori tempore ab omni vi morbi liberatus eſt.

X. Manuel agit cum Imperatrice de reſtit. Imaginum.

Statimque facile equitans, ad palatium ſe confert, & ad Reginam ingreſſus, omnibus modis eam hortari cœpit, ut ſanctas reſtitueret imagines. Quæ tamen jampridem ſibi dari hujuſcemodi expectabat occaſionem: ſi quidem a parente ſua ad id ſemper accendebatur, & a matris fratribus Patriciis. Sed tamen reſtitit Theodora verbis Manuelis, ſive jusjurandum erga virum verita, ſive tamen (ut diximus) quod metueret frequentiam eorum, qui hæreſi detinerentur. Inſtante autem Manuele, Theodora: Meus, inquit, o Magiſter, vir & Imperator veritatis amator erat, & nihil umquam inconſiderate fecit, atque hoc dogma, niſi ſacris legibus & ſanctis ſcripturis eſſet interdictum, numquam ille ex Eccleſia tollendum curaſſet. Quæ cum illa dixiſſet, propediem illi adeſſe vitæ finem, imperiique amiſſionem minatus eſt, neque ipſi tantum, ſed etiam ejus filio, niſi divinum ornatum ſanctis imaginibus templum reſtitueret.

Publica diſputatio.

Quibus verbis ſive deterrita, ſive (ut diximus) alioqui prompta Regina omni ſtudio rem ſuſcepit. Statimque in Theoctiſti tentoriis omnes prudentia & eloquentia præditos viros tum ex themate, tum ex Concilio cogi juſſit, ibique diſputari, ac proponi, quæ ad rectam fidem pertinerent. Omnibuſque, ut ita dixerim, congregatis, multiſque verbis factis & teſtimoniis ſacræ ſcripturæ non paucis adductis, pia pars tandem ſuperior fuit.

XI. Reſtitutæ ſacræ Imagines.

Ac ſubito dogma propoſitum eſt, ut ſacræ reſtituerentur imagines, Epiſcopis, monachis, & ſenatoribus, quicumque majoris partis prius morbo detinebantur, quod eſſet melius ediſcentibus, & veritatem edoctis, ſententiam in melius commutantibus. Quicumque vero altiori impietate hæreſi infecti ita ſe haberent, ut a prava opinione deduci non poſſent, illi e civitate ejecti, in exilium mitterentur. Sublato item impio Patriarcha, & Pontificatu abdicato, per quoſdam viros fide dignos ad eum miſſos ex iis, qui cuſtodiæ palatii præerant. Quibus obe-

di-

PAGIUS

pollicentur, ſi modo tum ipſe Sanctarum Imaginum cultum approbet, tum illius quavis loco ſanciendi Imperatoribus auctor exiſtat. Multi præterea ex aliis montibus divinorum Patrum Manueli amicitia juncti, ex eo tempore quo is Armeniacorum Dux erat, ad eum venientes, eademque rogantes, ad rectum tandem eum ſenſum trahunt, & ut quod ipſis in votis erat, polliceatur, ſi ſolum morbo levaretur: quod & illorum ad Deum precum inſtantia conſecutus eſt. Poſtquam, itaque ille morbo liberatus eſt, nihil rem Monachi negligendam ducunt, ſed obſecrando, eorum quæ ſancte Deo pollicitus eſſet, meminiſſe rogabant; qua admonitione divina æmulatione ejus prorſus animum incenderunt. Communicato itaque cum ſociis Procuratoribus conſilio, cum illis perſuaſiſſet, operæ pretium eſſe, bono res ſtatu ab exordio ipſo componere, illiſque in ſuam traductis ſententiam, ad Theodoram ingreditur, ea de re commune conſilium habiturus. At illa quippe religioſa matrona, vereque Regina atque Auguſta, ubi de recta fide audivit, „ Hoc, inquit, ſemper & deſidera-
„ veram nec verſare animo unquam ceſſabam:
„ & ſi hactenus plurium Senatorum, Procerum-
„ que, qui illi ſtudeant hæreſi, ingens de-
„ terruit numerus, ne quid hactenus ejus rei
„ molirer. Nec minus qui tuendæ Eccleſiæ ſi-
„ bi partes vendicant, Metropolitæ, omnium-
„ que maxime Patriarcha. Is namque cum
„ maritus exiguam quamdam hujus hæreſis ra-
„ dicem a majoribus traxiſſet, eam longe au-
„ xit doctriniſque ſuis, ac crebris hortamen-
„ tis robuſtiorem fecit; auctor nimirum illi
„ effectus, ut ad verbera, tormentaque adii-
„ ceret, animum (unde eruitur ante annum
„ DCCCXXXII. quo Joannes Patriarcha crea-
„ tus eſt, Imaginum cauſa regnante Theophi-
„ lo nullum morti addictum fuiſſe, quorum
„ quotidie adverſus Sanctos novus artifex e-
„ rat, taliumque ei malorum miſer, incenſor
„ ac doctor fuit.
„ Tum illi, Ecquid vero cauſæ eſt Augu- IX.
„ ſta cum ſic ſentias, ac optime conſulas quid-
„ ve impedit, ne hoc opere impleas, hanc-
„ que



dire ille prius noluit, neque de ſede decedere, affirmans numquam volentem ab ipſa Eccleſia receſſurum. Qui ubi reverſi ad Reginam, quæ eos miſerat, eam de illius pertinacia docuerunt: Statim Bardas Patricius, Reginæ frater mittitur percontaturus, quare Orthodoxæ Fidei non cederet Patriarchatum? At Joannes verſutus & callidus tum in ſcribendo, tum in comminiſcendis calumniis, ut ſi quis alius, plumbo ſibi ventrem, tergaque compunxit, & nares, ut videretur ab aliquibus flagris cæſus; & ab his, qui miſſi fuerant, ita ſe affectum exclamans, qui barbarico more ſe invaſiſſent. Sed præcipue a Conſtantino Viglæ Drungario ſupplicabat tantiſper ſibi veniam dari, quoad vibices evaneſcerent. Et hæc Joannes dixit.

Methodius Conſtantinop. Epiſcop. eligitur ejecto Joan.

Bardas autem patefacto, & redarguto illius commento, ita percitus vel invitum de Patriarchatu dejecit. In cujus dejecti locum Regina Patriarcham Eccleſiæ ſacrum ac divinum virum Methodium ſufficit, qui adhuc martyrii puncta ob confeſſionem in carne ſua geſtabat, omnibus piis ſacerdotibus, & laicis, & monachis, & illis item, qui ſeſe in montibus exercebant, multo gaudio illius declarationem approbantibus. Qui confeſtim ad Reginam profecti, unanimes æterno anathete hæreſim illam condemnarunt. Hæc initio Imperii quæ a Theodora, ejuſque filio recte geſta ſunt.

XII. Concil. Conſt. pro cultu SS. Imaginum.

Verum iſta de reſtitutione imaginum habita diſputatione, & hæreſis condemnatione, ejectioneque Joannis, atque ſubrogatione Methodii nequaquam perfunctorie facta ſunt, ſed ſecundum canones, ad hæc agenda, congregato Concilio, de quo hic intexenda eſt Theophanis presbyteri temporis hujus ſcriptoris narratio, qui in oratione in S. Nicephorum Patriarcham dicta, habet hoc anno, poſt Theophili Imp. obitum opera Theodoræ Auguſtæ Synodum Conſtantinopoli eſſe collectam; illicque damnatam hæreſim, & ipſum Patriarcham Joannem hæreticum, Methodium vero electum; hæc enim habet: Poſtquam defuncto Theophilo, Imperium ad ejus uxorem Theodoram, & filium eorum Michaelem admodum adoleſcentem delatum eſt, in pietatis ſtudium, curamque maxime incubuit femina vere Dei munere (ut nomen ejus indicat) data, ex omnibus præclaris & magnis facinoribus, quibus Principes probari ſolent, nullum præſtantius exiſtimans, quo tutius ſibi Imperium confirmaret, aut virilem in feminea perſona fortitudinem exerceret, quam ſi pietatis & religionis cultu Deum ſibi propitium redderet. Id autem nullo pacto facilius aut commodius poße contingere, quam ſi perturbationem in Eccleſia jam diu excitatam ſedaret, & partem in illa morbo laborantem reduceret ad ſanitatem; & qui inter ſe animi eſſent abalienati, conciliarentur, atque idem omnino ſentirent. Sic igitur fore, ut cum una eſſet omnium ſententia, atque idem ſenſus, vera ſinceraque Fides Apoſtolorum, Patrumque inſtitutis tamquam ſolidis fundamentis inſiſtens, firma atque immobilis conſervaretur, & ſibi deinceps Imperii gubernatio facilis & tolerabilis permaneret.

Hæc igitur cum illa vere animo excellens, & mente fortis Regina ingenio ſuo excogitaſſet, & providentia conſideraſſet, re cum illis, qui erant in magiſtratu & dignitate conſtituti, communicata, accerſit cum ipſis eos, qui inter monachos præſtabant, & de imaginum inſtauratione quæſtionem proponit. Cumque idem omnes conſentientes comperiſſent, diuturnoque ejus rei deſiderio teneri, atque animo excruciari propter religionis in ea re mutationem, poſtulavit, ut ſe XIII.

etiam

PAGIUS

Eas reſtituendas eſſe pſeudo-Patriarchæ Conſtantinop. denunciant.

„ que communem totius plebis lætitiam, fe-
„ ſtamque lucem peragi jubeas? Statim ergo
„ accerſito Bigle Drungario (erat hic Conſtan-
„ tinus Thomæ Patricii poſtmodumque Dromi
„ Logothetæ pater) Patriarchæ denunciat; plu-
„ res undique Viros pietate ſpectabiles, Mo-
„ nachos item convenientes, ſupplicationem
„ Auguſtis obtuliſſe, ut omni colendas vene-
ratione Imagines, reſtitui jubeant. Si igitur
„ ita confitearis, hiſque conſentias, Dei Ec-
„ cleſia vetus ornamentum recipiat; ſin au-
„ tem hæſitas, nec recte ſentis relicta Sede
„ ac Urbe, in ſuburbanum tuum tantiſper re-
„ cede, dum Sancti Patres una tecum conve-
„ niant. His enim in promptu eſt ut Judicio
„ tecum contendant ac diſputent maleque de
„ Imaginibus loquenti ac ſentienti, quod ſa-
„ nioris mentis ſit, ſuadeant.

X. Jannes in hæreſi obſtinatus Eccleſia ejicitur ac relegatur. Sedit annos novem, ut legitur in Continuatione Chronici Nicephori, ubi prætermittitur decimus, quia incompletus fuit. Zonaras enim, qui ei annos tantum ſex attribuit manifeſte hallucinatur.

Eo ejecto S. Methodius fit Patriarcha.

In Jannis locum inducitur is, inquit Porphyrogenneta, qui multis Laboribus atque ærumnis integram ac illibatam virtutem conſervaverat, ac cui ex diuturno (ut par eſt) carceris pudore atque fætore pili deſluxerant; quamquam ei, Dei nutu, ac Theodoræ Auguſtæ aſſenſu, Eccleſiæ gubernatio clavuſque debebatur; magnus ſcilicet, invictuſque Eccleſiæ Defenſor, Methodius. Sed & Theodoræ animum conſidera: quomodo ſcilicet generoſi pectoris Matrona, quæ ut vere marito adjutor extiterit, non illi adverſata ſit, in unum congregatis quotquot uſquam erant, orthodoxis, factaque Regio diplomate libera dicendi, ſentiendique licentia, ſic eos allocuta ſit. Eia, inquit, Dei hæreditas ac Pa-
„ tres mei cum humaniſſime ſacrarum venera-
„ biliumque Imaginum reſtitutionem vobis in-
„ dulgeam atque præbeam, rogo ut mihi (quæ
„ præſertim Domina ſim ac Auguſta) juſtam
„ gratiam munuſque reponatis; non id vile aut
„ exiguum, ut nec muneris atque gratiæ no-
„ men

*etiam Patrum auctoritatibus ad veritatem confirmarent, quas variis in libris inveniſſent. Mandavitque quo in loco palatii præfinito cœtus Eccleſiaſticus univerſus cogeretur, & ad populum ea de re, quam apertiſſime verba faceret. Tanta autem multitudo confluxit, ut numero comprehendi non poſſet. Convenerunt enim non ſolum illi, qui mentem ſanam impietatis temporibus conſervarant, verum etiam quamplures ex iis, qui cum pietatis hoſtibus conſenſerant, quique ſacerdotiis & Eccleſiis regendis ab ipſis electi fuerant: e veſtigioque mutata ſententia, eos, qui ſanctas imagines oppugnarant, anathemati ſubjecerunt.*

XIV. *Qua quidem celeri & inſperata rerum mutatione, Joannes, qui tunc impie munus Pontificium adminiſtrabat, ſtupore & mentis caligine captus, parum abfuit, quin ipſe ſibi manus inferret, mortemque conſciſceret. Hic enim ſceleris caput & ſumma fuerat: qui cum impie ſentiret, & apud Imperatores auctoritate poſſet antea plurimum, eos mendaciis & dolis, imprudenter, inconſiderateque confictis, in impietatis barathrum impellebat. Eo igitur propter flagitia, quæ in Deum admiſerat, uno omnium conſenſu, & cunctis tum magnorum Imperatorum, tum univerſi cœtus Eccleſiaſtici ſuffragiis a ſacra ſede cum ignominia ejecto, Methodius vir & vita & doctrina valde probatus, & qui pro veritate & religione multa certamina & longum exilium pertulerat, atque inde plagis & carcere diu cruciatus redierat, omnibus in dignitate conſtitutis approbantibus, electus eſt, qui ſacram Reginæ urbium civitatis ſedem obtineret.*

XV. *Tunc Nicææ ſecundum divinitus electum ſanctum Oecumenicum Concilium, quod Irenæ Imperatricis verum ab ipſa pace nomen habentis, & Tharaſii maximi beatiſſimique Patriarchæ ſtudio celebratum eſt, merito firmam obtinuit auctoritatem ac robur, cum omnes quæ, Deo aſpirante, in ipſo decreta fuerant, comprobarent. Tunc omnes Eccleſiæ ſuum ubique decus receperunt, & venerabilium imaginum ſplendore fuerunt illuſtratæ: ejectiſque illis, qui eas nefarie inſectabantur, ſacerdotes in eis ac duces recti dogmatis ſunt conſtituti.* Hactenus Theophanes de rebus in Synodo Conſtantinopolitana adverſus Iconomachos, geſtis. Tunc accidit, ut inter alios Orthodoxos Confeſſores ad ſedes Epiſcopales promotos, fuerit Theophanes ille Theodori frater, vultu litteris exaratus, de quo plura ſuperius, qui Nicææ Bithyniæ factus eſt Archiepiſcopus; de quo etiam proxime ſuo loco, hoc eodem anno, dicturi ſumus.

XVI. Hæreſis Iconoclaſtarum penitus diſſipata.

Sic igitur hæreſis illa, quæ Conſtantinopoli ante centum viginti annos e portis inferni magno faſtu, auctore Imperatore, potens ac furens in Eccleſiæ damnum erupit, & repreſſa ſæpius, rurſus ſanguine Sanctorum ebria audacius eſt debacchata Conſtantinopoli: hoc anno tamdem penitus extincta fuit. Quanta iſta invexerit ſecum mala, quot quibuſque cladibus ſæpius peſſumdederit Eccleſias Orientales, nec mente, nedum ſcriptis quis aſſequi poſſit, ut licet totus hic tomus in his inſumptus ſit, haud tamen ſcriptorum inopia cuncta complecti potuerit, ſed vix ex plurimis pauca receperit ex iis, qui ſunt reperti hujus ſæculi, ſcriptoribus eruta. Deploravit fruſtra jacturam ſuam Imperium Orientis, cum hujus occaſione hæreſis, Occidentalis Imperii diſpendium paſſum eſt, cum in pœnam Imperatoris Iconoclaſtæ

fuit

PAGIUS
,, men mereatur; ac tum vobis, qui daturi
,, eſtis, tum mihi flagitanti, haud ſatis con-
,, gruum haudve utile videatur; ſed conve-
,, niens illud ac perenne, quodque Deo acce-
,, ptum merito exiſtat ac habeatur. Nempe
,, ut viro meo ac Imperatori, eorum quæ in
,, cauſa Imaginum deliquit, indulgentia ve-
,, niaque præſtetur, tantumque ſcelus obli-
,, vione a Deo deleatur. Sin autem minime
,, feceritis, neque me veſtra ſequentem De-
,, creta habebitis, nec vero Eccleſiam reci-
,, pietis.

XI. *Reſponſio Methodii ad Auguſtam pro ſalute Viri ſui ſollicitam.*

*Expleto mox ſermone Orthodoxa Eccleſia, ac qui ejus Præſes erat, Methodius*, Juſta, *inquiunt*, eſt, Auguſta, petitio tua: neque nos poſſumus ire inficias. ,, Æqui enim ac juſti ratio
,, poſtulat, ut a quibus beneficia conſecuti ſu-
,, mus (præſertim Principibus) convenientes gra-
,, tias largiter rependamus; tum præſertim,
,, cum non tyrannica manus imperat, ſed mens
,, pia eſt & religioſa. Eum tamen, qui in
,, aliam vitam commigravit, a pœnis illis a
,, Deo conſtitutis (majora nobis quam pro no-
,, ſtra facultate arrogantes) haud quaquam li-
,, berare poſſumus. Licet quidem nobis (inque
,, eam rem Claves Cælorum concreditas a Deo
,, accepimus) omnibus, qui velint, aperire, ſed
,, his duntaxat, qui in hac vita adhuc diſpo-
,, nuntur, priuſquam in alteram commigra-
,, verint. Quin etiam quandoque, his ipſis,
,, qui e vita emigraverint, cum levia ſunt de-
,, licta, quibus nec deſit pœnitentia. His au-
,, tem qui ſpe non bona vivis exceſſerint, fe-
,, runtque palam ſuæ damnationis ſententiam,
,, pœnas diluere minime poſſumus.

XII. *Theophili pœnitentia ex Auguſtæ fide & ſuppoſitione.*

*Tum Auguſta, ſive id vere, ſive alioquin nimia in maritum ſuccenſa amoris vi (quod plane ita eſt, noſque aſſentimur) jurejurando tamen*
,, *ſacro illi Choro affirmabat*, cum ſub ejus
,, exitus horam ingentem luctum ederet, di-
,, reque lamentaretur & deploraret, ac coram
,, exponeret, quanta eum ſuoſque iſtiuſmodi
,, hæreſis invidia in tanta Civitate conſecu-
,, tura eſſent, nempe a precibus abdicatio,
,, dirarum prolixa vis, populi defectio ſubiiſ-
,, ſe illi rei pœnitudinem, ſimulque Imagines

,, pe-



fuit ab illo diremptum, atque poſtea genti facienti fructum ejus, collatum eſt, homini inquam Dei amico, & qui inventus eſt ſecundum cor ejus, Carolo Magno Imperatori. Quis umquam Regum vel aliorum Principum gloriari poteſt aliquod ſibi & ſucceſſoribus ſuis ex hæreſi bonum partum? Sicut enim a patre mendaciorum ipſo diabolo bonum nullum, mala omnia provenire, nullus ignorat; ita plane ab ejus inventis, ipſis inquam hæreſibus, innumera in orbem ſemper inferri damna, dubitare quis poteſt? Ut de his jam illud, quod eſt in Job, (a) jure dici poſſit: *Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu ejus iræ eſſe conſumptos; rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt. Tigris periit eo quod non haberet prædam, & catuli leonis diſſipati ſunt.* Cum videlicet ejuſdem hæreſis auctores & propagatores Leones Iſauricus & Armenus, & eorum ſucceſſores Iconoclaſtæ Imperatores, una cum ſua ipſorum hæreſi, tigridis nomine deſignata, conſumpti ſint abſque ulla ſpe. De quibus triumphans Eccleſia, Martyrum fuerit illuſtrata coronis, inſignita trophæis, innumeriſque de proſtrata impietate locupletata victoriis.

(a) Job. 4.

XVII. Quando & inter inſignes Orientis Eccleſiæ pugiles, præcipue enituit virtus Studitarum: hi enim ſuis precibus (ut vidiſti) revocando pene mortuum ad vitam curatorem Imperii, coegerunt hæreſim mori. Alumni iſti erant magni illius Theodori, ejuſdem monaſterii Studitarum Propoſiti, cujus certamina eadem ex cauſa ſuſcepta, illata ſæviſſima verbera, eademque toties repetita, tum conceptam, modo perfectam peperere pacem Eccleſiæ. Quæ enim ipſe ſeminavit in lacrymis, meſſuerunt filii in exultatione: irrigavit ipſe crebrius ſata ſanguine, venerunt filii cum exultatione, portantes manipulos ſuos, ut ſecundum illud Dominicum dictum his acciderit: (b) *In hoc enim eſt verbum verum, quia alius eſt, qui ſeminat, & alius eſt, qui metit: Ego miſi vos metere quod vos non laboraſtis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Sed jam ad ſanctum Methodium redeamus, de quo auctor, qui ſui temporis res geſtas proſecutus eſt Joannicii, iſta habet:

(b) Joan. 4.

XVIII. Qua occaſione rurſum ſcindatur Eccleſia.

*Methodius re vera vir ſacroſanctus, & homo Dei in ſacris collocabatur ſedibus (ut de eo idem ſanctus prædixerat Joannicius) & ut ſemel dicam, cum omnia ab eo fuiſſent traducta ad Fidem Orthodoxam, & ſopitus eſſet omnis fluctus, & ſæva tempeſtas, & res erant quietæ: quædam alia ſeditio excitatur a piis, & res Eccleſiæ rurſus erant diviſæ, & redactæ in duas opiniones. Nam alii quidem volebant habere in miniſterio eos, qui dignitatem ſacerdotii acceperant ab Iconomachis, utpote qui per hoc nihil pietati officerent.* Quod ſcilicet ea hæreſis non dogmata de divinitate, vel humanitate Chriſti, vel quid hujuſmodi Eccleſiæ Orthodoxæ tetigerit, ſed ritum & traditionem Eccleſiæ labefactarit. Illi autem (ſubdit auctor) *profanis ſancta tradere manibus, putabant omnino eſſe impium, & minime Deo gratum, nec admittendum. Et qui Deo quidem vere vivebat Methodius ægre ferebat, angebatur, corde lacerabatur, putabant magnum Paulum reſonare in auribus, propemodum hæc loquentem (c): Utinam ſim a Chriſto a-*

(c) Rom. 9.



na-

PAGIUS
,, petiiſſe, ac ferventi animo eadem ipſa
,, Auguſta in manus porrigente, exoſculatum
,, eſſe, abducentibus Angelis ſpiritum tradi-
,, diſſe. *Hac illi voce audita. Auguſtæque mores indolemque reveriti (quippe cum femina omnium religioſiſſima Chriſtique amans eſſet) ac cum alioqui Sanctarum Imaginum cultum inſtaurari exquirerent, communi ſententia ac ſuffragio, dummodo ſe res Theophili ita haberent ejus veniam delicti ſe a Deo exoraturos dixere, ſimulque rei ſcriptam cautionem Auguſtæ tradidere.*

XIII. *Ea recentibus Græcis probata.*

Baronius n. VI. & ſeq. refert ex Gennadio Patriarcha Conſtantinop. *Theophilum* animam, exhalaturum erroris ſui pœnituiſſe; ſed ſunt hæc Greciæ ſequioris fabulæ, poſt forte *Theophilum* & ejus liberationis occaſione inventæ, inquit Combefiſius in Notis ad Orationem Hiſtoricam in Feſtum Reſtitutionis Imaginum, a ſe publicatam in Auctario Biblioth. Græco-Latinæ, in qua idem dicitur, quamquam enim *Damaſcenus* antiquus ſit, cujus nomine libri Græcorum Eccleſiaſtici Orationem, in qua idem legitur, de Traiano Gregorii & Theclæ precibus liberato, ſtylus tamen oſtendit, Orationem illam Damaſceni non eſſe. Allatius in libello de Erroribus Græcorum recens Triodio ac libris aliis eorum Ritualibus inſertis, cenſet impenſiorem hanc miſericordiam Neothericorum Græcorum ex *Origenis* fontibus damnatis manare, ut veram in inferno redemptionem adſtruant, ac qualem fere Latini profitentur in Purgatorio: & damnatorum animas precibus Sanctorum inde liberari poſſe ſecundum legem velut ordinatam. Cæterum Synaxarium & in eo ac toto diei Reſtitutionis Imaginum Officio de Theophilo contenta, antiqua non ſunt, ſed poſt ſchiſma, ac Auctoribus non ita ſanis, diu a celebrata Septima Synodo adjecta. Teſtatur Combefiſius penes ſe eſſe Tilianum Triodium MS. antiquum ſatis ac rotundo ſcriptum charactere toto Canone illius diei, nihil omnino *Theophili* meminiſſe, ejuſve liberationis precibus *Theodoræ* ac Sanctorum; ſed ſolius concordiæ Eccleſiarum reſtitutis Imaginibus ejuſdem Theodoræ ac filii Michaelis nutu. Quare recte exiſtimat Allatius ea recens inſerta eſſe in Triodium a Nicephoro Cal-

lixto,

*nathema pro fratribus meis ſecundum carnem, ſi modo ſteteritis nobiſcum, & communiter Trinitatem glorificemus.* Et ille quidem ſic ſe habebat. Omnes illos comminiſtros habere deſiderans, qui in reliquis eſſent, Orthodoxæ ſententiæ. At quid adverſarii? ſubdit auctor: *Illi autem parati erant omnia pati potius, quam dimittere ea, quæ viſa fuerant, adeo ut hinc in partes duas ſcinderetur cœtus Eccleſiæ, & alii quidem ſecum, alii vero cum illis ſe conjungerent.*

XIX. S. Joannicius ſequeſter pacis Eccleſiæ.

*Dei itaque amicus Joannicius incidens in res adeo turbatas, partim quidem per ſe, partim vero per litteras veluti fiſtula revocabat divulſam partem gregis, & ei, qui eſt ſolus Deus, qui ſolus bonus paſtor, & non mercenarius conciliabat: maxime vero Archiepiſcopi Methodii jam labantem recreabat animum, multa quidem & alia ſcribens. Ante omnia autem iis, qui humouſion abſurde & aliquo modo ſcindunt, novaſque & abſurdas opinantur diviſiones: eis ne aurem quidem adhibere ſuadebat, non ſal, non tectum cum his habere commune, non eos alloqui, ſed quam maxime declinare eorum congreſſionem. Admonebat enim, ne poſſe quidem ſanctum eum reputari ſacrificium, cum qui ſacrificatur contemnit & vilipendit. Scribebat autem Methodio, ut illos potius haberet circa divinum ſacrificium, quos noſſet cum eo ſentire de dogmate Orthodoxiæ. In fine vero epiſtolæ valere eum circa ſanam rationem optavit magnus Joannicius.* Sic igitur in eamdem ſententiam, qua Methodius, pedibus abiens Sanctus Joannicius, ſuadebat illos procul tantum facere ab altari, qui adhuc eſſent hæreſi inquinati non pœnitentes, erroremque deteſtantes, & præ cæteris Iconomachos. Pergit auctor:

XX.

*Cum hæ veniſſent litteræ, divinus quidem Methodius memoriæ mandavit ea, quæ ſcripta fuerant. Improbi autem homines eam rem irridebant, & habebant ludibrio, & male ab ipſis bonus audiebat Joannicius. Ille vero cum cognoviſſet, quod ipſi eum calumniarentur: ita ſtans, ut eum omnes poſſent audire, de Deo, & de rebus divinis diſſerens, eos ita vi cepit, & in ſuam redegit poteſtatem, ut non ſolum abſtinuerint a ſua in eum inſania, verum etiam eorum mentes ad id, quod eſt melius, converterit, & iis dimiſſis, quæ prius eis viſa fuerant Orthodoxæ Fidei dogma didicerint, ut ipſe exprimebat: Sic frequentiſſimus ille populus victus fuit ab unius hominis virtute, & totæ civitates dependebant ab una illius ſententia, iis, quæ meditata fuerant longo tempore, brevi diſpoſitis.* Hæc de his auctor.

Qui igitur poſt tot Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ naufragia, ejus clavum e manibus hæreticorum evulſum moderandum ſuſcepit Patriarcha Methodius, ad revocandos in Eccleſiam lapſos mirifice laboravit. Quod vero hi reperirentur variæ ætatis, diverſæque conditionis: ne vileſceret Eccleſiaſtica diſciplina, eoſdem omnes diverſo modo cenſuræ Eccleſiaſticæ voluit eſſe ſubjectos. Quamobrem pro ſalute omnium ejuſmodi promulgavit edictum, cui ejuſmodi titulus reperitur inſcriptus:

*Methodii ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani de iis, qui abnegarunt, per diverſos modos & ætates (a).* XXI.

*Si puer quidem comprehenſus fuerit, & abnegaverit ſeu metu, ſeu ignorantia, & inſcitia: is propitiationis preces ſeptem diebus accipiat, & octavo die lavetur, & a lavacro linteo accinctus, chriſmate inungatur, ut ſolent inungi, qui baptizantur, & ferat veſtes novas, ſecundum ordinem eorum, qui illuminantur.*

(a) *Extat bibl. San. t. 6. c. 619. & additio ad Theod. Balſ.*

Si

PAGIUS lixto, qui ſub Andronico Seniore Palæologo floruit.

XIV. *Reſtitutio Sacrarum Imaginum.*

Pergit Porphyrogenneta: *Interea recepta Eccleſia, Sanctiſſimoque Methodio Pontificali honore ſublimato, Sanctorum Jejuniorum prima Dominica, una cum Auguſta peractis in ſacra ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deique Genitricis Blachernenſi æde, in Dei laudibus & canticis, nocturnis vigiliis, mane ſolemni ſupplicatione ac pompa ad magnum Dei Verbi Templum veniunt, riteque peracta re ſacra, ſuum rurſus Eccleſia ornatum recipit. Inque eum modum proficiebat orthodoxa Eccleſia, & ut verbis Scripturæ utar,* renovabatur ut Aquila, *proſcriptis toto terrarum Orbe cunctis hæreticis, eorumque Antiſtite, Joanne ſcilicet, cui a Fidelibus ob ſuam impietatem Jannis nomen inditum eſt.* Hæc Imaginum Reſtitutio nonniſi poſt congregatum Concilium peracta, ut Baronius n. XII. oſtendit ex Theophane Presbytero, Auctore coævo qui in Oratione *de Reliquiis & Tranſlatione Sancti Nicephori Patriarchæ CP.* Synodi tunc habitæ meminit. Ad hæc in libello Synodico de Michaele & Theodora Auguſtis dicitur: *Qui Zelo Dei inflammati eos, qui in exiliis erant ſanctos Patres revocarunt: & Synodo divina ac ſacra locali in Canicleo convocata, Joannem quidem impuriſſimum throno dejecerunt, ſanctum vero Methodium Conſtantinop. Patriarcham conſtituerunt: ſanctaſque ſeptem œcumenicas Synodos approbantes, ſacras Imagines ad eam venerationem, quæ eis olim debebatur, reduxerunt.* Die itaque XIX. menſis Februarii, in quam Dominica prima Quadrageſimæ hoc anno incidit, jam *Methodius* Patriarcha erat, ſed a pauciſſimis diebus, ut in morte ejus oſtendam.

XV. *Dominica Orthodoxiæ prima eſt Quadrageſimæ, tam Græcis quam Latinis.*

Combefiſius poſt cujus mortem Chronographia Conſtantini Porphyrogenneti, *a Leone Armenio uſque ad Michaelem Theophili*, edita fuit, pag. 96. ubi Porphyrogennetus de Dominica Orthodoxiæ ſermonem habet, hæc verba in margine appoſuerat, *Orthodoxiæ pompæ, Dom. I. Jejun. nobis II.* Verum, ut notat Allatius in Diſſert. de Dominicis & Hebdomadibus recentiorum Græcorum num. XII. differentia inter Græcos & Latinos numerandi

Do-



Canones pœnitentiales Methodii pro lapſis.

*Si autem ſint adoleſcentes, vel ſenes, ſeniove confecti; ſiquidem per tormenta negaverunt, clementer ac benigne cum eis agatur, ſed duas Quadrageſimas jejunent, vacantes orationibus, & genuflexiones aſſiduaſque preces peragentes. Duarum autem Quadrageſimarum fine appropinquante, octo diebus propitiatorias preces ſuſcipiant, & ſub omnibus, qui inveniuntur cum ſacerdote, qui pro eis Deum placat, eas faciant, & dicant intenſa voce, Kyrie eleiſon, centies. Et ſicut ſuperius ſtatuimus, laventur, & ungantur ſecundum priorem conſtitutionem & celebrato ſacrificio, ſacroſanctis myſteriis digni habeantur, vacantes Eccleſiæ, & ſacrorum celebrationi octo diebus.*

*Si quis autem ſua ſponte ad negandum transfugerunt: ii quidem habent canonem terribilem; ſed propter commiſerationem duos annos jejunent a carnium, & ovorum eſu, & a vino abſtinentes, genuum inflexiones facientes, ſi ſint quidem juvenes & robuſti, quotidie centum diebus, ducenties dicentes, Kyrie eleiſon. Duobus autem annis expletis, ante octo dies preces propitiatorias accipiant, & quæ ſequuntur, ut prius ſtatutum eſt, in ipſis fiant, ſive ſint viri, ſive mulieres, modo ſint perfecti ætate.* Iſta Methodius.

XXII. De Faſcia anteriori Patriarcharum.

At nec de ipſo illud prætermittendum quod tradit Glycas his verbis: *Quia Methodii malæ propter ſacrarum imaginum propugnationem contundendo læſæ ſolutæque fuerant a Theophilo, neceſſe habebat, ut eas tenui quadam faſcia linea obligaret: Unde mea quidam ſententia mos inolevit, hodieque durans, ut Pontifices ab anteriori parte lineas faſcias alligatas habeant.* Hæc ipſe.

Theodora Aug. convivio excipit ſanctos Confeſſores.

Sed redeamus ad Theodoram Auguſtam, quæ expleta Synodo de reſtituta Fide Catholica, expurgataque a fæce hæreticorum Eccleſia Conſtantinopolitana, collocato jam in throno Catholico Patriarcha, hilaris convivium Orthodoxis Confeſſoribus præparavit, in quo quid acciderit, hæc accipe a Curopalata, qui ait: *Iconomachorum hæreſis tali modo terminata eſt, & Orthodoxorum Eccleſia ſuum recepit ornatum, venerandarum imaginum reſtaurationem. Hanc celebritatem rectæ Fidei colens olim beata Regina, Eccleſiæ cœtui convivium præbuit in loco, ubi palatia Curiani ſita erant. Cum cæteris convivis numerati ſunt, & invitati Theophanes, & illius conſanguineus,* immo germanus *Theodorus, in quorum vultu notæ inuſtæ erant.*

Quod ad Theodorum pertinet, ex his (ſi iſta vere ſe habent) corrigas opus eſt, quæ in actis vitæ ejus atque fratris Theophanis leguntur, ubi dicitur Theodorus ante redditam Eccleſiæ pacem eſſe defunctus in carcere; quem ad hæc etiam perveniſſe tempora, ſermo ille hiſtoricus recitari ſolitus apud Græcos ipſos in Eccleſia Dominica prima Quadrageſimæ, habet, cæterique omnes Græcorum hiſtorici tradunt poſt Curopalatam, qui ſic pergit: *Jamque vigente convivio, & tragematis, placentis videlicet ac bellariis appoſitis, frequenter Regina in ora Patrum oculos intendens, & perſpiciens in eorum facie inuſtas litteras, ſuſpiria emittebat & lacrymas. Et quidam de Patribus hoc conſpicatus, cauſam rogavit, cur illa tam frequenter in ipſos oculos intenderit. Quæ cum reſpondiſſet: Veſtram admiror fortitudinem, quomodo inſculpi in ore veſtro tot litteras ſuſtinuiſtis,* XXIII.



ſtis,

PAGIUS Dominicas & hebdomades Quadrageſimæ non raro Viris doctiſſimis impoſuit; neque enim Latinorum hebdomades Græcis reſpondent, cum quæ Latinis prima eſt, Græcis ſit ſecunda, & & ſic de aliis, & tamen Græcorum Quadrageſima æque ac Latinorum ſeptem hebdomadibus conſtet, & ſex duntaxat Dominicis. *Dominica* itaque, quæ a Latinis *Quinquageſima* appellatur, eſt extra Quadrageſimam Græcorum, qui jejunium inchoant a die Lunæ poſt Dominicam noſtræ Quinquageſimæ, cum nos eam a die Mercurii auſpicemur. Hæc vero hebdomas prima Quadrageſimæ a Græcis nuncupatur, qui ſecundam hebdomadem a die Lunæ conſequenti exordiuntur, ut liquet ex libris Ritualibus Græcorum. Quare apud eos dies Dominica claudit hebdomadem, quæ tamen eamdem apud Latinos incipit, & eadem Dominica tam Latinis quam Græcis dicitur Dominica prima Quadrageſimæ, quam & Græci Dominicam Orthodoxiæ appellant. In memoriam Reſtitutæ Orthodoxiæ ſeu Reſtitutionis Sacrarum Imaginum, ſolemnis proceſſio cum Crucibus & Imaginibus ad locum deſtinatum fiebat, uti prodit Typicon Sabæ cap. 32. & eo in loco legebatur Synodicum: Abimus in locum deſtinatum, ubi legendum eſt Synodicum, uti habetur in Typico. Curopalates loquens de iis Iconomachis, qui Methodium Patriarcham calumniati fuerant, ait: *Dediſſent dignas pœnas calumniatores, niſi Patriarcha? qua erat patientia, unam hanc ultionem petiiſſet, ut quotannis ſolemni piorum Conventu, die Orthodoxiæ ſacro, ipſi a fano Deiparæ Blachernenſis ad S. Sophiæ Templum cum facibus irent, & in ipſorum aures anathema obnunciarent, quod & per omnem eorum vitam obtinuit. Et hoc modo Ichonomachorum hæreſis everſa eſt.*

XVI. *Epiſcopi & Monachi omnes ex exilio revocati.*

Monachi & Epiſcopi, quos *Theophilus* relegaverat, omnes in libertatem aſſerti, ſed non defuere Monachi, qui ſolitudinem deſerere noluerint, uti Sanctus *Joſephus Himnographus*, de quo Joannes Magnæ Eccleſiæ Diaconus in ejus Vita cap. 4. poſtquam locutus eſt de calamitatibus ab eo in exilio perpeſſis, ait: *Sed non multo poſt ſedata jam tempeſtate, & imperii gubernaculis ad orthodoxos Principes reductis, iterum in Urbem revocatus, ad reditum minime*

po-

*ſtis, & miſereor, atque infelicem illum cenſeo, qui tanto in vos odio adductus eſt, ut hæc patrarit. Reſpondens beatus Theophanes: Pro hac, inquit, pictura, Regina, in judicio Dei incorrupto cum tuo viro & Imperatore judicabimur.*

XXIV. *Quo dicto perculſa eſt Regina, & cum lachrymis Sancto dixit: Et hæc eſt pollicitatio veſtra, & ſcripta fœdera, ut non modo non ignoſcatis, ſed etiam ad judicium adducere & vocare ſtudeatis? Quam redarguens Patriarcha & reliquus ſanctorum Epiſcoporum cœtus, & doloris vehementiam allevantes, exurrexerunt, & ſtatim dixere: Noſtra, o Regina, fœdera & pacta firma & ſtabilia ſunt, ita ut mutari nequeant, ſed iſtius contemptum jam valere ſinere honeſtum eſt: atque ita mitigatus eſt Reginæ dolor.* Hæc de his Curopalata, ex quo deſcripſere reliqui Græcorum auctores. Quod ad pollicitationem Epiſcoporum & pacta, quæ exigebat ab Epiſcopis Theodora Auguſta, pertinet: nihil aliud puto intelligere voluiſſe, niſi quod iidem Epiſcopi promiſiſſent hæreticis omnibus pœnitentibus tam vivis, quam defunctis tribuere veniæ ſpem. Porro eumdem Theophanem Confeſſorem Theodori germanum, glorioſæ confeſſionis merito, creatum fuiſſe Archiepiſcopum Nicææ in Bithynia civitate, teſtantur qui ejus certamina ſcripſit, & alii Græcorum hiſtorici.

XXV. At vero erectio iſta atque reſtitutio ſacrarum imaginum in Eccleſiis Conſtantinopolitanæ civitatis ſolemni ritu, celebrique facta eſt pompa, convenientibus Imperatoribus in magnam Eccleſiam, una ſimul cum ſacro clero, atque venerandorum ordinibus monachorum, confluentibus pariter ex viis omnibus, inſtar amnium in mare immittentium ſe agminibus populorum. Celebrataque ſunt veluti encænia quædam innovatæ atque ſanctificatæ & illuſtratæ baſilicæ, quæ ab impiis Hagiomachis Iconoclaſtis fuerat deformata, profanata, atque penitus denigrata. Sacræ ſunt illic preces publice recitatæ, ſacroſanctum ſacrificium incruentum oblatum in gratiarum actionem ob tot tantaque ſimul a Deo populo ſuo præſtita beneficia; quod qui in duas partes diro ſchiſmate ſciſſus eſſet, jam diruto interjacente & ab invicem dividente altero pariete, coiiſſet in unum corpus ſub uno capite ſancto Methodio, ſicut in unam Fidem, veteremque ritum atque traditionem, atque conveniſſent in unam Eccleſiam.

Tunc & magnus Confeſſor Theophanes vultu inſcriptus, decorus facie ob elucentia in ea pulcra ſtigmata confeſſionis, ſacrum Deo in gratiarum actionem cecinit hymnum triumphale carmen, inſtar Moyſis poſt tranſitum maris rubri, hoſtibus mari merſis, filiis Iſrael liberatis, choream ſacram ducens, & præcinens, cæteris recinentibus, dignas Deo, Deique Genitrici gratiarum actiones alacriter perſolvit.

Tempus erat, quo celebrari conſuevit in Eccleſia ſolemne jejunium Quadrage- XXVI.
ſimæ, cujus ingreſſus inſtabat prima Dominica; ſed luctus & pœnitentiæ tempus illud, in gaudium & lætitiam atque exultationem & jubilum eſt converſum, ut ſecundum ſacrum vaticinium Iſaiæ (a): *Daret in eo Dominus coronam* (a) Iſa. 61.
*pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Cum & nec deeſſent, quæ ſubiicit: *Vocabuntur in ea fortes juſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.* Confeſſores nimirum Catholicæ Fidei, qui magno robore ſuſtinuiſſent ferociter debacchantes atque furentes adverſarias poteſtates. Sed & factum quod ſequitur: *Et ædificabunt diruta a ſæculo, & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabunt civitates deſertas, diſſipatas in generationem & generationem*

PAGIUS *potuit induci, ut qui exilio perinde atque amœniſſimis deliciarum hortis propter Chriſtum, frueretur. Tamen eorum precibus enixe obſecratus, quibus obſiſtere amplius nefas erat; tum illectus etiam charitate, qua in cives ſummopere flagrabat; crebris Imperatorum poſtulationibus concedendum ratus ab exilio Byzantium revertitur.* Auctor Anonymus coætaneus in Vita Sancti Nicolai Studitæ, propter Sacras Imagines a Theophilo relegati, de eo & Naucratio Succeſſore Sancti Theodori in Præfecturam Studitarum ſcribit: *Tunc plane etiam communis Pater noſter ac Chriſti famulus Naucratius ab exilio rediens, venit Byzantium, proque certaminum merito, multo cum honore ab Imperatrice, ipſoque Patriarcha ſuſceptus Vir inclytus eorum rogatu, ſacræ fratrum ſodalitatis in unum tunc congregatæ in venerabiliſſimo Studii Monaſterio, Præfecturam ſuſcepit: Quam quidem magnus Theodorus multis nuper laboribus enutriens adaugenſque, ad millenarium fere numerum provexerat. Eratque rurſus novo vigore vegetum Chriſti illud ovile, velut cuidam paradiſo ſimile, multas virtutum roſas, ac ſpiritus ſuaveolentiam adſpectare volentibus præſtans. At vero Nicolaus Pater, quam amicam haberet longam ex certaminibus in carcere quietem undequaque venans, eaque quotidie compunctus, quamquam maxime pro amicitiæ jure, pariter cum fratribus commorari volebat; haud tamen ſinebatur meliori ſtudio, amica ſolitudine, jugiter laborare deſiderans. Quamobrem plurimum tempus in præfato diverſorio agens, rarius huc in Patrum ſe conſortium dabat.*

XVII. Sancto *Theodoro Grapto* in exilio demortuo Sanctus *Theophanes Graptus* ejus frater, corpus *in arca lignea deponit, & apud ſe ſervat, partim quidem incorruptionis ergo admirans; partim vero etiam certaminum memoria glorians,* inquit Auctor Anonymus ejus Vitæ, qui ſubdit: *Deinde etiam in Canones ejus refert certamina* (extant adhuc Canones illi a Combeſiſio in



Ex perfecta victoria, pace, & unitate publica lætitia. *nem.* Cum videlicet non in una civitate Conſtantinopolitana ſolummodo, ſed ubique, longe lateque, toto Orientali Imperio Romano, in priſtinum decorem & cultum omnes reſtituerentur Eccleſiæ. Sed & ne quid deeſſet ad plenam ab eodem Propheta decantatam lætitiam, æque tunc fieri contigit, quod ſubditur iſtis verbis: *Et ſtabunt alieni, & paſcent pecora veſtra, & filii peregrinorum agricolæ & vinitores veſtri erunt.* Cum ſcilicet qui alieni erant a Fide Catholica, atque etiam ab unitate Eccleſiæ peregrini, iidem æque ſimul in una Fide conjuncti, & coagmentati ex alienis facti ſunt proprii, & ex peregrinis cives Sanctorum & domeſtici Dei, iidemque paſtores populorum atque cultores agri Dominici; ut una omnium vox exultationis eſſet pſallentium Davi-
(a) Pſal. 86. dicum illud: (a) *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* Atque ad poſtremum abſolveretur quod ſubditur: *Vos autem ſacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Dei noſtri.* Cum legitime præeſſe cœperunt Eccleſiis, in quibus antea a lupis lupi fuerant inſtituti titulo mentito paſtorum, redditi jam ex lupis veri paſtores, cuſtodes gregis, atque miniſtri fideles; adeo ut ex hac die numquam amplius auditus fuerit in Orientis Eccleſiis ejuſmodi in ſacras imagines ululatus funeſtus luporum, rugituſque leonum ſævientium Imperatorum, ſed tantum hoc noſtro ſæculo in Occidente, proh pudor ruditus vilium aſinorum in ſacras imagines calcitrantium.

XXVII. Cæterum ſecundum quod eſt ſcriptum
(b) Pſal. 75. in pſalmo (b): *Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.* Haud ſatis viſum Eccleſiæ Orientali pro tot tantiſque a Deo beneficiis conſecutis in reſtitutione ſacrarum imaginum unica tantum celebritate immenſitatem quam deberet gratiarum actionis explere: quamobrem ſacro Antiſtite una cum collegis Epiſcopis Methodio decernente, ſtatutum fuit ut annua die, eadem prima Dominica Quadrageſimæ, perpetua memoria tanti a Deo accepti beneficii coleretur, recolereturque in ea cum ingenti gratiarum actione reſtitutus in Oriente ſacer cultus imaginum. Quæ tanta celebritas pietatis hactenus apud eos feliciter perſeverat.

Annua feſta dies pro reſtitutione SS. Imaginum.

In qua inter alias divinas laudes ſacra victoriæ cantica duo in Eccleſia publice occinuntur, Theophanis Confeſſoris alterum, alterum vero Theodori Studitæ titulo prænotatum. Quæ ipſa hic tibi redditurі ſumus, tum Græce tum Latine fideliter ſcripta. Noſter enim Fredericus Metius vir honeſtiſſimus & Græcarum rerum peritiſſimus, a quo accepimus, Latinitati donavit accepta ipſa e Græcorum ſacro libro, Triodio, nuncupato, quo utuntur pro divinis Officiis celebrandis a Septuageſima uſque ad octavam Pentecoſtes; in cujus liminari pagina legitur, librum illum exaratum a S. Coſma, auctum vero a Theodoro atque Joſepho Studitis, & aliis Patribus: inter quos nominatur Nicephorus Calliſtus, cognomento Xantopulus. Ibidemque etiam latius declaratur, cur idem volumen, Triodium nominetur. De duobus hymnis in ea cani ſolitis.

In eo autem, qui ſecundo loco po- XXVIII.
nitur hymnus Theodori Studitæ nomine, conſiderandum putamus, ipſius hymnum illum eſſe non poſſe, quem ante hæc tempora ex hac vita migraſſe vidimus, & hymnus ille non ante hæc tempora, cum pax eſt Eccleſiæ reſtituta, potuit eſſe ſcriptus: quod & auctor ipſe demonſtrat manifeſtius, dum in ejus ſeptima oda vigintiocto annos perſecutionis hujus numeret, a tempore ſcilicet, quo regnare deſinente Irene Auguſta pacis Eccleſiæ conciliatrice, ſucceſſit Leo Armenus Imp.

PAGIUS in Originum Conſtantinopolitanarum Manipulo cum Theodori Grapti Vita publicati): *partim quidem pro lugubri planctu atque nænia (cui nefas indulgere) laudum cantica proponens; partim vero etiam, eorum qui convenerant, deſiderium ſolans,* &c. *Cum autem rurſum Deus in bonitate ac miſerationibus reſpexiſſet, & velut caligo impietas diſſoluta eſſet, rectumque dogma denuo vires aſſumeret, cum jam e vivis Deo inviſus Theophilus exceſſiſſet; revertuntur quidem ab exilio, qui propter Chriſtum patria ac Eccleſiis ejecti erant; reverſus vero eſt & magnus Theophanes, cum eſſet Martyr, ac ſuſceptis Chriſti cauſa, ſtigmatibus honeſtaretur; mercedem confeſſionis, aliam quidem a Deo magnam ſcilicet & quæ auferri non poteſt, expectans; in præſentia autem Nicææ Bithiniæ Sedem priorum concertantibus ſtudiis ornans.* Theodorum in exilio mortuum fuiſſe teſtantur etiam Logotheta in Annalibus, & Græci in Menæis ad diem XXVII. menſis Decemb. ſicuti & in Synaxario. Quibus adde Leonem Grammaticum Porphyrogenneta longe antiquiorem. Is lib. 4. num. XI. *Theodorum* Theophilo ſuperſtitem fuiſſe primus ſcripſit, quod poſtea ab eo accepere Curopalata, Cedrenus, Auctores duo Orationum in Feſtum Reſtitutionis Imaginum, aliique. Verum Porphyrogenneta oſtendit, ſe hac de re male edoctum fuiſſe; refert enim *Theodoram* Feſtum Reſtitutionis Imaginum celebrantem omnem Eccleſiæ cœtum epulis recreaſſe, & inter Confeſſores adfuiſſe *Theophanem* Smyrnenſem Epiſcopum, ejuſque fratrem Theodorum. *Theophanes* enim quando Imagines reſtitutæ, nondum erat Epiſcopus & poſtea non Smyrnenſis ſed Nicænus Epiſcopus, & Metropolita creatus eſt. Præterquamquod Auctor Vitæ Theodori Grapti nullam illius convivii mentionem facit. S. *Theophanis Grapti* memoriam menæa ad diem XI. Octob. recolunt. Baronius n. XXIII. dicit ex Curopalata aliiſque ſcribentibus *Theodorum* Theophilo ſuperſtitem fuiſſe, Acta ejuſdem

S. Theodoro Grapto in exilio mortuo S. Theophanes ejus frater Conſtantinop. redit.

Imp. Iconoclaſta, Eccleſiæ perſecutor, a cujus Imperii exordio uſque ad Theophili Imperatoris obitum, quo extincta eſt perſecutio, tot anni nempe viginti octo, interjacent. Quamobrem dicendum eſt, hymnum illum Theodori eſſe non poſſe, quem exiſtimamus alicujus ex diſcipulis ejus, monaſterii Studitarum, profeſſoris eſſe opus, & fortaſſe Naucratii, vel alterius ex Confeſſoribus illis, qui ſub perſecutione diverſorum Imperatorum, multa pro cultu ſacrarum imaginum (ut vidimus) paſſi ſunt. Nos autem reddemus primo loco Theophanis hymnum, ut ipſa ſe habet inſcriptio.

*CA.*

PAGIUS dem Sancti Theodori corrigenda eſſe; ſed hæc conjectura ex dictis corruit. Denique tam in Oratione in feſtum Reſtitutionis Imaginum a Combefiſio publicata quam in ea quam Baronius num. XXXIX. & ſeqq. recitat, varia contra Chronologiam, immo & contra veritatem narrantur, ex quibus neutram antiquam eſſe colligitur.

XVIII. *Mutaſimo Calipha ſuccedit Haron.* *Mutaſimus*, qui anno Chriſti DCCCXXXIII. die ultima Julii, in quam feria quinta incidebat, Caliphatum Saracenorum Bagadenſium inierat, obiit *anno Hegiræ CCXXVII. die decimo octavo Rabii prioris*, inquit Elmacinus lib. 2. Hiſt. Sarac. ideoque die quinto menſis Januarii currentis Chriſti anni, in quem feria quinta conveniebat, recteque Chronologus ab Elmacino citatus ait: *Imperii ejus dies primus fuit Jovis, uti & ultimus*, qui ſubdit: *Elapſis annis Hegiræ CCXXVI. & diebus LXXVII. annis autem ſolaribus mundi* (ſcilicet ſecundum Alexandrinos) *6333. & diebus CXXX.* a die enim XXIX. menſis Auguſti ſuperioris Chriſti anni, a quo Anonymus iſte annum Mundi 6334. exorditur, ad diem quintum Januarii præſentis anni, intercurrunt dies centum triginta, ut numeranti patebit. *Cæterum Mutaſimus*, inquit Elmacinus *idiota fuit, neque ſcribere novit; ſunt tamen qui dicunt, male eum ſcripſiſſe.* Mutaſimo ſucceſſit filius ejus *Haron Vuacicus Billa*, inter Caliphas XXX.



*CANON EPINICIUS SIVE VICTORIALIS A THEOPHANE CONFESSORE conſcriptus ſuis Odis diſtinctus. Et dicitur ad Matutinum prima Dominica Quadrageſimæ, quando ſacra Imaginum erectio Conſtantinopoli celebratur. Qui feſtus dies, Orthodoxia nuncupatur. In quo hymno illud obſervandum, quod fieri minus potuit, ut in ejus verſione idem rithmus ſervaretur, qui habetur in canone Græco. Qui etiam hac de cauſa ita eſt interpunctis diſtinctus pro ſervando rithmo, ut ſententiæ ipſæ aliquando pervertantur.*

*Inſuper ſciendum eſt quod in his hymnis Odis diſtinctis ſemper immediate poſt primam ſequitur tertia, omiſſa ſecunda. Cujus rei hanc a Græcis accepi rationem, quod cum novem odis hymnus diſtinctus ſit ad imitationem novem chororum Angelorum, ſecunda demitur, quod ſecundi ordinis credantur ab illis fuiſſe Angeli apoſtatici, quorum nulla eſt communis cum aliis laudatio.*

ΤΗ ά. ΚΥΡΙΑΚΗ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ τεσσαρακοστῆς.

DOMINICA PRIMA SANCTÆ Quadrageſimæ.

Εἰς τὸν ὄρθρον, κανόνες ψαλλόμενοι, ποίημα τοῦ κυρίου Θεοφάνου· οὗ ἡ ἀκροστιχίς· Σήμερον εὐσεβείας θεοφεγγὲς ὕλυθεν αἴγλη.

Ad Matutinum canuntur ſequentes canones, opus videlicet domini Theophanis, cujus Acroſtichis hæc habet: Hodie venit ſplendor pietatis a Deo miſſæ.

Ὠδὴ ά. ἦχος δ΄ πρὸς, Θαλάσσης τὸ ἐρυθραῖον πέλαγος.

Ode I. ton. 4. inſtar illius. Mare rubrum.

Σκιρτῶντες μετ᾽ εὐφροσύνης σήμερον, πιστοὶ βοήσωμεν· ὡς θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου Χριστὲ καὶ μεγάλη ἡ δύναμις, ὁ τὴν ἡμῶν ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν ἐργασάμενος.

Ἡμέραν χαρμονικὴν θεόφρονες, δεῦτε τελέσωμεν. νῦν οὐρανὸς εὐφραίνεται καὶ γῆ· καὶ ἀγγέλων τὰ τάγματα, καὶ τῶν βροτῶν συστήματα, διαφερόντως ἑορτάζοντα.

Μεγίστην εὐεργεσίαν βλέποντες χεῖρας κροτήσωμεν· τὰ διεστῶτα μέλη τοῦ Χριστοῦ, συνηγμένα πρὸς ἕνωσιν, καὶ τὸν Θεὸν αἰνέσωμεν, τὸν τὴν εἰρήνην πρυτανεύσαντα.

Ἐδόθη τῇ ἐκκλησίᾳ σήμερον, τὰ νικητήρια, θεοκινήτῳ νεύσει καὶ βουλῇ· Μιχαὴλ Θεοδώρας τε, τῶν εὐσεβῶν τῆς πίστεως, ἀντεχομένων βασιλέων ἡμῶν. θ΄.

Ῥομφαῖαι τῶν δυσσεβῶν, ἐξέλιπον σαφῶς αἱρέσεων. τὸν γὰρ ναόν σου πάναγνε σεμνὴ ἐν εἰκόσι κοσμούμενον, πανευσεβῶς, θεώμενοι, νῦν πανίερως ἀγαλλόμεθα.

*Exultantes hodie præ gaudio clamemus, fideles: quam mirabilia ſunt opera tua, & quam magna, o Chriſte potentia tua, qui nobis unionem & concordiam es operatus.*

*Diem lætitiæ, Chriſti fideles, venite celebremus: nunc enim cœlum exultat & terra, & Angelorum ordines, & hominum cœtus, variis hymnis feſtum diem celebrantes.*

*Maximum hoc beneficium conſecuti, manibus plaudamus, dum membra Chriſti, inter ſe diviſa ad unionem conveniſſe, conſpicimus, & Deum laudemus pacis hujus auctorem.*

*Eccleſiæ conceſſum eſt hodie, ut carmina pro adepta victoria concinat, dum divino quidem nutu & conſilio Michael & Theodora noſtri Imperatores, pro ſua pietate, Fidei ſe præbent protectores.*

*Gladii impiarum hæreſum jam defecerunt: templum enim tuum, o puriſſima & veneranda Dei Genitrix, imaginibus exornatum omni cum pietate conſpicimus, & ſacro replemur gaudio.* Pro B. Virgine.

Ὠδὴ γ΄.

*Ode III.*

Οὐκέτι τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν νῦν ἡ ὀφρὺς αἴρεται· ἡ γὰρ Θεοῦ δύναμις, τὴν ὀρθοδοξίαν ἐκρατύνε.

Νεφέλαι προφητικῶς ζωοποιὸν ἐξ οὐρανοῦ σήμερον· δρόσον ἡμῖν ῥανάτωσαν, ἐπὶ τῇ ἐγέρσει τῆς πίστεως.

Εὐήχως αἱ μυστικαὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ σάλπιγγες, ὑπερφυῶς βοάτωσαν· τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀνόρθωσιν.

Ὑμνήσωμεν τὸν Χριστὸν τὸν ἀναδείξαντα ἡμῖν

*Non amplius impiorum hæreticorum ſupercilium extollitur: Dei enim potentia rectam Fidem confirmavit, & roboravit.*

*Nubes, juxta (a) Propheticum illud, e cœlo nobis vivificum rorem hodie demittant in hac quaſi Fidei reſurrectione.* (a) Iſa. 45.

*Miſticæ Apoſtolorum Chriſti tubæ, magno cum clangore ſuaviter reſonent, propter venerabilium imaginum erectionem.*

*Celebremus hymnis Chriſtum Dominum*

*qui*

*qui nobis piam Reginam & Chriſti amantem conceſſit, uno cum ejus filio a Deo coronato.*

Pro B. Virgine. *Puriſſima Virgo, tuum præſidium nos fideles adepti, divina præterea nos gratia per te illuminari precamur.*

## *Ode IV.*

*Dei verbum, magna præſtans miſericordia, adventu ſancti Spiritus Eccleſiam tuam ſanctifica, & hujus aſſiſtentia, omnem hæreſis depelle errorem.*

*Cum populum tuum maxima liberaveris Domine impietate, redde illum e contra pietatis zelo ardentem, ut cum fide ad te clamet: Gloria ſit, Domine, potentiæ tuæ.*

*Sacris imaginibus Chriſti, & Dei Genitricis veneranda templa illuſtrata conſpicientes, ut par eſt, exultemus.*

*Imperatrix Theodora corona exornata, verum Chriſti Regnum præterea obtinere cupiens, ſacram illius imaginem, & Sanctorum ſimulacra erigenda curavit.*

Pro B. Virgine. *Incarnatum divinum Verbum, cum peperis Virgo, effecta es gratia plena, quapropter tui ſacri templi encænia celebramus.*

## *Ode V.*

*Eccleſiæ tuæ, Domine, firmitatem ſtatue, ut æterno tempore maneat inconcuſſa, & a fluctibus hæreticorum immunis.*

*In omnem terram hilaritas hæc dimanavit, propter eam, quam Deus fidelibus ſuis, lætitiam deſuper conceſſit, & auxilium.*

*Tu qui ſolus bonus es, quin etiam fons bonitatis exiſtis, exalta Domine Orthodoxorum Regum cornu, qui tuam venerantur imaginem.*

*Lumen pietatis, quod occaſum neſcit, exortum eſt nobis, fidelium ſcilicet Regum reſcripto a Deo inſpirato & nutu divino immiſſo.*

Pro B. Virgine. *Innova nobis antiquum decorem, immaculata Dei Genitrix, & domum iſtam tuam gratia tua ſanctifica.*

## *Ode VI.*

*Pingitur, & veneratur a fidelibus ſummo cum honore Chriſti imago, & iterum aſſumit animos Eccleſia, ea qua par eſt pietate, celebrandi Salvatorem.*

*Chriſti Eccleſia vultus demiſſione, & hæreſeos tenebris exuitur, & liberatur, & veſte lætitiæ induitur, atque divina, & illuminante gratia exornatur.*

*Orthodoxorum populus gloriam & ſplendorem antiquum eſt adeptus, Theodoræ Imperatricis nutu, & ejus filii Michaelis Imperatoris.*

ἄνασσαν· θεοσεβῆ φιλόχριστον, σὺν τῷ θεοστέπτῳ βλαστήματι.

Σκηνήν σου τὴν ἱερὰν καταλαβόντες οἱ πιστοὶ πανάγνε· φωτοειδεῖ χάριτι, νῦν καταυγασθῆναι δεόμεθα.

## Ὠδὴ δʹ.

Ἐπιφοιτήσει τῇ θείᾳ τοῦ παρακλήτου, τὸν σὸν ναὸν ἁγίασον, καὶ τῇ παρουσίᾳ τούτου τῆς αἱρέσεως τὴν πλάνην ἀπέλασον, λόγε τοῦ θεοῦ πολυέλεε.

Βιαιθάνατης ῥυσάμενος δυσσεβείας, τὸν σὸν λαὸν ἀνάδειξον, τῷ τῆς εὐσεβείας ζήλῳ πυρπολούμενον, καὶ πίστει κραυγάζοντα· δόξα τῇ δυνάμει σου κύριε.

Ἱεροτύποις μορφώσεσι τῶν εἰκόνων, τῶν τοῦ Χριστοῦ θεώμενοι, καὶ τῆς θεοτόκου, τύποις καταλάμποντας, τὰ θεῖα σκηνώματα ἱεροπρεπῶς ἀγαλλόμεθα.

Ἡ βασίλισσα στεφάνῳ κεκοσμημένη· τὴν ἀληθῆ ποθήσασα, Χριστοῦ βασιλείαν, τοῦτο ἀνιστόρησεν· εἰκόνα τὴν ἄχραντον, καὶ τὰ τῶν ἁγίων μορφώματα. θʹ.

Σεσαρκωμένον τεκοῦσα τὸν θεῖον λόγον, θεοπρεπὲς ἁγίασμα· κεχαριτωμένη, τοῦτο ἀναδέδειξαι· διό σου τὸ τέμενος, τὸ φωτοειδὲς ἐγκαινίζομεν.

## Ὠδὴ εʹ.

Θοῦ κύριε, τῇ σῇ ἐκκλησίᾳ κραταίωμα, ἀκλόνητον διαμένειν, εἰς αἰῶνα αἰῶνος· τῷ σάλῳ τῶν αἱρέσεων.

Εἰς ἅπασαν τὴν γῆν, ἡ φαιδρότης ἐξέλαμψε· τῆς ἄνωθεν δεδομένης, τοῖς πιστοῖς εὐφροσύνης, καὶ θείας ἀντιλήψεως.

Ὁ μόνος ἀγαθὸς καὶ πηγὴ ἀγαθότητος. σὺ ὕψωσον ὀρθοδόξων βασιλέων τὸ κέρας· τιμώντων, τὴν εἰκόνα σου.

Φῶς ἄδυτον ἡμῖν εὐσεβείας ἀνέτειλε θεσπίσματι θεοπνεύστῳ, τῶν πιστῶν βασιλέων, καὶ νεύματι θεόφρονι.

Ἐγκαίνισον ἡμῖν, τὴν ἀρχαίαν εὐπρέπειαν· πανάχραντε θεομῆτορ, καὶ τὸν οἶκόν σου τοῦτον. ἁγίασον σῇ χάριτι.

## Ὠδὴ ϛʹ.

Γράφεται, καὶ τιμᾶται πιστῶς προσκυνούμενος, ὁ χαρακτὴρ τοῦ δεσπότου· καὶ λαμβάνει πάλιν ἡ ἐκκλησία, παῤῥησίαν· εὐσεβῶς τὸν σωτῆρα δοξάζουσα.

Γυμνοῦται, κατηφείας καὶ σκότους, αἱρέσεως, ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, καὶ φορεῖ χιτῶνα τῆς εὐφροσύνης, καὶ τῇ θείᾳ καὶ φωσφόρῳ πυκάζεται χάριτι.

Εὐκλείας τῆς ἀρχαίας, ἐλλάμψεως ἔτυχε. τῶν ὀρθοδόξων ὁ δῆμος, Θεοδώρας νεύσει εὐσεβοῦς Μιχαὴλ αὐτοκράτορος. θʹ.

Ὁ πά-



Ὁ πάλαι μαρτυρίου προστάξας γενέσθαι σκηνὴν, ὡς ἐν σκηνῇ λογικῇ σοι, κατοικεῖ ὁ μόνος δεδοξασμένος, ὁ δοξάζων, τὸν ναόν σου παρθένε τοῖς θαύμασι.

## Ὠδὴ ζʹ.

Συγχορευέτω, τῆς ἐκκλησίας τῇ φαιδρότητι. πόθῳ θεϊκῷ ἀγγέλων ἡ στρατιὰ, θεοφρόνως ἀναμέλπουσα, εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς δόξης σου κύριε.

Ἡ ἐκκλησία τῶν πρωτοτόκων, καὶ πανήγυρις χαίρει θεωμένη νῦν. θεῖον λαὸν, ὁμοφρόνος ἀναμέλποντα· εὐλογημένος εἶ σὺ τῷ ναῷ τῆς δόξης σου κύριε.

Λελυτρωμένοι, τῆς πρὶν ἀχλύος τῆς αἱρέσεως, νεύσει Θεοδώρας τῆς ἀξιοπρεποῦς βασιλίδος ἀναμέλπωμεν· εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς δόξης σου κύριε. θʹ.

Ὑπὲρ τὰς ἄνω, χοροστασίας ἤρθης πάναγνε· μόνη γενομένη μήτηρ τοῦ παντουργοῦ. γεγηθότες οὖν κραυγάζομεν, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν ὑπάρχεις πανάμωμε δέσποινα.

## Ὠδὴ ηʹ.

Θεσμοὺς ἐκκλησίας πατρικοὺς, διαφυλάττοντες, εἰκόνας γράφομεν· καὶ ἀσπαζόμεθα στόμασι, καὶ καρδίᾳ, καὶ θελήματι, τὰς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς αὐτοῦ ἁγίων κράζοντες· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα.

Ἐπὶ τὸ πρωτότυπον σαφῶς, τὴν τῆς εἰκόνος τιμὴν, καὶ τὴν προσκύνησιν ἀναβιβάζοντες σέβομεν, θεηγόρων τοῖς διδάγμασιν ἀκολουθοῦντες τῷ Χριστῷ· πίστει κραυγάζομεν, εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα.

Νοῦν καταυγασθεῖσα φωτισμῷ, τοῦ θείου πνεύματος σεπτὴ βασίλισσα, καρποὺς θεόφρονας ἔχουσα, τὴν εὐπρέπειαν ἠγάπησε τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ· καὶ ὡραιότητα εὐλογοῦσα, ἅμα πιστοῖς, Ἰησοῦν τὸν θεάνθρωπον. θʹ.

Ἀκτῖσι φωτὸς τοῦ νοητοῦ, καταλαμπόμενος ὁ θεῖος οἶκός σου, κατασκιάζει νῦν ἅπαντας, τῇ νεφέλῃ τῇ τοῦ πνεύματος· καὶ ἁγιάζει τοὺς πιστοὺς, συμφώνως ψάλλοντας, εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα.

## Ὠδὴ θʹ.

Ἱερογραφίαις εἰκόνων, κεκοσμημένην καθορῶντες, πάλιν τὴν σεπτὴν ἐκκλησίαν, μετ' εὐλαβείας πάντες προσδράμωμεν· καὶ τῷ Χριστῷ βοήσωμεν, σὲ μεγαλύνομεν τρισάγιε.

Γέρας καὶ τιμὴν κεκτημένη ἡ ἐκκλησία τὸν σταυρόν σου, καὶ τὰς σεβασμίους εἰκόνας, καὶ τῶν ἁγίων τὰ ἐκτυπώματα, μετ' εὐφροσύνης δέσποτα, καὶ θυμηδίας μεγαλύνει σε.



Pro B. Virgine. Ante ſeptimam Oden leguntur legenda, in quibus habetur hiſtoria de erectione ſanctarum imaginum quæ adjecimus huic canoni ne ordo perturbaretur. *Ille qui teſtimonii tabernaculum fieri ſibi præcepit Deus, tamquam rationali in tabernaculo, in te ſolus inhabitat glorificatus, & tuam Eccleſiam miraculis glorioſam reddit.*

## *Ode VII.*

*Angelorum exercitus divino concitatus amore in tanto Eccleſia gaudio nobiſcum choreas ducat, & hymnos Deo concinat, inquiens: Benedictus es domine in templo gloriæ tuæ.*

*Primogenitorum Eccleſia, & panegyris, ſummo repletur gaudio, dum ſacrum populum unanimiter clamantem conſpicit: Benedictus es Domine in templo gloriæ tuæ.*

*Liberati priori hæreſis obſcuritate, Theodoræ digniſſimæ Imperatricis nutu cantemus omnes: Benedictus es Domine in templo gloriæ tuæ.*

Pro B. Virgine. *Supra cœleſtes choros exaltata es, puriſſima Virgo, dum tu ſola creatoris omnium facta es Mater, gaudentes igitur, clamamus: Benedicta es inter mulieres Domina immaculata.*

## *Ode VIII.*

*Patrias Eccleſiæ leges cuſtodientes, imagines pingimus, & veneramur, ore & corde & animo, non ſolum eas, quæ Chriſti ſunt, verum etiam Sanctorum ejus clamantes: Benedicite omnia opera Domino.*

*Imaginis honorem & venerationem ad prototypum proculdubio referentes, illam veneramur, ſanctorum Patrum documenta ſecuti, & Chriſto cum fide clamamus: Benedicite omnia opera Domino.*

*Veneranda Imperatrix Theodora ſancti ſpiritus lumine mentem illuſtrata, & filium divina ſapientia exornatum adepta, decorem Eccleſiæ Chriſti, & pulcritudinem procuravit, benedicens, una cum fidelibus Jeſum Dominum, Deum ſimul & hominem.*

Pro B. Virgine. *Radiis intellectualis luminis illuſtrata, tua ſacra domus, omnes fideles ſancti Spiritus nube obumbrat, & ſanctificat, illos unanimiter clamantes: Benedicite omnia opera Domino.*

## *Ode IX.*

*Sanctam Eccleſiam ſacris iterum imaginibus exornatam conſpicientes, cum veneratione omnes occurramus, & Chriſto clamemus: Te magnificamus, o ter Sancte.*

*Honorem & gloriam adepta Eccleſia, tuam videlicet Crucem, & venerandas imagines Sanctorumque figuras, cum lætitia & hilaritate Domine te magnificat.*



Illu-

*Illuſtra miſericors Domine, divina gloria tua, Imperatores noſtros, & Angelorum cuſtodia, & cautela, illos circumda, gentium audaciam, & feritatem ipſis ſubiiciendo.*

Λάμπρυνον τῇ θείᾳ σου δόξῃ, τοὺς βασιλεῖς ἡμῶν οἰκτίρμον· καὶ παρεμβολαῖς ἀγγελικαῖς, καὶ πανοπλίαις τούτους περίφραξον, τὴν τῶν ἐθνῶν θρασύτητα, καθυποτάσσων αὐτοῖς δέσποτα. Θ'.

Pro B. Virgine. *Sublata eſt primæ matris Evæ maledictio, per te, o ſancta Dei Genitrix, cum tu univerſorum Dominum ineffabiliter pepereris Virgo, cujus imaginem nunc in figura veneramur.*

Ἤρθη τῆς προμήτορος Εὔας, ἡ καταδίκη Θεοτόκε· ὅτι σὺ τὸν πάντων δεσπότην, ἀνερμηνεύτως ἁγνὴ γεγέννηκας· οὗ νῦν τὴν ἐμφέρειαν, ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀσπαζόμεθα.

Hactenus ſacer hymnus tunc cani cœptus, & numquam poſtmodum a poſteris intermiſſus, Theophanis magni Confeſſoris ſacris ſtigmatibus decorati. *Ita plane, ſicut non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, ſed abundat ea in ore fideli, & dominator dabit eam illi*: ut Sapiens (a) dicit: Et ex ſententia David: (b) *Rectos decet collaudatio*: Dei providentia factum eſt, ut iidem canerent laudes Deo, qui antea voce ſanguinis ipſum ſæpius prædicaſſent viri ſanctiſſimi, Orientalis Eccleſiæ lumina, multiplicibus coronis aucti, ex iteratis ſæpe confeſſionibus quot plagis, tot oris apertis Fidem Catholicam profitentes, & quot verberibus, tot characteribus Fidei veritatem teſtatam relinquentes. Sed quod eſt in pſalmo (c); *Dies diei eructat verbum*, Sancto recinit Sanctus. Siquidem Confeſſor alius (etſi Theodorus Studita eſſe non potuit, qui jam ante hæc tempora ex hac vita migrarat) alium tunc temporis, Deo inſpirante, conſcripſit hymnum, quo concentu oblectaret Eccleſiam, & aculeo impeteret perfidos Iconoclaſtas: quem in ſolemni proceſſione canendum tunc temporis Conſtantinopolitana ſuſcepit Eccleſia, cum veluti in triumphum ſacræ veherentur imagines: quem etiam ne quid tibi deeſſe poſſit ad plenum gaudium ob proſtratam impietatem, & Fidem Catholicam exaltatam, hic tibi occinendum poſuimus, qui ſic ſe habet hac inſcriptione notatus.

(a) Eccl. 15.
(b) Pſal. 32.
(c) Pſal. 18.

*CANON EPINICIUS, SEU VICTORIALIS A THEODORO STUDITA Confeſſore conſcriptus, & ſuis Odis diſtinctus, uſu receptus ut caneretur, dum Sacræ Dominicæ Crucis lignum & venerandæ Imagines proceſſionaliter prima Dominica Quadrageſimæ Conſtantinopoli geſtantur.*

ALTER CANON, QUI CANITUR in erectione ſanctarum Imaginum: opus videlicet ſancti Patris Theodori Studitæ.

ΕΤΕΡΟΣ ΚΑΝΩΝ, ΨΑΛΛΟΜΕΝΟΣ εἰς τὴν ἀναστήλωσιν τῶν ἁγίων εἰκόνων. ποίημα τοῦ ἁγίου πατρὸς Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου.

Ode I. ton. 6. inſtar illius: Adiutor & protector, &c.

Ὠδὴ α΄. ἦχος πλάγιος δεύτερος, πρός. Βοηθὸς καὶ σκεπαστής.

*CAnamus o fideles, cantum pro gratiarum actione univerſorum Deo & benefactori, quoniam erexit cornu ſalutis, & potens Imperium, ad rectam Fidem protegendam.*

Χαριστήριον ᾠδὴν τῷ εὐεργέτῃ Θεῷ τῶν ὅλων ᾄσωμεν πιστοί, ὅτι ἤγειρε σωτήριον κέρας, βασιλείαν κραταιάν, ὀρθοδοξίας πρόμαχον.

*Apparuit revera divina gratia, & univerſo orbi honor & gloria eſt manifeſtata. Exultat propterea Chriſti Eccleſia, recepta ſtola, qua fuerat antea exuta.*

Ἐπεφάνη ἀληθῶς ἡ θεία χάρις τῇ οἰκουμένῃ. δόξα καὶ τιμὴ πεφανέρωται. σκιρτᾷ ἐκκλησία δεξαμένη τὴν στολήν, τῆς ἑαυτῆς γυμνώσεως.

*Chriſti veſtem antea diſcerptam a ſeductore & pharmacorum concinnatore Joanne ſancti Patres iterum contexentes, Eccleſiæ illam reſtituerunt.*

Τὸν χιτῶνα τοῦ Χριστοῦ διερρηγμένον ὑπὸ τοῦ πλάνου καὶ φαρμακουργοῦ Ἰωάννου τὸ πρίν, οἱ θεῖοι πατέρες ἐξυφάναντες σαφῶς, τῇ ἐκκλησίᾳ δεδώκασι.

*Domini figuram reſumens Eccleſia, gaudet & exultat una cum filiis ſuis, cum ab illo victoriæ bravium acceperit recte videlicet Fidei ſacramenta.*

Τοῦ κυρίου τὴν μορφὴν ἀπολαβοῦσα ἡ ἐκκλησία, χαίρει καὶ σκιρτᾷ σὺν τοῖς τέκνοις αὐτῆς, ὡς νίκης βραβεῖα δεξαμένη παρ᾽ αὐτοῦ, ὀρθοδοξίας σύμβολα.

*Confundantur in poſterum, & revereantur inſani illi, † Lezius ſcilicet furens, & Antonius, una cum Joanne, & Theodoro, ambobus Fidei deſertoribus.*

Αἰσχυνθήτωσαν λοιπόν, καὶ ἐντραπήτωσαν μεμηνότες· Λήζιξ ὁ δεινός, καὶ Ἀντώνιος, σὺν τῷ Ἰωάννῃ, καὶ Θεόδωρος ἀμφοῖν, οἱ ἀρνηταὶ τῆς πίστεως.

† Hunc illum perfidum puto, qui a Theodoro Studita in ſuis epiſtolis Leontius nominatur corrupto vero vocabulo Lezius dictus.

Ιωαν-



Ἰωαννὴς, καὶ Ἰαμβρεὶς ἀνθεστηκότες τῷ νομοθέτῃ, πάλαι Μωϋσῇ κατῃσχύνθησαν· νυνὶ δὲ ὁ πλάνος Ἰωάννης ἀληθῶς, σὺν Ἀντωνίῳ δείκνυται.

*Joannes & Mambres legiſlatori Moſi olim adverſati, ab ipſo fuere confuſi: nunc vero ſeductor Joannes una cum Antonio, eadem paſſi noſcuntur.*

Σὺ διέρρηξας Χριστὲ τὴν συνωρίδα τῶν θεομάχων καὶ τὸν στολισμὸν ἀποδέδωκας, τῇ σῇ ἐκκλησίᾳ· ὑπὲρ ἧς ὡς ἀγαθός, τὸ αἷμά σου ἐξέχεας. * θ.

*Tu Chriſte, Dei hoſtes diſſipaſti, & tuæ Eccleſiæ ſuum decorem reddidiſti, pro qua, ut bonus paſtor, ſanguinem tuum fudiſti. Gloria Patri.*

Σὲ τριὰς θεολογῶ, καὶ προσκυνῶ σου τὸ θεῖον κράτος, ῥῦσαι πειρασμῶν ἐκ παντοίων με· εἰς σὲ γὰρ πιστεύω τὸν πατέρα καὶ υἱόν, καὶ πνεῦμα τὸ πανάγιον. * Θ'.

*Te Trinitatem, unum Deum agnoſco & confiteor, tuam divinam potentiam adoro, libera me quæſo ab omnibus tentationibus: in te enim credo, Patrem, & Filium, & ſanctiſſimum Spiritum.*

Τὴν βασίλειον στολήν, ἐκ σοῦ παρθένε θεὸς φορέσας, ὤφθη τοῖς βροτοῖς ἀνθρωπόμορφος, διπλοῦς κατ᾽ οὐσίαν· οὗ τὸ εἶδος τῆς μορφῆς, ἐν προσκυνήσει ἔχομεν.

Pro B. Virgine. *Regiam ſtolam, ex te Virgo Deus geſtans hominibus apparuit, in hominum forma, duplex ſecundum eſſentiam, cujus effigiem, & figuram veneramur.*

* θ hoc ſignum apud Græcos dicitur τριαδικόν, id eſt, hymnus de S. Trinitate & propterea ante ipſum cantatur, δόξα πατρί, &c. * Θ. hoc vero dicitur θεοτοκίον, is eſt, hymnus de ſanctiſſima Deipara cui præcedit καὶ νῦν καὶ ἀεί, &c.

Ὠδὴ γ΄.

*Ode III.*

Εὐφραίνεσθε ἅπαντες χοροί, πατέρων καὶ ἀποστόλων, καθορῶντες τὴν προσκύνησιν τῶν εἰκόνων· ἥν περ ἐμφανῶς παρεδώκατε.

*Gaudete omnes SS. Patrum cœtus & Apoſtolorum chorus, reſpicientes imaginum venerationem, quam vos ipſi nobis aperte tradidiſtis.*

Τὸ κάλλος μου ἔλαβον, καὶ τὴν στολήν μου ἐνεδυσάμην, ἐκβοάτω ἡ παναμώμος ἐκκλησία· ἥν περ Ἰωάννης ἐξέδυσεν.

*Pulcritudinem meam accepi, & decus meum, ac mea ſtola ſum induta, clamet immaculata Dei Eccleſia, qua illam Joannes exuerat.*

Αἰσχύνθητε ἄνομοι, αἱρεσχελοῦντες κατὰ κυρίου· ἐσαρκώθη καὶ ἐφάνη γὰρ ἐν εἰκόνι· ἥν περ σχετικῶς ἀσπαζόμεθα.

*Confundimini impii adverſum Dominum oblatrantes, carnem enim aſſumpſit, & apparuit in imagine, quam nos ad ipſum referentes, veneramur.*

Τὰ βέβηλα δόγματα, καὶ τὰς ἀθέσμους διδασκαλίας, Ἰωάννου τοῦ παράφρονος τίς ἐξείποι; τρόπους δελφικοὺς ἐκτιθέμενος.

*Impia dogmata, & inſanas doctrinas amentis Joannis quis enarret? quis ejus tropos, & verſutias delphicas exponet?*

Ἀνάθεμα Λήζικι, καὶ Ἰωάννῃ σὺν Ἀντωνίῳ, Θεοδόρῳ τῷ ἀθέῳ τε, καὶ βλασφήμῳ, ἅμα Θεοδότῳ παράφρονι.

*Anathema dicamus Lezio, & Joanni, cum Antonio, & impio Theodoro & blaſphemo, necnon inſano Theodoto.*

Τὰ αἵματα κράζουσι, τὰ ἐκχυθέντα ὑπὲρ τῆς θείας σαρκοφόρου ὁμοιώσεως τοῦ δεσπότου, ἅπερ Ἰωάννης ἐξέχεεν.

*Sanguis clamat, qui effuſus eſt a Joanne pro divina ſimilitudine, & imagine Chriſti Domini carnem geſtantis.*

Ἐδίωξε κύριος τὴν συνωρίδα τῶν ἀλλοτρίων, καὶ ἀπέδωκε τὰ ἴδια τοῖς ἰδίοις, δόξα τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι. Δόξα.

*Expulit Dominus alienigenarum turmas, & reſtituit ſua ſuis: gloria ſit propterea ejus bonitati. Gloria Patri.*

Τὴν ἄναρχον θέλησιν, καὶ ἐξουσίαν καὶ βασιλείαν, τῆς τριάδος προσκυνήσωμεν, ὀρθοδόξως, Ἄρειον ἀεὶ στηλιτεύοντες. Θ'.

*Voluntatem principio carentem & potentiam, & regnum Trinitatis adoremus recta fide. Arium ſemper, ut par eſt, conviciis inſectantes.*

Κυρίως σὲ δέσποινα ὁμολογοῦμεν θεὸν τεκοῦσαν, μὴ προσέχοντες τοῖς ῥήμασι Νεστορίου· ἀλλὰ τῶν πατέρων τοῖς δόγμασιν.

Pro B. Virgine. *Vere te Dominam confitemur, quæ Deum peperiſti, Neſtorii nugis neglectis, & ſanctorum Patrum dogmatibus inhæremus.*

Ὠδὴ δ΄.

*Ode IV.*

Ἀγάλλου ἡ ἐκκλησία, καὶ πᾶσα πόλις καὶ χώρα ἐν εὐφροσύνῃ· ἀνοιγέσθω νῦν τὰ ἀσκητήρια· καὶ οἱ παρθενῶνες καλλωπιζέσθωσαν τὰ λείψανα· καὶ εἰκονίσματα τῶν μαρτύρων ἀξίως προσκυνείσθωσαν.

*Lætare Eccleſia, & unaquæque civitas & regio, cum exultatione templa nunc aperiat, & virginum domicilia, ſacras reliquias, venerentur, & imagines Martyrum, dignis honoribus exornent.*

Χριστὸς ὑμᾶς προσκαλεῖται. συνέλθετε νῦν προθύμως θεῖοι πατέρες· καὶ τὴν θείαν τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως, ἀποστολικῶς ἀνιστορήσατε· τὰ θαύματα καὶ τὰ παθήματα, καθὼς γράφει τὸ θεῖον εὐαγγέλιον.

*Chriſtus vos vocat: Convenite nunc alacri animo, divini Patres, & conſpectum ejus Incarnationis, Apoſtolorum more, celebrate miracula, etiam & Paſſionem, quæ ſacrum nos docuit Evangelium.*



Con-

*Congregamini gaudentes monachorum cœtus, & hilari animo: ſi enim male prævaluerint hoſtes Fidei, iterum etiam vincentur miſeri, & conſilium, quod hujuſmodi homines inierint, Dominus diſſipabit.*

*Patrum verbera, & vulnerum ſanguis revera deſierunt, frequentia exilia quieverunt, & pax omnibus procuratur. Non prævalebit amplius magicæ artis induſtria, Deus etenim eſt nobiſcum.*

*Iniquitatis vinea impietatis palmites extendit, & amarum botrum produxit, & ira draconum eſt vinum ipſorum, quo Domini populum revera inebriarunt, ſua prava & obtenebrata mente.*

*Templum tuum contaminaverunt impii, ſuis profanis manum impoſitionibus, & ſimoniacis: Et hac de cauſa juxta ſacros canones, iſtiuſmodi homines a divina gloria ſunt dejecti, quibuſcum etiam Simon magus, & Joannes & Antonius inſanus.*

*Feras illas, & Dei hoſtes, profanum ſcilicet Antonium & tranſgreſſorem Joannem ſatanæ mentem adeptum, & Eccleſiæ perturbatores, ut lupos infeſtos omnes fideles convenientes, anathemate damnemus. Gloria Patri.*

*Increata monarchia Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, te adoramus, quam Cherubim, multis oculis exornata, & Seraphim ſex alis circumdata laudant clamantia: Sanctus, Sanctus, Sanctus es, o excelſe & omnipotens.*

Pro B. Virgine. *Sanctis ſanctior, & omnibus creaturis excelſior, tu ſola apparuiſti Mater ſimul & Virgo Dei Genitrix, cum ipſum tuum Creatorem pepereris, quapropter tuam ſanctam imaginem veneramur.*

## *Ode V.*

*Chriſtus vicit, exultet terra, quievit tumultus, quieverunt & lacrymæ ſervorum Dei, Fides vero ubique per univerſum orbem eſt promulgata.*

*In imagine cernentes Cruci affixionem Domini illam veneramur, Chriſtum & ejus ſigna adorantes; non tamen illa veneramur ut Gentilium deos.*

*Spiritus ille loquax & blaſphemus Lezius ſcilicet, jam quievit, qui frequenter quotidie adverſus divinam Chriſti effigiem, & Sanctorum oblatrabat.*

*Quanam de cauſa, miſerrime homuncio, immaculatam effigiem Incarnationis Chriſti, Domini, & Sanctorum omnium es odio proſecutus? Num ſurda idola nos Fideles veneramur?*

*Impietatis inſtrumenta cum conveniſſent, conciliabulum coegerunt, impiorum videlicet ſacerdotum, adverſus Deum excelſum, quod etiam olim fecerunt Judæi, Anna ſcilicet & Caiphas.*

Ἀθροίσθητε γεγηθότες, τὰ πλήθη τῶν μοναζόντων ἐν παῤῥησίᾳ· ἐὰν γὰρ κακῶς ἰσχύσωσι, πάλιν ἡττηθήσονται οἱ δείλαιοι. καὶ ἣν αὖ βουλὴν βουλεύσωνται οἱ τοιοῦτοι, διασκεδάσει κύριος.

Αἱ μάστιγες τῶν πατέρων, τὰ αἵματα τῶν μωλώπων ἔλειψαν ὄντως· ἐξορίαι συνεχεῖς ἐπαύσαντο· καὶ εἰρήνη πᾶσι πολιτεύεται, οὐκέτι ἰσχύσει, τὸ δρᾶμα τῆς γοητείας· θεὸς γὰρ μεθ' ἡμῶν ἐστιν.

Ἡ ἄμπελος τῆς κακίας, ἐξέτεινε τὰ κλήματα τῆς ἀσεβείας· καὶ τὸν βότρυν τὸν πικρὸν ἐξήνθησε, καὶ θυμὸς δράκοντος ὁ οἶνος αὐτῶν· ἐξ οὗ τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, ἐπότισαν ὄντως, τὴν θολερὰν κακόνοιαν.

Ἐμίαναν τὸν ναόν σου, ἀθέσμοις χειροτονίαις διὰ χρημάτων· καὶ κανονικῶς οὗτοι ἐκβέβληνται. καὶ τῆς θείας δόξης ἐκπεπτώκασιν, ὁ Σίμων ὁ μάγος, σὺν τούτῳ καὶ Ἰωάννης καὶ ὁ δεινὸς Ἀντώνιος.

Τοὺς θῆρας καὶ θεομάχους, Ἀντώνιον τὸν βέβηλον, καὶ παραβάτην Ἰωάννην τὸν σατανογνώμονα, καὶ τῆς ἐκκλησίας πολεμήτορα, ὡς λύκους βαρεῖς συνελθόντες, ἀναθεμάτοις πιστοὶ ἀναβοήσωμεν. θ.

Ἡ ἄκτιστος μοναρχία πάτερ υἱὲ καὶ πνεῦμα σὲ προσκυνοῦμεν, ἣν τὰ χερουβὶμ τὰ πολυόμματα, καὶ τὰ σεραφὶμ τὰ ἑξαπτέρυγα, ὑμνοῦσι κραυγάζοντα· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος εἶ, ὦ παντοκράτορ ὕψιστε. θ'.

Ἁγίων ἁγιωτέρα, καὶ πάντων ὑψηλοτέρα τῶν ποιημάτων, μόνη ἀνεδείχθης μητροπάρθενε, ὡς αὐτὸν κυήσασα τὸν πλάστην σου· διὸ τὴν ἁγίαν μορφήν σου, θεογεννῆτορ ἐν προσκυνήσει ἔχομεν.

## Ὠδὴ ε'.

Χριστὸς νενίκηκε· σκιρτάτω ἡ γῆ· πέπαυται θόρυβος· πέπαυται καὶ ὁ κλαυθμὸς, τῶν σοῦ κυρίου δούλων· ἡ πίστις δὲ πανταχοῦ τῷ κόσμῳ ἐφηπλώθη.

Ἐν εἰκόνι βλέποντες τὴν σταύρωσιν σέβοντες στέργομεν, ἀσπαζόμενοι Χριστόν· καὶ τὰ αὐτοῦ σημεῖα, καὶ προσκυνοῦμεν αὐτὰ, οὐχ ὡς θεοὺς τιμῶντες.

Πνεῦμα τὸ πολύῤῥημον καὶ βλάσφημον Λήζικος πέπαυται, τὸ λαλοῦν διαπαντὸς, ἡμέραν καθ' ἡμέραν κατὰ τῆς θείας μορφῆς Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων.

Ἵνα τί τρισάθλιε μεμίσηκας, μόρφωσιν ἄχραντον· μὴ γὰρ εἰδώλοις κωφοῖς, οἱ πιστοὶ προσκυνοῦμεν.

Ἀσεβείας ὄργανα τυγχάνοντες, ἤθροισαν σύνοδον, ἱερέων ἀσεβῶν, κατὰ θεοῦ ὑψίστου· ὡς Ἰουδαῖοι τὸ πρὶν, Ἄννας καὶ Καιάφας.

Εν



Ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως πανάθλιε, στήσονται ἔλεγχοι, τῆς ἀθέου σου ψυχῆς, ὁ δῆμος τῶν πατέρων, ὧνπερ ἀμέτροις πληγαῖς, ἐγύμνωσας τὰς σάρκας.

Ἐκκλησίαι ἅπασαι βοήσουσι, κράξουσιν ἅπασαι, στερηθεῖσαι ὑπὸ σοῦ τῆς μορφῆς τοῦ κυρίου, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, τὰς ἱερὰς εἰκόνας. θ

Ἡ τὸ πᾶν συνέχουσα τῷ κράτει σου, δόξα σοι, δόξα σοι, τρισυπόστατε μονὰς, πάτερ υἱὲ καὶ πνεῦμα, τοὺς πεποιθότας εἰς σὲ ῥῦσαι παντοίας βλάβης.

Ὡς χρυσοκαλλώπιστον λυχνίαν σὲ, δέσποινα σέβομεν, τὴν τὸ φῶς τὸ νοητὸν, γεννήσασαν τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν ζοφώδη ἀχλὺν, μειώσασα παρθένε.

## Ὠδὴ ς'.

Ἐβόησαν οἱ ἄγρυπνοι φύλακες, τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ, πρὸς αὐτὸν αἰτοῦντες, δοθῆναι τὴν εἰρήνην, καὶ εἰσήκουσε, καὶ προσέσχε τῇ δεήσει.

Διηλέγχθη τῆς πλάνης τὰ θήρατρα, ταῖς τῶν πατέρων διδαχαῖς· καὶ θεὸς ὑμνεῖται σαρκὶ μεμορφωμένος, ὁ ἀπεριγράπτως θεότητι ὑπάρχων.

Οἱ συνεργοὶ τῆς πλάνης αἰσχυνέσθε. καὶ ἀπολέσθωσαν ὁμοῦ, σὺν τῷ Ἀντωνίῳ, Θεόδοτος καὶ Λήζιξ, καὶ Θεόδωρος ὁ βυθὸς τῆς ἀπωλείας.

Τὸ στόμα σου διήνοιξας ἄθλιε, οὐκ ἐν ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἀλλ' ἐν βλασφημίαις, κατὰ τοῦ σοῦ δεσπότου, ἀπωθούμενος τὴν σεπτὴν εἰκονουργίαν.

Διέστρεψας πατέρων τὰ δόγματα, καὶ ἀποστόλων διδαχὰς, ἄλλην ἄλλως γράφων, κατὰ τὴν σὴν θρησκείαν, παράνομον Ἰωάννη χριστομάχε.

Σοῦ ὁ καπνὸς δακρύων ἐνέπλησε, τῶν εὐσεβούντων ὀφθαλμούς. ἀλλὰ τῷ ἀνέμῳ τῶν θείων διδασκάλων, διεσκέδασται ματαιόφρων Ἰωάννη.

Σὺ τὴν στολὴν τὴν θείαν διέῤῥηξας, ὥσπερ ὁ Ἄρειος τὸ πρὶν, τὸν τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα· διὸ τῆς ἐκκλησίας πόῤῥω βέβλησαι, ἐκβληθεὶς καθάπερ κύων. θ

Μίαν ἀρχὴν δοξάζω θεότητος, ἐν ὑποστάσεσι τρισὶν, εἷς θεὸς γάρ ἐστι, πατὴρ υἱὸς καὶ πνεῦμα, κἂν διήρηται χαρακτῆρσι καὶ προσώποις. θ'.

Προφητικῶς ἁγνὴ θεοδόξαστε, πόλις ἐδείχθης τοῦ θεοῦ, ἐξ ἧς ἐγεννήθη αὐτὸς ὁ ποιητής σου, μετὰ τόκον σε ὡς τὸ πρὶν διαφυλάξας.

## Ὠδὴ ζ'.

Τὴν κάμινον τῆς αἱρέσεως, νῦν κατέσβεσεν ἡ θεία χάρις. φλέγουσα νομιζομένους Χαλδαίους, καὶ

*In die illa extremi judicii, o infeliciſſime aderunt, qui tuam impiam animam arguent, ſanctorum videlicet Patrum chorus, quorum denudata corpora innumerabilibus plagis afflixiſti.*

*Omnes Eccleſiæ clamare non deſinent, cum a te fuerint orbatæ Chriſti Domini imagine, & Sanctorum ejus ſacris figuris. Gloria Patri.*

*Gloria tibi, & iterum gloria tibi ſit, trina unitas, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, quæ univerſum orbem potentia tua contines: te deprecamur, ut ab omni malo eos, qui in te confidunt, liberare digneris.*

*Inſtar lucernarii auro exornati, te veneramur, ſancta Dei Genitrix, quæ lumen intellectuale mundo peperiſti, & tenebroſam nebulam diſſipaſti.* Pro B. Virgine.

## *Ode VI.*

*Vociferati ſunt Vigiles Eccleſiæ Chriſti cuſtodes, ab ipſo petentes, ut ſibi pax largiretur, quos exaudivit, & eorum precibus mentem adhibuit.*

*Detecta ſunt ſeductoris illius artes & doli ſanctorum Patrum dogmatibus; & Deus carne indutus ab omnibus celebratur, qui pro ſua divinitate incircumſcriptus exiſtit.*

*Socii ſeductionis pudore confundantur, & pereant una cum Antonio Theodotus & Lezius & Theodorus, profundum perditionis.*

*Os tuum aperuiſti, o miſer, non in canticis ſpiritualibus, ſed in blaſphemiis adverſus Dominum tuum, venerandas imagines inſectando.*

*Pervertiſti ſanctorum Patrum dogmata, Apoſtolorum doctrinis contraria ſcribendo, juxta tuam falſam religionem & impiam, o Joannes Chriſti inimice.*

*Fumus tuus piorum oculos lacrymis replevit, ſed vento ſacrorum Doctorum diſſipatus eſt, o inſane Joannes.*

*Tu ſacram ſtolam dilaniaſti, quemadmodum olim Arius Chriſti veſtem; quapropter merito ab Eccleſia procul, inſtar canis, es ejectus. Gloria Patri.*

*Unum deitatis principium in tribus perſonis glorifico. Unus enim Deus eſt, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, licet idiomatibus diſtinguantur, & perſonis.*

*O puriſſima Virgo a Deo glorificata, Civitas Dei a prophetis merito es prænuntiata, ex qua ortus eſt ipſemet tui Creator, qui te poſt partum, ut ante, Virginem conſervavit.*

## *Ode VII.*

*Hæreſis fornacem quatuor † annorum hebdomadas prædominantem, gratia nunc* ex-

† A Leonis Armeni tempore, qui poſt Irenam Auguſtam regnavit, manifeſtum eſt hos computari annos viginti octo namque anni intercedunt a primo anno Leonis uſque ad obitum Theophili quando ſacræ imagines ſunt reſtitutæ.

*exſtinxit divina, ardens quidem Chaldæos, & refrigerans pios Trinitatis cultores.*

*Exornata eſt, & pulcra effecta Dei Eccleſia, recepta Dominicæ Incarnationis ſacra imagine, & ejus Paſſionis ac aliorum myſteriorum, juxta divinas leges.*

*Chriſtiane Dei popule exulta, & hymnos Deo concine, dum vides Eccleſiam iterum illuſtratam divinæ imaginis pulcritudine, quam cum Deus eſſet, geſtavit, ut homo, ut nos homines ſalvos faceret.*

*Pauperiem paſſus eſt, & famem, & ſitim in carne Deus Verbum, hæc ſiquidem humanæ ſunt naturæ idiomata, per quæ circumſcribitur: ipſe vero Deitate ſimplex exiſtit, & incircumſcriptus.*

*Portenta, & vanæ prædictiones Joannis illius Chriſto infenſi ſunt diſſipatæ, qui ſe, inſtar Gentilium, jactabat eorum ſcriptis, quæ merito juſtorum voces & preces diſiecerunt.*

*Occulta, & profana, & animabus perniciosa tua dogmata quænam lingua poterit enarrare, vel prædictionem tuæ ventriloquæ phytoniſſæ, o Joannes? hoc nomine indigne proculdubio, cum potius ſatanæ præcurſor, & Antichriſti exiſtas.*

*Non oportebat te, o ſceleſtiſſime omnium, hoc nomine, Joannes videlicet nuncupari, ſed potius Pythagoram, & Saturnum vel Apollinem, vel alium quempiam profanorum illorum deorum, quorum vitam es imitatus, eorum impudicitiis delectatus. Gloria.*

*Sempiternam omnipotentem incomprehenſibilem Trinitatem fideles omnes adoremus, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, & divinis laudibus inconfuſe celebremus, clamantes, Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus.*

Pro B. Virgine. *Sancta Dei Genitrix Mater & Virgo, hymnis celebranda, & glorificanda, libera nos ab omnibus delictis, qui tuum immaculatum partum veneramur: nullum enim aliud habemus præſidium præter te, o Dei ſponſa.*

## Ode VIII.

*Una cum Propheta exultemus & lætemur, fideles omnes: hæc enim eſt dies, in qua Chriſtus Verbum Eccleſiæ ſuæ propriam reſtituit ſtolam.*

*Hoſtium inſtar acies ſtruxerunt adverſus Chriſti imaginem, eodem animi furore Lezius, & Joannes, ſocii Belial, iniquitatis ſecuri Eccleſiam abſcindentes.*

*Quis non deplorabit magnam hæreticorum audaciam, reſpiciens divinam imaginem, quæ eſt in ænea porta palatii, a nefariis hominibus lapidibus percuſſam, Joannis exemplo?*

*Quomodo non intellexiſti, o capte ocu-*

δροσίζουσα τριάδος θεράποντας, τετραπλαῖς ἑβδομάδεσιν, ἐκ τῶν αὐτὴν διακρατησάσαν.

Πεποίκιλται, περιβέβληται κεκαλλώπισται ἡ ἐκκλησία· μόρφωσιν τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων τῆς σαρκώσεως, καὶ τῶν παθημάτων αὐτοῦ, καὶ τὰ σύμβολα φέρουσα, εἰς τέλος κατὰ τοὺς θείους θεσμούς.

Ἑόρταζε, πανηγύριζε, ὁ χριστώνυμος λαὸς κυρίου, βλέπων τὴν ἐκκλησίαν καὶ πάλιν διαλάμπουσαν, τὸ κάλλος τῆς θείας μορφῆς· ἣν θεὸς ὢν ἐφόρεσεν, ὡς ἄνθρωπος διὰ τὸ σῶσαι ἡμᾶς.

Ἐπτώχευσε, καὶ ἐπείνασε, καὶ ἐδίψησε, σαρκὶ ὁ λόγος· ταῦτα τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἰδιώματα, δι' ὧν περιγράφεται οὗτος δὲ τῇ θεότητι ἁπλοῦς ἐστι καὶ ἀπερίγραπτος.

Κατήργηται τὰ τεράστια καὶ μαντεύματα τοῦ χριστομάχου, ἴσος γὰρ τῶν ἑλλήνων ἐδείχθη ὑψαυχούμενος, τοῖς τούτου συγγράμμασιν, ἃ δικαίως ἐλικμήσαν αἱ τῶν δικαίων φωναί.

Τὰ κρύφια καὶ παμβέβηλα, καὶ ψυχόλεθρα διδάγματά σου, ποία ἐκδιηγήσεται γλῶσσα, ἢ τὴν πρόρρησιν τῆς ἐγγαστριμύθου σου Ἰωάννη ψευδώνυμε, καὶ πρόδρομε τοῦ ἀντιχρίστου σατανᾶ.

Οὐκ ἔδει σε ὦ παράνομε ὀνομάζεσθαι τοιαύτην κλῆσιν, μᾶλλον δὲ Πυθαγόραν, καὶ Κρόνον, καὶ Ἀπόλλωνα, ἤ τινα τῶν ἄλλων θεῶν. ὧν τὸν βίον ἐζήλωσας, τερπόμενος ταῖς ἀσελγείαις αὐτῶν. Δ.

Ἀΐδιον παντοδύναμον, ἀκατάληπτον τριάδα πιστοὶ, πάντες πατέρα υἱὸν καὶ πνεῦμα προσκυνήσωμεν, καὶ θεολογήσωμεν ἀσυγχύτως κραυγάζοντες, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος εἶ ὁ θεός. Θ'.

Πανύμνητε πολυδόξαστε, μητροπάρθενε θεοκυῆτορ, λύτρωσαι χαλεπῶν ἐγκλημάτων, τοὺς τιμῶντάς σου τὴν ἄχραντον κύησιν, οὐ γὰρ ἄλλην βοήθειαν κεκτήμεθα, πλὴν σοῦ θεόνυμφε.

## Ὠδὴ ή.

Προφητικῶς ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν πιστοὶ πάντες μυστικῶς· αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ Χριστὸς ὁ λόγος τὴν ἰδίαν στολὴν ἀπέδωκε τῇ ἐκκλησίᾳ.

Πολεμικῶς ὥσπερ παρετάξαντο, κατὰ Χριστοῦ τῆς μορφῆς, ὁμοθυμαδὸν Λήζιξ καὶ Ἰωάννης, τὸ ζεῦγος τοῦ βελίαρ, πελέκει κακίας ἐγκόψαντες τὴν ἐκκλησίαν.

Τίς μὴ θρηνήσει τὸ μέγα τόλμημα, τὴν θείαν βλέπων μορφὴν, τὴν ἐν τῇ χαλκῇ πύλῃ τοῦ παλατίου, ὑπὸ ἀνδρῶν ἀνόμων λίθοις βαλλομένην τῇ διδαχῇ τοῦ Ἰωάννου.

Πῶς οὐ συνῆκας τυφλὲ πανάθλιε, ἐσκοτισμένε



μένε τὸν νοῦν, τὴν ὑπ' οὐρανὸν βλέπων κεκοσμημένην Χριστοῦ τῷ χαρακτῆρι, ἀλλὰ μόνος ἔσχες τὸ φρόνημα τῶν Ἰουδαίων.

Σὺ παντελῶς καθελεῖν ἐνόμισας τῶν θείων ἐκκλησιῶν, τὴν σαρκολαμπῆ μόρφωσιν τοῦ κυρίου, καὶ τῶν ἁγίων πάντων· ἀλλ' ἡ θεία χάρις, καθεῖλέ σου τὴν τυραννίδα.

Τὰ ἱερὰ τῶν ἁγίων λείψανα, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν, Λήζιξ ὁ δεινὸς, ἅμα τῷ Ἰωάννῃ, οὐδ' ὅλως προσκυνεῖσθαι, ἔφασκον ἀνόμως, οἱ ἀρνηταὶ τῆς εὐσεβείας. Δ.

Παντουργικὴν θεαρχίαν σέβοντες ἐν χαρακτῆρσι τρισὶ, πάντες εὐσεβῶς, ἄναρχον τὸν λόγον, πνεῦμα συνεκλάμπον δοξάσωμεν εἰς τοὺς αἰῶνας. Θ'.

Χριστιανῶν ἡ βεβαία γέφυρα τὸ καύχημα τῶν πιστῶν, καὶ καταφυγή· δέσποινα θεοτόκε, αὕτη ὑπάρχεις μόνη πάντας βοηθοῦσα, καὶ σώζουσα ἐκ τῶν κινδύνων.

## Ὠδὴ θ'.

Τὰ ἔθνη κροτήσατε, χοροὶ πατέρων σπεύσατε, οἱ ἀσκηταὶ δὲ καὶ οἱ ἐν τοῖς ὄρεσι συνέλθετε, ἥκετε οἱ διωχθέντες πάλαι, ἀπὸ τοῦ πλάνου καὶ δυσσεβοῦς Ἰωάννου, στηλιτεῦσαι τὰς μαγίας καὶ μαντεύματα.

Εὐφραίνου ἡ ἔρημος καὶ οἰκουμένη ἅπασα, τὰ ὄρη πάντα γλυκασμὸν στάξατε, βουνοὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι Χριστὸς ὁ λόγος εἰρήνην δέδωκε τοῖς ἐν γῇ, καὶ ταῖς θείαις ἐκκλησίαις τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως.

Θεὸς ἐκδικήσεων νῦν ἐπαρρησιάσατο, Χριστὸς ἐπέστη, ἐνισχύων σήμερον τοὺς θείους διδασκάλους, ἐν παῤῥησίᾳ λέγειν, τὴν συγκατάβασιν αὐτοῦ καὶ τὴν σάρκωσιν βεβαίως ἐν εἰκόνι περιγράφεσθαι.

Μακρόθυμε κύριε, ὡς θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, τίς ἀριθμήσει τὴν φιλανθρωπίαν σου; πῶς βλέπων κτεινομένους διὰ τὴν σὴν εἰκόνα, τοὺς ἱερεῖς σου καὶ ἀσκητὰς, οὐ κατέφλεξας τοὺς πλάνους, ἀλλ' ἠνέσχου ὑβριζόμενος.

Ὁ πήξας ἀσάλευτον τὴν ἐκκλησίαν κύριε, καὶ πύλαι ᾅδου ταύτης οὐ κατίσχυσαν, αὐτὸς τὴν εἰρήνην σου, παράσχου τῷ λαῷ σου, ἵνα σε πάντες εἰλικρινῶς, ἐν μιᾷ δοξολογίᾳ προσκυνῶμεν καὶ δοξάζωμεν.

Ἀνάθεμα ἔστωσαν οἱ μὴ τιμῶντες δέσποτα, τὸν χαρακτῆρα τῆς σῆς σωματώσεως, πρὸ πάντων Ἰωάννης, ἅμα σὺν Ἀντωνίῳ, καὶ Θεοδώρῳ τῷ δυσσεβεῖ, Θεοδότῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀλάστορσι τῆς πίστεως.

Ὁ δοὺς τὴν εἰρήνην σου τοῖς ἀποστόλοις δέσποτα, καὶ νῦν παράσχου τὴν γαλήνην ἅπασι, συνάγων τῇ χειρί σου τοὺς διεσκορπισμένους, καὶ ὁ-

*lis, & miſerrime, ac mentem obtenebratæ, univerſum orbem Chriſti charactere inſignitum, ſed ſolus tu nactus es Judæorum mentem?*

*Tu e medio omnino tollere animo cogitaſti ex Dei Eccleſiis Chriſti Domini imaginem carne præfulgentem, & Sanctorum omnium; ſed divina gratia tuam tyrannidem deſtruxit.*

*Sacras Sanctorum reliquias, & ipſorum imagines Lezius ille ferus, una cum Joanne, nullo pacto venerandas, impie aſſerebant, ut pietatis deſertores. Gloria Patri.*

*Omnes pie venerantes Dei Majeſtatem, omnium auctorem, in tribus perſonis, Patrem videlicet principio carentem, & Verbum coæternum, Spiritum quoque ſanctum ſimul prælucentem glorificemus in ſæcula.*

*O Domina Dei Genitrix, tu ſola exiſtis Chriſtianorum pons ſecurus, & fidelium gloria atque refugium, a periculis cunctis, omnes adjuvans, atque liberans.* Pro B. Virgine.

## Ode IX.

*Gentes omnes, plaudite manibus, & ſanctorum Patrum chori accurrite, & qui clauſtra & montes incolitis, convenite omnes, & accedite, quos antea ille ſeductor, & impius Joannes fuerat perſecutus, ut ejus magicas artes, & fraudes conculcetis, & profligetis.*

*Lætare eremus & univerſus orbis, montes etiam omnes dulcedinem ſtillate, & valles exultate quoniam Chriſtus Dei verbum pacem omnibus eſt largitus, & ſanctis Eccleſiis Fidei unitatem.*

*Deus ultionum nunc libere egit, Chriſtus adſtitit, corroborans hodie ſanctos Patres, ut ejus adventum libere prædicare valeant, atque imaginibus ejus incarnationem deſignare.*

*Longanimis Domine, quam mirabilia ſunt opera tua! quis tuam clementiam recenſebit? & quomodo intuens tuos ſacerdotes & monachos, dum interficerentur propter tuam imaginem, ſeductores illos tanti mali auctores non combuſſiſti, ſed tantas injurias æquo tuliſti animo?*

*O Domine, qui Eccleſiam tuam inconcuſſam compegiſti, ut portæ inferi adverſus eam prævalere nequeant, ipſe pacem tuam populo tuo largire, ut te omnes alacri animo, uno ore laudemus, & celebremus.*

*Anathema ſit illis Domine, qui tuæ incarnationis Imaginem non venerantur, in primis vero Joanni, & Antonio, & Theodoro impio, una cum Theodoto, & aliis Fidei deſertoribus.*

*O Domine, qui Apoſtolis tuis pacem tuam dediſti, largire etiam nunc omnibus tranquillitatem, tua manu illos congre*

*gregans, qui ſunt diſſipati, & tamquam oves rationales, ſanctæ Eccleſiæ gregi illos aggrega. Gloria Patri.*

*Deitatem glorifico Patris, & Filii, & ſpiritus ſancti, unam ſcilicet naturam in tribus perſonis, eſſentiam indiviſam ſuppoſitis diſtinctam, ſimul regnantem, omnia facientem, omnipotentem, perfectum Imperium, omnia denique continentem.*

Pro B. Virgine. *Dei Genitrix, quæ omnium es auxilium, refugium, & protectio, oſtende, quæſumus te, quod pro omnibus, qui ad te confugiunt, vales intercedere, ſicut e contra impios reiicis, tui filii potentia; omnia ſiquidem potes, ut ejus Mater.*

ὥσπερ πρόβατα λογικά, συναρίθμησον τῇ μάνδρᾳ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας σου.

Δοξάζω θεότητα πατρὸς υἱοῦ καὶ πνεύματος, τὴν μίαν φύσιν τρισὶν ὑποστάσεσι, οὐσίαν ἀμέριστον, διαιρετὴν προσώποις, ὁμοβασίλειον, παντουργόν, πανσθενῆ τελεταρχίαν, τὴν συνέχουσαν τὰ σύμπαντα. θ'.

Ἡ πάντων βοήθεια, καὶ σκέπη καὶ ἀντίληψις δεῖξον, ὅτι δύνασαι πρεσβεύειν ὑπὲρ πάντων εἰς σὲ καταφευγόντων, καὶ ἀπελαύνεις τοὺς δυσσεβεῖς τῇ δυνάμει τοῦ υἱοῦ σου, ὡς γὰρ μήτηρ πάντα δύνασαι.

Hactenus ſacer hymnus, dulce poſt lacrymas canticum, & ſuavis poſt gemitus exultatio.

XXIX. Reliquum vero tantum eſt, ut ſermonem illum in eadem Græcorum Eccleſia ex eo tempore recitari cœptum in matutino ante ſeptimam odam canonis ſancti Theophanis hic deſcribamus, quod ſummatim contineat narratam de Iconoclaſtis hiſtoriam, habeatque alia, quæ deſiderantur in vulgatis hiſtoricis ſcitu digna. Accepimus ipſum ex eodem ſacro Græcorum Triodio; quem hactenus Latinis incognitus, idem qui ſupra accuratus interpres Latinitati donavit, qui ſic ſe habet:

Sermo in die erectionis SS. Imaginum. *Eadem die (Dominica videlicet prima Quadrageſimæ) ſancta Chriſti Eccleſia traditionem accepit, ut erectionem ſanctarum & venerabilium imaginum celebraret, quæ a Michaele & Theodora ſancta & beatiſſima Imperatrice, nec non a S. Methodio Patriarcha Conſtantinopolitano fuit inſtituta. Res autem ita ſe habuit: Cum Leo Iſaurus ex humili & ſervili vita ad Imp. faſces fuiſſet evectus, divina ſcilicet permiſſione, tunc temporis ſanctus Germanus Eccleſiæ gubernacula dirigebat, quem ad ſe vocatum ita alloquitur Imperator: Videntur mihi, o domine, ſanctæ imagines parum abeſſe ab idolis: præcipe igitur, ut quam primum e medio tollantur: vel ſi veræ Sanctorum effigies exiſtunt, in altioribus locis collocentur, ne frequenter illas venerantes, dum variis peccatis diſtinemur, illas coinquinemus. Patriarcha vero, cum rem adeo execrandam audiviſset, Imperatorem pro virili avertere conabatur, hæc adiiciens: Cave quæſo te, hæc cogites, o Imperator. Accepimus enim quemdam, qui talia adverſus ſancta imagines moliretur, rabie fuiſſe correptum, cui nomen Conon fuit. Ad hæc Imperator: Quin immo ego etiam, cum puer eſſem, Conon appellabar. Cum itaque Imperator Patriarcham ſibi minus aſſentiri cerneret, illum exulem pellit, & ejus loco Anaſtaſium eadem quæ ipſe ſentientem, collocat, & ita adverſus ſanctas imagines grave bellum audacter adoritur. Fama eſt etiam Hebræos hoc ſcelus illi in principio ſuggeſſiſſe, cum quibuſdam faſcinationibus illum ad Imperium evehendum prædixiſſent, quando cum pauper eſset, una cum ipſis inopem vitam agebat.*

*Sed cum Leo male, ut par erat, vitam terminaſſet, ejus catulus ipſo ferocior Conſtantinus cognomento Copronymus in Imperio ſucceſſor relinquitur, & multo majore rabie adverſus ſanctas imagines incenditur. Et quid opus eſt dicto, quot, & quanta impius ille mala peregerit? Verum cum etiam illo longe turpius vitam finiiſſet, ejus filius ex Chazara Imperium occupat. Cum autem etiam iſte male vitam exegiſſet, Irene & Conſtantinus Imperii ſucceſſores remanent, qui ſub Taraſio ſanctiſſimo Patriarcha ſeptimam Synodum congregant, & ita ſanctas imagines Chriſti Eccleſia iterum recipit. Iſti vero cum Imperium depoſuiſſent, Nicephorus evehitur, deinde poſt eum Stauratius filius, poſt quem Michael cognomento Rhancabenus, qui ſanctas venerati ſunt imagines. Michaeli vero ferus ille Leo Armenus ſuccedit, qui a monacho quodam clauſo & parum pio, dolo corruptus, ſecundum adverſus imagines bellum excitat, & iterum Dei Eccleſia ſuo decore exuta conſpicitur. Huic iterum Amorrhæus ſuccedit Michael, & huic Theophilus filius, qui alios in perſequendis Sanctorum imaginibus longe ſuperarunt.* XXX. Diverſus ſtatus cultus SS. Imag.

*Hic igitur Theophilus multos ſanctorum Patrum pœnis & tormentis inauditis cum afflixiſſet propter ſanctas imagines, & juſtitiæ nihilominus in primis ſtudioſiſſimus fuit: ut cum aliquando, ſi quis eſſet in urbe, qui alteri moleſtiam afferret, ſciſcitaretur, nullus, ut ajunt, multis diebus fuit inventus. Cum autem duodecim regnaſſet annis, & dy-* XXXI. De Theophili morbo & pœnitentia.

ſeu-



*ſenteriæ morbo correptus, e vivis excedere deberet, os ſuum ſupra modum aperuit, ita ut etiam interiora ipſa intueri liceret. Auguſta vero Theodora maximo propterea dolore afflicta, vix ad ſomnum convertitur, & viſionem intuetur hujuſmodi. Immaculatam ſcilicet Dei Genitricem infantem ante omnia ſæcula genitum ulnis geſtantem, & Angelis lucidiſſimis circumſeptam, Theophilum autem ejus conjugem ab ipſis flagris & contumeliis affectum. Cum igitur ſomnus ipſam dimiſiſſet, & Theophilus parum reſpiraſſet, vehementer exclamavit: Hei mihi miſero, qui propter ſanctas imagines percutior! Qua re audita, Imperatrix quamprimum Dei Genitricis imaginem ſuper ipſum collocat, illam multis cum lacrymis deprecans. Theophilus vero licet ita ſe haberet, cum vidiſſet adſtantium quemdam imaginem parvam collo alligatam geſtantem, illam arreptam oſculabatur, & venerabatur. Qua propter continuo illud os, quod antea adverſus imagines rugiebat, & guttur quod ita turpe apertum cernebatur, ad priorem ſtatum converſum eſt, & a frequenti illa anguſtia & moleſtia requievit, & obdormivit, cum antea aperte confeſſus eſſet bonum eſse ſanctas imagines honorari, & venerari; cum itemque Imperatrix e ſuis arculis venerandas, & ſanctas imagines eduxiſſet, toto pectore nitebatur Theophilum adducere, ut illas veneraretur.*

XXXII. Theodora Auguſta laborat pro cultu SS. Imaginum. *Paulo tamen poſt tempore Theophilus excedit e vita, & Theodora revocatis illis omnibus, qui in exilio & carceribus detinebantur, ut libere agerent, illis præcepit. Quin etiam Joannes e Patriarchali throno deturbatur, qui Joannes & Mantiarcha, necnon Demoniarcha potius, quam Patriarcha eſſet dicendus. At Chriſti Confeſſor Methodius ipſam Patriarchalem ſedem aſſumit, multa antea paſſus, & in ſepulcro in vinculis vitam agens.*

Legatio SS. Monachorum. *His ita ſe habentibus, res quædam divinitus apparet contigiſſe Joannicio illi magno, dum in Olympo monte vitam monaſticam exercebat. Magnus enim ille Arſacius aſceta ad ipſum accedens, hæc ait: Deus me ad te miſit, ut quam primum ad venerabiliſſimum virum Eſaiam cognomento Incluſum Nicomediam accedentes, ab ipſo diſcamus quæ Deo ſint placita, & ejus ſanctæ Eccleſiæ congrua. Quapropter cum ad venerabiliſſimum Eſaiam accederent, hæc audiunt ab ipſo: Hæc dicit Dominus: Ecce pervenit finis inimicorum meæ imaginis: vos igitur ad Imperatricem Theodoram, necnon ad Patriarcham Methodium properantes, hæc illi annuntiate: Procul abire præcipe omnes profanos homines, & ita cum Angelis ſacrificium mihi offer, imaginis meæ, & Crucis effigiem veneratus. Hæc cum illi audiſſent, quamprimum ſe Conſtantinopolim conferunt, & hæc omnia Methodio Patriarchæ, & omnibus electis Dei annuntiant: hi vero congregati ad Imperatricem accedunt, & ipſam in omnibus obſequentem inveniunt (ab incunabulis enim fuerat pia, & Deum timens.) Quamprimum propterea Imperatrix Deiparæ imaginem, quam e collo pendentem geſtabat, extrahens coram omnibus illam venerabatur, hæc inquiens: Si quis has imagines non adorat, & veneratur, relative quidem, & habitudine quadam, non latrice, non ut deos, ſed tamquam imagines archetyporum, propter reverentiam ipſorum, ſit illi anathema. Hi vero magno repleti ſunt gaudio. Imperatrix propterea illos enixe orat, ut pro Theophilo viro ſuo preces Deo effundant, qui conſpecta illius fide, licet inviti, perſuadentur tamen.* Auguſtæ confeſſio.

XXXIII. Sacer conventus confeſſorum pro Theophilo orat. *Quapropter ſanctus Methodius congregato univerſo populo, necnon & clero, & Epiſcopis omnibus in magna Dei Eccleſia illuc advenit; inter quos erant illuſtres illi viri, qui ex Olympo venerant, magnus videlicet Joannicius, & Arſacius, & Naucratius, diſcipuli Theodori Studitæ, & Theophanes ille ex magno agro, & Theodorus, qui litteris in facie ſcripti fuerant, & Dei Confeſſores extiterant; Michael etiam Hagiopolita & Syncellus, & alii plurimi, qui totam noctem pro Theophilo Deum exorant, omnes quidem cum lacrymis & frequenti oratione Deum laudantes, idque per totam primam hebdomadam Quadrageſimæ peragebatur. Quin & ipſa Imperatrix Theodora hæc eadem cum mulieribus, & reliquo populo faciendum curabat. Quæ dum ita ſe haberent, Theodora Imperatrix diluculo ſextæ feriæ ſomno detenta, ſibi videbatur apud Columnam, quæ dicitur Crucis, reperiri, & quoſdam illac magno cum ſtrepitu præterire, diverſa tormentorum genera ſecum ferentes, in quorum medio vinctus agebatur Imperator Theophilus, manibus retro revinctis, quem cum agnoviſſet Imperatrix, conſequebatur & ipſa illos, qui eum ducebant. Cum autem ad æneam portam perveniſſent, vidit virum quemdam aſpectu mirabilem, qui ante imaginem Chriſti ſedebat: ad hunc cum Theophilum illi adduxiſſent, ſtiterunt eum. Quibus viſis Imperatrix, pedibus ejus provoluta pro Imperatore intercedebat; at ille dixit aperto ore: Magna eſt fides tua, o mulier: ſcito igitur, quod propter tuas lacrymas, fidemque tuam, necnon propter preces & interceſſiones ſervorum meorum, & ſacerdotum, Theophilo viro tuo ignoſco. Deinde ait illis, qui eum adducebant: Solvite ipſum, & tradite uxori ſuæ; quæ* Theodoræ viſio de ſalute Theodori.

*illo recepto, receſſit exultans, & gaudens, & continuo ſomnus illam dimiſit. Hæc quidem Theodora Imperatrix vidit in ſomnis.*

XXXIV. Viſio oſtenſa Metho. de Theophilo. *Patriarcha vero Methodius, dum preces & orationes ab ipſo fiebant, recenti pagina accepta, ſcripſit in ipſa omnium hæreticorum Imperatorum nomina, inter quos & Theophilum collocavit, & hanc paginam ſub ſancto altari poſuit occulte, ut nullus animadverteret. Feria vero ſexta etiam ipſe Angelum quemdam terribilem conſpicit, qui magnam ingrediebatur Eccleſiam, & cum illi appropinquaſſet, hæc ajunt dixiſſe: Exaudita eſt oratio tua, o Epiſcope, & veniam obtinuit Imperator Theophilus; non amplius igitur pro eo Deo ſis moleſtus. Hic autem ut experiretur an vera eſſet viſio, ad altare accedens, accepta charta, eaque aperta invenit (o Deum judiciorum) nomen Theophili omnino divinitus deletum. Hæc cum didiciſſet Imperatrix magno perfuſa eſt gaudio, & Patriarchæ ſignificat, ut univerſum congreget populum una cum venerandis Crucibus, & ſanctis Imaginibus, in magna Dei Eccleſia, ut illi ſanctarum imaginum ornamentum reſtituatur, & novum miraculum omnibus manifeſtetur.*

XXXV. Solemnitas in reſtitutione SS. Imaginum. *Cum itaque omnes, quæ parum abeſt in Eccleſia eſſent congregati cum cereis accenſis, Imperatrix & una cum filio accedit, & facta proceſſione cum ſanctis imaginibus, & ſacris & venerandis ſanctæ Crucis lignis, & ſacro & divino Evangelio uſque ad eum locum, quod Miliare nuncupatur, egreſſi ſunt, Domine miſerere, alta voce clamantes, & ita rurſus ad Eccleſiam reverſi, ſacram liturgiam confecerunt, erectis videlicet ſanctis & venerabilibus imaginibus a præfatis Sanctis viris, celebrando, & omnia bona imprecando piis omnibus & iis, qui recte de Catholica Fide ſentiunt, ſicut e contra impiis, & qui ſanctarum imaginum honorem reſpuunt interdictis, & anathemate damnatis, quinimmo ex eo tempore ſtatuerunt illi ſancti Confeſſores, ut ſingulis annis hæc ſacra panegyris celebretur, ut non amplius in eamdem impietatem iterum impingamus. Tu vero Chriſte, qui es imago Patris immutabilis, precibus ſanctorum Confeſſorum tuorum, miſerere nobis. Amen.* Hactenus ſermo annis ſingulis, dicta die, in Eccleſia recitari ſolitus, cui ſubjungimus alium ejuſdem argumenti eadem pariter die ab Archiepiſc. Tauromeniæ Theophane ad populum dictum, ut ejus indicat titulus iſtis verbis:

XXXVI. *Homilia XXXVII. Theophanis Archiepiſcopi Tauromeniæ in Sicilia, de ſanctis imaginibus, in die feſto earum dicta.* Deprompta eſt ex Hoplotheca manuſcripta Franciſci Turriani, qui Latinam fecit, niſi quod aliquot verba Græca hinc inde, & duas, treſve periodos intactas reliquerat; ſed perfecit qui ultimam appoſuit manum Sirmundus, ejuſdem Societatis Jeſu profeſſor.

Narrabimus unde & ortus & origo, ex qua inquam occaſione hujus diei feſti agitatio. Quia per incarnationem Verbi Dei, & per prædicationem Apoſtolorum, cultus idolorum deletus erat, cum hoſtis Eccleſiæ ferre non poſſet ſe eſſe victum, excitavit contra eam principes & duces hæreſum. His autem a ſanctis Patribus diverſis Synodis damnatis & anathematizatis, aliud zizanium ſeminavit in Eccleſia inimicus, prætextu & ſpecie pietatis, ſuggerens idololatriam exiſtimari cultum imaginum. Reperit vero aptum inſtrumentum ad hoc Leonem Iſauricum, qui cum eſſet antea privatus, & incidiſſet in magos Hebræos, docuerunt eum futurum eſſe Imperatorem Romanorum, ſi ipſis juraſſet deleturum ſe imagines templorum: quod cum feciſſet, & non multo poſt ad Imperium tyrannus aſcendiſſet, metuens ne in peccato perjurii eſſet, properat, ut promiſſum præſtet. Miſit in exilium Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum ſanctiſſimum, quia non conſenſit impio ejus dogmati; delevit omnes effigies & figuras Sanctorum ex templis, & pro eis juſſit depingi beſtiarum imagines.

*Hoc ſceleſto mortuo, ſucceſſit in Imperio & in impietate filius ejus Copronymus, ut apte dici poſſit ſerpens ex dracone. Hic cum multum roboraſſet hæreſim, abiit ad illa divina judicia, relicto herede Leone filio Imperii & impietatis. Qui cum avi ſui impietatem imitari quæſiſſet, ſtuduit ut eſſet eo ferventior. Cui cum ſucceſſiſſent Conſtantinus & Irene, recuperavit Eccleſia ornamentum ſanctarum imaginum, & a Synodo Oecumenica impietas eſt anathematizata. Pauci autem relicti ſunt, qui impietatem in animis abditam celaverunt. Tres Imperatores conſecuti ſunt poſt Irenem Orthodoxam, Nicephorus & Stauratius, & Rhancabenus Michael, & rurſus cœpta eſt hæreſis. Renovavit autem eam alia fera ejuſdem nominis cum prima Leo Armenius, indignus qui eſſet Imperator. Hic deceptus a quodam pſeudoabba in domuncula clauſo, & in tenebris deceptionis inſtar noctuæ habitante, & hæreſim Iconomachorum profitente, deceptus inquam, niſi funditus imagines tolleret, amiſſurum eſſe cum Imperio vitam: obedivit impio conſilio, rurſumque incendit hæreſis flammam, & miſit in exilium Nicephorum, quia non conſentiebat hæreſi. Octavo autem anno ſuæ tyrannidis occiſus eſt, & hæreſis floruit. Siquidem Michael majores ſuos ut vinceret, ardentior* XXXVII.





*fuit in impietate. Mortuus autem eſt & ipſe, relicto Imperio filio Theophilo.*

XXXVIII. *Hic autem etſi juſtitiæ erat, ſi quis alius ſtudioſus & amator, fuit tamen paternæ impietatis ardens amator. Hic duxit uxorem Theodoram piam, quæ non erat particeps hæreſis, etſi diſſimulabant propter crudelitatem Imperatoris: habebatque in arca incluſas imagines, quas occulte colebat & oſculabatur. Acciditque aliquando hoc, quod eſt ad narrandum, & audiendum jucundum. Erat in Regia quidam Morio deformis homo & deſpicabili ſpecie qualem deſcribit Therſitem Homerus, Denderis, opinor, vocabatur. Hic cum conſueviſſet ingredi ſine ulla cautione ad conclavia regia ingreſſus eſt in quoddam conclave, ubi invenit Theodoram tenentem in manibus imagines, eaſque venerantem & deoſculantem. Hoc cum ille Therſites Imperatori nuntiaſſet, is excandeſcens adit Theodoram, & eam acriter objurgat, famulam idolorum eam appellans: quæ mira prudentia & iram & ſuſpicionem Imperatoris depulit. Temere, inquit, & importune iraſceris, Imperator; frequenter enim me in ſpeculo ſpecto, ut caput ornem & componam capillum. Iſte autem improbus exiſtimavit ſe videre imagines: ſic declinavit ſuſpicionem Imperatoris. Hoc autem Imperatore mortuo, ſucceſſit filius ejus Michael, habens Theodoram matrem Imperatricem. Hæc igitur congregavit cœtum Patrum, qui hæreſim anathematizavit; & Eccleſia imagines ſanctas, tamquam ornatum quemdam recuperavit, quæ antea videbatur tamquam ſponſa Regis illa lamentari, quæ ſcripta ſunt in Canticis canticorum: Percuſſerunt me, & vulneraverunt me: abſtulerunt theriſteum meum a me, qui cuſtodiebant civitatem Reges, & ſacerdotes qui debebant eſſe cuſtodes Fidei. Sic igitur Eccleſia ad priorem gloriam reducta & renovata eſt.*

XXXIX. *Hoc feſtum hodie agitamus, duces impietatis anathematizantes, & ſacras imagines Salvatoris noſtri & Matris ejus & omnium Sanctorum relative adorantes non illis, tamquam diis adhærentes, nec coloribus expreſſas imagines cultu proſequentes, ſed earum honorem in imaginis, ut magnus ait Baſilius, prototypum referentes, atque ita per ſenſum ad pietatem magis manu ducimur. Videmus enim in ſacris imaginibus Dominum noſtrum ex Virgine mirabiliter natum, a Magis cum muneribus adoratum, in ulnis ſenilibus Simeonis portatum, nudum in fluentis Jordanis prophetica dextera baptizatum, operantem miracula ſolo verbo & motu voluntatis, ſuſcitantem mortuos, terrorem dæmonibus inicientem, ambulantem in mari tamquam ſuper pavimentum, in ſolitudine copioſum convivium præbentem, audaciam Judæ, illud judicium impium in Chriſtum, crucifixionem, ſepulturam, reſurectionem, aſcenſum in cœlos. Hæc cum depicta coloribus videmus, perſpicue illa videre nos putamus: novit enim pictura tamquam ſub aſpectum res ponere. Immo & honor imaginum * deſurſum nobis ab initio lege ſancitus eſt. Præcepit enim olim Deus Moyſi duos Cherubinos erigere ex utraqua parte tabernaculi: & ipſe Dominus noſter in ſindone ſpeciem ſive formam ſuam expreſſit ſine manu, & Abgaro toparchæ Edeſſæ miſit. Numquam vero hæc feciſſent, niſi imagines coli voluiſſet. Et illa Edeſſena ſanguinis fluxum paſſa, & a Domino ſanata, ut remuneraret tanti beneficii auctorem, ſtatuam ad ſimilitudinem Salvatoris erexit: cujus fidem approbans Dominus, voluit ut ex pedibus ſtatuæ herba naſceretur, quæ omnem dolorem ſanaret. Immo & Lucas celebris Evangeliſtæ imaginem Dei Matris cera & coloribus depinxit, ſacris ulnis Dominum amplectentem, quæ in Megalopoli, id eſt, in magna civitate hactenus conſervatur. Omnis igitur imago in nomine Domini, aut Angelorum, aut Apoſtolorum, aut Prophetarum, aut Martyrum, aut Juſtorum facta, ſancta eſt. Eos enim, qui pro Chriſto claruerunt, omnium generum honoribus proſequi convenit. In hac firmiſſima & certa fide permanentes, fratres, emundemus ſinguli ab omni vitio conſcientiam noſtram, ſinceram mutuo charitatem ſervantes.* Hucuſque in codice.

* ſuperne

XL. Perennis ſolemnitas de ſuperata hæreſi. Erant iſta, anniverſaria die repeti ſolita in Eccleſia illa ſacra encomia de confutata, devicta, penituſque debellata Iconoclaſtiæ impietate, cum fideles pro gratiarum actione ſolemnes conventus annis ſingulis agitarent, in memoriam revocantes annum iſtum, & diem, quo Orientalis Eccleſia de ſuperata perfidia erexit victricia ſigna, nobilemque duxit triumphum, atque digna trophæa fixit perpetuo permanſura. Sicque jam illa alieno (*a*) igne repleta thuribula anathematis in laminas ducta & altari affixa, perenne ſervant in Eccleſia Catholica Iconoclaſtarum ignominiæ monumentum, unde ſua ſemper funera lugeant, deplorent damna, erubeſcant infamiam; Eccleſia vero Catholica victrix exultans, ovanſque decoram cum filiis ſuis choream ducat: Et præcinentibus illis triumphale carmen illud: (*b*) *Surge, ſurge Debbora, ſurge, ſurge, & loquere canticum.* Ipſa recinat cum Apoſtolis, dicens: (*c*) Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum (*d*): Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

(a) Num. 16.

(b) Jud. 5.

(c) 1. Cor. 15.

(d) 1. Pet. 4.

Peroratio cum gratiarum actione.

AD optatum tandem finem poſt im-
menſos labores, Deo nobis faven-
te, opitulanteque ſuis precibus Dei Ge-
nitrice Maria, perducto nono Annalium
tomo: ſine fine gratiarum actio perſeve-
ret, non verbis tantum, ſed factis. Et-
enim bene conſcii ſumus, quanta pro ac-
ceptis beneficiis Deus in veteri Teſtamento
ſibi rependi mandarit, dum pro gratia-
rum actione ejuſmodi ſacrificium ſibi of-
(a) Levit. 7. ferri præcepit (a): Si pro gratiarum
actione, inquit, oblatio fuerit: offe-
rent panes abſque fermento, conſper-
ſos oleo, & lagana azyma uncta oleo,
coctamque ſimilam, & collyridas olei
admixtione conſperſas, paneſque fermen-
tatos cum hoſtia gratiarum. *At nos lon-
ge impares ſumus, ut præſtare, tot tan-
taque poſſimus, quæ per ea myſtice deſi-
gnantur; cum etiam majora Chriſtus Re-
demptor noſter a fidelibus ſuis, ex au-
cto in immenſum beneficiorum pondere mul-
tiplicato fœnore, jure exigat. Ubinam
nobis puriſſimi illi azymi ſinceritatis abſ-
que veteri fermento quos commendat A-
(b) 1. Cor. 5. poſtolus (b) panes, cum ex corrupta
maſſa peccati noſtram quotidie experia-
mur amarulentiam nobis ingratam? Et
ubi olei copiam, quo aſperſa cuncta of-
ferri præcipit, exhibendi facultas?* Sum
(c) Thren. 3. plane (*dicam cum Propheta* (c)) vir
videns paupertatem meam, *egentior ipſe
pauperrima illa vidua Sarephtana, quæ
petenti dixit Eliæ* (d): Non habeo pa- (d) Reg. 17.
nem, niſi quantum pugillus capere po-
teſt farinæ in hydria, & paululum olei
in lecytho. *Ditiſſima tamen fide, & opu-
lentiſſima charitate.*

*Una nobis conſolatio, quod etiam fer-
mentatos panes non penitus reiicit Deus,
ſed accipit, ſi (ut jubet) adiiciatur
hoſtia gratiarum, cædenda ipſa abſque
redemptione ad ſacrificium conſummandum.
Ecce victima, ſed ubi gladius, ubi li-
gna? Sacrificium pro peccato non poſtu-
laſti, factus ipſe hoſtia pro peccato. Sed
quod utique pro gratiarum actione peti-
ſti: tunc dixi, & dicam ſemper: Ecce
venio, teſtaturus tua gratia, ſi liceret,
multo melius ſanguine quam ſcriptis Ca-
tholicam veritatem: ſi quidem (e) voce* (e) Gen. 4.
*ſanguinis nulla potentior, quæ jugiter
de terra clamans, audiatur in cœlo. At
quod tanta præſtare, maximi muneris Dei
eſt, ut optare potius quam præſumere fas
ſit: non negetur ſaltem illud interea be-
neficium ad gratias perſolvendas, ut eo
modo quo monet Apoſtolus (f), in gra-* (f) Rom. 12.
*tiarum actionem vivens victima jugiter
immoletur; nimirum ut exhibeamus nos
ipſos hoſtiam viventem, ſanctam, Deo pla-
centem, rationabile obſequium noſtrum ipſi
bonorum omnium largitori, cui honor, vir-
tus & gloria & gratiarum actio nunc &
ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.*

*Hic Baronius nonum Annalium Tomum abſolvit.*





# ANNALES
# ECCLESIASTICI.

SIngula quæque ſæcula, per quæ
noſtri, quos elaboramus Anna-
les decurrunt, multiplici mo-
le rerum geſtarum, in unum-
que ſimul cumulum congeſta-
rum, montes utique præſefe-
runt erectos, inque cacumen unum con-
junctos, ſuper quod una ſemper manens
& eminens undique inſpiciatur tamquam
excelſa turris, Eccleſia, de qua anti-
quitus prænuntiatum extat divinum o-
(a) Iſa. 2. raculum: (a) *Erit in noviſſimis diebus
præparatus mons domus Domini in ver-
tice montium.* Quæ unica domus coa-
dunatione omnium Gentium creverit in
civitatem eademque Chriſti regni me-
(b) Mat. 5. tropolim, quæ ſupra (b) montem poſi-
ta, nemini poſſit abſcondi, facta per-
ſpicua omnibus intuentibus, ut non ſit
(c) Job. 24. qui non videat, ubi ſit, niſi qui (c)
facti rebelles lumini, eam videre nolint.
Quot enim annis, tot veluti tumulis e-
levatam, quotque ſæculis, tot monti-
bus exaltatam, & ſuper omnem altitu-
dinem collocatam omnes filii lucis unam
ſemper contemplentur Eccleſiam, eam-
demque amplitudine ſui Catholicam no-
minatam, ſupernæ lucis radiis illuſtra-
tam; quam filii tenebrarum tantummo-
do non aſpiciant: de quibus dictum:
(d) Pſal. 75. (d) *Illuminans tu mirabiliter a monti-
bus æternis, turbati ſunt omnes inſipien-
tes corde.* Iidem videlicet, de quibus
(e) Sap. 17. appoſite Sapientia (e): *Dum perſuaſum
habent iniqui, poſſe dominari nationi ſan-
ctæ vinculis tenebrarum & longæ noctis
compediti jacent, adeo ut (quod ſub-
dit) ignis nulla vis poſſit illis lumen
præbere, nec ſiderum limpidæ flammæ
illuminare illam noctem horrendam, cum
& aerem, quem nulla ratione quis poſ-
ſit effugere, negent ſe videre.* Ita pla-
ne, cum veritatem ipſam toto cœlo per-
ſpicuam, uti ſole aerem abſque nebu-
larum obice, vel noctis viciſſitudine ju-
giter perfulgentem minime videant. Quo-
rum cum ſit omnium miſerrima & de-
plorata conditio, nonniſi unum ſupereſt
eis remedium exhibendum, ut pro ipſis
illuminandis immenſa Dei miſericordia
jugiter imploretur. Quod ſi non iſtis
noſter in ſcribendo labor ſit profuturus,
illis tamen, quorum cognoſcendæ veri-
tatis exæſtuat deſiderium, noſtrum ſem-
per deſudet ingenium, & ſtudium vigi-
let. In quorum gratiam tomos tomis ad-
dentes, ecce modo paramus decimum
volumen Annalium. Quod quidem cum
ipſo intuitu, tamquam mons arduus, ob
multiplicium difficultatum ſcabra, pro-
ponitur ſuperandum: ante plane, quam
pedes, oculos ſurſum levo (f) *ad mon-* (f) Pſal. 120.
*tes, unde veniet auxilium mihi: Auxi-
lium meum a Domino, qui fecit cælum
& terram.* Scandenti itaque montem i-
pſa primum occurrat, & porrigat de-
xteram, quæ gravida Verbo (g) mon- (g) Luc. 1.
tana cum feſtinatione conſcendit Dei Ge-
nitrix Virgo Maria; cum ipſa etiam
(h) claudus ſaliet ſicut cervus, & in- (h) Iſa. 35.
firmus dicet: Quia (i) fortis ego ſum. (i) Joel. 3.
Tanto igitur freti auxilio, aggredimur
opus, de conſueta ejus protectione ſe-
curi.

JESU CHRISTI ANNUS 843. GREGORII PAP. IV. ANNUS 16. LOTHARII 3. MICHAELIS III. 2. IMPP.

I. CHriſti Redemptoris humani generis annus incipit octingenteſimus quadrageſimus tertius, Indictione ſexta, qua decimum Annalium tomum inchoamus, cum jam ſuperiorem clauſerimus glorioſa victoria de hæreſi Iconoclaſtarum accepta, & Orthodoxorum triumpho; cum jam ubique locorum venerandæ imagines fuerint in Eccleſias reſtitutæ: cum & pulſis hæreticis, pro illis fuerint ordinati Epiſcopi Orthodoxi: in ipſaque primaria civitate Conſtantinopolitana, ejecto e throno Joanne impio Patriarcha, fuerit ordinatus Methodius celebris ſanctitate, gloria confeſſionis illuſtris, atque doctrina clarus, de quo ſæ-

Ob electum Methodium invidia tabeſcunt hæretici.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXI.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6336.

☉ 12. G. ☽ 8. P. 22. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 843.

GREGORII IV. PAPÆ 17.

LOTHARII IMP. 24. & 4.

MICHAELIS IMP. 2.

Anno Hegiræ CCXXIX inchoato die 29. Septemb. fer. 7. A. C. 843.

ſæpe ſuperius magna cum laude mentio facta eſt. At non tulit invidia tantum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ decus & ornamentum, ex electione viri celeberrimi comparatum; quam ut obſcurarent, laboraverunt impii, qui e throno fuerant ab Epiſcopatu dejecti, Joannes ſcilicet Patriarcha, ejuſque frater, & alii ejuſdem impietatis alumni. Quæ autem perfidi iſti in S. Methodium ſint machinati, a Joanne Curopalate ſic accipe:

II. Calumnia in Methodium fabricata.

*Ejecti (inquit) iſti, ut diximus, Joannes, qui fuerat a ſede Patriarchatus ejectus, & ejus frater Arſaber Patricius, ejuſque ſocii, nec ſic quidem quievere, ſed adhuc contra ſanctas imagines aliquid novi moliri audebant, & quædam impia facinora in homines pios machinabantur. Commenti enim calumniam contra magnum Methodium Conſtantinopolitanum nuper electum Patriarcham conabantur eum accuſare, qui ab omni culpa vacuus erat, atque ita Orthodoxum cœtum offendere, corrupta quadam muliere multo auro, pollicitationibuſque, ſi ſibi tantum conſentiret, (parens illa mulier erat Metrophanis, qui poſtea Smyrnæ præfectus fuit). Ei igitur perſuadent, ut ad Reginam & tutores Imperatoris factum deferat, accuſetque eum ſecum rem habuiſſe. Res igitur ſtatim horroris plena a civilibus & ſacris viris reprehendebatur. Aderant viri pii mœſtitiæ ac doloris pleni; neque aberant impii, qui exiſtimabant fore, ut quædam minime vulgaris nota Orthodoxorum inureretur Eccleſiæ: aderant ſycophantæ ſuperbia elati & gaudentes, quaſi ſtatim accuſatio promptam habitura eſſet demonſtrationem, & certum judicium.*

III. Methodius ſe calumnia purgat.

*Adducta in medium mulier, quæ docta fuerat, Judicibus enarrabat. Indignabantur Judices, & præ cæteris Magiſter militum Manuel, quod unius viri opera Orthodoxorum multitudo periclitaretur, & ludibrio eſſet futura adverſariis. His omnibus cognitis S. Methodius, qui ſtudebat impios de ſpe deiicere, & pios, qua tenebantur, gravi animi moleſtia liberare, neque lapis offenſionis volebat eſſe Eccleſiæ: nihil hominum frequentiam veritus; rejecta veſte, in conſpectu omnium qui ſpectatores aderant, pudenda nudat, omni honore & reverentia revera dignus. Et illa omnibus conſpecta ſunt ita morbo quodam conſumpta, ut naturalis prorſus eſſent virtutis expertia. Factum hoc pudore ſceleratos perfudit, & calumniatores & quam maxima lætitia & jucunditate affecit pios viros. Qui ad eum accurrentes, ſummo cum gaudio ſalutabant, neque præ ingenti lætitia intelligebant quidnam facerent. Et quidnam ex propinquioribus ad eum accedens, interrogabat Patriarcham leni voce, quod ſe ab eo diſcere oſtendebat cupere, qua ratione ei virilia membra contabuiſſent.*

IV. A Petro Apoſt. Methodius liberatus carnis incendio.

*Qui reſpondens, rem alte a principio exorſus enarrabat. Se olim Romam ad Papam miſſum propter excitatas ſanctiſſimo Patriarchæ Nicephoro lites: ibique commorantem, a dæmone carnis amatore ſpiritu fornicationis, moleſtia affectum. Qui ubi non deſtitit dies ac noctes ſe invitare, & carnalis copulæ ſibi cupiditatem iniicere: incenſum libidine, jamque victum ſe agnoſcentem, Petro Apoſtolorum principi addixiſſe ſe ſeipſum, eique ſupplicaſſe, ut ab corporea hac libidine ſe liberaret. Quem ſibi in ſomnis viſum, nocte dextera manu attigiſſe pudenda, & incendiſſe, hæc locutum; ne amplius in poſtremum voluptatis cupiditatem metueret: & a ſomno excitatum, non ſine vehementi cruciatu inveniſſe ita effectum, ut illi conſpexerant. Quæ cum dixiſſet Patriarcha, Manuel haud ferendum ratus improbum illum conatum, decrevit mulierem examinandam, ut indicaret doli machinationem.*

Detegitur fraus hæretic.

*Statim igitur ipſi intentatus eſt gladius, & virgæ ſpinis obſitæ adducebantur, & carnifices idonei præſto fuere: quibus infelix deterrita, rei veritatem patefecit, & quomodo dolus conſutus eſſet, & fraudem, qua decepta eſſet, obligationem auri, & multas pollicitationes; & eos nominavit, qui hæc patrarant, & totum rei indicavit commentum. Adiecit etiam, ſi quis domum ſuam abiret, eum aurum in marſupio reperturum in quadam arca frumenti plena. Statimque e ſatellitibus unus miſſus eſt, & aurum adductum, & facinus fuit manifeſtatum. Ac debitas pœnas ſycophantæ perſolviſſent, niſi impune hoc ipſis crimen dimitti petiiſſet Patriarcha Methodius, ſuum Dominum imitatus. Hoc tantum pœnarum & ſupplicii ſubirent, ut annis ſingulis in publica Orthodoxorum celebritate, ab immaculato templo Dei Genitricis, quod eſt in Blachernis, cum facibus ad ſanctæ Sophiæ templum accederent, ibique ſuis auribus perciperent anathema illud, quod uſque ad exitum vitæ ipſorum ſervatum eſt.* Hactenus Curopalates, & alii Græcorum hiſtorici.

V. Vidiſti, Lector, omnia hæreticorum machinamenta ad profectum Catholicæ Eccleſiæ proveniſſe: ex tanta enim calumnia S. Methodius redditus eſt illuſtrior, & dum verenda nudat, reverendiſſimus oſtenſus eſt ipſe, dum cogente neceſſitate, factum revelat glorioſum, quod hactenus obvolutum ſilentio tenuiſſet. Hæretici vero calumniantes, ex ubere ſemente ſparſæ calumniæ meſſuerunt confertos manipulos ignominiæ, annis ſingulis falce juſtitiæ recidendos, & in Eccleſiam Catholicam inferendos, non ad benedictionem promerendam, ſed ad anathema magna confuſione publice audiendum, ut ſecundum divinum oraculum acciderit eis (a): *Qui ſeminat iniquitatem metet mala: & virga iræ ſuæ conſummabitur.*

(a) Prov. 22.

VI. At non illis contigit, quod peccantibus precatur David, ut convertantur: (b) *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Siquidem iſti, quos eorum malitia excœcavit, majori obſtinatione obdurati, deteriora prioribus ſcelera addidere: nam audi quid de Joanne, qui ad pœnitentiam detruſus fuerat in monaſterium, idem, qui ſupra, Curopalates ſubiiciat: *Execrabilis vero Joannes in quoddam monaſterium detruſus, cum in quadam parte conſpicatus eſſet reſtitutam imaginem Chriſti Dei, ejuſque Matris, & Angelorum; ſuo diacono præcepit, ut eo aſcendens, venerandarum imaginum oculos effoderet. Quod ubi audivit pia Regina, zelo divino incenſa, eidem oculos effodi juſſit. Verum hoc factum non eſt, quod quidam probi & idonei viri interceſſere; ſed miſſis ſatellitibus, ducentis eum verberibus loris percutiendum curavit.* Huc uſque de impio Joanne pſeudopatriarcha Curopalates.

(b) Pſal. 82.

Joannes impius jure cæditur loris.

VII. Quod ad res ſpectat Occidentales, componendæ ac ſtabiliendæ pacis cauſa: rurſus arbitrio Epiſcoporum inter Reges fratres regnum Francorum dividitur. Cum enim (ut anno ſuperiori demonſtratum eſt) regnum Lotharii Imp. in pœnam ſæpe fracti fœderis itidem ab Epiſcopis inter Carolum & Ludovicum fratres, qui eum bello ſuperaverant, diviſum eſſet: ipſe Lotharius legationibus pacis eoſdem ſæpe conveniens, ſupplici petitione, quod amiſerat, ſibi reddi ſollicite poſtulavit. Cum tamdem pii fratres, paci totius populi conſulentes, nova regni partitione eidem ſatisfacere voluerunt. Quomodo autem iſta tranſacta inter eos ſint (c), Nithardus, qui aderat in exercitu Caroli inter primos exacte deſcribit, & inter alia, iſta habet de legatione Lotharii ad fratres miſſa: *Joſephus, Ebenhardus, Egbertus, una cum cæteris a parte Lotharii ad illos venerunt, dicentes, quod Lotharius cognoviſſet ſe in Deum, & in illos deliquiſſe; nolletque amplius, ut altercatio inter illos, & populum Chriſtianum eſſet, ſi vellent aliquid illi ſuper tertiam partem regni propter nomen Imperatoris, quod illi pater illorum conceſſerat, & propter dignitatem Imperii, quam avus regno Francorum adiecerat, augere facerent; ſin aliter, tertiam tantummodo partem totius, abſque Longobardia, Bajoaria, & Aquitania illi concederent, regeretque quiſque illorum, Deo favente, portionem regni ſui, prout melius poſſet; frueretur alter alterius ſubſidio ac benevolentia; conficerent pacem, & leges ſibi invicem ſubiectas; eſſetque inter illos pacta pax perpes.*

(c) Nith. l. 4.

Lotharius ſupplex pacem rogat a fratribus.

VIII. Pax inter Lothar. Imp. & Reges fratres.

*Quod cum Ludovicus & Carolus audiviſſent, plebique univerſæ placitum eſſet in unum una cum primoribus coeunt, & quod de talibus acturi eſſent, gratianti animo conferunt. Ajebant ſe hoc in exordio diſſenſionis voluiſſe, & quamquam peccatis intercedentibus, proficuum eſſe non poſſet, ſæpe hoc illi mandatum fuiſſe. In eo tamen omnipotenti Deo gratias referebant, cujus tandem ope adjuti, hoc promeruerunt, ut frater illorum, qui ſemper pacem & concordiam ſpreverat, Deo largiente, tum illam petebat. Verumtamen more ſolito ad Epiſcopos, ſacerdoteſque rem referunt: ut quocumque divina auctoritas id vertere vellet, nutu ipſius, libenti animo præſto adeſſent. Quibus cum undique ut pax inter illos fieret, melius videretur, conſentiunt, Legatos convocant, poſtulata concedunt, &c.* Quomodo autem convenientibus ſimul, cuncta ſunt juramento firmata, idem auctor pluribus narrat.

Quæ

PAGIUS I. *Pax inter tres Francorum Reges anno ſuperiori inchoata.*

Ad num. VII. & ſeq. Auctor brevis Chronici San-Gallenſis ad annum DCCCXLII. ſcribit: *Diviſio regni inchoata.* Tum ad annum currentem: *Pax facta inter illos*; quod totidem verbis in Annal. Hepidanni Monachi Sancti Galli etiam legitur. In Chronico vero Hildensheimenſi ad hunc annum habetur: *Hoc anno facta eſt pax inter Lotharium, & Ludovvicum & Karolum fratres ſuos.* Nithardus libros quatuor de diſſenſionibus filiorum Ludovici Pii Imp. *ad ann. uſque DCCCXLIII.* ſcripſit, ſed ultimus mutilus ad nos pervenit. Is poſtquam locutus eſt de conjugio Hirmentrudis cum Carolo Calvo, uno ex Francorum Regibus ait: *Nuptiis quidem XIX. Kal. Januarii expletis, Natale Domini ad Sanctum Quintinum celebre peregit. Valentianas quoque, qui de fidelibus ſuis inter Moſam, Sequanamque cuſtodiæ remanere deberent, ordinavit. Idem vero partibus Aquitaniæ una cum conjuge anno DCCCXLIII. Incarnationis Domini in hyeme iter direxit.* Ubi loco, *anno DCCCXLIII.* legendum *an. DCCCXLII.* Nithardus enim, ut anno DCCCXL. num. II. oſtendimus, annos Chriſti vel a Paſchate, vel a die XXV. menſis Martii exorditur, uti etiam Auctor Vitæ Ludovici Pii, & Jonas Epiſcopus Aurelianenſis in Hiſtoria Tranſlationis Reliquiarum Sancti Huberti Leodienſis Epiſcopi a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. I. recitata, ubi ait, Carolum M. anno DCCCXIII. vita functum eſſe, quia ſcilicet *Carolus* M. menſe Januario anni DCCCXIV. mortuus eſt, qui juxta eos, qui annum a Paſchate vel ab Annunciatione B. Virginis auſpicantur, erat tantum annus DCCCXIII.

II. Regni igitur Francorum diviſio inter Lotharium Imperatorem, Ludovicum Germaniæ Regem, & Carolum Calvum Francorum Regem pe-

IX. Quæ autem hoc anno, quo facta eſt partitio regni inter tres fratres, contigiſſe narrat Hincmarus, hujus temporis auctor magni nominis, in tranſlatione priori corporis S. Remigii, digna plane ſunt, quæ hic deſcribantur (a). Miſericors Deus, qui neminem vult perire, terribilibus ſemper exemplis ſignificavit, quam graviſſimum ſcelus eſſet bona Eccleſiarum abripere. Quod autem ejuſmodi ſacrilegium his maxime temporibus plurimum invaluiſſet, mirifica Deus oſtendit ſuæ indignationis in delinquentes ſupplicia, quibus alii, quibus ineſſet mentis ratio, exterrerentur. Hincmarus igitur de his, quæ ſuo tempore in ſua Eccleſia acciderunt, ſuo ſtylo ita deſcribit (b): *Quando tres fratres Reges, Lotharius, Ludovicus, & Carolus regnum poſt patris ſui obitum inter ſe diviſerunt: Epiſcopium Rhemenſe, quod tenebat Fulco presbyter, Carolus inter homines ſuos diviſit. Villam Juliacam Richuvino in beneficium dedit.* Eſt mentio Richuvini Comitis apud Eginhardum, reperiturque ſubſcriptus cum aliis Comitibus teſtamento Caroli Magni. Pergit vero Hincmarus:

(a) *Annal. Francor. a Pith. edit. hoc anno.*

(b) *Hincm. de tranſlat. S. Remig.*

X. *Cum autem uxor illius, nomine Berta in cubiculo villæ ipſius jaceret, venit ad eam S. Remigius, dicens: Non eſt iſte locus tuus ad jacendum; alterius meriti & officii eſſe debet, qui hanc villam habere, & in hoc cubiculo jacere debet: ſurge quantocyus, & hinc abſcede. Quod illa parvipendit, putans ſe viſum inane videre. Altera vice venit ad eam S. Remigius, & dixit ei: Cur hinc non abſceſſiſti, ſicut tibi præcepi? vide, ne amplius hic te inveniam. Quod illa ut prius pro nihilo duxit. Tertio ut venit ad eam S. Remigius dixit: Nonne etiam ſemel & ſecundo tibi præcepi, ut hinc abſcederes? Sed quia contempſiſti hinc pergere, aliorum deportatione abſcedes: & percuſſit illam virga, quam tenebat in manu. Quæ, toto corpore in maximum tumorem converſo, quod vidit, viro ſuo Richuvino, & aliis quamplurimis dixit, & per aliquantos dies ſeveriſſime cruciata, vitam finivit. Cujus corpus vir ejus in Eccleſiam S. Remigii deportari, eamque ibidem ſepeliri fecit.* Et inferius:

Divina ultio in occupantes bona Eccl.

*Licet non tam frequenter exerat Deus in pernicioſos vindictam, non tamen uſquequaque inulta noſtris temporibus deſerit præſumptorum piacula. Nam Blithgarius quidam nuper manſum de theſauro Eccleſiæ in villa Tenoilo pretio apud Bernardum cuſtodem obtinuit, unde famulos S. Remigii cum flagellis ejecit. Clamantibus autem eis S. Remigium, ut eos adju-* XI.

PAGIUS *Regnum inter eos hoc anno diviſum.*

peracta, in Nithardo deſideratur, ſed eamdem referunt Annaliſtæ Metenſis & Bertinianus ad hunc Chriſti annum. Hæc Annaliſtæ Metenſis verba: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLIII. deſcripto Regno* (anno ſcilicet ſuperiori) *a Primoribus & inter partes diviſo, apud Virdunum Galliæ civitatem tres Reges menſe Auguſto convenientes, Regnum inter ſe dividunt. Et Karolo quidem Occidentalia regna ceſſerunt, Ludoico vero Orientalia, ſcilicet omnis Germania uſque ad Rheni fluenta. Porro Lotharius, quia major natu erat, & Imperator appellabatur, medius inter utroſque incedens, regnum ſortitus eſt, quod hactenus, ex ejus vocabulo Lotharii nuncupatur, totamque Provinciam, nec non & omnia regna Italiæ, cum ipſa Romana urbe. Factaque inter ſe pace, & juramento firmata, ſinguli ad diſponendas & tuendas regni ſui partes revertuntur. Karolus Aquitaniam, quaſi ad partem regni ſui jure pertinentem affectans, Pippino nepoti ſuo moleſtus efficitur: eumque crebris incurſionibus, infeſtans grande detrimentum proprii exercitus ſæpe pertulit.* Obtigit itaque *Ludovico* Germania omnis Tranſrhenana, cum paucis aliquot cis Rhenum Urbibus & pagis; *Carolo* ad Occidentem, quidquid Galliæ ab Oceano hinc ad Moſam & Scaldim, inde ad Rhodanum & Ararim porrigitur. *Lotharius* Imperator reliquas Galliæ Provincias, quæ inter Moſam & Rhenum, quæque inter Rhodanum, Ararim, & Alpes ſitæ ſunt, cum Longobardiæ Regno ſortitus eſt. Omneſque Francorum Reges appellati, qui *unitum Francorum regnum fœda ſectione ſciderunt, & exteris nationibus occaſionem rebellandi contulerunt. Ingruentibus enim Normannis, Dacis & Britonibus ſunt Chriſtianorum ſtrages, deprædationes, vaſtationes incenſiones*, inquit Hugo Flaviniacenſis Abbas in Chronico Virdunenſi, qui verbo *rebellare* intelligit *iterum bellare*, ut paſſim alii hujus temporis Hiſtorici.

III. De hac inter tres fratres Francorum Reges pace agit etiam Regino in Chronico, ſed perperam ad annum DCCCXLII. Eam enim hoc anno ſancitam, teſtantur etiam Annaliſtæ Bertinianus & Fuldenſis, hicque eam *menſe Auguſto* factam obſervat. Carolus in Libello proclamationis apud Saponarias adverſus Guenilonem Archiepiſcopum Senonenſem porrecto, prædictam Regni partitionem atque amicitiam quam iniit cum Ludovico fratre, ſacramento ejuſdem Guenilonis firmatas eſſe ait: *Poſt hæc de diviſione regni inter me & fratres meos ratio eſt exorta, notiſſima, unde partem diviſionis cum mutuis, noſtris ſcilicet noſtrorumque fidelium ſacramentis, ſicut etiam Primores regni totius invenerant, tuendam & gubernandam ſuſcepi. Quam diviſionem inter me & fratres meos, de cætero a me ſubſtantialiter tenendam ſicut & alii, qui ibi adfuerunt Epiſcopi, Guenilo mihi fratribuſque meis propria manu juravit; pacem etiam & mutuum adiutorium inter me & præfatum fratrem Ludovicum Guenilo ſacramento firmavit.* Ubi Carolus Rex mentionem etiam facit alterius pacis, quam anno ſuperiori cum Ludovico fratre privatim pepigit, & *Venilo* ſeu *Guenilo* tunc ſacramento firmavit. Ex laudato loco aliqui viri docti deduxere, *Venilonem* anno tantum DCCCXLII. Archiepiſcopum Senonenſem ordinatum eſſe, quod tamen ex eo minime ſequitur; ad hanc enim dignitatem anno antecedenti evectus fuerat, ut ſuo loco vidimus.

*Hanc pacem Wenilo ſacramento firmavit.*

IV. Baronius refert ex Nithardo lib. 4. pacem in-



*juvaret, idem Blithgarius cum irriſione illis reſpondit: Modo parebit, qualiter vos ſanctus Remigius adjuvabit. Videte quomodo in adjutorium veſtrum venit. Et inter hæc verba cum maximo clamore ingemuit; & incredibiliter inflando intumuit, ſicque medius crepuit, & mortuus eſt, &c.* Plura addit in deteſtationem ſceleris, admonens fideles ab hujuſmodi peccatis abſtinere. Porro qui hæc ſtylo proſecutus eſt Hincmarus, nondum erat Epiſcopus Rhemenſis, ſed eam Eccleſiam occupabat Fulco, ſive Fulquus presbyter; ipſum vero Hincmarum, nonniſi poſt annum ſequentem in eadem Eccleſia contigit creari Epiſcopum, ut ſuo loco dicetur.

XII. Hoc anno Gregorius Papa quartus: cum ſediſſet annos ſexdecim, diem clauſit extremum. Hoc quidem anno eſſe defunctum, veteres Annales Francorum teſtantur poſt Anaſtaſium, licet ſint, qui ejus obitum in annum ſequentem abſque veterum aſſertione reiiciant. Cum autem res ab eo geſtas per annos ſingulos digeſſerimus, hic ad poſtremum ad laudem ejus tamquam phaleras ſepulcrales foras prodimus ornamenta plurima, quæ diverſis Urbis Eccleſiis contulit, diverſis ſui Pontificatus annis, quæ Anaſtaſius eo ordine recenſuit, quo deſcripta reperit in libro rationum expenſarum. Quorum cum nonnulla ſuis locis ſuperius recenſuerimus; hic modo ſunt deſcribenda, quæ, quo certo ſuæ ſedis anno facta ſint, ignorantur: atque in primis quam præ cæteris coluit baſilicam ſanctæ Mariæ Tranſtyberim, dictam Calliſti quibus auxerit donis, dicendum eſt. Anaſtaſius enim hæc habet:

Gregorius Papa moritur.

XIII. *Cumque hæc omnia, quæ ſuperius intexta leguntur, conſummata fuiſſent atque perfecta a quarto hujus intemeratæ Sedis Papa Gregorio, Deo favente, piger eſſe nolens, cœpit incunctanter poſt curam gregum de cultura & melioratione tractare locorum, ut ſuis temporibus novæ culturæ forma conſolidata eſſet: quod intercedente apud Dominum principe Apoſtolorum Petro, juxta votum ſui deſiderii factum eſt. Ideo cum talia propoſiti ſui animo volveret & cogitaret: repente in memoriam ejus recurrerunt, quod juſtum non eſſet, ſi amplius Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis, quæ more veterum, nunc uſque Calliſti dicitur, ſine monachorum officio conſiſteret, maxime cum in ea ſignorum non minima frequenter fierent miracula & virtutes diverſæ. Tunc demum divinitus compunctus corde, & Dei omnipotentis roboratus & fretus juvamine, juxta latus prænominatæ baſilicæ, monaſterium a fundamentis ſtatuit, & novis fabricis decoravit. In quo etiam monachos canonicos aggregavit, qui ibi officium facerent, & omnipotenti Deo grates & laudes diebus ſingulis ac noctibus proſequentes, intimo cordis ſpiramine decantarent. Qui ſicut in præſentiarum cernimus, magno conamine, magnoque ſtudio Paſtor eximius hoc opus valde firmiſſimum ampliavit. Nam ubi nulla antea erat cultura poſita, modo, Deo diſponente, pulchra ſunt habitacula monachorum. Et loca, quæ nuper ab hominibus videbantur vepribus, vel immunditiis plena, nunc in eis cellulæ conſtructæ ſunt, in quibus oves Chriſti cum ſuis ad laudum officia habitant, & dormiunt.*

*Eo itaque tempore ſæpe dictam Eccleſiam, quæ quibuſdam per circuitum locis longo ſenio erat perrupta, quam firmiſſimis undique munitionibus reſtauravit. Et in ea ſanctum fecit præſepium, ad ſimilitudinem præſepii ſanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur, Majoris: quod ſcilicet laminis aureis & argenteis decoravit. In quo pro remedio, & venia delictorum obtulit dona, imaginem auream, habentem hiſtoriam Dominæ noſtræ cum diverſis pretioſis gemmis hyacinthinis majoribus tredecim, praſinis decem, albis majoribus, numero vigintiocto, * alamandrinis majoribus, numero viginti, albis modicis ....... in circuitu capitis coronæ diverſis filo paribus. Circellorium paria duo, habentia gemmas pre-* XIV.

* f. adamantinis.



PAGIUS inter *Lotharium* Imperatorem & fratres ejus conſtitutam, ac Legationem Lotharii ad utrumque fratrem. Sed cum Nithardus ea narret, antequam ſermonem habeat de nuptiis Caroli Regis cum *Hirmentrude*, die XIV. menſis Decembris anni ſuperioris habitis, manifeſtum eſt, quæ ex Nithardo Baronius narrat, ad annum ſuperiorem pertinere.

*Geſta anno ſuperiori.*

V. A num. XII. ad XXIX. *Gregorius* Papa hujus nominis IV. anno tantum ſequenti e vivis exceſſit, ut Sigebertus, Marianus Scotus, Hermannus Contractus in Chronicis, Annaliſta Bertinianus, aliique docent. Annaliſtæ quidem Fuldenſis, & Metenſis, hujus Pontificis mortem in præſentem annum conferunt; ſed cum Auctores iſti nihil referant quod ex aliis non acceperint, & in Chronologia parum verſati fuerint, non mirum ſi hoc anno *Gregorii* Papæ obitum collocent; cum die viceſima quinta menſis Januarii anni ſequentis contigerit, quo annum Chriſti a Paſchate, vel a die XXV. Martii Scriptores, a quibus hoc mutuati ſunt, auſpicantes annum DCCCXLIII. adhuc numerabant. Similes errores Chronologici tam in iſtis Annaliſtis, quam in aliis a Ducheſnio editis ſæpe occurrunt, & tamen eos omnes annum a die Natali Chriſti inchoare, certum eſſe debet. Non me latet, Viros aliquos doctiſſimos ex hujuſmodi horum Annaliſtarum anachroniſmis ſumſiſſe occaſionem exiſtimandi, eos vel a paſchate, vel a die XXV. Martii annos Chriſti inchoare; at, ſi varia unius & ejuſdem Annaliſtæ

*Gregorius IV. PP. anno ſequenti mortuus.*

*pretioſas albas, numero viginti octo, praſinas hyacinthinas quatuor. Item in æde imaginis murenas praſinas pretioſiſſimas duas, ex quibus una habet pendula numero undecim. Item murenam eriphilem auream, habentem gemmas diverſas, albas numero ſeptuaginta tres, & bacciculas triginta tres; aliam murenam, in qua pendent gemmæ hyacinthinæ tredecim; digitias aureas novem, pendentes ad filum aureum. Item murenam filatam, ex qua pendent gemmæ hyacinthinæ quatuordecim cum ſigno Chriſti, habentem victicellas duas; & minores tres omnes murenæ pendentes in eis, gabathas aureas habent puriſſimas, interſatiles, filo pares, & ſignum Chriſti pendens in catenulis tribus, & liliis, in quibus legitur:*

*DONA DEO ET SANCTÆ MARIÆ QUÆ VOCATUR PRÆSEPIS TRANSTYBERIM DOMNUS GREGORIUS PAPA QUARTUS PURO CORDE OBTULIT.*

XV. *Addidit & gabathas tres ſoxicas, ſignum Chriſti, habens hiſtoriam in modum leonis capillati cum diverſis operibus puriſſimi auri, pendens in catenulis quatuor & uncino uno. Item gabatham ſoxicam, habentem leones quatuor, & diverſas imagines ſerpentium, & medio ſtantem pinum, & quatuor leunculos, nodis aureis pendentes in catenulis tribus & uncino uno. Quæ omnia domnus Gregorius Pontifex libenti obtulit animo.* Et poſt multa inferius:

*Idem a Deo electus & præclarus Antiſtes obtulit in Eccleſia beatæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, quam Calliſti & Cornelii vocant, coronas argenteas duas, & per unamquamque delphinos duodecim, penſantes ſimul libras duodecim. In dicta baſilica fecit caniſtra argentea quatuor cum inſcriptione:*

*DEI GENITRICI MARIÆ GREGORIUS IV. PAPA. penſantia libras centum tredecim.*

XVI. *Fecit idem venerabilis Papa in eodem ſancto loco, intra ambitum ipſius Eccleſiæ operoſam & decoram conſtructionem. Nam prius altare in humili loco ſitum fuerat pene in media teſtudine, circa quod plebs utriuſque ſexus conveniens erat, dum Pontifex cum clero cum plebe confuſe commixto, ſacra myſteria faciebat. Sed & ſancta corpora beatorum Calliſti, Cornelii, & Calepodii in media plaga tumulata, poſt tergum populi jacentia non digne honorificabantur. Quod religioſiſſimus Papa non leviter tulit, ſed ſolerti, ſolitoque ſtudio intima induſtria operam adhibens, mirificum opus inchoans conſummavit. Nam refoſſo clandeſtino antro, ſumma cum reverentia præfata ſancta corpora elevans, in occidentali plaga ejuſdem Eccleſiæ, hoc eſt in ambitu abſidis honorifice collocans, occuluit; circa quæ maximæ molis aggregans aggerem, coopertum magnis lapidibus tribunal erigens decoravit, ſupraque Confeſſionem reſpicientem ad ortum ſolis, miri operis cælaturæ ornata compagine coaptavit: ſiquidem baſes altaris (quod miro modo ex argento puriſſimo comens, in honorem Dei Genitricis ſemperque Virgini Mariæ) elatius priore erexit intra conſurgentes pulchri operis gradus: atque presbyterium amplo circuitu operis funditus conſtruxit: cui ex ſeptemtrionali plaga lapidibus circumſeptum marmoreum poſuit.*

*Sed & decorem altari addens, & Matrem Domini merito honorans, fecit ibidem veſtem de chryſoclavo cum blatta Byzantina habentem hiſtoriam Nativitatis & Reſurrectionis Domini noſtri JESU Chriſti, & deſuper imaginem Dei Genitricis Mariæ, refoventem imaginem Salvatoris ſui. Idem vero a Deo præfectus Pontifex fecit hamas argenteas ſex quæ procedunt per omnes ſtationes librarum tredecim, ſcyphos duos penſantes ſingulè libros decem, gemmiliones octo, penſantes ſinguli libras duas.* Et poſt multa de aliis Eccleſiarum ornamentis ſubdit Anaſtaſius iſta, poſtea ibidem ab eodem Pontifice collata. *Item in venerabili monaſterio ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, & ſanctorum Calliſti & Cornelii Tranſtiberim fecit caniſtra argentea, numero ſex, quæ penſant ſimul libras decem & octo, ſcyphum unum penſantem libras octo, ſidonem unum penſantem libras tres:* Et rurſus de eadem: XVII.

*Obtulit in baſilica ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Tranſtiberim veſtem de Tyrio, habentem hiſtoriam Dominicæ Nativitatis & Reſurrectionis Domini noſtri JESU Chriſti.* Hactenus de rebus collatis in dictam Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Tranſtiberim.

XVIII. Quæ Gregorius in baſilica S. Petri. Quæ autem idem Pontifex contulerit dona Eccleſiæ S. Petri, idem Anaſtaſius ſic narrat: *Hæc denique poſtquam a dicto Pontifice decenter expleta eſſent, ea, quæ in Eccleſia B. Petri Apoſtoli foris muros, longo jam ſenio laſſata videbantur, ad priſtinum ſtatum, cultumque perduxit. Nam pene totam porticum ſuper Oratorium Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ Mediana dicitur, noviter ex trabibus, cæteriſque lignis ob decorem baſilicæ renovavit. Immo & aliam ſimiliter porticum ante valvas argenteas, novoque opere cultuque præcipuo perfecit. Nec non in fronte Paradiſi jam fatæ Eccleſiæ principale muſivum: nam cuncta, quæ a priſcis temporibus in eodem pariete erant diruta, velocitate nimia pingere, & reſtaurare decrevit. Renovavit ſimiliter porticum ejuſdem baſilicæ quæ ſuper gradus ejus eſſe perſpicitur, per quos populo orationis voto præbet aſcenſum. Fecit etiam juxta accubitum pro quiete Pontificis, ubi poſt orationes Matutinales vel Miſſarum officia ejus valeant membra * repauſari, hoſpitium parvum, ſed honeſte conſtructum, picturis decoratum eximiis.* Et inferius: *Fecit etiam in Oratorio ſanctiſſimi Papæ Gregorii, ſito intra Eccleſiam B. Petri Apoſtoli columnellas argenteas quatuor, habentes libras argenti quadraginta.*

* ſoporari.

XIX. *Poſt hæc namque omnia ipſe venerabilis Pontifex in Curte, quæ cognominatur Draconis, domum ſatis dignam, undique parietibus & ſolaribus circumdatam, a ſolo noviter ſtatuit, in qua tam ipſe, quam futuri Pontifices cum omnibus, qui eis obſequuntur, quamdiu placuerit, ibidem ſpatioſe immorari valeant. Fecit ſimiliter in Curte alia, quæ Galaria vocatur, domum aliam ſpatioſam, & longam ſatis atque præcipuam, ad opus atque utilitatem Pontificum: ubi quoties opportunum fuerit, cum omnibus, qui ei famulantur, ampliſſime hoſpitetur.* Et de baſilica rurſum ſic habet: *Fecit in baſilica B. Petri Apoſtoli vela cum chryſoclavo, numero quatuordecim, habentia diverſas hiſtorias Evangeliorum* (hoc eſt Evangeliſtarum) *& paſſiones beatorum Petri & Pauli, necnon Andreæ Apoſtoli, quæ dependent inter imagines, auro argentoque fuſas in trabe deſuper argentata, antequam adeas ſacram Confeſſionem, ſpecioſa valde nimis, uſibuſque humanis præcipua.* Rurſum vero idem Anaſtaſius: *Hic benignus & præclarus Pontifex, bonus & verus Paſtor, conſiderans Romanorum penuriam, qui ubi molerent triticum ad edendum, nullo modo haberent: divino fretus auxilio, Formam, quæ Sabbatina vocatur, quæ jam per plurimos annos fracta atque deſtructa eſſe videbatur, elato operis ſtudio, ſicut prioribus fuerat ædificata temporibus, noviter fecit inſtruere, ita ut ad Eccleſiam B. Petri, & ad Janiculum ſicut prius, aquæ affluenter decurrerent.* Hæc de his, quæ ſpectant ad baſilicam S. Petri. De ædificiis vero in Laterano ab eodem conſtructis, idem Anaſtaſius iſta habet:

XX. Baſilicæ Lateranenſi quæ contulit Gregor. Papa. *Fecit in Patriarchio Lateranenſi Triclinium miræ magnitudinis * decoratum cum abſide de muſivo, & alias abſides duas dextra, lævaque poſitas infra paracellarium, variis hiſtoriis depictas.* Ac rurſum inferius: *Itemque inter cætera bonæ operationis exempla, fecit in Patriarchio Lateranenſi pro utilitate, ſeu uſu Pontificis prope Oratorium S. Chriſti martyris Laurentii habitaculum ſatis idoneum, ubi quies eſt optima; ut cum clericis idem ſanctiſſimus Pontifex inde digrediens, omnipotenti Deo debitas laudes perſolveret; ſed & deſcenſum, qui paracellarium reſpicit, per quem antea homines veluti in nocte aſcendebant, & deſcendebant, ita noviter reformavit, ut nulla inde tranſeundi deinceps, ut antea, obſcuritas valeat impedire. A quo videlicet loco uſque ad Oratorium S. Laurentii cuncta, quæ erant vetera reſtauravit, & alia nova adiecit, in quibus tres caminatus fieri juſſit. Renovavit & balneum, quod juxta paracellarium ſitum eſt, a fundamentis per totam, & marmoribus, cæteriſque placibilibus operibus decoravit. Pari modo & in Eccleſia Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, fecit veſtem auritextilem, habentem hiſtoriam Palmarum, & Cœnæ Domini.* Et paulo poſt: *Fecit in baſilica Salvatoris veſtem cum chryſoclavo unam, habentem in fronte altaris hiſtoriam beatiſſimorum Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ Joannis: & per*

* deauratum.



PAGIUS liſtæ loca inter ſe contuliſſent, inveniſſent, eum utramque ſupputationem adhibere, ſed raro eam quæ Incarnationis annos a Paſchate vel ab Annunciationis B. Virginis deducit. Sic Annaliſta Moiſſiacenſis, qui anno DCCCI. tradit, Carolum M. in ipſa Nativitate D. N. J. C. nomen Imperatoris accepiſſe, quique ideo ab eo die, ut paſſim aliis in locis, anni initium repetit, mortem ejuſdem Caroli M. cum anno DCCCXIII. alligat, quæ tamen ſecundum eam ſupputationem ad annum DCCCXIV. pertinet. Annaliſta igitur iſte quod de ejus coronatione & morte ſcribit, e diverſis Auctoribus deſumſit. Quod & de aliis Francorum Annaliſtis dicendum.

VI. Mors ejus in diem XXV. Januarii incidit. Porro *Gregorium* IV. anno ſequenti, idque *VIII. Kal. Februarias*, ſeu die 25. menſis Januarii obiiſſe, ut produnt Sigonius lib. 5. de Reg. Ital. & Onuphrius in Chronico Eccleſ. indubitatum eſſe arbitror. Poſt mortem enim ejus ceſſavit Pontificatus *dies quindecim*, ut habent varia MSS. Anaſtaſiana in fine editionis Regiæ citata, exemplar MS. Anaſtaſii Bibliothecæ Colbertinæ n. 417. ab annis circiter quingentis exaratum; Catalogi duo a nobis editi, ſc. IV. & VI. ac Ordericus lib. 2. & Sergius II. ejus Succeſſor die decima Februarii anni ſequentis ordinatus eſt, ut in huius morte referenda oſtendemus. Anaſtaſius nec annum mortis Gregorii IV. nec dies & menſes, quibus ſupra annos ſedit, memorat, ſed in Sergio II. ait tantum Gregorium IV. *per ſexdecim ſolertiſſime* gubernaſſe *Eccleſiam annos*. Quare Papebrocius, qui in Conatu-Chronico Hiſtorico recte mortem ejus in annum ſequentem differt, & ceſſationi Sedis dies quindecim attribuit gratis aſſerit, eum ſediſſe annos XVI. dies VII. & mortem ejus cum die XI. Januarii non bene illigat.

*& per altaris circuitum ſimiliter uno corpore cohærentia quaſi vela, ſimiliter de chryſoclavo quaſdam picturas habentes in modum gryphorum cornua in frontibus picta.* In baſilica autem S. Pauli iſta, quæ ſequuntur:

XXI. Quæ baſilicæ S. Pauli obtulit.

*Idem vero prædictus Præſul obtulit in Eccleſia Doctoris Gentium B. Pauli Apoſtoli cortinam fundatam, pendentem in arcu triumphali, habentem in medio Annuntiationem, & Nativitatem Domini noſtri JESU Chriſti. Item velum holoſericum, pendens in tegulari ſub imagine argentea, habens hiſtoriam Imperatoris. Ibidem & ipſe fecit duo alia modica vela fundata, quæ pendent in circuitu altaris foris, numero ſexdecim. Item vela quinque pendentia intus in circuitu altaris, habentia lora vigintiquinque. Item vela, quæ pendent in presbyterio, numero vigintiquatuor. Vela fundata, quæ pendent per arcus majores, numero quadraginta. In Ciborio ipſius Eccleſiæ fecit vela quatuor.* Et inferius: *Idem a Deo protectus Pontifex in eadem Eccleſia Doctoris Gentium fecit vela de chryſoclavo per arcus presbyterii, habentia hiſtoriam beati Pauli Apoſtoli, & in circuitu liſtas ex auro, numero vigintiſeptem.* Et de eadem: *Obtulit & ibidem veſtem de chryſoclavo, habentem effigiem Domini noſtri, & in ejus obſequium a dextris, & a ſiniſtris Angelos & Apoſtolos miræ magnitudinis & pulchritudinis, diverſis lapidibus & margaritis ornatam, pulcherrimeque contextam.*

Quæ S. Mariæ ad Præſepe.

*In baſilica vero ſanctæ Dei Genitricis ad Præſepe iſta: Fecit ibi Ciborium de argento puriſſimo, penſans libras quadringentas, & coronas ex auro puriſſimo, penſantes libras decem & ſemis.* Et rurſum inferius: *Simili modo & in Eccleſia Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Dominæ noſtræ ad Præſepe fecit auro textilem, Nativitatem, Baptiſmum, Præſentationem, & Reſurrectionem, habentes in capite ipſius hiſtoriæ gemmas albas trecentas octogintaunas, hyacinthinas quinquaginta, praſinas vigintiduas, in circuitu adamantinas, habentes nomen domni Gregorii quarti Papæ.*

XXII. Quæ dona cæteris urbis Eccleſiis.

Quæ autem contulerit dona cæteris diverſiſque Urbis Eccleſiis, Anaſtaſius ita recenſet: *Fecit item in Eccleſia beati Chriſti martyris Georgii munificus Præſul hinc inde porticus: quas etiam ad decorem ipſius baſilicæ variis ornavit picturis. Abſidem vero ejuſdem Diaconiæ a fundamentis, auxiliante Domino, cum ſummo ſtudio compſit. Hic Deo amabilis Pontifex, dum diligenter cerneret, quod ejuſdem venerabilis Diaconiæ ſecretarium præ nimia temporis vetuſtate marceſceret; noviter fecit, & pro ejus honore obtulit hæc dona: veſtem de fundato unam, & aliam cum chriſoclavo, habentem imaginem Salvatoris & martyrum Sebaſtiani, & Georgii; vela de fundato majora duo, minora decem & octo.* Et inferius: *Fecit alia vela habentia in circuitu gammadias de octaplo.* Ac rurſum: *Fecit velum Alexandrinum, habens duodecim . . . . . . Sed & ante januas, velum lineum plumatum unum.* Et inferius: *Simul & in Diaconia beati Chriſti martyris Georgii fecit coronam de argento cum delphinis duodecim penſantem libras ſex.* De aliis quoque Eccleſiis iſte ſubdit idem Anaſtaſius: *Fecit in Eccleſia beatorum martyrum Coſmæ & Damiani veſtem de fundato, habentem hiſtoriam eorumdem Sanctorum de chryſoclavo.*

XXIII. *Simili modo in Eccleſia S. Abbacyri & Archangeli fecit aliam veſtem, habentem in medio hiſtoriam depictam de chryſoclavo. In baſilica S. Euſtachii idipſum. Itidem in Eccleſia SS. Sergii & Bacchi fecit veſtem de fundato. Id ipſum in Eccleſia S. Silveſtri in monte Soracte.*

*Pari modo ſarta tecta baſilicæ S. Hadriani martyris, poſitæ in Via ſacra, quæ præ nimia vetuſtate marcuerant, reſtauravit.*

*Fecit etiam in Eccleſia S. Clementis veſtem de fundato cum leonibus cum pericliſi de octaplo. Simili modo in baſilica beati Theodori martyris veſtem de fundato cum pericliſi, ut ſupra.*

*Fecit autem in Eccleſia Chriſti martyris Laurentii, quæ ponitur foris muros veſtem chryſoclavam, habentem hiſtoriam Zachæi.*

*In baſilica S. Stephani protomartyris in Cœlio monte, fecit veſtem de fundato cum gammadiis. Verum etiam in Diaconia B. Dei Genitricis Mariæ in Via lata fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatti.*

*Fecit in Diaconia B. Hadriani martyris veſtem de fundato. In Eccleſia S. Petri ad Vincula fecit veſtem de fundato, habentem leones cum gryphis. In baſilica S. Martini Confeſſoris atque Pontificis fecit veſtem de fundato, habentem leones cum arboribus. In baſilica S. Euſebii martyris fecit veſtem de holoſerico, habentem aquilas cum pericliſi de quadraplo.*

XXIV. *Item in Diaconia beatæ ſemperque Virginis in Coſmedin fecit veſtem de Tyrio, habentem hiſtoriam de Dominica Nativitate atque Reſurrectione Domini noſtri JESU Chriſti. Et ad honorem & gloriam beatæ virginis Suſannæ obtulit ejuſdem Eccleſiæ veſtem fundatam cum pericliſi de Tyrio. Et in Eccleſia B. Cyriaci diaconi & martyris veſtem de fundato, habentem pericliſin de ſtauraci. Pari modo in Eccleſia beatæ Pudentianæ virginis veſtem de fundato cum pericliſi*

*de*



*de quadraplo. Obtulit B. Vitali martyri veſtem de fundato, habentem Aquilas & pericliſin de quadraplo. Fecit & in Eccleſia B. Anaſtaſiæ Martyris veſtem de fundato, habentem aquilas & pericliſin de chryſoclavo. Obtulit & baſilicæ S. Luciæ martyris, quæ eſt in Orphea, veſtem de fundato cum pericliſi de octaplo. In titulo beati Chryſogoni veſtem obtulit de Tyrio, habentem hiſtoriam Danielis cum pericliſi de ſtauraci. In titulo Pammachii obtulit veſtem de ſtauraci cum pericliſi de quadraplo.*

XXV. *Fecit & in Eccleſia beatæ Cæciliæ Martyris veſtem de fundato, habentem aquilas & gryphos cum pericliſi de holoſerico: Pari modo in titulo Æmilianæ obtulit veſtem de fundato, habentem aquilas, & pericliſin de blatta Byzantea. Simul in Eccleſia beati Sixti martyris atque Pontificis fecit veſtem de Tyrio, habentem hiſtoriam Danielis cum pericliſi de holoſerico. Fecit in Baſilica S. Balbinæ martyris veſtem de fundato cum pericliſi de holoſerico. Itemque in titulo S. Damaſi fecit veſtem de ſtauraci, habentem periclyſin de blatta Byzantea. Et in Eccleſia Apoſtolorum Philippi & Jacobi fecit veſtem de fundato. Et in Eccleſia beati Marcelli martyris atque Pontificis fecit veſtem de fundato.* Et inferius de eadem Eccleſia: *Item fecit in baſilica B. Marcellini martyris atque Pontificis coronas ex argento tres, penſantes libras . . . . Pari modo in baſilica S. Laurentii in Lucina fecit veſtem de ſtauraci.*

XXVI. *Item in Eccleſia S. Valentini fecit veſtem de fundato cum gammadiis de octaplo.* Et poſt multa: *In monaſterio S. Sabæ fecit veſtem de holoſerico cum leonibus, habentem pericliſin de octaplo. In monaſterio S. Anaſtaſii martyris eodem modo fecit veſtem de ſtauraci cum pericliſi de quadraplo. In monaſterio S. Andreæ, quod appellatur In clivo Scauri, fecit veſtem de ſtauraci cum pericliſi de quadraplo. Sed & in monaſterio S. Agathæ martyris, quod eſt ſupra Suburram, fecit veſtem de holoſerico cum pericliſi de octaplo. In monaſterio S. Eraſmi fecit veſtem de ſtauraci cum pericliſi de octaplo. In monaſterio S. Luciæ ad Septem vias, fecit veſtem de holoſerico cum leonibus, habentem pericliſin de octaplo. In monaſterio S. Silveſtri fecit veſtem de holoſerico cum pericliſi de octaplo, ibidemque fecit veſtem de fundato cum gryphis, habentem pericliſin de blatta. In monaſterio S. Praxedis fecit veſtem de holoſerico cum pericliſi de ſtauraci.* Et inferius: *Fecit etiam in monaſterio beatiſſimi Chriſti martyris Laurentii, quod dicitur in Palatinis, caniſtra de argento ſex, & ceroſtrata duo adjuncta, ſcyphum unum argenteum, & arcus ſimiliter argenteos.* Hactenus de his ibi.

XXVII. Atque utinam ejus temporis auctor ita diligens fuiſſet, ad res geſtas ſingulas ipſorum Romanorum Pontificum conſcribendas, ut in his recenſendis ſe exhibuit ſolertiſſimum. Verum & ſi iſta minime prætermitti debuerunt; minimum tamen obtinent locum in hiſtorica facultate, reſpectu aliorum, quæ in moderanda univerſali Eccleſia univerſalem omnium Paſtorem die noctuque oportuit laborando jugiter peregiſſe.

Ad poſtremum res geſtas Gregorii Anaſtaſius ita claudit: *Qui beatiſſimus poſtquam Sedem Romanam, & Apoſtolicam annos ſexdecim glorioſiſſime rexit, ex hac luce ſubtractus, ad æternam migravit requiem. Fecit ordinationes quinque per menſem Martium, & Decembrem & Septembrem, quibus creavit Presbyteros . . . . . Diaconos . . . . . Epiſcopos per diverſa loca centum octogintaquinque. Sepultus eſt in baſilica beati Petri Apoſtoli.* Hactenus Anaſtaſius.

XXVIII. Poſtremo autem & inter Gregorii adnumerandum eſt monumenta, quod fulgens illud temporibus iſtis Germaniæ ſidus Rabanus Maurus, Albini Flacci auditor tricenarius, ſcribere aggreſſus S. Crucis myſteria atque præconia metrico ſtylo canenda, egregium opus dedicavit ipſi Gregorio quarto Romano pontifici, ad quem poſt alia tum ipſius, tum Albini ad eumdem in liminari pagina ſcripta epigrammata iſta leguntur:

Rabani ad Gregorium Papam.

*Sedis Apoſtolicæ Princeps, Lux aurea Romæ*
*Et decus, & doctor plebis, & almus amor.*
*TU CAPUT ECCLESIÆ es, primus Patriarcha per orbem,*
*Præclarus meritis, & pietate potens:*
*Sal terræ, mundi lux, atque urbs inclyta Chriſti,*
*Perpetuæ præbens lucis iter populo.*
*Veſtra valet cœlum reſerare, & claudere lingua*
*In terra poſitus claviger Æthereus.*
*Tu renovator ades patriæ, ſpes, rector, honorque,*
*Dulcis amor cunctis, dignus amore Dei.*
*Tempora ſunt hujus vitæ nunc plena periclis;*
*Bella movent Gentes, hoſtis ubique furit.*
*Unde opus eſt valde, tua quod protectio fortis*
*Succurrat miſeris, quos inimicus odit.*
*Eripe ſancte, piis monitis, precibuſque ſacratis,*
*Commiſſum tibimet Paſtor ab hoſte gregem.*

*Ut*

*Ut tua laus maneat, merces, & gloria ſemper,*
*Cum Chriſto in cœlis regna beatæ tenens.*
*Principi Apoſtolico Petro coniunctus in ævum,*
*In terris vicem cujus & ipſe geris.*

Rabanus offert carmen de Cruce Gregor. Papæ.

Poſt hoc aliud mox ſequitur carmen de oblatione libri facta Pontifici, in hunc modum:

*Præſul amate Deo Papa Gregorius, oro*
*Inter oves proprias me miſerum ut numeres.*
*Siſque tui famuli protector verus: & ipſum*
*Æterno Domino reſtituas precibus.*
*Qui ſe totum offert & parva hæc dona miniſtrat,*
*Commendans tibimet, ſeque, ſuaque ſimul.*
*Per te ut alma Crucis laus nunc acceptior extet,*
*Principi Apoſtolico munera miſſa Petro.*
*Quæ Chriſti ad laudem conſcripta eſt tempore priſco,*
*Ludere dum libuit carmine verſifico.*
*Credo quidem memet per te conquirere poſſe*
*Vitam, quam nequeo propria per merita.*
*Te Deus æternus mundi mitiſſimus auctor,*
*Tempore longinquo protegat atque regat.*
*Ut valeas, ſanus vigeas, & proſpera captes*
*Hic, & in æternum regna ſuperna metas.*
*Te vigilem ſervet qui non dormitat in ævum,*
*Nominis atque tui reſtituat meritum:*
*Ut vigilet cautus Paſtor Gregorius, adſis*
*Sancte tuis ovibus. Papa beate vale.*

Et quod cupis Lector ex Albino de Rabano depromi aliquid, accipe ex interceſſione ejuſdem de ipſo ad eumdem Gregorium Papam epigramma, eidem libro præpoſitum:

Albini de Rabano verſus.

*Sancte Dei Præſul meritis in ſæcula vivens,*
*Cauſam quam ferimus ſuſcipe mente pia.*
*Nempe ego cum fueram cuſtos, humiliſque miniſter*
*Iſtius Eccleſiæ, dogmata ſacra legens;*
*Hunc puerum docui divini famine verbi*
*Ethicæ monitis & Sophiæ ſtudiis.*
*Ipſe quidem Francus genere eſt; atque incola ſilvæ*
*Bochoniæ, huc miſſus diſcere verba Dei.*
*Abbas namque ſuus Fuldenſis rector ovilis,*
*Illum huc direxit ad tua tecta pater,*
*Quo mecum legeret meritis Scholaſticus artem,*
*Scripturam & ſacram rite pararet ovans.*
*Aſt ubi ſex luſtra implevit, jam ſcribere tentans,*
*Ad Chriſti laudem hunc edidit arte librum,*
*Qui typicos numeros, tropicas & rite figuras*
*Indidit, ut dona panderet alma Dei;*
*Paſſio quid Chriſti mundo conferret honoris;*
*Qualiter antiquum vinceret, & chelydrum. &c.*

Legimus ipſum egregium opus, cuſum anno ſalutis milleſimo quingenteſimoprimo induſtria Jacobi Vimphelindii.

Cæterum etſi Gregorio quarto a Rabano fuerit liber inſcriptus, ad Sergium tamen ejus ſucceſſorem miſſum conſtat per certos homines. Unde conjectura ducimur, ut exiſtimemus his ultimis diebus Gregorii ab eo ſcriptum librum, ſed Gregorio morte prævento, ad ſucceſſorem ejus miſſum fuiſſe; ſed de his ſatis.

XXIX. Mala illata per Saracenos.

Porro hic ipſe, quo Gregorius Papa ex hac vita deceſſit, annus fuit Italiæ lugubris, ex ingenti clade, a Sarracenis illata univerſæ Campaniæ atque Samnitibus, cum illi Beneventum ceperunt, Capuam exuſſerunt, atque alia mala innumera perpetrarunt. Sunt iſta cœpta hoc anno, ad annos viginti in poſterum propagata. De tempore facit fidem (a) Nithardus, hujus temporis ſcriptor, qui ait Mauros vocatos a Sigenulpho fratre Sigehardi Ducis Beneventani. Et veteres Annales Francorum a Pithæo editi: *Hoc anno* (inquiunt) *Mauri Beneventum occupaverunt.* Quænam autem fuerit cauſa Sigenulpho Mauros in auxilium convocandi (a), Leo Oſtienſis proſequutus res monaſterii Caſſinenſis, ſic ait: *Cum præfatus Sichardus* (ſive Sigehardus) *Princeps Beneventanorum a ſuis nequiter fuiſſet occiſus: præfatus Radelchis Theſaurarius ipſius illi in Principem ſucceſſit. Interea Capuani, quibus tunc Landulphus Caſtaldæus præerat, pro multis nequitiis ſuis Radelchim valde infenſum habebant. Cumque illum hac de cauſa metuerent, inito conſilio ad Siconulphum, ſive Sigenulphum, Principis Siconis filium, fratrem vero germanum Sichardi ſive Sigehardi, qui tunc Tarenti exulabat, ſe conferunt, eumque ſibi Principem eligunt. Qui tum iiſdem Capuanis cum magna Beneventanorum manu, quibus idem Radelchis exoſus erat, comitatus, Salernum adiit: & contra dictum Radelchim ſeſe modis omnibus inſtruens, belli initium dedit. Ortus eſt contra ſe invicem dimicandi ardor ac ſtudium, & crebro conſerebant prælia. Verum quia* (ut ait Veritas (b) *Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, concordiaque res parvæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur: ab iis Sarracenorum exercitus contra ſe diverſis in locis accerſiti, totum non modo principatum, verum etiam Italiæ regnum diſſenſione ſua, ferro & igni per annos ferme triginta demoliti ſunt. Primus itaque Radelchis in auxilium ſuum Sarracenos evocat per Pandonem quemdam fidelem ſuum, qui tunc Barim regebat. Quos dum idem Pando juxta murum urbis & oram maris locaſſet improvidus: illi, ut ſunt ingenio callidi, intempeſta nocte Barim urbem per loca abdita penetrant: plurimiſque peremptis, prædictum patriæ proditorem marinis fluctibus donant. Is autem Rex Calphon, quos prædictus Radelchis, quia pellere urbe non poterat, cœpit familiares colere, & ad ſui auxilium provocare. Cumque illis totam Siconulphi regionem devaſtans, Capuam quoque univerſam redegit in cinerem. At contra Siconulphus ex Hiſpania Sarracenos accerſens, frequentibus præliis, omnes fere per circuitum, præter Sipontum, a Radelchis jure urbes abſtulit, Beneventumque expugnare cœpit.*

(a) Nith. l. 4.

(a) Leo Oſtienſ. Chron. Caſſ. l. 1. c. 27.

(b) Matt. 12.

XXX. Monaſterium Caſſinenſe donis Regiis expoliatur.

Sed quæ tunc damna paſſum eſt nobile monaſterium Caſſinenſe, idem Leo mox ſubdit (c): *Septimus jam annus memorati Abbatis Baſſacii vertebatur, cum præfatus Siconulphus ad B. Benedicti monaſterium veniens, mutui nomine univerſum fere theſaurum, quem inclytæ memoriæ Reges Carolus & Pipinus frater ejus, & Carolomannus, & Ludovicus ejuſdem Pipini filii, & alii plurimi Reges & principes religioſi ibidem contulerant, Agarenis tribuendum abſtulit. Nam primo quidem tulit in calicibus & patenis, coronis & crucibus, phialis quoque & hamulis, bocis & fibulis auri puriſſimi libras centum triginta. Saricam itidem* * *Stericam de ſilphori cum auro & gemmis; pro quibus promiſit ſe redditurum ſolidos Siculos decem millia. Unde cognatus ejus Urſus & Grimoaldus ſcriptum redditionis monaſterio fecerunt. Item ſecundo trecentas ſexagintaquinque argenti libras, & quatuordecim millia ſolidos aureos ſignatos. Item duo argentea vaſa ponderis librarum triginta, & fundatos duplices octo. Item vaſa duo argentea anaglypha inaurata. Tertio, poſt octo circiter menſes tulit in coronis, baziis, & hamulis garalibus, & cochlearibus argenti libras ſimul quingentas. Item poſt menſes decem veniens, rupit ipſum monaſterii veſtiarium, & inde tulit ſolidos mazatos quatuordecim millia. Pro quibus juraverunt Leo Epiſcopus, & Petrus, Landenulphus Caſtaldæi ejus ſuper Evangelia & Crucem & corpus S. Benedicti, quod poſt quatuor menſes pretium illud monaſterio reſtituerent, & cum non haberent unde redderent, fecerunt hic præceptum de ſancto Nazario incanziæ cum omnibus ſuis. Rurſus Lando, & Aldemarus Caſtaldæi exportaverunt ſolidos*

(c) Leo Oſtienſ. Chron. Caſſ. l. 1. c. 28.

PAGIUS VII. Regio Beneventana a Saracenis afflicta.

Ad num. XXIX. & ſeq. *Radelchis & Sigenulphus* inter ſe de Beneventano Ducatu contendentes Saracenos in auxilium vocant, ille Saracenos Africæ, hic vero Saracenos Hiſpaniæ, ſed hoc anno ſuperiori contigit, ut ibidem n. V. oſtendimus. Pax *Radelchim* inter *Siconul f um* ante annum DCCCLI. firmata non fuit, & ante annum illum Saraceni graviſſima damna Latio & Campaniæ intulere, ut teſtantur Leo Oſtienſis & Erkempertus.

VIII. Annaliſta Bertinianus hoc anno ſcribit: *Carolus Aquitaniam pervagatur. Quo illic conſtituto, Nemenogius Brito & Lantbertus, qui nuper ab ejus fidelitate defecerant, Rainaldum Namnetorum Ducem interficiunt, complures capiunt. Pyratæ Nordmannorum Urbem Namnetum aggreſſi, interfectis Epiſcopo & multis Clericorum atque laicorum, ſexuſque promiſcui, depradata civitate, inferioris Aquitaniæ partes depopulari adoriuntur. Ac poſtremum Inſulam quamdam ingreſſi, convectis a continenti domibus hyemare velut perpetuis ſedibus ſtatuerunt.* De hac Normannorum incurſione agemus anno DCCCLIII. quo eam Baronius, licet loco non ſuo, refert. [1] Hic in anteceſſum obſervandum, *Reinaldum*, qui Normannos ex Hero inſula nuper ejecerat a Carolo Rege Comitem Namnetenſem renunciatum eſſe, & *Lantbertum*, qui Præfecturam illam ambiebat, inſigni perfidia tranſiiſſe ad *Nomenoium* Minoris Britanniæ Ducem, adverſus Carolum Regem rebellem. *Reinaldus* collecto exercitu Britonibus obviam proceſſit, ſed infelici exitu, ut liquet ex citatis Annaliſtæ Bertiniani verbis.

Normanni in Urbem Namnetenſem irrumpunt.

IX. *Carolus* cum ex Minori Britannia rediret, Conventum non procul a mænibus Cenomannorum habuit in villa *Colonia*, Gallice *Coulaines*, ibique Capitulare ſex Capitulis conſtans con-

NOTÆ [1] RAinaldum hunc a Lamberto interfectum fuiſſe die IX. Kal. Julii legimus in chronico Nortmannico-Britannico vulgato in to. III. Anecdotor. Martenii. MANSI

*dos prædulatos duo millia. Alias item quando Spoletum perrexit Mijo cognatus ejus, abſtulit item ſolidos duo millia. Item quando Romam profectus eſt, venit idem Siconulphus, & tulit coronam auream ſmaragdinis gemmis mirifice decoratam, quæ patris ejuſdem Siconis fuerat, pro tribus millibus ſolidis. Et iſta quidem omnia ſacrilegus ille ſancto Benedicto auferens, nihil inde, vel ſibi vel patriæ emolumenti quæſivit. Ex quo tempore nulla umquam victoria potitus eſt.* Hucuſque Leo, quæ ſequenti anno facta eſſe ipſe docet, dum anno ſeptimo dicti Abbatis contigiſſe tradat, quem ejus monaſterii præfecturam ſuſcepiſſe anno Redemptoris octingenteſimo trigeſimoſeptimo, idem auctor affirmat.



PAGIUS *Conventus duo a Carolo Rege celebrati.* condidit, ut videre eſt Tom. VII. Concil. pag. 1819. cumque in Præfatione Meldenſis Concilii, de quo infra, tam Synodus Lauriacenſis, quam Colonienſis dicantur celebratæ poſt Conventum Virodunenſem, & patres *Pippini* mentionem non faciant, utraque ſerius quam hoc anno non videtur habita. Quoad Synodum *Lauriacenſem* conditi in ea Canones quatuor, qui extant in Concilio Meldenſi, & in ſecundo ac tertio anathematizantur, qui regiæ poteſtati non obtemperant, occaſione ſcilicet Lantberti Comitis, aliorumque rebellium. Cæterum *Lauriacum* fuit villa publica in pago Andegavenſi, hodie *Loire* appellatum.

X. *Moritur Jonas Ep. Aurelianenſis.* Mortuus eſt hoc anno *Jonas* Epiſcopus Aurelianenſis, ut colligitur ex Concilio Vernenſi menſe Decembri ſequentis Chriſti anni habito. In ejus enim Canone X. dicitur, *Venilonem* Archiepiſcopum Senonenſem *ſuperiori anno* Agium Aurelianenſem Epiſcopum ordinaſſe, quia nempe Jonas e vivis exceſſerat. Tres libros *Jonas* ſcripſit adverſus *Claudium* Taurinenſem Epiſcopum pro defenſione Sanctarum Imaginum & cultu Sanctæ Crucis, in Biblioth. Patrum editos, quorum auctoritate, cum adverſus Sacrarum Imaginum venerationem Heterodoxi abutantur, hos refellit Natalis Alexander ſæculo VIII. Diſſert. VI. paragrapho XIII. Scripſit & tres libros *de Inſtitutione Laicali*, qui extant Tomo I. Spicilegii, ubi Laicos omnes, ſed maxime conjugatos ad vitam Chriſtiane inſtituendam hortatur. Edidit & alterum Opuſculum *de Inſtitutione Regia*, quod fere integrum habetur in Concilio Pariſienſi V. & recitatur in Tomo V. Spicilegii.

XI. *Moritur Judith Aug.* Hoc etiam anno obiit *Judith* Imperatrix, Caroli Calvi mater, ut legitur in Chronicis Lemovicenſi, Engoliſmenſi, & in Chronico Ademari. [1]

XII. *Indictio in Galliis uſurpata.* Lotharius Auguſtus Præceptum immunitatis Eccleſiæ Viennenſi dedit, in cujus fine legitur: *Data XI. Kal. Novemb. anno, Chriſto propitio, Imperii Domni Lotharii pii Imperatoris in Italia XXIV. & in Francia IV. Indictione VI. Actum Aquiſgrani Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.* Dedit & aliud in favorem ejuſdem Eccleſiæ cui villam *Tolianum* reddi præcepit, eadem penitus ſubſcriptione firmatum. Utrumque recitat Baluzius Tom. II. Capitul. in Appendice. Quæ cum notentur Indictione VI. cum XI. Kalend. Novemb. coniuncta, apparet *Lotharium* uſum eſſe tam Indictione a Natali Chriſti vel a Kalendis Januarii inchoata, quam Conſtantinopolitana, quod ultimum ex aliis ejus Diplomatis colligitur. Porro annus XXIV. Lotharii in Italia regnantis ab ann. DCCCXX. annus vero IV. Regni ejus in Francia, a die XX. Iuni. anni DCCCXL. proficiſcuntur. Sic *Carolus Calvus* Indictionem aliquando cum anno Incarnationis inchoat, ut patet ex ejus Præcepto de Cella S. Jodoci, in quo legitur: *data VI. Kal. Januarii, anno IV. Chriſto propitio regni Domini Caroli Regis, Indict. VII.* aliquando vero eam a Kalend. Septemb. exorditur, ut in alio ejus Præcepto pro Monaſterio S. Columbæ Urbis Senonenſis, quod his verbis clauditur: *Data Nonis Decembris, anno octavo regnante Karolo glorioſiſſimo Rege Indictione XI.* anno ſcilicet Chriſti DCCCXLVII. quo Indictio illa XI. Kal. Septemb. inchoata fuit. Utrumque Præceptum refert Baluzius in Appendice ad Notas Operum Lupi Ferrarienſis Abbatis. Mitto ſimilia alia exempla, quibus diſcimus, *Lotharium* & *Carolum Calvum*, modo a Nativitate Chriſti, modo a Kalendis Septemb. Indictiones auſpicari, idque, uti exiſtimo pro Notariorum libitu.

NOTÆ [1] OBitus Judith menſem & diem indicari credo in mandato Caroli Calvi pro Turonenſi S. Martini Eccleſia relato Vet. monum. tom. I. col. 160. Etenim Imperator largiri ſe dicit eidem Eccleſiæ Villam quamdam in executionem piæ voluntatis Genitricis ſuæ, quæ in extremo vitæ ſuæ articulo legare illam eidem Eccleſiæ diſpoſuerat; dein ſubiungit obitum ejus accidiſſe *XIII. Kal. Majarum.* MANSI



I. Sergius Pap. SEquitur annus Redemptoris octingenteſimus quadrageſimus quartus, Indictione ſeptima, quo poſt Gregorium quartum ſubrogatus eſt in locum ejus Sergius, quarto Idus Februarii, Joanne diacono ejecto, qui Sedem occuparat violenter. Hæc quomodo ſe habuerint, ex Anaſtaſio Bibliothecario, hujus ſæculi ſcriptore prodemus, qui vitam ipſius Sergii ab incunabulis ita enarrare aggreditur. *Sergius ſecundus, natione Romanus, ex patre Sergio, ſedit annos tres.* Hic ad limen ſubſiſte, Lector. Quos delectat fabulas veris intexere, hunc primum fuiſſe tradunt Romanum Pontificem, qui creatus Papa, nomen ſibi mutavit; eo quod nomen indecens tanto ſacerdotio viſus eſſet ſe habere. Sed ſcias id factum in Sergio tertio, neque id accidiſſe ob turpitudinem nominis, ſed reverentiæ cauſa: cum enim ille Petrus vocaretur, indignum putavit eodem ſe vocari nomine, quo Chriſtus primum ejus Sedis Pontificem, principem Apoſtolorum ex Simone Petrum nominaverat. ☞ Verum id factum primum ab Octaviano, qui vocatus eſt Joannes XII. alii tradunt, ut ſuo loco inferius dicetur. ☜ Quam autem hæc vera ſint abſque dubitatione aliqua, quæ in contrarium opponi poſſint, opportunius ſuo loco dicturi ſumus. Hic de ſecundo Sergio dicendum, qui ex paterno nomine, ut audiſti, a principio Sergius eſt appellatus.

II. Sergii Pap. vita a puero uſque ad Archipresbyteratum. *Hic* (ſubdit Anaſtaſius) *ex illuſtri familia editus, a matre caſtis nutrimentis erudiri cœptus ingenti cum ſtudio, ut nihil obſcœnum vel libidinoſum ab eo quis audire, vel videre poſſet: puerilia oblectamenta contemnebat, & verebatur; ita ut in actibus pollere videretur piis, & moribus clareſcere cœpit nobilibus, puris monitis inſtructus matern*is * *ingenuus. Igitur mater exultabat quotidie, & omnipotenti Deo gratias referebat alacriter, qui talem ſibi ſuperno prolem conceſſiſſet auxilio. Duodecimo quidem ætatis ſuæ anno obiit mater ejus, migravitque ad Dominum, qui relictus a matre (pater jam olim luce caruerat) morabatur in æde fratrum parentis ſui. Eodem tempore primatum gerebat Eccleſiæ Leo tertius benedictus atque præcipuus, qui generoſitatem hujus præclari pueri reminiſcens, & parentum nobilitatem recolens, ad ſuam eum fecit magno cum amore duci præſentiam. Et cum adductus fuiſſet, hilari vultu eum, ſerenaque fronte contemplari cœpit, & ſuo ſupra modum placuit animo. Tunc Præſul eum ſcholæ Cantorum ad erudiendum communibus tradidit litteris; & ut mellifluis inſtitueretur cantilenæ melodiis. Inſignis idem & ſolertiſſimus puer celeriter omnis litteratioris diſciplinæ eruditionem ſumpſit ingenio, ut omnes ipſius præcederet ſcholæ pueros. His optimus auditis Pontifex, inexplebili replebatur quotidie gaudio pro pueritiæ ejus benignæ profectibus: cum & eum acoluthum in ſancta conſtituit Romana Eccleſia. Vigeſimo autem ſui Pontificatus anno cum deceſſiſſet, Romanæ ſacerdotium Stephanus ſuſcepit Eccleſiæ, qui eum magno cordis diligebat affectu, ac protinus illi Subdiaconatus conceſſit officium. Sed parvo tempore Epiſcopatu adminiſtrato, defunctus eſt, & Eccleſiæ gubernacula Paſchalis ſuſcepit, a quo idem jam vir per omnia prudentiſſimus, vita, eruditione, & moribus adornatus, tituli beati Silveſtri Confeſſoris atque Pontificis presbyter * creatur: qui ſuper omnes miſericordia, ſtudio, vigilantia, & omnibus aliis bonis inſtitutionibus claruit. Paſchali vero defuncto, Præſulatus culmen*

* ingenuis

* conſecratur



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXII. Anno Hegiræ CCXXX. inchoato die 18. Septemb, fer. 5. A. C. 844.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6337.

☉ 13. FE. ☽ 9. P. 13. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 844.

SERGII IV. PAPÆ 1.

LOTHARII IMP. 25. & 5.

MICHAELIS IMP. 3.

I. *Sergius II. fit Pontifex Rom.* ANnum. I. ad XIV. Mortuo Gregorio IV. die XXV. Januarii currentis anni, vacavit Sedes dies XV. die ejus emortuali excluſo, ut anno ſuperiori oſtendimus & Sergius *natione Romanus*, hujus nominis II. ordinatus eſt quarto Idus Februarii, ut recte Baronius num. I. poſt Sigonium lib. 5. de Reg. Ital. & Onuphrium in Chronico Eccleſ. Hoc enim anno dies X. menſis Februarii cum Dominica concurrit, & ex ejus Sedis duratione infra patebit eum circiter diem illum Pontificem Romanum conſecratum eſſe. Platina in Sergio II. ait: *Sunt qui Sergium primo quidem Os porci appellatum fuiſſe dicant, & ob turpitudinem cognomenti, Sergii nomen ſumſiſſe, eamque conſuetudinem ad noſtros manaſſe, ut qui Pontifices crearentur, ſuo omiſſo majorum nomina ſibi inderent, licet ab omnibus non ſit obſervatum.* Verum primus Pontificum qui nomen mutavit, ut obſervat Baronius fuit *Octavianus*, qui Joannis XII. nomen aſſumſit, & Sergius, qui *Os porci* appellabatur, non fuit Sergius II. uti Platina & Godefridus Viterbienſis in Chronico, aut Sergius III. ut Baronius credidere, ſed Sergius IV. ut infra oſtendam.

*accepit Eugenius, qui cum in Pontificio tribus duraſſet annis, Valentinus Sedis ipſius Pontifex conſecratur: cujus poſt caſum Eccleſiæ apicem ſuſcepit Gregorius, a quo cum diligentius prædictus Sergius amaretur, Archipresbyter ab eo in ſancta Eccleſia ordinatur. Cum vero Gregorius annos ſexdecim ſolertiſſime Dei Eccleſiam gubernaſſet, ad extrema ductus, occubuit.*

III. Sergii Electio.

*Tunc vero cum Cleri proceres, & Romanæ Urbis optimates univerſuſque Eccleſiæ populus pro eligendo Pontifice in unum coiiſſent, atque alius de alio (ut fieri ſolet in talibus) conclamaret; ſubito per Dei providentiam, nutu divino compuncti de antefati Sergii Archipresbyteri religione diligentius confabulari cœperunt, ut omnes conclamarent, quia dignus eſſet Pontificatus adipiſci regimen. Firmatoque in eumdem virum conſilio, unuſquiſque ad ſua reverſus eſt.*

Joannes diaconus ſe intrudit in Patriarchium.

*Tunc repente Joannes quidam nomine, diaconus ejus Eccleſiæ, in tantum amentiæ erupit atque inſaniæ, ut perſuaſo quodam imperito & agreſti ſatis populo turbulentorum & ſeditioſorum manu in Patriarchium per vim, fractis januis, cum bellicis telis ingrederetur, leges & ordinem traditionum tranſgreſſus. Quo facto, omnes, qui intra Patriarchii mœnia erant, ſtupore & metu repleti ſunt. Igitur cum per unius horæ momentum perduraſſet ignobilis populi coitio, timore correpta, eo relicto, non comparuit. Quibus ita geſtis, omnes Quiritum principes dedignati ſunt, & communi conſilio univerſi in baſilica B. Martini Confeſſoris atque Pontificis, celeri curſu magnoque equitatu ſunt congregati, & eumdem Archipresbyterum Sergium in omnibus probatiſſimum virtutibus virum extrahentes de Eccleſia, magno cum honore, magna populi comitante caterva, ampliſque reſonantibus laudibus, cum hymnis & canticis ſpiritualibus in Patriarchium Lateranenſe perductus, & electus eſt. Eodem vero die tanta nix in Urbe effuſa eſt, ut in omnibus candidata cerneretur: quod multi gaudii * claritatis dicebant eſſe indicium.* Sed fallitur mens humana, dum ex naturalibus eventis ventura prædicere fallaci divinatione curioſe pertentat: Sergii enim Pontificatus brevis fuit, & ærumnoſus, ut quæ dicturi ſumus oſtendent: pergit vero Anaſtaſius:

* eam claritatem

IV. Sergius liberat a nece Joanni.

*Prædictum vero Joannem diaconum de Patriarchio magna cum turpitudine hujus Romanæ Urbis Principes expulerunt, & arctius in clauſtra ſub cautela trudi præceperunt pro ipſius tanta temeritate impia & dira præſumptione, quam ipſe ſæpe fatus Joannes auſus eſt perpetrare; quem etiam concilio Antiſtitum ſuo privari honore, necnon enſibus membratim dilaniari, & interimi voluerunt. Sed hoc fieri benigniſſimus ac ſolertiſſimus Sergius Præſul prohibuit, non malum pro malo, ſecundum (a) Apoſtolum, cuiquam reddere volens.*

(a) Rom. 12.

Conſecratur Sergius Papa.

*Tunc demum, exultantibus omnibus ſacerdotibus, proceribus & optimatibus omnibuſque Eccleſiæ populis, idem ſanctiſſimus vir in Apoſtolica B. Petri ſacratiſſima Sede ordinatus, conſecratuſque eſt Pontifex. Erat enim origine inſignis, fide purus prædicatione liberior, Deo humilis, hominibus charus, vultu alacris, mente alacrior, Eccleſiarum gubernator, plebium cultor, pauperum fautor, viduarum pater, tegmen & conſolator, indigentium largitor, diſperſorum congregator & conſervator, inanium ſæculariumque rerum contemptor, ſolius ſapientiæ divitiarum avidus & amator.*

Ludovicus hoſtiliter Romam properat.

*Hujus ſacratiſſimæ conſecrationis cum ad aures invictiſſimi Lotharii Auguſti rumor perveniſſet Imperatoris Drogonem, videlicet Metenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum,*

pum,

PAGIUS II. Ludovicus Lotharii Imp. filius Rex Ital.

Poſt Eugenii & Valentini mortem Gregorius IV. *non prius ordinatus eſt, quam Legatus Imperatoris Romam veniret, & electionem populi qualis eſſet, examinaret*, inquit Eginhardus in Annal. ad annum DCCCXXVII. Sed poſt Gregorii mortem inconſulto Lothario Imp. Romani *Sergium* Gregorii Succeſſorem non ſolum elegerunt; ſed etiam conſecrandum curarunt. Quod cum ad aures ejuſdem Imperatoris perveniſſet, *Drogonem, videlicet Metenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum cum excellentiſſimo Hludovvico filio ſuo, magno cum Francorum exercitu, Romam direxit, cum quibus etiam Archiepiſcopos pluresque Epiſcopos, Abbates, & Comites proficiſci præcepit*, inquit Anaſtaſius. Ineunte vere Ludovicus viæ ſe ſe dedit, & Romæ perhonorifice ſuſceptus eſt a Sergio II. ſexto Idus Junii. Subdit enim Anaſtaſius: *quem ante dictus Almificus Pontifex in gradibus ipſius Apoſtolicæ Aulæ eundem Regem in ipſo die Dominico poſt Pentecoſten ſuo cum Clero expectavit.* Ex quibus etiam verbis colligitur, Ludovicum non Romæ ſed ante diſceſſum in Francia a patre renunciatum eſſe Regem Italiæ. Pergit Anaſtaſius: *Dominico vero die ſequente* (nempe die XV. menſis Junii) *in eadem Principis Apoſtolorum Baſilica omnes Archiepiſcopi, & Sancti Abbates, & omnes qui cum eo venerant Franci ſunt congregati, &c. Tunc almificus Pontifex ipſum Hludovvicum Lotharii Imp. filium oleo ſancto perungens Reguli ac pretioſiſſima coronavit corona, Regemque Langobardis præfecit.*

III. *Non vero Auguſtus a Sergio II. ungitur.*

Baronius num. V. citat hæc verba Adonis ad annum DCCCXLI. *Lotharius filium ſuum Ludovicum, quem in Italia Regem fecerat, ut Imperatoris nomen ſortiretur, per Drogonem patruum Romam miſit. Cui Sergius jam tunc Pontifex coronam impoſuit, & acclamante univerſo populo Imperator & Auguſtus eſt ſalutatus.* Ex his redarguit Baronius Sigebertum in Chronico, ubi ait, Ludovicum miſſum a Lothario Romam ad confirmandam electionem Sergii Papæ. Verum non



*pum, cum excellentiſſimo filio Ludovico ſuo, magno cum Francorum exercitu Romam miſit cum quibus etiam Archiepiſcopos, pluresque Epiſcopos, Abbates, & Comites proficiſci præcepit.*

V. Cur autem miſſus fuerit Ludovicus a Lothario Imp. Romam, narrat his verbis Ado (a) Viennenſis, hujus ſæculi ſcriptor: *Lotharius filium ſuum Ludovicum, quem in Italia Regem fecerat, ut Imper. nomen ſortiretur, per Drogonem patruum Romam miſit. Cui Sergius jam tunc Pontifex coronam impoſuit, & acclamante univerſo populo Imperator & Auguſtus eſt ſalutatus.* Hæc Ado. Ex quibus redarguas impudentiam ſchiſmatici Sigeberti, dum ait miſſum a Lothario Romam ad confirmandam electionem Sergii Papæ. Hæc ipſe pro animi libitu in gratiam ejus, cui inhæſit, contra Pontificem ſchiſmatici Imperatoris. At quid actum eſt? Stimulis pravorum conſiliariorum exagitatus juvenis, concepit animo ſubiicere ſibi Romam tyrannide. Cujus rei cauſa ſecum duxit exercitum; impellebatur ad hæc ipſe, male conſultus ab Epiſcopis, qui eum ſunt comitati, omnes in Romanum Pontificem flagrantes odio: quinam fuerint iſti, dicetur inferius. Aſſectemur modo Anaſtaſium, rem geſtam ordine proſequentem, qui ſubdit iſta:

(a) *Ado ſub ann.* 841.

Sigeberti impudentia redarguitur.

VI. *Ipſi vero, ex quo in oras Bononiæ civitatis teligeris exercitibus ſunt ingreſſi, tantas cædes, tantaſque ſtrages in populos peregerunt, ut qui per urbes & agros erant, tyrannica crudelitate perterriti, relictis propriis locis per loca abdita, & latebras ſe abſconderent. Cum vero hæc per omnem locum, ſingulaſque urbes, atque vicos & agros ſæva operarentur nequitia: ad pontem pervenerunt Capellæ, & cum tanta eſſet cœli ſerenitas, ut in toto aere nubes aliqua aut pluviæ ſignum nuſquam videri potuiſſet: ſubito atrarum non modica denſitas nubium facta eſt, ut nimboſis procellis, & coruſcationibus circumdati quidam de primatibus Drogonis conſiliariis fulminis ictu percuſſi, interempti ſint. Hoc videntes horribile ſignum nimio omnes fracti timore correpti ſunt; ſed nullatenus mentis ferocitatem deponentes, atroci voluntate ad Urbem velociter properabant.*

Sergius Pap. mittit qui occurrant Ludovico.

*Quorum adventum antedictus beatiſſimus Papa Sergius fieri propius cum cognoviſſet; in ejuſdem excellentiſſimi Ludovici Regis occurſum univerſos Judices ad fere novem millia ab hac Romana Urbe direxit: quem cum ſignis & magnis reſonantibus laudibus ſuſceperunt. Et dum Urbi pene unius millarii ſpacio appropinquaſſet, univerſas militiæ ſcholas, una cum patronis direxit dignas nobiliſſimo Rege laudes omnes canentes, aliiſque doctiſſimis Græcis imperatorias laudes decantantibus, cum dulciſonis earum laudum vocibus, ipſum Regem glorifice ſuſceperunt. Obvias illi ejus Sanctitas dirigens venerandas Cruces, id eſt, ſigna (ſicut mos eſt Imperatorem aut Regem ſuſcipere) ita eum cum ingenti honore ſuſcipi fecit. Ipſe vero Ludovicus Rex, qua hora ſibi ſacratiſſimas Cruces & ſigna obviam adveniſſe conſpexit, alacris factus, valde lætatus eſt. Tunc ſuo univerſo cum populo omnibus Romanis Judicibus ac ſcholis antecedentibus, ad beatum Petrum ſtuduit properare. Quem antedictus almificus Pontifex in gradibus ipſius Apoſtolicæ aulæ eumdem Regem in ipſo die Dominico poſt Pentecoſtem, ſuo cum Clero expectavit.*

Recipitur Ludovicus a Sergio Papa.

*Conjungente vero eodem Rege, univerſoſque gradus ejuſdem ſacratiſſimæ beati Petri Eccleſiæ aſcendente, ad prænominatum appropinquavit Pontificem, qui in atrio ſuper gradus, juxta fores Eccleſiæ, cum univerſo Clero, & populo Romano aſſiſtebat. Tunc mutuo ſeſe complectentes, tenuit idem Ludovicus Rex dexteram*



PAGIUS

non Sigebertus, ſed Ado reprehendendus, qui non ſolum Ludovici coronationem anno ſuo non reddidit, ſed etiam eum Auguſtum coronatum eſſe a Sergio falſo aſſeruit. Præterea Annaliſta Bertinianus aliquot ſæculis ante Sigebertum idem ac Sigebertus memoriæ prodiderat ad annum DCCCXLIV. ubi ait: *Gregorius Romanæ Eccleſiæ Pontifex deceſſit; cui Sergius ſuccedens in eadem Sede ſubſtituitur. Quo in Sede Apoſtolica ordinato Lotharius filium ſuum Hludovvicum cum Drogone Mediomatricorum Epiſcopo dirigit, acturos, ne deinceps decedente Apoſtolico quiſquam illic præter ſui juſſionem, Miſſorumque ſuorum præſentiam ordinetur Antiſtes. Qui Romam venientes honorifice ſuſcepti ſunt. Peractoque negotio Hludovvicum Pontifex Romanus unctione in Regem conſecratum cingulo decoravit. Drogonem vero Epiſcopum ſui Vicarium Galliarum, Germaniarumque partibus deſignavit.*

IV. Baronius num. X. & ſeq. arbitratur, haud facile aſſentiendum eſſe Anaſtaſio affirmanti non niſi de regno Longobardorum *Ludovicum* fuiſſe a Sergio coronatum; cum extent Diplomata in quibus hic annus primus Ludovici Imp. ponitur. Ita Baronius. Verum in Diſſert. Hypatica cap. 4. num. XVI. jam obſervavi, *Ludovicum* Imperatorem hujus nominis II. Lotharii filium quatuor habuiſſe Epochas, quarum prima ab hoc anno, quo a Sergio II. Longobardorum Rex coronatus eſt, proficiſcitur. Secunda ab anno DCCCXLIX. quo a patre in conſortium Imperii adſcitus fuit. Hanc ſecundam Epocham agnovit Baronius numer. XI. ſed eam ab anno DCCCXLVIII. perperam deduxit, ut videbimus anno DCCCLIII. numer. XII. quo fundamentum ejus in medium afferemus. Tertia repetitur ab anno DCCCL. quo Imperator a Leone IV. Papa unctus fuit. Hanc Epocham Mabillonius in Præfat. ad partem II. Sæc. IV. Benedict. num. CCXIV. cum ſe-

*Ejus Epochæ quatuor.*

*antedicti Pontificis. In interius ingreſſi atrium, ad portas pervenere argenteas. In quo atrio unus de exercitu a dæmonio arreptus, in conſpectu omnium Francorum valde vexatus eſt.*

VII. Et quidem magna Dei providentia, unius vexatione iidem, qui hoſtili venerant animo, timore correpti ſunt adeo, ut omnes ſimul fuerint redditi mites, depoſita, quam conceperant, truculenta ferocia; videntes etiam dæmones, Deo diſponente, inſurgere vindices pro Eccleſiæ defenſione: ut ſcirent omnino corripiendos divina vindicta, ſi quid peccaſſent in baſilicam Principis Apoſtolorum. At quid tum Sergius Papa, conſulens periculo, quod timebat egerit, Anaſtaſium audi:

Sergius claudi facit januas S. Petri Ludovico Regi.

*Tunc almificus Præſul claudi faciens omnes januas beati Petri, atque ſerari præcepit, & Regi, ſancto Spiritu admonente, ſic dixit: Si pura mente, & ſincera voluntate, & pro ſalute Reipublicæ, ac totius orbis, & hujus Eccleſiæ huc adveniſti: has mea ingredere januas juſſione: ſin aliter, nec per me, nec per meam juſſionem iſtæ tibi portæ aperientur. Statim illi reſpondens Rex, dixit, quod nullo maligno animo, aliqua pravitate, vel malo ingenio adveniſſet. Tunc eodem Præſule præcipiente, appoſitis manibus, prædictas portas patefecerunt. Et ita in eamdem venerabilem aulam beati Petri ingreſſi ſunt, laudem Deo, & ejus excellentiæ decantantes, univerſus Clerus, & cuncti religioſi Dei famuli, extenſa voce acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. Sicque cum eodem Pontifice ipſe Rex, ſimulque omnes Epiſcopi, Abbates, & Judices, & univerſi Franci, qui cum eo advenerant, ad Confeſſionem beati Petri appropinquantes, ſeſeque proni eidem proſternentes, Deo noſtro omnipotenti, & eidem Apoſtolorum Principi gratias reddiderunt. Et data a prædicto almo Pontifice ſuper populum oratione, ab Eccleſia pariter omnes egreſſi ſunt.* Nulla hic mentio de donis, ex more oblatis Principi Apoſtolorum; ut intelligas eos non religioſo, ſed hoſtili animo adveniſſe.

At quid poſt hæc? Qui venerant, prædaturi Urbem, etſi ad horam, Apoſtolici culminis reverentia ceſſiſſent, ingredi Urbem vetiti quid egerint, ab Anaſtaſio accipe: VIII.

Suburbia vaſtata ab exercitu Ludovici.

*Poſtea vero continuis diebus ſequentibus omnia ſuburbana peſtifera devaſtatione compreſſerunt, agroſque, ſegetes, atque prata, quaſi fulmineus impetus deſtruxerunt. Dum hæc gerebantur, ipſe a Deo protectus Pontifex, a quibuſdam audivit, quod in Urbem hoſpitalitatis cauſa introire voluiſſent. Sed munitis, clauſiſque portis, ut fieret, minime conceſſit.* Ne autem occaſionem præberet Pontifex armatis exercitibus Urbem invadendi, & inflammandi: quod peteretur a Lothario Imperatore, & tunc ab ipſo præſente filio Ludovico exigebatur, ut coronaretur, idem ſanctiſſimus Præſul indulſit. Quomodo autem coronatio iſta facta ſit, ab eodem Anaſtaſio audiemus, qui potuit præſens eſſe, qui ait:

*Dominico vero die ſequente, in eadem Principis Apoſtolorum baſilica omnes Archiepiſcopi, & cuncti Abbates, & omnes, qui cum eo venerant, Franci, ſunt congregati, omneſque pariter Romanorum nobiles & præclari. Tunc almificus Pontifex manibus ſuis ipſum Ludovicum Imperatoris filium, oleo ſancto perungens, regali ac pretioſiſſima coronavit corona, Regemque Longobardorum * præfecit, cui regalem tribuens gladium, illic eo ſubcingi juſſit. Deinde Miſſarum celebritate finita, ab Eccleſia omnes cum Rege lætantes regreſſi ſunt.*

* perfeci

*Deinceps vero per dies ſingulos conflictum novi certaminis cum ſanctiſſimo Præ-* IX.

PAGIUS

ſecunda confundere videtur, quod in Diplomate Benedicti Papæ Leonis Succeſſoris dicatur, illud datum eſſe *V. Nonas Octubrias Hludovvico novo Imperatore anno VII. Indictione IV.* anno ſc. Chriſti DCCCLV. Inde enim Vir doctiſſimus deducit, Benedictum Papam annum Imperii Ludoviciani primum illigare anno DCCCXLIX. *uno anno prius, quam Annales Bertiniani*. Verum Benedictus III. annum illum VII. Ludovici Imperatoris ab anno DCCCXLIX. quo Imperii ſocius a patre dictus eſt, ut recte vidit ipſemet Mabillonius, non vero ab anno DCCCL. quo Annaliſta Bertinianus ſcribit, Ludovicum Romæ in Imperatorem unctum eſſe, numeravit, ſicuti antea Leo IV. in Concilio Romano anno DCCCLIII. celebrato annum quintum Ludovici Imp. ibidem memoratum, ab anno DCCCXLIX. repetierat. Quare Benedictus III. & Annaliſta Bertinianus inter ſe non diſcrepant, ſed alter ad deſignationem Ludovici in Imperium, alter ad unctionem ejus in Imperatorem reſpexit, ut poſtea ipſemet Mabillonius lib. 5. de Re Diplom. pag. 440. obſervavit. Quarta denique Ludovici Imp. Epocha ab anno *DCCCLV.* quo patri Lothario demortuo ſucceſſit, deſumitur. Quatuor harum Epocharum exempla paſſim infra occurrent, & a nobis evidenter declarabuntur, eo magis quo ſecunda & tertia hucuſque inter ſe ſatis diſtinctæ non fuerint.

V. *Fidelitatis Sacramentum præſtatur Lothario Imp.*

Anaſtaſius apud Baronium num. IX. loquens de tumultu a Francis facto, quando *Ludovicus* Romam advenit, ait *Drogonem* Archiepiſcopum Metenſem commoviſſe omnes Epiſcopos ac Proceres adverſus *Sergium* Papam. Verum non dubito, quin Anaſtaſius falſis rumoribus hac in re deceptus fuerit; non ſolum quia *Drogo* Antiſtes fuit pietate clariſſimus; ſed etiam quia eum Romæ exiſtentem Sergius ſuum Vicarium in Gallia & Germania, ut mox diximus ex Annaliſta Bertiniano, renunciavit. Inter præſules, qui fuerunt in comitatu Ludovici Regis cum



*Præſule, omnibus Epiſcopis, & optimatibus noſtris atque proceribus ipſe Drogo, Archiepiſcopus Metenſis Eccleſiæ* ( de quo ſuperius memoriam fecimus ) *commovebat tam ipſe, quam omnes Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui cum eo contra hanc Univerſalem, & caput cunctarum Eccleſiarum Dei, ſine Metropolitani conceſſione atque vocatione convenerunt, id eſt.*

*Gregorius Archiepiſcopus Eccleſiæ Ravennenſis.*
*Angilbertus Archiepiſcopus Eccleſiæ Mediolanenſis.*
*Joſeph Epiſcopus Eccleſiæ Eporedienſis.*
*Northaudus Epiſcopus Eccleſiæ Vercellenſis.*
*Sigifridus Epiſcopus Eccleſiæ Regienſis.*
*Toringanus Epiſcopus Eccleſiæ Concordienſis.*
*Odelbertus Epiſcopus Eccleſiæ Aquenſis.*
*Ambroſius Epiſcopus Eccleſiæ Lucenſis.*
*Donatus Epiſcopus Eccleſiæ Feſulanæ.*
*Joannes Epiſcopus Eccleſiæ Piſenſis.*
*Petrus Epiſcopus Eccleſiæ Volaterranenſis.*
*Gauſprandus Epiſcopus Eccleſiæ Piſtorienſis.*
*Lancio Epiſcopus Eccleſiæ Senenſis.*
*Lupus Epiſcopus Eccleſiæ * Textinæ.* *
*Sigiſmundus Epiſcopus Eccleſiæ Aprutinenſis.*
*Ricco Epiſcopus Eccleſiæ Aſculanenſis.*
*Fratellus Epiſcopus Eccleſiæ Camerinenſis.*
*Giſus Epiſcopus Eccleſiæ Firmanæ.*
*Racipertus Epiſcopus Eccleſiæ Nucerinenſis.*
*Amadeus Epiſcopus Eccleſiæ Pinnenſis, & cæteri.*
*Cum quibus etiam Boſo Comes.*
*Adalgiſus Comes.*
*Joannes Comes.*
*Vuldo Comes.*
*Vernardus Comes.*
*Vuinfridus Comes, &*
*Marinus Comes, & cæteri pariter contendebant. Sed divina gratia inſpirante, nec ſermones ipſius almi Pontificis, neque prudentiam ſuperare valuerunt: tantaque ei ſuperna aderat virtus, ut nullo ſermone eum concludere, vel conſtringere potuiſſent. Sed ab eo ſuperati, pudore operti & confuſione diſceſſerunt. Quod videntes, omnem iram atque ferocitatem, quam in mentibus conſervabant, omnino depoſuerunt.*

*His igitur peractis, a prædicto poſtulaverunt Pontifice, ut omnes primates Romani fidelitatem ipſi Ludovico Regi per ſacramentum promitterent. Quod prudentiſſimus Præſul fieri nequaquam conceſſit. Sed ſic orſus eſt illis: Quia ſi vultis, Lothario magno Imperatori hoc ſacramentum ut faciant, ſolummodo conſentio atque promitto. Nam ut Ludovico ejus filio hoc peragatur, nec ego, nec omnis nobilitas Romanorum conſentit. Tunc demum in eadem Eccleſia ſedentes pariter, tam beatiſſimus Pontifex, quam magnus Rex, & omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi, ſtantibus reliquis ſacerdotibus, & Romanorum & Francorum optimatibus, fidelitatem Lothario magno Imperatori ſemper Auguſto promiſerunt.* X.

Audiſti Lector, Anaſtaſium aſſerentem, nonniſi de Regno Longobardorum Ludovicum fuiſſe a Sergio coronatum, cui tamen haud aſſentiendum facile puto, cum plurium teſtificationibus conſtet, eum coronatum fuiſſe Romæ Imperatorem

PAGIUS

cum Drogone Anaſtaſius tredecim numerat e Provincia Romana, & Archiepiſcopum Ravennatenſem, aitque Francos a Sergio II. poſtulaſſe, *ut omnes Primates Romani fidelitatem ipſi Hludovico Regi per ſacramentum promitterent, quod prudentiſſimus Pontifex fieri nequaquam conceſſit, ſed ſic orſus eſt illis. Quia ſi vultis Domno Lothario magno Imperatori, hoc ſacramentum ut faciant ſolummodo, conſentio atque permitto. Nam Hludovico ejus filio ut hoc peragatur, nec ego, nec omnis Romanorum Nobilitas permittit. Tunc demum in eadem Eccleſia ſedentes pariter tam beatiſſimus Pontifex quam magnus Rex & omnes Archiepiſcopi atque Epiſcopi, ſtantibus reliquis Sacerdotibus, & Romanorum ac Francorum Optimatibus fidelitatem Lothario magno Imperatori ſemper Auguſto promiſerunt.* Quare apparet Lotharium jus ſupremum in Urbe obtinuiſſe, nullum vero in ea Reges Italiæ habuiſſe. Quod utrumque certum eſt.

VI. *Non vero Ludovico Italiæ Regi.*

Nec dubitandum, quin Anaſtaſius rem, ut geſta fuit, retulerit; cum Frodoardus in fragmento de Romanis Pontificib. Sæc. III. Benedict. part. 2. recitato eidem ſuffragetur, & præcedentium ac ſuccedentium Pontificum Rom. ordinationibus Legati Imperatorum Francorum interfuerint; quod cum prætermiſſum fuiſſet in electione Sergii II.

*Francicus Induperator, ubi faſtigia nactum.*
*Hunc audit, genitum Romana ad mœnia mittit,*
*Heſperiæ quaſdam ſociis populantibus Urbes.*

Paulo poſt Frodoardus ait, Pontificem ita Regem allocutum eſſe.

*Sincera ſi mente venis, ſi corde benigno,*
*Eccleſiæ ſi pro regnique urbiſque ſalute;*
*Hæc noſtro tandem penetra ſacra limina juſſu.*
*Sin ſecus, haud noſtra has pandet tibi ceſſio portas.*
*Te-*

rem; quarum illa certior, quæ in ſepulcrali titulo poſita legitur iſtis verſibus:

*Hic ubi firmæ virum mundo produxerat ætas*
*Imperii nomen ſubdita Roma dedit.*

(a) Leo Oſtienſ. Chron. Caſſin. l. 2. c. 29.

Teſtatur id ipſummet (a) Leo Oſtienſis. Diplomata præterea afferuntur in (b) teſtimonium, in quibus annus hic primus Ludovici Imperatoris ponitur.

XI. (b) Sigon. de Regn. Ital. lib. 1. hoc anno.

Cæterum quod Acta Romani Concilii & ipſa quidem legitima, anno ſeptimo Leonis Papæ quarti celebrati, anno Domini octingenteſimo quinquageſimo tertio, bis ponant eum annum Ludovici Imperatoris eſſe quintum: plane declarant, nonniſi anno ſecundo Leonis ipſius, nempe anno Domini octingenteſimo quadrageſimo octavo eundem Ludovicum coronatum fuiſſe Romæ Imperatorem, anno ſecundo Pontificatus ejuſdem Leonis quarti.

Porro quod in ſepulcrali verſu dicitur, *Imperii nomen ſubdita Roma dedit.* Non cogit, ut hoc anno potius factum, quam poſt annos quatuor id contigiſſe dicamus: ut hac ex parte verum eſſe poſſit, quod Anaſtaſius ſcriptor candidiſſimus aſſerit, qui & iſta dictis ſubdit:

*Poſt hæc Ebbo Archiepiſcopus Rhemenſis, & Bartholomæus ....... Archiepiſcopus, qui pro criminibus ſuis, privati honore, ab Eccleſia fuerant expulſi, a ſanctiſſimo Pontifice poſtulabant, ut eos Eccleſiæ reconciliare dignaretur. Quos idem Præſul nec communionem inter clericos dignos eſſe ſuſcipere dicebat; ſed inter communem populum communicandi licentiam tantummodo haberent.* Fuerat Ebbo unus ex illis, qui contra Ludovicum Pium Imp. conjuraſſe dicebantur. Pergit vero Anaſtaſius:

XII. *Per idem tempus cum Rex Ludovicus Romæ degeret, Siconulphus Beneventanorum Princeps, magno cum exercitu Romam venit. Quem cum prædictus Rex honorifice ſuſcepiſſet: omnia, pro quibus venerat, ipſi indicavit. Cui Rex gratanti animo quidquid petierat, tribuit atque conceſſit. Et cum ſimul Franci & Longobardi ac Beneventani congregati fuiſſent: facta eſt ingens populi multitudo, ita ut omni ex parte Roma circumdata videretur; quorum multitudine omnia ſata deleta ſunt. Ipſe vero Siconulphus ardenti pectore præcipuum deſiderabat videre Pontificem, & ab eo benedictionem accipere. Quem Præſul cum ſuſcepiſſet, ſolo proſtratus, pretioſos ejus pedes humiliter eſt oſculatus, & ab eo benedictione ſuſcepta, ab ejus conſpectu alacriter, Deo gratias referens, regreſſus eſt.*

*His omnibus finitis, ipſe excellentiſſimus Rex Ludovicus ampla cum lætitia Papiam reverſus eſt, ubi ab exordio principatus ſui incoluit. Tunc vero læti omnes cum conjugibus ac liberis Senatus Populuſque Romanus, tam ingenti peſte liberati, & a jugo tyrannicæ immanitatis redempti, ſanctiſſimum Sergium Præſulem velut ſalutis auctorem ac reſtitutorem pacis venerabantur. Ille tamen non ſuæ virtuti rem geſtam, ſed divino muneri deputabat.* Liberavit plane Urbem, dum Regem juvenem, dominandi cupidum, exercitibus potentem detinuit extra Urbem, & ne ipſi jurarent Romani fidelitatem, conſtantiſſime reſtitit: ut plane viſum fuerit quaſi miraculum a Deo (ut divinæ (c) Scripturæ verbis utar) ſine armis extitiſſe victorem, & compreſſiſſe juvenem exercitibus potentem, malorum ſacerdotum malis conſiliis excitatum. Majori enim conatu aggredi, & ardentiori proſequi ſtudio, donec perficiat, homo laborat, quod ſemel ut rectum, conſilio ſacerdotum accepit ut divinitus allatum oraculum. (c) 2. Reg. 15.

☞ Drogo autem Metenſis Archiepiſcopus reverſus ad ſuos, diem obiit, ſepultuſque eſt in monaſterio S. Arnulphi, ubi & in ejus ſepulcro hujuſmodi fuit epitaphium exaratum:

*Con-*

PAGIUS

*Teſtato ſe nulla dolis molimina Princeps*
*Volvere, mandatis reſerantur peſſula Patris:*
*Ingreſſique aulam laudes ac vota Tonanti*
*Dant Antenoridæ * Æneadæque ſuperna canentes.* (* Franci & Romani.)
*Papa tuens Urbem immunem, Regemque coronans,*
*Diſponit ſceptra, Auguſti dat regmina proli*
*Pontifices, Comiteſque repugnantes ſibi, celſo*
*Præterit eloquio, rutili ferit impete veri,*
*Mitificans tumidas pietatis robore mentes.*
*Nec Petri proprios puero ſervire clientes **  (* Romanos)
*Cæſarei patitur juris: quin culmina ſervans,*
*Damnatis veniam, cenſoribus edit honorem:*
*Oraturque * alta Procerum cervice ſubacta* (* Adoratur)
*Pacis & inſtructor populo veneratur ab omni.*

Obiter notabis, Frodoardum vocare Romanos *clientes Cæſarei juris*, ideoque Imperatores Francos ſupremos Romæ Dominos fuiſſe, & Jure merito Sergium II. noluiſſe, ut Ludovico, qui Imperator non erat, fidelitatis ſacramentum præſtaretur. *Adoratus* vero dicitur Sergius, id eſt, Supremus Eccleſiæ Princeps agnitus.

VII. *Drogo Ep. Metenſis fit Vicarius in Galliis Sergii II.*

Ejuſdem Pontificis literas ad Galliæ & Germaniæ Epiſcopos pro Legatione *Drogonis* Epiſc. Metenſis publicavit Sirmondus Tom. III. Concil. Galliæ, in iiſque Sergius inquit: *Ad noſtræ humilitatis vicem, cunctis Provinciis trans Alpes conſtitutis Drogonem Archiepiſcopum Metenſem glorioſi quondam Karoli Imperatoris filium, cujus beatiſſimi moderatoris induſtriæ Romanorum Francorum concorporavit Imperium, cauta deliberatione conſtituimus; ut quia Sereniſſimi atque Piiſſimi filii noſtri, Magni Imperatoris Hlotharii, ejuſque fratrum dilectiſſimorum filiorum noſtrorum Hludovvici & Karoli Regum avunculus* (id eſt patruus) *eſt inſuper ſanctitate doctrinaque conſpicuus, ab hac Sede Sanctiſſima Apoſtolorum Principis auctoritate percepta, veſtris neceſſitatibus vice noſtra idoneus ubique miniſter exiſtat. Et quia omnium veſtrorum ſollicitudinem illi gerere præcipimus, omnium volumus obedientia comitari*, &c. Baronius, qui hanc Sergii Epiſtolam non viderat, in Addendis ad hunc Chriſti annum ſcribit, Drogonem Metenſem Archiepiſcopum ad ſuos reverſum e vita migraſſe. Verum *Drogo* uſque ad annum DCCCLV. vitam produxit, ut ibidem oſtendemus, & mox de ejus Vicariatu agemus.



*Conditur hoc buſto Præſul Drogo marmore ſculpto.*
*Spiritus in requie lætus ovat Abrahæ.*
*Filius hic Magni Karoli fuit Imperatoris,*
*Vir pius & prudens, vel probitate cluens.*
*Aulæ regalis moderator, paſtor ovilis.*
*Metis, & Eccleſiæ jure pater patriæ.*
*Hic Præſul, præſes, dominus, primaſque cis Alpes,*
*Ejus judicio * paca fuit regio.* (*f. &)
*Iſte Glodeſindis ſolemniter oſſa levavit,*
*Condigneque loco condidit eximio* ☜.

Sed redeamus in Urbem, ad res geſtas ipſius Romani Pontificis. Pergit rurſum Anaſtaſius:

XIII. *Jam quia linguæ cuncta, quæ geſſit, per ordinem explicare non prævalent, tranſeamus ad ea, quæ idem Pontifex ſanctis locis obtulit, eaque breviter enarrare inchoemus. In primo quidem Pontificatus ſui exordio, ſuperno amore exardeſcens, in baſilica Salvatoris, quæ Conſtantiniana vocatur, miræ pulchritudinis opus explevit: nam ambitum ſacri altaris, qui ſtrictim in ea olim fuerat conſtructus, longiorem proprio digito deſignans, a fundamentis perfecit, pulchriſque columnis cum marmoribus deſuper in gyro ſculptis ſplendide decoravit: ubi nunc ſacra plebs in adminiſtratione ſacri large conſiſtit officii. Quo expleto, ipſe almificus Pontifex pro decore & ornatu hujus præclari operis, in eadem baſilica obtulit vela alba holoſerica viginti, ornata per circuitum de fundato. Similiter & alia vela de fundato valde optima viginti, ornata de blatti in circuitu. Ubi etiam Confeſſionem mirificam, Chriſto cooperante, conſtruxit, & argenteis tabulis auro perfuſis fulgide compſit: quam propriis manibus conſecrans, in ea reliquias poſuit.*

De ſcala ſancta expoſita populis.

*Et aliud quidem opus ante foras hujus venerandæ Eccleſiæ valde optimum peregit; quia ſacra pridem, quæ latebant populis, Limina, ſummo ſtudio omnibus manifeſta conſtituit, cum pulchri decoris arcus ibidem a fundamentis conſtrueret; quos etiam variis picturis nitide decoravit.* Cæterum per ſacra Limina intelligi eam, quam vocamus hodie, Portam ſanctam, exiſtimamus; niſi potius auctor more ſuo improprie locutus, Limina pro Scalis uſurpavit. Nam antiquitus nonniſi Apoſtolorum Petri & Pauli Limina culta inveniuntur, quæ & accedentes exoſculari conſueverunt, eademque ſacra Limina nuncupata ac frequentata. Scala vero ſancta ſcitur Lateranenſem baſilicam fuiſſe illuſtratam.

XIV.

Hoc anno, qui & ſecundus Regni Ranimiri, ſive Ramiri, Regis Oveti, in Hiſpania regnantis, numeratur, juxta exactam temporis rationem, ab (a) Ambroſio exactiſſime allatam, qua errores plurimum corriguntur, & mendoſi codices emendantur, contigit admiranda illa, omnium celeberrima, omni Scriptorum genere celebrata victoria, adverſus Sarracenos obtenta divinitus, cum præcipuus Hiſpanorum patronus ſanctus Jacobus perſpicuus omnibus, uti pollicitus fuit, viſus eſt ante aciem adverſus barbaros impios dimicare. Teſtantur iſta (ut omittam longiſſimam id aſſerentium Scriptorum ſeriem texere) vetuſtiſſima monumenta, nimirum ejuſdem Regis diploma, cum pro gratiarum actione, eidem Sancto Hiſpaniam reddidit vectigalem; ſunt & Romanorum Pontificum litteræ, quas citant, iſta firmantes. Antiqua innovantur Chriſti virtute miracula, ſive in Machabæorum libris, ſive in aliis enarrata, cum pro fidelibus viſi ſunt cœlitus miſſi milites decertare, fugare hoſtes, inſequi illos, & inſignem victoriam ſuis parere. Quomodo autem tam grandia iſta, divina fieri virtute contigerint, ex Tudenſi, rem geſtam in compendium redigente, ſic reddimus:

(a) *Ambr. Mor. Chronic. Hiſp. l. 13. c. 52. & in Schol. ad S. Eulog.*

De admiranda victoria adverſus Sarracenos, Dei virtute parta.

XV. *Cum* (inquit) *Ramirus regnare cœpiſſet, miſerunt ad eum Sarraceni, ut daret illis annuatim quinquaginta puellas nobiles, quas ſibi in matrimonium copularent, & quinquaginta de plebe, ut ad ſolatium eſſent illis, ſicut olim fecerat Rex Mauregatus. Rex autem Ramirus cum hæc audiſſet, iratus eſt valde propter ſtuprum & ſacrilegium puellarum. Et congregato exercitu magno, terram Maurorum hoſtiliter intravit, & cuncta, quæ in agreſtibus villis, & agris reperit uſque ad Nazarum, ferro flammaque vaſtavit. Sar-*

*ra-*

Denegatur Sarracenis infame tributum.

PAGIUS

VIII. *Moritur Alfonſus Rex Legionis.*

A num. XIV. ad XVII. *Alfonſus Caſtus* Aſturiarum & Legionis Rex; cum ad ultimam ſenectutem proceſſiſſet, anno ſuperiori mortuus eſt, ut tradunt Ambroſius Morales, & Mariana, quos hic ſequitur Baronius, quamquam non deſint, qui ejus obitum in hunc annum differant. Paulo antea in Procerum Conventu *Ramirum* Veremundi Regis filium Regni Succeſſorem deſignavit. Is bellica gloria & pa-

cis

*raceni vero multitudine valida congregata ei bellum intulerunt in loco, qui vocatur Albella. Exercitus autem Regis Ramiri paulatim cœpit terga præbere, uſque dum pervenit ad collem, qui Calbilium vocabatur. Clauſit nox obſcuriſſima diem; & illico omnes Chriſtiani congregati ſunt, totam noctem cum lacrymis & orationibus peragentes. Rex autem Ramirus aliquantulum dormire cœpit, & apparens ei Jacobus Apoſtolus, ait illi: Dominus meus Jeſus Chriſtus alias provincias aliis fratribus noſtris Apoſtolis diſtribuens, totam Hiſpaniam meæ tutelæ deputavit, atque mea munivit protectione. Poſthæc Apoſtolus manu ſua manum Regis adſtringens, dixit illi: Confortare, & eſto robuſtus: ego enim ſum Jacobus Apoſtolus Chriſti, & venio in auxilium tibi: Et ſuperabis mane auxilio* Dei *Sarracenorum, a qua obſeſſus es, hanc innumerabilem multitudinem. Multi tamen ex tuis, quibus jam parata eſt æterna requies ſupra, in iſto prælio coronam meriti ſuſcepturi. Et ne dubites ſuper hoc, videbis me in equo albo, deferentem maximum album vexillum. Summo igitur mane, facta peccatorum veſtrorum confeſſione, & accepta corporis, & ſanguinis* Domini *communione, armata manu non dubites invadere caſtra barbarorum, nomen* Domini *invocantes: pro certo enim noveris, eos in ore gladii ruituros. Quibus dictis, Apoſtolus diſceſſit.*

S. Jacobus apparet Ramiro Regi, & ſpondet victoriam.

XVI. *Rex autem Ramirus ad ſe reverſus, vocatis Epiſcopis, Abbatibus, & Magnatibus, eis retulit viſionem. Qui gratias agentes Deo, fecerunt ut ſibi fuerat præceptum, & bellum barbaris intulerunt: beatus autem Jacobus apparuit, ſicut promiſerat, Chriſtianos animando ad pugnam, & Sarracenos fortiter feriendo. Chriſtiani autem, ut viderunt B. Jacobum, in Domino roborati, cœperunt magnis vocibus, concidendo gladiis Sarracenos, clamare dicentes: Adjuva nos Deus, & beate Jacobe. Tunc victi Sarraceni fugerunt, & cæſi ſunt ex illis fere ſeptuaginta millia, & in caſtra reverſus eſt exercitus cum magna gloria.*

*Rex autem Ramirus cum Epiſcopis & Abbatibus omnes ſimul ſtatuerunt ex tunc annuatim perpetuo, tam in terra acquiſita, quam in acquirenda, quam ſub nomine B. Jacobi Apoſtoli dignaretur de Sarracenorum manibus liberare, de unoquoque jugo boum ſingulas menſuras frugis ad modum primitiarum; & de vino ſimiliter clericis, in Eccleſia beati Jacobi Apoſtoli Deo ſervientibus, conceſſerunt in perpetuum. Similiter quod Chriſtiani milites in ſingulis expeditionibus de eo, quod a Sarracenis acquiſierint, ad menſuram portionis unius militis, beato Jacobo conferrent. Præſentes fuere duo Archiepiſcopi, & quatuor Epiſcopi, cum hæc dona beato Jacobo Apoſtolo voverentur, ſcilicet Dulcitius Cantabrienſis Archiepiſcopus, Suarius Ovetenſis Archiepiſcopus; Salomon Aſturicenſis Epiſcopus, Rodericus Lucenſis Epiſcopus, & Petrus Tudenſis Epiſcopus. Præſentes quoque erant Ordonius filius Regis Ramiri, & Garſias frater ejuſdem Regis, qui ambo Reges dicebantur. Siquidem tantæ benignitatis Ramirus erat, ut fratrem tamquam ſeipſum diligeret, & participem faceret Regni.*

*Non appoſuerunt ultra Sarraceni a Chriſtianis tributum petere puellarum, quia Rex Ramirus barbaros valida manu expugnabat, auxilio glorioſiſſimi Jacobi Apoſtoli roboratus. Inclyta quoque Regina Uraca uxor ejus, glorioſe erga Eccleſiam beati Jacobi Apoſtoli ſe habuit. Quod ex hoc poteſt adverti, quod eam multis donis, auro, argento, gemmis, & cortinis ſericis decoravit. Ovetenſem quoque Eccleſiam S. Salvatoris multis inſignibus nobiliter ditavit.* Hæc Tudenſis. Reliqua de Rege maxime pio dicturi ſumus inferius.

Pietas Reginæ Uracæ.

XVII. Quod vero ad res Francorum pertinet, hoc eodem anno cum inter fratres Reges pax eſſet, Carolus Aquitaniæ Rex Bernhardum Barcinonenſem ducem, a patre Ludovico Imp. donatum Septimaniæ Ducatu, cujus cauſa (ut ſuperiori Annalium tomo fuſius dictum eſt) adverſus patrem Imperatorem filii inſurrexere, incautum, nihil hujuſmodi cogitantem, occidit. Hoc veteres Annales Francorum a Pithœo editi. Fuit Bernardo huic Vuillelmus filius, magni animi juvenis, qui

Ex nece Bernardi Ducis magnæ ſecutæ ſunt cædes.

PAGIUS cis artibus celeberrimus fuit, inſignemque victoriam de *Abderhamano* Saracenorum Cordubenſium Rege, Sancto Jacobo auſpice, reportavit, quam ex Tudenſi fuſe Baronius narrat.

IX. A num. XVII. ad XXV. *Bernardus* Sancti Willemi Comitis filius, Marçæ Hiſpanicæ Præfectus, ſeu Dux Septimaniæ, Comes Barcinonis ac Toloſæ, hoc anno Caroli Calvi juſſu morte affectus eſt, ſeu quod Pippino palam in Aquitania faveret ſeu quod tyrannidem affectaret, ut Annaliſta Bertinianus his verbis ad annum DCCCXLIV. inſinuat: *Bernardus Comes Marcæ Hiſpanicæ jamdudum grandia moliens, ſummiſque inhians, majeſtatis reus, Francorum judicio, juſſu Caroli in Aquitania capitalem ſententiam ſubiit.* Ex uxore *Dodona* duos reliquit filios, ut ipſemet teſtatur in ſuo Manuali a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. 2. inter Monumenta Hiſtorica publicato, ex quo etiam liquet *Vuillelmum* Bernardi filium majorem natu, hoc anno annum ætatis XVIII. egiſſe. Willelmus patris mortem ulturus Pippini auxilio *Toloſam* intercepit, quam Carolus Rex ſtatim obſidione cinxit. Eo tempore moram agebat Carolus in Monaſterio S. Saturnini, quo Proceres & populi Marcæ Hiſpanicæ pro-

*Bernardus Marcæ Hiſpanicæ Præfectus morte afficitur.*



qui patris necem ulturus, Sarracenorum Regi inhærens, ejus fretus auxilio, omnia, quæ potuit, cædibus miſcuit. Eſt mentio hujus apud (*a*) Nithardum hujus temporis auctorem.

(*a*) *Nithar. hiſt. Fran. l. 3.*

Sunt hæc illa infelicia tempora, quorum meminit S. Eulogius Cordubenſis martyr in epiſtola ad Vuilieſindum Pampilonenſem Epiſcopum, atque deplorat. Sed male Scholiaſtes ad annum Redemptoris octingenteſimum vigeſimum ſeptimum refert. Nam præter quod certa auctoritate dictorum veterum Annalium Francorum redarguitur; Carolus cædis patrator, de quo eſt ſermo, tunc temporis nonniſi ſeptem annorum erat, natus ipſo nimirum anno Domini octingenteſimo vigeſimo, plane ad ea peragenda erat minus idoneus. Quod vero ejuſdem epiſtolæ prima parte hujus temporis calamitates quantæ fuerint enarrantur, ſimulque de ſua agens peregrinatione, ſtatum referat Hiſpanæ Eccleſiæ, ſanctorum virorum floribus exornatæ; ratio nobilis exigit argumenti, ut ex ea hic illa nos deſcribamus, quæ ad hæc tempora ſpectare noſcuntur. Erit plane, Lector, ut magnam capias animi voluptatem, cum tempore denſarum veprium Mahumetanicæ impietatis videris vireſcere cedros Dei, & in altum, cœlum verſus, ſublimes extolli; ut tibi libenter & patienter ferendum ſit, ſi rubiginoſo ſtylo auctor pro temporis conditione ſit uſus ad aureas litteras exarandas. Porro ipſa epiſtola poſt annos ſeptem ab hoc tempore ſcripta habetur, Æra octingenteſima octogeſima nona, qui eſt annus Redemptoris ogingenteſimus quinquageſimus primus, de qua rurſum in his, quæ ſpectant ad perſecutionem Sarracenorum, cujus in poſteriori ejus parte texitur hiſtoria, ſuo loco erit agendum. Sic enim ſe habet:

XVIII. *Reverentiſſimo ac ſanctiſſimo Dei miniſtro, domino & patri meo Vuilieſindo Pampilonenſis ſedis Epiſcopo, Eulogius presbyter ſalutem.*

*Olim, beatiſſime Papa, cum dira ſæculi fortuna, quæ fratres meos Alvarum & Iſidorum a genitali ſolo abducens pene in interiores Togatæ Galliæ partes apud Hludovicum Regem Bajoariæ exulare fecit; me etiam propter eos diverſas adire regiones, & ignota atque laborioſa itinera ſubire compelleret: quoniam ſtipata prædonibus via, & funeroſo quondam Vulibelmii tota Gothia perturbata erat incurſu, qui adverſus Carolum Regem Francorum eo tempore, auxilio fretus Habdarraghmanis Regis Arabum tyrannidem agens, invia & inadibilia cuncta reddiderat: ad partes Pampilonenſes diverſus, putaram me inde cito migraturum. Sed ipſa iterum, quæ Pampilonam & Seburicos limitat Galliæ Comata, in excidium prædicti Caroli contumaciores cervices factionibus Comitis Sancii Sancionis erigens, contra jus præfati Principis veniens, totum illud obſidens iter, immane periculum commeantibus ingerebat.*

Epiſtola S. Eulogii Cordubenſis.

*Eo tempore magnam mihi conſolationem beatitudo tua in ipſa peregrinatione exhibuit. Et vere ſummi magiſtri typum gerens, & in veritate ejus præceptis obediens, non diſtuliſti hoſpitio recreare, quem tibi vera charitas Jeſu Chriſti commendaverat, dicentis: Hoſpes (a) eram, & collegiſtis me. Ita theſauros meritorum apud Patrem in cœlis collocare ſtudens, præbes neceſſaria deſtitutis, foves omnia, univerſa tutaris; adeo ut in illo exilio meo, nihil, præter affectuoſam peregrinorum fratrum & deſtitutæ familiæ præſentiam, ſuſpirarem. Lugebam ego ſæpe: ſed tu pater aſſidue conſolabaris mœrentem. Flebam multum, ſed tu pia compaſſione relevabas proſtratum. Quandoquidem (juxta (b) Apoſtolum) mecum infirmabaris, mecum triſtabaris, plangebaſque ubertim, cum ego plorarem.*

Peregrinatio S. Eulogii.

(*a*) *Matt. 25.*

Vuilieſindi Epiſc. Pampilonenſis immenſa charitas.

(*b*) *2. Cor. 11.*

XIX. *Cumque me uno reſidere loco, multiplex dolor non ſineret, libuit mihi loca viſitare Sanctorum, quo dejectum ſummis mœroribus animum relevarem. Et maxime li-*



PAGIUS profecti ſunt, & varia Diplomata menſibus Maio & Junio ab eo obtinuere. Septem enumerat Baluzius in Appendice Veterum Actorum poſt Notas ad Capitularia, Act. LIX. & ſeqq. In uno, quibuſdam Hiſpanis conceſſo, legitur: *Data XIV. Kal. Junii, Indictione VII. anno IV. regnante Karolo glorioſo Rege, in monaſterio Sancti Saturnini prope Toloſam, in Dei nomine feliciter. Amen.* Annaliſta Metenſis ad hunc Chriſti annum mentionem facit prælii durante illa obſidione commiſſi: *Pippini Duces*, inquit, *Karoli exercitum ſuperant VII. Idus Junii. In quo prælio ceciderunt Hugo Abbas, patruus Karoli, & Ribtbodo Abbas, Raban quoque Signifer, cum multis Nobilibus.* Quod totidem fere verbis Annaliſta Fuldenſis habet.

X. Fuſius rem geſtam narrat Annaliſta Bertinianus: *Pippinus Pippini quondam Regis filius exercitu ex Francia ad Carolum Toloſam civitatem obſidione vallantem properanti in pago Ecoleſimo occurrens, ita brevi & abſque ſuorum caſu profligavit, ut Primoribus interfectis cæteros fugam etiam ante congreſſum ineuntes, vix paucis evadentibus, aut caperet, aut ſpoliatos, ſacramentoque adſtrictos ad propria redire permitteret. Qua inopinata congreſſione Hugo Presbyter & Abbas filius Caroli Magni quondam Imperat. & frater Hludovici itidem Imperatoris, patruuſque Lotharii, Lodoici, & Caroli Regum, nec non Richerto Abbas & ipſe conſobrinus Regum, nepos videlicet Caroli Imperatoris ex filia, &c. cum aliis pluribus interfecti.* Hugo duorum Monaſteriorum Abbas fuit Sancti ſc. Quintini, & Sancti Bertini, de quo plura Mabillonius Sæc.

*Vuillelmus ejus filius adverſus Carolum Calvum rebellat.*

*libuit adire B. Zachariæ Aſceterium, quod ſitum ad radices montium Pyrenæorum in præfatæ Galliæ portariis, quibus Aragus flumen oriens, rapido curſu Seburim & Pampilonam irrigans amni Cantabro infunditur: quod famoſiſſimis in exercitatione regularis diſciplinæ ſtudiis decoratum, toto refulgebat occiduo. Sed tu pater juvas anhelantem, & ſalutari conſultu inſtruis abeuntem, pioque fratrum comitatu foves pergentem. Prius autem quo ad eumdem locum accederem, plures apud Legerenſe monaſterium commorans dies, præcipuos in Dei timore viros ibidem manere cognovi. Deinde alia atque alia loca peragrans, tandem divino munere, ad illud, quod ſæpius deſiderabam, perveni cœnobium. Præerat quippe ei tunc Odoarius Abbas, ſummæ ſanctitatis, magnæque ſcientiæ vir: qui ultra quam referri poteſt, nos digne ſuſcipiens, omnem erga nos humanitatem exhibuit.*

XX. De monaſterio Seraſienſi laudes dignæ.

*In illo etenim beatæ Congregationis collegio, quod pene centenarium numerum excedebat, veluti ſidera cœli, alii quidem ſic, cæteri vero ſic, diverſis meritorum virtutibus emicabant. Florebat in nonnullis perfecta charitas, quæ foris mittit timorem; pleroſque alto culmine extollebat humilitas, qua ſeſe unuſquiſque juniore inferiorem reputans, imitatores præceptorum Dei fieri contendebant. Multi etiam cum eſſent corpore imbecilles, verumtamen magnanimitate ſubnixi, alacrioribus animis injunctum exercebant obſequium. Sic quoque in aliquos principatum ſuum obedientia, quæ omnium virtutum magiſtra eſt, vindicans, ſuos non patiebatur executores degenerare, ſed ſupra vires grandia exercere compellebat, quoſcumque ſuo munere illuſtraverat. Operabantur omnes certatim, alter alterum invitans, contendebat præcellere. Augebatur invicem ardor placendi Deo & fratribus, & unuſquiſque propriæ artis induſtriam, ad communem profectum exercitabat. Exercebant alii peregrinorum & hoſpitum diligentius curam; & quaſi declinanti Chriſto ad hoſpitia eorum, omnibus adventantibus obſecundabant. Cum vero tot eſſent, nullus murmurans, nemo arrogans intererat. Studebant cuncti ſilentio, totamque per noctem furtivis precibus incumbentes, nocturnum chaos pervigili meditatione vincebant, magna ſe circumſpectione vallantes, ne Pſalmiſtæ denotarentur (a) oraculis, qui ait: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt.*

(a) Pſal. 75.

XXI. Recedit S. Eulogius reverſurus Pampilonam.

*Sed quid referre de Sanctorum virtutibus lingua poteſt mortalis, qui in terris poſiti, angelice degunt; & qui licet inter homines converſentur, propoſitum vero gerunt cœleſte? Cum quibus paululum commorans, cum ab eis vellem diſcedere, omnes ſolo proruunt, pro ſe exorari depoſcunt: & cur tam cito a me deſererentur, ſupplici voce conquerebantur. Præſtabat quippe tunc mihi clariſſimus filius meus Theodemundus diaconus comitatum; qui ab exordio itineris mei uſque ad ultimum inconvulſibiliter contubernio meo cohærens, mecum totius diſcrimina illius peregrinationis confecit. Regredientibus ergo nobis, præbent ſodalitatem Abbas ille venerabilis Odoarius, & Joannes Præpoſitus per totum uſque ad veſperum diem, colloquium de divinis ſcripturis gerentes; ſic quoque ab invicem datis oſculis, diſcedentes, ad te, Apoſtole Dei, e veſtigio repedavimus, cujus informatione, tanta honoris venerabilitate ab illis patribus excipi meruimus.*

XXII. S. Eulogii mentis anguſtiæ.

*Igitur cum proprium reviſere arvum, piæ matris Eliſabeth, ſeu ſororum duarum Nicolæ & Anullonis, junioriſque fratris Joſeph urgerer affectu: cogis, ut adhuc remaneam, nec ſinis abire mœrentem. Sed utroque vulnere percuſſum cor meum tu jam mederi non poteras: cui & peregrinatio fratrum, & deſolatio domeſticorum quotidianum afferebant lamentum. Iſta de noſtra charitate confiſus, rogas, ut Cordubam repetens, ipſe reliquias tibi ſancti martyris Zoili dirigerem, & hoc munere Pampilonenſes populos illuſtrarem.*

Ili-

PAGIUS Sæc. III. Benedict. part. I. in Vita S. Hugonis Epiſcopi Rotomagenſis. Richbotus Centulenſis Abbas erat, ut ſcribit Hariulfus illius Monaſterii Chronographus cap. 7.

XI. *Fœdus init cum Saracenis Hiſpaniæ.*

*Vuilhelmus* veritus, ne ad tantum facinus viribus deſtitueretur, fœdus iniit cum Abderamane Cordubenſi Saracenorum Rege qui milite & pecunia rebellem juvit. Hoc eſt quod ſignificare voluit Eulogius Cordubenſis in Epiſtola ad Willeſindum Epiſcopum Pampilonenſem, recitata a Baronio num. XVIII. & ſeqq. ſcriptaque *Era DCCCLXXXIX.* inquit Eulogius, anno ſc. Chriſti DCCCLI. in qua narrat ea, quæ ante annum illum ſibi contigerant, cum ſe ad Gallias adeundas accingeret. Prohibitum quippe ſe fuiſſe ait, ne per Gotthiam iter ageret, ob Willelmi factionem: *quoniam ſtipata prædonibus via, & funeroſo quondam Vuillelmi tota Gotthia perturbata erat incurſu; qui adverſum Carolum Regem Francorum eo tempore, auxilio fretus Habdarraghamanis Regis Arabum tyrannidem agens, invia & inadibilia cuncta reddiderat.* Ambroſius Morales Wilelmum hunc cum Willemundo, qui anno DCCCXXVII. ſocius fuit Aizonis adverſus Ludovicum Pium rebellis confundit; quamvis Eginhardus in Annal. ad eum Chriſti annum Willemundum, non vero Willelmum Beræ Comitis, Barcinonenſis filium diſerte appellet, & tumultus a Willelmo excitati initia non poſſint hunc annum, quo Bernardus extinctus eſt, antecedere. Quare jure merito Baronius num. XVII. & Marca lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 27. num. I. Ambroſium Moralem confutarunt. Addit Marca, cum Eulogius affirmet, totam pene Gotthiam eo tempore fuiſſe per-

tur-



*Ilico me ſatisfacere petitioni tuæ, reſpondi, & hujus rei debitorem me vobis eſſe in veritate promiſi.*

*Cumque a vobis egrederer, feſtinus Cæſarauguſtam perveni, cauſam fratrum meorum, quos vulgi opinio negotiatorum cohortibus intereſſe, nuper ab interioris Franciæ gremio ibidem deſcendentibus jactitabat. Deinde urbi appropinquans, negotiatores quidem reperi, peregrinos autem meos eorum relatione apud Maguntiam nobiliſſimam Bojoariæ civitatem exulaſſe cognovi. Et verum fuiſſe hoc negotiatorum nuntium, regredientibus, Deo fautore, ſuccedenti tempore, ab interiori Gallia fratribus noſtris, didicimus. Aliquamdiu vero apud ſeniorem Pontificem, qui tunc rectæ vitæ moribus, eamdem urbem regebat, demorans: poſtea Complutum deſcendi, raptim per Segontiam tranſiens civitatem, in qua tunc præſulatum gerebat vir prudentiſſimus Siſemundus. Et cum ab Antiſtite Complutenſi Venerio digne ſuſciperer: poſt quintum diem Toletum reverti: ubi adhuc vigentem ſanctiſſimum ſenem noſtrum, faculam Spiritus ſancti, & lucernam totius Hiſpaniæ Vuiſtremonium Epiſcopum comperi, cujus vitæ ſanctitas totum orbem illuſtrans, hactenus honeſtate morum, celſiſque meritis Catholicum gregem refovet. Multis apud eum diebus egimus, ejuſque angelico contubernio hæſimus.*

Rediens S. Eulogius viſitat ſanctum Vuiſtremonium Ep. Toletan.

XXIII. Revertitur Cordubam S. Eulogius.

*Cumque in domum me revocaſſem, cuncta incolumia reperi, genitricem ſcilicet, binaſque ſorores, & ultimum noſtrorum omnium ætate Joſeph, quem ſæva Tyranni indignatio eo tempore a principatu dejecerat. Suſcipit peregrinum ſuum deſtituta familia; & quaſi e ſepulcro ſuſcitatum lætantibus animis gaudet reviſiſſe poſt longum tempus domum. Ego vero ſemper in omni colloquio meo te patrem extollens, ſemper inter familiares ſermocinationes tuam beneficentiam recolens, ſemper tuæ charitatis affectum corde geſtans, mentis ulnis amplector. Et quia intercedente terrarum prolixa capedine, multis ab invicem diſparamur ſpaciis, obſtante quoque alio chaos immane, quo ego Cordubæ poſitus ſub impio Arabum gemam Imperio: vos autem Pampilonæ locati, Chriſticolæ Principis tueri meremini dominio, qui ſemper inter ſe utrique gravi conflictu certantes, liberum commeantibus tranſitum negant: inde eſt, vel quod non debitum veſtræ bonitati dependimus famulatum, vel quod non pio deſiderio veſtro ſatisfacimus in tranſmiſſione reliquiarum; ſeu quia non quibuſcumque tales, tantaſque opes committere duximus ratum.*

XXIV. S. Eulogius mittit reliquias martyrum Pampilonam.

*Nunc autem quia, Deo diſpenſante, dominus Galindo Enniconis ad propria remeans, ſuos reviſere fines exoptat; per ipſum vobis præfati Martyris reliquias deſtinavimus. Sed & S. Aciſcli, quas a nobis non poſtulaſtis, tranſmiſimus: ut vos ſponſionis veſtræ votum feliciter adimplentes, eorum beatorum memoriæ conſtruendo baſilicam, nobis, Deo fautore, propter hanc obedientiam patrocinium illorum occurrat ad veniam, Chriſto nobis omnia repenſante atque donante, quæ in nobis egiſtis, & quæ erga nos operati eſtis: quem veſtrum in nos olim exhibitum non latet obſequium, & pia remuneratione contriplicatum vobis valet rependere commodum, qui dixit: Qui vos recipit, me recipit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui recipit, prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipiet. Cuncta tibi, pater, repoſita ſunt coram Domino: omnia apud illum, quæ piis laboribus tuis debentur, ſalva & incolumia perſeverant recipienda a Deo tempore neceſſario, cum juſtus advenerit unicuique reddere pro qualitate laborum, aut præmium, aut ſupplicium.* Hucuſque ex S. Eulogio. Quæ autem ſequuntur, ad tempus ſpectant, quo epiſtola ſcripta eſt: agemus



de

PAGIUS turbatam, videri non ſolum Gotthiam Hiſpanicam ſignificare voluiſſe; ſed etiam Gallicam, ideſt, Septimaniam.

XII. *Præceptum Caroli Calvi pro Hiſpanis.*

Carolus Calvus, dum *Toloſam* obſideret, Præceptum emiſit pro Hiſpanis, qui e Ditionibus Caliphæ Cordubenſis fugerant, & propter Saracenorum perſecutionem in Franciam ſeſe receperant. Refertur illud a Didaco in Hiſtoria Barcinonenſium Comitum lib. 2. cap. 4. & poſt eum ab aliis: *Notum ſit omni S. Eccleſiæ fidelium atque noſtrorum, præſentium ſc. & futurorum, in partibus Aquitaniæ, Septimaniæ ſive Hiſpaniæ conſiſtentium, quia progenitorum Magnorum noſtrorum Orthodoxorum Imperatorum, avi videlicet noſtri Karoli, ſui genitoris noſtri Auguſti Hludovvici auctoritatem imitantes, Gothos ſive Hiſpanos inter Barchinonam famoſi nominis civitatem, vel Terracium Caſtellum quoque habitantes, ſimul cum his omnibus Hiſpanis, qui infra eumdem Comitatum Barchinonæ extra civitatem quoque conſiſtunt, quorum progenitores crudeliſſimum jugum inimiciſſimæ Chriſtiani nominis gentis Saracenorum evitantes, ad eos ferre confugium, & eandem civitatem illorum magnæ potentiæ libenter condonarunt ſeu tradiderunt, & ab eorumdem Saracenorum poteſtate ſe ſubtrahentes eorum noſtraque demum libera & prompta voluntate ſe ſubjecerunt, complacuit, manſuetudini noſtræ ſub immunitatis tuitione defenſioniſque munimine benigne ſuſcipere ac retinere, & quod habitationem neceſſitatibus eorum opportunum auxilium, ſicut & ab illis progenitoribus eorum, & ipſis conſtat per Imperialium apicum ſanctionem conceſſum clementer conferre, quatenus & noſtra Regalis conſervatio conſtructio* (Librarius cum vocem legere non poſſet has duas poſuit,) *atque innovatio in eorum bene geſtis operibus exaltationi Eccleſiæ glorioſo ſanguine redemptæ, & miniſtret augmentum, & animabus eorum ac noſtra proficiat ſemper in emolumentum.*

Eis

de his, quæ ſubiicit de excitata perſecutione Maurorum ſuo loco.

XXV. Rabanus mittit ad Sergium Papam carmen de S. Cruce.

Ad hunc item annum pertinet quod in ſuperius citatis Francorum Annalibus his verbis traditur poſt enarratam Bernhardi cædem, & alia ad bellum ſpectantia: *Rabanus quoque Sophiſta, & ſui temporis poeta nulli ſecundus, librum, quem de laude ſanctæ Crucis Chriſti figurarum varietate diſtinctum difficili & mirando poemate compoſuit, per Aſerichum & Theadbertum monachos monaſterii Fuldenſis, Sergio Papæ ſancto Petro offerendum tranſmiſit.* Hæc ibi. Cæterum liber ipſe, ut ſuperius dictum eſt, tempore Gregorii Papæ quarti, & ad Gregorium ipſum ſcriptus eſt, cui offerre cum debuiſſet, ne fieret, aliquod, & ut puto, mortis interceſſit impedimentum.

XXVI. Quod ſpectat ad res Orientales, hoc anno, qui numeratur decimusoctavus ab obitu S. Theodori Studitæ egregii Confeſſoris, contigit ejus corpus transferri Conſtantinopolim magna celebritate. Ita plane voluit Deus ipſum, qui ſuo ſanguine ſæpe fuſo viam ſtraverat ad victoriam adverſus Iconoclaſtas, illis penitus ſuperatis, magna gloria triumphum ducere in terra etiam, qui anima jam triumpharat in cœlo. Debebantur plane congrua convenientia, ut ſacra illa membra toties ſubiecta verberibus, publicis eo modo cumularentur honoribus. Quomodo autem iſta ſe habuerint, Michael Studita ad finem vitæ ipſius iſta habet, rem geſtam ſummatim perſtringens.

*Quoniam ſacrum ipſum ſanctumque corpus præcipuo quodam honore affici par erat*

rat

PAGIUS

Eis poſtea concedit Carolus eadem fere Privilegia, quæ alias Ludovicus Pius Aug. de cujus Præcepto in Hiſpanorum gratiam ſuo loco egimus. Porro *Terracium* Caſtellum ſeu Terracia, vulgo hodie *Tarraſſa*, ſucceſſit in locum Veteris Egaræ olim Sedis Epiſcopalis ut oſtendit Marca lib.2. Marcæ Hiſp. cap.16. num.II. In fine Præcepti Caroli legitur: *Data III. Id. Jun. anno quarto regnante Karolo glorioſo Rege. Actum in Monaſterio Sancti Saturnini prope Toloſam.* Poſt acerrimam propugnationem Urbs hæc tandem a Carolo expugnata, qui antequam ex ea diſcederet, edidit Capitulare novem Capitulis conſtans, quod inter ejus Capitularia legitur. Rebellio tamen *Vvillelmi* per aliquot annos continuata.

XIII. *Tranſlatio S. Theodori Studitæ.*

Ad num. XXVI. *Sanctus Theodorus* Studitarum Præpoſitus, Sacrarum Imaginum Defenſor acerrimus, e vita migravit anno DCCCXXVI. *& poſt annos decem & octo* ſacrum ejus corpus Conſtantinopolim tranſlatum eſt, uti narrat Baronius ex Michaele Studita in hujus Sancti Vita. Diem ejus Tranſlationis notavit Auctor Vitæ S. Nicolai ejuſdem Monaſterii Studitarum Præpoſiti, quæ recitatur a Combefiſio poſt Hiſtoriam Monothelitarum, & a Bollando ad diem IV. Februarii. Anonymus iſte loquens de Naucratio Studitarum Præfecto, & de S. Nicolai ſolitudine, ait: *Per id tempus illuſtris quoque ac lætitia plena Tranſlatio contigit Confeſſoris ac Sancti Patris noſtri Theodori ab inſula Principe* (quæ poſita erat in Antiqua Thracia) *ad noſtrum hoc Monaſterium, providente piiſſima Auguſta* (ſc. Theodora) *ac magno Pontifice* (nempe Methodio,) *univerſoque Eccleſiæ cœtu concurrente: fuitque glorioſe depoſitus vigeſimo ſexto Januarii, juxta inclytum ac afflatum a Deo ejus avunculum Platonem, una cum fratre ac Epiſcopo Joſeph.* Sanctus Plato die XIV. Aprilis, Sanctus vero Joſephus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis die XIV. Julii colitur, ſed hoc anno dies XXVI. Januarii in diem Sabbati, anno ſequenti in feriam ſecundam incidit; ideoque vereor, ne in numeros error irrepſerit; cum Tranſlationes Sanctorum non niſi diebus Dominicis aut Feſtis ſolennioribus fierent.

XIV. *Concilium ad Theodonis villam.*

Celebrata hoc anno Concilia duo in Francia, alterum ad Theodonis villam, alterum in Verno Palatio. Hic titulus prioris in Capitularibus Caroli Calvi: *Sequuntur Capitula, quæ acta ſunt in Synodo ſecus Theudonis villa habita in loco, qui dicitur Judicium, quando tres fratres glorioſi Principes, Hlotharius videlicet, Hludovvicus, & Carolus, ſimul convenerunt, anno V. Regni Caroli; cui Synodo Drogo Metenſis Epiſcopus præſedit conſenſu eorumdem Regum: quæ & ipſi Principes ante ſe fideleſque eorum relecta Capitula approbarunt, & ſe eadem ſervaturos auxiliante Domino promiſerunt menſe Octobri, Indictione VII.* Labbeus Tom. VII. Concil. titulum illum & ſex Canones in hoc Concilio conditos refert; ſed in margine perperam ſcribit, loco *Indictione VII.* legendum eſſe, *Indictione VIII.* Conſtantinopolitana nempe a Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoata, non enim animadverterat, Carolum Calvum plerumque adhibuiſſe Indictionem a die Natali Chriſti inchoatam. Synodus hæc congregata fuit ex univerſa Francia, quæ tribus Regibus parebat, eique præfuit *Drogo*, qui in aliis Conciliis primum jam locum tenuerat, forte quod eſſet Regiæ proſapiæ ac filius Caroli M. Annaliſta Bertinianus ad hunc annum de hoc Conventu ſcribit: *Interea fratrum Lotharii Hluovvici & Caroli alternatim fraterno affectu Legatis multifariam diſcurrentibus menſe Octobri iidem penes Theodonis villam conveniunt. Habitoque diebus aliquot amicabili perneceſſarioque conloquio inter ſe, fraternitatis & caritatis iura inpoſterum non violanda confirmant. Omnes quoque diſcordiarum ſatores cauturos ſollicitius, execraturoſque & ſtatum Eccleſiarum imminentibus neceſſitatibus fœdiſſime rebus dilaceratum, ac perſonis minus congruis, ideſt Laicis vulgo contraditum redintegraturos ſeſe promittunt. Unde & ad Pippinum Landbertum atque Nomenogium* (id eſt Nomenoium Minoris Britanniæ Ducem) *pacis gratia Miſſos pariter deſtinant, ut fratri Carolo, ut obedientes fideles de cætero permanſuri occurrere non differant. Sin alias, eis tempore opportuno viriliter conglobati, eorum infidelitatibus ulciſcendis ſe interminando profecturos pronunciant*, Theodovilla in Ditione Lotharii ſita erat.

XV. *Concilium Vernenſe II.*

Habitum & hoc anno Concilium *Vernenſe*, cui Sirmondus hanc epigraphen appoſuit: *Canones Concilii in Verno Palatio habiti, ubi præſedit Ebroinus Pictavorum Epiſcopus* (qui Archicapellanus erat Sacri Palatii) *& Vvenilo Senonum Archiepiſcopus, nec non & Hludovvicus Sancti Dionyſii Abbas, & Hincmarus poſt Rhemorum Epiſcopus, anno V. regni Domini noſtri Caroli filii Hludovvici Imperatoris menſe Decembrio,*

In-



Tranſlatio corporis S. Theodori Studitæ.

*rat: poſt annos decem & octo, ceſſante jam adverſus Eccleſiam bello, quod poſtremum Theophilus excitarat: in Regiam urbem clara & celebri pompa devehitur, illuſtri Methodio, piaque Theodora illud ab inſula exportantibus, atque in Studii monaſterio collocantibus, in quo & magni Platonis, & beati quoque Joſephi dives arca pariter aſſervatur. Quod cum inferretur, divinus ipſe Patriarcha, Cleruſque univerſus cum ingenti monachorum ac populi multitudine cum facibus, varioque ſuffitu extra urbem obviam effuſi, ſupinis manibus illud excipientes, ſalvum, integrum, ſanumque, ac miro fragrans odore repererunt, laudemque Deo omnium Regi referentes, in patrum thorum intulerunt. Illi honor & gloria, cum ingenito ipſius Verbo, & vivifico Spiritu nunc & ſemper in ſæcula ſæculorum. Amen.* Sequenti autem anno facta eſt tranſlatio S. Nicephori Patriarchæ, de qua modo dicturi ſumus.

Octin-

PAGIUS

*Indictione VII.* Labbeus loco laudato, ubi Concilium Vernenſe II. recitat, in margine hujus epigraphes dicit, loco *Indictione VII.* legendum eſſe, *Indictione VIII.* quia, ut diximus, non obſervarat, poſt Ludovici Pii mortem Indictionem Gallicanam apud Francos in uſu eſſe cœpiſſe. Extant hujus Concilii Vernenſis II. Canones duodecim, quorum auctorem ſe eſſe docet Lupus Ferrarienſis Abbas in Epiſtola XLII. ad Hincmarum Epiſcopum data, ubi de illis loquens inquit: *Canones eoſdem, ſive, ut vos vocatis, Capitula meo ſtilo tunc comprehenſa vobis direxi, de quorum æquitate, credo, ætas poſterior judicabit, & devotionis meæ non erit immemor cordium renumque ſcrutator.* Quæ obſervatio debetur Baluzio in Notis ad Lupum pag.462.

XVI. *Legatio Apoſtolica Drogonis effectu caruit.*

Canon undecimus his verbis conceptus eſt: *De prælatione reverendiſſimi Drogonis definire aliud non audemus, niſi expectandum quam maximus cogi poteſt, Galliæ, Germaniæque Conventum, & in eo Metropolitanorum, reliquorumque Antiſtitum inquirendum eſſe conſenſum, cui reſiſtere nec volumus nec valemus. Nobis tamen, ſi quid tale alicui committi poteſt, & non alia, quam quæ prætenditur, latet cauſa, illi potiſſimum convenire videtur, qui & communione Sacerdotii nobis, & Excellentiæ veſtræ propinquitatis privilegio ſociatur.* Poſt mortem S. Bonifacii, quæ anno DCCLV. contigit, nullus in Gallia ac Germania Legatus Apoſtolicæ Sedis fuit, per annos nonaginta, & ex laudatis verbis intelligimus, Drogonem paſſum eſſe contradictionem ab Epiſcopis ægre ferentibus eam illi poteſtatem datam. Ad hæc Hincmarus in Epiſtola XLIV. cap. 30. teſtatur, Epiſcopos Gallicanos huic Legationi interceſſiſſe, eamque effectum ſortitam, non eſſe; *Quod affectu ambiit*, inquit Hincmarus de Drogone, *effectum non habuit; & quod efficaciæ uſu, non conſentientibus quibus intererat, obtinere non potuit, patientiſſime: ut eum decuit toleravit; ne ſcandalum fratribus Conſacerdotibus generans, ſchiſma in Sanctam Eccleſiam introduceret. Quem tantæ generoſitatis, ac dignitatis Virum quiſque noſtrum imitari debuerat, ut indebite appeteret quod non habebat, qui ſine contentione non exequi pertulit, quod adeptus fuerat.* Vernum in ſorte Caroli erat.

XVII. *Irruptio Normannorum in Galliam & in Angliam.*

In fragmento Chronici Fontanellenſis apud Ducheſnium Tom.II. hoc anno legitur: *Quentauvich portum miſerabili clade devaſtarunt Nortmanni.* Erat quentavicus portus ad Quantiam fluvium ab Urbe Bononienſi in Picardia haud diſſitum. Adhæc Auctor Chronici de Geſtis Nortmannorum in Francia, ſcribit: *Northmanni in Britanniam inſulam, quam Anglo-Saxones incolunt, impetentes, triduo pugnando victores effecti, prædas, rapinas, neces facientes, terra pro libitu potiti ſunt.* Meminit hujus irruptionis Normannicæ ad hunc Chriſti annum Weſmonaſterienſis, & in Northumbriam factam fuiſſe docet.

I. OCtingenteſimus quadrageſimusquintus Redemptoris annus, octava Indictione inchoatur, quo, ut cunctas in eo geſtas res ordine temporis reddamus, & quæ primum contigerunt, primo loco narremus: eodem anno, decima tertia Martii Conſtantinopoli facta eſt tranſlatio corporis S. Nicephori Patriarchæ celebris Confeſſoris, ex loco exilii ubi deceſſerat. Deſcribit eam qui præſens fuit, & de ea habuit ad populum orationem Theophanes, qui poſt certamen atque coronam ejuſdem Confeſſoris, de tranſlatione iſta ſubjungit:

Methodius curat tranſlationem S. Nicephori. *Quadriennio poſt a reſtitutione ſcilicet facta ſacrarum imaginum, ſacratiſſimus Methodius divino plane Spiritu impulſus opportune, ſapienterque divinam Imperatricem Theodoram admonuit, non eſſe ex Imperii & Reipublicæ dignitate, quod venerandus & inter Patriarchas illuſtris Nicephorus, qui pro glorioſæ ſinceræque fidei defenſione a ſacra ſede depulſus, in longiſſimo exilio defunctus erat, negligeretur. Alioquin ingrati animi vitium (inquit) non evitabimus, ſi poſt mortem etiam ipſum in exilio tamquam jure damnatum reliquerimus: præſertim cum non ignoremus, eos, qui ex genere erant,* (a) Exod. 13. *(a) Joſeph in benedictionis parte poſuiſſe, ut oſſa patris poſt quadringentos fere annos ex Ægypto in Chananitidem exportarent. Quod cum ita ſit: nos, qui ſumus pietatis filii, diutius patiemur privari patris iſtius præſentia, a quo divinis documentis enutriti ſumus? Hæc quidem omnium, quas intuetur ſol, urbium præſtantiſſima & regia civitas ſacri ducis atque paſtoris ſui reliquias deſiderat, quas pie conſervet & colat. Sponſi ſui præſentia fruatur rurſus ipſius Eccleſia amantiſſima; & quo vivo injuſtiſſima Imperatoris manu ſpoliata fuit, mortui corpus, annuente ſtudioſa paſtoris Imperatrice, complectatur. Cernis quemadmodum hic populus, qui per te ſecurus in vera religione conquieſcit, incredibili ſtudio poſt mortem etiam ſpiritualis paſtoris vocem ejus audire concupiſcit. Quod ſi tabernaculum ejus tantum ad ſe relatum aſpexerit; ſe illum ipſum ſpiritalem recepiſſe exiſtimabit, & tamquam theſaurum aliquem pretioſiſſimum recondet & obſervabit.*

II. Imperatores agunt ut S. Nicephori corpus transferatur. *His precibus & cohortationibus celerrime & libentiſſime inclyta annuit Imperatrix. Perſpicuum eſt enim, inquit, hoc apud omnes poſteros & mihi & liberis meis honori futurum. Tunc ſacer civitatis Antiſtes Methodius cum ſacerdotibus & monachis, univerſoque populo ad S. Theodori templum accedit, in quo gratia plenæ reliquiæ jacebant; eaſque cum veneratione & lacrymis complectens, tamquam Sanctum ipſum viventem ſic allocutus eſt:* Methodius ad Nicephorum. *O vir beatiſſime, qui iiſdem laboribus & ærumnis, quibus S. Joannes Chryſoſtomus affectus es, ſicut eodem religionis ſtudio & dicendi libertate præſtabas; quique pariter & ſede privatus & mulctatus exilio, & idem triginta annorum ſpacium extorris tum vivus, tum mortuus tranſegiſti: nunc te nobis tui amantiſſimis reſtitue, atque diſcedens, ad propria redi; ut te nunc, ut ipſum olim populus tui ſtudioſiſſimus cum gaudio ſuſcipiat. Tibi jam a Deo alienus Imperator viventi adverſatus eſt, & inconſiderate ab Eccleſia te depulit, ſed dignas furore ſuo pœnas dedit, miſerandoque exitu Imperio ſimul & vita privatus, audaciæ ſuæ debita præmia tulit.*

III. *Hodie Imperatores Deo propter morum pietatem chariſſimi, mortuo Eccleſiam reddunt, quam uti filii per Evangelium effe-*

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXIII. Anno Hegiræ CCXXXI inchoato die 7. Septemb. fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6338.

☉ 14. D. ☽ 10. P. 29. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 845.

SERGII IV. PAPÆ 2.

LOTHARII IMP. 26. & 6.

MICHAELIS IMP. 4

A. C. 845. I. ANum. I. ad V. Theophanes Presbyter & Præpoſitus in Oratione de exilio S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinop. & Tranſlatione ejus Reliquiarum, narrata reſtitutione ſacrarum Imaginum anno DCCCXLII. *facta*, ait, *quadriennio poſt* Methodium Patriarcham Conſtantinop. admonuiſſe Theodoram Imperatricem, *non eſſe ex Imperii & Reipublicæ dignitate, quod venerandus & illuſtris inter Patriarchas Nicephorus, qui pro glorioſæ ſinceræque fidei defenſione a ſacra Sede depulſus in longiſſimo exilio defunctus erat, negligeretur.* Subdit Teophanes, cum annuiſſet Imperatrix, Methodium Nicephori corpus e tumulo retexiſſe, *quod undeviginti annorum ſpatio integrum omnino purumque remanſerat*, & illud tranſlatum eſſe in celeberrimum Apoſtolorum templum *tertio Idus Martii, quo quidem die in exilium etiam ejectus fuerat, ut utraque re ſit memorabilis*. *Tranſlatio Reliquiarum S. Nicephori Epiſc. Conſtantinop.* Quare cum Sanctus Nicephorus anno Chriſti DCCCXXVIII. in exilio obierit, & poſt annos XIX. ſacrum ejus corpus Conſtantinopolim tranſlatum fuerit, hæc Tranſlatio die XIII. menſis Martii anni ſequentis peracta, quo anni illi XIX. inchoati fuere, & *Methodius* die XIV. menſis Junii ad Deum migravit. Baronius num. III. dicit, loco *annorum XIX.* ponendum XVII. Verum, ſi annos illos XIX. incompletos numeraſſet Cardina-



*effecti mecum conſtituunt non habentem maculam neque rugam, qualem tuis ornatam & confirmatam inſtitutis reliquiſti. Aſpice & vide congregatos filios, qui ex propinquo venerunt, cum reliqui procul tuum ad ſe reditum expectent: quos tu velut orphanos noli tua mœrentes abſentia relinquere. Habeat civitas tua loco muneris pretioſiſſimi tuum beatiſſimum tabernaculum, quo magis quam Imperii amplitudine ornata glorietur & gaudeat. Hæc voce flebili ſupplicans ſacratiſſimus Patriarcha Methodius, nocturnum Pſalmorum cantum, & myſticum ſacrificium cum populo Dei perficiens: præclarum e tumulo corpus retexit, quod undeviginti annorum ſpacio integrum omnino, purumque remanſerat; & in arca ab ipſo compoſitum, & ſacerdotum manibus ſublatum, cum luminibus & frequenti Pſalmorum cantu in navim, ad hoc paratam illatum eſt.* ☞ Sed quod ad tempus ſpectat, corrige, ut loco annorum decem, & novem, ponas decem, & ſeptem: tot enim numerabis ex eodem auctore ſuperius, cui conſentiunt alii. ☜

Pervenit ad locum Methodius. *Sed cum fretum trajeciſſet, & ad urbis litus appropinquaſſet Dei cura, Michael Imp. juvenis, & ampliſſimis dignitatibus præſtantes viri, & Patricii, & reliqui cives læti, faceſque manibus tenentes, obviam proceſſerunt, & arcam illam cum fide ac veneratione humeris ſuis ſubeuntes, ad magnam uſque geſtarunt Eccleſiam, ex qua Pontificia dignitate ſpoliatus ejectus fuerat. Atque inde rurſum, aſſiduis item diurnis nocturniſque Pſalmorum cantibus viciſſim utentes, & cum omni luminum genere per mediam ipſam urbem geſtantes in ſanctorum Apoſtolorum templo collocarunt.*

IV. Solemnis S. Nicephori tranſlatio. *Tanta autem erat concurrentis populi virorum, & feminarum, atque ætatum omnium multitudo, ut numerari non poſſet. In biviis enim & porticibus premebantur, & ubique per vim ſibi exitum parabant: adeo ut quamvis multæ propter Imperatores, & ſacerdotes variis temporibus celebritates extiterint: nulla tamen cum hac conferri queat. Nonnulli etiam in via ſpiritibus immundis vexati, cum ab aliis comprimerentur, miſerandas atque maledicas voces emittebant, quorum e numero quidam ab ipſo curati ſunt. Populi igitur impetu vix evitato, ſanctum eximii Patriarchæ corpus in celeberrimo Apoſtolorum templo, ſacris myſteriis Deo peractis, in ſepulcro recens conſtructo, manibus ipſius Methodii compoſitum eſt tertio Idus Martii, quo quidem die in exilium etiam ejectus fuerat, ut utraque re ſit memorabilis.*

Preces Theophanis ad S. Nicephorum. *Nunc vero o patrum ſanctiſſime, o ſacrorum præconum decus, qui digni facti ſumus, ut te & terreſtrem haberemus civem, & cœleſtem apud Deum interceſſorem, & ad arcam tuam cum deſiderio accedimus, eamque cum omni veneratione complectentes, has tibi voces offerimus. O ſublimium, & arcanorum myſteriorum inſpector & contemplator! O divini aſpectus atque ſplendoris gloria abunde propter mentis puritatem illuſtrate! O Patriarcharum atque Pontificum ſocietatis particeps, qui & nomine & re ſimul cum illis victoriæ præconia, & præmia ærumnis & periculis ſuperatis, percepiſti! ſuſcipe benigne ſinceri cordis erga te fidem & affectionem, viciſſimque tuas pro nobis ad Deum puras caſtaſque preces exibe; ut Eccleſia ſancta in tranquillitate verſetur, & fides integra cuſtodiatur. In perpetuum nobis Deum propitium redde, & nos, qui jucundiſſima tua monumenta, qui pulcherrima ad ſalutem inſtituta variis in libris a te relicta perlegimus: in recta dogmatum doctrina firmos, immobileſque conſerva, & in omni temporum varietate conſtantes, ut omnem reliquam vitam exemplo tuo ſancte tranſigamus, ut Deo chariſſimus, & quæ juſtis promiſſa ſunt bona, conſequamur, &c.*

Vix credi poteſt quot ſecum bona vexerit reſtituta antiqua religio Conſtantinopolim, licet enim femina habenas moderaretur Imperii: ſumma pax ſine bello, atque ſine armis parta, Deo favente, victoria fuit, dum fera gens Bulgarorum & indomita per mulierem fidem con- V.

PAGIUS dinalis eruditiſſimus, locum illum purum eſſe intellexiſſet. Tranſlatum autem corpus S. *Nicephori* quadriennio integro a Reſtitutione ſacrarum Imaginum.

II. *Converſio Bulgarorum.* A num. V. ad XI. Porhyrogenneta in Vita Michaelis Theophili filii num. XIV. & ſeqq. fuſe narrat converſionem Bulgarorum, quam ex eo Zonaras his verbis breviter perſtringit: *Soror Bulgariæ Principis*, inquit, *aliquando capta, dum in aula degit, ſacro baptiſmate eſt initiata & literis erudita. Eam frater* (Bogoris a Porphyrogenneta vocatus) *repetitam recepit*, ejus loco *reddito Viro erudito Theodoro Cuphara*, (quem Porphyrogenneta Monachum fuiſſe dicit). *Quæ cum in Bulgariam rediiſſet, fratrem ad Chriſtianam religionem perducere ſtatuit, aſſidue de ea cum illo diſſerens, & Chriſtianorum Myſteria, ut Divina celebrans. Quamvis autem ille eadem e Cuphara quoque audiviſſet, non prius tamen a patriis moribus recedere voluit, quam peſtilentia, fames & ipſum & gentem ad pietatem perduxit. Quæ cum populum univerſum premeret, neque ullum eſſet mali effugium, plurimis pereuntibus: Princeps ea de cauſa æger & animi dubius ad eum confugit, qui ſibi a ſorore annunciabatur eumque depulſorem famis & interitus populi invocat. Quæ invocatio cum depulſis malis efficax eſſet; cognita invocati numinis potentia, petiit mitti ſibi aliquem, a quo arcanis Chriſtianæ religionis erudiretur,*

conſecuta Chriſtianam, colla ſubdidit pietati. Quomodo autem iſta ſe habuerint, a Joanne Curopalate, ſæculi hujus ſcriptore nobili ſic accipe, ab origine narrationem petente: *Bogaris* (inquit) *Bulgarorum Princeps cum audiſſet mulierem cum tenero adhuc puero Romanis imperare, audacia elatus, nuntios ad Reginam miſit, per quos minabatur, ſe fœdera ſoluturum, & Romanorum fines invaſurum. At Regina nihil humile vel effeminatum cogitans: Et me, inquit, invenies paratam ad reſiſtendum in acie, Deique nutu ſuperiorem; ſi autem (quod abſit) victor ipſe fueris, hoc quoque pacto mea erit victoria: viceris enim non virum, ſed mulierem. Quibus verbis confuſus & deterritus quievit, & priſtina fœdera renovavit. Miſerunt autem ultro citroque Legatos & Regina & Princeps.*

Cum Bulgaris firmatum fœdus.

VI. *Regina Legatos accepit a quodam Theodoro, Cuphara cognomento, viro idoneo, & adminiſtrandæ Reipublicæ utili, qui tunc in Bulgaria captivus detinebatur: Princeps vero a ſorore ſua, quæ in quadam excurſione capta, in Regia commorabatur. Hæc enim jampridem captiva abducta, & Chriſtianorum religione initiata, litteraſque edocta, quo tempore captiva erat, ac nuper liberata, non deſiſtebat fratri Chriſtianorum myſteria commendare, & in ejus cor fidei ſemina iniicere, qui tamen ante a Cuphara divina myſteria fuerat edoctus. Inita autem permutatione, & reddita muliere fratri, reſtituto item Reginæ Cuphara, quamvis ante Princeps inſtructus eſſet, & divinis imbutus myſteriis; adhuc tamen retinebat infidelitatem, proprio cultui addictus. Verum cum ingens fames Bulgarorum regionem occupaſſet, omnique deſtituerentur auxilio: Princeps ipſe Chriſtianorum Deum, ut ſibi opem ferret, invocavit, idque facere omnem ſibi ſubjectam nationem juſſit: impetratoque remedio, & fame liberati, ad veram religionem ſe conferunt, & Princeps nova lavacri regeneratione donatur, de nomine Imperatoris Romanorum Michael appellatus ab Epiſcopo, qui ad eum miſſus fuerat, eique divinum lavacrum impertitus eſt.*

Bulgari ad fidem converſi.

VII. *Aliud quoque accidit, quod Principem ipſum in vere fidei cultu magis confirmavit. Inſatiabiliter iſte venationi deditus erat, qua oblectare ſe ſtudebat, non modo dum venatum ſe conferret, ſed etiam quando otioſus eſſet domi, idque per animalium pictas figuras. Conſtructa nova domo, Methodium quemdam monachum arte pictorem juſſit domum illam picturis ornare. Verum quaſi divina quadam providentia ductus, non præſcripſit definite quænam & qualia pingeret animalia, verum quæcumque ipſe vellet, juſſit pingere, terribilia tamen eſſent, quæ pingerentur, ut ſpectantibus terrorem & metum incuterent. Ille autem nihil aliud terribilius noſcens ſecundo Chriſti adventu, hunc ibi deſcripſit. Cumque jam finita illa eſſet pictura, conſpicatus Princeps ex altera parte juſtorum cœtum coronari, ex altera vero impios puniri, & a pictore percepta picturæ mente, ſtatim propriam ejurat religionem. Imbutuſque, ut diximus, a ſancto Epiſcopo divinis myſteriis, intempeſta nocte ſacrum percepit baptiſma.*

Ex imagine divini judicii quantum profecerit Rex barbarus:

VIII. *Cum autem cognoviſſent nationis præfecti, communem mutatum religionis cultum, in Principem conſpirant, eumque de Imperio deiicere ſtudent: quos ille parva, quam ſecum habebat, manu fudit, fugavitque, præeunte Crucis ſigno, & inopinata re perculſos, Chriſtianos effecit. Igitur tota natione ad unum cultum traducta, Reginæ Theodoræ ſcribit, petens concedi ſibi regionem, quod ſibi ſubjecti nimis anguſte habitarent, pollicenſque ſe gentem unam tantum effecturum, pacemque fore perpetuam & immutabilem. Regina vero admodum benigne & hilariter ejus preces admiſit, conceſſitque deſertam eo tempore regionem, quæ eſt ab ea parte, quæ ferrea vocatur, confinis tunc Romanorum & Bulgarorum, uſque ad Debeltum, quod Bulgari Zagurum nuncuparunt. Hac igitur ratione omnis Bulgaria ad verum Dei cultum traducta fuit, & Occidens integerrimam & optatiſſimam pacem eſt adeptus: & res Occidentis tranquilla firma & ſtabili pietate adminiſtrabantur.* Hucuſque Curopalates, e quo eadem exſcripſit Cedrenus, & alii Græcorum. Fue-

PAGIUS *retur, & ſacro baptiſmate initiaretur: Idque miſſo Pontifice factum eſt. Cum autem eum Bulgari ob deſerta Majorum inſtituta per ſeditionem e medio tollere conarentur: ille præcedente crucis ſigno fretus, victis adverſariis effecit, ut omnes Chriſtianiſmum amplecterentur. Deinde per Legatos ab Imperatrice petiit, ut quia gens ſua locorum anguſtiis premeretur Romani agri aliquid ſibi concederetur perpetuam pacem & belli ſocietatem pactus. Annuit Imperatrix & quidquid inter regionem, qua Ferrea dicitur, ac prius Romanos & Bulgaricos fines diſtinguebat, ac Debeltum interjacet, eis conceſſit. Eam regionem Bulgari cum accepiſſent, Zagoram appellarunt.* Ita ſummarie Zonaras ex Porphyrogenneta, quem etiam Curopalates & Cedrenus exſcripſere, ſed nullus ex eis annum, quo hæc geſta, memoravit.

III. *Michaele ſolo imperante peracta.*

Verum Porphyrogenneta converſionem Bulgarorum *Theodoræ* Aug. magno errore atrribuit, & errandi cauſam dedit, non ſolum Curopalati, Cedreno & Zonaræ; ſed etiam Baronio, Henſchenio in Elogio Theodoræ Aug. ad diem XI. Januarii, quo a Græcis colitur, paragrapho IX. aliiſque omnibus Hiſtoricis recentioribus. Non enim *Methodii* Patriarchæ Conſtantino-



Fuerunt iſta Bulgarorum ad fidem Chriſti venientium veluti præludia quædam, cum non omnis gens illa, ſed ex ipſa aliquot Chriſtiana ſunt imbuti religione. Integra vero meſſis reſervata fuit Nicolao Romano Pontifici, qui ab Urbe ad Bulgaros ad fidem convertendos, a latere legatos miſit, eoſdemque ad Gentilium converſionem Apoſtolos: de quibus ſuo loco pluribus agendum erit.

IX. Manichæi a Theodoræ vexati miniſtris.

His autem tum idem Curopalates, tum reliqui rerum Græcarum ſcriptores ſubiiciunt ejuſdem Theodoræ Imperatricis optimum conſilium de Manichæis extirpandis, qui in immenſum jam creviſſent, adeo ut nonniſi comparato exercitu tentanda res eſſet. Complures, ut vidimus, prædeceſſores Imperatores id fuerant opus aggreſſi, ſed nulli datum, ut Orientis Romanum Imperium ea liberaret peſte, longe lateque graſſante. Dei autem virtute Theodora confiſa, rem aggreditur, quam idem, qui ſupra, Curopalates deſcripſit, a quo reliqui poſteriores hiſtorici accepere. Sic enim ipſe: *Exultans athleta rerum ſucceſſu Regina, de converſione videlicet Bulgarorum, quaſi honeſtum augere ſtudens, Manichæos in Oriente poſitos, quos & Paulicianos communis hæreſiarcharum lingua appellare conſueverat, ad pietatem & verum cultum revocare nitebatur. Sin autem id aſſequi non poſſet, eos funditus e medio tollere decrevit: quod quidem multis complevit orbem terrarum calamitatibus. Qui enim miſſi ſunt, ut mandata exequerentur, Leo ex Argyro, & Andronicus Dux & Sudalis, non moderate, ſed crudeliter utentes Imperio, alios lignis appenſos, alios gladio necandos curabant, alios aliis malorum generibus cruciabant, & variis & diverſis pœnarum omnis generis modis circiter centum hominum millia interfecere, eorum bonis publicatis. Ita ut reliqua multitudo hinc coacta, ad rebellandum animum applicaverit, cujus rebellionis hoc fuit initium.*



X. Manichæi ſe jungunt cum Sarracenis.

*Præfectus erat Orientis Theodotus Meliſſenus, huic miniſter erat, qui primi mandatoris obibat munus, quidam vir, nomine Carbeas, Manichæorum fidei addictus: hic cum parentem ſuum in crucem actum cognoviſſet, graviſſime id factum ferens, cum aliis quinque millibus ejuſdem fidei transfugit ad Ameri Militenes Ameram, & inde ad Armenmunem, a quo multo honore excepti, data & acceptæ incolumitatis publica fide, haud multo poſt Romanorum regionem invadunt. Et quia hominum frequentia abundabant, ſemper confluentibus, qui ſe per motum occultaverant, Manichæi, ad duas urbes tertiam quoque addidere, quam Teophricen vocarunt, unde profecti, & cum Ameri Militenes Ameræ præfecto conjuncti, & Alim Tarſi Principe, non deſiſtebant, aſſidue excurrentes, Romanorum regionem diripere. Verum Alim in quemdam Armeniorum regionem cum ſuo exercitu profectus, funditus interiit. Amer autem inteſtina ſeditione laborans, in quam inciderat, quia contra eum collega conſpiraverat (hic Scheri vocabatur) ſuarum rerum ſatagebat, neque cum aliis pugnandi ei temporis aderat opportunitas, quoad, debellato adverſario, nactus eſt ſecuritatem. Tunc enim pactis induciis, & alioqui neſciens quieſcere, cum Carbea ſe conjunxit, cumque omnibus copiis Romanos aggreditur. Contra quos exercitum ducit Reginæ frater Petronas, Domeſtici Scholarum imperium adminiſtrans, verbo majori natu fratri Bardæ conveniens, re autem ab ipſo adminiſtratum, quod illi non vacaret, quod Imperatoris tutela occuparetur. Iſte igitur Petronas dux Thracenſium contra Amer, & Carbeam in acie ſeſe inſtruit. Quomodo*



PAGIUS tinopolitani, ſed Photii Pſeudo-Patriarchæ tempore, quæ Porphyrogenneta citatus, & ex eo alii narrant, contigere, idque anno Chriſti DCCCLXI. ut ibidem demonſtrabimus. Fons erroris annus quartus *Michaelis* Imp. cum enim Porphyrogenneta accepiſſet, anno quarto Imperii Michaelis Bulgaros Chriſtianos effectos fuiſſe, autumavit annum illum quartum fuiſſe *Michaelis* cum *Theodora* matre imperantis; cum tamen *Bulgarorum* converſio anno quarto Michaelis ſolius regnantis, & jam matre ex Aula ejecta, peracta ſit. *Theodora* itaque cum Michaele filio imperans inquiſivit de *Theodoro Cuphara*, & *Bogoris* Bulgarorum Rex arrepta occaſione ſororem ſuam perinde captivam poſtulavit. Hæc ad fratrem reverſa nullum ei laudandæ rei Chriſtianæ finem faciebat; ſed is *ad veritatem hactenus oculos aperire noluit*, inquit Symeon Logotheta in Michaele Theodoræ filio num. XXII. Et hoc tantum circa Bulgarorum converſionem, Theodora imperante factum, & a Porphyrogenneta ſuo tempori redditum.

IV. *Converſio Paulicianorum fruſtra tentata.*

Porro Theodora, ut refert Porphyrogenneta, *Paulicianos quoque per Orientem conatur ad veram transferre fidem, ſin minus extirpare, ac de medio tollere; quæ res ingentibus malis Romanum Orbem implevit. Mittit itaque in eam rem Procerum quoſdam ac Magiſtratuum. Erant illi, Algiri Duciſque filii, & Sudales. Hi alios in crucem agebant, alios gladio cædebant, alios mari profundo mergebant. Sublati ad centum millia ejuſce generis ſuppliciis; publicata ſubſtantiæ ac fiſco illata.* Subdit Porphyrogenneta, Carbeam Manichæum cum quinque millibus ejuſdem religionis *ad Melitinæ Amerem*, id eſt, Præfectum, profugiſſe, *indeque ad Ameramnunem*, ideſt Calipham Saracenorum, profectos communibus ſtudiis Romanam Ditionem invaſiſſe, Urbes tres condidiſſe, & multas clades Romanis intuliſſe, quod fuſius Baronius num. IX. & ſeq. ex Curopalate narrat. Eæ vero Urbes ſunt Argaunum, ut Cedrenus pag. 541. ſeu Argaum vel Argeum ut infra, Amara, & Tephrica, de qua ultima poſtea.

A num.

*vero congreſſus fuerit, & quæ geſſerit, ſuo loco declarabit hiſtoria.* Hic finis temporis hujus in Manichæos excitatæ vexationis. Ad verbum eadem Cedrenus habet, reliqua ſuo erunt loco dicenda.

XI. Concilium Bellovacenſe. Jam vero quæ ſpectant ad res Occidentalis Eccleſiæ, hoc anno Veris initio, celebratum eſt in Gallia Concilium Bellovacenſe, ut Eccleſiæ Rhemenſi, jam annis pluribus deſtitutæ paſtore, poſt depoſitionem Ebbonis, de quo ſuperiori tomo actum eſt, conſuleretur, cui, communi conſenſu Epiſcoporum, datus eſt Archiepiſcopus Hincmarus, de quo hæc omnia Frodoardus, hujus temporis ſcriptor in vita ipſius: quam una cum aliis ejuſdem auctoris monumentis in Gallicam linguam tranſlatam edidit.

Nos vero, quod quæſitum Latinum autographum hactenus habere non potuimus, in gratiam Lectoris eadem ſcripta in Latinum rurſum vertenda curavimus per virum fideliſſimum æque ac doctiſſimum Chriſtophorum Obrium Theologum Sorbonicum, Romæ degentem, & honeſtiſſimo labore Vaticanæ Typographiæ inſervientem: nuper autem magno damno operis, cui invigilabat, hac vita a Deo præreptum. In tertio itaque Frodoardi libro de Eccleſia Rhemenſi, de electione, & ordinatione Hincmari iſta habentur:

XII. *Anno Incarnationis Domini octingenteſimo quadrageſimoquinto, Carolus Calvus convocavit Synodum Epiſcoporum ſui Regni Bellovacii civitatis provinciæ Rhemenſis. In qua inter alia negotia Eccleſiæ & Regni, de Eccleſiæ Rhemenſis deſolatione agere incepit, quam Fulquus presbyter diu uſurpaverat, & poſt eum Hotho ſuus ſucceſſor; adeo ut longo temporis intervallo ſine paſtore extitiſſet. Verum Epiſcopi recenſuerunt, quomodo Ebbonis Epiſcopi depoſitionem viderant, & audierant, & ſuper eo negotio auctoritatem ſanctorum Patrum in memoriam reducentes, uno ore ſtatuerunt, tum quia eos neceſſitas cogebat, tum quia partium illorum erat, ut tamdem, decennio poſt Ebbonis depoſitionem in Eccleſia Rhemenſi Epiſcopus ordinaretur.*

*Quare Hincmarus non tantum a Clero & populo urbis Rhemenſis, verum etiam ab Epiſcopis ejuſdem provinciæ cum conſenſu Vuenilonis Archiepiſcopi Senonenſis & Ercamradi Epiſcopi Pariſienſis, necnon Abbatis & religioſorum S. Dionyſii in Francia, ubi Hincmarus monachus erat, Epiſcopus electus fuit, cujus electionem Carolus gratiſſimam habuit.* Hincmarus electus Epiſcopus Rhemenſis. *Hoc igitur ſic ſtatuto, & ſcriptis, ſigilliſque eorum, qui hunc elegerant, confirmato, Eccleſiæ Rhemenſis Epiſcopus ordinatus eſt. Porro hic ab adoleſcentia litteris humanioribus eruditus, & in diſciplina monaſtica in monaſterio S. Dionyſii ſub Hilduino Abbate educatus; inde tam propter ſuorum parentum nobilitatem, quam ingenii ſui acumen, in Ludovici Imperatoris, cui familiaris erat, palatium adductus fuit. A quo, & a ſuo Abbate ſub auctoritate Epiſcoporum exoravit, ut ordo & ſtatus monaſticus a multis, depravata quorumdam vita collapſus, in priſtinum nitorem & ſplendorem prædicto in monaſterio S. Dionyſii reſtitueretur. Et ut facto adimpleret, quod verbo conſulebat, ipſemet corpus ſuum caſtigando, & in ſervitutem redigendo, cum aliis reformationem ſubire voluit.*

XIII. *Cum autem temporis progreſſus ſuus Abbas Hilduinus Archicapellanus Capellæ Imperatoris, cum multis aliis nobilibus Regni, Imperatoris indignationem incurriſſet, & ſuis Abbatiis ſpoliatus, in Saxoniam relegatus fuiſſet: hunc Hincmarus cum licentia & permiſſione ſui proprii Epiſcopi, & benedictione ſuorum confratrum monachorum in exilium ſequutus eſt. Verum ob primam familiaritatem, quæ ſibi cum Imperatore interceſſerat, divina annuente ope, tanta valuit gratia apud Imperatorem, Principes, & alios nobiles, ut Hilduinus ab exilio revocatus, in ſuas Abbatias poſtliminio redierit. Similiter cum Papa Gregorius huc veniſſet, & Regnum Franciæ ab ipſo Imperatore defeciſſet: Hilduinus hunc ad ſe pellicere contra fidem Imperatoris conatus eſt, ſed id ipſe præſtare noluit. Et poſt reſtitutionem Imperatoris totus incubuit in utilitatem ſui Abbatis; pacificus manſit in monaſterio ſuo, ubi tamdiu reliquiarum Eccleſiæ, & corporum ſanctorum Martyrum cuſtos extitit, quamdiu in Regis obſequium vocatus, monaſterii Deiparæ Virginis Mariæ, & ſancti Germani provinciam, & adminiſtrationem, Regis, ſui Epiſcopi, & Hilduini diaconi, ſui Abbatis imperio ſuſcepit. Inſuper Rex illi quamdam poſſeſſionem bonorum & ſervorum largitus eſt, poſtquam fuit conſecratus Epiſcopus, & monaſterio ſancti Dionyſii, in quo militaverat, teſtamento legavit.* Hæc Frodoardus. Reliqua vero, quomodo de ejus electione ingens eſt mota quæſtio, inferius ſuis locis dicturi ſumus.

PAGIUS V. Concilium Bellovacenſe. A num. XI. ad XIV. Concilium *Bellovacenſe* recte a Baronio conſignatum; Flodoardus enim lib. 3. cap. 1. ſcribit: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLV. Carolus Synodum Epiſcoporum regni ſui apud Bellovacum civitatem Rhemenſis provincia convocavit.* In ea *Hincmarus* San-Dionyſianus Monachus Epiſcopus Rhemenſis electus eſt, cum Sedes jam a decennio per *Ebbonis* depoſitionem vacaſſet. Adfuere *Vuenilo* Senonenſis Archiepiſcopus, *Erchanradus* Pariſienſis, *Hincmarus* Rhemenſium Archiepiſcopus deſignatus, & octo alii Epiſcopi. Condita in eo octo Capitula, quæ *Carolus* Rex, ſe religioſe obſervaturum promiſit. Referuntur ea Tom. VII. Concil. pag. 1812. Ex Epiſtola Hincmari ad Carolum Regem, edita Tomo II. Operum ejus pag. 316. conſtat, Concilium Belvacenſe *menſe Aprili* congregatum fuiſſe. Idem Hincmarus in hoc Concilio Archiepiſcopus Rhemenſis electus, die tertia menſis Maii in quam hoc anno Dominica cadebat, ordinatus fuit, ut legitur in brevi Chronico Remenſi apud Labbeum Tom. I. Biblioth.



XIV. Northmannorum irruptio in Gallias. Poſt hæc autem æſtivo tempore, ingenti perturbatione contigit Regnum Caroli exagitari, cum videlicet Northmanni Gallias invadentes, omnia tam profana quam ſacra, cæde, rapina, & incendio miſcuere. Hujus Northmannorum in Francos funeſtæ cladis Lupus Abbas Ferrarienſis meminit (*a*) in epiſtola ad Guenilonem Epiſcopum Senonenſem, alias Wenilonem, ſive Winilonem dici repertum, in qua & de Britannicis motibus iſta præmittit. *Cur autem ſicut conſtituerat dominus noſter Rex, ad ſanctum Martinum non acceſſerit, hæc (ut nuntii noſtri retulere) cauſa fuit, quod Britanni ſibi præter ſolitum diffidentes, Regem noſtrum in Britanniam verſus evocavere, ut pars, quæ contra Nomenojum ſentiebat, ad eum tuto deficeret.* Erat iſte prior ſeu præfectus Britanniæ, & in tyrannum converſus, ingenti clade afflixit populum illum, & vaſtavit Eccleſias; de quo ſuo loco inferius pluribus. Pergit vero Lupus:

(*a*) *Lup. ep.* 31.

XV. *De Pipino, unde veſtra quæſivit paternitas, nihil certi in Palatio dicebatur, leviter tantum fama jactabat, eos, qui nuper ab ipſo deſciviſſent, in concordiam redituros. Quidam vero de Aquitania venientes, Northmannos inter Burdegalam & Sanctones eruptionem his diebus feciſſe, retulere; & noſtros, id eſt Chriſtianos pedeſtri cum eis prœlio congreſſos, & miſerabiliter (niſi quos fuga eripere potuit) peremptos. In quo bello comprehenſum ducem Vaſconum Siguinum, & peremptum etiam, juramento teſtati ſunt. Quæ res quam vera ſit, Domini ſententia oſtendit: Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, & diſcordiam amplectentibus, qui fructus maneat, manifeſtat.* Hæc, ob Pipinum in Aquitania diſcordias miſcentem, Lupus.

XVI. De his acturi, uſitato more, primum omnium, quod ad rationem temporis ſpe-



VI. Normanni anno ſequenti in Aquitaniam irrupere. Ad num. XIV. & ſeq. Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCXLVI. ait: *Carolus apud villam Sancti Remigii Sparnacum nomine, contra morem Conventum populi ſui generalem menſe Junio habuit. In quo Epiſcoporum Regni ſui pernecessaria admonitio de cauſis Eccleſiaſticis ita flocci penſa eſt, ut vix unquam reverentia Pontificalis Chriſtianorum duntaxat temporibus ſic poſthabita legatur.... Inde partes Britanniæ Carolus cum exercitu petens, pacem cum Nomenogio Duce Brittonum intervenientibus hinc & abinde Sacramentis paciſcitur.* Quare Epiſtola XXXI. Lupi Abbatis Ferrarienſis ad Wenilonem Archiepiſcopum Senonenſem in qua Lupus ſcribit: *Quidam de Aquitania venientes Normannos inter Burdegalam & Santones eruptionem his diebus feciſſe retulere, &c. In quo bello comprehenſum Ducem Vaſconum Siguinum & peremtum, etiam juramento teſtati ſunt*, Epiſtola, inquam, illa anno tantum ſequenti data, quia antea Lupus dicit, Carolum Regem ideo ad Sanctum Martinum non acceſſiſſe, *quod Britanni ſibi præter ſolitum diffidentes Regem noſtrum in Britanniam verſus evocavere, ut pars quæ contra Nomenoium ſentiebat, ad eum tuto deficeret.* Non loquitur vero Lupus de pace conſtituta Carolum inter & Nomenoium Minoris Britanniæ Ducem, quia has literas dedit, antequam illa ſanciretur, quas ideo Baluzius anno ſequenti exaratas recte cenſuit, innixus his Ademari in Chronico verbis ad annum DCCCXLVI. *Siguinus Comes Burdegallenſis & Santonicenſis a Normannis captus & occiſus eſt, & Santonas Urbs a Normannis concremata eſt, theſauris ejus optimis exportatis. Carolus iterum Britanniam pergens* (quo anno DCCCXLV. eum ſe ſe contuliſſe jam dixerat Ademarus) *cum Nomenoio Duce dimicavit & victor extitit: ſed Nomenoius fuga lapſus eſt*, qui tamen poſtea pacem cum Carolo fecit, ut ex Annaliſta Bertiniano mox diximus. Irruptio itaque Normannorum, quæ anno ſequenti contigit, non confundenda cum ea, qua anno præſenti Gallia afflicta, de qua ſtatim ago. [1]

VII. Hoc vero anno in urbem Pariſienſem. A num. XIV. ad XXIX. Normannos hoc anno *Pariſios* uſque navigio veniſſe, docent non tantum Fuldenſis & Metenſis Annaliſtæ; ſed etiam Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam, & Annaliſta Bertinianus, qui & prodit, id menſe Martio factum eſſe: *Normannorum naves centum viginti menſe Martio per Sequanam hinc & abinde cuncta vaſtantes Loticiam Pariſiorum, nullo penitus obſiſtente, perva-*

NOTÆ [1] PRo ſtatuendo anno irruptionis hujus Northmannicæ tuto fidendum eſſe credo Anonymo ſcriptori brevis Chronici Normannici, de quo nos in nota anni ſuperioris. Hic enim qui alias in digerendis per ſuos annos rebus diligentiſſimus eſt, ad annum DCCCXLV. ſcribit: *Sigoinus comes a Northmannis capitur & occiditur, & Sanctonas urbs concrematur... Carolus iterato Britanniam pergens, cum Nomenojo dimicat.* Dein res ſuccedentis anni ita perſequitur: *Anno DCCCXLVI. Northmanni menſe Julio Herio inſulam* (de qua Pagius ad A. 834. 21.) *ſuccendunt.* Hinc vides Northmannorum duplicem excurſionem, alteram anno 845. alteram anno 846. Pugnam vero cum Siguino ad præſentem annum, non vero ad ſequentem pertinere. Porro Author iſte præterquamquod diligentiſſimus eſt, integro etiam ſæculo vetuſtior eſt Ademaro, qui hiſtoriam ſuam uſque ad annum 1029. continuat. Anonymus enim noſter anno 930. deſinit. Hinc pariter conſtat epiſtolam Lupi a Pagio laudatam, anno præſenti datam fuiſſe. MANSI

De tempore Northmannorum graſſationis.

ſpectat, examinemus. Scimus Aimoini iterata teſtificatione, tam in hiſtoria ſcilicet de geſtis Francorum, quam in libellis, quos de tranſlatione & miraculis S. Germani conſcripſit, hæc in annum referre ſequentem octingenteſimum quadrageſimum ſextum. Contra vero, hoc potius anno iſta accidiſſe, veteres Annales Francorum, ab auctore hujus temporis ſcripti teſtantur. Sed & quod Meldenſe Concilium, de quo paulo poſt dicturi ſumus, hoc ipſo anno poſt eam cladem acceptam, celebratum idem teſtetur, omnem prorſus amovet dubitationem. His de tempore elucidatis, quæ prius citati Annales breviter dicant, in medium adducamus: hæc enim habent: *Norbtmanni Regnum Caroli vaſtantes, per Sequanam uſque Pariſios navigio venerunt; & tam ab ipſo quam ab incolis terræ accepta pecunia copioſa, cum pace diſceſſerunt. In Friſia quoque tribus prœliis conflixerunt, in primo quidem victi, in duobus ſuperiores effecti, magnam hominum multitudinem proſtraverunt. Caſtellum quoque in Saxonia, quod vocatur Hammaburg depopulati, nec inulti, reverſi ſunt.* Hæc ibi de Northmannis, & Aimoinus plus his iſta ſummatim (*a*): *Gens Northmannica Galliam irrumpens, Pariſios uſque pervenit, monaſteriumque beati Germani Pontificis depopulata eſt. Quorum dux Ragenarius nomine, ſub Principe * Borico hanc devaſtationem peragens, dum ante dictum Principem ſuum ſe jactaret, opulentiſſimum Regnum Caroli acquiſiſſe, & monaſterium almi Germani devaſtaſſe, & quod ibi majorem mortui, quam vivi virtutem haberent, nullumque ſibi reſtitiſſe, præter Germanum ſenem mortuum: continuo virtutem beati viri expertus concidit, ac poſt triduum expiravit; non ſolum ipſe, verum etiam & cæteri raptores, & violatores ſancti loci dyſenteriæ morbo perierunt.* Hæc ipſe. Porro idem ſive alius Aimoinus, ſive Aimonus dictus, locupletiorem de omnibus, quæ tunc miranda acciderunt, jubente Carolo Rege ſcripſit hiſtoriam, cujus eſt titulus, De tranſlatione & miraculis ſancti Germani Epiſcopi, deſcriptam prius a duobus monachis, ſeorſum poſitis, quorum ipſe labores una conjungens, duobus libris digeſſit, omni ſinceritate, & veritate, utpote qui his interfuit, & quæ non vidit, a teſtibus fide digniſſimis accepit. Par eſt ergo, ut hic ex ea aliqua intexamus, cum niſi prolixitas deterreret, hic integra eadem eſſet hiſtoria deſcribenda. Prætermiſſa igitur duplici ejuſdem auctoris præfatione, ab exordio ipſius hiſtoriæ auſpicamur ita (*b*) narrationem.

(*a*) *Aim. de Geſt. Franc. l. 5. c. 20.*
* *al* Horich.

(*b*) *Apud Sur. t. 2. die 25. Julii.*

XVII.
* DCCCXLV.
De graſſatione Northmannorum apud Rothomagum & Pariſios.

*Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quadrageſimo * ſexto, Regis item præcellentiſſimi Caroli ſexto, cum Regnum Francorum, poſt obitum Ludovici Imperatoris varias diviſum eſſet in partes, & peccata populi creſcerent, ſanguiſque ſanguinem tangeret, Deo permittente, flagitiis quidem exigentibus actum eſt noſtris, ut exteræ nationes e propriis egrederentur ſedibus, videlicet gens Danorum, qui vulgo Northmanni, id eſt ſeptemtrionales homines appellabantur, & ſuperbo tumentique corde, cum valido navium apparatu Chriſtianorum fines intrarent. Qui huc, illucque furentes, atque cum magna ſuperbia cuncta gyrantes, cæperunt vaſtando diverſas inſulas maris, donec, nemine ſibi reſiſtente, fluvium Sequanæ ingreſſi, Rothomago ſorte incredibili applicarent. Cumque in eadem civitate aliquantiſper demorantes, regionis principes (quod abſque ingenti contritione cordis effari nequimus) ad bellandum pigros timidoſque adverterent, exeuntes e navibus, longe lateque diffuſi, ceperunt utriuſque ſexus multitudinem trucidare, captivare, villas, monaſteria, Eccleſiaſque depopulando cremare, totamque ſuæ libidinis immenſitatem cum omni crudelitate, in populum Dei debacchando, exercere, quouſque ad locum, qui vocatur Carolivenna, ventis veliſque ſuæ malignitati, juſto Dei judicio ſecundantibus, ultra ſpem ſecuri navigando pervenirent.*

XVIII.
Conatus Caroli contra Northmannos.

*Tunc glorioſus Princeps Rex Carolus, quia propter ſubitaneum eorum aſcenſum, ex toto non poterat, convocata aliqua ſui exercitus parte, venit primum ad monaſterium macarii Dionyſii, ut ſuis orationibus fultus, ſecurius contra Dei ſuoſque pergeret hoſtes. Denique ut acceſſit, paratus non ſolum dimicare, ſed etiam pro fide, proque defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ laudabiliter mori: ejus adverſarii cognoſcentes adventum, diverterunt ad alteram prædicti fluminis ripam,*

PAGIUS *vadunt. Quibus eum Carolus occurrere molireter, ſed prævalere ſuos nullatenus poſſe proſpiceret, quibuſdam pactionibus, & munere ſeptem millium librarum eis exhibito, a progrediendo compeſcuit, ac redire perſuaſit.* In fragmento Chronici Fontanellenſis a Ducheſnio Tom. II. publicato etiam legitur: *Anno DCCCXLV. Indictione VIII. Ragneri Dux Normannorum venit cum claſſe ſua, & uſque Pariſios acceſſit, ac in Vigilia Sancti Paſcha, id eſt, XV. Kalend. Aprilis, eandem urbem intravit. Sed loco, XV. Kalend. Aprilis* legendum, *V. Kal. Aprilis*, ut habet Abbreviator ejuſdem Fragmenti ibidem a Ducheſnio pag. 390. recitatis. Paſcha enim hoc die XXIX. Martii celebratum eſt, & Sabbatum Sanctum incidit in quintum Kalendas Aprilis. Librarius itaque numerum denarium male addidit, & Abbreviator locum illum accurate



*pam, ubi quædam parva tantum pars populi erat. Quibus confeſtim in fugam verſis, in inſula quadam ejuſdem fluvii ad opprobrium Chriſtianorum plus minus centum undecim captivos ſudibus ſuſpenderunt, multoſque alios per domos & arbores confixerunt, atque nonnullos per villas, campoſque miſerabili inſecutione trucidantes peremerunt. Ipſoque ſanctiſſimo Paſchalis feſtivitatis ſubbato, Pariſios pervenientes, vacuam penitus ipſam urbem, quondam populoſam, & omnia in circuitu illius monaſteria ſuis habitatoribus deſerta repererunt. Timor ſiquidem & metus univerſos invaſerat, utpote merito iniquitatis, divino enudatos auxilio, atque ideo humanæ defenſionis deſtitutos ſolatio. Quis, rogo, non doleret? antequam bellum committeretur, fugatum exercitum, antequam jaceretur ſagitta, confoſſum, ante ſcuti alliſionem ignominioſe ſubactum. Univerſorum namque ordo penitus in Eccleſia confuſus, atque a bonitatis ſtudio permutatus, hoc ipſa privatione boni uſque ad excidii fomitem digna ſatis ultione promeruerat. At pius pater, juſtus delinquentium ſemper corrector, correctorumque clemens ſuſceptor, non hoc intulit, ut nos ob innumera delictorum noſtrorum pondera crudelis damnaret, ſed ut per immenſam benignitatis ſuæ largitatem afflictos emendaret.* Hæc auctor de vindice ira Dei in populum delinquentem. Pergit vero: *Tunc proh dolor, ſanctiſſimum beati Germani corpus de ſuo effoſſum ſepulcro, in poſſeſſionem quamdam ejus Eccleſiæ, quæ Cumbrs dicitur, delatum eſt. Sed quæ facundia, quiſve ſermo exponere poſſet, qualis dum hæc agerentur, quantuſve in eadem Eccleſia extitit luctus? Senes itaque & juvenes, & pueri flebant & infantes, utpote nemo ſeſe a lacrymis temperare valens. Similiter & aliorum corpora Sanctorum, in eodem pago degentium, extumulata, atque per diverſa ſunt loca deportata, exceptis membris dumtaxat macarii Dionyſii, ſociorumque ejus martyrum: quæ licet a ſuis fuerint extracta ſepulcris, propter tamen Regis præſentiam non ſunt tunc ad alia loca tranſire compulſa. Statuerat quippe, populo videlicet a ſe labente, ut vel jam dicti Martyris monaſterium defenderet, eo quod divæ memoriæ genitor illius, eum, cum eſſet parvulus, eidem Sancto ſpeciali traditione commendaſſet.*

Sanctorum Corpora extumulata & alibi occultata.

XIX.

*Hoc interea juxta narrationis ordinem inſeratur, quod dum ſanctum ejus moveretur corpus, cunctipotens Deus dignatus eſt oſtendere. Nam dum in effoſſione ipſius, & quomodo portari deberet, unanimes intenti eſſemus, cereis, pro reverentia accenſis, caſu accidit, ut unus, quem puer incaute tenebat, e manibus ipſius labens, rueret, totoque privatus extingueretur lumine. Quem cum a ſolo idem puer omni velocitate levaſſet, lumen amiſſum ab altero mutuari cupiens, meritis tanti patroni actum eſt, ut ſtatim in manibus ejus cereus extinctus illuminaretur. Quod quidem mirum, nec ab re tamen ducimus, ſi ibidem ignis divinus reſplenduit, ubi quamvis lugubre, filius venerabatur lucis. Unde qui aderant univerſi, gratias Deo referentes, atque præclara Pontificis merita collaudantes, cœperunt magis magiſque in pſalmodiis, Deique laudibus eſſe devoti, quouſque opus, licet triſte, conſummaretur honeſte.*

XX.
Lux cælitus illuſtrat Eccleſiam.

*Nam viſio illa, quæ ab aliquibus ipſius monaſterii Patribus, eadem nocte, qua beatiſſimum ejus corpus effoſſum eſt, antequam aurora ſubſequens appareret diei, oſtenſa eſt, ut non dicatur, omitti debet? Cum ergo ad fluvium Sequanæ ſua quæque ad naves ferentes, quidam prima ipſius noctis vigilia perrexiſſent fratres, indeque ad monaſterium jam remearent: apparuit eis, ſecumque etiam comitantibus famulis, tam immenſus claritatis ſplendor ſuper eam Eccleſiæ partem, qua ejuſdem ſanctiſſimi viri corpus poſitum erat, ut claritate æquaretur diei, eademque Eccleſia velut igne ſuppoſito videretur cremari. Qui cum intra ſe nimium mirarentur, & eorum corda ejuſmodi conſideratione ſtupefacta hærerent, viſio paulatim deficiens diſparuit. Pervenienteſque ad monaſterium, ſciſcitati ſunt, ſi aliquis fratrum ea hora cum lumine ſuper ipſam fuiſſet Eccleſiam: nemine tamen, qui fuerat, reperto, cognoverunt viſionem Angelicam divina virtute meritis Sancti paratam, qui ſua migratura oſſa, pioſque cineres talis ſibi claritatis conceſſa gratia, inviſere curaviſſet.* Et inferius narratis aliis de viſionibus, quæ ante adventum Northmannorum acciderant, pergit Aimoinus, qui præſens erat, reliqua, quæ ſunt ſecuta, referre:

XXI.

*Denique Carolivenne loco ipſi Northmannorum populi ſe victores, ſeque ſupe-*

PAGIUS rate deſcripſit. Normannos *ipſo ſanctiſſimo Paſchalis feſtivitatis Sabbato* Pariſios acceſſiſſe, teſtatur etiam Aimoinus Monachus Cœnobii Sancti Germani de Pratis, cujus Hiſtoricam relationem recitat Baronius. Ejus tempore Aimoinus iſte cum Floriacenſi confundebatur; ſed eos diverſos eſſe demonſtrat Labbeus in Differt. de Script. Eccleſiaſt. & nunc hac de re inter omnes convenit.

VIII.
*Opinio contraria refellitur.*

Aimoinus Monachus Monaſterii Pariſienſis Sancti Germani de Pratis hoc ſæculo floruit, & libros duos de Miraculis S. Germani Epiſcopi Pariſienſis ſcripſit, recitatos a Papebrocio ad diem XXVIII. menſis Maii & Mabillonio Sæc. III.

Eccleſiæ ab igne ſervatæ illæſæ.

*periores eſſe conſpicientes, dum adhuc morarentur, exeuntes e navibus, cellam noſtram, quæ contra vel ſecus eundem locum poſita eſt, curſu propero feſtinantes, intraverunt. Unde miraculum, quod tunc illic factum comperimus, optimum, ſi narretur, putamus. Namque in eadem cella Eccleſiis Apoſtoli Petri, almique Germani, ignem ter quaterque ſupponere nitentes, cum defeciſſent, eas incendere amborum meritis non valentes, clauſtra ejuſdem cellæ tamdem egreſſi, borreum, quod ibi erat juxta poſitum, * intraverunt, ex quo tantus flammarum globus, aeris alta petens, aſcendit, quod quaſdam arbores ultra etiam jam dictam cellam virentes incenderet, ipſas vero Eccleſias intactas integraſque, ut erant, relinqueret. Cum inſuper ventus auſtralis validiſſime flaret, totumque fere incendium eamdem in partem proiiceret, illico ſeptentrionalis e regione ſpirans intumuit, atque in altius ſparſis latus auſtrale mira converſione reflectens, omnem vim ardoris pariter retorſit. Ita mirabilis Deus, qui per famulos ſuos ſecum fulgentes in cœlis ſemper, mira communis pietatis gratia, operatur in terris.*

* incenderunt.

XXII. *Cum igitur ſabbato Paſchali diffuſa navium claſſe Pariſios, ut ſupra dictum eſt, perveniſſent: in craſtinum, cum ſol lucifluos emitteret radios, propria totum illuſtrans lampade mundum, e navibus prorumpentes, ipſam civitatem, ut præmiſimus, vicinaque ſuburbana abſque habitatoribus repererunt. Ingreſſique monaſterium beatiſſimi Germani, Dei fanum, reſiduumque Eccleſiæ, quod ſecuritatis damno remanſerat, apparatum contaminare, pollutiſque manibus cœperunt deſtruere. Sed quia Domino miſerante, nec ibi virtus defuit ejuſdem ſanctiſſimi Patris: minime debet reticeri, quæ tunc illic totius mundi creator, ad laudem ſui nominis, gratia ipſius pontificis, oſtendere dignatus eſt miracula: quæ quia nemo noſtrum interfuit, penitus ignorabamus, poſtea autem a fidelibus miſſis Ludovici Bavariorum Regis, Kobbone videlicet, & aliis, quos ad Principem Northmannorum, Horic nomine, legationis cauſa direxerat, ea cognovimus, qui nobis illa fideliter narraverunt, quemadmodum ipſi atteſtati ſunt coram Horich, qui præſentes ex parte viderunt, atque ex parte ab his, qui tunc in ipſa Eccleſia, quando hæc geſta ſunt, ſimul aderant, Chriſtianis audierunt. Nam cum trabes Eccleſiæ miſerrimus iſte populus (quæ erant abiegnæ, & idcirco habiles navigio) incidere tentaviſſet, tres ex maligno eorum numero ante altaris crepidinem beati Stephani, invalidi totius virtutis robore ruentes ceciderunt, atque confracti incredulas, Deoque odibiles animas, aliis timore perculſis, exhalantes, perpetuas deſcenderunt ad umbras, ubi edax vermis eorum non morietur, & nimius eorum ignis non extinguetur.*

Percuſſi a Deo ſacrilegi Northmanni.

XXIII. Divina ultio in ſacrilegum.

*Cumque illud Dei templum a trabibus ita caſſatum, totumque ſimul depopularetur monaſterium, accidit ut unus eorum etiam apud eos nefandiſſimus, ad Confeſſionem domini Germani, ſtrictum gladium polluta geſtans manu (mira quidem dicentur) deveniret, columnamque marmoream quæ ibidem orantibus ad dexteram ſita erat, terdecies totius corporis anniſu, veluti vapulans hoſtem, percuteret, et continuo manus dexteræ, qua columnam ipſam inciderat, virilitas evanuit, ut poſt primum diem (quemadmodum idem Kobbo vidit, qui & eas inciſiones, nobis ignorantibus, præſens oſtendit) uſque ad infelicem ejus de hac vita deceſſum, ſemper immobilis, aridaque, ut fuerat extenſa permaneret: manubrium vero ferri ita manui compaginatum inhæſerat, ut numquam ab ea aliquo ingenio vel arte, niſi cum cutis parte avelli potuerit. Qui tamdiu nimia vexatione compatientis corporis cruciatus eſt, donec miſerrimam finiret vitam, plenus indignationis & iræ, manibus dæmonum devectus ad tartaricas ſedes cocyti, fœtidumque locum averni.*

Northmanni tenebris obvoluti recedunt.

*Operæpretium fore credimus, ſi & illud magnum narretur miraculum: Igitur dum ipſum ſanctiſſimum Oratorium a crudeliſſima impie violaretur turba: tanta ſubita nebulæ eſt denſitate repletum, ejuſdemque obſceni violatores divini judicii cæcitate percuſſi, quatenus id metu, & tremore nimio pavefacti linquere cupientes, vix oſtia vel fores, per quas intraverant, invenire valerent. Sicque in oberrando diutius fatigati, tamdem erumpentes, quantocyus effugerunt; talique ab illo die, tantoque pervaſi terrore, quo nec auſi ulterius eſſent quacumque fœditate ipſam contaminare Eccleſiam. Inſuper & ita dyſenteriæ morbo exinde (ut eſt vulgatum) ſunt affecti, ut dum quotidie morerentur, nullus ex tanta multitudine ſe putaret evadere.*

XXIV. * ſimulato.

*Interea * ſtimulati languore, Legationis cauſam dirigunt ad præcellentiſſimum Regem Carolum, ut eos cum pace fideles ſuſcipiens, ad propriam, dato Regni tributo, redire permitteret patriam. His ita*

PAGIUS III. Benedict. part. II. qui ambo hanc irruptionem Normannicam cum anno DCCCXLVI. illigant, quod initio lib. 1. de Miraculis S. Germani idem Aimoinus ſcribat. *Anno Incarnationis Domini Jeſu Chriſti octingenteſimo quadrageſimo ſexto, Regis autem præcellentiſſimi Karoli ſexto* Normannos cum valido navium apparatu Gallias intraſſe. Verum neque anno Chriſti DCCCXLVI.



Languore percuſſi recedunt Northmanni.

*ita placitis, Rege quidem nolente Principibus tamen quibuſdam, ut fatebatur, muneribus læſis, Ragenarius dux eorum, cunctique Principes ad Regem, qui tunc in monaſterio macarii Dionyſii reſidebat adducuntur, per deos, perque omnia, quibus maxime ſe protegi, & ſalvari putabant, teſtantes, numina vel arma, quatenus nequaquam ulterius vel ſui Regni, * niſi fortaſſe auxiliatores intrarent, aut contingerent. Qui ita dimiſſi, atque pro ſui evaſione, quam minime ſperaverant, gaviſi, quo venerant, accepta auri, argentique ſumma impoſita læti redierunt. Sed revertentes, morbo, quo in prædicta Eccleſia percuſſi fuerant, quotidie deficientes, cruciabantur, cruciatique nequiſſimas miſerabiliter animas expiraverunt, nemine, quos ſecum habebant, Chriſtianorum hujuſmodi plagam ſentiente. In quibus omnibus Dei eſt conſideranda potentia, ejuſque pietas amplectenda, qui tam miſericorditer ſalvat innocentes, tamque terribiliter, Sanctos ſuos mirificando, punit profanos.* Subiicit his auctor de reductione ſacrarum S. Germani reliquiarum ad ſuam Eccleſiam, atque de facta tunc dæmonum per ipſas expulſione. Cœptam vero de Duce Danorum proſequutus hiſtoriam; iſta miranda admodum ſubiicit:

XXV. *Ragenarius Dux, auctorque totius memorati mali, ante præfatum Horich Northmannorum Principem cum ingenti ſuperbia veniens, oſtendit ei, quod ſecum hinc aſportaverat aurum argentumque multum, dixitque, quod optatiſſimam Pariſios civitatem captam haberet, quodque manſionem Germani ſenis, quæ in eadem terra decentiſſima haberetur, intraſſet: inſuper & quod omne Caroli Regnum ſibi ratione tributi ſubjugatum haberet. Horich autem dum talia non crederet, juſſit jam dictus Ragenarius partem inciſæ trabis monaſterii divi Germani, ſeramque portæ Pariſiacæ urbis ante eum in teſtimonium adduci. Præterea retulit quam bonam, quamque fertilem, uti omnibus repletam copiis inveniſſet terram, populum vero eam incolentem ad dimicandum pavidum ac timentem. Referebatque dicens, quod majorem ibi mortui quam viventes haberent virtutem, nullumque ſibi invenerint reſiſtentem, præter Germanum ſenem mortuum. Hæc cum diceret, tremens illico ac pavens corruit in terram, atque terrifica cœpit voce clamare, Germanum coram conſiſtere, cumque ſe baculo, quem manu geſtabat, graviter flagellare.*

In ducem Northmannorum divina vindicta.

XXVI. *Quod videntes, Horich videlicet univerſique ſibi aſtantes, ipſeque Kobbo Ludovici Regis illuc directus Legatus, ex eo, quod acciderat, ſtupore nimio permoti, admirati ſunt. Idem vero Ragenarius ſic humiliatus, ac repente contritus, aliorum manibus cito ſublatus receſſit: qui maximis per triduum tormentis ignominioſe afflictus, præcepit tamdem unam auream ſuæ ſimilitudinis ſtatuam fieri, eamdemque per eumdem Kobbonem Germano ſeni deferri, ſpondens ſe, ſi evaderet, Chriſtianum deinceps futurum. Sed quia non erat ex ovibus Chriſti, idcirco quod petebat, obtinere non meruit. Ita prorſus inflatus (quemadmodum nobis idem Kobbo manifeſtum fecit) ac totus turgidus extitit, ut nec auditus, nec viſus, nec odoratus, vel guſtus in ejus corpore diſcerni potuerit. Sicque diffuſis ad poſtremum viſceribus, medius crepuit, vitamque miſerrimus inanem finivit. Statua vero ſacris oblationibus indigna, a quibus delegata fuerat, retenta, velut immundiſſima a mundiſſimo cordium in inſpectore refutata remanſit.*

XXVII. Northman. reliquorum interitus.

*Sed adhuc qualiter qui reſidui fuerant ex hac defecerunt vita, proſequendo narremus. Ab eo ſane die, quo monaſterium almi præſulis Germani ingreſſi ſunt, donec pœnaliter cuncti interirent, ita (ut diximus) Kobbone teſte, viſcerum inflatione percuſſi ſunt, quatenus omnis eorum cœtus etiam in patria quotidie moriens periret, præter quos Horich poſtea juſſit occidi. Timens etenim ipſe, ejuſque optimates, & populus pariter univerſus hujuſmodi morte peſſima damnari; præcepit omnes, qui reſidui erant, exceptis paucis, fuga lapſis, quos nec mortis credimus evaſiſſe exitium, decollari; eorumque capita, veluti ſatisfaciens morbo, Chriſtiano, qui captivus illic erat, populo tradi. Nam ita clades ingraſſata, Deo permittente, ſæviebat in plures, ut pene quicumque morbidum tangeret, eodem extemplo attactus morbo & ipſe deficeret.*

Captivi dimiſſi liberi.

*Inſuper juſſit cunctos captivos, qui Chriſtianitatis vocabulo cenſerentur, in Regno ſuo perquiri, eoſque cum libertate & honore, abſque alicujus contradictione in ſuam patriam reverti: qui etiam hæc & alia ultra quam ſunt inſerta, dicebant. Nos tamen ea, quæ a videntibus percepimus, tantummodo ponere diſpoſuimus: magnum ſatis habentes, quod victoriam, quam populi multitudo, communi obſtante crimine, ex inimi-*

PAGIUS DCCCXLVI. neque anno ſexto Caroli Regis ea irruptio contigit, ſed anno Chriſti currenti annoque quinto Caroli Regis. Nam quod ait Papebrocius in Notis ad illum locum, ſextum fuiſſe Caroli Calvi annum, *ſaltem uſque ad XX. Junii & totum potuiſſe ſic appellari*, difficultatem non ſolvit; cum ea irruptio hoc anno facta fuerit, & quidem *ipſo ſacratiſſimo Pa-*

*micis habere non potuit, B. Germanus inclytus meritis, glorioſus miraculis, apud Deum tali donatus triumpho, obtinere promeruit.* Hæc de ultione divinitus in hoſtes immiſſa Aimoinus, qui &
(a) Aim. l. 5. c. 20. in (a) hiſtoria ſua de ejuſdem probroſi & prodigioſi Ragenarii Ducis, & reliquorum dyſenteria peremptorum interitu meminit. Pergit hic vero dicere de aliis miraculis, in S. Germani Eccleſia editis; cum poſtea ejus venerandum corpus in locum priſtinum eſt reſtitutum. Tu ea conſulas, ut magis intelligas, quam admirabilis ſit Deus in Sanctis ſuis.

XXVIII. Quid tu iſta audiens Novator Hagiomache perfide? Negas tu ſolus, quod barbarus Dux, & Gentilis, & hoſtis Sanctorum, extorquente numine, inſtar Antiochi confitetur verbis, & profitetur factis? quod Rex pariter hoſtis, & dæmonum cultor æque dictis teſtatur & factis, ſuorumque, quos receperat victores ſanguine, expiando delictum, confeſſus, atque profeſſus eſt, libertate conceſſa fidelibus? Negabiſne tot præſentibus teſtibus conſignatam, & ab adverſariis ipſis confirmatam, ab auctore fide integra, qui præſens aderat, ſcriptis mandatam, ab omnibus receptam, a nullo in controverſiam revocatam conſtantem undique veritatem? Quid tibi timendum, & de te quid dicendum, niſi quod Dominus olim in Judæos perfidos dixit occaſione necatorum ruina
(b) Luc. 13. (b) turris Siloe, quod licet minime gravioribus peccatis eſſent obnoxii, quam alii habitantes Hieruſalem, ea paſſi fuerint, in exemplum tamen peccantium poſiti, ut niſi pœnitentiam agerent, eſſent ſimiliter perituri: non quod ſuper omnes eſſent turres ad ipſorum interitum ruituræ, ſed quod omnes divinæ vindictæ abſque aliqua dubitatione ſervandi eſſent, nempe gehennæ, omnibus ſuppliciis graviori.

At quod teſtati ſunt barbari, & ſuo experti ſunt damno, mortuos viventibus fortiores, id non ſolum declaratum eſt in S. Germano Epiſcopo Pariſienſi, ſed etiam in S. Martino Epiſcopo Turonenſi, cum alius dux Regis pariter Northmannorum, nomine Haſtingus, eodem ferme tempore obſidens expugnare conaretur civitatem Turonenſem. Rem geſtam plane memoria dignam deſcribit Odo Abbas Cluniacenſis in libello de tranſlatione S. Martini ad Fulconem Comitem Andegavenſem his verbis: XXIX.

*Contigit autem, ut Galliæ ſuperioris partibus incenſis, Turonum ſimili eam incendio conſumpturus, deſcenderet. Ambaſio itaque & univerſis, quæ inter Ligerim & Karum continebantur, in favillam redactis, Turonum obſidet. Portis igitur cuſtodias admovet, & ne quis tute exeat, magno, ſtudioſoque conamine providet. Aggeres etiam conſtruit, aſpera complanat, & quicquid urbi capiendæ commodum eſſet, ordinat. Alieni infortunii rumor delatus, conceptæ formidini fomitem ſubminiſtrat; muros tamen reparant, & turres, & propugnacula reſarciunt, & ſagittarum grandine præmiſſa, varios ſubjungunt aſſultus. Jam muri crebro quatiuntur ariete, & machinarum ictibus cedentes, ruinam ſuis minantur. Obſeſſi viribus deficientes, ſpei penitus ſolatio deſtituuntur.* Turonenſis civitas liberata ope S. Martini.

*Tamdem vero, divina inſpirante gratia, in ſe reverſi, beati patroni ſui Martini corpus pie rapiunt, & ad locum, in quo belli violentior impetus erat, deferentes, mortuum pro vivis propugnatorem opponunt. O admirabilem per omnia virum, qui dum adhuc viveret, ſignipotens appellatus, vigorem virtutis aſtris intulit, defunctus etiam bellipotens, triumphatos hoſtium cuneos ſola ſui præſentia confecit! Vere mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Sancti ſiquidem patrocinante ſuffragio, & obſeſſis ſecuritas & confiden-*

tia

PAGIUS *Paſchalis Feſtivitatis Sabbato*, ut diſerte aſſerit Aimoinus, ideoque anno quinto Caroli Regis, qui hoc anno uſque ad diem XX. menſis Junii in curſu fuit. Non dubium itaque, quin Aimoinus lapſus fuerit.

IX. *Civitas Turonenſis a Normannis hoc anno non obſeſſa.* Ad XXIX. Narrat Baronius obſidionem Civitatis Turonenſis a Normannis factam, & liberationem illius opera Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis, quia exiſtimat, illam Normannorum irruptionem ad hunc annum pertinere. Verum hujus Urbis obſidio an. DCCCXXXVIII. contigit, eaque ab Haſtingo Normannorum Duce peracta, ut ſcribit Odo Abbas Cluniacenſis, cujus verba recitat Baronius; Dux vero Normannorum, qui Pariſios venere, *Ragenarius* fuit, ut prodit Aimoinus citatus. Monachus Anonymus, qui ſcripſit libellum de Abbatibus Majoris Monaſterii hanc obſidionem his verbis narrat, dum de Herbeno Abbate Majoris Monaſterii verba facit: *Hujus tempore venit Haſtignus in Turoniam, & omnia ſuburbana una cum majori monaſterio deſtructis & in favillam redactis, Turonum obſedit. Sed oratione & præſentia beati Martini multis ſuorum interfectis & captis turpiter fugatus eſt.* Sed loco *Haſtignus* legendum *Haſtingus*, ut infra videbitur.

X. *Sed anno DCCCXXXVIII* Odo Cluniacenſis Abbas in Tractatu *de Reverſione B. Martini a Burgundia*, qui legitur in Bibliotheca Cluniacenſi, ab Andrea Ducheſnio, edita, annum hujus obſidionis Turonenſis expreſſe non notavit, ejuſque nulla in tot Chronicis, in quibus ſparſim res a Normanis geſtæ memorantur, mentio; indeque Ducheſnius in Notis ad illum Tractatum ait, ſe non tentaturum Scriptorum de anno hujus infeſtationis loquentium diſcordes ſententias concordare. In denſis adeo tenebris Odo nobis videtur ſequendus, qui cum aſſerat, *elapſis poſt Haſtini* (legendum) Haſtingi *incendia tribus luſtris*



*tia redditur, & obſeſſoribus formido & pavor non modicus immittitur. Fugiunt ergo Dani, fugientes Turonici perſequuntur; fugientium pars gladio cadit, pars capta reducitur, & pars fugæ ſubſidio elapſa eſt, & uſque ad ſextum lapidem ab urbe perſecuti ſunt Danos, triumphatoris ſui corpus cum hymnis deferentes cum gloria, per quem ſibi triumphus ceſſit & victoria.*

*Unde & in ejuſdem belli triumphalis memoriam, in ipſo loco, in quo Sancti conſtitit corpus, in honorem ipſius fabricata eſt Eccleſia, quæ propter belli eventum, SANCTI MARTINI BELLI ſortita eſt vocabulum. Et paulo poſt: Ea propter igitur Synodo celebrata, auctoritate Archiepiſcopi & ipſorum, qui convenerant, ſtatutum eſt, ut ſingulis deinceps annis per univerſam diœceſim ſubvectionis hujus feſtum, quarta Idus Maii, ſolemni-* Memoria victoriæ conſecrata.



ter

PAGIUS *ſtris* Rollonem militem multiplici ſtipatum *exercitus ſui Procuratores* Turonum tranſmiſiſſe, qui Majus-Monaſterium, quod non longe a Turonis erat, funditus everterunt, illudque geſtum ſit anno DCCCLII. ut infra demonſtrabo; veroſimile eſt, primam Urbis Turonenſis infeſtationem contigiſſe anno octingenteſimo triceſimo octavo, cum ab eo anno ad DCCCLII. luſtria tria, ſeu anni quindecim intercurrant. Anno itaque DCCCXXXVIII. *Haſtingus* Gallias ingreditur, Civitates obſidet, contigitque, inquit Odo, *ut Galliæ ſuperioris partibus incenſis Turonum, ſimili eam exterminio conſumpturus, deſcenderet. Ambazio itaque* (vulgo *Amboiſe*, Urbs a Turonibus parum diſſita, *& univerſis, quæ inter Ligerim & Carum continebantur, in favillam redactis, Turonum obſidet.* Sed illud Divi Martini ope liberatur, uti jam dixi. *Carus* fluvius in Ligerim non procul a Turonibus evolvitur, & hæc Urbs inter utrumque fluvium interjacet. Ambaſiæ ſeu Ambaſciæ invaſionis ſermo eſt in Geſtis Conſulum Andegavenſim, & in veteri Hiſtoria Dominorum Ambaſienſium, ſed in neutro Opere annus rei geſtæ memoratur. De altera Normannorum in Urbem Turonenſem irruptione anno DCCCLIII. verba faciemus. Fallitur autem Odo, cum ait, Rollonem in ea expeditione fuiſſe. Is enim nonniſi anno DCCCLXXVI. in Galliam venit, ut infra videbitur.

XI. *Civitas Turonenſis a S. Martino defenſa.* Porro *in loco, quo ſancti ſubſtitit corpus, dum Danos fugarent, in honore Sancti fabricaverunt Eccleſiam, quæ propter belli eventum, S. Martini Bellum ab incolis nuncupatur*, inquit Chronographus Turonenſis apud Ducheſnium in Scriptoribus Normanniæ pag. 25. qui ſubdit: *In honore vero Sancti eo die, quo de Danis habuerunt victoriam, ſcilicet IIII. Idus Maii, inſtituerunt Solemnitatem annuam celebrandam, quam Subventionem proprie nuncuparunt.* Hujus Feſti meminit etiam Auctor Anonymus de Geſtis Abbatum Majoris Monaſterii ſicuti & Odo laudatus. Scaliger lib. VI. de Emendat. Temp. pag. 626. loquens de memorabili prælio, quo tot millia Saracenorum a Carolo Martello cæſa ſunt, illud perperam in annum DCCXXV. confert, cum anno DCCXXXI. ut ſuo loco oſtendi, commiſſum ſit, additque: *Mirum eſt adhuc ruſticos ejus rei tanquam nuperæ memoriam conſervare. Locus autem dicitur S. Martinus bellus.* Verum ſi Vir doctiſſimus in Aquitania natus libellum de Tranſlatione Sancti Martini ab Odone Abbate Cluniacenſi editum legiſſet, vidiſſet illam denominationem a clade Normannica originem ducere, & Bellum Sancti Martini primum appellatum, ſed a plebe proceſſu temporis *Sanctum Martinum bellum* inde vocitatum, ideſt S. Martinum pulchrum; Gallice enim *bellus ac pulcher* idem ſignificant.

XII. *Aſtingus* ſeu *Haſtingus* hujus expeditionis Normannicæ Dux, a Rerum Normannicarum Scriptoribus toties memoratus, *ortus eſt*, ut docet Glaber Rodulphus lib. 1. Hiſtoriarum ſui temporis cap. 5. *in pago Trecaſſino ex infimo ruſticorum genere, in vico videlicet, qui Tranquillus dicitur, tribus a Civitate diſtans milliaribus.* Is ad Normannorum gentem ſe contulit, fortuna pauperum parentum abjecta, & *illis tantummodo primitus adhæſit, qui aſſiduo raptui ſervientes, victum cæteris miniſtrabant.* Paulatimque robuſtior cæteris viribus ac rebus effectus, omnes pariter illum conſtituere terra marique Principem. Poſtmodum etiam cum univerſa pene cui præerat gente, *conſcendens ad ſuperiores Gallicarum partes, quamvis peſtifer parens nativum male quærens reviſere ſolum. Qui cum veniſſet, gladio & igne ultra omnem hoſtium cladem univerſa demoliens, nemine repugnante, diutius conſumpſit. Tunc quoque domus Eccleſiarum per Gallias univerſæ, præter quas municipia civitatum vel caſtrorum ſervarunt, omnimodis dehoneſtatæ atque igne ſuccenſæ ſunt. Sicque deinceps tam ab ipſo Aſtingo, quam ab ejus Succeſſoribus, illius videlicet gentis Principibus, in ſpatio fere centum annorum hujuſmodi clades illata eſt longe lateque populis Galliarum.* Hæc ſummarie ex Glabro, de verbo tamen ad verbum. Camuſatius Vir Tricaſſinus ait, *Tranquillum* viculum eſſe Tricaſſinæ Diœceſeos, novem leucis ab Urbe Trecenſi ſeu Tricaſſium diſtantem, Gallice *Trancoſt*, vel *Trancaut* appellatum. *Aſtingus famoſus Normannorum Dux.*

Verum Gemmeticenſis, qui initio ſæculi XII. floruit, lib. I. Hiſt. Normannorum cap. 5. & Ordericus, qui anno MCXLI. Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ finem impoſuit, lib. 3. *Aſtingi* initio alio modo referunt, docentque *Bierem* filium Lothroci Daniæ Regis, expulſum a patria cum Aſtingo pædagogo ſeu nutritio ſuo, viro nequiſſimo, *ex inſperato* in Galliam intraſſe, Oppida Urbeſque cum Monachorum Cœnobiis concremaſſe; & *per triginta annos* cum ſuis complicibus in Chriſtianos ſæviiſſe; quibus completis *Rollo* Dux cum valida Danorum juventute anno DCCCLXXVI. Neuſtriam, ingreſſus eſt, & Gallos diuturnis invaſionibus attrivit. Addit Gemmeticenſis, Aſtingum *anno ab Incarnatione Domini DCCCLI.* cœpiſſe Veromandenſem aggredi portum, & univerſum Comitatum ferali rabie combuſſiſſe. Quæ ſi vera ſint, ſequitur, Sanctum *Odonem* citatum, qui ſerius Tractatum de Reverſione Sancti Martini a Burgundia in Gallias, compoſuit, ſicut Rollonis; ita & Aſtingi adventum citius quam par erat, collocaſſe, & Aſtingo, quod ab aliquo alio Normannorum Duce factum, perperam attribuiſſe. Verum Gemmeticenſis & Ordericus a ſemetipſis diſſentiunt, ſeque de tempore, quo *Aſtingus* & *Rollo* Gallias primum ingreſſi ſunt, male edoctos fuiſſe oſtendunt. Conſtat enim *Rollonem* anno DCCCLXXVI. pri- XIII. *Quo anno in Gallias primum venerit.*

mum

*ter celebraretur, quæ nullo alio nomine rectius quam SUBVENTIO cenſeretur.* Hucuſque Odo de liberata civitate per reliquias ſacras S. Martini: quæ autem poſthæc ſubiicit auctor, inferius ſuo loco dicentur.

XXX. In tot autem tantiſque malis, quibus Chriſtianus populus in iis Galliarum provinciis eſt afflictus, una illa conſolatio fuit, quod non ſicut accidit deploratæ Jeruſalem, cum (quod luget (*a*) *Jeremias*) *Prophetæ non aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent.* Sed ejus provinciæ Epiſcopi dolentes, anguſtiati, afflicti, convenientes in unum, cauſam illam tantorum malorum aperuerunt, & potiſſimum eam eſſe manifeſtarunt, quod ſcilicet res Eccleſiaſticæ per Reges traderentur laicis hominibus poſſidendæ, quorum ſacrilegiorum cauſa, ira divina cœlitus inſtar fulminis per barbaras gentes, eo modo, ut audiſtis, vibraretur in populum. Sic igitur præſtantiſſimi Patres in tot anguſtiis conſtituti; gregis commiſerantes, ad divinam indignationem avertendam, provocandamque Dei miſericordiam, correcturi ejuſmodi pravos fidelium mores, quibus divina vindicta concitabatur, collegerunt Meldenſe (*b*) Concilium; in quo poſiti, primum omnium deplorant iniqua tempora, & quod cum alias ſæpe conveniſſent in unum, numquam tamen ſecuta morum correctio fuerit, nec quod expedire videretur Eccleſiæ ſanctæ, perfecerint.

(*a*) *Thren.* 2.

Meldenſe Concilium.

(*b*) *Conc. Meld. t. 3. Conc. edit. Venet.*

XXXI. Sed audiamus eos, cum in præfatione iſta lugent his verbis: *Poſtquam ab ipſis piæ memoriæ Ludovici D. Auguſti temporibus Eccleſia diverſis & adverſis cœperat vexationibus fatigari; in qua (ut* (*c*) *Propheta longe ante defleverat) a planta pedis uſque ad verticem non erat, immo nec eſt, deſiderabilis ſanitas: crebris monitionibus ſuam, Principum quoque & potentum ac pauperum, totiuſque Eccleſiæ clamantes neceſſitatem, vocem correctionis dederunt, ſi forte ipſa vexatio (ut* (*d*) *ſcriptum eſt) intellectum daret auditui. Hoc verbis, hoc ſcriptis, hoc publicis, hoc privatis ſuaſionibus, hoc ſpecialibus, hoc generalibus egerunt, pro Chriſto legatione fungentes, petitionibus, hoc eſt, dicta dominica proponentes, hoc propheticis & Apoſtolicis oraculis conteſtantes, hoc veterum ſtatuta præ oculis demonſtrantes: hoc capitulari & petitoria ſuggeſtione ſæpius & Reipublicæ potentes atque miniſtros ex divina inſinuatione & voce blanda, & terribiliter (quia ita diverſi rerum eventus exegerant) monuerunt.*

(*c*) *Iſai.* 1.

(*d*) *Iſai.* 28.

*Et ut de multis quædam ad memoriam reducamus, ita egerunt ſcriptis, quæ conſtant; quorum eſt unum ex Synodo in pago Andegavenſi, habita in villa, quæ dicitur Lauriacus. Aliud in reverſione glorioſi Regis & domini noſtri Caroli & Redonis civitate, quod idem inclytus Princeps & cæteri quique tam Eccleſiaſtici, quam qui ex laicali ordine adfuerunt viri manu propria firmaverunt. Tertium in generali Synodo apud Theodonis villam generaliter actum, & generali conſtitutione propalatum. Quartum ex convenientia in prædicto conventu cœptum, & in Verno palatio perpetratum, ſed invidia ac malitia diaboli, ſeu miniſtrorum, nondum Principis & populi auribus prolatum. Inde vero, quia ſicut neceſſe fuerat, divinis juſſionibus non eſt ſequuta obedientia: dedit Dominus ab Aquilone, unde (juxta* (*e*) *Prophetam) pandetur omne malum: dignos meritis noſtris Apoſtolos, crudeles ſcilicet & immaniſſimos Chriſtianitatis perſecutores* Nor-

Concilia annis ſingulis fruſtra celebrata.

(*e*) *Hier.* 1.

PAGIUS mum in Galliis viſum, ideoque ſi id contigit poſtquam *Aſtingus* per triginta annos in eaſdem debacchatus eſt; anno DCCCXLVI. aut circiter Aſtingi initium, quemadmodum & Turonenſis Civitatis obſidio conſignari deberent; & tamen ipſemet Gemmeticenſis ejus adventum cum anno DCCCLI. connectit, & Sanctus Odo ſupponit, eum anno DCCCXXXVIII. Turonos obſidione cinxiſſe. Quare annus, quo primum *Aſtingus* Gallias affligere cœpit, hactenus in obſcuro eſt; cumque certum ſit, *Normannos* ante annum DCCCXL. in Gallias irrupiſſe, ab Odonis ſententia non diſcedendum, donec major lux affulgeat.

XIV. *Reliquiæ S. Genovefæ Normannorum metu occultata.*

Ad Normannicam irruptionem hoc anno factam pertinet quod ſcribit Auctor Anonymus in libello de Miraculis S. *Genovefæ* Virginis, quæ colitur Pariſiis in Monaſterio eidem Sanctæ dicato, quod hodie eſt Canonicorum Regularium S. Auguſtini. Recitatur libellus ille a Bollando ad diem III. Januarii poſt Vitam S. Genovefæ in eoque legitur, fratres præfati Cœnobii Normannorum tyrannidem declinantes, deduxiſſe *Dominam ſuam ad Attegias ſui villam*, & ab Attegiis *tranſito Sequana* deductam eſſe *Dravernam*. Deinde *Pariſienſibus cura bellorum ſolutis* reductam eſſe ad locum ſuum exultantibus & occurrentibus populorum turbis. Refert Anonymus miracula *in fuga reditu, & poſt facta*; hanc *Normannorum primam* incurſionem appellat, & poſtea de ſecunda loquitur, de qua ſuo loco agemus. Porro Attegiæ ſeu Attejæ, vulgo *Aties*, fuit villa publica in Viromanduis, ubi eſt Cella ad Monaſterium S. Victoris pertinens, ut videre eſt apud Hadrianum Valeſium in Notitia Galliarum pag. 409. *Dravernum* vero ſeu *Draverna*, vel *Dravetum*, vulgo *Dravet*, villa erat Monaſterii S. Genovefæ.

XV. *Concilium Meldenſe.*

A num. XXX. ad XLI. Concilium *Meldenſe* hoc anno celebratum; in Præfatione enim ejus dicitur, *Vvenilonem* Senonenſem, *Hincmarum* Rhemenſem, & *Rodulfum* Bituricenſem, Archiepiſcopos cum eorum Suffraganeis conveniſſe *in Meldenſem Eccleſiam anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLV. Piique Regis Caroli* ſuc-



*Northmannos, qui uſque Pariſios venientes, quod juſſit Dominus, demonſtrarentur; quorum actus Domini ſacerdotes, ut prævenerant ex ore Domini, ſermone ſunt etiam ſubſequuti. Sed & inde Belluacum civitatem venientes, quæ ex Domini voluntate cognoverunt, & verbo & ſcripto nullatenus ſiluerunt.*

XXXII. *Deplorant inſtantia mala Patres.*

*Tandem autem, graſſante iniquitate, atque elongante ſe optata atque optabili pace, non ſolum a medio noſtri, verum (quod eſt lugubrius) a finibus noſtris; perſpicientes etiam divinam miſericordiam, quæ potiſſimum in tribulatione ſuis fidelibus conſueverat ſemper adeſſe, tot miſerorum gemitus, tantaſque lacrymas, & pene intolerabiles, & in hac Regni dumtaxat parte, inauditas afflictiones, & horribiles calamitates, ſurda (ut dici fas eſt) aure juſto judicio præterire: ob hoc juſtæ indignationis divinæ complangendum ſupplicium, & Eccleſiæ Chriſti devoto pectore tractandum negotium, præſulum quoque & ſequentis Cleri correctionem, & Regis & Regni ſalubritatem atque ſtabilitatem, & populi, auctore & fautore Domino, procurandam ſalutem, venerabiles Epiſcopi Vvenilo, videlicet Senonicæ ſedis Archiepiſcopus cum ſuffraganeis ſuis, Hincmarus quoque ſanctæ Metropolis Eccleſiæ Rhemorum Epiſcopus cum coepiſcopis ſuis, & Rodulphus Bituricæ civitatis Archiepiſcopus, cæteris etiam dominis ſacerdotibus, Legatis vel ſcriptis ſuam præſentiam exhibentibus, in Meldenſem Eccleſiam de ſuis civitatibus convenerunt, ibique ſecundum ſynodalis ordinis cenſuram reſidentes, anno Dominicæ incarnationis octingenteſimo quadrageſimo quinto, piique Regis Caroli ſuccreſcentis feliciter ſexto, cujus conſenſu, ſuo divino nutu illuc conventum eſt decimoquinto Kal. Julii, &c.*

XXXIII. Quæ cauſa malorum.

Dum autem iidem, qui in Concilio convenerunt, Epiſcopi, ſacris Canonibus jam conſuetudine illapſa peccata emendare conantur, laborantque deformibus apponere medicamenta vulneribus: primum cauſam detegunt, cur Deus iratus dederit Regem, cum Regno gentibus bellis aſſiduis aſſligendum. Quænam fuerint peccata iſta, quibus præ cæteris Deus redderetur infenſus, ex eorumdem Patrum capitulis hic deſcribemus; quo cautiores alieno periculo fiant, qui principatuum moderantur habenas, diſcantque quam magno damno ſui, ſuorumque Eccleſiaſtica Deo debita jura pervadunt, cæcaque dominandi libidine violant ſacra ſepta Angelorum vallata cuſtodia, atque defenſa; ut dum in ſacra, inconceſſa ſibi, manus iniiciunt, barbaros ipſi ſentiant veloces ultores, eoſdemque voraces atque feroces, & inexplebiles graſſatores, eorum ſanguinis cupidiſſimos. Sed quid opus eſt novis ejuſmodi teſtimoniis facinus declamantium, atque deteſtantium Patrum? Nonne ampliſſimis tamquam in tabula expreſſum eſt notis, & vivis coloribus redditum in prædeceſſorum Principum rebus geſtis, tamquam e ſublimi loco clamantibus illud Davidicum (*a*): *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram.* Quomodo (*b*) *perſequebatur unus mille, & duo fugarent decem millia?* Quamdiu enim defenſores rerum Eccleſiarum, & propagatores earum vixere Francorum Reges, ut Pipinus & Carolus Magnus, qui legibus, armis, multoque ſanguine bona Eccleſiaſtica illibata ſervarunt; redditi ſunt omnes eorum hoſtes infirmi, & jugo ſubmiſſi, propagatum eſt Regnum, nomenque Francorum ſumma gloria toto orbe diffuſum. Ubi vero direptione rerum Eccleſiarum adverſus Deum conflatum eſt bellum; imbelles populi, Reges ſocordes, & obtuſa facta ſunt arma; hoſtes (*c*) vero eorum in capite, ſacerdotes vero gementes: inter quos & qui huic Meldenſi Concilio interfuere Francorum Epiſcopi, has luctuoſas emiſere voces (*d*): *Magnopere cavendum eſt, ne tam manifeſta religionis deſtructio, Regni hujus fiat deſolatio, cum manifeſtiſſime Scriptura demonſtret Ozam morte damnatum, quod Arcam Domini quaſi cadentem relevare voluit, quam vel contingere ei illicitum fuit.* Et Paulo poſt acerbius (*e*) iſta deplorantes ſubiiciunt:

(*a*) *Pſal.* 2.

(*b*) *Deut.* 32.

(*c*) *Thren.* 1.

(*d*) *Conc. Meld. c.* 9.

(*e*) *Conc. Meld. c.* 10.



PAGIUS *ſuccreſcente feliciter VI. cujus conſenſu ſub divino natu illuc conventum eſt XV. Kalendas Julias.* Ibi Canones Synodorum nuper habitarum recenſiti, ſc. Conventus Colonienſis, Conventus apud Theodonis villam, apud Lauriacum, & apud Belvacum ſeu Bellovacum, & alii Canones LVI. conſcripti. Referuntur ſimul omnes a Labbeo Tom. VII. Concil. pag. 1819. & ſeqq. ſed pag. 1843. ubi Epiſcopi varia Antiquorum loca memorant, Decretum Concilii Aurelianenſis III. memoriæ lapſu, *Lupo* Epiſcopo Tricaſſino tribuunt; cum tamen ſit *Lupi* Archiepiſcopi Lugdunenſis, qui Concilio III. Aurelianenſi præfuit, ut obſervavit Sirmondus.

XVI. *Anſegiſus Abbas Luxovienſis & Fontanellenſis Auctor Collectionis Capitularium.*

In Capitulo LXXVIII. decernunt Patres Concilii Meldenſis, *Ut Capitula Eccleſiaſtica a Domno Carolo Magno Imp. necnon & a Domno Ludovico Pio Auguſto promulgata, obnixe obſervari præcipiantur, ſicut & legalia obſervanda eſſe noſcuntur.* Ea Capitula ſeu eorum Collectionem primum vulgavit *Anſegiſus*, & poſt eum *Benedictus Levita* Moguntinenſis in eodem argumento laboravit. De utroque loquitur Baronius num. XXXVIII. & jam anno DCCCXIX. num. V. *Anſegiſum* Lobienſem Abbatem fuiſſe dixerat quod Sigebertus in Chronico ad annum DCCCXXVII. omnibus id perſuaſerit. Verum Baluzius in Præfatione ad Capitularia Regum Francorum num. XXXIX. & ſeq. & Ma-

XXXIV. De laicis inconceſſa ſibi abrogantibus.

*Perventum eſt ſiquidem ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuque horribile ac nimis triſte dignoſcitur, quia contra omnem auctoritatem, contra Patrum decreta, & totius Chriſtianæ religionis conſuetudinem, in monaſteriis regularibus laici in medio ſacerdotum & Levitarum, ac cæterorum religioſorum virorum, ut domini ac magiſtri reſideant, & velut Abbates de illorum vita & converſatione decernant, eoſque diiudicent, ac regimina animarum, ac divina eis ſecundum regulam, non ſolum ſine præſentia, verumetiam ſine conſcientia Epiſcopi committant ſacraria; & ita præſumptive doceant, qui noluerunt fieri diſcipuli veritatis, & ſaltu inordinato magiſtri fiant erroris.*

*Quod quam temerario auſu præſumptum ſit, omnis ſcripturarum demonſtrat auctoritas, adeo ut ſicut* (a) *ſcriptum eſt, nec in perſecutione Dominica ſine miniſtris Pontificum, Reſp. ad comprehendendum Dominum, quanto magis ad ordinanda divina ſervitia auderet tranſmittere.* Et inferius: *Quod non eſt aliud, niſi quod* (b) *Joannes dicit, cum venerit Antichriſtus, acturum, & nunc Antichriſti videlicet iſti multi ſunt: & quod Dominus ſecundum* (c) *Marcum: Cum videritis abominationem deſolationis, ſtantem in loco, quo non debet: qui legit intelligat. Vere enim iſta eſt abominatio deſolationis non ſolum religionis, ſed etiam præſentis ac perpetuæ ſalutis, & non ſolum ſubditorum, & talium apocryphorum doctorum, verum & Regis, & Regni, atque Regni primorum, huic deteſtabili inordinationi fautorum. Et quod adhuc habetur flebilibus, quidam Epiſcoporum e vicino ſedentes, & juxta* (d) *Prophetam: Canes muti non volentes latrare, nec opponere* (e) *murum pro domo Iſrael: hæc ſcientes ſilent, & ſurda aure pertranſeunt. Unde & zelo divino ſucceſſi auctoritate Dei, ex quo omnis paternitas ſecundum Apoſtolum, & in cælo, & in terra nominatur, decernimus, ut quidquid hujuſmodi hactenus actum eſt, ſacerdotali & regali rigore ſeu diſpoſitione caſſetur, &c.*

(a) Joan. 18.
(b) 1. Joan. 2.
(c) Marc. 13.
(d) Eſai. 56.
(e) Ezec. 13.

XXXV. Et ad hæc pertinet, quod ſubiicitur adverſus Regem, manus iniicientem in res Eccleſiaſticas, unde ipſius Regni certa ruina immineat; ajunt enim (f): *Occaſionem etiam & fomitem, unde ordo Eccleſiaſticus & canonica forma, atque monaſtica religio ſæpe a ſuperiori tempore, cum minus religioſos Principes habuit titubavit, & pene collabens deperiit: & iterum cum devotos & Dei zelo ferventes Principes accipere meruit, reſurrectione quadam revixit, & vigorem recepit, & ſui proceſſus tempore ambulavit: quod non ſine gravi dolore, & metu ultionis divinæ dicimus, in veſtri regiminis tempore in deſtructionem, non ædificationem (ſicut Paulus* (g) *docuerat) accidiſſe conſpicimus.* Et inferius in pervaſores rerum Eccleſiaſticarum: *Interceſſionem fideliſſimarum oblationum deleverunt, quibus Eccleſiaſticarum rerum pervaſores inconſulti, & in perniciem ſui, ſine reverentia abutuntur. Quod ita verum eſſe, ut dicimus, Dominus proteſtatur* (h) *dicens: Peccata populi mei comedunt: peccata enim populi comedunt, qui contra auctoritatem divinam res Eccleſiaſticas indebite pervadunt, & nec interceſſionis ope, nec prædicationis conſilio, vel quocumque divino auxilio pro peccatis eorum, qui ea dederant, laborant, nec pio operi, ad quod fides fidelium eas tradiderat, ſervire permittunt. De quo periculoſo facto, vos Principes Chriſtianiſſimi venerabiliter admonemus, & devotiſſime obſecramus, ut memores ſalutis veſtræ, præſentis ſcilicet & æternæ; memores etiam largitatis progenitorum veſtrorum erga ſanctas Eccleſias, propter quam feliciter regnaverunt, & ſibi contrarios ſuperaverunt, memores ſiquidem cum quanta religione etiam ante Chriſti ſanguinem in tempore famis in Ægypto diſcretione ſancti* (i) *Joſeph apud nefandum Regem Pharaonem terra ſacerdotalis extitit, &c.* Pluribuſque inſinuant, labefactari, perdique Regna, cum quæ ſunt ſacerdotum, a Regibus pervaduntur. Inſuper & alia Patres, quæ decreta antea fuerant pro conſervatione rerum

(f) Conc. Mel. c. 15.
(g) 2. Cor. 13.
(h) Oſee 4.
De uſurpatis a laicis bonis Eccleſiaſticis.
(i) Gen. 47.

PAGIUS Mabillonius in Vita S. Anſegiſi Abbatis Fontanellenſis & Luxovienſis obſervarunt, in Chronico Laubienſi Auctore Folcuino, nullum eo nomine reperiri Abbatem; in Chronico Fontanellenſi Tom. III. Spicilegii Dacheriani legi *Anſegiſum* Abbatem Fontanellenſem a Ludovico Pio conſtitutum, Virum fuiſſe doctum ac librorum amatorem, quorum magnam copiam reliquit in Monaſterio Fontanellenſi, & in Flaviacenſi, cujus etiam Abbatem fuiſſe docet Auctor ejuſdem Chronici; & denique *Adſonem* Luxovienſem Abbatem, qui de miraculis S. Waldeberti ac de ſuis Succeſſoribus librum ſcripſit ſæculo X. prodere Ludovicum Pium *Anſegiſum* præfeciſſe Abbatiæ Luxovienſi. Addit Adſo: *Capitula Regum Francorum, quæ diverſis fuerant acta Conciliis, excepit, & uno volumine contineri fecit.* Quare non dubitandum, quin is Anſegiſus Collectionis Capitularium Compilator extiterit. Chronographus Fontanellenſis citatus annum ejus mortis his verbis deſignat: *Receſſit Domnus Anſigiſus Dominica illuceſcente die XIII. Kal. Auguſti*, ſeu die viceſima menſis Julii, ideoque anno octingenteſimo triceſimo tertio, quo dies ille in Dominicam incidit, ut recte Cointius eo anno numer. LXXXI. non vero anno DCCCXXXV. ut perperam legitur apud Mabillonium laudatum. Colitur *Anſegiſus* a Monachis Fontanellenſibus.

XVII. *Anſegiſus* iſte aliquot Karoli Magni & Ludo-



rum Ecclaſiaſticarum, in medium aducunt, quæ brevitatis cauſa recenſere prætermittimus.

XXXVI. De Hoſpitalitate impedita. Eo autem progreſſa fuerant mala, ut (quod deterius videri poterat) quæ peregrinæ gentis erant ſacræ hoſpitales domus in Gallia, eædem ſpoliarentur bonis, quibus alendi erant peregrini. Acciderat enim, ut cum frequentiſſima eſſet peregrinatio eo tempore ex Anglia potiſſimum ad Limina Apoſtolorum: Scotorum nonnulli ad eos excipiendos per eam viam, quæ ad Urbem ducit, conſtituerint domos hoſpitales cum redditibus ſuis. Has vero cum invaſiſſent impii miniſtri regii, & redditus earum ſibi vendicaſſent, nec ſinerent eas ad uſum, cujus cauſa fuerant inſtitutæ, patere: in hujuſmodi immane ſcelus declamantes Epiſcopi iſta (a) ſubjecere:

*Admonenda eſt regia magnitudo ne hoſpitalibus, quæ tempore prædeceſſorum ſuorum & ordinata & exculta fuerant, & modo ad nihilum ſunt redacta; ſed & hoſpitalia Scotorum, quæ ſancti homines illius gentis in hoc Regno conſtruxerunt, & rebus pro ſanctitate ſua acquiſitis ampliaverunt, ab eodem hoſpitalitatis officio funditus ſunt alienata, & non ſolum ſupervenientes in eadem hoſpitalia non recipiuntur, verum etiam ipſi, qui ab infantia in iiſdem locis militaverunt, ex iiſdem eiiciuntur, & oſtiatim mendicare coguntur, &c.* Sunt & alia plura, quæ iidem Epiſcopi, in Synodo congregati, libertate ſacerdotali perperam facta, Regi ingerunt corrigenda, quæ tu conſulas.

(a) Conc. Mel. c. 40.

XXXVII. Hincmari digna ſententia. Qui enim præ cæteris in ea Synodo ſcientia eminebat Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, cæteros in ſuam trahens ſententiam, non ipſis tantum, ſed poſteris relinquens exemplum, dixit, in emendatione peccatorum Eccleſiæ filiorum, ab ipſis Regibus inchoandam eſſe correctionem, quæ ſi negligatur, vanus cedat omnis labor de Eccleſia reformanda, ac bonis moribus inſtituenda ſuſceptus: fruſtraque pariter tentetur placari numen offenſum, & immiſſa divinitus damna vitari, niſi primum omnium, quo delinquunt Principes, corrigeretur. Fuiſſe autem Hincmarum Carolo Regi magna familiaritate conjunctum, & apud eum auctoritate pollentem, demonſtrant litteræ Lupi Abbatis Ferrarienſis, ad ipſum ſcriptæ, paulo inferius recitandæ. Modo quæ ſunt reliqua proſequamur.

Ad poſtremum autem iidem, qui convenere Patres, monuerunt inter alia Regem, ut promulgari debeant capitula Eccleſiaſtica, a Carolo Magno atque a Ludovico collecta, utque ea obſervari præcipiat, ita decernentes (b): *Ut Capitula Eccleſiaſtica a domino Carolo Magno Imp. necnon a domino Ludovico Pio Auguſto promulgata obnixe obſervari præcipiantur, ſicut & legalia ſervanda eſſe noſcuntur.* Hæc Patres:

(b) Conc. Mel. c. 78.

XXXVIII. De tribus libris capitularium tribus datis Principibus. Cæterum eadem capitula ab Anſegiſo primum collecta, quatuorque diſtincta libellis, in lucem jam prodierunt. Hoc vero tempore, id exigente, ut audiſti, Concilio, quæ deerant, collegit Benedictus Levita, tribuſque aliis libris digeſſit, & Ludovici Imp. regnantibus filiis dedit, Lothario, Ludovico, atque Carolo. Teſtatur id ipſe, cum præfatur his verbis: *Et quæ ille aut invenire nequivit, aut inferre fortaſſe noluit, & illa, quæ poſtmodum a fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & Pipini ac Caroli, atque Ludovici didicimus in jam dictis libellis minime eſſe inſerta: pro Dei omnipotentis amore, & ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſervorum ejus, atque totius populi utilitate fideliter inveſtigare curavimus, & in tribus ſubſequentibus libellis diſtincte cum titulis ſuis coadunare, ac Ludovico, Lotario, atque Carolo nobiliſſimis Regibus, filiis videlicet Ludovici piiſſimi Imp. habenda, & omnium Chriſtianorum fidelibus tradenda, ſcribere non diſtulimus: ut ſcirent, qualiter juxta normam avi, proavi, ac genitoris, ſecundum Domini voluntatem, ſicut & illi fecerunt, Clerum, & populum ſibi commiſſum, Domino opem ferente, regere mererentur.* Et in carmine dedicatorio, poſt laudes dictorum trium prædeceſſorum Pipini, Caroli,

PAGIUS *Benedictus Levita Auctor alterius Collectionis Capitularium.* dovici Pii Capitularia collegit, eaque in quatuor libros digeſſit *Anno Incarnationis DCCCXXVII. Indict. V. anno vero XIII. imperii glorioſiſſimorum Principum, Domni Hludovvici Pii Chriſtianæ Religionis magni Propugnatoris, & Lotharii Cæſaris filii ipſius*, inquit ipſemet Anſegiſus in ſua Præfatione. Quatuor libros illos Capitularium tres ſequuntur Appendices; de quibus fuſe diſſerit Cointius anno DCCCXXVII. num. XL. & ſeqq. Quoniam vero Anſegiſus plurima Caroli Magni ac Ludovici Pii Capitula prætermiſerat, abſtinueratque præterea a referendis *Pippini* & *Karlomanni* Majorum-Domus Conſtitutionibus, quarum tamen frequens uſus erat, *Benedictus Levita* Mogontinenſis hanc in ſe curam hoc circiter anno ſuſcepit, ut Capitularia in unum colligeret, & in tres libros diſtribueret. Baronius anno DCCCXLVII. numer. XII. & hoc anno num. XXXVIII. ac poſt eum alii, exiſtimavit, Collectionem illam confectam fuiſſe ex præcepto Concilii Meldenſis juxta ipſius Capitulum LXXVIII. mox a nobis recitatum. Verum Baluzius loco laudato num. XLIV. refellit ſententiam illam cum Hermanno Conringio lib. *de Origine Juris Germanici* capp. 15. & 17. cum enim illa Collectio facta ſit in Regno Ludovici Germaniæ Regis, extra quod Meldenſis Civitas erat poſita, exiſtimari non poteſt, *Benedictum* Diaconum Moguntinum aggreſſum eſſe Opus iſtud juſſu Epiſcoporum al-

roli, & Ludovici, hæc ad tres ſucceſſores, quibus tres offert libros, de ſui ratione inſtituti habet his verſibus idem auctor:

*Nos quibus illa tenent terni quæ jura libelli*
*Obtulimus ſcripta ſemper habenda tibi.*
*Quorum norma docet jugiter nos vivere recte,*
*Et ſtudiis Domino rite placere piis.*
*Namque patrant multi funeſtas ſæpe rapinas:*
*Nonnulli violant templa dicata Deo.*
*Sunt alii ſcelerum fœdati labe ſuorum,*
*Fiſtula quos omnes connumerare nequit.*
*Sed cohibet tales legum cenſura ſacrarum,*
*Decretiſque vetat iſta patrare piis*
&c.

Pluribus canens verſibus, harum legum conditores Francorum Reges dilataſſe, propagaſſe, & ſtabiliſſe Francorum terrenum Regnum, & æternum in cœlo pariter conſequutos eſſe. Cæterum nonniſi poſt annos octo, Capitula iſta a Carolo promulgata, ejuſmodi docet inſcriptio: *Ex capitulis, quæ Carolus, Ludovici pii filius, conſultu fidelium ſuorum in Silvatico edidit, & miſſis per Regnum ſuum ordinatis, annuntianda, obſervandaque præcepit, anno Domini octingenteſimo quinquageſimo quarto.* Et quæ ſequuntur de eorum obſervatione, his verbis: *Capitula avi, & patris noſtri, quæ in præſcriptis commemoravimus, qui ex Miſſis noſtris non habuerint, & eis indiguerint, ut commiſſa per illa corrigere poſſint, ſicut in eiſdem Capitulis habetur; de ſcrinio noſtro, vel a Cancellario noſtro accipiant, ut rationabiliter & legaliter cuncta corrigant, & diſponant.* Porro dicta omnia Capitula fuiſſe auctoritate Romanorum Pontificum confirmata, ne putarentur Reges Eccleſiaſticas ſua auctoritate ſancire leges, idem Benedictus collector affirmat: noſque ſuperiori tomo eadem pluribus teſtimoniis demonſtravimus. Addiderunt ad poſtremum Patres octo Capitula, quibus in omnibus conſultum voluerunt per Regem

Capitula edita pro Eccleſiarum juribus conſervandis.

Eccleſiæ juribus, quæ tu videas. Hæc autem ſatis nobis ad inſtitutum.

Cæterum editio Canonum ejuſdem Meldenſis Concilii minime hoc anno facta eſt, ſed ſequenti, dum de iiſdem actum eſt in Concilio Pariſienſi, ut ſuo loco dicetur. XXXIX.

Verum etſi decreta Patrum Meldenſis Concilii haud (ut audiſti) recepta fuere ab ipſo Carolo Rege: tamen in gratiam Hincmari, quem plurimum diligebat, recens creati Rhemenſis Epiſcopi quæ ab illa Eccleſia jam ante fuerant ab ipſo ſublata, quantum tunc opportunum fuit, eidem reſtituenda curavit, ſcripto de his hoc anno diplomate ad eumdem Hincmarum, quod recitatum a Frodoardo ſic accipe, qui iſta loco argumenti præmittit (a): *Hincmaro Archiepiſcopo Rhemenſi ordinato, Rex Carolus omnia bona Epiſcopatus Rhemenſis quæ ſui aulici ſua permiſſione uſurparant, cum diplomatibus ſub hac forma a ſe conceſſis reddidit.*

(a) Frod. hiſt. Rhe. l. 3. c.40.

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Carolus Dei gratia Francorum Rex.*

Reſtitutio bonorum Rhemen. Eccleſiæ

*Si res, quæ pie a noſtris prædeceſſoribus, & a fidelibus Chriſtianis datæ, ſtatutæ, confirmatæ fuere, confirmemus: ſi pariter noſtra auctoritate regia, res, quæ quadam neceſſitate corruptæ fuere, corrigamus, & in melius emendemus: noſtræ ſaluti providemus, & oneri regio Ætna monte graviori, a Deo noſtris humeris impoſito, ſatisfacimus. Omnes igitur fideles Dei ſervi, & noſtri ſciant, quod hoc noſtro mandato, & auctoritatis noſtræ edicto in præſentiarum omnia Epiſcopatus Rhemenſis, bona in integrum reſtituimus, quæ magna quadam neceſſitate coacti, dum hic ſanctus conventus paſtore deſtituebatur, in commendam ad tempus noſtris ſubditis contulimus, ut nobis ſervientes, aliquo ſubſidio temporali gauderent: nos, inquam, reſtituimus Hincmaro Spiritus ſancti gratia, diſpoſitione divina, & noſtra electo & ordinato hujuſce ſanctæ ſedis Archiepiſcopo, nimirum Eſperneum, Julium, Cormiacum, Capellam, quam Rabanus presbyter poſſidebat, & omnia ſingula quæque bona, quæ de hoc Epiſcopatu Richuinus Comes, Odo, Pardulus, Algarda*
Ab-

PAGIUS alterius Regni. Præterea idem Benedictus teſtatur ſe Collectionem illam adornaſſe juſſu *Otgarii* Archiepiſcopi Moguntini. Nam poſtquam locutus eſt de quatuor libris ab Anſegiſo collectis poſtea addit:

*Autcario demum, quem tunc Mogontia ſummum*
*Pontificem tenuit, præcipiente pio.*
*Poſt Benedictus ego ternos Levita libellos*
*Adnexi legis quis recitatur opus.*

Quare cum *Otgarius* anno ſequenti ſupremum diem obierit, *Benedictus* ante annum illum ſuam Collectionem edidit. Baluzius Vir eruditiſſimus accuratam Capitularium Regum Francorum editionem dedit, in qua ea ad vetera exemplaria tam MSS. quam jam publicata emendavit, Notis illuſtravit, & in Præfatione multa ſingularia de iiſdem in medium attulit.
Ad



*Abbatiſſa, Robertus, Amalbertus clericus, Altmarus, Joannes medicus, Rabanus parvus nanus, Rathboldus, Goderanus, Hereboldus, Donatus, & Giluinus tenuerunt, & adhuc tenent. Tunc demum omnia, ſive a clericis, ſive a laicis occupata, quæ ad tempus in noſtra ditione, & a nobis dicto Hincmaro commendata fuere. Et (ut paucis perſtringam) S. Remigii teſtamento in præſentia noſtrorum ſubditorum tam clericorum, quam laicorum a nobis viſo; hoc noſtro mandato nunc reddimus, & in integrum reſtituimus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Matris Dei, Eccleſiæ ſancti Remigii, & Archiepiſcopo Hincmaro id omne, quod de hoc Epiſcopatu arripuimus, cum hunc Fulquus in noſtras manus remiſit, aut alicui ſub forma beneficii dedimus: ut ſine ulla contradictione, omnibus litteris & conceſſionibus irritis, revocatis, reſciſſis, & annullatis, hac noſtra auctoritate potiatur, & de his diſponere, & ejus pariter ſucceſſores, ſicuti de bonis Eccleſiæ in ejus utilitatem oportet, diſponere, poſſit.*

*Et ut hæc auctoritas noſtra, & hoc noſtrum mandatum, quo nihil nos amplius ſimile in poſterum contra hanc Eccleſiam Dei tentaturos pollicemur, noſtros ſucceſſores per omnipotentem filium ſanctæ Mariæ Virginis obnixe rogamus, ut nihil contra eam aggrediantur; firmum & ſtabile, & inviolatum maneat. Et ut hujus notitia adverſus ſanctæ Eccleſiæ hoſtes valeat: hac noſtra manu propria ſubſignavimus, & noſtrum ſigillum apponere fecimus. Datum Andegavi in villa Avegio, primo Octobris, anno ſexto, regnante glorioſiſſimo Rege Carolo, Indictione octava.* Hucuſque diploma.

XL. In eo vero quod datum ponatur octava Indictione, quæ ſecundum conſuetam periodum, ipſo menſe Septembri abſolvebatur, ſecundum conſuetudinem nonnullorum factum videtur, ut cum anno Redemptoris a Natali Domini æque Indictio inciperet numerari. Subiiciuntur ab eodem Frodoardo duo alia diplomata ejuſdem Caroli, alterum de perſolvendis eidem Eccleſiæ nonis, & decimis, datum illud ſecunda die Septembris, anno Regni octavo, Indictione decima: alterum, quo idem Rex Carolus Calvus conceſſit eidem Eccleſiæ Rhemenſi immunitates, atque exemptiones, quæ a prædeceſſoribus fuerant eidem conceſſæ Eccleſiæ, quæ ibidem deſcribuntur. Datum ipſo anno ejuſdem Regis decimo, Indictione decimatertia, die vigeſimaſeptima menſis Maii. Subiicit his idem Frodoardus, quæ in reſtaurationem, & cultum Eccleſiarum ipſe Archiepiſcopus Hincmarus effecit, & epigrammata quæ perpetui gratia monumenti iiſdem inſcribi fecit, & inter alia venerandæ Dei Genitricis imagini, filium tenenti in ulnis, ſuper altare poſitæ, cui hoc diſtichon conſecravit:

*Virgo Maria tenet hominem, Regemque, Deumque*
*Viſceribus propriis natum de famine ſancto.*

Ex quibus intelligas cultum ſacrarum imaginum, exploſo errore illo, quem male ſeminatum vidimus ſuperiori tomo communi uſu retentum, & frequentatum. Certum vero horum tempus, præſentem ſcilicet annum, alterius inſcriptionis hi verſus oſtendunt:

*Jam bene completis centenis octies annis*
*Quadraginta ſimul quinto volvente ſub ipſis.*

Quot inſuper eadem Dei Genitricis Eccleſia illis temporibus fuerit illuſtrata miraculis, idem Frodoardus narrat, deſcribens ex eis aliquot, quæ brevitatis cauſa relinquimus.

Hoc eodem anno inventum, tranſlatumque eſt venerandum corpus S. Mauri Abbatis, diſcipuli S. Benedicti, ex XLI.
quo

Inventio & tranſlatio S. Mauri.

PAGIUS XVIII. *Tranſlatio reliquiarum S. Mauri.*

Ad num. XLI. & ſeq. Refert Baronius ex Odone Abbate Glannafolienſi & Foſſatenſi Tranſlationem Reliquiarum S. *Mauri* Propagatoris Ordinis Divi Benedicti in Galliis, ea prætermiſſa, quæ poſtea anno DCCCLXVIII. peracta fuit. Nos de utraque hic agemus, quia in eodem libello *Odo* utramque narravit. Extat ea Hiſtoria tam apud Bollandum ad diem XV. Januarii, quam apud Mabillonium Sæc.IV. Benedict.part.2. eaque ab Odone anno DCCCLIX. ut ipſemet in fine teſtatur, ſcripta. Sepultus fuerat S. Maurus, ut ſæculo ſexto diximus, in Monaſterio Glannafolienſi ad Ligerim poſito; & cum ejus Reliquiæ ad decentiorem locum transferendæ eſſent, hæc Scheda inventa: *Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo quadrageſimo quinto, indictione octava, feria quinta hebdomadis nihilominus quinta in Quadrageſima, quarto Idus Martii, tranſlata ſunt oſſa beatiſſimi Levitæ Mauri a famulo Dei Gauzlino, aliiſque Sacerdotibus, in locum, in quo nunc venerantur in arca ferrea cum honore recondita*, quam Scriptor Schedulæ *quintam* appellat, *quartam* vocamus, eaque poſt Dominicam *Lætare* occurrit. Sed poſtea Normannis ſævientibus maxime in pago Andegavenſi, ubi Monaſterium Glannafolienſe ſitum erat, Monachi Glannafolienſes pars cum corpore *Sancti Mauri* fugerunt in pagum Sagienſem, Odo ſc. Auctor iſtius Hiſtoriæ cum aliis, pars vero in Pictavenſem, qui in Monaſterio S. Savini conſederunt, ut prodit Auctor Vitæ S. Hugonis Monachi Æduenſis apud Mabillonium Sæc. V. Benedict. Poſt varias ſacri cor-
po-

quo monachiſmus ejus ordinis in Galliis mirifice propagatus eſt. Non ſine Dei providentia his ipſis temporibus monaſteriorum fundatorem Deus voluit apparere, atque miraculis coruſcare, cum monaſtica diſciplina ſoluta, ipſa jam monaſteria laicorum manibus traderentur, ut quaſi vindex videretur exurgere. Rei geſtæ hiſtoriam Odo ſcripſit (*a*), qui hoc ſæculo vixit, cunctaque omni fide optime teſtata reliquit. Qui primum quomodo ultus ſit idem Sanctus in Gaidulphum Ravennatem, qui acceptum a Rege Francorum Foſſatenſe monaſterium, ipſum, ejectis monachis, ſolo æquatum, ac profanum redditum uſurpaverat hanc memoratu dignam texit hiſtoriam:

(*a*) *Extat in Bibl. Vatic. ſcript. Cod.*

Divina ultio in occupatorem & deſolatorem monaſterii S. Mauri.

*Poſtquam cuncta, quæ animo conceperat, juxta Dei permiſſionem, de eodem exercuit loco Gaidulphus, convocatis amicorum atque affinium turmis ad convivium apparatioris prandii: ſcelerate a ſe geſta poſt inſatiabilem * lautitiorum edacitatem ciborum, & meri nimiam potationem, cunctis, qui aderant, jactantia, deſperabiliter barathro demerſus, referre cœpit: Ne, inquiens, teterrimum genus monachorum per ſuccedentia tempora locum hunc, vanis ſpebus animatum, repetere, aut vendicare valeat, cum domorum everſione teſtamenta ſunt ablata prædiorum, quibus ſe opinari poterant poſſeſſiones tantorum recuperaturos fundorum. Necdum verba compleverat, cum ecce contra ſe ſuper menſam, ad quam laſciviens reſidebat, aſtare vidit venerandi monachum habitus, virum, cujus facies igneo reſplendebat aſpectu, canicies vero comptiſſimi dignitate honoris ſuper nivem micans candebat. Qui ferulam manu geſtans, torviſque aliquantiſper reſpiciens luminibus, eum forti conamine calce quidem in ventre, ferula autem in capite valide percuſſit. Qui illico amens effectus, atque caput huc illucque ſuper ſcapulas crebro jactans, ejulando clamare cœpit: Maure tu me interficis, Maure tu me interficis. Cumque hæc & alia cunctis, qui aderant, audientibus, oculis jam cæcatus, quos capitis percuſſione amiſerat, frequenter repeteret. Arii mulctatus damnatione, effuſis inteſtinis, infelicem (ut erat dignus) finivit vitam, particeps dæmoniorum effectus.*

* f lautiorum.

In ipſa menſa, ut Rex ille potentiſſimus (*b*) Babylonis, ſententiam damnationis accipiens, a quibus autem auctor iſta acceperit, fidem teſtatam, relinquens ſubiicit, dicens:

(*b*) *Dan.* 5.

XLII. *Hæc ita geſta Germanus monachus noſtræ Congregationis, qui a patruo ſuo, ipſius loci monacho ſe ita peracta, ſicut hic inſerta ſunt, frequenter iſta audiſſe confirmat, qui de eodem cœnobio cum cæteris fratribus ab ipſo perverſæ mentis homine expulſus, ſæpe ad domum patris hujus Ger-*

PAGIUS poris huc & illuc delationes factas ob metum Normannorum, deportatum fuit in Monaſterium *Foſſatenſe* in agro Pariſienſi locatum, & ſolemnis ejus Tranſlat. peracta an. DCCCLXVIII *Ænea* Pariſienſi Epiſcopo ſacram pompam ducente, & ſacrum corpus humeris geſtante, ut ipſemet Æneas in ſuis literis a Mabillonio recitatis affirmat, notum faciens, *quod anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſexageſimo octavo, Indictione prima juſſu Sereniſſimi Caroli Regis, ad Foſſatenſem ob recipiendum corpus B. Levitæ Mauri* acceſſiſſe *Abbatiam*, & *a propriis ſacram præfati Sancti* depoſuiſſe *humeris ſuper beatorum Apoſtolorum altare glebam*.

XIX. *Martyrium XLII. Procerum Amorii captorum.* *Theodorus* cognomento Craterus, *Conſtantinus Drungarius*, & quadraginta alii utriuſque ſocii agminum exercitus Theophili Imperat. Principes, qui capto a Saracenis *Amorio* anno DCCCXXXVIII. captivi in Syriam ducti ſunt, currenti anno, dieque ſexta menſis Martii, cum fidem Chriſtianam ejurare nollent morti traditi ſunt. Nam Porphyrogenneta & Symeon Logotheta, uterque in Vita Theophili Imp. referunt, eos per annos ſeptem carceris moleſtias patienter toleraſſe. *Tantis obſitus tenebris locus erat, ſicque arcta tenebantur cuſtodia, ut nec alto meridie lucis quicquam eis ſplendeſceret. Una vox erat, qua alter alterum dignoſcebant: nulla eis cum aliquo præterquam cum cuſtodibus conſuetudo: cum aliis penitus ſublata; nec aliter quam in altiſſimo eremo vitam agebant. Tantis malis ad annos ſeptem conflictati ſunt*, inquit, Porphyrogenneta. Qui addit, *quinta Martii* Boiditzem a Chriſto apoſtatam in carcerem veniſſe, & Conſtantinum Virum ſtudiis ſapientiæ educatum, ut a fide Chriſtiana deficeret, irrito labore ſollicitaſſe, dieque inſequenti, cunctis eorum fiduciam mirantibus, morte affectos fuiſſe. In variis Menæis tam excuſis, quam MSS. a Bollando ad diem VI. menſis Martii memoratis Quadraginta duorum Martyrum, qui in Amorio comprehenſi ſunt, Paſſio celebratur.

XX. *Acta eorum ſerius ſcripta.* Bollandus hujus Martyrii Acta Auctore *Evodio* ſcripta ex tribus MSS. Græcis eruit, & *Evodium* Scriptorem Synchronum fuiſſe putavit; ſed non dubito, quin Græculus ille longe ſerius vixerit; cum geſta in obſidione *Amorii* Urbis ignorarit. Ait enim eam intra tredecim omnino dies expugnatam fuiſſe; cum tamen Continuator Anonymus Theophanis ſcribat, Ameramnunem ſeu Califam, qui tunc *Mutaſimus* erat, Amorium obſediſſe, *variiſque certaminibus editis* obtinere non potuiſſe, *fortiter & generoſe Civibus in adverſum præliantibus*, ac illud non niſi proditione in manus ejus veniſſe. Idem habet Porphyrogenneta citatus num. XXXIV. qui ait *tempore prælabente*, Urbem excidium ſine illa proditione evaſuram fuiſſe, cum poſt eam captam ad ſeptuaginta millia cenſu habito inventa ſint Saracenis deſiderari. Ad hæc Evodius nulla illius proditionis mentione facta ait, Protoſymbolum, quem magnum Viſirum nunc appellamus, *Amorium* expugnaſſe; & tamen laudatus Continuator Theophanis & Porphyrogenneta teſtantur, ipſummet Ameramnunem ſeu Califam cum filio ſuo obſidioni præfuiſſe, nec Protoſym-



*Germani fratris veniens, cuncta ex ordine referre ſolitus erat. Aſtipulantur etiam huic aſſertioni religioſæ admodum & reverendæ perſonæ, quæ ab eodem tempore uſque ad noſtram perdurantes ætatem, evidentiſſimis iſta profitentur indiciis; ex quibus ego etiam duos vidi, quos pro hoc ipſo ad me evocans, atque ab eis cuncta diligenter ſciſcitans, veriſſima hæc eſſe, prout ea ipſi oculis inſpexerant, aſſeruere; addentes etiam hæc, quod poſt expulſionem loci illius habitatorum, & ejuſdem deſperabilem ſcelerati viri percuſſionem, prædia & villæ, quorum ſubſidiis, & redditibus locus ille eatenus ſubſtiterat, perceptione ſatis injuſta, tam a Comite Andegavenſi, quam ab aliis quibuſcumque præſumptuoſæ ac cupidæ mentis hominibus uſurpatæ ſunt atque pervaſæ.* Adjungit his de reſtauratione ejuſdem monaſterii, divino monitu facta per Rorigonem religioſiſſimum Comitem, deque præfectura ejuſdem monaſterii, collata a Carolo filio Ludovici, Gauzlino filio Gauzberti, deque ſancti Mauri corporis tranſlatione ab ipſo facta: cujus rei geſtæ teſtificationem ſubiicit iſtis verbis:

XLIII. *Suſcepta cura paſtorali ejus loci a Rege ſibi injuncta, nobiliter in ſancta religione cœpit excreſcere: denique in divinis cultibus ſuo tempore nemini ſecundus emicuit.* Qui qualiter corpus B. Mauri de auſtrali climate altaris B. Martini retro (ut noſtro ſæculo mos eſt) ad orientalem ſcilicet ejuſdem menſæ tranſtulerit partem, ipſius ſcriptis pleniſſime cognoſci valet. Ita enim proſequitur:

*Anno Incarnationis Domini noſtri JESU Chriſti octingenteſimo quadrageſimo quinto, Indict. octava, feria quinta hebdomadæ, nihilominus quintæ, in Quadrageſima, quarto Idus Martii, tranſlata ſunt oſſa beatiſſimi Levitæ Mauri a famulo Dei Cauzlino, aliiſque ſacerdotibus in locum in quo nunc venerantur, in arca ferrea cum honore recondita. Hac eadem etiam die, reliquiæ protomartyris Stephani, quæ a Bertulpho Abbate tempore Clotarii Regis, juxta prædicti patris noſtri Mauri tumulum, ob ejus venerationem in * buxide lignea reconditæ fuerant, ita intactæ & abſque macula ſunt repertæ, ut quaſi eodem die illic repoſitæ fuiſſe viderentur. In qua etiam membranulæ vetuſtiſſimæ portiuncula eſt inventa, cujus ſeries diuturna obliteratione pene delata vix perſpicaciſſima elucidari valuit indagine; cujus textum tandem enucleatum hæc continere repertum eſt: Hic requieſcit corpus beati Mauri monachi & Levitæ, qui tempore Theodberti Regis in Galliam venit, & octavodecimo Kalend. Februarii migravit e ſæculo. Beati quoque Petri Apoſtoli patrocinia ibidem ſunt reperta in arcula, quæ ad caput ejus erecta, & arenoſo aggere cooperta pro conſervatione eorumdem (ut opinari poteſt) decenter fuerant.* Hæc quidem ille. In his vero, quæ de patrociniis ait S. Petri ibi inventis, non alia ea putamus fuiſſe, quam vela, a S. Gregorio brandea appellari ſolita, ſive

* pixide



PAGIUS ſymboli meminere. Immo ipſimet Scriptores Arabes, uti Elmacinus in Hiſt. Saracenica & Abul-Pharajius *Amorium* a Mutaſimo Califa ſubactum eſſe tradunt. Non laudo hic alios Scriptores Byzantinos, quia hi nihil de Theophilo habent, quod a Porphyrogenneta, qui initio ſequentis ſæculi vixit, non acceperint. Denique autumat Bollandus captos Sanctos Martyres circa annum DCCCXL. & poſtea anno DCCCXLVII. peremtos. Sed an. DCCCXXXVIII. *Amorium* eo anno captum docuimus. Baſilius Macedo ædem in honorem horum SS. excitavit in Palatio Pegano, teſte Porphyrogenneta in ejus Vita num. XC.

XXI. *Pippinus Aquitaniæ Rex declaratur.* Annaliſta Bertinianus ad hunc annum ſcribit: *Carolus* (Francorum Rex) *agrum Floriacum in quo S. Benedicti monaſterium conſiſtit, duodecim ab Aurelianorum urbe leugis, veniens Pippinum Pippini filium ſuſcipit, & receptis ab eo ſacramentis fidelitatis, quatenus ita deinceps ei fidelis, ſicut nepos patruo exiſteret, & in quibuſcumque neceſſitatibus ipſi pro viribus auxilium ferret, totius Aquitaniæ dominatum ſibi permiſit, præter Pictavos, Sanctonas & Ecoliſmenſes. Unde & omnes Aquitanici, qui eatenus cum Carolo fuerant, ad eumdem Pippinum continuo ſui converſionem efficere ſtuduerunt.*

XXII. *Beneventani cum Sarracenis, veteri diſcordia recrudeſcente denuo diſſident. Nortmanni alveo Sequanæ remenſo maria repetunt, cuncta maris loca finitima diripiunt, vaſtant, atque incendiis concremant. Sed licet peccatis noſtris divinæ bonitatis æquitas nimium offenſa, taliter Chriſtianorum Terras & Regna attriverit: ne tamen etiam Pagani improvidentiæ, aut certe impotentiæ Dominum omnipotentiſſimum ac providentiſſimum impune diutius inſimularent, cum a quodam monaſterio Sithdiu nomine direpto incenſoque, oneratis navibus repedarent, ita divino judicio vel tenebris cæcati & inſania ſunt perculſi, ut fertur, commotus animo Rex Oricus, ad Hludowicum Regem Germanorum Legatos pacis gratia deſtinat, captivitatem* (legendum captivos) *abſolvere theſauroſque paratus pro viribus reſtituere.*

*Irruptio Normannorum in Franciam.*

XXIII. *Variæ Civitates ab eis devaſtatæ.* *Dani, qui anno præterito Aquitaniam vaſtaverant, remeantes Sanctonas invadunt, confligentes ſuperant, quietiſque ſedibus immorantur.* Monaſterium Sithivenſe, hodie Sancti Bertini nomine appellatum, incluſum eſt muris Audomaropolis. Fulcardus autem Sithivenſis Monachus, qui ſæculo XI. floruit, in Vita S. Bertini Abbatis Sithivenſis, Sæc. III. Benedict. part. 1. recitata, lib. 1. cap. 11. hanc Normannorum incurſionem in annum ſequentem differt, aitque, regnante Carolo, Adalardum monaſterii S. Bertini Abbatem hujus corpus *anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo quadrageſimo ſexto*, ſecretiori quam prius fuerat, loco locaſſe, & non multo poſt temporis intervallo Normannos in eam regionem irrupiſſe, nullumque in eo monaſterio Monachum præ-

ſive ſanctuaria, quæ ad ſecundum foramen Confeſſionis beati Petri Apoſtolorum principis demiſſa, tactu ejus ſepulcri ad curanda mala omnia virtutem acciperent (ut ſuperius fuſe dictum eſt) ob idque etiam Apoſtoli patrocinia dici ſolita, quæ ne ob terræ humiditatem defoſſa jacturam pati poſſent, arenæ aridæ congeſtione, ut audiſti, cooperta fuere. Sed de his, quæ ad præſentem annum ſpectant, jam ſatis.

Chri-

PAGIUS *præter quatuor palmam Martyrii præſtolantes* inveniſſe, quia alii, omniſque pene Nobilitas ad tutiora loca fugerat. *Nec modo ſemel, verum bis terque Sithienſes fines profligare non ceſſarunt, donec prædicti Sancti meritis multipliciter attriti in vaginam ſuam compulſi ſunt regredi. Tantis divinæ ultionis cladibus hanc terram* (nempe Morinorum) *ferme centum annis occupantibus denuo quaſi quodam diluvio diluitur his decocta tribulationibus*, inquit Folcardus, qui tamen in anno primæ irruptionis memorando erat; cum in Chronico Nortmannico a Ducheſnio Tom. II. Hiſt. Franc. & in lib. de Geſtis Normannorum in Francia Auctore incerto ſcriptis, & ab eodem Ducheſnio in Hiſtoriæ Normannorum Scriptoribus publicato legatur, *Normannos* hoc anno Monaſterium *Sithivenſe*, diripuiſſe. De duabus aliis eorumdem in idem Monaſterium irruptionibus ſuo loco agetur.



I. CHriſti annus octingenteſimus quadrageſimusſextus, Indictione nona qui ſequitur, extitit Eccleſiæ Romanæ lugubris: ſiquidem, peccatis ingraveſcentibus, Deus ad indignationem provocatus implevit illud Exechielis (*a*): *Adducam peſſimos de gentibus, & poſſidebunt ſanctuaria eorum.* Et quod ſubiicit (*b*): *Ecce ego polluam ſanctuarium meum, ſuperbiam imperii veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum, & ſuper quo pavet anima veſtra.* Nam Sarraceni ex Africa inſtructa claſſe venientes, improviſo agmine ſuburbia, trans Tyberim poſita, deprædati ſunt, & ipſas ſacroſanctas baſilicas principum Apoſtolorum Petri, & Pauli auro, argento, gemmiſque locupletes ſpoliarunt. Evenit plane juxta illud Habacuc (*c*) vaticinium, quo dicitur: *Admiramini, & obſtupeſcite, quia factum eſt opus in diebus noſtris, quod nemo credet, cum narrabitur. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, ut poſſideat tabernacula non ſua. Horribilis & terribilis eſt: ex ſemetipſa judicium, & onus ejus egredietur. Leviores pardis equi ejus, & velociores lupis veſpertinis.* Immo (quod & luget Hieremias *d*) *Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli.* Ut quod dictum eſt de Chaldæis olim, virga furoris Domini ad infligendas plagas delinquentibus filiis, hoc tempore per aliam gentem, illa deteriorem atque crudeliorem, expletum ſit, cum Sarraceni, ad punienda populi Chriſtiani peccata, ex Arabia in Occidentem immiſſi ſunt.

(*a*) Ezech. 7.
(*b*) Ezech. 24.
Sarraceni deprædantur reliquias SS. Petri & Pauli.
(*c*) Hab. 1.
(*d*) Thren. 4.

II. Cæterum non Chriſtiani, ut Judæi, neque baſilicæ Principum Apoſtolorum, ut templum Hieroſolymorum, libera poteſtate traditæ ſunt in manus Sarracenorum, neque ut illi, in manus Chaldæorum: de illis ſiquidem dictum (*e*): *Plaga inimici percuſſi te caſtigatione crudeli.* De iſtis autem (*f*): *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo.* Siquidem non permiſſi ſunt iſti Urbe potiri, quam appetebant, nec ipſas Apoſtolorum baſilicas inflammare, vel ſolo proſternere, aut effodere veneranda corpora Apoſtolorum, ſacroſque in ventum diſpergere cineres Sanctorum Martyrum, intacta enim ipſa penitus remanſerunt, intentis illis prædæ tantummodo, omnium hominum avariſſimis ac rapaciſſimis. *Miſit* (*g*) *tunc manum ſuam hoſtis ad omnia deſiderabilia ejus*, & (quod ſequitur) *occidit omne, quod pulcrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, cum effudit Deus quaſi ignem indignationem ſuam*: & dixit percuſſoribus: *A ſanctuario meo incipite.* Etenim ſpoliatæ auro fuere, quo erant contectæ Confeſſiones, eodemque altaria nudata, omnia ornamenta direpta, & portæ ipſæ eo, quo opertæ erant, argento ſpoliatæ. Attigit autem iſta potius quam deſcripſit Anaſtaſius in Leone Quarto, Sergii, de quo agimus, ſucceſſore. Vetus Francorum Chronicon editum a Pithœo, hoc id factum anno docet paucis iſtis: *His temporibus, anno videlicet Redemptoris octingenteſimo quadrageſimo ſexto, Mauri* (ſic nominat degentes in Africa Sarracenos) *Romam cum exercitu venientes, cum non poſſent Urbem irrumpere, Eccleſiam S. Petri vaſtaverunt.* Deprædati ſcilicet eam, quam ornamentis exutam, reddiderunt plane deformem. Nullum tamen baſilicas illas Apoſtolorum Petri & Pauli, extra Urbem poſitas, incendium paſſas eſſe, columnæ omnes a tempore Conſtantini in baſilica Vaticana quadruplici diſpoſitæ ordine & in baſili-

(*e*) Hier. c. 30.
(*f*) Pſal. 88.
Punitio Chriſtianorum mitior quam Judæorum.
(*g*) Thren. 2.
Baſilicæ ab incendio & ruina ſervatæ,



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXIV Anno Hegiræ CCXXXII. inchoato die 28. Auguſt. fer. 7. A. C. 846. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6339.

☉ 15. C. ☽ 11. P. 18. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 846.

SERGII II. PAPÆ 3.

LOTHARII IMP. 27. & 7.

MICHAELIS IMP. 5.

ANum I. ad VII. Annaliſta Metenſis hoc anno ſcribit: *His temporibus Mauri Romam cum exercitu venientes, cum non poſſent Urbem irrumpere, Eccleſiam Sancti Petri vaſtaverunt.* Quod totidem verbis habet Annaliſta Fuldenſis a Baronio citatus. Hanc Saracenorum irruptionem fuſius narrat Annaliſta Bertinianus: *Menſe Auguſto Saraceni Maurique Tiberi Romam aggreſſi, Baſilicam beati Petri Apoſtolorum Principis devaſtantes, ablatis cum ipſo altari, quod tumbæ memorati Apoſtolorum Principis ſuper poſitum fuerat, omnibus ornamentis atque theſauris, quendam montem centum ab Urbe millibus munitiſſimum occupant. Quos quidam dudum Hlotharii minus religioſe adorſi, atque deleti ſunt. Pars autem hoſtium Eccleſiam Beati Pauli audiens a Campanienſibus oppreſſa, prorſus interfecta eſt. Hludovvicus Rex Germanorum adverſus Sclavos profectus tam inteſtino ſuorum conflictu, quam hoſtium victoria conterritus, reverſus eſt. Hlodoicus Hlotharii filius Rex Italiæ cum Saracenis pugnans victus vix Romam pervenit.* Ante biennium enim poſtquam Romæ Longobardorum Rex coronatus fuit, in Galliam non rediit. Idem de devaſtatione Romæ narrat Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam.

*Saraceni in Urbem Romanam irrumpunt.*

ſilica ſancti Pauli a tempore Valentiniani Junioris adhuc integræ, igne intactæ demonſtrant; ſecus vero quæ in baſilica Lateranenſi, poſt multa ſæcula ictu fulminis conflagrata reſiduæ videntur, clamant, quam ex igne ſunt paſſæ, jacturam.

III. Quamvis autem Annales Francorum tradant baſilicam tantum Petri principis Apoſtolorum ejuſmodi paſſam eſſe damnum, Leo tamen Oſtienſis, atque Anaſtaſius in Leone idem affirmant de baſilica Pauli Apoſtoli, extra Urbem poſita Via Oſtienſi; at cum inter utramque medius fluat Tyber, haud adeo liberum eſſe potuit Sarracenis ipſam ſtatim invadere, ut non aliquod temporis ſpacium intercurreret, quo ejus ſacra ornamenta potuerint in Urbem inferri. Sed audiamus (a) Leonem ipſum, qui Caſſinatis monaſterii hiſtoriam texens, hæc ait: *His temporibus, præſidente Sedi Apoſtolicæ Sergio Secundo, qui Ludovicum Imperatorem coronavit, ingens Sarracenorum multitudo, ex Africa claſſe Romam devecta, Eccleſias SS. Apoſtolorum Petri & Pauli omnino deprædati ſunt, multis illic interfectis, per Appiam viam iter aggreſſi, ad Fundanam civitatem pervenerunt: quam cum igne ſuccendiſſent, cunctoſque illic cives partim cepiſſent, partim interemiſſent, omniaque in circuitu vaſtaſſent, ſecus Cajetam applicantes caſtrametati ſunt. Adverſus hos miſſus a Spoleto Francorum exercitus, turpiter ſuperatus aufugit, quos Sarraceni perſequentes, tandem ad loca vicina monaſterio trans flumen, quod Carmellum dicitur (antiquitus Liris) applicuerunt, Eccleſiamque ſancti Andreæ Apoſtoli igne combuſſerunt, atque ad cellam ſancti martyris Apollinaris pervenientes in loco, qui Albianus dicitur, e veſtigio ad hoc monaſterium Caſſinenſe videlicet, quod fama jamdudum vulgante compererant, quodque tunc præſentialiter oculis ex eadem loco cernebant, omni anniſu properare curabant; tardiore tamen hora prohibiti, ibidem tentoria figunt ea intentione, ut die huc altero properantes, cœnobium omne deſtruerent, & quæque hic reperiſſent, cuncta diriperent, omneſque hic degentes gladio trucidarent. Maxima tunc erat cœli ſerenitas, tantaque prædicti fluvii ſiccitas, ut pedibus illum quiſpiam tranſvadare potuiſſet. Itaque cum ad fratrum aures hujuſcemodi nuntius perveniſſet mortemque tam ſubitam tamque horrendam ſibi imminere conſpicerent, maximo timore perterriti, omnes nudis pedibus, cinere aſperſi capita, cum Litaniis ad B. Benedictum conveniunt, orantes Dei clementiam, ut illorum animas miſericorditer ſuſcipere dignaretur, quorum corpora tam repentinæ morti tradere judicio ſuo inſtituiſſet.*

(a) Leo Oſtienſ. l. 1. c. 29.

In Campaniam progreſſi Sarraceni.

IV. *Tota igitur nocte fratribus in oratione pernoctantibus, ſanctæ memoriæ Abbas Apollinaris, de quo ſupra retulimus, reverentiſſimo Abbati Baſſacio apparens dixit: Quare fratres ita turbamini, vel cur ita mœſtum geritis animum? Cui cum Baſſacius diceret, propter mortem, pater, omnium noſtrum, quam ante oculos cernimus, hujuſque loci deſolationem, quam præſtolamur. Nolite, inquit ille, ultra metuere, omnemque ex animo mœſtitiam ac ſolicitudinem pellite: Benedictus enim pater, veſtram a Domino ereptionem obtinuit; ipſumque vobis veniſſe in auxilium pro certo noveritis: vota tantum veſtra ac preces ad Dominum ex corde profundite. Nos enim id una vobiſcum ante conſpectum Domini facimus. Et dubitare nolite, ullam vobis, neque huic loco ex infidelium ferocia gignendam eſſe moleſtiam. Cum autem experrectus Abbas hæc omnia fratribus indicaſſet: univerſi procidentes in faciem, cum lacrymis ac ſingultis, magniſque clamoribus cœperunt Deo laudes & gratias reddere, eumque immenſis jubilationum vocibus glorificare atque benedicere, qui illos B. Benedicti precibus ab imminenti periculo dignaretur eripere; quodque ſupererat noctis ſpatium, in hymnis ac Dei laudibus duxere pervigiles.*

Caſſinenſe monaſterium, a Sarracenorum incurſu liberatum.

V. *Fidelis plane Deus in verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui juſto polliceri dignatus eſt dicens (a): Invoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me. Cum ecce poſt paululum, cœlum, quod diximus, nulla fuſcabat nube, repente nubibus tegitur, coruſcant fulgura, tonitrua mugiunt, & adeo vehemens inundatio pluviæ erumpit, ut fluvius, quem ſupra diximus, ultra ripas excreſcens, undique ſe late diffunderet. Mane igitur Sarraceni ſurgunt, & ad fluminis appropinquantes oram, intelligunt cujus vada die præterito pedibus (ut diximus) tranſire potuiſſent, nunc ſe ripas vix poſſe contingere. Diligenter itaque navem aliquam inquirentes, cum omni tranſmittendi fluminis ſpe fruſtrati eſſent; dolentes ſe eam prædam amiſiſſe, qua abire onuſti cogitabant (ut ſunt barbaræ immitiſque naturæ) frementes, digitos ſibi cœperunt manuſque præ furore corrodere. Cellas itaque hujus cœnobii ſanctorum martyrum Georgii ac Stephani titulis nobiles igne ſuccendentes, per duos Leones* ſic dictam viam, *Cajetam ad ſua caſtra reverſi ſunt. Poſt aliquot dies, cum ad propria redire diſponerent, debilitatos ac ſubnervatos equos omnes dimiſere, conſcenſiſque navibus, iter in Africam aggrediuntur. Cumque patriæ proximi vicinos jam intuerentur montes, & nautico more plauſo inter ſe & gratulatione perſtreperent: repente conſpiciunt naviculam*

(a) Pſ. 49.

Sarracenorum naufragium.



*quamdam inter ſuas huc illucque crebro diſcurrere, duos tantum homines habentem, quorum unus pulchra canitie clerici ſpeciem præſeferebat, alter habitu monachus videbatur. A quibus ſolerter inquiſiti, unde tam hilares, tamque feſtivi remearent, quidve geſſiſſent: Ex Italia ſe atque ex Roma ipſa redire, ibique cædes ingentes, rapinas atque incendia patraſſe fatentur: Petri, inquiunt, & Pauli Eccleſias vaſtavimus, ad Benedicti vero prædandum monaſterium, quoniam objectu amnis, ire nequivimus, cellas ejus trans ripam poſitas igne ſuccendimus. Cumque viciſſim, & ipſi quærerent, quinam & ipſi eſſent; hujuſmodi ab eis accipiunt reſponſum: Nos, inquiunt, illi ſumus, quorum domos diripuiſſe, ac ſuccendiſſe ita gloriamini; verum quinam ſimus, continuo ex eventu diſcetis. His dictis, repente evaneſcunt, tantaque e veſtigio procella ſubſequuta eſt, ut naves omnes partim ſe collidentes, partim in montes ac ſcopulos impulſæ, naufragium fecerint, vixque pauci evaſerint, per quos cæteris iſta innoteſcerent. Hoc ordine Petrus Apoſtolus ſuas injurias vindicavit, & Benedictus ſuum monaſterium liberavit.* Hucuſque Leo Oſtienſis.

Sarracenorum naufragium.

VI. Ita plane & cum olim Wandali ex Africa pariter parata claſſe venientes, deprædati ſunt Urbem, naufragio redeuntes, magna ex parte periere, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt; cum tamen illi præ reverentia abſtinuerint a deprædatione trium principalium baſilicarum: ut non mirum ſit, ſi ipſi tantorum ſcelerum rei naufragio periere una cum baſilicarum ornamentis furto ſublatis. Haud enim paſſus eſt Deus, ut aurum, argentum & gemmæ, quibus ſacræ veſtiebantur Confeſſiones, & ornabantur altaria nefandorum hominum profano uſui manciparentur. Porro de eodem naufragio Sarracenorum meminit Anaſtaſius in Leone Sergii ſucceſſore.

VII. Hoc eodem anno Francorum Epiſcopi, qui anno ſuperiori Meldis convenerant, & complura ſtatuerant Regi in primis, & univerſo populo Chriſtiano proficua: rurſus Pariſiis Synodum habuere, ut quæ habentur Acta ejus intexta Meldenſi Concilio, declarant his verbis:

*Quia vero mox poſt abſolutam Synodum, nec admonitionis Epiſcopalis congruentia variis eventibus præpedita potuit ſubſequi, nec admonitionis efficacia promereri: prædicti venerabiles Epiſcopi una cum æque venerabili Guntbaldo Rothomagenſi Archiepiſcopo, ac coepiſcopis ſuis, conſenſu ſupraſcripti glorioſiſſimi Regis Caroli, anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quadrageſimoſexto Kalendis Martiis, Pariſiis convenerunt, & cœptum divinum negotium pertractantes, ut ad perfectionem debitam, propitiante Chriſto,*

Pariſienſis Synodus.

PAGIUS II. *Concilium Pariſienſe.* A num. VII. ad XVII. In Præfatione Concilii Meldenſis hæc verba leguntur, quæ oſtendunt deceptos eſſe tam Sirmondum Tom. III. Concil. Gall. ubi cenſuit, ſub Leone IV. duo Pariſiis celebrata fuiſſe Concilia; quam Labbeum Tom. VIII. Concil. pag. 39. qui recte quidem aſſerit, ea in unum debere compingi, ſed qui valde hallucinatur, cum aliud in annum ſequentem differt: [1] *Quæ bene*, inquiunt Patres Concilii Meldenſis, *inventa & ſemel ſtatuta ſunt, obſervatione indigent, ut ex veſtigiis præcedentium didicimus, non retractatione. Nec ſolum ſtudendum eſt nova cudere, ſed & vetera conſervare. Quia etiam mox poſt abſolutam Synodum, nec admonitionis Epiſcopalis congruentia variis eventibus præpedita potuit ſubſequi, nec monitionis efficacia promereri, prædicti venerabiles Epiſcopi, una cum æque venerabili Guntboldo Rothomagenſi Archiepiſcopo ac Coepiſcopis ſuis conſenſu ſupra ſcripti glorioſiſſimis Regis Caroli, anno Incarnationis Dominicæ DCCCXLVI. XVI. Kalendas Martias Pariſius convenerunt, & cæptum divinum negotium pertractantes, ut ad perfectionem debitam propitiante Domino perduceretur, ſatagere ſtuduerunt.* Compoſita hæc Præfatio poſt celebrationem Conciliorum Lauriacenſis, Colonienſis, Concilii apud Theodonis villam, Vernenſis, Belvacenſis, Meldenſis, ac Pa-

NOTÆ [1] LAbbei ſententiam quæ Concilium hoc Pariſienſe cum anno 847. componit, novo hoc argumento aſſerendam ſuſcipio. Author Anonymus cœvuſque qui Acta Tranſlationis ſacrarum Reliquiarum SS. Ragnoberti & Zenonis ſcripſit, narrationem ſuam ita exorditur: *Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione decima.* Vide Acta SS. ad diem VI. Maii pag. 610. tum ſubdit Sanctos illos Hervæo cuidam per viſum apparuiſſe ſemel, iterum, & tertio. Secundam viſionem oſtenſam aſſerit octavo Kalendas Julii; tertiam vero adveniente Chriſti Nativitate. His incitatus Hervæus, addit Author, tandem adivit Vualdricum Bajocenſem Epiſcopum; ſed abſentem illum nactus, contulit ſeſe ad Ferculphum Lexovienſem Epiſcopum. Cauſa abſentiæ Waldrici hæc proditur ab Auctore: *Eadem die VValdricus ipſius civitatis Epiſcopus crimine nefando fuerat apud glorioſum regem Carolum accuſatus, & ob id quia ad Sanctam Synodum ab eo congregatam convolaverat, defuit civitati, & in Synodo officium, a quo depoſitus fuerat, recuperavit; & etiam donis adornatus plurimis remeavit.* Sermonem hic eſſe de Synodo Pariſienſi, cui inter cæteros Valdricus etiam ſubſcriptus legitur, nemo prudens dubitaverit. Igitur ſi die nativitatis Chriſti anni 847. Valdricus a Synodo abſolutus remeavit ad propria; patet inde Synodum non quidem die 17. Calendarum Martiarum anni præcedentis, ſed eadem die ſequentis anni 847. celebratam fuiſſe. Quis enim crederet illum jam abſolutum toto ferme biennio a Diœceſi ſua abſtinuiſſe? MANSI

*ſto, perduceretur, ſatagere ſtuduerunt.* Ubi autem convenere, præfati ſunt iſta:

*Sicque per ſeptiformis Spiritus ſancti virtutem nos omnes, licet indigni, Chriſti tamen vicarii, & Apoſtolorum ipſius ſucceſſores * omnem hominem ecce jam non modo ſepties, verum & octies intuitu meriti ſtabulario repromiſſi; quod ſupererogaveris, inquit, cum rediero, (a) reddam tibi, convenientes, ut vel nunc in hac octava, quæ reſurrectionem prætendit, conventione, a mortuis operibus communiter reſurgamus) conſilium Dei juxta Pauli (b) vocem annunciamus, & mundos nos a ſanguine audientium exhibemus: indeque non obedientibus, quam non optamus, iram, ac indignationem, ac tribulationem, ſicut idem ſanctus (c) Apoſtolus docuerat, denuntiamus: omni autem obedienti, & operanti bonum, & perſeveranti in bono, Chriſti Dei noſtri vice promittimus, quam & expoſcimus, gloriam & incorruptionem, & vitam æternam in ſæcula ſæculorum Amen.* Hæc tunc Patres. Et quidem ut pronuntiaverunt, factum eſt, ut ira, indignatio, ac tribulatio ſuper Regem & Principes effunderetur, qui conſtituta a ſanctis Epiſcopis contempſerunt, ut declaraverunt eventa.

* omni homini.

(a) Luc. 10.

(b) Act. 20.

(c) Rom. 2.

VIII. Cogitur parere rex Northmannis, qui noluit Epiſc. obedire.

Sanctis enim Epiſcoporum admonitionibus atque decretis magna animoſitate adverſati ſunt in primis ipſi religionis obliti Regni Principes. Quod enim Abbatias, & alias res Eccleſiaſticas iidem a Rege Carolo in beneficium accepiſſent, apud ipſum conqueſti, magna importunitate moleſti, Patrum decretis adverſantes adegerunt eum, ne cunctos canones, in Concilio Meldenſi ſancitos, acciperet; ſed ut rejectis aliis, ex ipſis paucos tantum ſuſcipiendos eſſe decerneret. At ſuo ingenti damno auſcultavit magis Comitibus ſuis, quam Dei ſacerdotibus. Siquidem factum eſt, ut novis Northmannorum incurſionibus, ejus Regnum Deus affligi permiſerit, atque iniquiſſimas ab eis propoſitas ſubire leges coactus ſit ipſe, qui a Patribus ſancte pieque ſtatutas recuſavit accipere: quando autem acciderint iſta, ſuo loco dicturi ſumus. Nunc vero quæ manifeſtant hæc, quæ diximus, hic reddamus. Ad finem enim Capitularium librorum Regum Francorum poſt quartam Additionem, iſta ſequentibus Capitulis affixa antiquitus inſcriptio litteris grandiuſculis legitur:

IX.

*Quæ ſequuntur Capitula, excerpta ſunt a Domno Carolo, Domni Ludovici Imperatoris Filio, & Principibus ejus ex Capitulis, quæ anno octingenteſimo quadrageſimo ſexto ediderant Epiſcopi in Synodis, Vvenilo ſcilicet cum ſuffraganeis ſuis, Guntbaldus cum ſuffraganeis ſuis, Viſmarus cum ſuffraganeis ſuis, Hincmarus cum ſuffraganeis ſuis. Et oblata ſunt eidem Principi, ſicut ipſe juſſerat, collecta ad relegendum in Sparnaco villa Rhemenſis Eccleſiæ. Et quia factione quorumdam motus eſt animus ipſius Regis contra Epiſcopos, diſſidentibus Regni ſui primoribus ab eorumdem Epiſcoporum admonitione, & remotis ab eodem Concilio Epiſcopis, ex omnibus illis Capitulis hæc tantum obſervanda, & complacenda ſibi collegerunt, & Epiſcopis ſcripto tradiderunt, dicentes: Non amplius de eorum Capitulis acceptaſſe, quam iſta, & iſta ſe velle cum Principe obſervare.* Hæc ſunt, quæ ſequuntur, Capitula undeviginti, excerpta ex dicto Meldenſi Concilio, quibus perperam facta Principis corrigerentur: quorum cauſa in ſe divinam provocavit ultionem. Unde perſpicuum eſt declaratum, quam male conſulant Politici Regibus, cum Eccleſiaſtica jura, regnandi cauſa, proculcanda proponunt, ut nulla via ſit hac magis aperta ad Regni ruinam, quam cum jactura rerum Eccleſiaſticarum ipſi male conſulitur. At quinam erant iſti, qui contradicebant, niſi Principes, qui ſibi Abbatias atque monaſteria vendicaſſent, adverſus quos ſunt etiam Lupi Abbatis Ferrarienſis querelæ, hic recitandæ ex epiſtolis ab eo tunc ad diverſos, in primis ad Lotharium ſcriptis, cum ſua ipſius

In Politicos juſta declamatio.

PAGIUS Pariſienſis, cum omnia in ea Præfatione memorentur, & omnia quæ in Meldenſi aliiſque citatis conſtituta fuerant Capitula, in Pariſienſi demum hoc anno abſoluta fuerint, ut eadem Præfatio declarat.

III. *In duo non dividendum, nec in annum ſequentem differendum.*

In hoc Pariſienſi Concilio *Radberti* Abbatis Corbeienſis rogatu Privilegium electionis & libertatis ejuſdem Monaſterii confirmatum. Recitat illud Labbeus Tom. VII. Concil. pag. 1848. ejuſque hoc initium eſt: *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXLVI. Indict. X. regnante per provincias Galliæ glorioſiſſimo atque Sereniſſimo Principe Carolo .... convenientibus nobis Galliarum Epiſcopis ex Regio præcepto pariſius.* Subſcripſit Privilegio Gundbaldus Rothomagenſis Archiepiſcopus cum aliis Præſulibus. Sed error irrepſit in Indictionem, & loco, *Indictione X.* legendum, *Indictione IX.* non vero duo Concilia Pariſienſia ſtatuenda; hujuſmodi enim errores in antiquis Monumentis paſſim occurrunt. At, inquit Labbeus, tam in hoc Privilegio, quam in Præfatione Concilii Meldenſis annus DCCCXLVI. cum XVI. Kalendas Martias conjunctus, eſt annus Incarnationis a die XXV. Martii, vel a Paſchalibus feriis inchoatus, qui adhuc volvebatur apud pleroſque Gallos anno DCCCXLVII. quo Indictio X. obtinuit. Verum hoc ſæculo ſicuti & præcedenti in Actis publicis adhibitus eſt tantum annus Incarnationis a die Natalis Chriſti deductus, & non niſi in Hiſtoriis aut libris hujuſmodi Era ab Annuntiatione B. Virginis vel a Paſchate incœpta, quod etiam a paucioribus factitatum. Neque enim reperire eſt Acta publica hoc ſæculo in Galliis confecta, in quibus annus Chriſti a Paſchate, vel a die XXV.



ipſius Abbatia a quodam Principe ex illis invaſa eſſet. Sed audi (a) eum:

(a) Lup. ep. 11.

X. Lupi Abb. querelæ de ſua Abbatia, ab homine laico ſubrepta.

*Domine præcellentiſſime Auguſte, nos fratres ex cœnobio Ferrarienſi, multis & maximis hoc anno preſſi anguſtiis, erubeſcimus, quod toties celſitudinis veſtræ majeſtatem inquietare compellimur: tamen recordantes, quod pro vobis fideliter oravimus & oramus, & promiſſionem adjutorii veſtri tenentes, non deſperamus nos impetraturos, quod petimus. Cellam ſancti Judoci, quam Magnus Carolus quondam Alcuino ad eleemoſynam exhibendam peregrinis commiſerat, beatæ memoriæ pater veſter nobis ea ratione conceſſit, ſicut edictum illius atteſtatur, ut quod eleemoſynæ ſupereſſet, in noſtrum uſum cederet. Hanc per ſurreptionem Rhuodingus a vobis obtinuit, nobiſque legitimam donationem patris veſtri repetentibus * in poſterum crimen inurit. Unde petimus, ut inſpecto edicto patris veſtri, pro reverentia beati Petri & beatæ Mariæ & Pauli (apud quos communem Dominum pro vobis exoramus) ſic hoc negotium terminare dignemini, ut non ſolum invaſor Cellæ illius in præſenti juſte redarguatur; verum etiam poſteris calumniandi nobis occaſio auferatur. Nam etſi dominus noſter, pater quondam veſter hoc nobis munus non conceſſiſſet, tam intente pro vobis laboravimus & laboramus, ut ſi eamdem Cellam, aut amplius quid a veſtra excellentia peteremus, non eſſe nobis denegandum, unanimiter confidamus. Ipſe autem Deus inſpiret prudentiæ veſtræ, ut ſicut hoc ſcandalum veſtro tempore cœpit, ita etiam per vos firmiſſimum finem accipiat, ut hoc beneficio & nos, & poſteri noſtri pro vobis, & filiis veſtris nitamur Deum attentius implorare; voſque ſic tribuat imperare in terris, ut æternum Regnum poſſideatis in cœlis.* Hæc ad Lotharium Imperatorem Lupus, cum nondum facta Regni diviſione, eam regionem idem Lotharius poſſideret. Cæterum exauditus Lupus Abbas puto fuiſſet, ut intruſus ille recederet: ſed poſtea ab alio item ſæculari homine rurſum invaſa illa Cella fuit, cum ſub Regno Caroli ex facta diviſione poſita eſſet.

* f. impoſturæ.

XI. Siquidem Odulphus Comes eam ſibi dari ab ipſo Carolo impetravit, ut docet idem Lupus in epiſtola ad Hugonem, ubi hæc verba: *Cum (b) mihi quod nec timueram, nec (ut opinor) merueram, contigiſſet, ut dominus Rex Cellam cœnobii noſtri (unde edictum, & ipſius & patris ejus domini Ludovici ſereniſſimi Auguſti habemus nobis oblatum) Odulpho Comiti daret &c.* Iſta plane ſunt, quæ Comites a Regibus impetrare, & ab illis inique tradi (ut vides) conſueverunt, unius Lupi exemplo ſatis patefacta. Qui quidem quantum laboraverit, ut recuperare poſſet, litteræ ejus tum ad Carolum Regem, tum ad diverſos apud eum potentes miſſæ docent, ex quibus hic aliquas reddamus, memoratu dignas, quibus plenius intelligas malorum omnium, quibus his temporibus Regnum Francorum afflictatum eſt, cauſam. Nam ad Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum, qui huic interfuit Synodo, hanc ſcripſit (c) epiſtolam:

(b) Lup. ep. 88. Odulphus comes a Carolo impetrat. abbatiam.

*Non ſum neſcius, cum tantis divinæ gratiæ muneribus abundetis, ultro vos cogitare, apud Principem juvandi bonos facultatem divinitus accepiſſe, ut quod in ſe non habent, in vobis poſſideant, & remunerandæ veſtræ induſtriæ materiam præbeant. Proinde familiaritatis fiducia moneo, ut dum tempus habetis, uſuram talenti multiplicare curetis, ut inſtar Solis, benevolentiæ veſtræ ſplendor cunctos irradiet, neque quemquam excipiat, niſi qui ſuperba cæcitate lucem juſtitiæ aſpernatur. Nobilitatem veſtræ generoſitatis ornat eruditio ſalutaris, altitudinem officii commendat religio profeſſionis. Hæc veſtræ celſitudini, non arrogantiæ vitio, ſed amicitiæ ſtudio ſcripſi, ut quoniam in vobis & nobilitas, & ſapientia convenerunt, quantum hæc ſocietas valeat, etiam nolentibus emineat qui ipſa quoque lumina Eccleſiæ obſcurare contendunt.*

(c) Lup. ep. 42. Lupi ad Hincmarum ep. pro abbatia recuperanda.

*Loci noſtri factura vobis nota eſt, ut ſcilicet Rex Cellam nobis nulla mea culpa ſubtraxit, quam pater ejus etiam edicto contulerat. Quod cum comperiſſet, monachicam religionem apud nos durare non poſſe, niſi facultatum fulciremur augmento. Itaque ad tantam inopiam devoluti ſumus, ut hoc anno vix duorum menſium frumenti ſuſtentaculum habeamus; famuli, quorum ſervitio carere non poſſumus, pene nudi ſunt: nec quid his faciamus, habemus. Plerique fratrum nudi-* XII.

PAGIUS XXV. Martii initium ſumat. Quare nec Concilium Pariſienſe in annum ſequentem differendum, nec in duo Concilia Pariſienſia partiendum. Sed Concilium Pariſienſe ad hunc annum pertinere, extra omne dubium ponunt Conventus Sparnacenſis, quem conſtat poſt illud congregatum fuiſſe.

IV. Carolus Rex omnium iſtorum Conciliorum Capitula obſervari non præcepit. Annaliſta enim Bertinianus hoc anno ſcribit: *Carolus apud villam Sancti Remigii Sparnacum, contra morem Conventum populi ſui generalem menſe Junio habuit. In quo Epiſcoporum regni ſui perneceſſaria admonitio de cauſis Eccleſiaſticis ita flocci facta eſt, ut vix unquam reverentia Pontificalis Chriſtianorum duntaxat temporibus ſic poſthabita legatur.* Tom. II. Capitularium Regum Franc. referuntur Capitula Caroli Calvi & tit. 7. enu-

*Conventus apud Sparnacum.*

*ditatem attritis atque ſciſſis veſtimentis vitare coguntur: Hoſpitalitatem paupertate compellimur imminuere, & hoc turbulento Reipub. tempore his expenſis, quæ majores noſtri congregaverunt, a Rege clementiam, a communi Domino patientiam flagitamus. Itaque tædio neceſſitatum afflictus, vacationem officii, ad quod a fratribus & electus ſum, ſubinde cogito. Verum ab ea, & ſæcularium pernicioſa voracitate & impatientiæ crimine, ſi in tanta perturbatione eoſdem fratres relinquam, deducor. Cum enim pro viribus, immo ultra vires Regi ſervierim, & pro eo ſemper intente orem, non ſolum ut aliquid mediocritati noſtri cœnobii conferret, non merui, verum etiam hanc notam incurri, ut partem ejus optimam ſæculari homini traderet, non regendam, ſed evertendam. Fecerit hoc mea utilitas: cur tantorum virorum, qui mecum Deo ſerviunt, eſt contempta ſanctitas? veſtro admonitu noſſe debet, eſſe inter nos aliquos, de quibus merito Scriptura (a) teſtetur: Voluntatem timentium ſe faciet, & (b): Qui tangit vos, quaſi qui tangit pupillam oculi mei.*

(a) *Pſal.* 144.
(b) *Zach.* 2.

XIII. Omnia ſiniſtra Carolo poſtquam in res Eccleſiæ manus injecit.

*Quid ei ſæcularis illius excellentia contulit? Numquid ille poſtea gentem aliquam barbaram ſubjugavit? aut hoc ſibi diſſidens Regnum compoſuit? At ſi votum quo, vobis credo ſuggerentibus, in Eccleſia beati Dionyſii ſe obligavit, ex integro abſque reſpectu ullius perſonæ Deo perſolviſſet, immo primo conſiliis, quæ quæſita, & inventa ſunt acquieviſſet, jam eum regnare in pace feciſſet ille, de quo ſacræ continent litteræ (c): Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.*

(c) *Prov.* 21.

*Canones eoſdem, ſive (ut vos vocatis) Capitula meo ſtylo nunc comprehenſa vobis direxi, de quorum æquitate credo ætas poſterior judicabit, & devotionis meæ non erit immemor cordium renumque ſcrutator. Vos autem interim mihi, quæſo, ut quibuſcumque ſimilia patientibus, Mardochei conſtantiam, Eſther pietatem impendite, ut hoſtes famulorum Dei veſtra diligentia, immo divina virtute, non ut tempore, cujus mentionem facio, ad ſuam perniciem, ſed ad perpetuam ſalutem vincantur, & opprimantur. Bene vos valere optamus.* Hæc ad Hincmarum Lupus.

XIV. Audiſti, Lector, quam libere ſicut vere teſtetur, nihil proſperum uſpiam ceſſiſſe Carolo, ex quo in bona Eccleſiæ manus miſit. Sed nec in poſterum dexterum quidpiam eventurum, niſi reſipiſceret, proteſtatur ſcribens ad Ludovicum Abbatem (*d*) Regis intimum eodem argumento epiſtolam, ad cujus finem iſta: *Admonete igitur eum ſui periculi, ut & ſibi, & nobis, aliiſque ſimiliter a ſe afflictis conſulat; nec timeat Dominum noſtra conſolatione placare, quem non timuit acerba oppreſſione offendere. Siquidem generalis religioſorum aſſertio eſt, præter vindictam ultimam, quæ impendeat, numquam eum felicitatis optatæ proſperitatem adepturum, donec reintegret Eccleſiam, quam diviſit, & gravibus ac maturis bonorum, hoc eſt, timentium Deum conſiliis acquieſcat.*

(d) *Lup. epiſt.* 64.

*Sed reſiſtente adhuc Rege, rurſum interpellat ipſum Hincmarum Epiſcopum Rhemenſis Eccleſiæ, ad quem ſcribens, hæc inter alia (e) habet: Elaborare dignemini, ut ſe Rex tanto peccato exuat, & nos tam ingenti penuria liberet; ne tam eum noſtra oratio ſublevet, quam afflictio importabilis deprimat. Siquidem veſtra ſuggeſtione inſtitutus magnam poteſt habere opportunitatem, ut quod perperam fecit, immutet; ſcilicet, ſi ſæcularibus, quibus res Eccleſiaſticas impertitus eſt, enumeret, quæ ſe ipſum & illos poſt conſecuta ſint incommoda, nec iratum Deum, niſi ſua ei reſtituant, eſſe placandum.* Hæc & alia multa id genus ingerit, oſtendens contra propria commoda laborare Regem, & pro hoſtibus ſuis rem gerere ſemper, cum res Eccleſiaſticas inconceſſas attingit. Sed quæ ad Carolum ipſum ſcripſerit videamus; ſic enim ſe habet ad eumdem Regem data (*f*) epiſtola:

(e) *Lup. epiſt.* 63.

(f) *Lup. epiſt.* 45.

XV. Lupi Abb. ad Carolum Regem ep.

*Omnipotentis Dei, quæſo recordamini, qui gratis dedit vobis vitam, nobilitatem, pulcritudinem, potentiam, laudabilemque prudentiam, & quod majus eſt omnibus, ſui cognitionem. At honorate eum in ſervis ejus, quia ipſi utpote habenti omnia, conferre nihil poteſtis. Polliceri dignatus eſt ille (g): Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: Eſtote nobis nimium indigentibus miſericordes, ut pro nobis beatitudinem miſericordium ipſe vobis reſtituat.*

(g) *Matt.* 5.

*Plus minuſve quadriennium eſt, ex quo ſeptuagintaduo monachi, quos ad eorum votum, electionemque mihi commiſiſtis, quive indeſinenter vobis in diverſa occupatis pro ſalute ac proſperitate veſtra excubant, propter abſtractas facultates patiuntur incredibilem veſtimentorum, leguminum, ac piſcium indigentiam, & publica hoſpitalitas peregrinis, juxta conſtitutionem piorum Regum exhibenda, intermiſſa eſt; famuli monaſterii ſqualore torquentur & frigore, nec poſſunt ſubvenire miſeris, quoniam ab aliis multitudo collecta, mihi relicta eſt, & copia, unde ſuſtentabatur, ablata.*

PAGIUS numerantur, quæ Proceres Regni ex omnibus iſtis Conciliis obſervanda voluere, & Epiſcopis ſcripto tradiderunt, *dicentes non amplius de eorum Capitulis acceptaſſe quam iſta, & iſta ſe velle cum Principe obſervare*, ut in veteri titulo hujus Conventus legitur: Hi alii non erant quam qui ſibi Abbatias & Monaſteria vindicarant, quique, ut ex Epiſtolis Lupi Abbatis Ferrarienſis a Baronio citatis liquet, ad reſtitutionem nunquam adduci potuere, ut recte Baronius tradit.

A num.



XVI. *Siquidem intercedente matre veſtra ſereniſſima, pater veſter Ludovicus Auguſtus remedium animæ ſuæ, ad ſalutem poſteritatis ſupplementum hoc cœnobio noſtro contulerat. Nec tamen cum id haberemus, noxia diffluebamus abundantia, ut in delicias incompetenter ſolveremur, quia quæ Regula concedit, integris facultatibus monaſterii vix poterant procurari: nunc autem longe pauciora conſecuti, abſtinemus inviti, algemus coacti; pueros, ſenes, atque infirmos propter inopiam non fovemus. In tanta calamitate patri & matri veſtræ quotidianas preces, & annuum officium perſolvimus, quaſi quod illi contulere, poſſideamus. Fecerunt enim illi totum, quod potuerunt, & domum ſuam robuſtiſſime firmaverunt.*

*Tangat itaque vos affectus eorum, per quos eſſe cœpiſtis: inſtaurate illorum eleemoſynam, ingenti periculo hactenus intermiſſam, nec obliviſcamini noſtri: etenim vos jam eleemoſyna indigetis. Tempus eſt, ut Dei timor atque amor veſtram compungat mentem, quia jam pervenit corpus ad virilem ætatem. Nec differatis, quæſo, ulterius bonum, quod vos velle dicitis: quoniam cum neſciatis quid ſuperventura pariat dies: tamen quia nobiſcum quotidie ad ejus judicium tenditis, cui veriſſime dicitur, Tu (a) redde unicuique juxta opera ſua: dubitare non poteſtis (b). Horribile eſt autem incidere in manus Dei viventis. Nec vero dicere dignemini, vos non poſſe. Siquidem, ut ait Apoſtolus (c) Deus non irridetur. Scit ille quantum poteſtis conferre, qui nonniſi, quod juſtum eſt, exigit, nec trepidetis timore, ubi non eſt timor.*

(a) *Matt.* 16.
(b) *Hebr.* 10.
(c) *Gal.* 6.

*Audete potius benefacere, ſi in hac vita proſpere, & in futura feliciter deſideratis regnare. Cur enim non conſtanter audeatis immutare, quod nullus, juſtum eſſe, poſſit oſtendere? Conſenſu bonorum omnium juſtum eſt, quod poſcimus, poſſibile regali potentiæ, neceſſarium nobis, utile non tam nobis quam vobis: nos enim ex hoc beneficio temporalem conſequemur uſum, vos autem accedentibus aliis bonis, præmium ſempiternum.*

XVII. *Flectant igitur pietatem veſtram juſtiſſimæ ſupplicationes, humillimæ preces, quas maxima extorquet egeſtas. Et ut nunc perficere dignemini, quod tunc firmiſſime conceſſiſtis, cum vobis Davidicum illud fixum eſt, quod locutus ſum. Namque nec aliter decet veſtram nobilitatem, atque probitatem, quæ omnibus imitabilis eſſe debet, nec vero aliter conve-*



PAGIUS V. *Moritur S. Joannicius Abbas.* Ad num. XVII. mortem S. *Joannicii* Abbatis Sacrarum Imaginum Defenſoris acerrimi accurate narrat hoc anno Baronius ex Auctore ejus Vitæ apud Surium ad diem IV. Novembris, ubi tamen Symeoni Metaphraſte perperam attribuitur. In ea dicitur, *quinto anno imperii Michaelis* tertia diei Novembris *Joannicium* ad Deum migraſſe. Nicetas Paphlago in Vita Sancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolit. loquens de Iconomachis ſectam ſuam damnantibus atque iterum ad hæreſeos perniciem prolabentibus, ait: *Nicephorus vir eximius, adhuc ſuperſtes, & hic Methodius, divinitus decreta illorum extirpatione, virique divini Joannicii impulſu in omnes hæreticos declarata, rectam adhuc viam incedere quærentibus, veritatis tramitem oſtendit*, nempe Methodius, de quo ante locutus erat. Quod vero ſcribit Auctor Vitæ S. Joannicii, huic Methodium per menſes octo ſuperſtitem fuiſſe, verum non eſſe, anno ſequenti demonſtrabimus.

VI. *Pax inter Francos & Brittones.* Pax hoc anno inter *Carolum* Francorum Regem & *Nomenojum* Minoris Britanniæ Ducem compoſita, & Aquitaniæ pars a Normannis vaſtata, ut anno ſuperiori num. VI. oſtendimus.

VII. *Controverſia de Partu B. Virginis.* Per hæc tempora agitabatur quæſtio de *Partu B. Virginis*, quæ in Germania primum agitari cœpit, & deinde in Franciam tranſiit per Ratramnum Corbeienſem Monachum invecta. Huic adverſatus eſt *Paſchaſius Radbertus* ejuſdem loci Cœnobita ac dein Abbas anno DCCCXLIV. creatus, ut docet Mabillonius ex Chronico Corbejenſi MS. in Elogio Hiſtorico ejuſdem Paſchaſii Sæc. IV. Benedict. part. 2. cap. 4. Controverſia erat de Nativitate Chriſti, quomodo ſc. ex utero B. Virginis prodierit, via communi an ſingulari, ideſt, extraordinaria & divina. Unum erat in quo conveniebant adverſæ partes, nimirum Deiparam perſtitiſſe Virginem ante partum, in partu, & poſt partum. Sed tamen Radbertus id ita ab adverſariis adſtrui dicit, ut id ipſum quod confitentur, evertant. Totam igitur quæſtionem tribus in rebus reponit *Ratramnus* in libro de Nativitate Chriſti, nimirum Chriſtum *per naturæ januam, per ſolemnem parturitionis viam* ex utero Sacratiſſimæ Virginis proceſſiſſe cap. 1. & ſeq. *vulvam aperuiſſe*; ac demum ita aperuiſſe, *non ut clauſam corrumperet, ſed ut eam ſuæ nativitati oſtium aperiret; non quo violaret integritatem uteri, ſed quo ventris palatium vacuaret* ex cap. 5. Ex his omnibus in fine concludit, Chriſtum naturaliter natum eſſe.

VIII. *De ea duos libros ſcripſit Radbertus.* Mox in *Ratramnum* inſurrexit Radbertus, ratus ex ejus libro Deiparæ Virginitatem ex obliquo ſeu ex conſequenti impugnari. Et primo quidem libellum *de Partu Virginis*, quem Abbatiſſæ & Sanctimonialibus Sueſſionenſibus dedicavit, ſcripſit: *quæſtionem*, inquit, *Cariſſima, de Partu B. Mariæ Virginis mihi nuper allatam vobis perſolvere decrevi, quoniam vos eam plurimum amare non ambigo: ut ex hoc ſciatis quantum vos diligam longe diu a puero veſter alumnus multo jam ſenio confectus.* Vulgato Radberti libro non ſtatim adquievere adverſarii, ſed novis eum reſcriptis denuo exagitarunt. Hinc data ipſi occaſio ſcribendi alium li-

*venit veſtræ ſaluti, ac Reipubl. paci. Nos autem nec in debito famulatu reddendo inveniemur ſegnes, & in placanda vobis, quantum poterimus divinitate, curabimus eſſe ferventes.* Hucuſque ad Carolum epiſtola Lupi, ad quem dedit quoque ejuſdem argumenti aliam. Sed & fatigavit alios Regis intimos, viros religioſos, & inter alios (*a*) Marcuvadum Abbatem Pruniacenſem, ad quem de his extat (*b*) epiſtola, nec deſtitit quouſque tamdem ablata reſtituta ſunt, ut ipſe pluribus fatetur litteris (*c*). At de his hactenus.

(*a*) *Lup. epiſt.* 75. (*b*) *Lup. ep.* 55. 60. (*c*) *Lup. epiſt.* 62. *& ep.* 88.

S. Joannicii Anachoretæ obitus.

Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno, tertia die Novembris, magnus ille & ſanctitate celebris, quem ſuis ſcriptis adeo laudavit Theodorus Studita, admirandis operibus clarus, virtutibus inſignis, Joannicius Anachoreta, de quo ſæpe tomo ſuperiori dictum eſt, ex hac vita migravit ad Dominum, annos natus centum quindecim, utpote, quem ejus vitæ Acta ſinceriſſime ſcripta tradunt, anno decimoquarto Leonis Iſauri Imper. in hanc lucem ex utero materno progreſſum. Prænoſcens autem S. Methodius Patriarcha ejus ad Deum tranſitum brevi futurum, convenit eum, ut ejus Acta docent his verbis: *Quinto anno Imperii Michaelis, qui Eccleſiam regebat Conſtantinopolitanam Methodius, cum magni Joannicii præſciviſset exceſſum ad Dominum appropinquare, ad eum venit, & ultimas preces ab eo petiit. Ille autem cum maximi feciſſet convenire Methodium, & in longum tempus cum eo produxiſſet ſermonem, & deinde ſacro cœtui, & recens electo gregi ea, quæ ad pietatem opus erant, ſuaſiſſet, dicens ut immobiliter & ſtabiliter permanerent in fide Orthodoxa, neque everterentur a profanis vocibus hæreticorum, & inter ſe conſervarent concordiam, neque blaſphemam ac maledicam linguam moverent in Pontificem, ſubiunxit, quod neque multum tempus poſt ſuum deceſſum viveret Methodius. Qua quidem in re non fuit falſus: tertio autem die, poſtquam hæc dixiſset (erat vero tertius Novembris dies) Joannicius, ſpiritu quidem migrat ad eum, quem diligit, de-*

*du-*

PAGIUS

librum, in quo conqueritur, quod ſuis non adquieſcant dictis, ſed ea audire dedignentur: hortaturque eos ad auſcultandum B. Auguſtino, cujus ex Enchiridio teſtimonium profert in ſententiæ ſuæ patrocinium: *Si*, inquit Auguſtinus, *vel per naſcentem corrumperetur ejus* (ſc. Virginis) *integritas, non jam ille de virgine naſceretur, eumque falſo, (quod abſit) natum de virgine Maria tota confitetur Eccleſia.* Quid ex hoc poſteriori libro, quem dumtaxat imperfectum habemus, conſecutum ſit, ex relictis hujus ſæculi Monumentis divinare non poſſumus; nam & *Ratramni*, ejuſque ſequacium poſteriora (ſi qua fuerint) adverſus Radbertum opera interciderunt, inquit Mabillonius in Præfat. ad partem 2. Sæculi IV. Benedict. cap. 3. ubi plura de hac controverſia in Cœnobiis ſui Ordinis orta. Illud certum, conſtantem ſemper in Eccleſia hanc ſententiam fuiſſe, B. Virginem modo ſupernaturali concepiſſe & peperiſſe.

IX. *Abbatiam Corbejæ Gallicæ abdicat.*

Interfuit *Radbertus* Concilio Pariſienſi die XIV. menſis Februarii currentis anni congregato, jam Abbas Corbeienſis obtinuit a Patribus literas in confirmationem immunitatis Corbeienſis, de qua immunitate agit Gualdo Monachus in Prologo Vitæ S. Anſcharii, ut obſervat Mabillonius in laudato Radberti Elogio Hiſtorico:

*Petrus illi contulit arram*
*Libertatis opem, ſibi ne manus æmulæ dotem*
*Auferret per vim, vel eam ſubverteret olim.*
*Nupta ſemel ſoli poſt ſe non nuberet ulli,*
*Nec ſibi rivalis Præſul foret Ambianenſis,*
*Neve bonis ſponſæ præſumeret improbus eſſe.*

Privilegium illud exemptionis a *Bertefrido* Ambianenſi Epiſcopo primum conceſſum fuit a *Clothario* Francorum Rege hujus nominis III. extatque Tom. I. Concil. Gall. Interfuit etiam Radbertus Synodo Pariſiacenſi an. DCCCXLIX. adverſus Goteſcalcum convocatæ, & non multo poſt anno incerto Abbatiam Corbeienſem abdicavit, ac ſtudia intermiſſa repetiit. Varios errores ſuo tempore confutavit; *Felicis* Urgelitani Epiſcopi dogma de Chriſti adoptione paſſim in libris ſuper Mattheum, & in Pſalmum XLIV. ac *Claudii* Taurinenſis Epiſcopi, qui cultum Sacrarum Reliquiarum & peregrinationes elevare tentavit, lib. 11. in Matthæi caput 24. arguit; ſicut etiam *quoſdam novos aſſertores falſitatis*, qui *nulla alia eſſe genera pœnarum, neque loca tormentorum præter proprias conſcientias hominum* affirmabant in eodem libro ad caput 25. quod in Joannem Scottum ejus erroris aſſertorem cadere non dubitat Mabillonius. Denique in Epiſtola Fredegardo ſcripta notat aliquos, qui de Euchariſtia non recte ſentiebant. Sed de ejus Scriptis ac Virtutibus longe plura ſuppeditabit idem Mabillonius, in ejus Elogio Hiſtorico.

X. *Normannorum metu Sanctorum Reliquiæ alio tranſportantur.*

In Chronico de Geſtis Normannorum in Francia a Ducheſnio Tom. II. publicato legitur *Anno Domini DCCCXLVI. Pyratæ Danorum Fraſiam adeuntes, provincias & Eccleſias vaſtaverunt, & populum in eis occiderunt. Quod audientes Flandrenſes vicinarumque urbium Pontifices & Abbates, cum Sanctorum ſuorum Reliquiis ad ſanctum venerunt Audomarum, quia muro valido & turribus atrium ejus divina providentia munitum erat. Iſti ſunt Sancti, qui propter perſecutionem illam pervenerunt ad idem caſtrum: Sancti, Bavo, Vandregiſilus, Ausbertus, Vulfrannus, Vuaſvulphus, Piatus, Bainus, Vinnocus, & Auſtreberta virgo; & quadraginta annis eorum aliqui ibi permanſerunt.*

XI. *Normannorum graſſationes.*

*Eodem anno Northmanni Friſiam adeuntes, recepto pro libitu cenſu, pugnando quoque victores effecti, provincia potiuntur. Eodem etiam anno inferioris Galliæ, quam Brittones incolunt, fines adeuntes, ter cum eiſdem bellantes ſuperant. Scoti a Northmannis per annos plurimos tributarii efficiuntur: Inſulis circumquaque poſitis nullo reſiſtente potiti immorantes.*

XII.

Hermanus Contractus juxta editionem Caniſianam de Ludovico Germaniæ Rege ad annum DCCCXLV. loquens ait; *Ludovicus Rex qua-*

*tuor-*



*ductus a choris Angelorum, corpus autem deponitur in loculo. Methodius autem, qui clariſſime refulſit inter Patriarchas, ipſe quoque octavo menſe poſt illius deceſſum, exceſſit ex hac vita quartodecimo Junii.*

*Quænam ſunt ea, quæ facta ſunt in morte, & poſt mortem admirabilis hujus Joannicii? diſſolutorum membrorum confirmationes, homines liberati a malignis ſpiritibus, ſi ſolum ad capſam illius acceſſiſſent. Quidni erat Joannicius iis rebus, vel poſt mortem glorificandus, cujus deceſſum columna ignes ſignificavit iis, qui erant in monte Olympo?*

Porro dies natalis ejus annis ſingulis una cum aliis Sanctis in Eccleſia memorandus adſcriptus fuit in Eccleſiaſticis monumentis, utpote qui in magna obſcuritate Orientalis Eccleſiæ, denſa hæreticorum offuſa caligine, uti cœleſte ſidus enituit, donec illis penitus effugatis, ipſe reddita luce tranſlatus a claritate in claritatem, in perpetua luce cum Deo regnat in ſæcula. At de rebus anni hujus hic finis eſto.



PAGIUS

*Raſtizes fit Dux Moraviæ.*

*tuordecim duces Bohemanos ad fidem converſos baptizari fecit.* Tum ad annum DCCCXLVI. *Ludovicus Marahenſibus Sclavis* (ideſt Moraviis) *compreſſis, Raſtizen ducem conſtituit, & per Bohemiam cum gravi damno rediit.* Raſtizes ſeu Raſtilaus Moraviæ Dux conſtitutus ſæpius adverſus Ludovicum rebellavit, Regiſque titulum affectavit, donec tandem anno DCCCLXX. captus & excæcatus fuit, ut habet Annaliſta Fuldenſis. Eo Moraviam regente *Sancti Cyrillus & Methodius* Slavorum Apoſtoli Moravis fidem Chriſtianam annunciarunt, ut infra oſtendemus.

I. Sergius de cauſa Hincmari & Ebbonis ſcribit in Gallias.

QUi ſequitur annus, numeratur octingenteſimus quadrageſimus ſeptimus, Indictione decima inchoatus, quo Sergius Papa interpellatus litteris Lotharii Imperatoris commoti admodum adverſus electionem Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi, Legatos miſſurus in Gallias ad cogendam Synodum Rhemenſem, in qua eadem cauſa cognoſceretur, litteras ſcripſit ad Carolum Regem, ut Epiſcopos in ejus Regno conſtitutos, ad Synodum Trevirenſem venire ſineret: ſed obice mortis ejuſdem Sergii Papæ, ad Leonem quartum ejus ſucceſſorem res delata eſt. Quæ autem in eadem cauſa tum temporis tranſacta ſint, Frodoardus (a) in ſua, quam ſcripſit, hiſtoria Rhemenſi hæc habet: *Imperator Lotharius contra Carolum fratrem ſuum odia & diſſidia pro Regno perſequens, Hincmarum Caroli fideliſſimum poſt ordinationem ipſius a Papa Sergio diplomate obtinuit, ut cauſa & lis depoſitionis Ebbonis * renovaretur. Quibus Papa ad Carolum ſcribebat, ut Guntbaldum Epiſcopum Rothomagenſem cum Hincmaro, aliis Epiſcopis ſui Regni, quos ipſe Guntbaldus eligeret, ad Synodum Trevirenſem ad Legatos ſuos mitteret, & ibi rationes & ſcripta depoſitionis Ebbonis diſcuterentur. Verum Legati Papæ Sergii non venerunt, ſicut determinatum fuerat. Idcirco Guntbaldus, conſenſu Regis Caroli cum aliis Epiſcopis Synodum indixit, ad quam auctoritate Sergii Papæ Ebbonem epiſtolis, & nuntiis vocavit. Qui tamen nec in perſona propria, neque per procuratorem, neque per literas comparuit. Nihilominus Guntbaldus, & alii Epiſcopi, qui tunc erant Lutetiæ congregati, nimirum Venilo Metropolitanus Eccleſiæ Senonenſis cum Epiſcopis ſuis diœceſanis, Latranus Archiepiſcopus Turonenſis cum ſuis ſuffraganeis, & Hincmarus cum ſuis Epiſcopis provinciæ Rhemenſis ad eum ſcripſerunt, & illi diœceſi Rhemenſi interdixerunt, probibueruntque ne in poſterum quemquam hujus diœceſeos aut litteris, aut verbis, aut tabellariis ſolicitaret, uſquequo ipſemet ad eos veniret, ut ab illis in publica Synodo ſententiam diſfinitivam, juxta conſtitutiones Canonicas & Apoſtolicas intelligeret. Idcirco ipſe Ebbo nullam Synodum, nec Sedem Apoſtolicam interpellavit, nec de Epiſcopatu Rhemenſi, nec de ordine ſuo conqueſtus eſt. Et poſtquam Epiſcopi & Rex ſuis litteris Leonem Papam de his omnibus, quæ geſta fuerant, certiorem feciſſent, & hinc ordinationem Hincmari, qui ſuam confeſſionem fidei Romam miſerat, approbaſſet, eumdemque pallio donaſſet: ipſemet Ebbo adhuc quinque annos, uſque ad annum Incarnationis Domini octingenteſimum quinquageſimum primum vixit.* Hucuſque de his Frodoardus.

(a) *Frodo. hiſt. Rhemenſ. l. 3. c. 2.*

* *al.* Ebbonis vel Hebbonis

Ser-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXV. Anno Hegiræ CCXXXIII inchoato die 17. Aug. fer. 4. A. C. 847.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6340.

☉ 16. B. ☽ 12. P. 10. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 847.

LEONIS IV. PAPÆ 1.

LOTHARII IMP. 28. & 8.

MICHAELIS IMP. 6.

I. *Ebo petit reſtitui in Sedem Remenſem.*

AD num. I. Flodoardus lib. 3. cap. 2. refert, Lotharium Imp. Literas exegiſſe a Sergio Papa *pro reparando judicio de Ebonis depoſitione*, & Carolum Regem *Gundboldo* Rothomagenſi Epiſcopo præcepiſſe; ut cum cæteris Regni ſui Epiſcopis hanc querelam diſcuteret; ac ipſi quoque Gundboldo literis mandaſſe, *ut cum poſt diem Sanctæ Domini Reſurrectionis Miſſos ſuos in ſervitium Imperatoris mitteret*, ipſe cum Epiſcopis hanc cauſam difinirct: ſed cum Ebo non compareret, *Gundboldus & cæteri Epiſcopi*, QUI APUD PARISIOS TUNC CONVENERANT, literis ſuis ei Diœceſim Rhemenſem interdixere, donec difinitionis ſententiam ab ipſis coram Generali Conventu perciperet. Sed *Ebo* de Sede Rhemenſi repetenda amplius non cogitavit. Addit Flodoardus: *Per quinque circiter annorum curricula ſupervixiſſe fertur in corpore, uſque ad annum videlicet Incarnationis Dominicæ DCCCLI.* Refert hæc ex Flodoardo Baronius, uſus tamen exemplari valde depravato: in quo phraſes integre deſunt. *Ebo* Archiepiſcopatu Rhemenſi depoſitus fuit imperante Ludovico Pio, ut ſuo loco diximus, & *Lotharius* Imp. cujus partes ſecutus fuerat, nihil intentatum reliquit, ut in ſuam Sedem *Ebo* reſtitueretur. Verum irrito conatu, ut ex hac Flodoardi Presbyteri Eccleſiæ Rhemenſis relatione intelligimus.

II. *Deſiſtit a cauſæ ſuæ proſecutione.*

Cum *Gundboldus* Archiepiſcopus Rothomagenſis *poſt diem ſanctæ Domini Reſurrectionis* Ebonis cauſam diſcutere debuerit, & de ea actum non ſit, niſi in Concilio Pariſienſi *XVI. Kal. Martias* ſuperioris Chriſti anni celebrato, manifeſtum eſt, Sergii II. literas, quæ ad nos non pervenere, anno DCCCXLV. aut antecedenti datas fuiſſe. Secundo, *Concilium Pariſienſe*, de quo Flodoardus loquitur, anno ſuperiori, non vero currenti, ut perperam Labbeus Tom. VIII. Concil. pag. 39. habitum eſſe. Flodoardus enim loco laudato ait, hæc in cauſa Ebonis geſta eſſe, *emenſo anno poſt ipſius Hincmari ordinationem*. Quare cum is die tertia menſis Maii anni DCCCXLV. Rhemenſis Antiſtes conſecratus fuerit, liquet, Flodoardum de Concilio Pariſienſi ſuperiori anno indicto verba facere, deceptumque Labbeum, qui illud cum currenti copulavit. Controverſia itaque de anno Concilii Pariſienſis prorſus dirempta.

A num.



II. Sergii Pap. obitus.

Sergius autem Papa ubi ſediſſet annos tres & menſem unum, obiit pridie Idus Aprilis. Hæc ex Anaſtaſio, a quo etiam quæ poſt annum primum ab eo collata ſunt diverſis Urbis Eccleſiis ornamenta, iſta produntur: *Ipſe a Deo protectus præclarus Pontifex, pro remedio & futura animæ ſuæ retributione fecit cameram Præſepii Domini noſtri JESU Chriſti, quod abſidi beatæ Dei Genitricis Dominæ noſtræ connectitur, quæ Major ab omnibus nuncupatur, argenteis tabulis ac deauratis, habentibus hiſtoriam Dominicæ Incarnationis, atque Nativitatis beatæ Dei Genitricis Mariæ, magnifice atque præcipue, quod nullus Præceſſorum Pontificum per tot annorum curriculum ad tantam decoris ſpeciem perducere cogitarat.*

Donata a Sergio Papa diverſis Eccleſiis.

*Hic vero Præſul, cum de omnibus Eccleſiis ſolicite curam gereret: etiam baſilicam S. Archangeli, quæ in cacumine * Fajani eſt conſtituta, latiorem quam pridem fuerat, a fundamentis perfecit, ac radiantibus picturis luculenter pingi juſſit, ac ſarta tecta ejus noviter reſtauravit, ubi & obtulit veſtes de mizilo quatuor ſimiliter & vela quatuor.*

* Hadriani

*Idem vero almificus & beatiſſimus Papa, ſcholam Cantorum, quæ pridem Orphanotrophium vocabatur, & præ nimia vetuſtate in ruinam poſita, atque confracta videretur, Dei annuente clementia, a fundamentis in meliorem, quam olim fuerat, ſtatum, noviter reſtauravit. Sed & baſilicam B. Romani martyris, quæ non longe ab Urbe foris portam Salariam ſita eſt, a fundamentis perfecit, quam etiam tituli SS. Silveſtri, & Martini parochiam eſſe decrevit.*

*Fecit autem & baſilicam ſancti Theodori martyris, quæ in Coranis videtur finibus poſita, milliario ab Urbe trigeſimo, quam etiam ſplendide picturis fulgentibus decoravit.*

*Fecit autem in baſilica B. Petri Apoſtoli veſtem de chryſoclavo, habentem in medio Salvatoris effigiem, & dextra lævaque ejus omnium ſanctorum Apoſtolorum rutilantes figuras: quam etiam pretioſiſſimis gemmis praſinis, & hyacinthinis perornavit.*

III. Titulus Equitii reſtauratur, & ornatur a Sergio Papa.

*His igitur ſummo opere conſummatis, ipſe a Deo protectus beatiſſimus Papa pia devotione ſolicitus pro deſiderabili dilectione ſanctorum Silveſtri & Martini, Eccleſiam, quæ ſancto eorum nomini fuerat conſecrata, quam ab exordio ſacerdotii ſui, uſquequo ad Pontificatus culmen deductus eſt, ſtrenue gubernavit, & quæ per olitana tempora detecta vetuſtate marcuerat, ruiniſque confracta, diutina antiquitate lacerata manebat, Dei clementia annuente in meliorem pulchrioremque ſtatum a fundamentis perfecit. Abſidem quoque ipſius aureis muſivo perfuſam coloribus ingenti amore depinxit. Et ad honorem omnipotentis Dei ejuſdem beatiſſimi Præſulis corpus cum beatiſſimo Fabiano atque Stephano & Sotere martyribus & Pontificibus collocavit. Simulque Aſterii martyris corpus cum ſanctiſſima filia ejus, ſanctoque Cyriaco & Mauro, Largo & Smaragdo, ac Anaſtaſio & Innocentio Pontificibus, una cum ſancto Quirino ac Leone Epiſcopis, pariter Artemio, Nicandro, & Creſcentiano martyribus, cum quibus beata Soteris atque Paulina, necnon Memmia, Juliana & Quirilla, Theopiſte, & Sophia virginibus atque martyribus, & beata Cyriaca vidua cum aliis multis, quorum nomina ſoli Deo ſunt cognita, eoſque ſub ſacro altare dedicans collocavit.*

Verum etſi Sergius cœpit, non tamen perfecit, ſed inchoatum opus Leo Papa quartus ejus ſucceſſor abſolvit, ut verſus ſequentes in abſide muſivo opere contexti teſtantur:

*Sergius hanc cœpit Præſul quam cernitis aulam.*
*Cui moriens nullum potuit conferre decorem,*
*Sed mox Papa Leo quartus, dum culmina ſumpſit*
*Romanæ Sedis divino tactus amore*
*Perfecit ſolers, melius quam cœpta manebat,*
*Atque pia totam pictura ornavit honeſte,*
*Cœnobiumque ſacrum ſtatuit monachoſque locavit,*

Qui

PAGIUS III. *Moritur Sergius II. PP.*

A num. II. ad XXIV. Annaliſta Bertinianus hoc anno habet: *Sergius Romanus Pontifex VI. Kal. Februarii defungitur, & Leo in ejus locum eligitur.* De anno ejus emortuali nulla eſt controverſia, neque etiam poſt tam clarum teſtimonium de die eſſe poteſt. Quod enim Baronius num. VI. tradit ex Anaſtaſio Sergium ſepultum eſſe *die duodecima menſis Aprilis* neque in editione Moguntinenſi, neque in Pariſienſi, nec in variantibus lectionibus editioni Pariſienſi ſubiectis legitur. Præterea refert ibidem Baronius ex Anaſtaſio, Sergium Romanam Sedem rexiſſe *annis tribus & menſe uno*, ſed in laudatis exemplaribus Anaſtaſianis ſemel & iterum legitur, eum ſediſſe *annos tres* nulla menſium aut dierum mentione facta. Quare cum *Sergius* II. die decima menſis Februarii anni DCCCXLIV. Pontifex Romanus conſecratus fuerit, dieque viceſima ſeptima menſis Januarii præſentis anni ad Deum migrarit, ſedit annos tres, demptis diebus decem & octo, ab Anaſtaſio, qui numero rotundo locutus eſt, neglectis. Baronius n. VII. ait, Anaſtaſium ſcribere eadem die, qua *Sergius* obiit, *Leonem* ſuffectum eſſe, quod ex eo Cardinalis doctiſſimus deduxiſſe videtur,

quod

*Qui Domino aſſiduas valeant perſolvere laudes.*
*Talibus ut donis cæleſtia ſcandere poſſit*
*Regna, quibus Martinus ovans, Silveſter & almus*
*Præfulgent, gaudentque ſimul cum Præſule Chriſto,*
*Quorum pro meritis hæc templa dicata coruſcant.*

Hæc in hemicyclo abſidis. E latere autem dextro in marmorea tabula hæc antiquitus, eo ipſo tempore ſcripta leguntur:

IV. *Temporibus domni Sergii Junioris Papæ recondita ſunt in hoc ſacro altari B. Silveſtri Præſulis corpora & beati Martini. Item corpora beatiſſimorum Fabiani atque Stephani cum Sotere martyribus, ac Pont. ſimulque Aſterio cum ſanctiſſima filia ejus, ſanctoque Cyriaco, Papia Mauro, Largo, & Smaragdo, & ſociis: Siſinnio atque Anaſtaſio & Innocentio Pontificibus, una cum ſancto Quirino ac Leone. Pariterque Artemio, Siſiano, Pollione, Theodoro, Nicandro, Creſcentiano martyribus: cumque beata Sotere atque Paulina, necnon Memmia, Juliana, & Quirilla, Theophiſte, Sophia virginibus atque martyribus, & beata Quiriaca vidua, & beata Juſta, cum aliis multis, quorum nomina Deo ſoli ſunt cognita, omneſque ſub ſacro altare dedicans collocavit. Hæc Sanctorum corpora tranſlata ſunt de cœmeterio Priſcillæ via Salaria: ſtatuens omni anno in feſtivitatibus eorum indulgentiam trium annorum & trium quadragenarum, omnibus ad ea devote venientibus.* Hucuſque vetus monumentum, quo etiam priſtinum uſum ſacrarum indulgentiarum expreſſum habes. Ad quam laudabilem antiquam formam S. D. N. Clemens Papa VIII. non ſine divino inſtinctu effuſas nimis indulgentiarum conceſſiones reſtringere aggreſſus eſt; fiunt enim potius remiſſiores vaſta indulgentiarum laxitate fideles. Sed ad Anaſtaſium redeamus, qui iſta ſubiicit:

V. *His igitur magnifice peractis, gratanti animo, menteque ſolicita obtulit in eadem Eccleſia iſta perenniter permanenda, regnum aureum valde pretioſum cum gemmis praſinis & hyacinthinis & albis, quod nuncuſque cernitur ſuper altare pendens, habens in medio Crucem de auro puriſſimo cum gemmis ſimiliter pretioſis. Item obtulit gabathas ex argento puriſſimo, auroque perfuſas quatuor, pendentes ante veſtibulum ſacri altaris, atque gabathas interſatiles deauratas cum bullis duabus. Obtulit etiam Crucem auream cum gemmis valde optimis duabus, & aliam ſimiliter Crucem de argento, & thymiamatheria aureo ſuperinducto colore tria, patenas de argento puriſſimo & deauratas duas, colatorium de argento deauratum unum, quo in ſacro utantur officio, regnum de argento cum tintinnabulis, habens in medio Crucem cum columba, aquamanilia de argento tria, ſextaria de argento duo, coronas majores de argento quatuor cum delphinis, penſantes libras ..... calices de argento majores, pariter & deauratos duos, patenam de argento majorem auroque perfuſam, habentem in medio effigiem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ceroſtrata deſuper argentata paria tria, caniſtra de argento tria, patenam cum calice deaurato unam, ſcyphum argenteum unum penſantem libras, ...... Obtulit eidem venerandæ baſilicæ canthVaros de aurichalco duodecim, rugas de aurichalco ſimiliter duodecim. Fecit Ciborium de argento puriſſimo penſans libras ...... ſed & Confeſſionem ſacri altaris ornavit tabulis argenteis auro perfuſis, ut per ſacras eorum interceſſiones, ætherei Regni gaudia poſſideret. Idemque obtulit ubi ſupra imagines de argento auro perfuſas tres, habentem unam effigiem Domini noſtri Jeſu Chriſti, alias duas ſancti Silveſtri & Martini, * ſedentes ſuper veſtibulum ſacri altaris. Ibidemque obtulit veſtem de chryſoclavo, habentem hiſtoriam Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti cum gemmis praſinis hyacinthinis & albis. Fecit & aliam veſtem de fundato valde pretioſam cum chryſoclavo, habentem in medio effigiem Salvatoris Domini noſtri JESU Chriſti, & dextra lævaque ſanctorum Silveſtri & Martini, ſimiliter cum gemmis praſinis,* *hyacinthinis & albis. Obtulit ſimiliter cortinas Alexandrinas pretioſiſſimo opere contextas tres, vela de fundato cum periclyſi de blatta ornata in circuitu, quæ pendent per arcus ipſius baſilicæ vigintiquatuor: alia de fundato cum periclyſi de blatta quindecim, vela alba holoſerica quatuor, ex quibus circumdatur altare, unum ex eis habens in medio Crucem & gammadias de chryſoclavo & alia ornamenta in circuitu de blatta. Idem vero beatiſſimus Pontifex ad latus ipſius baſilicæ in laudem Creatoris, nomine & honore beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, Sergii & Bacchi, ſanctorumque Silveſtri & Martini a fundamentis conſtruxit, in quo monachorum Deo ſervientium congregationem, pro quotidianis laudibus in prædicta Eccleſia die noctuque Dominum Deum noſtrum deprecantium, conſtituit.*

* al ſedentium.

Monaſterium ſancti Martini.



VI. His enarratis, hæc apud eumdem ſubiiciuntur de obitu & ordinatione ab eo facta: *Hic beatiſſimus Pontifex, poſtquam Sedem Romanam annis tribus & menſe uno glorioſiſſime rexit, ex hac luce ſubtractus, in æternam migravit requiem. Fecit autem ordinationem unam menſe Martii, creavit Presbyteros octo, Diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca numero vigintitres. Sepultus eſt in baſilica beati Petri Apoſtoli die duodecima menſis Aprilis.* Hactenus apud Anaſtaſium, apud quem multa de Sergio deſiderari videntur; ſiquidem nulla ibi de clade tanta per Sarracenos illata mentio, cum deprædati ſunt baſilicas Apoſtolorum: quæ quidem haud potuerunt a quovis etiam negligente ſcriptore prætermitti, cujus cladis tantum eſt mentio, obiter facta apud Anaſtaſium ipſum in Leone, qui Sergio huic ſucceſſit.

His autem ſubiiciendum putavimus Epitaphium, quod tunc ejus ſepulcro inſcriptum fuit, numquam hactenus cuſum, quod in veterum ædificiorum demolitionibus repertum, male tamen exſcriptum fuit, & inter vetera monumenta bibliothecæ S. Petri reconditum, ut in fine dicetur.

Epitaphium Sergii Papæ Junioris ex Bibliotheca baſilicæ S. Petri, in codice operum S. Hieronymi num. XII.

*Sergius en junior Præſul, & plebis amator* — Sergii Papæ ſepulchr. Epitaph.
*Hoc tegitur tumulo, qui bene pavit oves.*
*Spes patriæ, mundique decus, moderator opimus,*
*Divinis monitis non fuit ille piger.*
*Romanos proceres non tantum famine verbi,*
*Rebus & humanis nocte, dieque fovens.*
*Utque Leo ſanctus, Damaſus quoque Papa benignus,*
*Hic ritum tenuit, inſtituitque gregem.*
*Egentem ſemper ſtuduit recreare catervam,*
*Proque poli ut caperet cœlica regna libens.*
*Jam jam pro tanto tundamus pectora pugnis*
*Paſtore amiſſo, vivat ut axe poli.*
*Nectitur ecce piis Fabiano & compare Xyſto.*
*Præſulibus, quorum ſpiritus aſtra tenet.*

His iſta ſubiiciuntur:

*Hoc Epitaphium inventum fuit in altari B. Xyſti, quod eſt ante Eccleſiam S. Martini in introitu baſilicæ B. Petri juxta ferratam. Super altare vero arcus ex mirifico muſivo, ſicut dicit Paſchalis primus Papa in Pontificali poſt deprædationem cæmeterii Calliſti. Et poſuit corpus B. Xyſti martyris ante corpus B. Petri juxta ferratam, ſuper quod fecit altare lapidibus ornatum, & ſuper altare arcum ex mirifico muſivo.* Hactenus ex dicto codice. Atque de Sergio hactenus.

VII. Leo Papa ſuccedit Sergio ejuſque virtutes.

Quo defuncto Sedem non vacaſſe, ſed eadem die, qua ille obiit, Leonem ſuffectum eſſe, Anaſtaſius tradit, qui de ejus vitæ exordio acturus, virtutum ejus catalogum primo recenſuit iſtis verbis: *Leo natione Romanus ex patre Rodoaldo fuit. Hic adeo Catholicus & Apoſtolicus vir multæ patientiæ, multæque germanitatis extitit, largus, pius, innocens, benignus, amator juſtitiæ, ſuæ plebis ferventiſſimus gubernator, divinarum quoque ſcripturarum indeficiens perſcrutator, vigilis*

PAGIUS quod ceſſatio Sedis in exemplaribus Anaſtaſii editis deſideretur. Verum in duplici MS. Anaſtaſii Freheriano, & in alio Thuaneo in fine editionis Pariſienſis relatis, ac præterea in quibuſdam Catalogis noſtris ac in Hiſtoria Platinæ habetur, Sedem vacaſſe *menſes duos, & dies quindecim*, & in Codice M. S. Anaſtaſiano num. 417. in Bibliotheca Colbertina ſignato habetur; *Ceſſavit Ep. ejus menſe ſecundo die quinto decimo*, ubi imperitus librarius locum non recte expreſſit; cum contra Ordericus lib. 2. recte habeat, *menſibus II. diebus XV.* Quare *Leo IV.* natione Romanus conſecratus eſt Pontifex Romanus die undecima menſis Aprilis, feria ſecunda Paſchali, quod ex dicendis in morte ejus magis innoteſcet.

IV. *Indulgentiæ ei aſſictæ.*

Verum antequam de Leonis IV. ordinatione verba faciamus, examinandum quod Baronius num. IV. dicit de Indulgentiis *trium annorum & trium quadragenarum*, a Sergio II. datis omnibus, qui Eccleſiam SS. Silveſtri & Martini viſitaſſent, quod ſe in marmorea tabula antiquitus ſcripta legiſſe ait. Mabillonius enim in Præfatione ad ſæculum V. Benedict. ubi num. CVII. de Antiquitate Indulgentiarum pluribus diſſerit, recte ſcribit, vereri ſe, ut explorata ſit hac de re auctoritas, cum ſæculo X. extent quidem veſtigia Indulgentiarum, ſed non hoc modo definitarum; & Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico Diſſert. XVII. oſtendat, Indulgentiarum uſum hodie in Eccleſia ſub ea formula frequentem vix ante ſæculum XII. in antiquis Monumentis reperiri, ac tabulam illam ante pauca ſæcula ſculptam fuiſſe. Divus Thomas in IV. Sentent. Diſtinct. 20. quæſt. 1. art. 3. agens de Indulgentiis, poſt hæc verba, *ſicut quando papa dat, ut qui vadit ad unam Eccleſiam habeat ſeptem annos de Indulgentia*, addit; *cujuſmodi etiam Indulgentiæ a B. Gregorio in Stationibus Romæ conceſſæ ſunt*, & ante ipſum Guillelmus Antiſſiodorenſis, poſtea Pariſienſis Epiſcopus, lib. 4. Summæ tract. 6. cap. 9. ſed uterque abſque examine Hiſtorico ſecutus eſt errorem vulgi attribuentis *Sancto Gregorio* (utique ejus nominis primo) Indulgentias Stationum, multis poſt ſæculis inſtitutas, nempe ſæculo XI. cum vulgus cœpiſſet eas ad ipſarum Stationum Auctorem S. *Gregorium* M. referre, eumque errorem ut certam veritatem arri-

*giliis & orationibus ſemper intentus; in cujus etiam beatiſſimo pectore, juxta illud, quod in ſancto Evangelio (a) legitur, & ſerpentis aſtutia, & ſimplicitas inhabitabat columbæ. Erat enim totius ſanctitatis decore repletus, amator religioſorum hominum, Deoque in omnibus aſſidue famulantium, nutritor pauperum, & contemptor ſui.*

(a) Mat. 10.

Leonis Pap. primordia.

*Hic primum a parentibus, ob ſtudia litterarum in monaſterio beati Martini Confeſſoris Chriſti, quod foris muros hujus civitatis Romanæ juxta Eccleſiam beati Petri Apoſtoli ſitum eſt, quouſque ſacras litteras pleniter diſceret, ſponte conceſſus eſt: ubi non ſolum literas didicit, verum etiam in ſtudio ſanctæ converſationis, non quaſi puer tunc erat, ſed velut perfectus monachus * abditus manſit. Cujus etiam piæ converſationis exemplo alii ſub eodem monaſterio degentes, vita omnipotenti Deo, plena devotione ſerviebant; eratque cum eis quaſi unus ex illis. At quemadmodum civitas ſupra montem poſita abſcondi non poteſt, ſic nec rumor hujus ſanctiſſimi viri diu occultus exiſtere potuit, fama illius, ſive ſanctitatis opinio huc illucque clarius divulgata eſt, atque multorum relatione fidelium ad aures Pontificales quondam beatiſſimi patris & Papæ Gregorii feſtino relatu occurrit. Cui cum tantum fuiſſet caſtitatis dignæ converſationis magiſterium enarratum: illico eum ex monaſterio, in quo pie degebat, exire jubens, ad ſanctæ matris Eccleſiæ gremium perduxit, atque ut in ſuo ſemper ſervitio familiariter permaneret, in Lateranenſi Patriarchio eſſe præcepit: Subdiaconum quoque eum ob ſuæ famam vitæ laudabilis fecit. Qui quamvis locum mutaret, vel ordinem, tamen vitam moreſque ſuos pluſquam prius in ſummi Creatoris noſtri ſervitio regulariter conſtrinxit, boniſque multiplicavit operibus.*

* al. addictus.

VIII. *Defuncto autem hujus ſacratiſſimæ Sedis Papa Gregorio, tunc Sergius Archipresbyter Romanæ Eccleſiæ Præſul effectus, hunc, de quo ſuperius nonnulla retulimus, Leonem videlicet beatiſſimum Papam presbyterum conſecravit, eique titulum ſanctorum quatuor Coronatorum largitus eſt: in quo dum bonis polleret moribus, indigentibus neceſſaria miniſtraret, peregrinos ac pauperes, minuſque habentes non ſolum verbo, verum etiam corporalibus alimoniis refoveret: is, qui tunc præerat Sergius Romanæ Sedis Antiſtes, ex præſenti vita ſubtractus eſt, ſub cujus tempore Eccleſiæ beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli a Sarracenis funditus deprædatæ ſunt. Ea igitur calamitate atque miſeria omnis Romanorum vigor elanguit, atque contritus eſt ex hoc facto, & univerſa concio Romanorum ex duobus his caſibus atque periculis, videlicet ex repentina morte Pontificis, atque ex devaſtatione, quæ facta fuerat in Eccleſiis ſanctis, cunctiſque finibus Romanorum, fatebatur ſe nullatenus poſſe evadere mortis periculum.*

Depredatio Baſilicarum.

Electio Leonis.

*Cumque pari devotione, communique conſilio univerſi Romani proceres de futuro cogitarent Pontifice, ut quis eſſet, qui tam ſanctum & inviolabilem locum cum omnipotentis Dei timore regere vel gubernare poſſet: confeſtim fama beatiſſimi Præſulis ſimul & meritum ab omnibus patefacta ſunt, totamque per Urbem diffuſa. Nondum enim is, qui obierat, Pontifex ad ſepulturam debitam fuerat deportatus: & ecce omnes a noviſſimo uſque ad primum una voce, unaque ſimul concordia Leonem venerabilem presbyterum ſibi dari futurum Pontificem flagitabant; & quod nullum alium ſuper ſe habere vellent Præſulem, niſi hunc, de quo crebro dictum eſt, multis conjurationibus ac vocibus fatebantur. Quorum incunctanter omnium corda ad hunc expetendum, non aliud, niſi amor divinus, & divinæ virtutis inflammavit & univit clementia.*

IX. Oſculatio pedum ex antiquo uſu.

*Tunc omnes (ut ſuperius annotatum eſt) pergentes cum gaudio, multaque jucunditate & lætitia ad Eccleſiam, in qua degebat, beatorum Quatuor Coronatorum, inde eum coactum, & invitum abſtrahentes, cum hymnis laudibuſque præcipuis ad Lateranenſe Patriarchium perduxerunt. Cujus (morem obſervantes antiquum) omnes oſculati ſunt pedes. Quanta autem in ejus Pontificali electione concordia vel unanimitas fuit, nullus breviter enarrare hominum poteſt.*

*Quid autem electionis ſuæ tempore, Apoſtolorum ſuffragiis, ſuiſque ſanctis intervenientibus precibus de Sarracenis illis, qui tam nefarium ſcelus admiſere, divina virtus peregit: hoc inconveniens, aut reprehenſibile non eſt, ob futurorum ſive timorem, ſive memoriam, ut præſentibus litteris annotemus. Omnes enim cum vellent, iniquitatis ac deprædationis ſcelere perpetrato, ad Africanam, ex qua venerant, regionem revertere: vaſto maris*

PAGIUS

arripuiſſent Scholaſtici veteres, qui ipſorum diſciplinis informatos Pontifices etiam in eo capite (quod alioquin non Theologicum, ſed Hiſtoricum erat) ſua auctoritate pertraxere, eo tempore, quo nemo adhuc incumbebat eradendis Antiquitatibus Eccleſiaſticis, ſacrarumque Ceremoniarum Originibus illuſtrandis. Quare mirum Baronium & Bellarminum, qui ad inſignem Theologicarum rerum ſcientiam, minime vulgarem antiquitatis Eccleſiaſticæ cognitionem addidere, vulgari opinioni ſubſcripſiſſe; cum is Indulgentiarum, de quo agimus,



*ris pelago, vi ventorum procellarumque (ſicut certa relatione cognovimus) Deo permittente, ſubmerſi ſunt, antiquum illud Ægyptiorum miraculum ecce noviter Apoſtolorum oratio meruit obtinere.*

*Romani quoque, ut diximus, novi electione Pontificis congaudentes, cœperunt iterum non mediocriter contriſtari, eo quod ſine Imperiali non audebant auctoritate futurum conſecrare Pontificem: periculumque Romanæ Urbis maxime metuebant, ne iterum, ut alias, ab hoſtibus foret obſeſſa. Hoc timore & futuro caſu perterriti, quod eum ſine permiſſu Principis Præſulem conſecraverunt, fidem quoque illius * ſibi honorem poſt Deum, per omnia & in omnibus conſervantes.* Hæc apud Anaſtaſium.

X. Nihil ſibi arrogent Impp. de electione, & confirmatione Pontificis.

Cæterum Leo Papa obſtitit Lothario & Ludovico Imperatoribus vendicantibus ſibi confirmationem Romani Pontificis electi, vel qualecumque aliud jus, quod ſibi iidem Impp. in ejuſdem electione, vel conſecratione arrogare tentaſſent. Evicitque, ut iidem conſenſerint, ne ea niſi ex canonum præſcripto fieri deberet. Extat enim de his ejuſmodi decretum ejuſdem Pontificis ad eoſdem Impp. his verbis:

(a) diſt. 63. c. 31.

*Leo Quartus Lothario & Ludovico (a) Auguſtis. Inter nos & vos pacti ſerie ſtatutum eſt & confirmatum, quod electio & conſecratio futuri Romani Pontificis nonniſi juſte, & canonice fieri debeat.* Hæc Leo ad dictos Impp.

Sic igitur ſi quid fuerit ſive per populum Romanum metus cauſa Imperatoribus iiſdem male promiſſum, vel ab ipſis Auguſtis peſſime uſurpatum, Leonis Papæ iiſdem adverſantis, atque jus Eccleſiaſticum defendentis animi robore irritatum fuit, atque ſublatum, iiſdem (ut dictum eſt, ipſi Pontifici conſentientibus Auguſtis.

XI. Vice verſa pollicitus eſt illis Leo Pontifex, ſervaturum ſe illibata jura Imperialia, ſimulque ea, quæ a ſuis prædeceſſoribus Romanis Pontificibus conſtituta fuiſſent. Extat de his profeſſio ejuſdem Leonis, ſcribentis ad eoſdem verbis iſtis (b):



Leo quas leges Imp. ſervare promittat.

(b) diſt. 10. c. 9. ſecundum lect. Ivonis p. 4. cap. 176. & Pan. l. 2. c. 149.

*De Capitulis, vel præceptis Imperialibus veſtris, noſtrorumque Pontificum, & prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis, & conſervandis, quantum valuimus, & valemus, Chriſto propitio, & nunc & in ævum nos conſervaturos modis omnibus profitemur. Et ſi fortaſſe quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, ſciatis eum pro certo mendacem.* Sed quomodo intelligendum ſit, quod pollicitus eſt Leo atque ejus prædeceſſores, ſervaturos illibata jura Imperialia, a Nicolao Papa, qui ſedit poſt Benedictum ſucceſſorem Leonis, ita declaratum invenies in epiſtola ad Michaelem Imp. his verbis (c): *Ut Pontifices pro cultu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uterentur.* Cæterum quod de Capitulis dixit Imperatorum atque Pontificum prædeceſſorum, non dubium eſt, intellexiſſe de Capitularibus libris Regum Francorum, per Benedictum diaconum collectis atque pariter promulgatis, ut quæ paulo poſt dicturi ſumus, manifeſtius declarabunt. Acquieverunt pariter iidem Lotharius, & Ludovicus Impp. quod cum ipſi dicerentur Romani Imperatores, cogere vellent Romanos alias ſervare leges, diverſas ab iis, quibus hactenus uſi eſſent, acquieverunt (inquam) agente eodem Leone Pontifice, ut ſinerentur Romani ſuis antiquis legibus uti. Eſt de his ejuſdem Pontificis ad eoſdem facta tum poſtulatio verbis (d) iſtis: *Veſtram flagitamus clementiam, ut ſicut hactenus Romana lex viguit abſque univerſis procellis, & pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta: ita nunc ſuum robur, propriumque vigorem obtineat.* Annuit his Lotharius Imper. cujus de his reſcriptum ex-

(c) diſt. 10. c. 8. Ivo p. 4. c. 188.

(d) diſt. 10. cap. 13.



PAGIUS

mus, uſus doceri nequeat ſæculo XI. prior, fuiſſe; & ſine literis propagatum per tot ſæcula, quot a S. Silveſtro ad ſæculum XI. intercurrere, gratis aſſumatur, & abſque ulla pietatis jactura Hiſtorice negetur, ut accurate ſcribit Papebrocius loco laudato, qui hæc fuſius proſequitur.

V. *Indulgentia primum indefinite conceſſa.*

His adde quæ Mabillonius citatus de hac materia habet. Ait Vir Eruditiſſimus, *Indulgentias* ſæculo X. indefinite conceſſas fuiſſe, ut fuit illa, quam *Salomon* Conſtantienſis Epiſcopus a Papa accepit. Ille ob procuratam trium adverſariorum ſuorum necem Romam profectus eſt, *veniam* petiturus. A Papa *vero benigne ſuſceptus, cum ibi ſupplicans aliquandiu moraretur, indulgentiam ſibi ab eo plorans petiit. Tandem ab Apoſtolico indulgentiam adeptus demum revertitur*, inquit Ekkehardus part. 1. pag. 45. Eandem gratiam Udalricus Auguſtenſis Epiſcopus accepiſſe memoratur apud Gerardum in ejus Vita num. LXI. Is quippe Romam ultimo profectus, *votorum antea ibi diſpoſitorum promiſſionibus devotiſſime expletis, & graviſſimorum emolumentorum & Indulgentiarum donis acceptis reverſus eſt.*

VI. *Poſtea ad certum tempus definita.*

Poſtea ſæculo undecimo ad certum tempus vel in perpetuum, & quidem paſſim occaſione Dedicationis Eccleſiarum, datæ. Celebris præ cæteris & plena fuit *Indulgentiarum* gratia ab Alexandro II. impertita in Dedicatione Eccleſiæ Caſinenſis, nempe tam iis, quos tunc præſentes eſſe contigerat, quam omnibus, qui per octo continuos dies eo conventuri eſſent, *Confeſſorum peccatorum abſolutione* conceſſa. Urbanus II. anno MXCVIII. Andegavos ſe ſe contulit: *Tunc in Septuageſima dedicata eſt* Eccleſia S. Nicolai ab ipſo Papa: qui *Edicto* juſſit, ut *in eodem termino, quo dedicationem fecerat,*

In-

Romani antiquis vivere legibus permiſſi.

(a) Leg. Longob. lib. 11. tit. 57.

tat inter leges (*a*) Longobardorum, his verbis conceptum: *Volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult vivere; & tali lege, quali lege vivere profeſſi ſunt, vivant. Illique denuntietur, ut hoc unuſquiſque tam Judices quam Duces, vel reliquus populus ſciat, quod ſi offenſionem contra eamdem legem fecerint, eidem legi, qua profitentur vivere, per diſpenſationem Pontificis & noſtram ſubjacebunt.* Hæc Lotharius Imp. in quibus obſerva, primo loco ab eo poni legum vindicem in delinquentes adverſus eas Romanum Pontificem, inde vero Imperatorem. Quod & ſervatum hactenus vidimus, nimirum ut tunc a Romanis Pontificibus adverſus Romanos delinquentes vocaretur Imperator, cum Romani contempſiſſent ipſis Pontificibus obedire, vel aliquot moliti quid eſſent adverſus eoſdem Pontifices.

XII.

(b) Leg. Longob. lib. 3.

Sed quas ſervandas præſcripſerit Lotharius Imp. leges ſibi ſubdito Italiæ Regno, conſtitutio ab eo promulgata ita declarat (*b*): *Placuit nobis, ut Capitula, quæ excerpſimus de Capitulari bonæ memoriæ glorioſiſſimi avi domini noſtri Caroli & genitoris noſtri Ludovici Imp. invictiſſimi, his omnibus & fidelibus noſtris, & ſanctæ Eccleſiæ in Regno Italiæ conſiſtentibus, per legem teneantur, & ſerventur. Et quicumque horum Capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidis componatur.* At quales fuerint iſtæ leges, ipſe, qui adhuc extat, liber Capitularium docet: nimirum quæ noſcuntur magna ex parte acceptæ ex ſacris Conciliis, & decretis Romanorum Pontificum, atque ex prædeceſſoribus Imperatoribus; illæ dumtaxat, quæ eſſent optimæ, faverentque Eccleſiaſticæ immunitati, ut non mireris, ſi eas ſe Eccleſiis etiam leges præſcribere idem Lotharius dicat, utpote quod eædem leges ipſis Capitularibus libris contentæ (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt pluribus, & oſtenſum luce clarius) fuerint per Romanos Pontifices comprobatæ.

Capitularia quæ obſervanda Lotharius propoſuit.

(c) Conc. Mel. c. 78.

Porro ad memoriam revocandum, promulgationem iſtam Capitularium collectorum per Carolum Magnum & Ludovicum, per Lotharium factam hoc tempore fuiſſe, quod ita juſſerint Patres anno ſuperiori collecti ad celebrandum Meldenſe (*c*) Concilium, cum illi inter alia, ſtatuerunt (ut ſuo loco etiam dictum eſt) hæc ipſa: *Ut capitula Eccleſiaſtica a domino Carolo Magno Imp. necnon a domino Ludovico Pio Auguſto promulgata, obnixe obſervari præcipiantur, ſicut & legalia obſervanda eſſe noſcuntur.* Ita ibi Patres. Ex quorum, arbitrio pariter (ut dictum eſt) eadem collecta a Benedicto diacono, atque eiſdem tribus Ludovici filiis, Lothario, Ludovico, & Carolo promulganda data fuere, ut pluribus anno ſuperiore demonſtravimus; quinimmo & Leonis ipſius, decreto & ejus prædeceſſoris Sergii, necnon Gregorii Quarti, cui ſucceſſit, ipſa fuiſſe potiſſimum confirmata, ipſe, qui collegit, & Lothario Imp. ac fratribus dedit, ita teſtatur, cum perorat his verbis (*d*): *Maxime* (inquit) *trium ultimorum Capitula iſtorum librorum Apoſtolica ſunt cuncta auctoritate roborata; quia his cudendis maxime Apoſtolica interfuit legatio: nam eorum nomina, præter trium, ideſt Leonis, Sergii, & Gregorii, hic non inſeruimus, licet ea per ſingulos conventus inſerta inveniſſemus, vitantes legentium, atque ſcribentium faſtidia. Si quis autem plenius noſſe voluerit, iſtorum legat authentica quibus illa inſerta inveniet.* Hæc Benedictus. Sed & qui exſcripſit, brevitati conſulens, ſatiſque eſſe Benedicti teſtimonium id aſſerentis exiſtimans, prætermiſit teſtimonia Leonis, Sergii, & Gregorii eadem per Legatos ſuos confirmantium collecta Capitula.

(d) Cap. lib. 7. in fine

XIII.

Cum igitur (ut vidiſti) Lotharius profiteatur non alias ſe dediſſe populis vel Eccleſiis leges, quam quæ per Carolum Magnum avum, atque Ludovicum ejus filium, ſuum vero parentem collectæ fue-

PAGIUS

*Indictum publicum celebraretur uno quoque anno apud Sanctum Nicolaum & ſeptima pars pœnitentiarum populo convenienti ad illam celebritatem dimitteretur*, ut inquit Fulco Comes in Spicilegio Dacheriano Tom. X. pag. 396. Idem factum anno MCXX. a Calliſto II. qui dedicata Maurianenſi prope Stampas Eccleſia, *annuam peccatorum remiſſionem in dedicationis anniverſario conſtituit*, ut videre eſt apud Ducheſnium Tom. IV. pag. 369.

VII. *Indulgentia ab Epiſcopis dari ſolita.*

Epiſcopi etiam jamdudum *indulgentiarum* conceſſione uſi ſunt ut teſtis eſt Epiſtola Rajambaldi Archiepiſcopi Arelatenſis pro Dedicatione Eccleſiæ S. Mariæ de Correno Gallo-Provinciæ vico, in qua legitur, ut *pœnitenti, qui ad eam in conſecratione ejus advenerit, tertiam partem pœnitentiæ* remittat Epiſcopus, *& Eccleſiam*, ideſt ejus ingreſſum, *uſque ad caput anni* ei reddat & pacem, ſimulque facultatem incidendi capillos, &c. quæ ad annum MLXV. referuntur. Extat ea Epiſtola Tom. VI. Spicilegii pag. 441. Hanc vero poteſtatem Rajambaldus *a S. Petro* ſe accepiſſe dicit. Dein hæc Indulgentiarum gratia, qua potiebantur Epiſcopi, ad quadraginta dies contracta eſt, ante annum MCCLXXXIV. ipſo namque anno Symon Bituricenſis Archiepiſcopus Abbatiam Angliæ Diœceſis Pictavenſis viſitans, multis cruce ſignatis pro negotio Aragoniæ auctoritate Domini Papæ & Legati centum dies Indulgentiæ contulit, & *auctoritate ſua quadraginta*, ut legere eſt apud Baluzium Tom. IV. Miſcell. pag. 211. Etſi autem ad quadraginta dies paſſim redactæ eſſent Epiſcoporum



runt: plane poſſumus intelligere, quod quæ illis contrariæ editæ invenirentur, non eſſe Lotharii, vel ejus filii Ludovici, ſed ſchiſmaticorum (ut ſuperius de aliis factum invenimus) impoſturas, cum videlicet tradunt, confirmationem Romani Pontificis ſui eſſe juris eos aſſeruiſſe: cum præter alia Leonis Papæ, quam nuper recitavimus, conſtitutio penitus id explodat.

Quod vero ad Ludovicum ſpectat, etſi diu, nimirum uſque ad Nicolai Papæ tempus inſedit in animo ejus libido iſta dominandi Romæ atque ejus Eccleſiæ, Clero ſcilicet ac Pontificibus: tamen divina miſeratione tandem ad ſe reverſus, ſeſe iiſdem Romanæ Eccleſiæ Pontificibus exhibuit obſequentiſſimum, ut quæ in electione Nicolai Papæ poſt decem annos dicturi ſumus, oſtendent: ut plane appareat, quicquid idem Chriſtianiſſimus Imperator aliquando deliraverit, id ſuaſione potius pravorum hominum, quam ſua ſponte feciſſe; correxiſſeque ſcelus, ubi attentius proſpexit in legem perfectæ (*a*) libertatis, non amplius habens quaſi (*b*) velamen malitiæ libertatem.

(a) Jac. 1.
(b) 1. Pet. 2.

XIV. Quæ abſtulere Sarraceni Leo Papa ornamenta reficienda curat.

Sed Leonis Papæ anni hujus reliquas res geſtas proſequamur. Cum enim lugubre ſpectaculum ob oculos poſitum intueretur, baſilicas Principum Apoſtolorum manibus ſacrilegis Sarracenorum omni ornatu atque decore privatas, penituſque expoliatas, omnique genere contumeliarum affectas, profanatas atque pollutas: alta ducens ex corde ſuſpiria, cum ſe ſciret ad hoc a Deo electum Pontificem, ut quæ eſſent diſſipata reſtauraret, atque in omnibus decorem domus Dei ſublatum reſtitueret, atque multiplicaret: in hoc adiecit animum, ut quæ ad ornatum, cultumque earumdem ſpectarent baſilicarum ſumma diligentia procuraret. Quænam fuerint iſta admiratione quidem digna, audies ab Anaſtaſio, qui quam diligentiſſime, recenſens ſingula, iſta ſcribit:

*Jam quia humanus æſtimare non ſufficit arbiter, nec os referre prævalet, quantæ bonitatis ac pietatis hic beatiſſimus extiterit Pontifex: redeamus ad ea, quæ fretus amore Sanctorum, Eccleſiis obtulit, & a primo Pontificatus ſui exordio enarremus. Hic vero inſignis, & adeo præclarus Antiſtes ſuperno amore exardeſcens, obtulit in baſilica beati Petri Apoſtoli coronam ex argento puriſſimo, penſantem libras vigintiquatuor, gabathas interſatiles duas penſantes libras duas, vela ſeptem, duo quidem de fundato, & alia duo de ſtauraci, & tria de * Spaniſco. Obtulit etiam ad ſplendorem & gloriam ipſius venerandæ baſilicæ, cortinam Alexandrinam miræ pulchritudinis habentem hiſtoriam pavonum portantium deſuper homines, & aliam hiſtoriam aquilarum, rotarumque & avium cum arboribus.* Et inferius: *Eidem baſilicæ obtulit butronem de argento puriſſimo cum gabathis argenteis pendentibus in catenulis ſeptem: fecit & ad illuminationem ipſius baſilicæ rete æneum cum caniſtris argenteis decem & ſeptem, & pharum miræ magnitudinis ad ſplendorem & gloriam ſæpius memoratæ baſilicæ reparavit. In qua etiam obtulit coronam de argento mundiſſimo, penſantem libras ..... Vela de fundato, quæ in ambitu ſacri altaris pulchriora dependent vigintiquinque.*

*

Ornamenta diverſa oblata a S. Leone Papa Eccleſ. S. Petri.

*Item vela leonum habentia hiſtorias, quæ ante veſtibulum ſacræ Confeſſionis cernuntur pondere decem, & alia vela de fundato, quæ inter columnas ipſius venerandæ baſilicæ dextra lævaque coruſcant quadraginta ſex. Item vela de fundato quæ in arcubus ad ornatum & decorationem presbyterii pendent triginta. Verum & alia vela de fundato, quæ in diverſis ejuſdem baſilicæ locis idem almificus Pontifex conſtituit pendere decem & octo. Et alia quidem vela, quæ ante januas ſacræ baſilicæ pendent quatuor.* Et paulo poſt:

XV.

*Ut ea, quæ ibidem beati Petri Eccle-*

 *ſiæ*

PAGIUS

rum Indulgentiæ; nihilominus Joannes de Ordine Teutonicorum, Laconienſis Epiſcopus, Monaſterium Scuteranum Diœceſis Argentinenſis in Alſatia viſitantibus relaxat *centum dies criminalium & annum venialium*, anno ſcilicet MCCLXXXVIII. ut legere eſt apud Jodocum Coccium de Dagobert. cap. 9. Generalis & plena eſt Indulgentia B. Mariæ de Portiuncula omnium ſc. peccatorum quæ *cum fuiſſet tam humiliter quam conſtanter a B. Franciſco poſtulata, fuit tandem a ſummo Pontifice* (ſc. Honorio III.) *liberaliſſime & gratiſſime conceſſa, quamvis diceret ipſe ſummus Pontifex, non eſſe conſuetudinis Apoſtolicæ ſedis talem Indulgentiam facere*, inquit Rainerius de Mariano de Arecio Ordinis Minorum, qui teſtatur, ſe id audiviſſe a Benedicto de Arecio Religioſo ejuſdem Ordinis, ſocio S. Franciſci. Rainerii teſtimonium ex veteri Codice MS. recitat Baluzius ibidem pag. 490. in quo & dicitur eam *prima diei Kalendarum Auguſti* fuiſſe affixam. Contra præſumptam Indulgentiarum vetuſtatem legendus etiam Papebrocius citatus in Diſſert. VIII. quæ eſt *de magna Tabula Baſilicæ Lateranenſis in Urbe, & adſcriptis in ea S. Silveſtro Indulgentiis aliiſque ſimilibus.*

VIII. *Cauſa longioris Interpontificii poſt mortem Sergii II.*

Venio nunc ad ordinationem Leonis IV. Anaſtaſius in ejus Vita ſcribit: *Nec dum is, qui obierat, Pontifex ad ſepulturam debitam fuerat deportatus. Et ecce omnes a noviſſimo uſque ad primum una voce, unaque ſimul concordia Leonem venerabilem Presbyterum ſibi futurum Pontificem flagitabant*, &c. Paulo poſt: *Romani quoque, ut diximus novi electione Pontificis con-gau-*

ſtæ ab impiis manibus innumerabilia fuerant bona ablata, ſuo præcipue tempore, libenti voluit pectore omnia noviter reſtaurare. Idcirco ad decus & honorem ipſius prædictæ Eccleſiæ, fecit coronas ex argento puriſſimo miro compoſitas opere, duas pendentes cum catenulis argenteis cum gemmis & * aulis deauratis, penſantem unam libras centum triginta duas, & aliam centum triginta, habentem unam * clamiſterios argenteos ſubter pendentes triginta ſeptem, & aliam ſimili modo quadraginta. Et poſt multa: idem adeo amabilis & prudentiſſimus Papa fecit in baſilica beati Petri Apoſtoli vela de fundato in circuitu compta de blatta, numero quadraginta ſex. Et inferius: Fecit caniſtrum interſatile de argento puriſſimo, penſans libras ..... item obtulit lucernam bimixem de argento puriſſimo penſantem libras quadragintaquinque. Itemque fecit vela quæ pendent inter arcus presbyterii, ex auro teſta, habentia hiſtoriam beati Petri Apoſtoli numero decem & octo. Et obtulit calices de argento, qui reſident ſuper circuitu altaris numero ſexdecim, penſantes libras ....... Verum etiam calicem pendulum cum catenis & delphinis, penſantem libras ......

*al nulis
*

Idem coangelicus ſanctiſſimus præfatus Præſul poſt deprædationem Saracenorum ipſius Eccleſiæ, fecit ad corpus beati Petri Apoſtoli imagines argenteas numero tres, unam quidem in medio, habentem effigiem Salvatoris Domini noſtri JESU Chriſti cum gemmis in capite per crucem ornatam hyacinthinis & praſinis; aliam poſitam ad dexteram partem Salvatoris, habentem vultum beati Petri Apoſtoli & beatæ Petronillæ, & aliam ad lævam partem habentem vultum beati Andreæ Apoſtoli, & vultum prædicti Præſulis, penſantes omnes libras centum quatuor. Fecit ubi ſupra phara ærea, quæ ſedent ſuper veſtibulum ſacri altaris numero duodecim. Et poſt multa:

Peractis, inquit, omnibus, atque perfectis operibus, quorum jam ſigillatim ſuperius nomina ſcripta, & memorata ſunt; confeſtim idem paſtor & pater egregius, quamvis univerſarum proficuam Eccleſiarum Dei curam, dignamque ſolicitudinem gereret, & ad omne opus bonum præ omnibus intentus exiſteret, ex intimo cordis ſui longa trahens ſuſpiria, cum quotidie beatiſſimi Apoſtolorum Principis ſacratiſſimum altare cerneret violatum, & ad tantam inhoneſtatem a Sarracenis perfidis, Deoque contrariis, ſive vilitatem perductum, etiam (quod dolentes, mœrenteſque dicimus) ipſe undique Chriſtianum populum ad jam fati Principis Apoſtolorum ſacratiſſima Limina, orationis cauſa convocavit, qui vota ſua perficere pleniter ſatagebat.

XVI. Confeſſionis & altaris ornatus. Ideo omnipotentis Dei fretus auxilio, atque conſilio, & virtute munitus, aureis ſimulque argenteis tabulis non ſolum Confeſſionem ſacram, verum etiam frontem ſæpedicti altaris ſatis decenter, & honorifice perornavit, ut præſens per omnia opus ibidem dedicatum luce clarius manifeſtat. Quamobrem venerandi altaris frontem præcipuam tabulis ex auro optimo noviter exornavit, & eam gemmis quamplurimis valde optimis * acoretiſiis totam circumdedit, & in meliorem quam prius ſtatum, decoremque perduxit. In quibus ſcilicet aureis (ut dictum eſt) tabulis, non ſolum Redemptoris noſtri forma depicta præfulget, verum & ejus Reſurrectio veneranda, atque judicium ſacræ & ſalutiferæ Crucis: Petri quoque, Paulique, pariter vultus, atque Andreæ in prænominatis tabulis ſplendent atque coruſcant. Inter quos ſanctiſſimi Leonis Quarti Præſulis, necnon & ſpiritualis filii ſui domni Imperatoris Lotharii propter futuram memoriam, ſive mercedem perſonæ Deo charæ per cuncta ſæcula venerandæ depictæ ſunt. Quod denique in tabula opus de ſmalto ducentas ſexdecim auri obrizipenſans libras. Confeſſionem vero dicti altaris crebris ta-

PAGIUS gaudentes cœperunt iterum non mediocriter contriſtari, eo quod ſine Imperiali non audebant auctoritate futurum conſecrare Pontificem, periculumque Romanæ urbis maxime metuebant, ne iterum, ut olim, aliis ab hoſtibus fuiſſet obſeſſa. Hoc timore & futuro caſu perterriti, eum ſine permiſſu Principis Præſulem conſecraverunt, fidem quoque illius, ſive honorem poſt Deum per omnia & in omnibus conſervantes. Baronius num. IX. eundem locum citat, uſus exemplari depravato, ut ipſemet ſigno crucis addito hoc modo indicat, quod eum ſine permiſſu Principis Præſulem conſecraverunt, fidem quoque illius † ſibi honorem poſt Deum per omnia & in omnibus conſervantes. Errorem illum Baronius non emendat, ſed locus purus eſt tam in editione Moguntina, quam Pariſienſi, ex qua illum retulimus. Significat autem Anaſtaſius, veritos eſſe Romanos, ne Saraceni iterum in Urbem prorumperent; quia, ut prodit Annaliſta Bertinianus ad hunc Chriſti annum, Mauri ac Saraceni Beneventum invaſerant, & uſque ad Romana confinia populabantur; ac præterea metuiſſe, ne, ut poſt mortem Gregorii IV. contigerat, Lotharius Imp. ob conſecrationem Pontificis offenſus, de ſe vindictam ſumeret. Quare ad utrumque periculum vitandum, ad ordinationem Leonis IV. ſibi procedendum putarunt, ſub proteſtatione, quod ea in re in nullo læſam vellent fidem & honorem Imperatori debitum, ut recte explicat Papebrocius. Et hæc germana cauſa Interpontificii per menſes duos & dies quindecim continuati. Nam Francia a Normannis tunc infeſtata, ut mox vide-



tabulis ex argento compactis puriſſimo, ſimili modo tota animi devotione ad antiquum decus & ſtatum reduxit, in quibus Salvatorem in throno ſedentem conſpicimus, pretioſas in capite gemmas habentem, & a dextris illius Cherubim, a læva quoque ejus vultus Apoſtolorum, cæterorumque depictos. Immo & rugas ſacræ Confeſſionis fecit ex Argento conſtructas, vultus habentes beatiſſimorum Petri & Pauli, penſantes libras ducentas & octo, fecit, & vela ex auro texta, compte ornata de blatta, pendentia in circuitu numero undecim. Et inferius: Fecit cortinam holoſericam cum hiſtoriis multis claritatis immenſæ, ad decorem & gloriam ipſius ſacratiſſimæ baſilicæ. Et poſt multa: Obtulit etiam beatiſſimus Præſul in Eccleſia beatiſſimi Principis Apoſtolorum thuribulum de argento inaurato, Apoſtolatus legens nomen Domni Leonis Quarti, penſans libras quatuor. Ubi etiam in Oratorio beati Gregorii Confeſſoris atque Pontificis fecit veſtem de fundato cum gammadiis, & Crucem de argento textam. Et inferius poſt multa, iſta ſubiiciuntur:

XVII. Fecit etiam beatiſſimus Præſul poſt deprædationem Sarracenorum in Eccleſia beati Petri Apoſtoli Crucifixum miræ magnitudinis, conſtructum de argento puriſſimo, inauratum, ornatum gemmis hyacinthinis, & aliis gemmis albis, penſans libras ſeptuaginta. Et inferius: Obtulit in baſilica beati Petri principis Apoſtolorum poſt deprædationem factam per gentem Agarenorum arcus de argento mundiſſimo numero quatuordecim, ex quibus duos poſuit a parte dextra atque ſiniſtra in presbyterio miræ magnitudinis, penſantes libras ..... Fecit & veſtem auro textam, habentem hiſtoriam, qualiter beatus Petrus prædicavit ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cum gemmis albis, ideſt, margaritis, & gemmis praſinis, necnon etiam gemmis hyacinthinis. Et paulo inferius: Necnon in Eccleſia B. Petri Apoſtoli fecit thuribulum ex auro puriſſimo gemmis ornatum. Rurſum vero inferius: Obtulit in Eccleſia B. Petri Apoſtoli Crucem ex auro puriſſimo, diverſis gemmis hyacinthinis, & albis, & ſmaragdis miræ magnitudinis ornatam, quæ ſtat a parte dextera juxta altare majus, in qua & renovavit rugas, & deargentavit eas, in qua prædicta Crux continetur, penſans libras undecim & ſemis, legens nomen Domni Leonis Quarti. Et inferius.

His denique decentius conſummatis atque peractis, poſt flebilem & iniquam deprædationem Sarracenorum Catholicus & per omnia laudabilis Præſul ad decorem Eccleſiæ principis Apoſtolorum Petri, fecit miræ magnitudinis ac pulchritudinis ſuper illius venerandum altare Ciborium, cum columnis & liliis deauratis ex argento puriſſimo, penſans libras mille ſexcentas ſex. Sed & ſuper Ciborium fecit coronas quatuor, cum calicibus ſexdecim ex auro mundiſſimo, penſantes libras ......... & de argento fecit coronas & calices numero quadraginta ſex, penſantes libras viginti duas & uncias ſeptem; necnon ſuper columnas ipſius Ciborii ob pulchritudinem, fecit delphinos quatuor, penſantes omnes libras quadraginta duas: fecit & in circuitu altaris vela alba holoſerica ſigillata numero quatuordecim, habentia liſtam de fundato. Et inferius:

Obtulit in baſilica beati Petri Apoſtoli ante Confeſſionem ſacri altaris a dextris & a ſiniſtris ad decorem ipſius baſilicæ Angelos ſex ex argento mundiſſimo, penſantes libras ſexagintaquatuor, & ſuper dictum Ciborium fecit oleas, quæ pendent in circuitu altaris habentis tabulas quatuor inauratas, necnon & gammadias numero quatuor, ubi & fecit arcus quatuor, qui ſtant in presbyterio ex argento mundiſſimo, penſantes libras centum. Et inferius: Fecit & tres alios arcus cum columnis & liliis, penſantes libras ſexaginta.

Et poſt multa aliis collata Eccleſiis, iſta XVIII.

PAGIUS bimus, expectanda fuit itineris tutioris opportunitas, vel forte Legati, metu, captivitate, aliiſque caſibus in itu & ritu impediti fuere.

IX. Leo IV. nihil innovavit in electione Pontificis Romani. Baronius num. X. ait, Leonem IV. Lothario & Ludovico Impp. vendicantibus ſibi confirmationem Romani Pontificis Electi, eviciſſe, ut iidem conſenſerint, ne ea niſi ex canonum præſcripto fieri deberet. Verum præterquamquod Ludovicus ante annum DCCCXLIX. Imperator a patre dictus non eſt, tantum abeſt, ut Lothario Imp. obſtiterit Leo IV. ut ſicut Sergius II. eius Deceſſor & Benedictus III. ejus Succeſſor jura Imperialia ſervarunt, ita & ipſe fidem Lothario Imp. debitam & honorem per omnia & in omnibus conſervarit. Ipſemet Baronius anno DCCCLXV. num. XXXVIII. loquens de Benedicti III. electione, hæc verba Anaſtaſii refert: Pontificali ſolio (ut mos eſt Pontificum, canaque conſuetudo demonſtrat) poſuerunt, nempe Romani. Addit Anaſtaſius: His ita peractis Clerus & cuncti Proceres decretum componentes, propriis manibus roboravere, &, ut CONSUETUDO PRISCA EXPOSCIT, invictiſſimis Lothario ac Ludovico deſtinavere Auguſtis.

X. Petiit a Lothario Imp. ut ea juſte & canonice fieret. At, inquit Baronius ibidem, extat de his ejuſmodi Decretum ejuſdem Pontificis: Leo IV. Lothario & Ludovico Augg. Inter nos & vos pacti ſerie ſtatutum eſt, & confirmatum, quod electio & confirmatio futuri Romani Pontificis non niſi juſte & canonice fieri debeat. Quare ſi quid fuit ſive per populum metus cauſa iiſdem Imperatoribus male promiſſum, vel ab ipſis Auguſtis uſurpatum, a Leone IV. ſublatum fuit,

iſta idem Anaſtaſius ſubiicit: *In baſilica cœleſtis clavigeri portas, quas deſtruxerat progenies Sarracena, argentoque nudaverat, erexit, eaſque argenteis tabulis, luciſluis ſalutiferiſque hiſtoriis ſculptas decoravit & in meliorem ſpeciem, quam pridem fuerant, reparavit: ut omnes, qui in eamdem baſilicam ingredientes veniunt, laudes Deo omnipotenti, ſuoque ſancto Præſulatui referant, & expoſcant, ut ad multa annorum curricula vita ſua extendatur, qui tanti fulgoris ope, tantæque pulchritudinis pondere argenti penſantis libras ...... centum ſeptuaginta ornavit. Rurſuſque poſt alia multa de donis eidem collatis baſilicæ.*

*In Eccleſia beati Petri Regni cœlorum clavigeri fecit lucernam ex argento puriſſimo, habentem unum mixum penſantem libras ſexdecim*: Et paulo poſt: *Idem vero beatiſſimus Papa fecit regulas ex argento fuſiles cum cancello in ingreſſu presbyterii ante Confeſſionem B. Petri Apoſtoli amatoris ſui, quæ pulchro rutilantes decore, præbent hominum mentibus admirationem, quarum duæ penſant libras ſexcentas quinquaginta duas, aliæ duæ libras quingentas octoginta.* Et paulo inferius: *Sed quia (ut ſæpe diximus) hujus ſereniſſimi Præſulis animus maximo beatiſſimi Apoſtoli Petri Apoſtolorum principis repletus amore, ipſius ſummæ Eccleſiæ, cujus divina diſpenſante potentia, thronum regebat, multa deſiderabat ſemper ornamenta adiicere. Fecit itaque ſuper altare veſtem de chryſoclavo, habentem hiſtoriam in medio Salvatoris, inter Angelicos vultus fulgentis, Petroque Apoſtolo claves Regni cœlorum tradentis, & dextera lævaque glorioſam Petri & Pauli paſſionem fulgentem. Inter quos ipſe Præſul civitatem, quam fieri juſſerat, Petro intervenienti offert depictam, & Crucem auro gemmiſque nitentem. Et in circuitu altaris & deſuper pannos ſericos, pretioſe aquilarum hiſtoria textos, quorum duo aurati cernuntur. Obtulit præterea ubi ſupra vela quatuor cum chryſoclavo, in quibus ipſe Præſul depictus, imagini Salvatoris inter Angelicos vultus fulgentis civitatem, quam funditus erexerat, offert.* Et paulo poſt: *beato Petro ſemper aliquid pretioſum & optimum offerre curabat: nam obtulit ei tres oleas * majoricas admirabilis pulchritudinis, ſerico textas, coloreque depictas, quæ videlicet feſtis diebus in circuitu altaris majoris dependent.* Atque hactenus de his, quæ hoc anno cœpta uſque ad annum ante ultimum ejus Pontificatus perfecta ab eodem oblata ſunt dona Eccleſiæ S. Petri. Quæ autem ipſo ultimo anno ab eo ſunt addita, ſuo loco dicturi ſumus.

* tria aulæa.

De ſtructura autem ædificiorum ipſi baſilicæ inhærentium, iſta ab Anaſtaſio narrantur ab eo eſſe juſſa perfici ipſo ſui Pontificatus initio, hoc videlicet anno.

XIX. Ædificia reſtaurata in baſilica S. Petri.

*Ipſe* (inquit Anaſtaſius) *ſummus atque Deo amabilis Papa in exordio ſui Pontificii, cum porticus partis lævæ beati Petri, ob vetuſtatem baſilicæ cecidiſſet, celeri ſtudio præclare renovavit; nam & ipſius præcipue Eccleſiæ ſarta tecta magnis trabibus perſpicaci artificio elaboratis renovavit. Quin etiam porticum, quæ ſancti Andreæ cohæret Eccleſiæ, cum timeretur caſura, in melius noviter reſtauravit: ſed & cameram, quæ ante portas argenteas jam dictæ aulæ eſſe conſpicitur renovans decoravit.* Sic igitur plane intelligas minime conflagratam baſilicam ſancti Petri per Sarracenos, cum nihil de ejus reſtauratione facta ex integro Anaſtaſius tradat, ſed tantum quæ vetuſtate deficerent, per Leonem Pontificem reſtituta dicat.

XX. Quod vero non ſicut in baſilicam Petri, Leo Pontifex intulit in baſilicam Doctoris Gentium Pauli dona, confirmant, quæ dicta ſunt ſuperius, nimirum

**PAGIUS** fuit, ipſi Pontifici conſentientibus Auguſtis. Ita Baronius. At locus ille a Gratiano Diſt. 63. cap. 31. & ab Jvone part. 5. cap. 14. relatus nihil aliud denotat, quam conſenſiſſe quidem Imperatores, ut electio Romani Pontificis fieret *juſte & canonice*, ſed tamen eoſdem non abjeciſſe jura Imperialia, imo illa expreſſe ſibi retinuiſſe, cum decreverunt, ut ea electio juſte fieret, ideſt, ſecundum mores antiquos, ſervato jure Imperatorio, ita ut electus Pontifex non conſecretur, niſi coram Miſſis Imperatoris, qui CANONICO RITU *& conſuetudine ab Imperatore diriguntur*, ut legitur in Concilio Romano, a Joanne IX. Papa exeunte hoc ſæculo celebrato. Hoc Leonis IV. Decretum confirmarunt poſtea Otto I. & Henricus I. Imperatores, quorum verba an. CMLXII. num. III. & ſeq. referemus, poſt quæ nullum dubium erit de vero & genuino ſenſu Decreti Leonis IV.

XI. *Promiſit ſe jura Imperialia illæſa ſervaturum.*

Vice verſa, ſubdit Baronius, pollicitus eſt illis Leo IV. ſervaturum ſe illibata jura Imperialia, & quæ a ſuis Prædeceſſoribus conſtituta fuiſſent, ut habet Gratianus Diſt. 10. cap. 9. *De Capitulis vel Præceptis Imperialibus veſtris veſtrorumque Prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis & conſervandis, quantum valuimus & valemus, Chriſto propitio, & nunc, & in ævum conſervaturos modis omnibus profitemur. Et ſi fortaſſe quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, ſciatis eum pro certo mendacem.* Illam porro Leonis Papæ pollicitationem de conſervandis Juribus Imperialibus explicandam eſſe, ex Epiſt. Nicolai I. ſcripta ad Michaelem I. Imp. in qua legitur, Pontifices pro cultu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uti. Hæc Baronius. Sed Baluzius in Præf. ad Capitularia Reg. Franc. num. XXII. & ſeqq. ubi mota hoc loco dubia omnia docte ſolvit, reſpondet, manifeſtum eſſe ex textu Epiſtolæ Leo-



rum Romanos, dum intenti eſſent Sarraceni ad deprædationem baſilicæ Petri, in Urbem intuliſſe, quæ erant pretioſa ornamenta baſilicæ ſancti Pauli, factumque diſpendium tantummodo Ciborii, quod non eſſet adeo mobile, ut facile transferri poſſet, quod tantum per Leonem reſtitutum Anaſtaſius docet his verbis: *In Eccleſia beatiſſimi Pauli Doctoris Gentium poſt impiam Sarracenorum devaſtationem fecit ſuper ejus ſacratiſſimum corpus Ciborium miræ pulchritudinis ingenti argenti pondere, cum columnis argenteis comptum, penſans libras nongentas quadragintaſex.* Et de eadem baſilica ſuperius: *Hic inſignis & pius Antiſtes in baſilica beati Pauli Apoſtoli ſuperno fretus amore, veſpertinas publice a cuncto choro & ſchola conſtituit in die Natali ejus pſallere laudes.*

Ciborium factum a Leone Papa in Baſilica S. Pauli.

*Hæc etiam ſui Pontificatus exordio* (addit Anaſtaſius) *idem jam ſæpefatus ſolertiſſimus Pontifex, ſecundum antiquam conſuetudinem, canonica auctoritate decrevit, atque conſtituit, ut dum ſacra Miſſarum ſolemnia in Eccleſia celebrantur, nullus ex laicis in presbyterio ſtare, vel ſedere, aut ingredi præſumat, ſed tantum ſacrata plebs, nempe Clerus, quæ in adminiſtratione ſacri officii conſtituta eſt, videatur.* Accidiſſe ex his poſſumus intelligere, ut ex profanatione baſilicarum facta per Sarracenos, ipſe vigilantiſſimus Pontifex Leo ad corrigenda peccata, quæ in eis perpetrata fuiſſent, quorum cauſa divinam indignationem ſubiiſſent, eadem loca ſancta, ſumma occurrens celeritate, voluerit eſſe inacceſſa laicis, ſicque primum omnium emendarit in quo haud leviter divinum offenſum numen eſſe ſciviſſet, cum (ut diximus) præter fas ſibi laici locum inter clericos uſurpaſſent. Sed quomodo idem Leo populum nova & inaudita hactenus clade periclitantem, ſacris precibus hoc eodem anno liberaverit, accipe: Anaſtaſius enim ſic rem geſtam proſequitur:

XXI. Serpens lethifer per Leonem Papam fugatur.

*In primo quidem ſui Pontificatus anno, juxta baſilicam beatæ Luciæ martyris, quæ in Orphea ſita eſt, in quibuſdam tetris abditiſque cavernis diri generis ſerpens, qui baſiliſcus Græce, Latine regulus dicitur, ortus eſt, qui flatu ſuo ac viſione omnes, qui ad eaſdem appropinquabant cavernas, celeriter necabat. Ipſe vero Pontifex beatiſſimus hanc populi necem audiens atque perniciem ad orationem ſe convertit ac litanias, ut Dominum deprecaretur, quo hujuſmodi omnes interitu liberaret. Dum hæc aguntur, præclarus ac celeberrimus dies advenit, in quo beatæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Aſſumptio celebraretur: tunc præfatus univerſalis Pontifex a Patriarchio cum hymnis & canticis ſpiritualibus ſancta præcedente Icona, ad baſilicam S. Hadriani martyris, ſicut mos eſt, propriis pedibus cum omni Clero perrexit. De qua regreſſus, cum omni Fidelium cœtu ad baſilicam beatæ Dei Genitricis Dei & Domini noſtri JESU Chriſti, quæ Ad præſepe dicitur, cum Dei laudibus magna populi caterva comitante properabat. Qui cum perveniſſet ad locum, in quo ipſe ſæviſſimus baſiliſcus tetris, (ut jam ſuperius dictum eſt) jacebat cavernis: omni Clero & populo ſtare præcepit; atque juxta eaſdem cavernas properans ſuper foramen, unde ſpiritus peſtiferi flatus egrediebantur ſerpentis, intrepidus ſtetit, & oculos in cœlum pariter tendens & palmas, Chriſtum, qui eſt ſuper omnia Dominus, profuſis lacrymis deprecatus eſt, ut ab eodem loco diri ſerpentis genus ſua potentia effugaret. Et data ſuper populum oratione, Dei laudes ad baſilicam, quam ſuperius memoravimus, profectus eſt exhibere. Ab eodem vero die ipſe mortifer baſiliſcus ita effugatus, & ab ipſis projectus eſt antris, ut ultra in illis locis nulla læſionis ejus macula appareret.* Hæc de effugato ſerpente mortifero, qui cum dicatur baſiliſcus fuiſſe, mirum, quidem videri debet, cum hujuſmodi genus ſerpentis in Cyre-

**PAGIUS** Leonis IV. delatam adverſus eum querelam fuiſſe ad Lotharium Imp. tamquam Leo IV. Capitularia Regum Francorum contemneret. Ad quam criminationem ille injuriam ulturus, ac ſui ſecurus reſpondit, ſe ea velle irrefragabiliter in ævum conſervare, magnum & impudens mendacium eſſe aſſeverans quidquid contra dictum fuerat Imperatori. Ita Baluzius ex Bartholomæo Brixienſi, qui anno MCCXL. florebat. Quoad Epiſtolam Nicolai I. ex qua jura illa Imperialia explicat Baronius, in ea nulla Capitularium mentio extat, neque extare poteſt, & in ea verbis tantum generalibus ſcriptum eſt, Chriſtianos Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigere, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uti, ideſt, ſubjacere quidem Pontifices legibus civilibus ratione rerum temporalium, non vero ratione perſonæ. Epiſcopos enim eſſe Deos & Deos ab hominibus judicari non poſſe, ut ajebat Conſtantinus M. Quare ea Nicolai verba cum generaliter de omnibus Epiſcopis intelligi debeant, congruere non poſſunt cum Epiſtola Leonis IV. quia in ea ſermo eſt de ſolis Pontificibus Romanis. Cæterum Epiſtolam iſtam Leonis Hermannus Conringius 2. q. 7. c. 41. *Nos ſi*, putavit eſſe *Leonis Tertii*, non vero Leonis IV. præſertim quod Leone IV. ſedente ſumma Imperii penes Lotharium fuerit, non autem penes Ludovicum, quam opinionem quidam alii poſtea Viri docti ſecuti ſunt; quod Ivo Carnotenſis Epiſtolam illam a Leone ſimpliciter ſcriptam doceat, neque Leonis III. nec IV. numerum exprimat. Verum

Cyrenaica tantum regione naſci ſolitum teſtetur (*a*) Plinius, locis arentibus, & non humidis, ut eſſe ſolent ædificiorum fornices in Urbe, qui ædificiorum ampliſſimorum ruina ſub terram latentes, cryptarum ſimilitudinem exprimunt. Sed cum Deus punire vult peccata hominum, univerſæ ubique obediunt creaturæ, ut generet, quod gignere non conſuevit.

(*a*) *Plin. nat. hiſt. l.8.c.21. in fin.*

XXII. Sed ſicut in fugando ſerpente lethifero virtus enituit tanti Pontificis, ita in extinguendo incendio patefacta eſt fides ipſius, potentia Crucis pollens. Rem geſtam hoc pariter anno ita recitat Anaſtaſius: *Et aliud miraculum, quod ipſe almus Pontifex fecit, narrare breviter inchoemus: In ipſius vero, quod memoravimus ſuperius, Pontificii ſui exordio, Saxonum vicum validus ignis invaſit, qui flammarum violentia cuncta comburere cœpit validius, ubi populorum multa congregata ſunt agmina, quæ hujus incendii flammas volebant extinguere; ſed ventorum flatibus altius extendebatur ignis in aere, cuncta comburens atque comminuens; ita ut propius ad beati Petri Apoſtolorum principis poſitas perveniret Saxonum & Longobardorum domos, porticum concremans. Quo audito ipſe beatiſſimus Pontifex anxius illuc celeri curſu profectus eſt; & ut ob hujus tanti ignis impetum ſe prepararet, Dominum deprecari cœpit, ut hujus incendii flammas extingueret, & ubi Crucis * prope frequentavit ſignacula digitis, amplius ignis extendere flammas non potuit: & beati virtutem ferre non valens Pontificis, extinctas flammas redegit in cinerem.* Hactenus Anaſtaſius.

Ad vicum Saxonum incendium excitatum extinguitur a Leone.

* al. propriis

XXIII. Cœnaculum per Leonem Pap. reſtitutum.

Sed & quæ reliqua ſunt rerum geſtarum ipſius hoc anno, ex eodem hic reddamus, ſic enim idem auctor enarrat: *Hic quoque prædictus Præſul a die, qua divina fretus potentia, ſacram Apoſtoli Sedem omni benignitate conſcendit: mox de priſcis & antiquis ſacri Palatii uſibus atque ordinibus, qui ſub prædeceſſorum ſuorum Pontificum tempore corrupti, atque diverſæ conſuetudines fuerant deletæ: univerſa in meliorem ſtatum reducere atque ordinare, quam ante fuerant, avide conatus eſt. Nam accubitum, quem domnus Leo bonæ memoriæ Tertius Papa a fundamentis conſtruxerat, & omnia ornamenta ibi paraverat; quæ præ nimia vetuſtate & oblivione anteceſſorum Pontificum deleta ſunt, adeo ut in die Natalis Domini noſtri JESU Chriſti ſecundum carnem tam domnus Gregorius, quam domnus Sergius ſanctæ recordationis minime ex more epularentur: idem beatiſſimus, & ſummus Præſul Leo IV. cum gaudio, & delectatione omnia ornamenta quæ ibi deleta fuerant, noviter reparavit, & ad ſtatum priſtinum magnifice revocavit. Nec non, & Crucem ex auro puriſſimo gemmis ornatam, quam Carolus piæ memoriæ Imp. Francorum ac Romanorum in baſilica Salvatoris Domini noſtri JESU Chriſti, quæ Conſtantiniana nuncupatur, temporibus domni Leonis ſanctæ recordationis Tertii Papæ obtulerat (quæ mos erat, ut in litaniis ſanctiſſimum Pontificem ita præcederet, & ſic permanſit uſque ad tempus ſanctæ recordationis domni Paſchalis Papæ) ſed inde, diabolica ſuggeſtione atque inſtigatione a malis exorta, eadem a latronibus nocte per furtum ſublata eſt; & nullus deinceps prædeceſſorum Pontificum, tam domnus Paſchalis, quam domnus Eugenius, ſive domnus Valentinus, ſive domnus Gregorius, necnon domnus Sergius recordatus fuit, ut eam reſtitueret, & ad uſum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ præpararet: idem præfatus magnificus Præſul fecit eam ex auro puriſſimo, & miræ magnitudinis, & margaritis & gemmis hyacinthinis, & praſinis mirabiliter ornavit, & ad uſum priſtinum ſanctæ Dei Romanæ Eccleſiæ mirifice decoravit.* Hæc Anaſtaſius. Ne

Crux aurea per Leonem Pap. reſtituta.

PAGIUS

rum hæc opinio ſuſtineri non poteſt; cum mos ille ut conſecratio Romani Pontificis coram Miſſis Imperialibus fieret, nonniſi Eugenio Secundo demortuo cœperit, uti ſuo loco oſtendimus. Præterquamquod Leo III. eo tempore Romanus Pontifex conſecratus eſt, quo Carolus M. Defenſor tantum Urbis erat, ad quem Leo Legatos non miſit, niſi poſt ſuam ordinationem, uti initio ejus Pontificatus narravimus.

XII. *Nullum de electione pactum inter Leonem IV. & Ludovicum interceſſit.*

Rurſum Baronius eodem num. IX. ut opinionem ſuam de pacto facto inter *Leonem* IV. & *Lotarium* ac *Ludovicum* Augg. confirmet, ait, eum ea tempeſtate petiiſſe ab iiſdem Imperatoribus, uti lex Romana deinceps ſuum robur propriumque vigorem obtineret, & annuiſſe poſtulatis Papæ Lotharium, cujus Decretum de ea re deſcribit ex lib. 2. legis Langobardorum, his verbis conceptum: *Volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur qua lege vult vivere* & cætera anno DCCCXXIV. num. III. a nobis recitata. At Gratianus a Baronio citatus, & Ivo part. 4. pag. 181. qui locum iſtum nobis conſervarunt, nullam hic Ludovici mentionem faciunt, ſed *Lotharii* tantum, tanquam ad illum ſolum ſcripta ſit Epiſtola Leonis IV. Ad hæc Decretum illud Lotharii an. DCCCXXIV tempore *Eugenii II.* conditum, ut mox inſinuavi. Itaque etiam ex hoc capite illa opinio Baronii corruit.

XIII. *Decreta Synodi Meldenſis in Regno Italiæ non promulgata.*

Poſtea Baronius num. XII. refert hæc verba Lotharii deſcripta ex Conſtitutione ab eo promulgata, & de Capitulis Caroli M. & Ludovici Pii ab illo excerpta: *Placuit nobis, ut hæc Capitula, quæ excerpſimus de Capitulis ſanctæ memoriæ avi noſtri Caroli ac Domini noſtri Ludovici Imp. ab omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ ſeu noſtris fidelibus in regno Italiæ conſiſtentibus pro lege teneantur & conſerventur; & quicumque hujus Capitularis contemptor extiterit, ſexaginta ſolidis componat, ſicut in Capitulis prædicti avi Domini noſtri.* Addit Baronius, promul-



*Ne vero quid prætermittamus de rebus geſtis ab eodem Pontifice hoc anno, (a) reperitur ab eo ſcripta epiſtola ad Prudentium Epiſcopum Tricaſinum de conſecrando ab eo monaſterio, quod conſtruxerat Ademarus monachus, deque reliquiis Sanctorum ab Urbe miſſis, monetque ut ſanctæ Trinitati dedicetur in nomine ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, atque S. Leonis Papæ.* Atque de rebus geſtis ejuſdem Leonis Papæ anni hujus jam ſatis.

(*a*) *Script. Cod. Biblioth. Sirlet. num. 65.*

XXIV. Terræmotu concuſſa urbs & alia loca.

Hoc eodem anno ad alia mala additum, ut Urbem excuſſerit terræmotus, de quo pauca tantum iſta Anaſtaſius: *Hujus beatiſſimi Pontificis tempore, terræmotus in Urbe per Indictionem factus eſt decimam (eſt hic ipſe annus) ita ut elementa concuſſa viderentur in omnibus.* Meminit ejuſdem terræmotus Leo Oſtienſis in Chronico Caſſinate, quo pariter agitata docet alia loca Italiæ. Sed quæ eodem tempore per Sarracenos illos, quos diximus vocatos a Radelchi tyranno Beneventum occupaſſe, in vicina loca illata ſunt damna, recenſet his verbis (*b*):

(*b*) *Leo Oſtienſ. l.1. c.30.*

*Eodem tempore Maſſar Sarracenorum Dux in auxilium prædicti Radelchis accerſitus, Beneventi reſidens, Beneventanoſque contemnens, eos modis omnibus vehementer afflixit, monaſteriumque ſanctæ Mariæ in Cingula devaſtavit, Caſtellum S. Viti cepit, Teleſinamque civitatem in deditionem compulit, & omnia per circuitum depopulatus eſt. Qui dum die quadam juxta beati Bendicti tranſiret monaſterium, ita mens ejus effera continuo cælitus mutata eſt, ut cum canis ejus anſerem monaſterii cepiſſet; ipſe cum flagello accurrens, illum per ſe ex ore illius extraxerit, atque ante januas monaſterii veniens, claudi illas protinus juſſerit, ne quis ex ſuis ingreſſus aliquam illic vim inferre præſumeret. Sicque Aquinum pertranſiens, omnia per circuitum vaſtans, Beneventum reverſus eſt. Eo item tempore, cum ab Incarnatione Domini octingenteſimus quadrageſimus ſeptimus ageretur annus, ingens terræmotus per omnem Beneventanam regionem factus eſt, ita ut Iſernia a fundamentis fere tota corruerit, multuſque ibi populus, & ipſe una eorum pontifex cum eis interierit. Apud monaſterium quoque ſancti Vincentii terræmotus idem evertit domos. In hoc autem monte, meritis beati Benedicti nec unum quidem lapidem de ſuo movit loco.* Hæc Leo.



XXV. Synodus Moguntina.

Hoc item anno, Moguntiæ Synodus congregata eſt, eademque prima dicta ſub Rabano, qui hoc anno ejuſdem Eccleſiæ, defuncto Orthgario, Epiſcopus creatus eſt. Nam in veteribus Francorum Annalibus, a Pithœo editis, iſta leguntur: *Orthgarius Maguntiacenſis Epiſcopus undecimo Kalend. Maii obiit, in cujus locum ordinatus eſt Rabanus quinto Kal. Julii, qui in eodem anno, jubente Ludovico Rege, apud Maguntiam Synodum habuit circa Kal. Octobris.* Hæc ibi.

Ex quibus redarguas collectorem Conciliorum, dum Concilium iſtud ſub Rabano habitum, collectum ponit anno Redemptoris octingenteſimo trigeſimoquarto, cum nonniſi hoc anno Rabanus ſedere cœperit. Rurſum vero aliud ibidem ab eodem Rabano celebratum Concilium iidem Annales docent, de quo ſuo loco anno ſequenti dicturi ſumus. Quod autem ad præſens anni hujus Concilium ſpectat, *quot Epiſcopi*, & qui fuerint iſti, qui convenerunt, quæ tractaverint, & quæ per canones ſervanda definierunt, docet ejus Synodalis epiſtola, ad Ludovicum Regem miſſa cum capitulis ibidem conſtitutis. Ex quibus omnibus ea, quæ ad inſtitutum ſpectare dignoſcuntur, hic deſcribemus. Occaſio autem hujus congregandi Concilii eadem, quæ Meldenſis Concilii fuiſſe cognoſcitur, quod cum a laicis bona Eccleſiarum, jura pariter & perſonæ aſſidue invaderentur, deque his fre-



PAGIUS

mulgationem iſtam Capitularium collectorum per Carolum M. & Ludovicum, per Lotharium factam hoc tempore fuiſſe, quod ita juſſerint Patres in Synodo Meldenſi cap. 78. Ad hanc rationem Marca lib. 2. de Concordia cap. 12. num. V. reſpondet, has Principum Conſtitutiones non ingratas fuiſſe Leoni IV. demonſtrare fragmentum Epiſtolæ ejus ad Lotharium, qua ſpondet, ſe *Capitula illa, & præcepta Lotharii ejuſque Prædeceſſorum in omnibus* obſervaturum, quod Fragmentum num. XI. mox retuli. Secundo, Synodi Meldenſis verba cap. 78. memorata, non pertinere ad Capitulare Lotharii, de quo agitur; cum illud in Italia promulgatum ſit, ubi Lotharius imperabat; Epiſcoporum enim Meldenſium Carolo Regi ſubjectorum præcepto Decreta in Galliis condita promulgari non poterant in Regno Italiæ *Lothario* ſubdito ut evidens eſt. Cæterum quia Baronius a conſuetudine in electione Pontificum Rom. tunc uſurpata abhorrebat, & Eccleſiam jugo illo non parum gravi liberam fuiſſe optaſſet, in eam, quam refellimus opinionem, ejus ætate inter Canoniſtas communem, delapſus eſt; Verum Hiſtoria nunc in majori lumine collocata, ſicut in opinione de Indulgentiarum vetuſtate & in aliis quibuſdam, ita & in ea, de qua agitur, ab eo non poſſumus non diſcedere.

XIV. *Rabanus fit Arch. Moguntiæ.*

A num. XXV. ad XXXI. Annaliſta Fuldenſis narrata hoc anno *Otgarii* Moguntiacenſis Epiſcopi morte, ait, Rabanum *V. Kal. Julii* in ejus locum ſubrogatum eſſe, cui conſentiunt Annaliſta Hildensheimenſis & Lambertus Schaſnaburgenſis in Chronico; ſed uterque quoad annum tantum. Difficultas eſſe poteſt de die, qui non in Dominicam, ſed in feriam ſecundam incidit. Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. 2. in Elogio Hiſtorico Beati Rabani num. VI. exiſtimat, mendum irrepſiſſe in diem apud Annales

frequentes apud Regem querelæ eſſent, ut his ipſe liberaret malis Eccleſias, egit ut ejuſmodi provinciale Concilium colligeretur, cui Archiepiſcopus Rabanus, vir doctrina valde inſignis præeſſe deberet, quem ſciret probitate atque ſcientia nulli ſecundum. Præcipua igitur Patrum intentio in hoc Concilio ea fuiſſe videtur, ut conſulerent rebus Eccleſiaſticis, per laicos mirum in modum diverſis prætextibus proculcatis. Hæc enim fuit potiſſima illa ſanctorum Patrum ſæculi hujus apud Francorum Reges & Imperatorem perſtrepens ubique effuſa querela. Sed audiamus ipſam Synodalem epiſtolam, quæ plura nobis inſinuat memoria digna. Sic incipit (*a*):

(*a*) *Extat t.3. Conc. Venet. edit.*

*Domino ſereniſſimo & Chriſtianiſſimo Regi Ludovico, ſtrenuiſſimo Rectori ac DEFENSORI SANCTÆ DEI ECCLESIÆ, una cum uxore & prole ſua, ejuſque fidelibus vita, ſalus, & honor, & benedictio cum victoria ſine fine manſura.*

XXVI. Epiſt. Synodalis ad Ludovicum Regem Francorum.

*Digniſſimæ reverentiæ veſtræ patefacimus nos Humillimi ſervi veſtri, Rabanus videlicet Moguntiacenſis Eccleſiæ indignus Archiepiſcopus cum Coepiſcopis meis, qui ad prædictæ Eccleſiæ diœceſim pertinent, ideſt, Samuele, Egotbaldo, Baturato, Hebone, Gorbartho, Hemmone, Vualtgario, Anſgario, Otgario, Sanctone, Salomone, & Gebebardo cum reliquis collegis noſtris Chorepiſcopis, Abbatibus, monachis, presbyteris, & cæteris Eccleſiaſticis ordinibus, quia venimus ſecundum juſſionem veſtram in civitatem Moguntiam; ibique pariter adunati poſt triduanum jejunium, quod cum litaniis celebravimus, divinam ſuppliciter ſupplicantes clementiam, quatenus ſancta gratia ſua conventum & actionem ipſius Synodi ſibi acceptabilem facere dignaretur, & Chriſtiano populo proficientem ad ſalutem & vitam perpetuam, vobiſque ad æternum honorem, & gloriam.*

Plurimæ Miſſæ pro Rege dicendæ indictæ.

*Ubi etiam decrevimus, ut ſingulis parochiis per Epiſcopos & clericos, per Abbates, & monachos oratio pro vobis, & pro veſtra conjuge, ſimulque prole nobiliſſima fieret. Cujus orationis ſumma eſt, Miſſarum tria millia & quingentæ, & pſalteriorum mille ſeptingenta: hoc omni devotione poſtulantes, ut Deus omnipotens diuturnam vobis ſanitatem ac proſperitatem concedat, Regnumque veſtrum ſtabiliat ab omni hoſte defenſum in terra, & poſt hujus vitæ terminum in Regno cœleſti gloriam vobis ſimul cum Sanctis ſuis concedat ſempiternam.*

*Tunc vero conſidentes in clauſtro S. Albani martyris, ſecundum morem illum, quo priſcis temporibus ſub Carolo Imper. Hildebaldus, & Richolphus cum cæteris Epiſcopis & Abbatibus illuc convenientibus fecerunt, cœpimus in Dei nomine communi conſenſu & voluntate tractare pariter de ſtatu veræ religionis, atque utilitate & profectu Chriſtianæ plebis. Convenit inter nos, de noſtro communi collegio clericorum & monachorum facere duas turmas, ſicut & fecimus: ita ut in una turma conſiderent Epiſcopi, cum quibuſdam Notariis legentes atque perſcrutantes ſanctum Evangelium, necnon Epiſtolas & Actus Apoſtolorum, canones quoque, ac diverſa ſanctorum Patrum opuſcula cum cæteris ſacris dogmatibus diligenti ſtudio perquirendo, quibus modis ſtatum Eccleſiæ Dei, & Chriſtianæ plebis profectum ſana doctrina, & exemplis juſtitiæ inconvulſum, largiente Dei gratia, perficere & conſervare poſſent.*

*In alia vero turma ſederunt Abbates & probati monachi, regulam S. Benedicti legentes atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem ſtatum atque augmentum cum Dei gratia perducere poſſent. Et ubicumque per negligentiam atque deſidiam rectorum regularis ordo dilapſus fuiſſet, rurſus ſecundum normam ſancti Benedicti ad integrum reſtitueretur.* Hactenus de ordinis facta ibi diſpoſitione, Rabani opera, qui in ea facultate plurimum noſcitur laboraſſe, quem de Conciliis ipſum conſtet ſcripſiſſe volumen.

Sed audi conſuetas Epiſcoporum in hac Synodali epiſtola ad Ludovicum querelas: *Proh dolor! his temporibus nec ſancta loca venerantur, neque miniſtri Dei condigne honorantur ſed viceverſa illi, qui honorari debuerunt, flagellantur, ſpoliantur, atque diverſis calumniis franguntur. Unde neceſſitas magna nos cogit pro hac re ad vos reclamare, & petere, ut ſicut apud anteceſſores veſtros Reges atque Imperatores, qui ante vos fuerunt, honorem ſancta Dei Eccleſia habuit, & per immunitatem eorum poſſeſſiones Eccleſiaſticæ inconvulſæ perſtiterunt, manenteſque in eis ſemper illæſi perſeveraverunt, ita apud vos modernis temporibus* XXVII.

*bus*

PAGIUS nales Fuldenſes, & pro *V. Kal. Julii*, reponendum eſſe *VI. Kal. Julii*, uti legit Trithemius, additque Franco-Saxonicos Annales MSS. optimæ notæ, qui cætera hoc loco cum Fuldenſibus conveniunt, Rabani ordinationem reponere *VIII. Kal. Julii*, ideſt, die natali S. Joannis Baptiſtæ, qua ob Feſti celebritatem Rabani ordinatio facile fieri potuit.

Subdit Annaliſta Fuldenſis, eum *circa Kal. Octob. Synodum apud Moguntiacum celebraſſe.* Synodus hæc Ludovici Germaniæ Regis juſſu habita, eique etiam Chorepiſcopi, Abbates, Monachi & omnium Ordinum Clerici adfuere. Conditi in ea Canones triginta & unus de Diſciplina Eccleſiaſtica, quæ non minus in Regno Ludovici, quam in Regno Caroli fratris, labefactata erat. XV. *Concilium Moguntinenſe.*



*bus incontaminatæ permaneant. Zelo enim Dei oportet vos defendere Eccleſias Chriſti, &c.* Subiiciuntque his exempla tam de Ethnicis, quam de Chriſtianis Principibus, qui olim libertati & immunitati Eccleſiaſticæ faventes, eidem optime conſuluiſſent, quos ipſi imitandos proponunt.

Præmiſſa igitur loco præfationis, ejuſmodi ad Ludovicum epiſtola Synodali, primo loco qui de Fide canon eſt ſancitus, recitatur, atque ejuſmodi quidem, quo, ſic agente divino Spiritu, præſentium Novatorum novatio penitus deſtruatur, cum delirant multa febri phrenetici ac blaterant, abſque operibus noſtris ad ſalutem ſufficere fidem. Nam audi quid vertex hujus temporis Theologorum Rabanus una cum collegis Epiſcopis primo loco, in ipſo tamquam ſuperliminari ſcribi decreverit:

XXVIII. *Initium actionis noſtræ de Fide eſſe decrevimus, quæ bonorum eſt omnium fundamentum. Et quamvis ſine fide, ut dicit Apoſtolus (a), impoſſibile ſit placere Deo: Fides tamen indiget opere, quia (b) fides ſine operibus mortua eſt. Ideo beatus Gregorius: Ille, inquit, vere credit, qui exercet, quod credit, &c.* Cum vero diverſis ex cauſis plures & diverſi in eodem Concilio canones conſtituti legantur: ſatis viſum eſt ſi ex eis, quæ ſpectant ad immunitatem Eccleſiaſticam, cujus cauſa præcipue (ut dictum eſt) eadem ſynodus congregata fuit, duo iſti canones recitentur, quorum prior ſic ſe habet (*c*):

(a) Heb. 11. (b) *Jac.* 2. (c) *Conc. Mogun. c.* 6.

*Si quis faſtu ſuperbiæ elatus, domum Dei ducit contemptibilem, & poſſeſſiones Deo conſecratas, atque ad honorem Dei ſub Regiæ immunitatis defenſione conſtitutas inhoneſte tractaverit, vel infringere præſumpſerit, quaſi & violator domus Dei, excommunicetur. Decet etiam, ut indignationem ipſius Domini Regis ſentiat, cujus benevolentiæ contemptor, & conſtitutionis prævaricator extitit. Nihilominus tamen Rex ſuæ conceſſionis immunitatem ab omnibus ditioni ſuæ ſubjectis illæſam conſervari præcipiat. Aſſenſum vero non præbeat improbe affirmantibus, non debere eſſe res Dominicas, ideſt, Domino dominantium deditas ita ſub defenſione Regis, ſicut propriæ ſunt hereditates. Magiſque advertat, quia quanto Deus excellentior eſt homine, tanto præſtantior eſt divina cauſa mortalium poſſeſſione. Quocirca decipitur quiſquis plus in propriis, quam in Dominicis rebus gloriatur. Quarum divinarum rerum defenſor & cuſtos divinitus ſtatutus diligenti cura non ſolum eas ſervare, ſed etiam multiplicare debet, magiſque illa, quæ diximus præſtantiora, quam ſua illum defendere oportet, & augumentare.*

*Si quis igitur inſanus importunitate improbitatis ſuæ, Regem a recto propoſito mutare tentaverit, nulliſque remediis mitigari poſſe viſus fuerit, licet obſequiis aliquibus tranſitoriis ſit neceſſarius, abiiciendus ab eo, proiicienduſque eſt, juxta illud Evangelicum: (d) Si pes, manus, oculuſve tuus ſcandalizet te, erue illa, & proiice abs te.* Hæc patres, & rurſus ſequenti canone de poteſtate Epiſcoporum ſuper laicos his verbis (*e*):

(*d*) *Matt.* 5. (*e*) *Conc. Mogunt. c.*7.

XXIX. *Ut Epiſcopi poteſtatem habeant res Eccleſiaſticas providere, regere, & gubernare, atque diſpenſare ſecundum canonum auctoritatem volumus. Et ut laici in eorum miniſterio obediant Epiſcopis ad regendas Eccleſias, viduas, & orphanos defendendos, & ut obedientes ſint ad eorum Chriſtianitatem ſervandam; Conſentienteſque ſint Comites, & Judices Præſulibus ſuis ad juſtitias faciendas, juxta præcepta divinæ legis. Et nullatenus per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque per perjurium, aut per præmium divina lex in aliquo depravetur.* Hæc de his Patres, qui & (quod prætermittendum non eſt) inter alia etiam illud (*e*) conſtituerunt, ne ſacratiſſima Euchariſtia denegetur, condemnatis per judicem ad ultimum ſubeundum ſupplicium. Sed & adverſus illos ſacerdotes, qui confitentibus pro peccatis gravibus leves quoſdam & inuſitatos imponunt pœnitentiæ modos, conſuentes pulvillos, ſecundum (*f*) propheticum ſermonem, *ſub omni cubito, &c.* Canonem ſtatuerunt.

(*e*) *Eod. Concil. c.*27. (*f*) *Ezech.* 19.

Ad poſtremum autem cur velint ab ipſis ſtatuta confirmari per Regem, ita pandunt: *Hæc vero, quæ vobis tranſmiſſa ſunt, petimus, ut veſtra auctoritate firmentur, ut ſi quis adverſarius illis exiſtere voluerit, prævalere non permittatur. Dei enim cooperatores eſſe debetis, & adiutores ſanctæ ejus Eccleſiæ, quatenus religio Chriſtiana incontaminata temporibus Regni veſtri uſque in finem ſervetur.*

XXX Pſeudo-prophetiſſa.

Præter hæc, etiam ſpectant ad Concilium Moguntinum ea, quæ in iiſdem citatis antiquis Annalibus ita ſubiiciuntur: *Eodem anno pſeudoprophetiſſa Moguntiacum venit, quæ Salomonis Epiſcopi parochiam non minime deturbaverat. Nam certum conſummationis ſæculi diem, aliaque perplura Dei ſolius notitia cognita, quaſi divinitus ſibi revelata, ſcire ſe fatebatur, & eodem anno ultimum diem mundi imminere prædicabat. Unde multi plebeii utriuſque ſexus timore perculſi, ad eam venientes, munera illi ferebant, ſeque orationibus illius commendabant. Et quod gravius eſt, ſacri ordinis viri doctrinas Eccleſiaſticas poſtponentes, illam, quaſi magiſtram cælitus*

*deſtinatam, ſequebantur. Hæc in præſentiam Epiſcoporum apud S. Albanum deducta, & diligenter de ſuis aſſertionibus requiſita, presbyterum quemdam ſibi ea ſuggeſſiſſe, & ſe talia quæſtus cauſa narraſſe, profeſſa eſt. Quapropter Synodali judicio, publicis cæſa flagellis, miniſterium prædicationis, quod irrationabiliter arripuit, & ſibi contra morem Eccleſiaſticum vendicare præſumpſit, cum dedecore amiſit, ſuiſque vaticiniis tamdem confuſa finem impoſuit.* Hæc Annales: atque de his, quæ ad Moguntinam Synodum ſpectant, jam ſatis.

XXXI. Ethelvulphi Anglorum Regis pietas erga Roman. Eccl.

Contigit hoc item anno peregrinatio Ethelvulphi, ſive Athuulphi Regis Anglorum Romam ad Limina Apoſtolorum: Rex enim liberatus Danorum incurſionibus, haud multo poſt Romam voti cauſa petivit, ubi a Leone Quarto Pontifice benigne acceptus, fecit Romanæ Eccleſiæ eam quoque inſulæ partem, quam Egbertus pater ad Regnum adjunxerat, vectigalem, imitatus Inam, id quod ſupra commemoravimus, legeque ſancivit, ut qui ex ſuis poſſeſſionibus triginta denariorum vectigal in ſingulos annos caperent, aut plures domos haberent, pro eis, quas habitarent ſinguli ſingulos denarios quotannis Romano Pontifici ad diem feſtum Apoſtolorum Petri, & Pauli, vel ſummum ad Vincula Petri ſolverent. Quam legem quidam, licet falſo, Aluredo ejus filio aſſignant. Fuit is annus ſalutis humanæ octingenteſimus quadrageſimus ſeptimus. Idem fertur inſtauraſſe Romæ ſcholam quamdam, primo ab Offa Merciorum Rege conditam, & paulo ante ejus adventum in Urbem incendio fere conſumptam: (de quo incendio, ubi nam fieri contigerit, ſuperius dictum eſt) Rex autem Etheluulphus moratus eſt Romæ majorem anni partem, poſtea domum reverſus, non modo ſe clementem Principem, ſed optimum parentem omnibus ſuis præbuit, atque cuncta ad honeſti cultum, modeſtiamque referebat. Hæc ex antiquis rerum Angliæ monumentis Polydorus, qui ait etiam auctores fuiſſe Regi, ut adeo optime vitam inſtitueret, duos viros ſanctitate præclaros, Svitinum, qui & Svithunus, & Adelſtanum, ſive potius Helinſtanum. Extat breviter ſcripta ejus vita, ubi de eodem Rege habetur, quod cum ſacris eſſet ordinibus initiatus, nempe ſubdiaconatu, patre Egberto ſine herede moriente, a Leone Pontifice diſpenſatum, ut uxorem duceret. Svithunus autem, qui eum ab infantia enutrierat, poſt obitum ſancti Helinſtani Epiſcopi Vvintonienſis in ejus locum ſucceſſit, miraque claruit ſanctitate. De cujus obitu ſuo loco dicturi ſumus. Scimus tamen ejuſdem Regis peregrinationem Romam referri (a) ab aliis anno Domini DCCCLIV.

(a) *Matth. Vveſt. monaſt. an.* 854.

XXXII. S. Methodii patriarchæ Conſtant. obitus.

Cum jam ſatis in rebus Occidentalis Eccleſiæ anni hujus immorati ſimus, ad Orientalem inviſendam Eccleſiam tranſeamus, quæ hoc anno ex obitu S. Methodii Patriarchæ, graviſſimo affecta eſt damno. Ipſe ſiquidem Sanctus quartadecima die Junii (ut habent Acta ſuperius citata S. Joannicii Anachoretæ) ex hac vita migravit, cum ſediſſet (ut ait Curopalates) annos quatuor, qua die tum apud Græcos, tum apud Latinos relatus habetur in tabulas Eccleſiaſticas inter Sanctos, annis ſingulis jugi memoria celebrandus. ☞ At ex his, quæ ſuperius de eo dicta ſunt, reperies eum ſediſſe annos
quin-

PAGIUS XVI. *Celebris donatio Ethelvvolfi Regis Sax. Occidentalium.*

Ad num. XXXI. Polydorus Virgilius narrat, *Ethelvvolfum* Occidentalium Saxonum Regem voti cauſa Romam petiiſſe, legemque ſanciviſſe, *ut qui ex ſuis poſſeſſionibus triginta denariorum vectigal in ſingulos annos caperent, aut plures domos haberent, pro iis quas habitarent, ſinguli ſingulos denarios quotannis Romano Pontifici, ad diem Feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli vel ſummum ad Vincula Petri, ſolverent.* Quod quidem verum eſt, ſed falſum quod addit, eam donationem Regiam præſenti anno factam; ad quod cum Baronius animum non advertiſſet, ſcripſit Angliam hoc anno vectigalem factam fuiſſe ſubodoratus tamen id contigiſſe anno DCCCLV. quo commodius hac de re agemus.

XVII. *Moritur S. Methodius Patriacha Conſtantinop.*

Ad num. XXXII. & ſeqq. *Theodora* Auguſta inſtaurandæ pietatis in imperio Orientali ab *Iconomachis*, qui illud per annos triginta afflixerant, *Methodio* aptiorem non reperit, ideoque illum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Patriarcham præfecit, ipſo Imperii ſui initio, anno nempe DCCCXLII. *Sed eum Eccleſiam Dei optime ſanctiſſimeque per quadriennium rexiſſet, ad Deum ſempiterna potiturus pace abiit*, inquit Nicetas cognomento Paphlago in S. Ignatii, Methodii Succeſſoris Vita, Tom. VIII. Concil. pag. 1180. & ſeqq. integra recitata. Annos etiam quatuor *Methodio* aſſignant Porphyrogenneta, Curopalates, Cedrenus & Zonoras, dum de Michaele Balbo Imp. verba faciunt. Imo in Additamento Chronici Nicephori Patriarchæ Conſtantinop. cujus Auctor hoc ſæculo vixit, hæc verba leguntur: *Methodius Orthodoxus* (quia ſc. de Joanne hæretico proxime locutus eſt) *annis IV. menſibus III.* Quare cum Auctor Vitæ S. Joannicii Abbatis apud Surium ad diem IV. Novembris prodat, *Methodium* exceſſiſſe *ex hac vita quarto decimo Junii*, hunc die illo, ac anno octingenteſimo quadrageſimo ſexto ad Deum migraſſe, apud me certum licet, omnes Hiſtorici, qui poſt Baronium ſcripſere, ejus opinioni ſuffragentur. Continuator Nicephori, aut potius Librarius errat, cum ait, eum ſediſſe annos IV. menſes III. a die enim XIX. Februarii an. DCCCXLII. Dominicæ Orthodoxiæ ſacra ad diem XIV. Junii anni ſuperioris, fluxere anni quatuor, menſes tres, & dies viginti ſex, die emortuali excluſo. Quare loco, menſes III. legendum, *menſes IV.* ſicque Methodius ordinatus fuerat die VII. Februarii, in quem Dominica anno DCCCXLII. cecidit.
Ba-



quinque, & menſes quatuor. ☜

(a) *Nicol. epiſt.* 8.

Nicolaus Papa in (a) epiſtola ad Michaelem Imp. Methodium antonomaſtice Magnum appellat, ubi poſtea dum ipſum Imperatorem redarguit nihil tribuentem Romanæ Eccleſiæ, de hæreſibus tunc ab eo in Oriente profligatis, ſic de ipſo: *Fuerunt hujuſmodi hæreſes in Nicæa ſecundo convocata Synodo, & a Magno Methodio deinde ſubverſæ.* Et paulo poſt: *Et rurſum quaſi non & venerandæ memoriæ Methodius in Græcia perſecutione fervente, hic apud beatum Petrum, & apud nos (ubi olim Athanaſius, ubi Paulus, ubi plurimi cum illis & præter illos, ubi denique ſemper Catholicis ſubvenitur, conſequuti ſunt requiem) donec apprehenderet campum certaminis, jam ſatiatus lacte hujus matris omnium, ſanctæ videlicet Romanæ Eccleſiæ, Catholicum dogma defendere fuerit eruditus. Et quaſi non hinc auctoritatem prædicandi ſumpſerit, nec hic infulis ſacerdotalibus ditatus extiterit. Ad extremum, quaſi non hinc conſtantia Petri & omnia Pauli ad debellandos Iconomachos arma portaverit, id eſt, loricam juſtitiæ, calceatos pedes in præparatione Evangelii pacis, ſcutum Fidei, galeam ſalutis, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Non ergo dicatis, non eguiſſe vos in cauſa pietatis Romana Eccleſia, quæ collecta Concilia ſua auctoritate firmat, ſua moderatione cuſtodit; unde quædam eorum, quæ conſenſum Romani Pontificis non habuerunt, valetudinem perdiderunt.* Hæc de Sancto Methodio Nicolaus.

XXXIII.

Cum autem certum ſit ipſum fuiſſe virum doctiſſimum, ſcriptorum ejus nulla vidimus monumenta, niſi qui recitatur apud Theodorum canon de non appetendo Eccleſiaſticam præfecturam, & quod de eo teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius in epiſtola (b) ad Carolum Calvum Imper. ab eo ſcriptam fuiſſe vitam S. Dionyſii Areopagitæ, quam ipſe Latinitati donavit. Nam in fine ejus epiſtolæ habet iſta: *Hujus autem, nempe Dionyſii, paſſionis textum beatus Methodius, qui a Sede Apoſtolica Conſtantinopolim presbyter miſſus, ejuſdem urbis tenuit Pontificium, & ex tunc inter Sanctos ab omnibus ob ſuæ confeſſionis & agonis certamen veraciter veneratur & colitur, edidit pauca de multis præcedentibus ſcriptis excerpens.* Hæc Anaſtaſius in fine ſuæ ad Imperatorem epiſtolæ: quod etiam teſtatur Hincmarus in epiſtola ad eumdem Imperatorem data, ipſo ejus exordio.

(b) *Extat in Areop. in fin. apud Sur. to.5. die 9. Oct.*

XXXIV. Ignatius creatur Epiſcopus Conſt.

De ſucceſſore autem Methodii ita Curopalates: *Vita functo beatiſſimo Methodio, per ſexdecim annos Eccleſiam Conſtantinopolitanam moderatus fuerat Ignatius, Nicephori Imp. ex filia nepos, filius autem Michaelis Imper. qui Regno exciderat; poſtquam Regno & genitalibus privatus, eunuchus factus, monaſterium ingreſſus fuerat, & monaſterii Satyri præfectus, ad Patriarchatus ſedem adducitur.* Hæc ipſe, Nicetas cognomento David, qui ſcripſit vitam ejuſdem Ignatii, teſtatur prædictum illi fuiſſe a Theophane præfecto monaſterii Syncriani egregii Confeſſoris, futurum ipſum
Pa-

PAGIUS XVIII. *Joannicius illi ſuperſtes fuit.*

Baronius *Methodii* mortem in hunc annum differt, quod Auctor Vitæ Sancti Joannicii ſcribat, hunc Sanctum Abbatem dixiſſe, *quod non multum tempus poſt ſuum deceſſum viveret Methodius. Qua quidem in re non fuit falſus. Tertio enim die poſtquam hæc dixiſſet (erat vero tertius Novembris) D. Joannicius ſpiritu quidem migrat ad Deum*, Methodius autem *octavo menſe poſt illius deceſſum exceſſit ex hac vita XIV. Junii*, ideoque hoc Chriſti anno; cum *Joannicius* menſe Novembri antecedentis mortuus ſit, ut ibidem oſtendimus. Verum non dubito, quin Auctor incertus Vitæ Sancti hujus Abbatis licet gravis, hac in re erraverit, eique *Nicetas* Ignatio æqualis, quem & omnes Græci ſecuti ſunt, præferri debeat. *Methodii* Conſtantinop. Patriarchæ Opera attributa fuere alteri Methodio Patarenſi Epiſcopo, Seniori vulgo appellato, uti ejus Oratio *de Symeone & Anna, quo die Domino in templo, occurrerunt*, ac de *Sanctiſſima Deipara*, quam Combefiſius perperam adſcribit Methodio Seniori, & Oratio *in Ramos Palmarum*, quæ inter Opera Methodii Senioris legitur. Compoſuit etiam *Encomium S. Dionyſii Areopagitæ & Martyris*, & Encomium S. Agathæ Virginis & Martyris, quod utrumque ad nos pervenit. Porro non exiſtimandum, *Methodium* ex antiquis Græcorum Monumentis accepiſſe, quæ de Martyrio S. Dionyſii tradit; cum non niſi ſæculo octavo Dionyſius Areopagita cum Pariſienſi confuſus fuerit. De utroque Methodio legendi Allatius in Symphoſio decem Virginum, Combefiſius in Apparatu ad Bibliothecam Patrum Concionatoriam, & Oudinus in Supplemento Script. Eccleſiaſt. Altero argumento oſtendo *Methodio* vita functo *Joannicium* adhuc vixiſſe.

XIX. *Joannicii conſilio S. Ignatius in Methodii locum ſubrogatur.*

Methodio enim ſucceſſit S. Ignatius, de quo Nicetas in ejus Vita poſt laudata verba ſcribit: *Multis vero tum ad Eccleſiæ adminiſtrationem deſignatis, aliiſque alias ob cauſas voto fruſtratis, uti deſtinata Dei ſententia ſtaret, Ignatius Sanctiſſimus Presbyter, cum per multos annos Sacerdotii muneribus magna cum laude perfunctus eſſet, bonumque ſibi in multa auctoritate & in Jeſum Chriſtum fide jam gradum extruxiſſet, ac propterea omnium ore celebraretur, quamtumvis dignitatis magnitudinem refugiens, vi tamen Sancti Spiritus & Antiſtitum auctoritate & ſententia, honore ſacro digniſſimus judicatus in imperantis Urbis ſacra Sede collocatur, lucernaque candelabro imponitur, cum ante omnium Epiſcoporum & populi ſententias Imperatrix ad Joannicium Anachoretam conſultum miſiſſet ecquemnam hoc Patriarchatus honore dignum, per Dominum cognoſceret; Ignatium eximius ille Joannicius divinitus pronunciavit.* Ordinatus eſt S. Ignatius die quarta menſis Julii anni ſuperioris, in quam Dominica cadebat, uti ex dicendis an. DCCCLVIII. conſtabit. Quibus poſitis quomodo verum eſſe poteſt, quod ſcribit Auctor Vitæ S. Joannicii numero præcedenti
lau-

Patriarcham Conſtantinopolis. Addit vero, conſuluiſſe Imperatorem & matrem ejus hoc tempore ſanctum Joannicium Anachoretam; quis in ſede Patriarchali collocandus eſſet, ipſum vero reſpondiſſe, eligendum eſſe Ignatium. Hæc Nicetas pluribus, cujus nobile antiquitatis monumentum, utpote auctoris, qui res geſtas ſui temporis fideliſſime ſcripſit, hactenus Latinis incognitum ex Græco codice Columnenſis Bibliothecæ, quæ Sirleti Cardinalis viri doctiſſimi fuit, noſter Federicus Metius erutum in Latinum vertens, egregio munere noſtros locupletavit Annales.

XXXV. Porro de legitima promotione Ignatii, ejuſque virtutibus, quibus tanto throno dignus videbatur, ſcripſit Michael Imp. litteras ad Leonem Papam, prout teſtatur Nicolaus Pontifex in epiſtola ad eumdem Imperatorem poſt annos ferme duodecim data, cum a Patriarchatu fuit ejectus, in qua iſta primum leguntur: *Denique conſiderare libet, quid ſibi vult hoc, quod per duodecim fere jam annos regiæ urbis veſtræ innocue ſacerdotium agere, & ſanctis virtutibus pudicitiæ caſtitatiſque florere dictum Ignatium non ſolum per veſtras innotuiſtis litteras, ſed etiam ſynodicis vocibus ejus ſub tempore habitis, magnis honoribus epiſtolæ veſtræ fatentur, quas præ manibus tenemus, commendaſtis jugiter, & extaliſtis, minime eum ad Apoſtolicam Sedem invaſo-*

PAGIUS laudatus, *Methodium* nempe Joannicio menſibus octo ſuperfuiſſe; cum Theodora Auguſta mortuo Methodio, de eo quem in locum ejus ſubrogare deberet, *Joannicium* conſuluerit? Quare hic iterum inſinuanda regula ſubinde a nobis infra inculcanda, Auctores ſc. coætaneos & ſuppares in rerum ſuo tempore geſtarum narratione quandoque falli; cum Auctor Vitæ S. Joannicii licet valde antiquus, ut ex ejus lectione colligere eſt, *Joannicium* ante Methodium demortuum perperam referat. Ad hunc Nicetæ locum animum adverterat Baronius, cum num. XXXIV. tradat, ſcribere Nicetam, *conſuluiſſe Imperatorem & matrem ejus hoc tempore S. Joannicium Anachoretam, quis in ſede Patriarchali collocandus eſſet.* Sed cum hæc literis mandaret, non meminit ſe jam anno ſuperiori ejuſdem *Joannicii* obitum conſignaſſe. Hæc itaque Baronii opinio amplius ſuſtineri non poteſt.

XX. *Bodo apoſtata Chriſtianis infeſtus.*

Annaliſta Bertinianus ad hunc annum ſcribit: *Bodo, qui ante annos aliquot Chriſtiana veritate derelicta ad Judæorum perfidiam conceſſerat, in tantum mali profecit, ut in omnes Chriſtianos Hiſpaniæ degentes, tam Regis quam gentis Saracenorum animos concitare ſtatuerit, quatenus aut relicta Chriſtianæ fidei Religione ad Judæorum inſaniam, Saracenorumve dementiam ſe converterent, aut certe omnes interficerentur. Super quo omnium illius regni Chriſtianorum petitio ad Carolum Regem regnique ſui Epiſcopos, ceteroſque noſtræ fidei ordines lacrymabiliter miſſa eſt, ut memoratus apoſtata repoſceretur, ne diutius Chriſtianis illic verſantibus aut impedimento aut neci foret.* De Bodone Diacono, qui relicta Chriſtiana Religione Judæus effectus eſt, & in Synagogis cum eis Chriſtum & ejus Eccleſiam blaſphemavit, jam anno DCCCXXXVIII. locuti ſumus.

XXI. *Carolus Rex cum Hiſpaniæ Sarraceniis pacem init.*

*Legati Abdirhaman Regis Saracenorum a Corduba Hiſpaniæ ad Carolum pacis petendæ, fœderiſque firmandi gratia veniunt; quos apud Remorum Durocortorum decenter, & ſuſcepit, & abſolvit*, inquit ibidem Annaliſta Bertinianus. Marca lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 27. exiſtimat, Abderraman Regem Saracenorum in Hiſpania pacem a Carolo per Legatos expetiiſſe, ut domeſticis ſeditionibus par eſſet. Incidit enim in hæc tempora, quod de *Muza* Duce refert Sebaſtianus Salmanticenſis Epiſcopus, quem ait, ab Abderramane Rege palam deficientem, incredibili celeritate occupaſſe *Oſcam*, Cæſarauguſtam, & Tutelam, tum Toletum, evocantibus illum Civibus, eique *Lupum* filium ſuum præfeciſſe. Addit, eum bella dein cum Francis feliciter egiſſe, adeo ut eum Karolus Rex muneribus ſibi conciliandum exiſtimaverit, quæ circa annum DCCCLII. amiſit in pugna, qua victus fugatuſque eſt ab Ordonio Rege Aſturum. *Munera* inquit Sebaſtianus, *quæ ei Carolus Rex Francorum direxerat, perdidit.* Certamina *Muzæ* cum Francis conſtitere intra limitem Hiſpanicum, ut recte obſervat Ambroſius Morales lib. 13. cap. 55. Neque enim populabundus in Gallias irrupit, ut ſibi cum Mariana perſuaſere Blanca, Garibaius & Abbas Brizius, iſta de ſuo addentes narrationi Sebaſtiani inquit Marca, qui poſtea eoſdem Auctores refellit, qui *Muzam* genere Gothum, ſed ejurata religione Chriſtiana Maurum profeſſione fuiſſe docent, quod Sebaſtianus aſſerat, eum fuiſſe *natione Gettulum;* cum tamen *Getuli* eſſent populi Africæ Mauritanis proximi, ideoque ſignificet Sebaſtianus, *Muzam* non fuiſſe ex Mauris Hiſpanienſibus, ſed Afrum ex Getulia.

XXII. *Incurſiones Saracenorum & Normannorum.*

Idem Annaliſta Bertinianus hæc narrat: *Dani partem inferioris Galliæ, quam Britones incolunt, adeuntes, ter cum eiſdem bellantes ſuperant. Nomenogiuſque* ( Britonum Dux ) *victus cum ſuis fugit. Dein Legatos muneribus a ſuis eos ſedibus amovit.* Ubi legendum, *per Legatos.* Subdit idem Auctor: *Hlotharius, Hludovvicus & Carolus Legatos ad Oric Danorum Regem deſtinant mandantes, ut ſuos Chriſtianorum infeſtationibus cohiberet; ſin alias bello ſe impetendum nullatenus dubitaret. Ea tempeſtate Mauri & Sarraceni Beneventum invadunt, & uſque ad Romana confinia populantur. Dani Aquitaniam maritimam impetunt & prædantur, Urbemque Burdegalam diu oppugnant. Alii quoque Danorum Emporium, quod Doraſtadum dicitur, & inſulam Batavam occupant atque obtinent.*

XXIII. *Conventus Francorum apud Marſnam.*

Habitus hoc anno *Conventus* a tribus fratribus Francorum Regibus, *Lothario, Ludovico & Carolo*, menſe Februario apud *Marſnam*, quæ fuit villa Regia in finibus Tungrorum, ad flumen Moſam ſita, vulgo *Merſen*, in quo de Concordia & Pace inter eoſdem actum, variaque ſtatuta, ut videre eſt in Capitularibus Caroli Calvi a Sirmondo publicatis. Ex Decretis ibidem conditis, quam in miſero ſtatu Gallia hoc tempore verſaretur, intelligimus. In ſexto enim dicitur, *ut rapinæ & deprædationes, quæ quaſi jure legitimo hactenus factæ ſunt, penitus interdicantur, & nemo ſe impune poſt hac eas præſumere poſſe confidat.* In octavo vero, *Ut nul-*



*ſoris, vel alicujus criminis opinione notantes, nunc invide damnaſtis.* Et paulo poſt: *Nos quidem de nobiliſſimo viro Ignatio Patriarcha non tantum hæc, verum & illud comperimus, quod non ſolum genere claruit, verum etiam a primævo ſuæ ætatis per ſingulos Eccleſiaſticos gradus aſcendens ex monaſtica vita, omni Eccleſiaſtico cœtu conſentiente* ( *ſicut in apicibus, quos ſanctiſſimo Leoni Præſuli prædeceſſori noſtro deſtinaveratis, comperimus* ) *Epiſcopatus culmen promeruit.* Hæc de his Nicolaus.

Chri-

PAGIUS *nullus in omni eorum Regno deinceps raptum facere præſumat, aut ſi fecerit, legaliter puniatur.*

XXIV. *Obitus Caliphæ Babylonienſis.*

Anno Hegiræ CCXLII. ſex diebus ante finem *Dzulhaggiæ*, qui menſis ultimus eſt hujus anni Arabici, abſolviturque die decima ſexta Auguſti noſtri, obiit *Haron Vaticus Billa* Calipha Babylonienſis, juxta Eutychium, qui hoc tempore vivebat, & Abul-Pharaium. Eum excepit *Almontaſen*.

I. Leo Papa agit de nova erigenda civitate in Vaticano.

CHriſti Redemptoris annus octingenteſimus quadrageſimus octavus Indictione undecima inchoatur, quo Leo Papa agens in Pontificatu annum ſecundum, opus ingens aggreditur, nimirum ut novam conſtruens civitatem, mœnibus ambiret baſilicam ſancti Petri, ne ſic, ut antea fuerat, Sarracenorum jugiter pateret incurſibus, idque non ſine nutu divino, ut Anaſtaſius Bibliothecarius narrat his verbis: *Dum univerſa Romanorum nobilitas pro illa deprædatione, quam jamdudum nefandi ac malevoli Sarraceni intulerunt, in nimia lamentatione conſiſterent, ne deinceps, niſi Eccleſia B. Petri Apoſtoli undique munita citius foret, pejora valuiſſent committere, idem amabilis Pontifex magnam pro Romanis omnibus cœpit habere anguſtiam, & quo modo, vel ordine ab eorum cordibus tantum potuiſſet mœrorem ſive timorem auferre, anxius cogitare. Cum in his diuturnis curis & angoribus deſudaret, Deo revelante, hujuſmodi prorſus conſilium ſumpſit, ut hoc ipſum ſuo dilecto & ſpirituali filio Lothario luce clarius indicaret Auguſto, quatenus per illius,* Deo *annuente, adjutorium atque conſilium civitatem illam ædificaret, quam prædeceſſor ejus Leo Tertius juxta Eccleſiam prænominatam Apoſtoli ædificare cœperat, & multis in locis fundamenta poſuerat, licet poſt ſuum tranſitum a quibuſdam ablata fuiſſent hominibus, ita ut nec altius appareret, ubi poſt ejus incboationem præfatus miſſus erat murus: quod ſi vita comes adeſſet, deſideratum opus, Chriſto ſociante, ad effectum vellet perducere.*

Leo Tertius opus inchoaverat.

II. *Hoc denique piiſſimus ac ſereniſſimus Cæſar agnoſcens, magna eſt illico lætitia, & exultatione repletus; roganſque jam fatum ſummopere Præſulem, patremque per omnia ſpiritualem, ut tanti operis, & temporis fabricam ſedulo labore perficeret: ad eam ipſe una cum ſuis fratribus non modicas argenti libras direxit, ut ſicut dictum eſt, tam proficuum opus indeliberatum minime remaneret. Ex quo nuntio ſatis præoptato Præſul præcipuus ultra modum hilaris eſt effectus. Cæpit autem ex tunc de prædicto negotio valde eſſe ſolicitus; convocanſque cunctos ſanctæ Dei Eccleſiæ fideles, petivit ab eis conſilium, qualiter tantorum murorum cito valuiſſet fabrica conſummari. Tunc omnibus viſum eſt, ut de ſingulis civitatibus, maſſiſque univerſis publicis, & monaſteriis, per vices ſuas homines generaliter venire feciſſet, ſicut & factum eſt. Quamobrem ſecundo præſulatus illius anno præfata civitas ædificandi ſumpſit exordium, & in ſexto magnis & admirabilibus omnibus fabricis civitas undique eſt conſummata.* Hæc de exordio conſtruendæ civitatis Anaſtaſius.

Imp. Lotharius & fratres Reges Francorum miniſtrant pecuniam pro nova Civitate.

III. Quando autem fuerit ipſa, cum eſſet jam perfecta, ſolemni ritu conſecrata, ſuo loco ex eodem auctore dicemus. At quod idem auctor ſuperius dicat id factum duodecima Indictione, dictis non repugnat, ſiquidem hoc eodem anno ad finem Septembris menſis, undecima abſoluta Indictione, incipit duodecima. Porro augebat metum, quod certo nuntio perlatum eſſet claſſem Venetam a Sarracenis penitus exciſam eſſe ad ſinum Crotoniatem, ita ut ne lembus quidem incolumis evaſiſſet, ut ejus civitatis Annales produnt. Hæc de rebus urbicis.

Hoc eodem anno ſecunda Synodus Moguntina ſub Rabano Archiepiſcopo celebrata eſt, ut iidem antiqui a Pithœo editi Francorum Annales teſtantur his verbis: *Circa Kalendas autem Octobris generale placitum Rex Ludovicus habuit apud Moguntiacum, in quo Legatos fratrum ſuorum, & Northmannorum, Sclavorumque ſuſcepit, audivit, & abſolvit. Homines autem Rabani Epiſcopi adverſus dominum ſuum conſpirantes, publice convictos cum eo pacificavit. Legatos ſuos ad fratrem ſuum Lotharium in Theodonis villa placitum habentem pro Gislaberto, qui eodem anno ad fidem ejus venerat, reconciliationis gratia direxit. Gotheſchalcus quoque quidam presbyter de prædeſtinatione Dei prava ſentiens, rationabiliter, ut plurimis viſum eſt, convictus, & ad proprium Epiſcopum Hincmarum Rhemos tranſmiſſus eſt, prius tamen juramento confirmans, quod in Regnum Ludovici ultra non rediret.* Hucuſque Annales.

Concilium Moguntinum poſterius.

IV. Agit de hac eadem Synodo quoque Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, in eo tamen errans, dum ait juſſu Lotharii Imperatoris conveniſſe Epiſcopos, cum id factum per Ludovicum Regem in Regno ipſius non ſit dubium: nam nullam Lotharium facultatem habuiſſe diſponendi aliquid in Regno Germaniæ ſpectante ad Ludovicum, certum eſt, ait enim: *Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus juſſu Lotharii Imp. Synodum apud Moguntiam Epiſcoporum & Abbatum convocavit, anno Domini octingenteſimo quadrageſimo octavo Kalendis Octobris, Indictione undecima. Et hic error.* Nam ſi convenerunt Patres ad Kalendas Octobris, jam Indictionem duodecimam inchoatam oportuit. Sed pergit: *In qua hæreticum quemdam * Godſcalcum presbyterum condemnavit: & multa ad decorem & utilitatem Eccleſiaſticam conſtituit. Fuerunt inter alios præſentes ibi celeberrimi viri Epiſcopi * Hecti Archiepiſcopus Trevirenſis, Hildeboldus Archiepiſcopus Colonienſis, Altfridus Epiſcopus Hildesheimenſis, Haymo Epiſcopus Halberſtatenſis, Ludericus Epiſcopus Bremenſis, Lintbertus primus iſte Abbas S. Aurelii Hirſaugienſis, Vualdo Abbas Fuldenſis, Einhardus Abbas Selgenſtetenſis, Brunnuvart Abbas Hirsfeldenſis, Bertholdus Epiſcopus * Mediolacenſis Adventitius Abbas Metenſis, Radulphus Abbas ſancti Medardi Sueſſionenſis, poſtea Bituricenſis Archiepiſcopus, & alii multi Epiſcopi, & Abbates, & monachi, inter quos complures erant vita & doctrina famoſiſſimi.* Hæc ipſe. Cæterum de Gotheſcalco damnato in Concilio Moguntino Sigebertus agit anno ſequenti.

* Gotheſcalcum

* Hetto

*

V. Quod autem ſpectat ad Gotheſcalcum hæreticum in hoc Concilio condemnatum, ut cuncta, quæ ad eum ſpectant, ſimul intelligas: hic tibi recitanda ſunt, quæ de eo poſtea Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus ſcripſit ad Nicolaum Papam: quæ quidem epiſtola extat apud (a) Frodoardum in hiſtoria, quam ſcripſit de Eccleſiæ Rhemenſi, in qua hæc poſt alia:

(a) *Frod. hiſt. Rhem. l. 3. c. 13.*

De Gotheſcalco Hincmarus ad Nicolaum Pap.

*Guido mihi nuntiavit, quod cum eo de condemnatione & captivitate Gotheſcalci verba feciſtis. Et quamvis jam alii de eo vos allocuti fuerint: nihilominus Odoni Epiſcopo quoſdam articulos ad veſtram ſanctitatem deferendos dedi, quos ex doctoribus Catholicis contra impiam opinionem iſtius hominis peſtilentiſſimi excerpſi; de quibus nihil adhuc mihi reſpondiſtis. Quidam tamen Epiſcopi, ad quos certe hoc factum non ſpectabat (quia nec charitas, ut manifeſte demonſtrarunt, eos impellebat, nec etiam auctoritas) me ex improviſo litteris, quas per hominem laicum miſerunt, in conciliabulum (vos prohibetis vocare Synodum) ab his in urbe Metenſe a paucis diebus habitum convocarunt, ut totius hujuſce facti rationem redderem. Me inquam importune acceſſiverunt, quatuor dies ante ipſum conven-*



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXVI Anno Hegiræ CCXXXIV. inchoato die 5. Auguſti fer. 1. A. C. 848.

ANNO PERIODI GRÆCO ROMANÆ 6341.

☉ 17. AG. ☽ 13. P. 25. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 848.

LEONIS IV. PAPÆ 2.

LOTHARII IMP. 29. & 9.

MICHAELIS IMP. 7.

I. *Gotheſcalcus varios errores pargit.*

AD num. III. & ſeqq. Synodi Moguntinenſis II. in qua *Gotheſcalcus* Monachus damnatus ad Remorum Metropolitam remiſſus eſt, meminit Annaliſta Fuldenſis, ac etiam ſæpe Hincmarus, maxime in capite 2. poſterioris Operis adverſus Gotheſcalcum & Prædeſtinatianos ſcripti, ubi & Synodalem Epiſtolam a Rabano Metropolita Moguntinenſi de Gotheſcalco ad ſe miſſam profert. Extat ea in Tomo III. Conciliorum Galliæ. *Rabanus* inſuper tres hac de re ſcripſit Epiſtolas, ad Hincmarum Remenſem, ad Notingum Veronenſem Epiſcopos, & ad Eberardum Comitem in Italia, ibidem a Sirmondo recitatas *Gotheſcalci* cauſa magna animorum contentione ſæculo noſtro recruduit, quam tam ex Veteribus, quam ex Mabillonio in Præfatione ad partem II. Sæc. IV. Benedict. cap. 2. Natali Alexandro part. II. Sæculi IX. & X. Diſſert. V. aliiſque recentibus explicabimus, quia poſt Baronii mortem varia publica Monumenta e tenebris eruta, quorum ſubſidio hæc Hiſtoria clarior evaſit.

II. *Præſertim Prædeſtinatianorum.*

Gotheſcalcus itaque *Monaſterii Orbacenſis, Paraciæ Sueſſioniacæ Monachus* fuit, ut docet Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCXLIX. ſub Bavone Orbacenſi Abbate multam dedit operam legendis Sanctorum Patrum libris, maxime Auguſtini, cujus ſententias, teſte Hincmaro, totas dies memoria proferre ſolitus erat. *Lupo* Ferrarienſi Abbati, *Vualafrido* Augiæ divitis etiam Abbati, amiciſſimus fuit, ut patet ex Epiſtola XXX. ejuſdem Lupi, & ex gratulatorio Carmine, quod ipſi Walafridus cecinit. A Rigboldo Remenſis Eccleſiæ Chorepiſcopo Presbyter ordinatus Romam ſe contulit, ac diu multumque divagatus cœpit ſpargere *Prædeſtinatianorum* errores. In domum deinde Comitis Eberardi, unius e primis Lotharii Aug. Optimatibus in Italia aliquantiſper hoſpitatus eſt. Ubi dum verſaretur, collationem habuit cum *Notingo* de Gemina Prædeſtinatione, ſive electorum ad vitam, ſive reproborum ad mortem, ut tradit Hincmarus lib. de Prædeſtinatione Dei, & Libero Arbitrio cap. 2. & in Epiſtola ad Nicolaum I. a Baronio recitata.

III. *Refellitur a Rabano.*

Quod ubi rumore vulgante Rabanus jam Archiepiſcopus Moguntinus accepit, literas dedit ad Eberardum Comitem, in quibus ait: *quia divulgatum in iſtis partibus conſtat, quemdam ſciolum nomine Gotheſcalcum apud vos manere, qui dogmatizat, quod prædeſtinatio Dei omnem hominem ita conſtringat ut etiam ſi quis velit ſalvus fieri & pro hoc fide recta atque bonis operibus certet, ut ad vitam æternam per Dei gratiam veniat, fruſtra & in caſſum laboret, ſi non eſt prædeſtinatus ad vitam: quaſi Deus prædeſtinatione ſua cogat homines interire, qui auctor eſt ſalutis noſtræ, non perditionis. Et jam hinc multos in deſperationem ſuimet hæc ſecta perduxit, ita ut dicant: quid mihi neceſſe eſt pro ſalute mea & vita æterna laborare? quia ſi bonum fecero, & prædeſtinatus ad vitam non ſum, nihil mihi prodeſt, ſi autem malum egero, nihil mihi obeſt, quia prædeſtinatio Dei me facit ad vitam æternam pervenire.* Tum oppoſitis Auguſtini quibuſdam teſtimoniis, in fine Comitem monet, prohibeat Gotheſcalcum ab hac ſecta, ne hac licentia in prædicando ſcandalum fiat infirmis. Literæ datæ ſunt *X. Kal. Maii*, apud Ughellum Tom. III. pag. 696. eodemque tempore alias etiam ejuſdem argumenti dedit ad *Notingum* Veronenſem Electum.

IV. *Damnatur in Synodo Moguntina.*

His literis pulſatus *Gotheſcalcus* Eberardi ædibus exceſſit: tum peragratis Morico, Suevia, & aliis quibuſdam Germaniæ partibus, ut prodit Annaliſta Bertinianus, Moguntiam tandem acceſ-

ventum, non animadvertentes, quod ego Metis octoginta mille paſſibus & plus diſtabam, & Gotheſcalcus pluſquam centum mille.

VI. Mores Gotheſcalci hæretici.

Hanc ob cauſam nunc vobis pauca aperire deſidero, quomodo antequam Epiſcopus ordinatus fuiſſem, iſte Gotheſcalcus monachus monaſterii Eccleſiæ Metropolitanæ Rhemenſis, dicti Orbei, diœceſis Sueſſionenſis (ut hujus Abbas & monachi, cum quibus verſabatur, teſtantur) homo animo elatus, quietis impatiens, novorum verborum cupidus, inſatiabili honoris ambitione incenſus, protervus & tumultuoſus, ut inani animi oſtentatione & falſa quadam novitate ſui nominis famam adipiſceretur, adeptam latius opinionem propagaret, & propagatam ab oblivionis injuria vindicaret, certos articulos omnium falſarum doctrinarum, quas tunc in his partibus huc & illuc diſperſas eſſe noverat, elegit & collegit, ut iſtis illecebris & lenociniis ſimplicium devotorumque ſenſus ineſcaret, & ineſcatos perverteret; & magiſtri nomen uſurpans, diſcipulos ad ſe pelliceret, & pellectos ſeduceret vitæ religioſæ ſimulatione; & iis præeſſet doctrina, qui a veritate auditum avertentes, & ad fabulas ſe convertentes, ad ſua deſideria magiſtros coacervant prurientes auribus. De eodem inſuper hæretico idem Hincmarus in epiſtola ad Hincmarum item dictum Epiſcopum Laudunenſem, deque ejus ſubdola arte in decipiendo, habet iſta obſervatione digna: Dum laudari hæretici tamquam de excellenti ingenio cupiunt, quaſi nova quædam proferunt, quæ in antiquorum Patrum libris non tenentur: ſicque fit, ut dum videri ſapientes deſiderant, miſeris ſuis auditoribus ſtultitiæ ſemina ſpargant. Et quoniam hoc egiſſe Godeſcalcus in conventu Epiſcopali convictus fuit: idem Concilium (ſicut ſcriptum eſt (a): Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat) ſilentium ei impoſuit: mihi illum ad cuſtodiendum commiſit. Hæc ibi, quæ ad præſens Concilium ſpectant, Hincmarus. Pergit vero cœptam hiſtoriam:

(a) Prov. 26.

VII.

Idem Godeſcalcus ordini ſacerdotali a Decano Rhemenſi initiatus (hæc autem promotio conſtitutionibus Eccleſiaſticis reluctabatur) contra ſuam regulam monaſticam ſuo monaſterio egreſſus eſt, & disjunctiſſimas terras peragravit, ut ſuæ falſæ doctrinæ virus ſemper evomeret. Tamdem cum in civitate Maguntienſi Synodus coacta eſſet, huic interfuit, & ibi librum ſui erroris Archiepiſcopo Rabano obtulit. Qui ab omnibus Epiſcopis Germaniæ damnatus fuit, & cum litteris Synodi ad Eccleſiam Metropolitanam Rhemenſem miſſus, cujus tunc gratia Dei habenas moderabar. Epiſcopi provinciæ Galliæ Belgicæ, & aliarum provinciarum hunc audiunt, & comperientes hunc hæreticum eſſe, decernunt, ut in quodam monaſterio noſtræ diœceſis Rhemenſis captivus detineretur, quia reſipiſcere noluit, & ut etiam qui ſeipſum non amabat, aliis non officeret; dico expreſſe, noſtræ diœceſis Rhemenſis, quamvis Sueſſionenſis eſſet. Viſum autem eſt, quod Rhotadus nequibat illi reſiſtere. Adde quod verebamur (quia novitatum auctor eſt) ne is, qui recta & honeſta diſcere noluit, ut ea doceret: colloquiis pravis iſtum corrumperet, & is ejus veſtigia ſequens, a Catholica Fide deficeret. Quod autem Gotheſcalcus hoc in monaſterio in carcerem conjectus fuit, id factum eſt, ne ſua prava converſatione alios inficeret. In eo igitur ſequuti ſumus S. Pauli doctrinam, dicentis (b): Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui hujuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus. Verum & Leo Papa

(b) Tit. 3.

pa

PAGIUS

acceſſit. Id ubi comperit Rabanus, ſtatim Moguntiæ Synodum indixit, & hoc anno circa Kalendas Octobris, ut teſtatur Annaliſta Fuldenſis Ludovico Germaniæ Rege præſente, celebravit. Tum Rabano atque Synodo Gotheſcalcus libellum ſui erroris porrigens, ut habet Hincmarus de Prædeſtinat. cap. 2. damnatus, cum literis Synodalibus ad Remorum Metropolim eſt remiſſus. Id ſignantius explicat Hincmarus in cap. 5. ubi ait, Gotheſcalcum librum ſuæ viroſæ conſcriptionis Rabano Archiepiſcopo porrexiſſe, ejuſque librum reprehendiſſe, in quo poſitum reperit, quod impii ſive reprobi non ſint divinitus ad damnationem prædeſtinati: itemque chartulam ſuæ profeſſionis eidem Rabano obtuliſſe. Quas Synodicas dicit literas Hincmarus in cap. 2. eaſdem ibidem, ſed nomine tantum Rabani poſt Synodum ſcriptas refert, quarum hæc ſumma eſt: „ nempe quemdam Girovagum Monachum nomine Gotheſcalc, qui ſe „ aſſerebat Sacerdotem, in Rhemenſi Parochia „ ordinatum, de Italia veniſſe Moguntiam no„vas ſuperſtitiones, & noxiam doctrinam de „ Prædeſtinatione Dei introducere, & populos „ in errorem mittere, dicentem, quod Præ„deſtinatio Dei ſicut in bono ſit, ita & in „ malo. Qua de opinione hominem in Synodo „ Moguntina correptum, ſed incorrigibilem „ repertum, annuente atque jubente Ludovico „ Rege damnatum ad Hincmarum mitti qua„tenus eum recluderet in Parochia ſua, & non „ ſineret eum amplius errorem docere, & ſe„ducere populum Chriſtianum. Porro hujus Concilii Moguntinenſis, & damnationis Gotheſcalci meminere Annaliſtæ Hildesheimenſis & Lambertus Schafnaburgenſis in Chronicis, uterque ad hunc Chriſti annum.

V. Quid de prædeſtinatione ſenſerit Gotheſcalcus.

Gotheſcalcum in quæſtionibus de Libero Arbitrio, & de Voluntate Dei ac Redemptione Sanguinis Chriſti ad omnium ſalutem effuſi Rabanum, veluti Semipelagianum traduxiſſe diſcimus ex Hincmaro in lib. de Prædeſtinat. cap. 5. His ita præmiſſis, inquit ponamus quæ Gotheſcalcus ſignifer & prævius, atque hujus

pra-



pa de Eutyche ait: Debebat ſuam opinionem deſerere, quia vivebat ſententiam ſuæ temerariæ ſtultitiæ auribus Catholicorum diſtillare, & non ita Antiſtites Eccleſiæ exacerbare, ut damnari meruerit; quam quidem condemnationem nullus poterit reſcindere, ſi in ſuo perverſo errore perſiſtat. Quod ſi ad doctrinam Catholicam redire voluiſſet: fui ſemper, & adhuc ſum paratus, hunc ad communionem Catholicam admittere. Sic enim venerabiles Epiſcopi ſtabilierunt, ſicuti etiam ego illi omnia ad corporis victum neceſſaria ſuppeditari facio.

Verum ſi veſtra ſapientia Catholica articulos ſcire velit, quos contra Fidem Eccleſiæ docere videtur, & quos ex vetere hæreſi Prædeſtinatianorum hauſit (quæ primum fuit in Africa impugnata, & poſtea in Francia, eodem tempore, quo hæreſis Neſtoriana ſub Cæleſtino Papa, tam hujus auctoritate, quam cura & vigilantia S. Proſperi convicta fuit) vobis ordine exponam non omnes articulos, quos tuetur, ſed tantum quoſdam eorum, qui tamen maximi momenti ſunt.

VIII. Errores Gotheſcalci hæretici.

Dicit igitur id, quod antiqui Prædeſtinatiani etiam dicebant: Quod ſicuti Deus quoſdam prædeſtinavit ad vitam æternam; ſic etiam alios ad mortem æternam prædeſtinavit. Quod Deus non vult omnes homines ſalvos fieri, ſed dumtaxat eos, qui ſalvantur: nam ſi hi omnes non ſalvantur, quos Deus vult ſalvari: non omne fecit, quod voluit. Quod ſi velit id, quod non poteſt facere: non eſt omnipotens, ſed infirmus & impotens: attamen omnipotens eſt, quia fecit omne, quod voluit, teſtante Scriptura (a): Omnia quæcumque voluit Dominus fecit, in cœlo, in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. Item: Cuncta (b), Domine Rex omnipotens, in ditione tua ſunt poſita, & non eſt, qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati: ſi decreveris ſalvare nos, illico liberabimur.

(a) Pſal. 134.

(b) Eſth. 13.

Ann. Eccl. Tom. XIV.

Quod JESUS Chriſtus Dominus noſter & Salvator non fuit crucifixus, neque mortuus eſt pro redemptione totius mundi, ideſt pro redemptione, & ſalute omnium hominum, ſed tantum pro his, qui ſalvantur. Dicit, licet non omnino pari traditione, ſimili tamen errore, id, quod veteres Prædeſtinatiani dicebant, quando hæc verba ſancti Petri Apoſtoli exponit (c): Negantes Dominum, qui eos redemit: Redemit eos, inquit, Sacramento baptiſmi, nihilominus non paſſus eſt mortem Crucis, nec ſanguinem effudit pro eis. Verum aperte divinus Paulus dicit, quod perceptio baptiſmi vocatur, redemptio (d): Nolite contriſtare (inquit) Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Et ſicut hæc electio, quæ tantum propria & ſpecialis eſt omnium electorum, & quam crucifixus pius ac miſericors Redemptor his tantummodo impertiit, quos redemit, & eripuit, & a præteritis peccatis lavit: ſic certe redemit, liberavit, & a delictis præſentibus abluit eos, qui nati ſunt, & qui naſcituri ſunt, vivos & mortuos, nimirum omnes electos, & hi recte ſunt Mundus, pro quo Dominus paſſus eſt: non ſecus quam alibi dixit (e): Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

(c) 2. Pet. 2.

(d) Epheſ. 4.

(e) Joan. 6.

IX.

Inſuper idem Gotheſcalcus affirmat: Abſit velim non ſolum dicam cogitare, verum etiam ſemel muſſitare, quod ſerpens antiquus ad ſe rapere poſſit unum eorum, pro cujus redemptione Deo Patri ſuo Dominus ſanguinem ſuum pretioſum effudit. Amen. Et alloquens Deum, dicit: Quare manifeſtum eſt, nullum eorum perire, qui ſanguine tuæ Crucis redemptus eſt.

Non minus pernicioſe, quam audacter defendit id, quod antiqui Prædeſtinatiani non dixerunt, quod deitas ſanctæ Trinitatis triplex ſit.

Multos alios articulos omitto, quos iſte, & plurimi ex noſtris partibus aſſe-



runt,

PAGIUS

pravæ doctrinæ modernus reſuſcitator, de primo Capitulo unde verſatur quæſtio in libro ſuæ viroſæ Conſcriptionis Archiepiſcopo Rabano porrecto ſcribat, dicens: „ Tandem, inquit, legi li„brum, Venerande Pontifex, tuum, in quo „ poſitum reperi, quod impii quoque ſive re„probi non ſint divinitus ad damnationem „ prædeſtinati. Et poſt aliquanta: præſcivit, „ inquam, illos peſſimum habituros ortum, pejorem interitum. Prædeſtinavit autem eos ad luendum perenne tormentum & ſempiternum interitum. Quod vero Catholicam Rabani de Libero Arbitrio ſententiam Semipelagiani erroris incuſarit, conſtat ex eodem libello, cujus fragmentum deſcribit Hincmarus cap. 21. Priſci dixerunt Prædeſtinatiani, inquit, quod liberum arbitrium in homine nihil ſit, ſed ſive ad bonum, ſive ad malum prædeſtinatio Dei in hominibus operetur, quoniam Deus tale in hominibus plaſmet arbitrium, quale eſt dæmonum, quod proprio motu nihil aliud poſſit velle niſi malum. Inde & Gotheſcalcus modernus Prædeſtinatianus in libello ad Rabanum Archiep. Moguntinum dicit ad locum: De quo videlicet libero arbitrio quid Eccleſiæ Chriſti tenendum ſit atque credendum, cum a cæteris Catholicis Patribus evidenter ſit, Deo gratias diſputatum, tum præcipue contra Pelagianos & Cœleſtianos a B. Auguſtino plenius & uberius diverſis in Opuſculis, & maxime in Hyponneſticon eſſe cognoſcitur inculcatum. Unde te potius ejuſdem Catholiciſſimi Doctoris fructuoſiſſimis aſſertionibus incomparabiliter inde quoque malueram niti, quam erroneis opinionibus Maſſilienſis Gennadii qui pleriſque præſumpſit in locis, tam fidei Catholicæ quam Beatorum etiam Patrum invictiſſimis auctoritatibus, infelicis Caſſiani pernicioſum nimis dogma ſequens reniti. Hæc ad Rabanum Gotheſcalcus.

VI.

De voluntate autem Dei hæc refert Hincmarus cap. 24. Omnes, quos vult Deus ſalvos

fie-

*runt, qui veritati & integritati noſtræ fidei adverſari videntur. Quos cum veſtra auctoritas ab alio intellexerit, quam a mea temeritate, attentius perpendet, & quid de his credendum eſt, cito definiet: neceſſe autem eſt, hos reſolvere. Et quamvis eorum corda inſania corrupti & depravati ſenſus ferveant: tamen propter metum noſtri Regis Orthodoxi, ſuas impias opiniones evomere non audent; adeo ut his oculis cernamus dictum Pſalmiſtæ adimpleri: Congregans ſicut in utre aquas maris. Nam aqua maris tamquam in utre ſive pelle coacervatur, qui amara hæreticorum ſcientia hodie ambitu Regni domini Caroli veſtri filii continetur, eo quod ſua zizania diſſeminare verentur. Me etiam calumniantur, & genuino dente rodunt, ſed hoc patienter cum Dei auxilio feram, propterea quod brevi extremum vitæ diem finiam. Quod ſi inter filios Dei illis licet, Deo ſic ſinente corpus meum affligere: meam patientiam, Deo opitulante, exercebunt. Et ubi de fide male ſentientes, ſe adverſarios exhibebunt, hoc aliquantulum ſcientiæ quod in me eſt, acuent. Et quamvis me oderint: eos tamen diligam, & ſic meam benevolentiam probabunt.*

X. *Sed ut ad Gotheſcalcum redeamus, ſi veſtra auctoritas ad me ſcribat, ut hunc carcere liberem: ad vos mittam, ut voſmetipſi hujus doctrinam ad unguem exploretis: aut hunc in manu alterius, vobis placuerit mihi nominare, deponam, quia ſicut ſcitis, quod abſolute unuſquiſque non poteſt regulariter ordinari: ſic ille, qui in cuſtodiam alicujus datus eſt, & in certum locum detruſus, ſive monachus, ſive quilibet alius regulariter vivens, ſine cognitione & licentia ejus, ad quem ſpectat abſolvi canonice nequit: quicquid vobis lubebit mihi imperare, omnino perficere conabor. Solum a vobis auctoritatem peto, ne mea præſumptione judicium tot Epiſcoporum relinquere velle videar. Non enim me delectat, hunc in carcere detentum intueri, quamvis ob ſuam pertinacem obſtinationem, has merito pœnas luat, ſed ejus perfidiam moleſte fero, a qua deſciſcere non vult. Quod ſi veſtræ auctoritati gratum ſit, ut alicui cuſtodiendus committatur: providete etiam, ut is, cui tradetur, ſit Catholicus, & qui in honore & pretio habeat gravitatem Eccleſiaſticam, Scripturamque calleat: nam Gotheſcalcus non ceſſat totos dies integros non ſolum ſcripturas, quas ad ſuam voluntatem trahit repugnantes, verum etiam Doctorum Catholicorum ſententias mutilatas, & a ſuo germano ſenſu detortas effutire, & eo modo in ſui admirationem & æſtimationem rapiebat non tantum idiotas, & ſimplices, verum etiam mediocriter doctos, & parum prudentes, qui præſeferebant zelum Dei habere, ſed non ſecundum ſcientiam, & diſcretionem. Præterea non ſolum appetit videri doctor, & magiſter eorum, qui ipſum docent: verum etiam eos, qui cum eo conferunt, ſuis colloquiis callide intercipere contendit. Quod ſi nequit convincere eos ſic dixiſſe: obſtinate jurabit, eos inter loquen-*

Gotheſcalci conatus, & artes.

PAGIUS

Quid de voluntate Dei & de morte Chriſti.

*fieri ſine dubitatione ſalvantur: nec poſſunt ſalvari, niſi quos Deus vult ſalvos fieri. Nec eſt quiſquam quem Deus ſalvari velit, & non ſalvetur: Quia Deus noſter omnia quacumque voluit, fecit.* Denique cap. 27. de morte Chriſti hæc Hincmarus: *Illos omnes impios & peccatores, quos proprio fuſo ſanguine filius Dei redimere venit, hos omnipotentis Dei bonitas ad vitam prædeſtinatos inretractabiliter ſalvari tantummodo velit: & rurſum, illos omnes impios & peccatores, pro quibus idem filius Dei nec corpus aſſumſit, nec orationem, ne dico ſanguinem fudit, neque pro eis ullo modo crucifixus fuit, quippe quos peſſimos eſſe præſcivit, quoſque juſtiſſime in æterna præcipitandos tormenta præfinivit, ipſos omnino perpetim ſalvari penitus nolit.* De iterata Gotheſcalci damnatione anno ſequenti ſermo erit.

VII. *In Minori Britannia Simonia graſſatur.*

Florebat hoc tempore in Britannia Minori *Sanctus Convvoio* Abbas Rotonneſis Monaſterii in Diœceſi Veneteſi ſiti, cujus Vitam ab Auctore Anonymo incerto tempore ſcriptam refert Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. literaſque etiam fundationis Monaſterii, datas *quarta feria menſis Junii, regnante Domno Ludovico, decimo octavo anno imperii ejus*, anno ſcilicet Chriſti DCCCXXXI. Hoc anno Convvoione agente *Nomenoius* Britanniæ Dux illius Provinciæ Epiſcopos in cœtum coegit, iiſque de ſimoniæ labe convictis quidem, ſed graviſſime tumultuantibus, duos cum *Convvoione* Romam direxit, qui Leonem Papam hac de re conſulerent. Hinc habitus Romæ Conventus præſidente Leone Papa, qui Epiſcopos culpam ultro confitentes, moderate objurgatos ad propria remiſit cum literis ad reliquos Britanniæ Epiſcopos directis, quibus Epiſcopos ſimoniacos in Concilio judicandos eſſe ſecundum veterum Canonum placita definit. Extat hæc Leonis Epiſtola, qua variis eorumdem Conſultis reſpondet. Ex quo intelligitur, Legationem hanc communem fuiſſe, *Nomenoii* ſcilicet atque Britanniæ Epiſcoporum, qui non ſolum de ſimoniæ cauſa; ſed & de aliis capitibus ad Pontificem ſcripſerant. Reverſis in Britanniam Legatis, *Nomenoius* Dux audito Epiſcopos integra dignitate Roma revertiſſe, id indigne tulit; atque accepto *Leonis* Papæ reſponſo, ſcribentis Epiſcopos, qui ſimoniæ convicti fuiſſent, in ordinem redigendos, rem per ſe ſe exequi aggreſſus eſt: moxque coactis in Rotonenſem S. Salvatoris Eccleſiam accuſatis Epiſcopis dignitatem in frequenti laicorum hominum cœtu abrogat, alioſque ſubſtituit, adjectis tribus Epiſcopatibus, quorum Dolenſem Metropolitanum eſſe conſtituit. Eiecti Epiſcopi ad *Carolum* Regem ſe recipiunt, atque apud eum querelas deponunt. Hi ad Turonenſem Metropolitanum remiſſi, quem multum offenderat *Nomenoii* facinus parum ex Eccleſiæ diſciplina proce-



*quendum nonnulla protuliſſe, quæ fortaſſe non dixerunt, ut verax, & habeatur & hi, qui illi ſeſe opponunt, mendaces, & ſuæ propriæ doctrinæ contrarii.* Hactenus de Gotheſcalci erroribus, & progreſſu ejus uſque ad Nicolai Papæ tempora, quando eam epiſtolam ad ipſum Hincmarus ſcripſit, cui multum fuit laborandum adverſus ejus longe lateque per Gallias diſſeminatos errores. Porro ejus lucubrationes adverſus eumdem hæreticum, idem Frodoardus recenſet his verbis (*a*), ex tranſlatione e lingua Gallica:

(a) Frod. l.3. c.14.

XI. *Scripta Hincmari adverſus Gotheſchalcum hæreticum.*

*Hincmarus ad ſupradictum Nicolaum Papam litteras de ſuæ confeſſione fidei, & de Apologia, quam pro Fide Catholica contra errorem Goteſcalci ſtruebat, ſcripſit. Idem plurima alia in lucem edidit, & inter cætera Collectionem ſententiarum Orthodoxorum Patrum, ad confutandas blaſphemias iſtius Gotheſchalci, quam filiis Eccleſiæ ſuæ dedicavit, docens, Deitatem divinæ Trinitatis non debere dici triplicem, cum in ſumma Trinitate unitas ſit. Item poema erudititiſſimum Carolo Regi vovit, in quo agitur de gratia & prædeſtinatione Dei, de Sacramento Corporis & ſanguinis Chriſti, de modo videndi Deum, de origine animæ, & de fide ſanctæ Trinitatis. Et hoc opus inſcripſit Ferculum Salomonis. Ita maximum volumen de prædeſtinatione Dei & libero arbitrio contra quoſdam Epiſcopos reprehenſores ſuos, & præſertim contradictum Gotheſcalcum, & Ratranum monachum Corbejenſem collegit, & compoſuit. Item alium pulcherrimum librum contra eumdem Gotheſcalcum, & alios Prædeſtinatianos, nomine Regis exaravit, & ſuæ majeſtati his verbis ſcripſit: Domino Carolo Regi, &c.* Hæc Frodoardus, ex quibus intelligas, diu multumque decertandum Hincmaro fuiſſe adverſus beſtiam hanc, de qua etiam ſuis locis inferius dicendum erit.

Octin-

PAGIUS

cedens. De Synodo hanc in rem Pariſiis convocata anno ſequenti agemus. Hæc Mabillonius, partim ex Indiculo de Epiſcoporum Britonum depoſitione, a Sirmondo inter Analecta ad Capitula Caroli Calvi publicato, partim ex Vita Sancti Conwoionis, in quibus tamen res hæc diverſimode narrari videtur. Sed Mabillonius temporum rationem diſtinguens utramque narrationem recte conciliat.

VIII. *Irruptio Normannorum & Saracenorum.*

Annaliſta Bertinianus hoc anno ita refert: *Carolus Normannorum Burdegalam oppugnantium partem aggreſſus, viriliter ſuperat. Exercitus Hlotarii contra Saracenos Beneventum obtinentes dimicans, victor efficitur. Dani Burdegalam Aquitaniæ Judæis prodentibus captam, depopulatamque incendunt. Aquitani deſidia inertiaque Pippini coacti, Carolum petunt, atque in urbe Aurelianorum pene omnes nobiliores cum Epiſcopis & Abbatibus in Regem eligunt, ſacroque chriſmate delibutum, & benedictione Epiſcopali ſolemniter conſecrant. Pyratæ Græcorum Provinciam Maſſiliæ nullo obſiſtente vaſtantes, impune recedunt. Nortmanni Metallum vicum* (ſeu Metullum Caſtrum, ſæpe Metulum, Gallice, *Melle*, in Pictonibus ſitum) *populantes, incendio tradunt. Scotti ſuper Nortmannos irruentes, auxilio Domini noſtri Jeſu Chriſti victores eos a ſuis finibus repellunt. Unde & Rex Scotorum ad Carolum pacis & amicitiæ gratia Legatos cum muneribus mittit, viam ſibi petendi Romam concedi depoſcens. Mauri denuo Beneventum invadunt.* In Fragmento Chronici Fontanellenſis pleraque ex his confirmantur verbis iſtis: *Carolus Rex cum Francis Aquitaniam ingreſſus ſuper fluvium Dordoniæ novem naves Danorum cepit, interfectis pyratis earum, in diebus Quadrageſimæ. Eodem anno Nortmanni Burdegalim urbem ceperunt, & Ducem ejuſdem Guillelmum noctu. Ipſo anno Dominus Rex Carolus iterum Aquitaniam ingreſſus eſt contra Pippinum, qui tyrannidem meditabatur.*

IX. *Adhuc durabant Guillelmi filii Bernardi rebellio.*

Addit Annaliſta Bertinianus: *Guillelmus filius Bernardi Impurium* (ſeu Empurium), *& Barcinonam dolo magis quam vi capit*, quod in fragmento Chronici Fontanellenſis ad annum ſequentem refertur. *Empuriæ*, quæ olim Epiſcopali Sede nobilitatæ fuere, nunc ruinis ſepultæ jacent. De hac Urbe legendus Marca lib. 2. Marcæ Hiſp. cap. 18.

I. Leo Papa præmunit urbem ab incurſione Saracenorum.

OCtingenteſimus quadrageſimus nonus Redemptoris annus Indictione duodecima inchoatur, quo cum in Urbe innotuiſſet, Sarracenos ex Africa, ingenti comparata claſſe, in Italiam ad Urbis excidium properare: Leo Romanus Pontifex in magna conſtitutus anguſtia, quæcumque poſſet, ad defenſionem Urbis contulit. Quænam iſta fuerint, Anaſtaſius Bibliothecarius accepit ab hujus temporis ſinceriſſimo ſcriptore, ſed non adeo expolito. Qui res geſtas ſic aggreditur: *Tunc* ( inquit ) *de Romanæ Urbis ſtatu, & reſtauratione murorum, qui longo jam ſenio ac vetuſtate nimia fracti ac diruti funditus videbantur, cœpit cum IESU Chriſti Domini tractare conſultu; ne ſi diu ſub hac negligentia ſive oblivione conſiſterent: eſſet, Domino permittente, ut facilius ab hoſtibus capi, aut forſan expugnari potuiſſent. Ideo ne hoc in futurum malum fieret, omnes prænominatæ muros civitatis Romanæ, duodecima inſtante Indictione, renovari, atque ad priorem cultum, decuſque reduci, tota mentis alacritate curavit. Et non ſolum muros, quos diximus, celeri fieri agilitate præcepit, ſed & portas, quibus omnis ſæpe clauditur civitas, novo cultu, lignïſque prævalide ob inimicorum metum atque terrorem, reædificari feſtinantius juſſit. Quæ denique omnia ut cito fierent, & ad effectum, decoremque perducerentur: præfatus vir Apoſtolicus indeſinenter, non ſolum equo reſidens, verum etiam ſuis pedibus propriis per muros & portas cum ſuis fidelibus diſcurrebat, quatenus in reſtauratione eorum nulla mora, aut dilatio eſſet exorta.*

Munitio ſuper Tyberim.

*Quapropter, ut antea dictum eſt, inter cætera, maximam de Romana Urbe curam & ſolicitudinem venerandus Pontifex gerens, undique ad novum, melioremque cultum per cuncta deducens: quindecim ab ipſo ſolo turres, quas funditus dirutas per circuitum Urbis reperit, novis fabricis reſtaurari præcepit; quarum denique duas juxta Portuenſem portam ita prudenter ac ſapienter venerabilis Præſul ab ipſa ora Tyberis, id eſt juxta ripam Tyberis fluminis reædificare diſpoſuit, cum nullus prius hominum cogitare vel conſiderare valebat, quia per hunc locum non ſolum naves, verum etiam homines pedibus ingrediebantur. Nunc autem vix unquam per eam parvæ naviculæ introire valebunt. Et hoc propter futurum hoſtium Sarracenorum periculum, & ſalutem Romanæ Urbis factum eſt. Ipſas igitur turres non ſolum lapidibus, ſed etiam ferreis muniri curavit catenis, quatenus, niſi neceſſitas fuiſſet, per eumdem locum nulla valeat navis pertranſire. Quod noviter opus conſtructum Romanæ Urbis defenſionem præſtat. Quod videntibus non modicum ſed grande miraculum præſtitit, quanta cum ſapientia & ſubtili prudentia & ſedulitate peractum eſt.*

II. In Sanctos conjecta fiducia.

Quod vero ſatis idem Pontifex ſciret, quod ( *a* ) niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilant qui cuſtodiunt eam: inter hæc ad divinum auxilium per ſanctos Martyres promerendum ſolicitus fuit, in quibus magis confidens, quam in copiis militaribus, eos ex cœmeteriis erutos intra Urbem invexit ad cuſtodiam civitatis. Memoria repetens Sanctorum victorias, quas ſcripſit Paulus ad Hebræos: ( *b* ) Sanctos per fidem viciſſe regna, fortes factos eſſe in bello, caſtra vertiſſe exterorum, & alia, quæ ſequuntur. Bibliothecarius igitur ſub hac eadem duodecima Indictione, ubi de reſtauratione murorum narrationem habuit, iſta mox ſubiicit: *Ipſe vero a Deo protectus beatiſſimus Pontifex multa corpora Sanctorum, quæ diu occulta jacuerunt, ſummo ſtudio, ſummoque cordis affectu, ad honorem omnipotentis Dei intra hujus Romanæ Urbis mœnia mirifice congregavit. Nam & corpora Sanctorum Martyrum Quatuor Coronatorum ſolerti cura inquirens reperit. Quorum deſiderabili amore baſilicam, quæ in honorem Sanctorum fuerat Domino conſecrata, quam ipſe, antequam ad Pontificii ductus eſt apicem, prudentiſſimo moderamine rexit, quæ per olitana curricula temporum quaſſata vetuſtatis defectu, & penitus confracta diuturna antiquitate videbatur & convulſa, ſupernæ virtutis annuente clementia, in ſplendiorem, pulchrioremque ſtatum a fundamentis extruxit, & ad laudem omnipotentis Dei ipſorum ſacratiſſima Corpora Claudii, Nicoſtrati, Symphoriani, atque Caſtorii, una cum Symplicio, necnon Severo, Severiano, Carpophoro, & Victorino, quatuor fratribus: verum etiam Marthæ, Marii, Audifacis, & Abacum, necnon Feliciſſimi, Agapiti, & Hippolyti cum ſuis * famulis numero vigintinovem, Aquilina Priſco, Arſeo, Aquino, Narciſſo, Marcellino, Symmetrio, Candida atque Paulina, Anaſtaſio & Felice, Diogene & Liberali, Feſto, Marcello, Exuperantio, Pudentiana, Benedicto, Felice & Benenato ..... ſub ſacro altare recondidit cum aliis multis, quorum nomina Deo ſunt cognita.*

(a) Pſalm. 126.

(b) Hebr. 11.

Corpora SS. tranſlata in urbem.

* familiis

III. Nihil prætermiſſum ad ornatum Eccleſiarum.

Sed & in eo idem Leo pariter admirandus, quod licet ob mœnium inſtaurationem, ſumma gravaretur impenſa, & inſtantis belli occaſione ad alendos milites cuſtodes Urbis, plurima pecunia indigeret: tamen nulli pepercit impenſæ in exornandis Sanctorum Eccleſiis, præcipue vero illa, quæ fuerat ipſius titulus, in quam tot ſanctorum Martyrum intulerat oſſa. Nam audi, quæ mox his Anaſtaſius ſubdit: *Super quod altare ejuſdem Eccleſiæ, ad gloriam Creatoris miro opere miræ pulchritudinis fecit Ciborium ex argento puriſſimo, aureo ſuperinducto colore, cum gemmis praſinis & hyacinthinis, penſans libras trecentas tredecim & ſemis. Inſuper obtulit in eadem Eccleſia vela rubea, quæ pendent in circuitu altaris numero quatuor.* Sed & quæ aliis dedit Eccleſiis ſic ſubdit: *Itemque in Oratorio S. Barbaræ, quod conſtructum eſt intra Eccleſiam SS. Quatuor Coronatorum, coronam de argento, penſantem libras duodecim: necnon in eodem Oratorio obtulit gabathas de argento decem, penſantes libras. . .... Fecit & veſtes de fundato tres, habentes in medio Cruces cum gammadiis, & vela duodecim.*

Alia dona collata Eccleſiis.

*Prædictus vero Pontifex fecit in baſilica B. Stephani Pontificis via Latina, milliario tertio, veſtem de fundato cum Cruce in medio, & vela ſex, ubi ſuper obtulit patenam cum calice modico, penſante libram unam & ſemis.* Subiicit ea, quæ obtulit baſilicæ Apoſtolorum, quæ nos una cum aliis ornamentis eidem ab ipſo collatis recenſuimus, atque mox addit: *Ibi etiam in Oratorio B. Gregorii Confeſſoris atque Pontificis, fecit veſtem de fundato cum gammadiis, & Cruce de argento texta. Similiter in Oratorio beati Paſtoris martyris fecit veſtem pari modo fundato. Necnon in Oratorio beatæ Dei Genitricis, quæ eſt poſita in Ambone, eodem modo fecit veſtem unam, & in Oratorio ſanctæ & ſuperexaltatæ Crucis fecit veſtem ſimilem, necnon in Oratorio, quod poſitum eſt ad Fontem, fecit ſimiliter veſtem & vela de quadraplo.* Et quo ordine cuncta ſunt facta recenſens, mox ſubiicit iſta:

IV. *Ipſe vero venerabilis & præclarus Pontifex fecit in Eccleſia SS. Quatuor Coronatorum ſuper altare majori veſtem de fundato cum Cruce in medio & gammadiis, in gyro liſtam de fundato. Ubi ſupra in Oratorio ſanctæ Barbaræ ſimiliter veſtem fecit de fundato. Et in Oratorio ſancti Sixti ſimiliter veſtem fecit unam. Et in Oratorio S. Nicolai ſimiliter fecit veſtem cum aquila, necnon cortinam habentem Crucem in medio, & in gyro liſtam de fundato miræ magnitudinis. Similiter in Eccleſia quam fundaverat, obtulit patenam ex argento puriſſimo, auro ſuperinductam colore cum Crucis tropheo, Salvatoriſque effigie, ſanctæque Dei Genitricis & SS. Apoſtolorum, pulchro ſchemate decoratam, penſantem libras ſeptem: ſimiliter, & calicem auro perfuſum, Evangeliſtarum habentem iconam, & Crucem, penſantem libras quatuor; necnon de argento puriſſimo cantharum deauratum, in quo ſignaculum in circuitu expreſſum cernitur Crucis, cum Prophetarum effigiis, beatiſſimique Stephani primi martyris icona. Veruntamen & thuribulum ex argento mundiſſimo... . . gabathas ad nitorem ipſius venerandæ baſilicæ deauratas, penſantes pondus duarum & ſemis librarum. His omnibus ita geſtis, ornavit Confeſſionem ſacri altaris cum tabulis argenteis, penſantibus libras nonaginta, & Sanctorum effigiis decoravit. Super quod etiam obtulit regnum de argento puriſſimo cum pretioſiſſimis gemmis, habens in medio Crucem, quod uſque nunc ſuper idem altare pendere conſpicitur. Ibi etiam obtulit vela de fundato quadraginta tria. Ipſe vero ſæpius memoratus præclarus Antiſtes ſuperno inflammatus amore, obtulit in monaſterio S. Silveſtri, ſanctique Benedicti, & S. Scholaſticæ, quod nuncupatur Sub Lacu, veſtes de fundato tres, & vela ſimiliter de fundato ſeptem.* Ita quidem ſicut Martyrum, ita & Confeſſorum concilians ſibi adverſus Sarracenos auxilium. Nec fefellit eum ſpes; ſiquidem *qui confidit in Domino, ſicut mons Sion* ( ut ſcriptum ( *a* ) eſt ) *non commovebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem: montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi ſui.* Quod declararunt eventa.

(a) Pſalm. 124.

V. Anaſtaſius recenſitis, quæ hoc anno ab eodem Pontifice facta ſunt, de his, quæ ſpectant ad Sarracenos ejuſmodi mox ſubiicit orationem: *Sic igitur quæ inter cætera per ſanctiſſimi Præſulis aſſiduas preces & lacrymas, Domino exaudiente, duodecima itidem inſiſtente Indictione, mirabiliter acta, vel geſta ſunt, non inutiliter agimus, ſi ob æternam memoriam huic opericulæ clarius inſerere ſtudeamus, ut quantæ ſanctitatis in hac ærumnoſa vita vir iſte extiterit, præſentes atque futuri facilius cognoſcant.*

*Denique poſt nefandam & lugubrem, omnique plenam miſeria Sarracenorum de-* præ-

---

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXVII.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6342.

☉ 18. F. ☽ 14. P. 14. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 849.

LEONIS IV. PAPÆ 3.

LOTHARII IMP. 30. & 10.

MICHAELIS IMP. 8.

Anno Hegiræ CCXXXV. inchoato die 26. Julii. fer. 6. A. C. 849.

Conſilium Sarracenorum de Urbe prædanda.

*prædationem, quam in primo Eccleſiarum omnium capite, ſancta ſcilicet Romana Eccleſia, hortatu diabolico peregere: voluerunt iterum ipſi Satanæ filii ſimilia in Romanos fines, & in Eccleſiam beatiſſimi Apoſtoli Petri, ut olim damna inferre, & deinde ad loca, unde fuerant egreſſi, victores remeare. Sed cura & ſtudio ſummo vigilante Paſtoris, minime perficere potuerunt. Tamen ut fideles in Domino amplius, & fideliores vere exiſtant & illius ſigna ac veneranda miracula veteribus ſimilia noviter emanaſſe non dubitent: a principio nunc recenſendum eſt, quid de eis divina, eodem tempore, miſericordia mirabiliter egerit, quantis miſeriis & calamitatibus gens illa merito protrita dilapſa ſit.*

VI. *Quamobrem priſtinum reminiſcentes lucrum, & prædam, quam fecerant multiplicatam: iterum perverſorum hominum manu, multiſque cum navibus ad Urbem expugnandam, duodecima Indictione vigente, venire crudeliter decreverunt. Multiſque etiam diebus in loco, qui dicitur Torar ..... juxta inſulam Sardiniam demorati ſunt. Aqua digreſſi ad Romanum Portum, Deo illos non adjuvante, venire conati ſunt. Quorum iniquus & nefandus adventus Romanis non mediocriter terrori fuit. Sed quia Eccleſiam ſuam Deus omnipotens ſemper inviolatam cuſtodivit, & cuſtodire non deſinit: excitavit inter cæteros omnium Neapolitanorum, Amalphitanorum, Cajetanorumque corda, ut una cum Romanis contra eos inſurgere, & dimicare fortiter debuiſſent. Mox etenim e locis propriis egreſſi contra Sarracenos inutiles, ipſi cum ſuis navibus conjunxerunt: ſuumque repente adventum beatiſſimo Leoni Quarto Pontifici notum fecerunt; & quod ob nullam rem ſe veniſſe aliam ſunt profeſſi, niſi ut de Paganis, Domino auxiliante, victores exiſterent.*

Neapolitani, Amalphitani, & Cajetani Claſſe ſubveniunt Urbi.

*Tunc demum venerabilis Papa aliquantos ex eis prius ad ſe Romam venire præcepit, volens adeo ſpecialiter ſcire, ſi eorum pacificus eſſet adventus, vel non, ſicuti & factum eſt. Inter quos tunc filius Sergii magiſtri militum, qui erat ordinatus ſuper exercitum, nomine Cæſarius, advenit. Quos benigne in palatio Lateranenſi ſuſcipiens, cauſam, pro quo advenerant, inquiſivit. Illi autem ob aliud non ſe venire teſtati ſunt, niſi ob hoc, quod ſuperius legitur exaratum. Quorum pius Apoſtolicus credens verbis, cum magno armatorum procinctu mox in civitatem Oſtiam properavit, omneſque Neapolitanos grandi & eximia devotione ſuſcepit. Qui ut ſummum Præſulem conſpexerunt, pedes ejus humi proſtrati venerabiliter ſunt oſculati, gratiaſque omnipotenti Deo altithrono retulerunt, quia ad ſe confortandos talem dirigere decreviſſet Antiſtitem. Qui ut meliores de filiis Belial victores exiſterent, ſummopere eum deprecati ſunt, ut de ſuis ſacris manibus Corpus Dominicum percipere meruiſſent. Quibus ore ſuo Pontifex Miſſam in Eccleſia beatæ Aureæ decantavit, atque univerſi ex illius, ut dictum eſt, manibus, communionem ſumpſerunt. Et antequam hæc fierent, uſque ad præfatam Eccleſiam cum hymnis & litaniis, canticiſque præcipuis ſimul cum ipſis Neapolitanis, Chriſto adjuvante, profectus eſt. In qua etiam flexis genibus Altiſſimum deprecatus eſt, quatenus orationibus ſanctis ipſos Chriſtianorum hoſtes in manus reſiſtentium tradere dignaretur. Super quos etiam multis cum lachrymis hanc orationem obtulit, dicens.*

Leo Papa ad Oſtia Tyberina deſcendit.

VII. *Deus, cujus dextera B. Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur erexit, atque B. Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis, horum fidelium veſtrorum brachia contra inimicos ſanctæ tuæ Eccleſiæ dimicantia, omnipotenti dextera tua corroborentur, & convaleſcant: ut de percepto triumpho nomen ſanctum tuum in cunctis gentibus appareat glorioſum. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, &c.*

Oratio qua Leo benedixit auxiliaribus copiis.

*Die vero altera, poſtquam a jam dicta civitate venerabilis Præſul reverſus eſt: ipſi ſcelerum ſocii & participes juxta litus maris Oſtienſis multis cum navibus apparuerunt. Contra quos Neapolitani impetum facientes, dimicare fortiter voluerunt, & vulneraverunt aliquantos ex illis, & jam inde triumphum accepiſſent, niſi unum citius impedimentum accidiſſet: nam cum in invicem attentius dimicarent: ſubito tam validus, & vehemens excitatus eſt ventus, qualem quis his temporibus meminiſſe non valeat: qui utrorumque naves confeſtim diviſit. Naves Sarracenorum veniebant uſque ad oram maris; deinde vento flante, mareque elevato, procellis diſpergebantur; & iterum poſt aliquantum confractis viribus revertebantur. Dominus enim omnipotens (ut pro certo credimus) hunc ex theſauro produxit ventum, qui ad nocendum foras minime permitteret illis exire.*

Pugna Chriſtianorum cum Sarracenis.

VIII. *Super his novis mirificiſque miraculis, quæ licet immeritis divinitas oſtendere, ac demonſtrare noſtris dignata eſt temporibus, ſemper collaudanda & glorificanda eſt veri Dei noſtri clementia; qui eos ad locum, quem deſiderabant, tantum permiſit aſpicere, & tamen ne capere poſſent, virtutis ſuæ potentia longius expulit: multoſque poſtea per interceſſiones, & merita Apoſtolorum Petri & Pauli, non tantum maris profunditas, verum e-*

*tiam*



Sarraceni diverſis modis periere.

*tiam famis, & gladius indeſinenter extinxit. Ex quibus per quaſdam inſulas noſtras fame laborantes, plurimi a noſtris hominibus interfecti ſunt. Cæteros autem veritatis cauſa ac teſtimonii vivos comprehendentes Romam duxerunt; quorum Romani proceres, ne nimis multiplicatus eorum numerus videretur, multos prope Portum noſtrum Romanum in ligno ſuſpendi juſſerunt. Aliquantos vero nos ferro conſtrictos vivere juſſimus pro hac ſolummodo cauſa, ut ſpem noſtram, quam in Domino habemus, & ejus ineffabilem pietatem, nec non & propriam tyrannidem ipſi ſcire valerent. Qui poſt hæc ne otioſe & ſine anguſtia apud nos viverent, aliquando ad murum, quem circa Eccleſiam ſancti Petri habebamus incœptum, aliquando per diverſa artificum opera, quicquid neceſſarium videbatur, per eos onera jubebamus deferri.* Hucuſque de his Anaſtaſius.

IX. *Mutatio iſta dexteræ Excelſi:* Dixerat inſaniens inimicus (*a*), *Perſequar, comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea: Evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Sed, *Flavit ſpiritus tuus, & operuit eos mare, ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.* Aliquibus reſiduis ad graviora ſupplicia ſubeunda, vel ad triumphum & gloriam Apoſtolorum reſervatis. Sic ultus eſt Deus Sanctos ſuos qui, ne quid ſibi ſumeret homo, quod totum eſt ſuum, gloriæ vel honoris, noluit per auxiliares copias confici hoſtes, & plenam obtineri victoriam: ipſe eos vento diremit, ac vento tantum pugnavit in hoſtes, vento diſperſit, ventoque merſit, atque vento fecit eſſe captivos. Ita iſta omnia ille, qui imperat vento & mari, qui licet dormiens in navicula aliquando viſus eſt noſtra non curaſſe diſcrimina, cum ſcivit in Sancta ſua invaleſcere inimicum; tamen haud dubium, Petri & aliorum Apoſtolorum rurſus excitatus clamoribus, vento & mari imperans, retorſit fluctus in hoſtes.

(a) Deut. 15.

X. Non ſemel enituit potentia Principum Apoſtolorum in liberanda ab hoſtibus Urbe: nam etſi quandoque delicta civium divinam provocaverint ultionem, iiſdem uti filiis flagellatis, & emendatis, mox Deus in hoſtes flagra aſperiora convertit, ſecundum illud Davidicum (*b*): *Inimicos ejus induam confuſione; ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.* Magna certe inhæſit iſtis confuſio, cum qui hactenus extiterunt ubique victores orbis, jamque ante triennium potiti ipſis eorumdem Apoſtolorum baſilicis, elati mente, videbantur adverſus Sanctos ipſos, immo ſanctorum Principes fuiſſe potentes: modo ex iiſdem, aliis abſorptis fluctibus, ſuſpendio conſumptis aliis, qui reſidui fuere, loco magni ducerent beneficii, ſi ad munimentum baſilicæ ſancti Petri, quam ſpoliaverant, & profanaverant, ſervi operarii loco infimo inſervirent, ferreis onuſti vinculis, jugiter ſub nervo gementes. Ita plane ulciſcente Deo, ſecundum Propheticum illud, in hoſtes ſuos, qui inſiliunt in Eccleſiam ſuam, ſemper acciderit (*c*): *Omnes, qui comedent te, devorabuntur; & univerſi hoſtes tui in captivitatem ducentur, & qui te vaſtant, vaſtabuntur, cunctoſque prædatores tuos dabo in prædam.* Licet ad tempus ob peccata ipſius viſus ſit Deus iraſci in populum ſuum.

(b) Pſ. 131.

Sarraceni ad opus fabricæ damnati.

(c) Jer. 30.



XI. Sed majori adhuc iſta admiratione recolui de mœnium facta ædificatione per hoſtes Mahometanæ perfidiæ ſectatores, cum diebus noſtris, meis conſpexi oculis rurſus Mahometanos eidem operi, in ædificatione eorumdem murorum ambientium baſilicam Vaticanam adſcriptos. Cum videlicet obtenta illa ingenti, ac plane admirabili, famoſiſſimaque adverſus Turcas navali victoria, captivos Turcas, quos accepit in partem ſanctæ memoriæ Pius Quintus Romanus Pontifex, auctor ſancti fœderis, ad perficiendum opus munitionis, quod inchoaverat ejus prædeceſſor Pius Quartus, in catena cæmentariis ſervire coegit. Vidi inquam, & ad iſta memoriam revocans, illud Davidicum exclamavi (*d*): *Venite, & videte opera Dei terribilis in conſiliis ſuis ſuper filios hominum.* Quam admirabili providentia ſua eſt operatus (quod ſtulte Ethnici fatale dixiſſent) ut ad ædificationem mœnium ſancti Petri ſemper captivos, ferro vinctos Mahometanos ſervientes cophinis, ob gloriam Apoſtolici culminis adhibuerit. Ut plane quibuſdam velut lineamentis ſignificaret, non ex eorum potentia eſſe quod regnant, ſed propter peccata noſtra: nam ſi nos quod eſſe deberemus, eſſemus, ſecundum Pſalmi illud accideret: *Si populus* (*e*) *meus audiſſet me, Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet; pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem, & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.* Cogeretque dominantes populis ſervire nobis, perfidoſque Mahometanos ſuo experiri iterum damno, quam periculoſe in petram impingant, qui ſibi viſi eſſent, expugnato jam prope undique orbe, de omni fere gente revexiſſe triumphum.

(d) Pſ. 65.

Mahometani iterum inſtaurare coacti muros.

(e) Pſ. 80.

XII. Porro de rebus tunc geſtis idem Pontifex Leo ſcripſit epiſtolam ad Lotharium Imperatorem. Non extat ipſa quidem integra, ſed tantum ex ea fragmentum huiuſmodi apud (*f*) Gratianum his verbis: *Igitur cum ſæpe adverſa a Sarracenorum partibus perveniant nuntia: quidam in Romanum Portum Sarracenos clam furtiveque venturos eſſe dicebant, pro quo no-*

(f) 23. q. 8. c. 7.



*ſtrum*

*ſtrum congregari præcepimus populum, maritimumque ad litus deſcendere decrevimus. Et egreſſi ſumus Roma, &c.* Hucuſque ibi. Cui quidem capiti aliud mox ſubnectitur iſtis verbis (*a*):

(*a*) 23. q. 8. c 8.

Ex Leonis epiſtola ad Loth. Imp.

*Scire vos oportet, quod numquam ab aliquibus noſtros homines ſinimus opprimi; ſed ſi neceſſitas ulla occurrerit, præſentialiter vindicamus, quia noſtri gregis in omnibus ultores eſſe debemus, & præcipui adjutores.* Hæc Leo ad eumdem Imperatorem. Sed & conſtat aliam dediſſe epiſtolam ad Francorum exercitum, cum ſtrenue eum adverſus Sarracenos pugnare hortatur verbis iſtis (*b*):

(*b*) 23. q. 8. cap. 9.

*Qui timore ac tremore depoſito, contra inimicos ſanctæ fidei & adverſarios omnium religionum agere viriliter ſtudete. Novit enim Omnipotens, ſi quilibet veſtrum morietur, quod pro veritate fidei, & ſalvatione patriæ, ac defenſione Chriſtianorum mortuus eſt: & ideo ab eo præmium cæleſte conſequetur.* Hæc ibi. Atque de his hactenus.

XIII. Pallium ad uſum quotidianum conceſſum Eccleſiæ Rhemenſi.

Inter hæc autem fertur, quod Lotharius Imperator agens litteris apud Leonem Rom. Pont. inter alia ab eo impetraverit pallium pro Hincmaro Archiepiſc. Rhemenſi, & ſingulari (ut audies) prærogativa. De his enim iſta Frodoardus (*c*) habet: *Hincmarus ob ſanctitatem & prudentiam colendus, Imperatoris Lotharii poſtulatione, a Papa Leone IV. pallium in uſum quotidianum accepit, licet ad eum jam unum miſiſſet, quo diebus ſolemnibus ſibi præſcriptis uteretur. Hanc ob cauſam idem Leo Hincmarum ſua epiſtola monuit, ſe nulli umquam antea Archiepiſcopo uſum ordinarium, & quotidianum pallii conceſſiſſe, nec in poſterum ulli umquam conceſſurum.* Hæc Frodoardus. At Nicolaus Papa de his Hincmarum, ut mendaci reſcripto utentem redarguit, ut ſuo loco dicetur.

(*c*) Frod. l. 3. cap. 9.

Hoc eodem anno, audiens Leo Papa in Britannia minori Nomenojum dirum inſurrexiſſe tyrannum, qui a Carolo Francorum Rege eam curare provinciam fuerat miſſus, vaſtareque ſimul humana atque divina, expellereque pro animi furore ab Eccleſiis ſuis Epiſcopos: litteras ad eum commonitorias ſcripſit, quæ licet non extent, tamen earum mentio fit in Synodali epiſtola, ex Concilio Turonenſi ad eumdem tyrannum tunc miſſa, cum eadem ex cauſa dicta Synodus eſt celebrata.

XIV. Synodus Turonenſis, adverſus Ducem Britonum Nomenojum.

Hoc enim anno (ut accepimus ex veteribus fragmentis rerum Francorum, a Frontone Ducæo ad nos in Urbem miſſis) ejectis a Neomenio, ſive potius Nomenojo Duce Britonum Epiſcopis, Nannatenſi, Redonenſi, coacta eſt Synodus a Landrano Archiepiſcopo Turonenſi, & aliis inferius nominandis.

Ante hæc autem de his admonitus Leo Romanus Pontifex, ſtuduit (ut par erat) Apoſtolicis litteris ad meliorem frugem reducere hominem perditiſſimum. Sed fruſtra conatus: etenim eo ſuperbiæ & arrogantiæ elatus iſte, eas contemnens, nec accipere quidem voluit. Cujus contemptus Apoſtolicæ Sedis vindices exurgentes Francorum Epiſcopi vigintiduo ſimul convenientes, ad eumdem tyrannum litteras ſcribentes, ipſum ob id potiſſimum acerrime redarguere, excommunicationem comminantes. Extant ipſorum litteræ apud Lupum Ferrarienſem Abbatem, memoria dignæ (*d*), quæ ſic ſe habent ex ipſorum conventu ſcriptæ, ut puto, ab eodem Lupo adhuc monacho, qui inhærebat tunc ſuo Epiſcopo Senonenſi Gueniloni:

(*d*) Lupi Ferrar. ep. 84.

*Landranus Turonum Metropolitanus Epiſcopus, Dodo Andegavorum, Aldricus Cenomanorum Epiſcopus, Guenilo Senonum Metropolitanus Epiſcopus, Heriboldus Antiſsiodori Epiſcopus, Prudentius Tricaſſinorum, Agius Aurelianorum, Ercanradus Pariſiorum, Hucbertus Meldorum, Elias Carnutum, Herimanus Nivernorum, Hincmarus Rhemorum Metropolitanus Himmo Naviomagi, Pardulus Lauduni, Rhotadus Sueſſionum, Gilmeradus Ambianorum, Erpoinus Silvanecti, Hermenfridus Bellovacorum, Paulus Rothomagi Metropolitanus Epiſcopus, Saxoboldus Sajorum Epiſcopus, Freculphus Lexoviorum, Vvalfridus Bajocenſium Nomenojo Priori gentis Britannicæ ſalutem, quæ eſt in Chriſto JESU Domino noſtro.*

XV.

*Dominus quidem Deus occulto, juſto tamen judicio permiſit eſſe te rectorem gentis tuæ. In quo tamen regimine qualem te exhibueris, teſtis eſt conſcientia tua, & amaræ querimoniæ diverſarum Eccleſiarum, & afflictiones nobilium & ignobilium, divitum & pauperum, viduarum & orphanorum, quos damnabili cupiditate, & horribili crudelitate vexaſti. Sed quia Chriſtianum nomen non penitus abieciſti, & nos ex Apoſtolica ſucceſſione debitores ſumus omnibus, ut bene agentes ad perſeverantiam exhortemur, delinquentes autem ad pœnitentiam auctoritate divina provocemus: vehementiſſime tuis exceſſibus condolemus & a tuo interitu paterna, & Epiſcopali ſolicitudine te cupimus revocare. Cupiditate tua, vaſtata eſt terra Chriſtianorum, templa partim deſtructa, partim incenſa cum Sanctorum oſſibus, cæteriſque reliquiis, poſſeſſiones Eccleſiarum, quæ fuerunt nota fidelium redemptio animarum, patrimonia pauperum illicite in tuos uſus redacta; hereditates nobilium ablatæ, & maxima multitudo hominum & interfecta, & ſeveritate oppreſſa; rapinæ crudeliſſimæ perpetratæ, adulteria, & corruptiones virginum paſſim commiſſæ, Epiſcopi legitimi ſedibus propriis expulſi, & (ut mitius loquamur) quia dicere nolumus, fures & latrones, mercenarii introducti. Patroni noſtri B. Martini quondam diœceſis, ex qua vos eſſe negare non poteſtis, violata; omnes poſtremo Eccleſiaſtici ordines perturbati, quod nimis dolendo, & compatiendo dicimus.*

Graviſſima tyranni ſcelera.

*Satis hæc ad tuam perditionem ſufficiebant, ſed ad cumulum malorum auxiſti temeritatem, & omnem læſiſti Chriſtianitatem, dum Vicarium beati Petri Apoſtolicum, cui dedit Deus primatum in omni orbe terrarum, ſpreviſti. Cum enim eum poſtulaſſes, ut in libro ſuo te ſcriberet, & pro te Dei clementiam exoraret; & ille directis litteris, ſe id facturum promiſiſſet, ſi ſe monentem obedienter audires: non ſolum nihil eorum, quæ mandaverat, feciſti, ſed ne litteras quidem ipſas recepiſti. Et quia nolebas a malo deſinere, timuiſti bene monentem audire. In eo igitur læſiſti Apoſtolos, quorum eſt princeps Petrus; læſiſti Epiſcopos, qui jam cum Deo regnant in cœlis, & miraculis coruſcant in terris; læſiſti & nos, qui etſi non habemus eorum meritum, idem tamen divina gratia poſſidemus officium.* Hæc audiant qui litteras Apoſtolicas retinent, atque earum executionem, quovis colorato prætextu eludentes impediunt, quam enormiter peccent; & quam graviter delinquant, qui quod Patres adeo deteſtati ſunt etiam in tyranno, defendant in piis Principibus duplo peccantibus: ſiquidem ſciens (*a*), & non faciens voluntatem domini ſui, vapulabit multis. Pergunt Patres:

Quam grave ſcelus ſit contemptus litterarum Rom. Pont.

(*a*) Luc. 12.

XVI. De Lamberto rebelli recepto.

*Nuper etiam excipiens Lambertum, quem Eccleſia materna pietate ex aliqua parte receperat, ea ſcilicet conditione, ut ſe corrigeret, & mala ſolita perfecte declinaret: feciſti te participem, immo auctorem pertubationis populi Chriſtiani: eum enim amator pacis dominus noſter Rex etiam ad ſuam ſuaſionem removerat a finibus tuis, & aliis honoribus decoraverat; & nunc eum rebellare conantem, velut in gremium recepiſti, & ut in malo proficiat, favere non deſinis. Jube afferri libros * tuos, & in eis comminantem*

* divinos



PAGIUS

I. *Concilium Pariſienſe occaſione Epiſcoporum Britanniæ coactum.*

A Num. XIV. ad XIX. Ante *Nomenoium* Minoris Britanniæ Ducem hæc Provincia Metropolitæ Turonenſi ſemper paruerat; iſto vero tempore Britonum Epiſcopi ſe ſe ab ejus Juriſdictione ſubtraxere, & deinceps Archiepiſcopo Dolenſi uſque ad Innocentii III. tempora, invitis licet ac repugnantibus Pontificibus Romanis, ſubjecti fuere. Anno ſuperiori *Nomenoium* eis Dolenſem Epiſcopum Metropolitam conſtituiſſe oſtendimus. Sed hoc anno Pariſiis convocata eſt Synodus, cui Epiſcopi XXII. interfuere. Eorum Epiſtola Synodica eſt inter Epiſtolas Lupi Abbatis Ferrarienſis, ordine LXXXIV. eamque integram Baronius recitat. Hoc Concilium hactenus *Turonenſe* vocatum, quod *Landrannus* Turonum Metropolita ei præfuerit. Verum Labbeus Tom. VIII. Concil. pag. 61. ex fragmento Chronici Fontanellenſis eruit, illud *Pariſiis* congregatum fuiſſe, quod in eo ad hunc annum legatur: *Epiſcopi in Pariſio Synodum generalem tenuerunt*, quod de Concilio in cauſa Epiſcoporum Britonum celebrato omnino intelligendum, cum ex XXII. Epiſcopis, quibus conſtabat, quatuor fuerint Metropolitæ, Turonenſis nempe, Senonenſis, Remenſis & Rotomagenſis. In ea Synodica queruntur Epiſcopi, quod Britanniæ *Epiſcopi legitimi Sedibus propriis expulſi, & mercenarii introducti fuerint;* violata Sancti Martini Diœceſeos auctoritas, ſicut etiam Vicarii Beati Petri, nempe Leonis IV. cujus Epiſtolam ad ſe miſſam ne recipere quidem dignatus ſit *Nomenoius.* [1] Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Obſervationibus præviis ad Vitam Sancti Conwoionis Abbatis Rotonenſis exiſtimat, Indiculum *de Epiſcoporum Britonum depoſitione*, a Sirmondo publicatum, in hac Synodo confectum eſſe, & forſan ad Leonem IV. directum, qui reſcripto ſuo Nomenoium monuit, ne *Giſlardum* Namneticæ Sedis invaſorem defenſare pergeret, ut docet relictum ejus Epiſtolæ fragmentum. *Nomenoius patrato ſcelere* (ideſt depoſitis Epiſcopis quatuor) *pſeudo-Epiſcopos conſtituit loco ipſorum. Cogitans autem Epiſcopos, quos elegerat, a Metropolitano Turonenſi benedictionem minime poſſe conſequi, nec acceſſum ad eum metu Regis* (nempe Caroli) *habere; ex quatuor Epiſcopatibus* (ſcilicet Venetenſi, Aletenſi, Coriopitenſi, & Oximenſi) *ſeptem compoſuit. Quorum apud Dolum Monaſterium unum conſtituit, quem Archiepiſcopum fieri decrevit. Monaſterium vero Sancti Brioci ſedem conſtituit Epiſcopalem. Similiter etiam ſancti Rabutuali* (nunc Trecorenſis, Gallice *de Treguier*) *hos tres uſurpaticos Epiſcopos conſtituit, cæteris quatuor in antiquis urbibus derelictis. Provincia itaque Turonenſi ita reciſa, Nomenoius Dolo monaſterio Epiſcopos ſuos congregans, ſe in Regem ungere fecit*, inquit Auctor Anonymus indiculi laudati. Et hæc cauſa celebrationis Concilii Pariſienſis, ſed *Nomenoius* in ſua contumacia perſtitit, irritæque fuere ſequentium Pontificum Romanorum admonitiones, & controverſia de erectione Dolenſis Metropoleos uſque ad Innocentium III. duravit.

II. *Quid egerit S. Convvoionis in cauſa Brittonum Epiſcoporum.*

Indiculus ille multum differt a Vita Sancti *Convvoionis*; in eo enim Epiſcopi per calumniam ſimoniæ inſimulati, & calumnia a quodam impoſtore ſubornata fuiſſe dicitur: tum Epiſcopi penitus abjecti dicuntur Britanniæ ſolum vertiſſe, & in Galliam ad *Carolum* Regem ſe recepiſſe. At vero in Vita legitur, Epiſcopos ſimoniæ reos Romam examinandos fuiſſe

NOTÆ [1] IN hac pariter Synodo Pariſienſi omnes quotquot erant in Gallia *Chorepiſcopi* depoſiti ſunt, ut ex Andrado Chorepiſcopo Sennonenſi, qui in Concilio Sennonenſi *anni* 847. a Warulone Sennonenſi Archiepiſcopo eam dignitatem obtinuit, loco cedere coactus fuit, ut prodit Albericus Monachus Trium fontium in Chronico ad eumdem annum 849. MANSI

(a) Paralip. 19.

*tem Dominum (a) audies: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt, amicitia jungeris; & non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, dignos eſſe morte invenies. Nec ignoras quod certi fines ab exordio dominationis Francorum fuerint, quos ipſi vendicaverunt ſibi, & certi quos petentibus conceſſerunt Britannis. Quomodo ergo deſpicis legem Dei, quæ præcepit ne tranſgrediaris terminos, quos poſuerunt patres tui? & terram Francorum injuſte tibi defendere conaris? Nec formidas illud (b): Maledictus qui tranſgreſſus fuerit terminos proximi ſui? O quid facturus es in die magni Judicii, cum tibi reddenda erit ratio de tuis annis, menſibus, horis, momentis! Et hoc erit celeriter. Verum eſt enim, quod juvenis poſſit cito mori, ſed ſenex diu non poſſit vivere. Ante te prolixum fuit, ſecutum poſt te quoque Deo certum eſt quantum durabit. Pro hac vita breviſſima noli tibi ſempiternam miſeriam comparare.*

(b) Deut. 17.

XVII. Nec fides nec opera proſunt bona ſine obedientia ſedis Apoſtolicæ.

*Ne ſi deponas perſuaſionem alienorum, oppreſſiones omnium, ſocietates perditorum, & recipias admonitionem Sedis Apoſtolicæ, noſtræque unanimitatis, non tibi prodeſſet fides, nec quæcumque pietas, aut bona opera. Quod Salvator dicit (c): Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum. Cogita quid mereatur, qui ſcandalizaverit unum de puſillis: & ita poteris colligere, quam ingentem ſis perlaturus, niſi reſipueris, damnationem, qui partem maximam populi Chriſtiani graviſſime perturbaſti. Quamobrem monemus te, obſecramus, obteſtamurque tuæ ſalutis cupidi, pone finem malis tuis: convertere ad Dominum, cujus nemo noſtrum poteſt effugere judicium: Fac fructus dignos pœnitentiæ, hoc eſt, quia granditer deliquiſti, granditer bona exerce, ut non ſolum non torquearis cum diabolo & reprobis in inferno; verum etiam gaudeas cum Deo & electis ejus in cœlo. Id quoque tibi pollicemur, quia ſi te Deo reſtitueris apud eum interceſſores pro peccatis tuis eſſe cupimus, & apud pium Principem noſtrum, ut tibi, tuæque poſteritati benigne conſulat, conabimur obtinere.*

(c) Matth. 7.

XVIII. *Maximum reatum te contraxiſſe ſcimus, quod epiſtolam Sedis Apoſtolicæ reſpuiſti, exiſtimans, aliqua in ea tibi noxia contineri. Sed quod exemplar ejus Venerabilis Papa nobis dignatus eſt dirigere: notum tibi facimus, nihil in ea contineri, quod ad tuam pertineat læſionem. Et propterea parati ſumus, ſi vis, ſecundo Legatum Sedis memoratæ cum ſcriptis toti mundo venerandis dirigere. Quod ſi eum non receperis: nos, qui monuimus excuſabiles erimus. Sin autem receperis, & auſcultaveris: & Dominum & beatum Petrum propitios, & nos habebis in fide conjunctos, & interceſſores proficuos. Si vero nos benigne monentes contempſeris: certum tibi ſit, nunquam tibi futurum locum in cælo, & cito non futurum in terra, quod tua culpa ſeparatus ab Apoſtolica, & noſtra ſocietate anathematis ultione, locum habebis (quod avertat Deus) in tartaro. Hæc etiam per tuum miniſterium denuntiamus Lamberti hominibus, & quibuſlibet gentis tuæ: quod ſi communicaverint ipſi, & rebellioni ejus conſenſerint, anathemate condemnabuntur, & traditi Satanæ, ſine fine peribunt. Converſos autem recipimus, & in pace Chriſtiana permanere optamus, atque pro eis parati ſumus domini noſtri Regis clementiam, quantum poſſumus flectere.* Hucuſque Synodales litteræ Epiſcoporum.

De litteris Apoſtolicis recipiendis.

XIX. Cæterum cum impio Nomenojo haud diutius fuit agendum, ipſo Deo vindice cauſam citius dirimente, cum impium de medio ſuſtulit exitu repentino anno ſequenti, de quo hæc tantum ſcripta repe-

PAGIUS fuiſſe miſſos; eoſdemque crimen abnegantes, ſed tandem convictos, rogante *Convvoione* veniam impetraſſe, & ad Sedes ſuas remiſſos. Non minor tamen Vitæ, quam Indiculo fides adhibenda, quia ea a libro 2. de Geſtis Sanctorum Rotonenſium, ideſt, ab Auctore æquali accipit teſtimonium. Quare ſtandum conciliationi, quam anno ſuperiori ex Mabillonio loco laudato propoſui. Addit Mabillonius, certum eſſe *Convvoionis* inſtinctu Epiſcopos in cœtum a *Nomenoio* fuiſſe coactos; eumque fortaſſe auctorem fuiſſe, duos ex eis mittendi Romam ad *Leonem* IV. qui omnium cauſam agerent; ac veroſimile non eſſe, *Convvoionem* conſcium fuiſſe dejectionis Epiſcoporum, & intruſionis aliorum in eorum Sedes a laicis perpetratæ. Etſi enim dejectio hæc a laicis hominibus præſente *Nomenoio* in Eccleſia Rotonenſi facta ſit, ejus tamen expertem fuiſſe *Convvoionem* intelligimus, tum ex ejus Vita, tum maxime ex libro 2. ei ſubjecto cap. 10. ubi *Convvoionis* Romana Legatio in facto Epiſcoporum accurate deſcribitur, nulla mentione facta ſecutæ dejectionis quam proculdubio non reticuiſſent Auctores illi, ſi Conwoio particeps ejus fuiſſet. Deinde in eodem libro 2. a Monacho Rotonenſi Conwoionis diſcipulo, tacite arguitur Nomenoii factum, iſque *Zelum Dei non ſecundum ſcientiam* habuiſſe dicitur: quæ verba ad Epiſcoporum dejectionem contra Canonum præſcripta peractam ſpectare videntur. Accedit longe graviſſimum in Conwoionis gratiam argumentum ex Epiſtola Synodica Concilii Tullenſis ad Optimates Britonum, qui ſæpe dictæ exauctorationis præcipui auctores fuerant; quibus omnibus ex nomine inſcripta eſt Epiſt. nulla mentione facta *Convvoionis*, qui indubie inter primos nominandus fuiſſet, uti recte ſcribit Mabillonius laudatus.

III. Ad num. XIX. Baronius uſus Chronico Engoliſmenſi corrupto interitum *Nomenoii* Minoris Britanniæ Ducis hoc anno conſignat; ſed cer-



rimus in Chronico Engoliſmenſi: *Anno Octingenteſimo quinquageſimo, jubente Domino, Nomenojus ab Angelo percuſſus interiit.* Hæc ibi.

*Eodem anno in Anglia occiſus aſſeritur ſanctus Vulſtranus nepos duorum Regum Merciorum. De cujus ſanctitate cæleſtia non defuere miracula indices. Nam de loco, ubi innocenter occiſus eſt, columna lucis uſque ad cœlum porrecta, omnibus locis illius incolis per dies triginta ſtabat conſpicua.* Hæc Matthæus Vveſtmo-

Interitus Nomenoji.

PAGIUS Geſta a Nomenoio adverſus Francos.

certum eſt, illum tantum contigiſſe an. DCCCLI. ut ibidem tam ex eodem Chronico, quam ex aliis demonſtrabimus. De Nomenoio Annaliſta Bertinianus hoc anno ſcribit: *Nomenogius Britto conſueta perfidia Andegavis, & vicina eis circumquaque loca invadit.* Auctor vero fragmenti Chronici Fontanellenſis: *Nomenocus Tyrannus Brittonum ad Andegavis urbem acceſſit.* Quid anno ſequenti egerit, ibi referemus. Jamdiu Minoris Britanniæ Duces, qui a Clodovei Magni temporibus Francorum beneficiarii erant, Regium titulum affectarant, quod Carolus Calvus, Prædeceſſorum ſuorum exemplo paſſus non eſt.

IV. S. VViſtanus adhuc puer occiditur.

Baronius eodem num. XIX. refert ex Weſtmonaſterienſi mortem *Sancti VViſtani* ſeu *VVlſtani*, qui Librariorum errore Wulſtranus apud Weſtmonaſterienſem appellatur. Fuit puer iſte Martyr filius *VVimundi*, *filii VVithlaſii*, *Merciorum Regis*, *& Elſleda*, *filiæ Ceolvulfi*, *qui fuit patruus Kenelmi*, inquit Malmesburienſis pag. 88. qui & de eo loquitur pag. 284. Mortuo Wimundo patre, & Withlaſio avo, ei Merciorum Regnum, natalium jure debebatur. Cum tamen per ætatem, minus aptus ad Regnum videretur, pueritiæ annos, ſub Bertulfo, Withlaſii fratre tyrocinium ponere jubetur. Verum Berfertus Bertulfi filius id ſibi ad coronam impedimento futurum ratus puerum per inſidias ſuſtulit. *Berfertus namque filius ſuus*, inquit Ingulphus in ſua Hiſtoria Tom. I. Rerum Anglicarum Scriptorum veterum edita, *in ſancta vigilia Pentecoſtes, conſenſu patris ſui Bertulſi, cognatum ſuum ſanctum VViſtanum, filium VViemundi filii Regis VVithlaſii & & Alſledæ filiæ Ceovvlphi quondam Regis (tanta ferebatur ad regnandum ambitione!) crudeliter ac impie interfecit. Corpus innocentiſſimi Martyris tunc Ripadio delatum, juxta Vithlaſiium avum ſuum humatum, poſterioribus annis per fidelium devotionem ad Eveshamium eſt tranſlatum.*

V. Tranſlatio corporis S. Helenæ in Franciam.

Memorat etiam ibidem Baronius Tranſlationem *Sanctæ Helenæ* Conſtantini Magni matris ex Urbe in Gallias, quam Sigebertus in Chronico huic anno affixit. Frodoardus enim lib. 2. cap. 8. refert, quemdam Presbyterum Remenſis Diœceſis, *Tergiſum* nomine, Romam profectum Helenæ corpus cautiſſime furatum eſſe, ac ſecum ad Monaſterium Altumvillarenſe (quod ſuo loco oſtendimus a Sancto Nivardo Epiſcopo Remenſi conſtructum) detuliſſe. Narrat etiam Flodoardus miracula, quæ tam in via, quam in Diœceſi Remenſi tunc patrata ſunt.

VI. Nunc ſupplenda quæ Baronius omiſit. Hincmarus in libello de Prædeſtinatione cap. 2. ait: *In Synodali conventu in Cariſiaco Palatio iterum auditus Gotheſcalcus ab Epiſcopis, & cæteris quamplurimis viris Eccleſiaſticis atque religioſis, qui eidem Synodo interfuerunt, videlicet VVenilone Senonenſium Archiepiſcopo, Hincmaro Remorum Epiſcopo*, aliiſque duodecim ibidem nominatis. Interfuere & *Rigboldus* Remorum Chorepiſcopus, & *VVitao* Cameracenſium Chorepiſcopus. [1] Adfuere & *Æneas* Notarius Sacri Palatii, poſtea Pariſiorum Epiſcopus, *Iſaac* Diaconus Parduli poſtea Lingonienſium Antiſtes, & denique Abbates, *Rotbertus* Corbeienſis, *Bavo* Orbacenſis, *Halduinus* Ativillarenſis. Ad Synodum adductus Gotheſcalcus, audituſque, *nihil dignum ratione vel dixit, vel interrogatus reſpondit, ſed ut abreptitius, cum quid rationabiliter reſponderet, non habuit, in contumelias ſingulorum prorupit*, quod conſtat ex Epiſtola Hincmari ad Amulum Archiepiſcopum Lugdunenſem, prout refertur ab Eccleſia Lugdunenſi in lib. de tribus Epiſtolis. *Inventus hæreticus, atque incorrigibilis, ſicut & in Moguntina civitate, honore Preſbyterali, quem per Rigboldum Chorepiſcopum, cum eſſet Sueſſionicæ parochiæ monachus, inſcio civitatis ſuæ Epiſcopo uſurpaverat potius quam acceperat, abjectus & pro ſua irrevocabili contumacia ſecundum leges & Agathenſes canones, & Regulam S. Benedicti, ut improbus virgis cæſus, ſicut decreverant Germaniæ provinciarum Epiſcopi, ne aliis noceret, qui ſibi prodeſſe nolebat, ergaſtulo eſt retruſus*, inquit ibidem Hincmarus.

Synodus Cariſiacenſis adverſus Gotheſcalcum.

VII. Hujus Synodi epocha.

Porro Concilium hoc currenti anno congregatum eſſe, teſtatur Annaliſta Bertinianus, qui tamen loci hujus Concilii non meminit, & præterea in ejus narratione aliqua verba deſunt a Librariis omiſſa: *Tandem*, inquit, *ad Diœceſeos ſuæ urbem Metropolim Remorum Durocortorum nomine, cui Ingmarus* (legendum, Hincmarus) *vir venerabilis præſidet, redire compellitur: quatenus illic dignum ſuæ perfidiæ .... Strenuiſſimus cultor Carolus advocato Sanctorum memoratæ Diœceſeos Epiſcoporum Conventu* (congregato nempe Cariſiaci, quod villa Regia erat ad Iſaram fluvium in Diœceſi Remenſi poſita, qui locus hactenus *Hierſy* vocabulum retinet, ut videre eſt apud Mabillonium lib. 4. de Re Diplom. pag. 258.) *ſuis aſpectibus præſentari decrevit. Quo perductus publice flagellatus, libroſque ſuarum aſſertionum igni cremare compulſus eſt.* Hincmarus damnatum ac recluſum Gotheſcalcum fruſtra conatus eſt ad ſaniorem mentem revocare data ad eum Epiſtola, qua SS. Patrum & præcipue Auguſtini ac Proſperi teſtimoniis manifeſtis oſtendit, *Deum & bona præſcire & mala, ſed mala tantum præſcire; bona vero & præſcire & prædeſtinare. Unde præſcientia eſſe poteſt ſine prædeſtinatione: prædeſtinatio autem eſſe non poteſt ſine præſcientia: & quia bonos præſcivit & prædeſtinavit ad regnum; malos autem præ-*

NOTÆ [1] DE anno quo Cariſiaca hæc Synodus celebrata fuit, egregie Pagius commentatur. Menſem non prodit, quem tamen elicuiſſe me blandior ex Præcepto Caroli Calvi pro Turonenſi Eccleſia S. Martini vulgato in Collectione Martenii t. I. col. 118. quod datum legitur: *Kal. Maii, Indictione XII. anno nono Caroli. Actum Cariſiaci palatio regio.* Igitur Majo vel Aprili hujus anni Synodus ibi præſente Carolo, celebrata fuit. MANSI

monaſteri…enſis hoc anno. Quo pariter ex Urbe, ab Eccleſia ſanctorum martyrum Petri & Marcellini elevatum corpus ſanctæ Helenæ Conſtantini Magni matris, per Theagiſum monachum fuiſſe tranſlatum in Gallias, & in diœceſi Rhemenſi collocatum, auctor eſt Sigebertus in Chronico. Sed de ejus corpore inter La-

**PAGIUS**

*præſcivit tantum, non prædeſtinavit, nec ut perirent, ſua præſcientia compulit.* At Gotheſcalcus huic Confeſſioni ſubſcribere recuſavit, ut prodit Frodoardus lib. 3. cap. 28. Interim ad Prudentium Trecenſem Epiſcopum, qui a Synodo Cariſiaca abfuerat, Hincmarus ſcripſit, ſignificavitque, *quia multis modis eum converti tentaverit, & de moribus ac ſuperbia ipſius: & ſi in Cœna Domini, vel in Paſcha debeat eum admittere ad audiendum ſacrum Officium, vel accipiendam Communionem.* Prudentii precibus & conſilio humanius egit cum Gotheſcalco Hincmarus, eique ſcribendæ Confeſſionis fidei licentiam dedit, ſperans fore, ut errorem tandem ejuraret.

VIII. *Gotheſcalcus errores ſuos defendit.*

Ille duplicem Confeſſionem edidit, breviorem unam, prolixiorem alteram. In breviori, prædeſtinationem impiorum ad mortem æternam propter ipſorum mala merita certiſſime præſcita propugnat, ſicut prædeſtinationem gratuitam electorum ad vitam: *Credo*, inquit, *& Confiteor, Deum omnipotentem & incommutabilem præſciſſe & prædeſtinaſſe Angelos ſanctos, & homines electos ad vitam gratis æternam: & ipſum diabolum caput omnium dæmoniorum cum omnibus Angelis ſuis Apoſtaticis & cum ipſis quoque hominibus reprobis, membris videlicet ſuis, propter præſcita certiſſime ipſorum propria futura mala merita, prædeſtinaſſe pariter, per juſtiſſimum judicium ſuum, in mortem merito ſempiternam.* Errorem ſuum callide ac fraudulenter diſſimulavit, quo reprobos prædeſtinari a Deo non tantum ad pœnam; ſed etiam ad culpam propugnaverat in Germania, ut ex Epiſtolis Rabani ad Eberardum Comitem, & ad Hincmarum ſupra laudatis patet. Perſeveravit itaque in errore, ut colligitur ex Epiſtola Amolonis Archiepiſcopi Lugdunenſis ad ipſum data, & a Sirmondo primum edita. Apprime noverat *Amolo* quidquid in Germania, & ad Cariſiacum, in cauſa Gotheſcalci geſtum erat; ejus perſpectam habebat ſententiam ex Scriptis, non perfunctorie, ſed accurate perlectis & diſcuſſis, ut ex ea Epiſtola conſtat: *Audiens ſane*, inquit Amolo, *& agnoſcens quæ in Scriptis tuis miſiſti, & per quemdam fratrem noſtrum mihi innoteſcenda vehementiſſime flagitaſti, diu hæſitavi utrum tibi reſpondere deberem, homini de novis contra Eccleſiam præſumptionibus, & non parvis erroribus jam dudum accuſato, & propter contumaciam, ut audio, Epiſcopalis Concilii auctoritate damnato.* Poſtea diſerte teſtatur, ipſum immaniter de Divina Prædeſtinatione in damnatione reproborum ſenſiſſe, etiam poſt editas confeſſiones, & alia errorum capita pariter propugnaſſe, quod tamen in ambabus ſuis Confeſſionibus Gotheſcalcus diſſimulavit, ut fuſius oſtendit Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. Diſſert. V.

IX. *Ejus cauſa Eccleſia Gallicana in duas partes ſciſſa.*

Poſt utramque Confeſſionem a *Gotheſcalco* editam, metuens Hincmarus, ne multos præſertim ex ordine Monaſtico in partes traheret, Opuſculum contra ejus errores ad Recluſos & ſimplices Remenſis Diœceſeos ſcripſit. Quod ubi lucem vidit, Ratramnus Corbeienſis Monachus in Epiſtola ad Amicum, illud cenſura liberiori perſtrinxit, aitque quod Sancti Fulgentii ſententiam non recte expoſuiſſet, & quod libellum *de Induratione Pharaonis*, Sancto Hieronymo perperam tribuiſſet, ejuſque fuiſſet auctoritate deceptus. Lucubrationem ſuam cum gemina Confeſſione Gotheſcalci, & *Ratramni* Epiſtola miſit ad Rabanum Hincmarus, qui Opus approbavit & Ratramni Cenſuram carpſit, ut conſtat ex Epiſtola poſteriori ejuſdem Rabani ad Hincmarum. *Prudentius* Trecenſis Epiſcopus Opuſculum compoſuit de Quæſtionibus, quas Gotheſcalcus moverat, quod Sanctorum Patrum defloratas de iis argumentis ſententias complectebatur, illudque Synodi Pariſienſis hoc anno congregatæ conſenſu emiſit in publicum, & Hincmaro atque *Pardulo* Epiſcopo Laudunenſi deſtinavit. In eo Deum peccati auctorem non eſſe, nec aliquem ad peccandum compellere propugnabat; cogere tamen prædeſtinatione ſua peccatores in interitum iræ, ſicut electos prædeſtinatione ſua ad præmium æternum perducit, ut refert Rabanus in Epiſtola ad Hincmarum. Ea *Prudentii* aſſertio toto cœlo diſtabat ab errore *Gotheſcalci*, inquit Natalis laudatus, ſed eumdem tamen loquendi modum uſurpabat, quem ille in duplici Confeſſione. Unde *Rabanus* ei ſe aſſentiri non poſſe ait, quod Scriptura Sacra non ita loquatur. De morte Chriſti pro omnibus non diſſenſit ab Apoſtolo & ab Auguſtino, ſed pro ſolis Fidelibus mortuum eatenus propugnavit, quia ad eos duntaxat fructus mortis ejus per Baptiſmum & cætera Sacramenta derivatur. Opuſculum illud Prudentii nunc in Bibliotheca PP. editum eſt.

X. *Carolus Rex Lupi Abbatis Ferrarienſis ſententiam exquirit.*

Carolus Francorum Rex *ad Bituricas civitatem menſe Decembri venit*, inquit Auctor fragmenti Chronici Fontanellenſis. Aberat ab ea Urbe Lupus Abbas Ferrarienſis itinere tantum unius aut alterius diei. Itaque quoniam facilis erat acceſſus ad Regem, illuc venit, ut colligit Baluzius ex Epiſtola CXXVIII. Lupi ad eumdem Carolum data, in qua ait: *Dudum in urbe Biturigum quæſiſtis de prædeſtinatione, & libero arbitrio, ac redemptione Sanguinis Chriſti, quid ſentirem.* Duas in partes Eccleſia Gallicana hoc tempore ſciſſa erat, aliis *Gotheſcalcum* impugnantibus, aliis ejus perſonæ, non tamen erroris, patrocinium ſuſcipientibus. Ex ea Lupi Epiſtola colligimus, *Carolum Calvum* cum eo contuliſſe de Tribus Quæſtionibus, quæ jam totam Eccleſiam Gallicanam commovebant, ſcilicet de Prædeſtinatione, de Libero Arbitrio, & de Redemptione Sanguinis Chriſti. Quod ille in Divinis Literis didicerat, & in maximis Auctoribus invenerat, ejus Majeſtati ſtrictim aperuit, ut ipſemet teſtatur in laudata Epiſtola. Librum ea de cauſa compoſuit, cui titulus eſt *de tribus Quæſtionibus*; ſed cum is ante ſequentem annum in lucem prodire non potuerit, de eo ibidem agemus.

XI. *Varia in Italia & Gallia geſta.*

Hoc anno, ut Annaliſta Bertinianus habet, *Nortmanni Petrocorium Aquitaniæ civitatem populantes incendunt, atque impune ad naves remeant. Mauri & Sarraceni Lunam Italiæ civitatem deprædantes, nullo obſiſtente maritima omnia uſque ad Provinciam devaſtant. Carolus filius Pippini relicto Hlothario fratrem ſuum Pippinum in Aquitania vagantem adire cupiens, a fidelibus Caroli Regis comprehenſus eſt, & ad ejus præſentiam perductus. Qui merito perfidiæ in eumdem patruum ſuum, & patrem ex fonte ſacro, ſententiam quidem capitalem meruerat, ſed clemen-*



Latinos & Græcos antiqua eſt controverſia, ubi ſepultum fuerit. Veneti inſu-

**PAGIUS.**

*mentiæ reſpectu ſervatus eſt. Unde & menſe Junio apud urbem Carnutum Carolo Rege Conventum habente, poſt Miſſarum ſolemnia, ambonem Eccleſiæ conſcendens innotuit omnibus voce propria, ſe ob divinæ ſervitutis amorem Clericum nullo cogente velle fieri. Ibique ab Epiſcopis, qui præſentes aderant, benedictus, & ad clericum tonſus eſt.* Paulo poſt: *Carolus Aquitaniam ingreſſus, pene omnes, Chriſto ſibi propicio, conciliando, ſubjugat. Marcam quoque Hiſpanicam pro libitu diſponit.*

XII. *Series Regum Navarræ non ſolicitanda.*

Moretus in Annalibus Regni Navarrei poſt *Inigonem Ariſtam* Navarræ Regem duos alios intruſit, *Fortunium* nempe & *Sanctium* & ut probet, *Fortunium* illi ſucceſſiſſe refert extare in Archivis Monaſterii Sancti Joannis Pinnatenſis Chartam in qua legitur: *facta carta in era DCCCCXXXI. regnante Rege Fortunio Garcianis in Pampilona & Comite Galindo Aznar, in Aragone Adefonſus, in Gallecia Garcia Aznares, in Gallicis Reimundus in Pallarez; Pagani vero Mahomat Ebon Lupo in Valle Terra* (lege Tena) *& Mahomat Atavel in oſca, Abbas dominus Barains in cœnobio SS. Juliani & Baſiliſſæ de Cabaſal XIV. anno poſtquam Carolus Rex venit in Hiſpaniam.* Hac ſubſcritione Moretus innixus omnes alias evertit, contenditque Chartam illam anno XIV. ab ingreſſu Caroli Magni in Hiſpanias datam eſſe, cum tamen numerus ille potius delendus eſſet, & alia verba relinquenda in quibus nulla contradictio. Verum vel Moretus non bene legit, aut progreſſu temporis hæc nota ⅹ ſupra X. poſita expuncta fuit; ibi enim exaratum erat X^o. quæ nota ſecundum antiquum Hiſpanorum morem deſignat XL. ita ut ibi ſcriptum fuerit X^oIV. ideſt, XLIV. nempe annus XLIV. poſt adventum, non Caroli Magni, cujus nomen in nullo Scripto aut Monumento in Navarra, Biſcaia & Caſtella edito reperitur, ut ipſemet Moretus egregie probat, ſed Caroli Calvi, qui *Carolus Magnus* cognominabatur & hoc anno, ut locuples teſtis eſt Annaliſta Bertinianus, in Hiſpanias profectus eſt, & ſequenti Legationem a Navarreis miſſam ſuſcepit, ut ibidem oſtendemus. Adhæc quicumque eo in Privilegio nominantur, vivebant Era DCCCCXXXI. ſeu anno Chriſti DCCCXCIII. Tunc *Fortunius Garcianis* in Urbe Pampelonenſi regnabat, *Galindus Aznar* Comes erat Aragoniæ, *Alphonſus* III. Rex Gallæciæ, Legionis & Aſturiarum, *Garcia Aznares* præerat Vaſconiæ Gallicæ, quæ in Regno Navarræ Gallia ſimpliciter appellabatur; *Raimundus* Comes erat Pallarenſis & Urgellenſis in Catalaunia, & *Mahomat Ebn Lubo* Princeps vallis Tenenſis. Denique prælium *Olobaſti* commiſſum circa annum DCCCLXXXV. cujus meminimus anno DCCLXXXIII. ſæculo integro ſerius quam par erat a Moreto collocatum.

XIII. *Placitum Carnotenſe.*

Quæ narrat Annaliſta Bertinianus de geſtis hoc anno in Francia, ex parte confirmantur ab Auctore fragmenti Chronici Fontanellenſis: *Iſto anno menſe Martio cepit Uivianus Comes Carolum fratrem Pippini, qui ad auxilium fratri ferendum Aquitaniam deſtinabat, alioſque complices ejus.* Paulo poſt: *Ipſo tempore Placitum habuit Rex Carolus generale cum Francis in urbe Carnotenſi. In quo loco Carolus prædicti Pippini frater tonſoratur, & in monaſterio Corbeia continuo dirigitur. Inde diſpoſito itinere, Ligere alveo tranſmiſſo, ad Lemovicam urbem accedit, occurrentibus ſibi obviam Principibus Aquitanorum, & cum ſummo favore ſuſcipientibus. Inde recto itinere Toloſam rebellem aggreditur urbem, præmiſſis ante ſe quibuſdam Primoribus populi ſui, qui eamdem obſiderent Urbem.* Addit Auctor illius fragmenti eam ab illius Præfecto Carolo deditam eſſe. Carolus Pippini filius Rabano demortuo in Archiepiſcopatum Moguntinenſem ſucceſſit, ut infra videbimus.

XIV. *Ludovicus II. fit conſors Imperii.*

*Lotharius* Aug. qui anno DCCCXLIV. *Ludovicum* filium Italiæ Regem renunciarat, ut eo anno retulimus, præſenti eum in Imperii conſortium ſibi adſcivit, ut liquet ex iis quæ eo anno num. IV. diximus, & ex Concilio Romano anno DCCCLIII. celebrato magis innoteſcet. Et hic quartus Imperator ex gente Francorum, qui ad diſcrimen Ludovici Pii, *Ludovicus II.* appellatur. Baronius an. DCCCXLIV. n. XI. ex Actis Rom. Conc. anno DCCCLIII. habiti deducit, Ludovicum II. coronatum Imperatorem Romæ fuiſſe anno antecedenti, quod in eodem Concilio bis annus ejus quintus memoretur. Verum *Ludovicus* nonniſi anno ſequenti Romæ a Leone IV. coronatus, ut ibi demonſtrabimus, & annus ejus quintus cum anno Chriſti DCCCLIII. copulatus nonniſi a currenti Chriſti anno deduci poteſt. Anno enim inſequenti die ſecunda menſis Decembris Romæ a Leone IV. unctus eſt Imperator, & ex variis ejus Diplomatis a Margarino lib. 2. Bullarii Caſinenſis pag. 28. & ſeq. recitatis certo colligitur, eum hoc anno a patre dictum eſſe Imperatorem. Ibi Conſtitutio XXXIII. dicitur *data pridie Idus Maii, anno, Chriſto propitio, imperii Domini Hludovici ſereniſſimi Imperatoris in Italia VII. indict. IV.* Chriſti ſcilicet DCCCLVI. ante Septembrem Indictione IV. ſignato Conſtitutio XXXIV. dicitur *data XIV. Kal. Junii anno, Chriſto propitio, imperii Domini Hludovici glorioſiſſimi Auguſti in Italia VII. indictione IV.* Qua etiam die Conſtitutio XXXV. ab eodem Imperatore emiſſa. Cum autem Epocha ab ejus coronatione Romæ peracta proficiſcatur a menſe Decembri anni Chriſti DCCCL. ut ibi videbimus, annus ille Imperii Ludoviciani ſeptimus nonniſi a præſenti Chriſti repeti poteſt, ut numeranti liquet. Eſt hæc ſecunda *Ludovici II.* Epocha, cujus prima a Regno ejus Longobardico deducta pertinet ad annum DCCCXLIV. ut ibidem monſtravimus.

XVI. *Moritur Strabus VValafridus.*

Mortuus eſt hoc anno *Strabo VValafridus* ex Monacho Sancti Galli Abbas Augiæ Divitis in Diœceſi Conſtantienſi ad Rhenum. Hepidannus enim Monachus Sancti Galli in Annalibus Brevibus, Hermannus Contractus in Chronico & Auctor Anonymus brevis Chronici Sancti Galli apud Ducheſnium Tom. III. eum hoc anno obiiſſe tradunt; dies vero mortis ejus in Ephemeridibus Monaſterii Sancti Galli Tom. I. Rerum Alamannicarum notatur *XV. Kalend. Septemb.* Anno XVI. Ludovici Pii, Chriſti DCCCXXIX. vivebat in Palatio Aquiſgrani, & Verſus de Imagine Tetrici, interlocutoribus Scintilla & Strabo, compoſuit, aliaque plura Opera in lucem emiſit, de quibus legendus Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſ. & Oudinus in Supplemento Script. Eccleſ. quæ Walafridus in lib. de Rebus Eccleſiaſt. cap. 8. de imaginibus & picturis habet, Eccleſiæ dogmati de Sacrarum Imaginum veneratione non adverſari, oſtendimus anno DCCXXV. num. XVII. Ipſius eſt *Gloſſa Ordinaria* in Sacram Scripturam, ex aliorum Interpretum; ac præſertim Rabani præceptoris ejus commentariis collecta. Male enim Trithemius, & qui eum ſecuti ſunt, *VVala-*

ſuper illud ab Oriente delatum, poſſidere ſe gloriantur, quod & digno cultu proſequuntur.



PAGIUS

*VValafridum* Augiæ Abbatem a Strabone Monacho Fuldenſi, quem Gloſſæ Ordinariæ Scriptorem exiſtimant, diſtinxere; qui error inde natus, quod Fuldæ ſub Rabano ſacris literis operam dederit. Eum obiiſſe, dum ad Carolum Regem Ludovici Germaniæ Regis ejus fratris juſſu proficiſceretur, docet Ermenricus Monachus Augienſis in libro *de Grammatica*, cujus fragmentum publicavit Mabillonius Tom. IV. Analect. pag. 329.



I. OCtingenteſimus quinquageſimus adeſt Redemptoris annus, decimatertia Indictione inchoata, quo Dei Eccleſia Catholica Martyribus Cordubenſibus mirifice illuſtrari cœpta eſt, iiſdemque ſtylo ſancti Eulogii æque martyris nobilitatis. Ubi erat cubili draconum, ubi iniqua erat Sarracenorum Regni ſedes, illic flores apparuerunt: ſanguine ſiquidem Martyrum irrigata germinavit (*a*), & exultarit lætabunda, & laudans. Ut hac ex parte Cordubenſis felix Eccleſia præ cæteris orbis Eccleſiis fuerit illuſtrata, utpote quæ ſola inter inimicos magna conſtantia vexillum confeſſionis erexit. Cum enim in Aſia, Africa, & Europa dominaretur gens perfida, Chriſtianis infenſa, & omnes dura diraque premerentur ſervitute, & religionis cultum gravi penſitatione tributi redimerent, jam inveterati inter inimicos, cum his, qui oderant pacem, videbantur jam eſſe pacifici; ſatis ſibi eſſe judicantes; ſi adire ſuas poſſent Eccleſias, & ſuos, qui præeſſent gregi, haberent Epiſcopos, licet innumera in Chriſtianam religionem quotidie illata paterentur opprobria, audirentque blaſphemias ſubſannantium infidelium, quæ tamen miſeri tolerarent inique: Aſt qui non venit ejuſmodi pacem (*b*) mittere ſed gladium, zelo læſi numinis excitavit corda multorum æſtuantium illius ignis incendio, de quo Salvator: *Ignem* (*c*) *veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur?* qui & ejus luminis claritate, quæ eſſet Dei voluntas bona, bene placens, & perfecta intelligentes ſecundum illud Propheticum: *De* (*d*) *excelſo miſit ignem in oſſibus meis & erudivit me*. Atque dicentes: *Opprobria* (*e*) *exprobantium tibi ceciderunt ſuper me*. Eoſdem armatura (*f*) De indutos, galea ſalutis tectos fidei ſcuto munitos, potentes gladio ſpiritus, adverſus principes, & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus pugnaturos eduxit in campum ille ipſe, qui dixit (*g*): *Confidite, ego vici mundum*. Quæ quidem præclara certamina conſecrari, perpetua memoria meruere non ab alio, quam ab auctore, qui præſens affuit, & pars magna fuit, ſacro Dei miniſtro, digniſſimo ſacerdote, atque glorioſiſſimo martyre S. Eulogio Cordubenſi presbytero: qui quidem agones, atque coronæ martyrum a nullo dignius, quam a martyrii candidato, martyre deſignato, promotore Martyrum, teſteque fideli ſcribi ullatenus potuerunt.

(*a*) *Iſa.* 35.

Cordubenſis Eccleſ. nobilitata martyribus.

(*b*) *Matth.* 20.

(*c*) *Luc.* 12.

(*d*) *Thren.* 1.

(*e*) *Pſ.* 68.

(*f*) *Eph.* 6.

(*g*) *Joan.* 16.

S. Eulogius ſcriptor rerum geſtarum SS. martyrum.

II. Quod vero ejuſdem Eulogii eo argumento ſcripti libri jam excuſi, vulgati ſint; ne ſingulorum Martyrum Acta deſcribendo, lectori tædium afferamus, eadem ſummatim hic deſcribere conſultius viſum eſt, cum qui ea integra videre cupit, habeat quem originarium petat fontem. Quando autem ſinguli paſſi ſint, certi temporis nota firmata ab eodem Eulogio ita narrantur (*a*).

(*a*) *Eulog. Mem. Sanct. l.* 2. *c.* 1.

*In nomine Domini. Regnante in perpetuum Domino noſtro JESU Chriſto, anno Incarnationis ejus octingenteſimo quinquageſimo, Æra octingenteſima octuageſima octava: Conſulatus autem Habdarrahgman vigeſimo nono. Cujus temporibus rebus & dignitate gens Arabum in Hiſpaniis aucta, totam pene Hiberiam diro privilegio occupavit. Cordubam vero, quæ olim Patricia dicebatur, nunc ſeſſione ſua urbem regiam appellatam ſummo apice extulit*, &c. Subiicit bis glorioſam confeſſionem, conſummationemque martyrii presbyteri Eccleſiæ Cordubenſis, Perfecti nomine, qui cæteris ad martyrium viam aperuit, qui primus doloſa arte Sarracenorum invitus primum, inde libens, volenſque certaminis campum ingreſſus, glorioſum triumphum de perfidia debellata, & Chriſti gloria prædicata revexit,

Perfecti presbyteri martyrium.



PAGIUS SÆC. IX.

Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXVIII Anno Hegiræ CCXXXVI. inchoato die 15. Jul. fer. 3.

A. C. 850. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6343.

☉ 19. E. ☽ 15. P. 6. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 850.

LEONIS IV. PAPÆ 4.

LOTHARII IMP. 31. & 11.

MICHAELIS IMP. 9.

ANnum. I. ad. IV. *Sanctus Eulogius* Archiepiſcopus Toletarus electus, in Memoriali Sanctorum Martyres Cordubenſes libris tribus celebravit. Primus ex eis fuit Sanctus *Perfectus* Presbyter, cujus Martyrium ex eodem Eulogio recitat Baronius. Dicitur paſſus Perfectus *regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, anno Incarnationis ejus octingenteſimo quinquageſimo, era DCCCLXXXVIII. Conſulatus autem Habdarrhaman viceſimo nono*. Tum ait Eulogius: *Conſummavit vir Dei curſum agonis ſui in pace XIV. die Kal. Maias, ſexta feria, era qua ſupra adnotatum eſt*; qui characteres omnes denotant diem XVIII. menſis Aprilis hujus anni, qui in feriam ſextam incidit. Conſulatus nomine Eulogius annum Præfecturæ Abderraminis Saracenorum Hiſpanias incolentium Ameræ denotat; qui cum anno DCCCXXI. Præfecturam ſuſceperit, annus ejus XXIX. in finem vergebat. Occiſus ab eo Sanctus *Perfectus*, quod in Mahometis ſectam inveheretur ut videre eſt apud Baronium, qui

*Califa Cordubenſis in Chriſtianos ſævit.*

multiplici corona dignus qui primum pilum in hoſtem, cominus pugnaturus iecit, primuſque vexillum confeſſionis ſuper mœnia impietatis erexit. Bene igitur a Perfecto perfecta opera Dei ſunt inchoata. Hic in cœnobio ſancti Aciſcli monachus ab adoleſcentia militans, perfectæ vitæ ſtipendia merens, ubi fraude Arabum ad publicam confeſſionem adductus, Mahometum pſeudoprophetam ſcita oratione inſectatus, & deteſtatus pariter, Chriſtum Dominum verum Deum confeſſus eſt. Cujus rei cauſa detruſus in carcerem, detentus ibi diutius, fortior ſpiritu redditus, vehementius in illorum pſeudoprophetam invectus, obtruncatione capitis, nobile certamen explevit quartodecimo Kalend. Maii, feria ſexta. Corpus vero a fidelibus curatum, ſepultumque eſt in Eccleſia ſancti Aciſcli, martyrem martyri coniungentibus. Sed quæ ſecuta ſit ultio perſecutorem, cujus interitum jam ante prædixerat ipſe martyr, ab Eulogio accipe, qui ſic ait: *Illudque propheticum divinitus ore prolatum de proconſule Eunucho Claviculario Nazar, ita Deo diſpenſante impletum eſt, ut carcere adhuc religatus convinctis prædixerat. Nam priuſquam in anno altero profanæ ſolemnitatis Paſchale gaudium perituris occurreret, multis ante diebus Eunuchus idem occubuit. Ignita namque febre intrinſecus viſcera ejus aduſta, & (ut nonnulli ferunt) toxica potione corrupta, ante obitum, dum urgente corporali neceſſitate, ad purgandum alvum ſecretius cubiculum peteret, diſco effuſa ſunt, & interiit, ſicut quidam poeta Chriſticola Arii finem deſcribens, heroice luſit, dicens.*

III. *Viſceribus fuſis, vacuus quoque ventre remanſit. Sic namque Dominus utroque miraculo militem ſuum glorificans, magnæ ſpei ſolatiis fidelium vota corroborat.* Hæc Eulogius: qui & inferius, quantum de conſummato Perfecti martyrio ubique fama vulgata in cordibus Fidelium ignem accenderit, his verbis reddidit manifeſtum: *Res vero tanti facinoris in ſacerdote commiſſi, multos ocio ſecuræ confeſſionis per deſerta montium, & nemora ſolitudinum in Dei contemplatione fruentes, ad ſponte & publice deteſtandum & maledicendum ſceleratum vatem Mahometum exilire coegit, majoriſque ardoris fomitem moriendi pro juſtitia cunctis miniſtravit. Et quod ab iſto uno infida perſecutorum executio primitus violenter extorſit; & quod in hunc callida circumventione ſuadendo ulciſcitur, poſtmodum in plurimos ultro ſe tali diſcrimini offerentes exhorruit. Adeo namque terrore nimio Ethnicorum univerſitas in horum progreſſu concuſſa eſt, ut perditionem Reipublicæ, Regnique ſui excidium jam imminere arbitrarentur, ac noſtros athletas ab hujuſmodi intentionibus inhiberi ſuppliciter exoraret.*

*Hunc ſecutus eſt ad certamen (a) Joannes, qui eadem ex cauſa ad tribunal judicis ductus, homo laicus, venalia expoſita habens, plurimiſque verberibus publice per civitatem flagellari juſſus, in arctum detruſus eſt carcerem, quem Eulogius ſe inveniſſe teſtatur adhuc plagis cruentum, cum ipſe in eumdem poſtea ut dicetur) detruſus eſt carcerem.* Qui & in fine: *Horum igitur duorum & ſpontaneus & violentus ad paſſionem curſus cæteros in unum eumdemque conſenſum dimicandi ultro venire coegit.* Secundum illud Evangelicum (b): *Si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert.* Et ſic cum putatur vitis, magis uvis abundat. At de Martyribus, quod ad hunc annum pertinet, ſatis. Reliquas autem Martyrum coronas ſuis locis inferius relegemus.

(a) *Eulog. Mem. ſanct. l.1.*

(b) *Joan. 12.*

Sic igitur quæ torpeſcere, ac tepeſcere videbatur, quæ inter infidelium vepres erat Eccleſia; mox beneficio perſecutorum ita virere, atque florere viſa eſt, ex cæde Martyrum, ut præ cæteris omnibus toto Chriſtiano orbe ſparſis Eccleſiis fuerit illuſtrata, longe lateque fulgoribus ſplendens.

Quod autem ad res Chriſtianorum ſeorſum in Gallæcia regnantium ſpectat: hoc ipſo anno, Ranimirus Rex ſucceſſor Alfonſi Caſti ex hac vita diſceſſit die prima Februarii, ſepultus Oveti, ejuſmodi epitaphio inſcripto ſepulcro. IV. Ranimiri Regis obitus.

OBIIT DIVÆ MEMORIÆ RANIMIRVS REX DIE KAL. FEBRVARII ÆRA DCCC. LXXVIII. OBTESTATOR VOS OMNES QVI HÆC LECTVRI ESTIS VT PRO REQVIE ILLIVS ORARE NON DESINATIS.



PAGIUS II. *Moritur Ranimirus Legionis Rex.*

ejus Martyrii annum accurate conſignavit.

Ad num. IV. Recte etiam mortem Ranimiri I. Legionis & Caſtellæ Regis cum hoc anno Baronius copulat; cum in ejus Epitaphio quod recitat, dicatur mortuus die Kal. Februarii era DCCCLXXXVIII. *Ordonius* filius Regium inſigne, animumque ſuſcepit, Princeps miti ac tractabili ingenio, ſuaviſſimis moribus, juſti æquique tenax. Fallitur autem Baronius in eo quod ſcribit *Ordonium* regnaſſe *annos XII. annoque DDCCLXII.* vivere deſiiſſe, ut in hujus morte videbimus.





Ex hujus inſcriptionis adeo evidenti teſtimonio (quam qui vidit exſcripſit, atque ſincere reddidit Ambroſius (a) Moral.) erroris manifeſtiſſimi arguuntur reliqui omnes rerum Hiſpanicarum tractatores, qui ejuſdem Regis ingreſſum in Regnum ponunt anno Domini octingenteſimo vigeſimo tertio, & annis ſex & menſibus novem regnaſſe (b) tradunt, ex numeris Æræ corruptis, quos per ejuſmodi antiquiſſimam certamque, ac omnibus patentem inſcriptionem, oportuiſſet (ut prudenter facit Ambroſius) emendaſſe, cum alioqui ſemel in tempus illapſus error, ſecundo mendaciorum germine infeliciter propagetur. Porro Ranimiro ſucceſſit eodem die Ordonius filius, regnavitque annis duodecim, uſque ſcilicet ad annum Redemptoris octingenteſimum ſexageſimum ſecundum, ut ex alia item veteri inſcriptione idem auctor manifeſtiſſime probat.

(a) *Ambr. Moral. in Schol. ad Eulog. in fin. & hiſt. l.13. c.52.*

(b) *Theod. par.4. c. 10. & alii eum ſequuti.*

Ordonius Rex in Hiſpan.

V. Northmanni recepti a Carolo in partem Regni.

Hoc pariter anno luctus, & clamor ingens repetitur in Galliis ex Northmannorum nova facta incurſione in Regnum Caroli filii Ludovici Imperatoris, cum ille timore concuſſus, conſilii inops eoſdem in Regni conſortes aſſumit, ea Regni parte illis conceſſa, quæ ab eorum nomine ſumpto vocabulo, dicitur Normandia. Habent iſta Annales veteres, a Pithœo editi, verbis iſtis: *Hoc anno octingenteſimo quinquageſimo Northmanni, Godefrido duce, per Sequanam aſcendentes, Regnum Caroli prædantur. Ad quorum expulſionem Lotharius in auxilium vocatus, cum ſibi cum hoſte pugnandum eſſe putaret, Carolus clam mutato conſilio, Godefridum cum ſuis in ſocietatem Regni ſuſcepit, & terram eis ad habitandum delegavit. Lotharius vero adventum ſuum illi ſuper vacuum videns, ad propria eſt reverſus.*

VI. Vidiſti degenerem a majorum ſuorum fortitudine Principem Northmanno piratæ ſuccumbere, & ab eodem turpiter adeo redimere pacem, Regni conſortio? Unde mala iſta? Non aliunde quidem, niſi quod a majorum pietate, & propenſo religionis cultu, per quem ſibi illi Deum conciliantes (c) facti ſunt adverſus barbaros omnes invicti, reperiuntur hi fuiſſe degeneres. Francorum tunc quidem enituit robur, cum in Regibus cultus pietatis excelleret, elanguit, cum defecit, & Eccleſiæ ſunt proſtitutæ laicis. Quorum redditibus non ſunt illi roborati, vel recti, ſed enervati, penituſque depreſſi. Luxerunt iſta, & aperuerunt ea Principibus ipſis reverendiſſimi Patres (ut vidimus) in Meldenſi Concilio, & ad putridum vulnus opportuna appoſuere remedia. Sed recuſavit ille ea omnino ſuſcipere, unde juſto Dei judicio factum eſt, ut qui latas a ſanctis Patribus leges ſubire renuit, coactus ſit a Northmannis duriſſima ſuſcipere jura; & qui Eccleſiarum bona laicis tradebat, coactus ſit ſua largiri Northmannis. Sed ſicut nulla eſt ſecuta emendatio in Rege, ita nec quievit Northmannorum flagellum in manu Dei, ut quæ ſuis locis dicturi ſumus oſtendent. Etenim in omnibus ſemper vigens, numquam ſeneſcens permanet ſententia Achioris (d) differentis cum Holoferne. Quod cum populus peccat in Deum ſuum, nullo negotio adverſus eum prævaleant barbari. Secus vero, ſi cultor ſit religionis atque juſtitiæ, nullam eſſe gentem, quæ poſſit illi reſiſtere.

Cur tot in Francos parta ſunt mala.

(c) *Deut. 35.*

(d) *Judit. 5.*

VII. Vis videre, atque certo diſcere experimento, pro pietate Regum de barbaris concedi victorias? Sicut enim Carolus bona Eccleſiarum laicis, ipſis ſui Regni Comitibus dedit, coactus eſt ſua dare Northmannis; ita contra, cum Ramirus Rex in Hiſpania (ut vidimus) ipſum ſuum Regnum fecit penſione tributi eſſe vectigale Eccleſiæ ſancti Jacobi, retulit glorioſum triumphum, cum idem invictum hactenus genus hominum ſuperavit. De qua tanta victoria breviter iſta Tudenſis: *Ejus tempore Northmannorum claſſes per ſeptemtrionale mare ad littus Legionis civitatis advenerunt. Gens hæc eſt crudeliſſima, & in partibus noſtris antea non viſa. Quod Rex ubi comperit, adverſus eos cum exercitu ſuo venit, & multitudinem eorum vicit, & ſeptuaginta naves illorum combuſſit, atque multis ditatus divitiis, ad propria incolumis reverſus eſt.* Hæc ipſe. Eadem & reliqui,

VII. Northmanni cur in Hiſpania victi, & in Gallia vincunt.



PAGIUS III. *Normanni Gallias affligunt.*

A num. V. ad VIII. Annaliſta Bertinianus de Normannis hoc anno habet: *Orich Rex Normannorum, impugnantibus ſe ſe duobus nepotibus ſuis, bello impetitur. Quibus partitione regni pacatis Rorich nepos Herioldi, qui nuper a Lothario defecerat, aſumtis Nortmannorum exercitibus, cum multitudine navium, Freſiam, & Batavum inſulam, aliaque vicina loca per Rhenum & Vabalem devaſtat. Quem Lotharius cum comprimere nequiret, in fidem recepit, eique Doreſtadium & alios Comitatus largitur. Cæterorum vero pars Menapios, Tarviſios, alioſque maritimos deprædantur: pars Britanniam inſulam, Angloſque impetentes, ab eis auxilio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſuperantur.* Hanc in rem Author Fragmenti Chronici Fontanellenſis ait: *Claſſis Danorum in regnum Clotharii* (ſeu Lotharii) *appulit, ducibus Rorico & Godefrido. Nec mora de VValo fluvio recedentes abſque ulla præda, Flandrenſem adorſi regionem, variis depredationibus populati ſunt.* Annaliſta Fuldenſis addit, *Carolum Calvum* Godefridum cum ſociis in ſocietatem Regni ſuſcepiſſe, & terram eis ad habitandum tradidiſſe, indeque Baronius deducit Normanniam eis tunc conceſſam fuiſſe. Verum hæc Provincia eis tradita a Carolo Simplici anno CMXII. ut ibi dicetur.

ut Rodericus, & alii hiſtorici tum veteres, tum recentiores, qui proſequuti ſunt res Hiſpaniarum. Ex his igitur opportune rurſus Davidicum illud ad Principum aures importunius occinendum: *Et nunc (a) Reges intelligite: erudimini qui judicatis terram.*

(a) Pſalm. 2.

VIII. Eſt hic annus trigeſimus ætatis Caroli Regis, qui licet ad virilem ætatem, non tamen eodem pietatis, & vitæ morum incremento pervenit. Lupus Abbas Ferrarienſis, cupiens eum ad meliorem frugem perducere, ad eum ſcripſit litteras, quas dignas Annalibus exiſtimamus. Sic enim ſe habent, iſto titulo prænotatæ (b): Exhortatio ad Carolum:

(b) Lup. epiſt. 44. Lupi ad Carolum Regem admonitio epiſtolaris.

*Ut pacifice, feliciterque regnetis, obſervanda vobis fideli dilectione collegi. Creatori veſtro Deo & Judici futuro gratias habete ſemper & agite, qui vos hactenus malis pluribus liberavit, & bonis multiplicibus exornavit: utque vobis initium, profectum, atque perſeverantiam in bonis actibus largiatur, quotidianis precibus flagitate. Cum eſſetis parvuli, loquebamini ut parvuli: ſapiebatis ut parvuli: nunc autem ad virilem perducti ætatem, ſecundum eumdem Apoſtolum, in quo evidenter Dei ſpiritus loquebatur, evacuate quæ fuerunt parvuli, ſcilicet ſtulta atque inania declinantes, rationabilia præſenti & futuræ ſaluti profutura ſectamini. Quæ agenda ſunt, proſpicite diligenter, & retractate ſubtiliter commune * quale conſilio cum Dei veſtriſque perfecte fidelibus; quia id divinum nos inſtruit eloquium (c): Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Nec vos cuilibet ita ſubiiciatis, ut ad ejus arbitrium omnia faciatis. Cur enim regium nomen prætenditis, ſi regnare neſcitis? ut pace cunctorum dixerim, non expedit vobis & populo, ut aliquem vobis æquetis, nedum præponatis. Quoniam Deus qui ſcit quid ſit in homine, præmonet (d): Ne des poteſtatem filiis tuis in vita: quia melius eſt, ut illi te deprecentur, quam tu illos. Si filiis hoc non eſt concedendum, quanto minus aliis? Vicem vos gerere Dei, quis ignorat? At ipſe dicit: Gloriam (e) meam alteri non dabo. Non admittentur ergo a vobis monitores, quos Bajulos vulgus appellat, ne gloriam veſtram ipſi inter ſe partiantur, & meliorem amorem alienent a vobis.*

*

(c) Eccl. 14.

(d) Eccl. 30.

(e) Iſai 42.

IX. *Imitatione Dei nolite perſonaliter judicare, ſed in cauſa eadem dives, mediocris, & pauper eumdem vos ſentiant, ut ſit quod potentes terreat, & quod mulceat non reſiſtentes. Bene ſemel geſta numquam niſi in melius mutaveritis, ut fidem veſtram atque conſtantiam cuncti mirentur. Fugite levitatem, morum maturitatem apprehendite, ut veſtra probitas cunctis poſſit prodeſſe ſubjectis. Vitate malorum ſocietatem: quoniam, ut ſcriptum recolitis (f), Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Amplectamur bonorum collegium, quoniam (g) cum Sancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et apud eumdem Regem & Prophetam pulcherrime dicitur; (h) Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Et: Ne metuatis potentes, quos ipſi feciſtis, & quos cum vultis, extenuare poteſtis. Ne confidatis (i) in Principibus, in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus; ſed transferte ſpem veſtram ad Deum, qui fecit cœlum & terram (k) qui cuſtodit veritatem in ſæculum.*

(f) 1. Cor. 15.

(g) Pſalm. 17.

(h) Pſalm. 100.

(i) Pſalm. 145.

(k) Ibid.

X. *Concipite honeſtam veritatem, ut quod vos non decet præſtare, nemo ſcienter a vobis audeat poſtulare. Cogitate multa, nec dicatis omnia: quia vel juxta divinam Scripturam (l): Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam vel juxta ſæcularem litterarum ſententiam: Quod occultum velis, nemini dixeris. Quomodo namque poteris ab alio exigere ſilentium, quod tibi ipſi non præſtas? &, non poteſt vox emiſſa reverti. Communem utilitatem & opportunitatem omnium charissimam vobis omnes intelligant; & certatim omnes ſibi vos præferre contendent. Divinas, & humanas leges juſtas dumtaxat nemo ſinatur contemnere, quia malorum impunitas, vitiorum ſemper peperit incrementum. Humilitas cuncta opera veſtra venuſtet, quia ſcriptum eſt (m): Quid ſuperbit terra & cinis? Et (n) quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Et ipſe redemptor noſter admonet (o) Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animi veſtri. Eleemoſynis aſſiduis Deum vobis placate, ſecundum illud (p): Miſerere animæ tuæ placens Deo: quia, ut ſacræ continent litteræ (q): Eleemoſyna a morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Salvator quoque hanc ita commendat (r): Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis: Glorificate Deum in omnibus; quia ipſe teſtatur (ſ): qui glorificat me, glorificabo eum, & qui contemnunt me, erunt ignobiles. Rex & Propheta eximius ſic ſibi Deum proponit (t): Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Hæc ſtudioſe cuſtodientes, Deo & bonis quibuſque placebitis: rebelles Dei, ut credimus, vobis pugnantibus, comprimetis, atque vincetis: & poſt Regnum temporale ac laborioſum, conſequemini ſempiternum, & vere quietum.* Hactenus Lupus ad Carolum ad quem eodem argumento hæc rurſum libero animo ingerit:

(l) Pſalm. 113.

(m) Eccl. 10.

(n) Eccl. 3.

(o) Matt. 11.

(p) Eccl. 30.

(q) Tob. 12.

(r) Luc. 11.

(ſ) 1. Reg. 2.

(t) Pſalm. 113.

XI. *Explicari facile non poteſt, quam cupiam*



Alia Lupi ad Carolum epiſtola.

(a) Lup. ep. 93.

*piam (a), domine mi Rex glorioſe Carole, ego ultimus veſter famulus in omnibus veſtram proſperitatem & ſpiritualem & ſæcularem: propterea aliquoties & verbis & ſcriptis ultro me ingeſſi, ut mea devotio, opitulante Dei gratia veſtræ prodeſſet felicitati. Nunc etiam quod utiliſſimum vobis, & veſtro Regno multa meditanti occurrit, paucis aperio. Obſervantia juſtitiæ non ſolum apud Dominum meritum vobis comparat, verum etiam terrenam poteſtatem confirmat. Bonorum ſocietas perfectam vobis & laudem parit ad exemplum beati David, qui ſe imitandum proponens, ait (b) Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Segregatio etiam perverſorum æque laudabilis eſt, ut idem ipſe David inſtituit: (c) Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. Quod autem fidiſſimus quiſque debeat eſſe familiariſſimus, illa ſententia inſtituimur: Quæ peſtis ad nocendum efficacior eſſe poteſt, quam familiaris inimicus?*

(b) Pſalm. 100.

(c) Ibid.

XII. *Quorum conſilio Reſpublica, Domino faciente (de quo dicitur (d), Fiat pax in virtute tua) poſſit eſſe tuta & quieta, ſanctæ litteræ his verbis inſinuant (e): Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum. Item intelligunt, quod non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Et in Davidis conſiliis, Ab æquitatis tramite non recedunt. Unde & eadem conſilia ab ipſo Domino ad utiles rediguntur affectus. Alibi etiam ſatis hinc aperte docemur, ubi legimus (f) Conſilium ſemper a ſapiente require. Sapientem hic intelligimus, quem aut experientia docuit, aut lectio erudivit, aut inſpiratio divina ceteris prætulit magnum aliquid fieri. Quæſo recolite memoria illud, quod prudentiſſime dictum eſt: Antequam incipias, conſulito: & ubi conſulueris mature facto opus eſt. Sic enim & præcipitatio vitabitur, & nocitura dilatio. Romani orbis terrarum domini quibus conſiliariis uſi ſint, hac una & brevi ſententia ad veſtram noſtramque utilitatem conſiderare dignemini: Fidum erat & altum Reipublicæ pectus, curia, ſilentique ſalubritate munitum & vallatum undique, cujus limen intrantes, abjecta privata charitate, publicam induebant. Tales quæſo tales quærite, qui publicam dilectionem, hoc eſt, totius populi præferunt privatis commodis, & miſerante Domino, motus iſti moleſtiſſimi conquieſcent.*

(d) Pſalm. 121.

(e) Sap. 6.

(f) Tob. 4.

*Imperatorum geſta breviſſime comprehenſa, veſtræ majeſtati offerenda curavi, ut facile in eis inſpiciatis, quæ vobis imitanda ſint, vel cavenda. Maxime autem Trajanum & Theodoſium ſuggero contemplandum; quia ex eorum actibus multa validiſſime poteritis ad imitandum aſſumere. Ita diutiſſime regnetis, ut ſemper Deus regnet in vobis.* Hæc Lupus, qui nullam prætermittens Regem juvandi occaſionem, de cavendo juramento, breviorem ad ipſum hanc etiam ſcripſit epiſtolam (g):

(g) Lup. epiſt. 96.

*Glorioſo Domino, præcellentiſſimo Regi Carolo integre fidelis Lupus.*

XIII. De non jurando miſſo S. Auguſtini ſermone.

*Cum a veſtra majeſtate digrederer, præcepiſtis, ut impendente Quadrageſima, quiddam vobis dirigerem, unde caperetis fructum aliquem ædificationis. Sermonem itaque beati Auguſtini, in quo jurandi conſuetudinem diſſuadet, quamque ſit ferile perjurium oſtendit, veſtræ prudentiæ deſignavi profuturum vobis plurimum credens, ſi vobis admonentibus, quidam aſſidue jurare deſiſtant; & quod recte juraverint, non contemnant. Non adulandi vitio, in gratiam veſtram dico, ſed deſiderio ſalutis eorum, qui nobiſcum in* cœlum invocant, quicumque fidem vobis jurejurando firmaverunt, ſi ab ea ſaltem latenter deficiunt, jam ſibi mortem animæ intulerunt, nec poſſunt eſſe filii Dei, qui nolunt eſſe pacifici. Admoneantur ergo noſtra induſtria ſui periculi, & ſaluberrima inſtitutione tanti Doctoris, ad correctionis remedium invitentur. Miſi præterea celſitudini veſtræ gemmas, quas dudum opifex noſter exculpendas, & poliendas acceperat, quarum formam atque nitorem ſi approbaveritis, memorato artifici gratulabor. Opto & oro, ut bene ſemper agatis, & propitio Deo, felici ſucceſſu diutiſſime gaudeatis.* Hactenus Lupus: qui & pluribus aliis ſuis epiſtolis eumdem admonet, ablata Eccleſiis bona reddere, cum & docet, ex quo tempore talia ſunt præſumpta in Regno Francorum, omnia peſſumdata, hoſtibus prævalentibus. Sic igitur, ut vides, non caruit Carolus monitore, ſi audire voluiſſet: ſed quia ſecus egit, Regnum Francorum in ejuſmodi, quod legitur, diſcrimen induxit.

*

XIV. Boem in Francos opera diaboli prævalent.

Cæterum præter ea, quæ dicta ſunt de clade, per Northmannos Francis illata, in Regno item ſuo Ludovicus pugnans

PAGIUS IV. *Franci in Germania a Bohemis victi.*

Ad num. XIV. Annaliſta Metenſis ad annum DCCCXLVIII. refert, Ludovicum Germaniæ Regem *Bohemanos*, quos hodie Bohemos vocamus eruptionem molientes, obſides dare coegiſſe. Tum ad annum DCCCXLIX. aſſerit, eos contra Francos rebellaſſe; cumque quidam ex Primatibus inconſultis aliis eoſdem aggreſſi eſſent, *ſtatim experti ſunt quod ſine* Dei *timore parum proſit virtus & audacia. Hoſtes enim effecti ſuperiores, cadendo perſecuti ſunt eos uſque ad caſtra, & ſpe evadendi e toto ſublata, conſcti obſides dabant, a quibus ſuſcipere dedignati ſunt.*

gnans adverſus Boemos, poſteriora retulit. Nam Sigebertus hæc de his ſummatim in Chronico: *Franci a Boemanis gravi prœlio vincuntur. Cui bello ſpiritus malignus ſe præfuiſſe, per os arreptitii publice proteſtatus eſt, & per ſe, & per ſocios, ſpiritus ſcilicet ſuperbiæ & diſcordiæ egiſſe, ut Franci terga verterent.* Hæc ipſe. At non ſolum bellum, verum etiam dira fames oppreſſit hoc anno Francos, nam in ſuperius citatis Annalibus mox iſta ſubiiciuntur:

Famis ingens vexat Germanos.

*Eodem anno graviſſima fames Germaniæ populos oppreſſit, maxime circa Rhenum habitantes: nam unus modius de frumento Moguntiaci vendebatur decem ſiclis argenti. Morabatur autem eo tempore Rabanus Archiepiſcopus in quadam villa parochiæ ſuæ, cui vocabulum eſt, Vuinzella, & pauperes de diverſis locis venientes ſuſcipiens quotidie pluſquam trecentos alimento ſuſtentabat, exceptis his, qui in præſentia illius veſcebantur aſſidue. Venit autem & mulier quædam pene conſumpta inedia cum puerulo parvulo inter cæteros refocillari deſiderans; quæ priuſquam limen portæ tranſcenderet, præ nimia imbecillitate corruens, ſpiritum exhalavit; puer vero mamillam matris mortuæ quaſi viventis de ſinu protrahens, & ſurgere tentans, multos intuentes gemere & flere coegit.*

XV. *Quidam etiam in illis diebus de Grabfelden cum uxore ſua, & filio tenero in Thuringiam proficiſcens, ut malum inopiæ temperare poſſet, uxorem in itinere in quadam ſilva ſic affatus eſt: Nonne, inquit, melius eſt, ut puerum iſtum occidamus, & manducemus carnes ejus, quam omnes inedia conſumamur? Illa vero contradicente, ne tantum ſcelus committeret: tandem urgente fame, filium de brachiis maternis per vim rapuit; & voluntatem opere compleſſet, niſi Deus illum ſua miſeratione prævenisſet. Nam ſicut idem poſtea in Thuringia poſitus plurimis retulit, cum evaginaſſet gladium, ut mactaret filium, & in ancipiti poſitus necem diſtuliſſet: vidit eminus duos lupos ſuper unam cervam ſtantes, & lacerantes carnes ejus. Statimque parcens filio, ad cadaver cervæ cucurrit: & lupos inde abigens tulit de carnibus prægustatis, & cum incolumi filio ad uxorem reverſus eſt. Prius enim, quando filium tulerat de manibus matris, paululum ab ea declinaverat, ne illa morientem puerum videret, & audiret.*

XVI. *At illa veniente marito, videns recentes carnes & cruore perfuſas, putabat filium occiſum, & cecidit retrorſum pene exanimis. Ille autem accedens conſolatus eſt eam, & erigens illam, oſtendit puerum viventem. Tunc illa reſumpto ſpiritu, Deo gratias egit, quia filium ſanum recipere meruit: nec minus ille, qui eum Deus a liberi interfectione innocuum dignatus eſt conſervare. Ambo tamen carnibus lege prohibitis, neceſſitate coacti ſe recrearunt.* Hactenus Annales aucto-

ris

PAGIUS *ſunt*. Tam fædæ cladi hoſtis contemptus ſuperbia & diſcordia Ducum Francorum cauſam præbuit, ut ibidem Annaliſta Sigeberto in Chronico præferendus indicat. Ad hunc vero annum idem Annaliſta prodit, graviſſimam famem Germaniæ populos oppreſſiſſe, *maxime circa Rhenum*, & Rabanum Moguntinum Archiepiſcopum quotidie pauperes pluſquam trecentos ſuſtentaſſe, *exceptis his, qui in præſentia ejus aſſiduæ comedebant*; quod confirmat Annaliſta Fuldenſis, cujus verba Baronius recitat.

V. Synodus Ticinenſis. Ad num. XVI. Celebratum hoc anno *Ticini* Concilium, in quo Canones viginti quinque conditi ad reſtaurandam Eccleſiaſticam diſciplinam. Titulus tam in Indictione, quam in annis Imperatorum, Baronium, alioſque Viros doctiſſimos mirum in modum torſit, & non paucos quod in Urbe *Regiaticina* celebratum dicatur. Hæc tamen ultima difficultas ex imperito tantum amanuenſi procedit, qui duo vocabula conjunxit, & loco *in Urbe Regiæ Ticino*, ſcripſit, *Regiaticina*. Altera difficultas nondum hactenus ſoluta ſic dirimenda. Hæc ſunt verba Præfationis: *Anno Incarnationis Dominicæ DCCCL. indictione XIV. & Hlotharii atque Hludovici piiſſimorum Auguſtorum XXX. atque primo, in urbe Regiaticino facta Synodus, cui præſederunt Angilbertus Mediolanenſis Archiepiſcopus*, &c. Indictio XIV. Kalendis Septemb. præſentis Chriſti anni inchoata, at Synodus hæc habita anno XXX. Lotharii Aug. ab anno DCCCXX. deducto, ut eo anno expoſuimus. Quare cum eo Chriſti anno Lotharius ante Kalendas Septemb. Rex Italiæ dictus fuerit, manifeſtum eſt, loco, *indict. XIV.* reponendum eſſe *indict. XIII.* & hanc Synodum ante diem ultimum Maii, quo *Lotharius* jam numerabat annum XXXI. coactam eſſe. Vide dicta loco citato. Annus primus Ludovici Aug. ab anno ſuperiori, quo Imperii collega declaratus eſt, proficiſcitur, & prioribus hujus anni menſibus in curſu erat. Neque enim a ſecunda Imperii ejus Epocha hoc anno inſtituta deduci poteſt, ut ex mox dicendis patebit. Hujus *Indictionis* emendatio, & *anni XXX. Lotharii* interpretatio certæ & indubitatæ, ideoque & hanc Ticinenſem Synodum, vel hyemali, vel potius verna tempeſtate congregatam fuiſſe. Porro *Angilbertum*, ſeu *Angelbertum* hoc anno Mediolanenſi Eccleſiæ præfuiſſe, diſcimus ex Catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium nuper a Mabillonio Tom. I. Muſei Italici Part. II. & a Papebrocio ante Tomum VII. SS. menſis Maji publicato.

VI. Ludovicus II. Romæ die ſecunda Decembr. coronatur. Cæterum Ludovicum II. hoc anno Romæ coronatum eſſe Imperatorem, his verbis docet Annaliſta Bertinianus: *Lotharius*, inquit, *filium ſuum Ludoicum Romam mittit; qui a Leone Papa honorifice ſuſceptus, & in Imperatorem unctus eſt*. Hæc eſt ſecunda Imperii Ludoviciani Epocha, quam plerique cum priori perperam confudere. Menſe Novembri nondum coronatus fuerat, ut oſtendit Charta a Mabilonio lib. VI. de Re Dipl. pag. 542. relata dataque *anno imperii ejus XXII. menſe Novembri, indictione V.*

an-



ris hujus temporis. Meminit ejuſdem famis etiam Sigebertus, nec non de Rabani erga pauperes munificentia.

Hoc item anno in antiquo codice notatur, celebratum eſſe Synodum in regia civitate Ticinenſi, ſed titulus tam in Indictione, quam in annis Imperatoris depravatus extat. Interfuiſſe eidem invenitur, & præfuiſſe Synodo Angilbertus Mediolanenſis Archiepiſcopus (*a*). Extant ejuſdem canones vigintiquinque, & Ludovici, atque Lotharii Auguſtorum

ca-

(*a*) *Caniſ. tom. 5. pag. 674.*

PAGIUS anno ſcilicet Chriſti DCCCLXXI. quo Indictio V. menſe Septemb. in Italia incœpta, menſe Novembri adhuc obtinebat. Imo ea epocha die ſecunda menſis Decembris initium ſumpſit. Ibidem enim pag. 544. & ſequenti duo Placita ejuſdem Imperatoris recitantur an. DCCCLXXIII. data quo Indictio VII. a Septembri in Italia cœpta, adhuc currebat menſe Decembri. In priori legitur: *Actum in Caſa aurea in anno imperii domni Ludovici Imperatoris XXIV. die III. & quarto menſis Decemb. per indict. VII. feliciter*. Secundum vero emiſſum *anno domni Ludovici Imperatoris XXIV. menſe Decembri, per indictionem VII.* Ex priori Placito eruo, Ludovicum II. annos Imperii Romæ ſuſcepti a die ſecunda menſis Decembris hujus Chriſti anni deduxiſſe; cum anno DCCCLXXIII. die quarto ejuſdem menſis jam ſupra annos XXIII. Imperii numeraret diem tertium, in eum diem quartum Decembris incidentem. Nec dici poteſt, eumdem annum XXIII. ab an. DCCCXLIX. quo a patre Imperator creatus, repeti debere; cum conſtet hanc nuncupationem ante diem tertium menſis Octobris illius anni factam eſſe. Quod ſi quis velit cum Mabillonio Indictionem ſeptimam in eo Placito memoratam indicare illud anno DCCCLXXIV. quo Indictio VII. menſe Januario ſæpe hoc tempore incipiebatur, datum fuiſſe, ex ipſiſmet Diplomatis refelletur, quæ pro Monachis Caſaurienſibus data ſunt; imo poſterius in Caſa-aurea ( ſita in inſula Piſcaria ad Benacum lacum, hodie in Ditione Venetorum ) [1]. In Italia autem Indictiones a Septembri initium ſumſiſſe, jam ſæpe inſinuavi, quia video non paucos ad eum lapidem offendere. Hoc quidem anno dies ille ſecundus Decembris cum feria tertia concurrit, & hujuſmodi inaugurationes diebus Dominicis vel ſolemnioribus Feſtis de more fiebant; ſed id non ſemper obſervatum, & quod de more fit, non ſemper fit. Porro *Ludovicum II.* ipſo, quo coronatus eſt die, more Imperatorum Orientalium Conſulatum perpetuum capeſſiſſe, demonſtravi in Diſſert. Hypatica part. 3. num. XVI. & ſeq. Sed hac in re Ludovicus II. *Lotharii* patris exemplum ſecutus eſt, qui vivente Ludovico Pio patre ſe ſe Conſulem dixit contra Græcorum Imperatorum conſuetudinem.

VII. Lupus libellum de Tribus Quæſtionibus edit. Lupus Abbas Ferrarienſis, qui anno ſuperiori menſe Decembri juſſus eſt a Carolo Calvo ſcribere de Prædeſtinatione, de Libero Arbitrio, & de Redemptione Sanguinis Chriſti, hoc anno edidit libellum *de Tribus Quæſtionibus*. In Præfatione cauſam, quæ eum movit, his verbis aperit: *Cum poſt devictas perſecutiones, & falſas opiniones jam inde ab Incarnatione Domini exortas, DCCCXLIX. ab eadem Incarnatione agente annum Eccleſia in pace, quam & reliquit Servator cum ea futurus uſque ad conſummationem ſæculi, comperiſſem primum in Italia, deinde in Gallia, ſi non concuti fidem, turbari certe quorundam intentionem, quod de libero arbitrio, & de Prædeſtinatione bonorum & malorum, ac de Sanguinis Domini taxatione, vulgo quadam inaudita jactarentur, harum rerum, quæ per ſe non poſſent, optavi ut per me fierent certiores*. In prima Quæſtione, ſtatuit homines habere ex Adam liberum arbitrium, non ad bonum & ad malum, quale ipſe a Conditore accepit, ſed quale ſponte in ima vergens elegit, & peccando commeruit, hoc eſt, ad malum liberum; ad bonum autem, ſi tamen id nobis di-

vino

NOTÆ [1] MEmoria labitur Pagius, dum ſcribit monaſterium *Caſaurienſe*, quod poſterius in *Caſa aurea*, & in *inſula Piſcaria* dictum eſt, ſitum fuiſſe *in inſula Piſcaria ad Benacum lacum, hodie in ditione Venetorum*. Nam *Caſaurienſe* monaſterium, quod eſt *Caſa aurea* ſitum fuit in regno Siciliæ citra pharum, quod Neapolitanum regnum dicitur, ad Piſcarium fluvium. Ad *Ludovici* II. coronationem hoc anno Romæ factam quod attinet, nondum hoc anno quum confecta eſt ſtipulatio inter *Nicolaum* Abbatem S. *Eraſmi* in urbe Roma, & *Tiberium Primicerium* S. R. E. Etenim in Regeſto Sublacenſi pag. 69. col. 2. hæc ſtipulatio habetur, in qua hæc leguntur: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Leoni ſummi Pont. & univerſali* IIII. PP. *Imperii Domni Lothario magno Imperatore* ( Hic in Regeſto habetur linea, in qua nihil ſcriptum eſt. ) Sequitur: *Quoniam certum eſt me Nicolaus Sanctæ Eccleſiæ* ( Hic item habetur alia lacuna ) *ac* ( pro hac ) *die ceſſiſſe &c.* Tradit *Tiberio Sanctiſſimo Primicerio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ fundum Lionis poſitum foris portam Latinam milliario ab urbe Roma plus minus tertio, juris monaſterii S. Heraſmi*. Qui *Nicolaus humilis Epiſcopus & Abbas prænominati monaſterii S. Heraſmi* recepit ab eodem *Tiberio terram ſementariciam, quot ſunt ceſinæ plus minus* V. Quæ confirmavit *Leo* Papa IIII. Jurant hæc omnia ſervaturos *per Deum omnipotentem Sanctæque Sedis Apoſtolicæ Principi a Deo coronato Domno Lothario magno Imperatore, ſeu ſalutem venerabiliſſimi & Apoſtolici Domni Leoni Pontifici & univerſali quarti Papæ*. In fine: *Quam ſcribendam rogavit Anaſtaſium in Dei nomine Conſul & magiſter cenſi urbis Romæ, in quo ego ſupraſcripto ſubtus manu propria ſubſcripſi & teſtes, qui ſubſcriberent rogavi, & nobis qui ſupraſcripti contradidi ſub die menſis & Indictione ſupraſcripta XIII.*

*Nycolaus immeritus Epiſcopus & Abbas venerabilis monaſterii Sancti Chriſti martyris Eraſmi huic ceſſionis commutationis charta facta a me in Tyberio Primicerio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ manu propria ſubſcripſi, & teſtes qui ſubſcriberent rogavi.*

Solius *Lotharii* nomen in hac membrana adnotatatur. *Indictio* XIII. & *Leonis* IV. Pontificatus, annum Chriſti 850. ante menſem Septembrem deſignant. GEORGIUS

capita quinque, quos pro arbitrio conſulere poteris. Proficui ſunt pro reſtituenda collapſa Eccleſiaſtica diſciplina.

Hoc eodem anno S. Anaſtaſius, Sergii filius creatur Neapolitanus Epiſcopus, qui Romam veniens, a Leone Papa conſe-

PAGIUS

vino munere contigerit, Dei gratia liberandum Liberum arbitrium congenitum & omnino inamiſſibile illud eſſe ait, ex Divo Auguſtino, quo Beati volunt etiam hi, qui ea nolunt, quæ ad beatitudinem ducunt.

VIII. *Summarium ſecundæ Quæſtionis.* In ſecunda Quæſtione aſſerit *Prædeſtinationem* nunquam eſſe ſine præſcientia; præſcientiam eſſe plerumque ſine Prædeſtinatione, quia crimina perverſorum præſcit Deus, quæ utique ut ſe facturum non prædeſtinavit, ita nec fecit. Prædeſtinationem reproborum ad pœnam adſtruit, quam pleroſque immerito horrere ait: *De his*, inquit, *prædeſtinationem Dei dici horrent plerique, atque refugiunt: in quibus & quædam præclara Præſulum Lumina. Scilicet ne credatur Deus libidine puniendi aliquos condidiſſe, & injuſte damnare eos, qui non valuerint peccatum, ac per hoc nec ſupplicium declinare. Qui ſi attenderent, ſicut in Adam, illo voluntate peccante omnes peccaverunt: ita prius illo abſque vitio exiſtente, omnes abſque vitio extitiſſe. Deum autem non homini neceſſitatem caſus intuliſſe, poteſtatem tamen permiſiſſe: ipſum vero, ut pote* Qui fecit quæ futura ſunt, & qui vocat quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt, *& caſum præſciſſe, & quid caſum ſequeretur, conſtituiſſe; ut videlicet genus humanum ſua ſponte corruptum, nec totum propter miſericordiam damnaretur, nec totum propter juſtitiam ſalvaretur: nullam patientur caliginem, Deus quos rectos origine condidit, voluntas propria vitiavit, quos non liberat clementia, ſic punire judicio, ut non ipſe, verum ipſi convincantur ſuæ damnationis auctores.* Prædeſtinationem reproborum ad pœnam Lupus ad mentem Gotheſcalci non propugnavit, quæ ſcilicet pereundi ac peccandi neceſſitatem illis imponeret, ut ex illius verbis compertum eſt. Unde nec eum ſuæ ſententiæ plene congruere Gotheſcalcus ipſe agnovit.

IX. *Summarium tertiæ Quæſtionis.* In tertia Quæſtione, Chriſtum pro omnibus hominibus mortuum eodem ſenſu aſſerit, quo Deum velle omnes ſalvos fieri jam expoſuerat. Probabiliter tamen dici poſſe, mortuum pro omnibus Chriſtum, qui ejus fidei Sacramenta, ſive ſervaturi, ſive non ſervaturi ſuſcipiunt. Pro ſervaturis nulli id eſſe poſſe ambiguum: pro non ſervaturis, Apoſtolum idoneum eſſe auctorem I. Corinth. 8.): *Peribit infirmus in tua ſcientia frater, pro qua Chriſtus mortuus eſt.* Tum ſe non admodum iis repugnare ſignificat qui ſanguinem Chriſti etiam reprobis prodeſſe affirmant: *Verum*, inquit, *hoc quidem velut blaſphemum vehementer execrantur & damnant, quo derogetur plurimum Redemptori, niſi generaliter omnes redemerit. Nos autem ſalva fide .... ita cauſam in medio relinquamus, ut ſi quilibet eundem Sanguinem Redemptoris prodeſſe aliquid etiam perditis valeant demonſtrare, non ſolum reſiſtamus nihil, verum etiam libenter in eorum ſententiam tranſeamus.* Tum ſubdit Sancti Joannis Chryſoſtomi teſtimonium ex Homilia, 4. in Epiſt. ad Hæbræos, quo mortuum etiam pro reprobis Chriſtum diſerte aſſerit. Lupus tamen *Gotheſcalci* ſententiam circa hanc quæſtionem non tuetur, quia is pervicaciter contendebat, Chriſtum nec pro fidelibus reprobis mortuum eſſe; ſed eos ſolum redemptos dici poſſe ratione Baptiſmi, qui præterita peccata expungit, non ratione Sanguinis, quem pro illis Salvator Patri obtulerit; aut ſinceræ voluntatis, quam eorum de ſalute habuerit. Contrariam etiam opinionem non damnat, uti damnabat Gotheſcalcus.

X. *Ejus Collectaneum de Tribus illis Quæſtionibus.* Eodem tempore idem Lupus libellum de iiſdem Quæſtionibus ad Carolum Calvum ſcripſit, ac de iiſdem *Collectaneum* edidit, quo SS. Patrum teſtimonia de Gemina Prædeſtinatione, de Libero Arbitrio, & de Sanguine Chriſti, quomodo pro omnibus ſit effuſus, complexus eſt. SS. Auguſtini & Hieronymi, Gregorii & Bedæ auctoritate maxime abutitur, nec mirandum eſſe ait, duo clariſſima lumina Doctorum BB. Auguſtinum & Hieronymum, & poſt illos Gregorium & Bedam in hoc ſenſu ſuo inveniri cum eorum doctrina ex Evangelica pendeat auctoritate, in qua apud Matthæum ſic invenitur: *Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim Sanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*, &c. Sancti Chryſoſtomi locum inſignem ſibi obiici poſſe ait, quo explicat hanc Apoſtoli ſententiam: *Ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.* Verum hunc inſuper habet, dicens ejus expoſitionem Divinis Eloquiis non roborari. *Gotheſcalco* quoad modum loquendi plurimum favit Lupus, & ſi veriſimile ſit, quoad rem ipſam ejus errori non faviſſe; & æque Catholico ſenſu aſſeruiſſe, Chriſtum non fudiſſe Sanguinem ſuum pro omnibus, ſed pro fidelibus tantum, ac SS. Patres quorum teſtimonia colligit, ſcilicet non eſſe mortuum pro omnibus, ita ut beneficium mortis ipſius atque fructus in omnes æque derivetur: quamvis Sanguis ejus in ſe habeat, ut omnibus proſit, & illum pro totius mundi peccatis obtulerit: & quoad illam pretii & voluntatis erga omnium ſalutem ſincere affectæ ſufficientiam, tam ſit mortuus pro omnibus quam omnes in Adam mortui ſunt. Ita utrumque Lupi Opuſculum Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. Diſſert. V. explicat.

XI. *Ratramnus libros II. de Prædeſtinatione ſcribit.* Eodem pene tempore *Ratramnus* Corbeienſis Monachus, Caroli Calvi mandato, duos *de Prædeſtinatione* libros compoſuit. In ſecundo prædeſtinationem impiorum ad pœnam adſtruit auctoritate Sancti Auguſtini Tractatu XIV. in Joannem, ubi *Populum quemdam præparatum ad iram Dei, damnandum cum diabolo agnoſcit.* Idem probat auctoritate S. Fulgentii lib. 1. ad Monimum cap. 13. ubi ait, *Deum potuiſſe ſicut voluit, prædeſtinare quoſdam ad gloriam, quoſdam ad pœnam: ſed quos prædeſtinavit ad gloriam, prædeſtinavit ad juſtitiam: quos autem prædeſtinavit ad pœnam, non prædeſtinavit ad culpam.* Prædeſtinatianorum tamen & Gotheſcalci errori non favet Ratramnus, quia negat prædeſtinationem reprobos conſtringere neceſſitate pereundi, aut eos ad peccatum a Deo prædeſtinari: *Æſtimamus*, inquit, *quod non paucis Eccleſiaſticorum doctorum ſententiis monſtratum ſit malos ad pœnam prædeſtinatos, non tamen ad peccatum. Siquidem ex eo quod Deus præſcivit eos peccatores futuros, & in ſuis peccatis perſeveraturos prædeſtinavit, ideſt, præordinavit eos ad ſupplicium: quæ tamen præordinatio, ſive prædeſtinatio non eos neceſſitate quadam conſtringit, vel compellit ad pœnam: quamvis neceſſe ſit fieri, quod Deus prædeſtinavit, nec poſſit mutari quod diſpoſuit, nec aliter contingat, quam ordinavit. Cum enim* om-



ſecratur Idibus Martiis ante altare S. Gregorii. Ita Petrus diaconus Caſſinenſis, qui ſui temporis florentis Epiſcopi res geſtas conſcripſit; viri antequam naſceretur, Deo a pia matre dicati, quæ eo quod cultrix eſſet magni Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, natum voluit Athanaſium nominari.



*omnia novit, & nihil eum poſſit latere diſponit de omnibus ſecundum voluntatis ſuæ conſilium, juſto judicio, quamvis mortalibus abſconſo: ut autem unuſquiſque ad pœnas deputetur ſempiternas, non eſt ex iniquitate judicantis, ſed ex juſtitia decernentis. Tales enim novit eos, quos ad pœnam diſpoſuit, ut digni eſſent de quibus ſic diſponeretur: Propria enim voluntate deliquerunt*, &c. Plura hac de re Natalis Alexander laudatus.

XII. *Tumultus in Britannia Minori exorti.* Auctor Fragmenti Chronici Fontanellenſis hoc anno ſcribit: *Lambertus Comes & Varnarius frater ejus tyrannidem meditantes, a fide defecerunt, & Nomenoio tyranno Brittonum ſe conjunxerunt. Sed non multo poſt VVarnerius a Gausberto Comite captus eſt, Regique* (ſcilicet Carolo) *præſentatus. Rex Carolus cum exercitu uſque ad Redonas Oppidum pervenit ibique ob cuſtodiam diſpoſuit. Sed eo ab urbe recedente, Nomenoius & Lambertus cum fidelium copia eamdem urbem oppugnare moliti ſunt. Quo metu territi cuſtodes noſtri* (Franci ſcilicet) *in deditionem venerunt, in Britanniamque exiliati ſunt.* Paulo poſt: *Ipſis diebus Amalricus Comes, & alii plures, a Nomenoio duce Brittonum & Lantberto tyranno, in Nannetis urbe capiuntur. Indeque ad Cinomannis cum indicibili furia pervenerunt, Lantberto tyranno proditore.... hac cooperante. Seniores vero capti in Britanniam directi ſunt, reliquis populis inermibus reverſis.* Tum anno DCCCLI. ait: *Lantbertus a Gausberto juvenculo interimitur, & frater ejus VVarnarius juſſu Regis capitalem excepit pœnam.* Erat vero Gausbertus Cenomanenſium Comes, ut habetur eo anno in Fragmento Chronici Lemovicenſis; Lantbertus vero Comes, olim Nannetenſis fuerat, & ira inflammatus adverſus Carolum, quod in ſui contumeliam *Reinoldum* Nannetenſibus præfeciſſet Comitem verterat ſe ad Britones, eoſque & copiis militaribus & multa rei militaris peritia juvabat, ut videre eſt apud Adrevaldum lib. 1. de Mirac. Sancti Benedicti cap. 33. Redit dein in gratiam cum Carolo anno ſuperiori, ab eoque dignitatem ſuam recepit, ideſt, cuſtodiam limitis Britannici, ut ibidem fidem facit Auctor laudati Fragmenti: *Lamberto Comiti reddita eſt Marka.* Sed Vir mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare ſolitus, rurſum ſe Nomenoii Ducis Britanniæ partibus conjunxit hoc anno, ut mox narravimus.

XIII. *Regis Navarræ Legati ad Carolum Regem.* Idem Auctor Chronici Fontanellenſis habet: *Carolus Placitum in Vermeria Palatio tenuit in menſe Junio. Ibi ad eum Legati venerunt* INDUONIS *&* MITIONIS (vel Nutionis) *Ducum Naverrorum, dona afferentes. Paceque ..... & impetrata, reverſi ſunt.* Locus corruptus eſt, ſed ex eo intelligimus, Regnum Navarræ, cujus conditum hactenus hoc ſæculo perperam conſignatum fuerat, ad antecedens pertinere, & Francos Navarræ Reges, vel per contemptum, vel quod eorum Ditio parum dilatata eſſet, non Reges, ſed Duces appellaſſe. Porro hæc verba *Induonis & Mitionis Ducum Naverrorum*, ſic ex Marca in Hiſtoria Bearniæ cap. 10. corrigenda, *Inniconis Eminovis Duc Navarri* Imperitus enim Librarius ex uno Enecone-Ximenonis Navarræ Rege, ſeu ex Inigone Ceminionis, ut vulgo appellabatur, duos Duces fecit. De hujus Principis morte anno ſequenti ſermo erit.

XIV. *Barcinona a Francis recuperata.* *Guillelmus* filius Bernardi & nepos Sancti Guillelmi Comitis, qui nuper Barcinonam dolo ceperat, ut ſuo loco diximus, hoc anno cum magna ſuorum clade victus, cum in eam Urbem ſe ſe recepiſſet, illic prehenſus eſt factione quorumdam Gothorum, ut narrat Annaliſta Bertinianus hoc anno; *Guillelmus Bernardi filius in Marca Hiſpanica Aledramnum & Iſembardum Comites dolo capit, ſed ipſe doloſius captus, & apud Barcinonem interfectus eſt.* Auctor vero Fragmenti Chronici Fontanellenſis ad annum DCCCXLIX. habet: *Iſebardus filius VVarini, & Aledramnus per dolum pacis ficta capti ſunt a VVillelmo invaſore urbis Barcinonæ; ſed non multo poſt iſdem Villelmus bellum contra noſtros* (ſcilicet Francos) *inſtaurans, jactus* (legendum dictus) *eſt, amiſſa infidelium copia: fugaque arrepta, dum Barcinonæ ſe recipi poſſe confideret, factione Aledramni & quorundam Gothorum capitalem ſubiit pœnam. Sicque filius iniquitatis periit.* Itaque Barcino Francis ſubdita remanſit, & religionem Chriſtianam, quam regnante Carolo Magno amplexata fuerat, conſervavit. Annaliſta quidem Bertinianus ad annum DCCCLII. ait: *Mauri Barcinoniam Judæis prodentibus capiunt, interfectiſque pene omnibus Chriſtianis & urbe vaſtata, impune redeunt.* Verum cum *Barcino*, poſt hæc tempora in poteſtate Francorum fuerit, Annaliſta Saracenorum in eam irruptionem non vero ejuſdem expugnationem, verbis illis deſignat.

XV. *Saraceni uſque ad Arelatum veniunt.* Idem Annaliſta Bertinianus ſcribit: *Mauri uſque ad Arelatum, nullo obſiſtente, cuncta devaſtant. Sed cum redirent, vento contrario rejecti & interfecti ſunt.*

I. ANnus ſequitur Redemptoris octingenteſimus quinquageſimus primus, Indictione decimaquarta, quo Ludovicus Imp. Lotharii Imperatoris filius adverſus Sarracenos in Italiam veniens, liberat Beneventum. Hæc quidem Ado Vienneníis in Chronico hoc anno, necnon Leo Oſtienſis in Chronico Caſſinate (*a*), qui ait: *Huic ergo Ludovico admodum adoleſcenti ab afflictis varia peſte Longobardis per venerabilem Baſſacium Abbatem ſupplicatum eſt, ut ad iſtas ſe conferret partes, eoſque ab infidelium vexationibus eripere, ac talibus cladibus finem dignaretur imponere. Quod & factum eſt. Eorum enim ſupplicationibus annuens Ludovicus, Beneventum venit, eique Radelchis, ac Beneventanis Sarraceni omnes traditi ſunt. Quos omnes, ipſo die vigiliarum ſanctæ Pentecoſtes, extra urbem duci, atque ad unum jugulari juſſit. Inter quos Maſſar etiam illorum Dux capite cæſus eſt. Moxque idem Imperator convocatis Longobardis omnibus, totam provinciam Beneventanam inter Radelchim & Siconulphum æquo jure partitus eſt anno Domini octingenteſimo quinquageſimo-primo. Paucíſque poſt diebus, compoſitis rebus, ad ſua remeavit.* Hæc de his Leo. Quo tempore a Francis corpus ſancti Magni Fundis civitate in Campania ſublatum, Sutrium uſque delatum, divino monitu Romam reportatur, & in Eccleſia S. Michaelis apud Vicum Saxonum collocatur. At alii id ſub Carolo factum aſſerunt ex veteri inſcriptione. Sed de his alias. Per Lotharium autem Imper. S. Hermetis martyris reliquias in Gallias miſſas, & collocatas apud monaſterium Indam dictam, Sigebertus hoc anno tradit. Quod ſpectat ad perſecutionem, anno ſuperiori in Hiſpania adverſus Chriſtianos a Sarracenis excitatam, poſt martyrium eorum, quos recenſuimus, tamquam gravioribus vulneribus ex eorum triumphis confoſſus hoſtis, vehementiori inſurgit ad perdendam omnem Eccleſiam impetu; & quod gravius eſt, unus ex Epiſcopis adverſus fideles pro Sarracenis ſurrexit, de quo inferius dicturi ſumus.

(*a*) *Leo Oſt. l. 1. c. 31.*

Ludovicus Imp. liberat Beneventanos a Sarracenis.

II. Quanta autem iſta fuerit perſecutio, idem qui ſupra S. Eulogius in libello hoc anno ſcripto, cujus eſt titulus, Documentum martyriale, ita deſcribit: *Licet inviti, tamen pro nomine ſuo ſumus devincti, & alto ergaſtulorum laqueo delegati. Repleta ſunt penetralia carceris clericorum catervis: viduata eſt Eccleſia ſacro Præſulum, & ſacerdotum officio. Horrent divina tabernacula ſquallidam ſolitudinem: aranea texit templum, tenent cuncta ſilentium. Confuſi ſunt ſacerdotes & miniſtri altaris, quia diſperſi ſunt lapi-*

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCLXXXIX. Anno Hegiræ CCXXXVII inchoato die 4. Jul. fer. 7. A. C. 851.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6344.

☉ 20. D. ☽ 16. P. 22. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 851.

LEONIS IV. PAPÆ 5.

LOTHARII IMP. 32. & 12.

MICHAELIS IMP. 10.

I. *Provincia Beneventana in duas diviſa.*

AD num. I. *Radelchi* & *Siconulpho* de Provinciæ Beneventanæ Principatu inter ſe contendentibus, & Saracenos, ut ſuperioribus annis vidimus in auxilium vocantibus, Ludovicus II. Imp. Beneventum venit, Saracenos omnes inde expulit, & *totam Provinciam Beneventanam inter Radelchum & Siconulphum æquo jure partitus eſt anno DCCCLI.* inquit Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 31. & ex eo fuſe Baronius narrat. Hæc Salernitani Principatus fuere primordia, inquit Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ. Quare Amanuenſis in hoc loco Annaliſtæ Bertiniani, ad hunc Chriſti annum, *Sarraceni Beneventum, & alias civitates quieta ſtatione poſſident* particulam negativam omiſit, legendumque *non poſſident*.

II. Aſſerus hujus ſæculi Scriptor in Vita Alfredi Occidentalium Saxonum Regis celeberrimi ſcribit, hoc anno Danos Cantuariam depopulatos eſſe, & Bertulfum Merciorum Regem, qui contra eos ad pugnam venerat, in fugam conjeciſſe: *Magnus*, inquit, *Paganorum exercitus, cum CCCL. navibus in oſtium Tameſis fluminis venit; & Landoniam civitatem, quæ eſt ſita in Aquilonari ripa Tameſis fluminis, in confinio Eaſtſeaxum, & Middelſeaxum, (ſed tamen ad Eaſtſeaxum illa civitas cum veritate pertinet) depopulati ſunt. Et Beortulfum Merciorum Regem cum omni exercitu ſuo, qui ad præliandum contra illos venerat, in fugam verterunt.* Idem habent Weſtmonaſterienſis ad hunc annum, Huntindonienſis pag. 348. Malmesburienſis lib. 1. de Reg. cap. 4. uterque Chronographus Saxo, & alii. Alibi tamen felicius in Danos pugnatum, tam in Occidente, quam ad Auſtrum; ubi Dani Inſulam aggreſſi repulſi ſunt, teſte eodem Aſſero, qui ait: *Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo quinquageſimo primo, nativitatis autem Alfredi Regis III. Ceorl, Domniana Comes, cum Domnaniis contra Paganos Nortmannos, ſive Danos, pugnavit in loco, qui dicitur Vvicganbeorg: & Chriſtiani victoriam habuerunt.* Fuit hæc alia Danorum Claſſis, quæ Anglo-Saxonum vires diſtraheret, dum major ille navium numerus Cantium & Londinum vexat.

*Normanni Angliam affligunt.*

III. Cæterum, qui *Bertulfum* & Mercios fuderunt, illi ipſi ab Ethelwolfo Occidentalium Saxonum Rege, fuſi ſunt. Nam de Claſſe CCCL. navium hæc refert idem Aſſerus: *prædictus Paganorum exercitus perrexit in Suthrie: quæ plaga*

*Illuſtris victoria Anglorum de Normannis.*



*pides ſanctuarii in capite omnium platearum; & deſinentibus in conventu hymnis cantionum cœleſtium, reſonant abdita carceris murmure ſancto Pſalmorum. Non promit cantor divinum carmen in publico: non vox pſalmiſtæ tinnit in choro: non lector concionatur in pulpito: non levita Evangelizat in populo, non ſacerdos thus infert altaribus, quia percuſſo paſtore, diſperſionem intulit adverſarius gregi Catholico, privata prorſus Eccleſia omni ſacro miniſterio.* Cordubenſis enim Epiſcopus una cum univerſo clero fuerat detruſus in carcerem.

III. Sed non hic quievit furor Sarracenorum, ſanguinem fidelium ſitientium, donec compluribus ex eis occiſis, abunde ſanguine Martyrum cruentarentur. Quinam autem fuerint iſti, dicamus, ſicque Cordubenſium Martyrum coronis, qui hoc ipſo anno egregie martyrium conſummarunt, exornemus Annales. Texuit eas Eulogius rerum præſens inſpector & ſcriptor ſtylo ſinceriſſimæ veritatis, ita narrationem aggrediens (*a*): *Sed nos, ſicut hujus voluminis præfatio continet, noſtrorum agoniſtarum ætates, ortus, temporaque deciſionis fideli proſequamur ſtylo, ut quod, divino munere nobis, noſtræque ætati conjunctum eſt, propriis ſcilicet obtutibus Sanctorum contemplari agonem, venturis etiam ſæculis pura libelli ſeries innoteſcat, ut noſtri quoque gaudii futura generatio particeps fiat, dum mente credula vera eſſe non abnuat, quæ ſibi Catholicorum mandaſſe induſtria lectitat.* Iſta præfatus, quo ordine ſinguli paſſi ſint, recitat, ab Iſaac incipiens, (*b*) cujus paſſionis Acta ab ipſo fuſius enarrata, nos ut Annalium ratio poſtulat, ſummatim collecta reddemus.

(*a*) *Eulog. Mem. Sanctor. l. 2. c. 1. in fin.*

(*b*) *Eulog. l. 2. c. 2.*

IV. Hic quidem Iſaac nomine, genere nobilis, civis Cordubenſis, fungens exceptoris officio, abdicans ſe a ſæculo, monaſticam vitam profeſſus eſt, ubi poſtquam triennium exegit, ſponte judicem adiit, deteſtatuſque impiam Mahometi ſectam, ejus ſententia duci juſſus, tertio Nonas Junii, feria quarta, Æra octingenteſima octuageſimanona, hoc ipſo videlicet anno, martyr glorioſus occubuit: cujus corpus igni traditum eſt una cum aliis, qui idem certamen explentes, pari ſunt inſigniti corona; quorum ſunt cineres in amnem propinquum iniecti. Poſt duos vero dies, nempe Nonis Junii, ipſius Eulogii auditor Sancius (*c*) eum ad coronam per martyrium eſt conſecutus. Rurſum vero ſex monachi, nempe Petrus ſacerdos, Walabonſus diaconus, Sabinianus, Wiſtremundus, Habentius & Hieremias, poſt duos item dies judicem Sanctorum cædis avidum adeuntes, & profitentes Chriſtianam Fidem cum deteſtatione & execratione Arabicæ ſuperſtitionis, ſtatim decollari ſunt juſſi ſe-

(*c*) *Eulog. l. 2. c. 3.*



PAGIUS *gæ ſita eſt in meridiana Tameſis fluminis ripa, ab Occidentali parte Cantii. At Aethelvvulfus Occidentalium Saxonum Rex & filius ſuus Aethelbaldus, cum omni exercitu, in loco qui dicitur Aclea, ideſt in campulo quercus, diutiſſime pugnaverunt: ibique cum diu, acerrime & animoſe, ex utraque parte pugnatum eſſet; maxima pars paganæ multitudinis funditus deleta, & occiſa eſt; ita qualiter nunquam in aliqua regione, in una die, ante nec poſt, ex eis occiſam eſſe audivimus, & chriſtiani victoriam honorifice tenuerunt, & loco funeris dominati ſunt.* Idem produnt uterque Chronographus Saxo & Simeon Dunelmenſis in Hiſtoria de Geſtis Reg. Angl. pag. 120. Nec ſtetit ibi Ethelwolfi felicitas, nam ut refert idem Aſſerus: *Eodem quoque anno Etbelſtan Rex filius Athelvvolfi Regis, & Ealhere Comes, magnum Paganorum exercitum in Cantio, in loco qui dicitur Sandvvic, occiderunt, & ex navibus eorum, novem naves ceperunt; cæteri per fugam elapſi ſunt.*

IV. *Donatio Bertulfi Merciæ Regis Monaſterio Croylandiæ.*

*Bertulfus* Merciorum Rex tranſiens per Croylandiam celeberrimum Monaſterium, de quo alibi egimus, quæcumque *Vvvithlaſius* frater ejus ac in Regno Deceſſor, aliique Merciorum Reges, jocalia in Eccleſiæ ornamentum contulerant, una cum tota pecunia, quam in Monaſterio invenire potuit, *ſceleratiſſime diripuit, & conducens inde milites, cum bellum contra Danos, qui circa Londonias debacchabantur, iniret, ab iiſdem Paganis ſuperatus & fugatus eſt, In recompenſationem tamen aliqualem pecuniæ direpta, hujuſmodi chartam pulcherrima Privilegia continentem fecit Croylandiæ de terris ſuis & libertatibus*, inquit Ingulfus in Hiſtoria ſua pag. 23. qui poſtea recitat ampliſſimum illud Privilegium, datum Kingesburiæ præſentibus Ceonultho Dorobernenſi Archiepiſcopo, cæteriſque Merciæ Epiſcopis, *anno incarnationis Chriſti domini octingenteſimo quinquageſimo primo, feria ſexta in hebdomadæ Paſchæ.*

V. Nec Gallia a Normannorum invaſione immunis fuit. Monachus enim Anonymus, qui ſæculo X. miracula Sancti Bavonis tribus libris compoſuit, a Mabillonio Sæculo II. Benedict. relatis, lib. 1. num. X. ait: *Anno ab incarnatione domini noſtri octingenteſimo quinquageſimo primo, Pyratæ Danorum cum ducentis quinquaginta duabus navibus Freſiam & Batavos populantur. Sed & uſque ad monaſterium S. Petri & S. Bavonis, quod Gandavum dicitur, debacchantes, idem monaſterium incendunt: venienteſque urbem Rotomum* (ideſt, Rotomagum) *uſque ad Belvacum* (ideſt Bellovacum) *pedeſtri gradu perveniunt.* Paulo poſt: *Dani poſt multam generis humani interfectionem, Gandavum rediere, ſuiſque ibi reparatis navibus, terra marique iter facientes Moſam ingreſſi ſunt, & famoſiſſimum Aquiſgrani Palatium igne cremaverunt & monaſteria, civitatem Treveris nobiliſſimam, & Coloniam Agrippinam cum habitatoribus interfectis igne cremaverunt.* Gandavi incolæ Reliquias Sancti Bavonis hanc irruptionem metuentes detulerant Laudunum, Picardiæ Oppidum quondam munitiſſimum. Qua ex Urbe per centum pene annos hac illacque a Monachis deportatæ, aliquandiu locatæ manſerunt in Cœnobio de Nigella, vulgo *Nelle*, itidem in Picardia: quo ex loco anno CMXXXIX. Gandavum revectæ ſunt, ut legitur in Chronico Ba-

*Gallia a Normannis infeſtata.*

ſeptimo Idus Junii, quorum corpora affixa ſtipitibus, poſt aliquot dierum ſpacium incendio in cinerem redacta fuere, qui & in amnem fuit immerſus. Hos quidem in monaſtica ſolitudine, tamquam in pharetra ſua (*a*) abſconderat Dominus, futuros aliquando ſagittas acutas in manu potentis, ad faciendam vindictam in nationes, & increpationes in populos. Erant plane in Cordubenſi diœceſi hinc inde plura in ſolitudine monaſteria excitata, tamquam munitiones (*b*) fortiſſimæ a facie Idumææ, ſeu tamquam David (*c*) turres ædificatæ cum propugnaculis, in quibus mille clypei, & omnis armatura fortium eſſet. Ex ipſis enim quique prœliaturi pro Chriſto armabantur ad bellum, & promovebantur victores ad coronas atque triumphum.

(*a*) *Jer.* 49.
(*b*) 1. *Mach.* 4.
(*c*) *Cant.* 4.

V. Hos ſecutus eſt Seſinandus (*d*) diaconus Cordubenſis, qui ſeptimo Kalendas Auguſti, ut per viſum admonitus fuerat, jugulum carnifici præbuit ad martyrium conſummandum: cujus corpus in amnem projectum cum fuiſſet, ejus poſtmodum oſſa reperta in S. Aciſcli Eccleſiam ad ſepulturam delata fuere. Inde vero Paulus (*e*) diaconus ejuſdem Cordubenſis Eccleſiæ idem exantlatus certamen, eamdem promeruit coronam martyrii tertiodecimo Kalendas Auguſti. Octavo autem Kalendas ejuſdem Theodomirus monachus certaminis campum ingreſſus, & coronatus eſt: qui ambo uno ſunt conjuncti ſepulcro in Eccleſia ſancti Zoili æque martyris. Ut vero Chriſti gloria præclarior redderetur, non ſtrenui tantum milites ex monaſtica exercitatione vocati ſunt ad certamen, aſſueti adverſus dæmones dimicare, ſed imbelles ſexu feminæ, ætateque debiles, experimento rudes, exhibitæ ſunt ad pugnam a Spiritu etiam tenellæ virgines, eædemque ſorore (*f*) Nunilo & Alodia, progenitæ vero ex patre impio Mahometano, matre vero Chriſtiana, haud tamen admodum pia, quæ diverſis primo tentatæ illecebris, deinde minis acerrimis impetitæ, cum nec illis abducerentur, nec his cederent, demum cæſæ gladio, glorioſam ſunt conſecutæ palmam martyrii undecimo Kal. Novembris; quarum corpora ab infidelibus occultata, magnis ſunt illuſtrata miraculis, adeo ut etiam erga Mahometanos eas invocantibus celeri auxilio præſto eſſe conſueverint.

(*d*) *Eulog.* l. 2. c. 4. 5.
(*e*) *Eulog.* l. 2. c. 6.
(*f*) *Eulog.* l. 2. c. 7.

VI. Has imitata Flora virgo, fratris proditione delata, robore fidei fortis in confeſſione perſiſtens, primum in capite ita eſt crudeliter verberata, ut non capillis tantum, ſed cute nudata, os calvariæ appareret: poſtea fratri tradita punienda, ſimulque cuſtodienda, noctu fugiens, tutas nacta eſt uſque ad tempus martyrii latebras; tunc cum ſorore atque cum compare virgine, Maria nomine, meruit inſigniri corona martyrii. Maria enim & ipſa flore virginitatis inſignis, monitu & hortatione fratris Martyris incenſa ardore martyrii (neſcit enim amor ſubeſſe legibus) monaſterium clam egreſſa, forum aditura, ac quæſitura pro Chriſti confeſſione coronam, divertens in Eccleſiam, ibi Floram Dei providentia invenit, quam ad palmam conſortem habere meruit; ambæ enim ſimul confeſſæ ſunt ambæ ſunt juſſæ duro carcere contineri, ubi diu detentas eas ſuis ſcriptis S. Eulogius eſt conſolatus, ſcribens ad eas librum, quem Documentum martyriale nominavit, quo eas labantes impulſu nequiſſimorum, roboravit, & reddidit ad ſubeundum martyrium fortiores. Quæ inde (ut idem inquit Eulogius) ad locum decollationis ductæ, ſacra ſignacula vultibus imprimentes, extenſis collis, primo Flora, deinde Maria carnificis gladio proſternuntur. Quorum veneranda corpora canibus primum expoſita, inde in flumen fuere projecta. Quæ vero ſunt reperta earum venerandæ reliquiæ, in Eccleſia S. Aciſcli fuere reconditæ. Accidit autem & illud tunc

PAGIUS

Bavoniano apud Sanderum in ſuo Gandavo.

VI. *Eorum depopulationes magis explicatæ.* Confirmat hæc auctor Fragmenti Chronici Fontanellenſis apud Ducheſnium Tom. II. qui ad annum DCCCLI. ait: *Claſſis Normannorum fluvium Sequanam ingreſſa eſt ipſo die tertio Idus Octobris, duce Hoſeri, qui aliquot ante annos Rothomagum urbem depopularat, ac incendio cremarat, ideſt, anno dominicæ Incarnat. DCCCXLI. & per annos undecim multas regiones latrocinando occuparat. Inter quas & urbem Burdegalim munitiſſimam urbem, caput regionis Novem populanæ, de qua tunc progreſſus fuerat, hiſtoriam in te meorumque infelicitatis .... primitus Fontinellam monaſterium aggreſſi, cuncta ejus depopularunt. Ad extremum etiam poſt dies ingreſſus ſui Sequanam LXXXIX. ipſo die V. Idus Januarii ad ſolum uſque cremaverunt, cum ſtetiſſet a primo ædificationis ſuæ die ducentis octodecim annis, menſe uno, & dies tredecim. Belloacus interea urbem cremarunt, & Flaviacum monaſterium. De qua cum reverterentur, in loco nuncupato VVarderæ a Francis excepti, plurimi interfecti ſunt, reliqui ſylvis ſe occuluerunt. Sicque noctu aliqui ad naves reverſi ſunt. Fuerunt autem in Sequana a tertio Idus octobris uſque nonis Junii dies ducentos octoginta ſeptem. Sicque onuſtis navibus ad Burdegalim reverſi ſunt. Teſtantur regiones Sequanæ adjacentes, quia ex quo gente eſſe cœperunt, nunquam tale exterminium in his territoriis auditum eſt. Tanta enim egerunt, quanta nemo prudentium Chronographorum enarrare ſufficeret. Idcirco multa reliqui; quia ſub brevitate narrare diſpoſui.* Egregius locus, ſed in verbis aliquibus, & in his numeris exprimendis *CCXVIII. annis menſe uno, & diebus tredecim* depravatus. Monaſterium enim Fontanellenſe die Kalendarum Martii anni DCXLVIII. ædificari cœptum, ut ſuo loco oſtendi. De hac irruptione hæc Annaliſta Bertinianus: *Poſt hæc* (nempe poſt Conventum apud



tunc memoria dignum, quod cum eædem virgines, dum detinerentur in carcere, pollicitæ eſſent reliquis fidelibus eodem carcere clauſis liberationem ipſorum impetrare a Domino, ubi conſummato martyrio, ad Deum perveniſſent; quod fuerant pollicitæ, præſtitere. Nam ipſæ cum paſſæ eſſent octavo Kal. Decembris (inquit Eulogius, qui cum aliis victus erat) nos tertio earumdem Kalendarum compedibus reſolutos, ab ſquallore carceris eruerent, Æra qua ſupra, hoc ipſo videlicet anno.

VII. Scripſit autem egreſſus e carcere idem S. Eulogius de earumdem virginum conſummato martyrio epiſtolam ad Alvarum amicum ſuum, in qua hæc inter alia digna memoria: *Ipſo autem die, quo glorioſarum relatus eſt ſub confeſſione nominis Chriſti interitus, omnes ad orationum arma currentes, horam nonam in Dei laude perſolvimus, ac deinceps auctis tripudiis, veſpertinum, matutinum, & Miſſale ſacrificium conſequenter ad honorem & gloriam noſtrarum virginum celebravimus; cunctique nos illarum patrocinio tutandos, fovendoſque commiſimus. Et quia univerſorum ſpes non perfunctorie in earum meritis collocata eſt: ideo, ſicuti cernitis, favens Chriſtus earum victoriis, & intervenientibus glorioſis Martyribus poſt ſextum diem, quo illæ coronatæ ſunt, nos vinculo abſolvit & carcerali clauſtro exemit.* Hæc tunc S. Eulogius ad Alvarum, ſuam obiter tranſiens, aliorum confeſſiones egregie celebrans. Sed quæ ipſe modeſtiæ cauſa reliquit obvoluta ſilentio, idem ejus familiaris Alvarus ſcriptis mandavit: qui de his, quæ ad præſentem annum ſpectant, hæc habet in vita ejus, paulo altius narrationem aggreſſus:

VIII. *Eulogius Romam cogitans a ſuis detentus.* *Quotidie ad cœleſtia volare cupiens, corporea ſarcina gravabatur, in tantum, ut Romam ire diſponeret, ut adoleſcentiæ nævos, lacrymis, & peregrinationis itinere domaret, immo domitos deleret. Sed ecce omnes hinc inde inſiſtimus, & eum magis corpore, quam animo retinemus. Verum dum iſta & alia referuntur, tamdem Reccafredus Epiſcopus ſuper Eccleſias & clericos quaſi turbo violentus inſiluit, omneſque ſacerdotes, quos potuit, carcerali vinculo alligavit. Inter quos, ut electus aries ducitur, nempe Eulogius, & cum Pontifice ſuo, vel aliis ſacerdotibus vincitur.*

*Eulogius cum aliis Sacerdotibus detruſus in carcerem.* Quiſnam autem fuerit iſte perſecutor Epiſcopus Reccafredus, nec ipſe Alvarus, nec Eulogius uſquam vel nomine tenus meminit, neque apud ſcriptorem ali-

PAGIUS

pud Marſnam, de quo mox). *Pyratæ Danorum Freſiam & Batavos populantur. Sed & uſque ad monaſterium ſancti Bavonis, quod Gant dicunt, debacchantes, idem monaſterium incendunt. Venienteſque urbem Rotumum uſque ad Belvacum pedeſtri gradu perveniunt. Qua incenſa cum redirent, a noſtris intercepti, & aliqua ex parte profligati ſunt.*

VII. *Moritur Nomenojus Minoris Britanniæ Dux.* Baronius qui in mendoſum Codicem Chronici Engoliſmenſis inciderat, anno DCCCXLIX. num. XIX. *Nomenoii* Minoris Britanniæ Ducis mortem recitat. Verum eum hoc anno vita functum eſſe, docent Annaliſta Bertinianus, Chronographus Andegavenſis, & Chronographus Sancti Michaelis in periculo maris a Labbeo Tom. I. Biblioth. editi, imo & Chronographus Engoliſmenſis ex correcto exemplari a Labbeo ibidem publicatus, qui ad annum DCCCLI. tradit: *Nomenoius jubente Deo ab Angelo iniquitatis Nonis Martii permiſſus* (legendum, percuſſus) *interiit. Carolus quarta vice Britanniam repetens, cum Eriſpoio filio Nemenoii certamen iniit XI. Kal. Septembris, partemque exercitus cum Viviano duce amiſit:* de hoc bello Britannico & pace inſecuta loquitur hoc anno Auctor Fragmenti Chronici Fontanellenſis, qui narrata Nomenoii morte ſubdit: *Illo anno Placitum magnum & generale factum eſt a tribus glorioſiſſimis fratribus Clothario, Carolo & Ludovico, magnis Regibus, in loco quodam juxta flumen Moſam. Inde cum pace reverſus Rex Carolus Placitum ſuum in Rauziaco tenuit,* (erat Rauciacum villa Regia ad flumen Axonam poſita, hodie *Roucy* appellata, & in Campania Remenſi ſita, de qua legendus Hadrianus Valeſius in Notitia Gall. in voce *Rauciacum*), *& dona annua ſuſcepit. Inde in Britanniam iter ſuum indixit. Commiſſoque cum Britonibus bello, fugaci more ſuorum, plurimi Franci perierunt. Nobiles, Comites, & Duces, ſeu reliquæ manus. Inter quos Gausbertus juvenis, nec non & Hilmeradus Comes Palatii, & alii quamplures: multique capti Britanniam perducti ſunt. Paceque cum Reſpogio* (legendum Eriſpoio) *filio Nomenoi tyranno Brittonum aſſecurata, ad proprias regni ſedes Carolus Rex reverſus eſt.*

VIII. *Eriſpojus ejus filius pacem cum Carolo Rege init.* *Nomenoius* Britanniæ Dux primum Miſſus fuit Ludovici Pii Imperatoris, ut diſcimus ex ejuſdem Nomenoii literis Sæc. IV. Benedict. part. II. pag. 85. recitatis, & ex lib. 1. de geſtis Sanctorum Rotonenſium cap. XI. ibidem pag. 201. eum feciſſe quandam donationem Sancto *Convvoiono* Abbati Rotonenſi. Sed poſt mortem Ludovici Pii lapſus eſt in reatum, Carolo Calvo regnante, & Provincias Britanniæ vicinas turbavit. Quam male habuerit ejuſdem Britanniæ Epiſcopos, ſuo loco narravimus. De *Eriſpoii* pace cum Carolo Calvo hæc Annaliſta Bertinianus: *Reſpogius filius Nomenogii ad Carolum veniens, in urbe Andegavorum datis manibus ſuſcipitur, & tam Regalibus indumentis, quam paternæ poteſtatis ditione donatur: additis inſuper ei Redonibus, Namnetis, & Ratenſe,* ſeu Ratiatenſi pago, qui hodie Ducatus titulo gaudet, ac vulgo nuncupatur *le Duché de Raiz,* alias *Retz*. Has Urbes Nomenoius armis occuparat, & Carolus ejus filio condonavit, quæ ideo ab hoc tempore Britanniæ pars eſſe cœpere. Hæc oppida Clodoveus I. Ditioni Francicæ adjunxerat.

IX. *Conventus ad Marſnam villam.* Quoad Placitum ſeu Conventum apud *Marſnam* villam Regiam ad Moſam fluvium poſitam habitum, quatuor in eo Capitula conſtituta, ab Annaliſta Bertiniano, & in Capitularibus Caroli Calvi apud Baluzium Tom. II. Capit. Reg. Franc.

aliquem reperire conceſſum hucuſque fuit; non tamen fuiſſe Cordubenſem Epiſcopum, certum eſt: nam ipſe egregius Confeſſor vinctus eodem tempore eſt detentus in carcere una cum aliis Epiſcopis, ſacerdotibus, cæteriſque Eccleſiæ miniſtris, & laicis fortiſſimis Confeſſoribus, de quibus omnibus hæc idem S. Eulogius habet in epiſtola, hoc anno data ad Vuilieſindum Pampilonenſem Epiſcopum: *Denique beatiſſime pater nolumus vos ignorare tribulationem noſtram, quam his diebus, noſtro præpediente * deliquio, ſuſtinemus, ut ſolito nos propenſius orationum clypeo defendentes, veſtræ interceſſionis irrepudiabili merito, quod multum apud Dominum valere confidimus, e profundo tædiorum labyrintho erui mereamur. Etenim anno præſenti, qui eſt Æra octingenteſima octuageſimanona, exardeſcens ſævus adverſus Dei Eccleſiam furor tyrannicus, omnia ſubvertit, cuncta vaſtavit, univerſa diſperſit, retrudens carcere Epiſcopos, Presbyteros, Abbates, Levitas, & omnem Clerum, & quoſcumque illa tempeſtate capere potuit, ferro devinctos, quaſi mortuos ſæculi ſubterraneis ſpecubus immerſit. Inter quos ego ille peccator amabilis veſter devinctus ſum, &c.* Scribebat hæc ipſe (ut in fine epiſtolæ docet) cum Flora & Maria in carcerem detruſæ eſſent, novem ante martyrium conſummatum diebus: nam data eadem epiſtola habetur decimo ſeptimo Kalend. Decembris, ipſæ vero paſſæ octavo Kalend. ejuſdem.

* delicto

IX. Dum autem Eulogius ſic detineretur in carcere, ſcripſit (ut dictum eſt) Documentum martyriale, *ſed & eo bene uſus ocio carceris* (*inquit Alvarus*) *metricos, quos adhuc neſciebant ſapientes Hiſpaniæ, pedes perfectiſſime docuit, nobiſque poſt egreſſionem ſuam oſtendit. Inde etiam mihi pro libris illis, quos ad defenſionem Maryrum dederat, epiſtolam facundo ore dictatam direxit. Eſt ejus exordium: Magnificavit Dominus miſericordiam ſuam nobiſcum, &c.* Reddita itaque eſt ex inſperato pax Eccleſiæ, redempta ipſa ſanguine ſanctarum virginum, red-

PAGIUS Franc. pag. 46. recitata. Prior Conventus ad *Marſnam* anno DCCCXLVIII. celebratus fuerat, ut eo anno vidimus. Præſenti vero *Lotharius*, *Ludovicus*, & *Carolus* iterum convenerunt, & conſilio Epiſcoporum ac Magnatum ea Capitula ad pacem inter ſe redintegrandam, & Eccleſiæ ac Regnis ſuis conſulendum condiderunt.

X. *Moritur Hirmingardis Auguſta.* Annaliſta Metenſis obitum *Hirmingardis* Imperatricis, quam *Reginam* appellat, ut non raro Imperatrices vocatas fuiſſe oſtendit Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. pag. 81. his verbis narrat: *Obiit Ermengardis Regina conjux Lotharii Imperatoris, quæ tres filios Lothario genuerat, Ludovicum ſcilicet, Lotharium, & Carolum.* Idem habet hoc anno Regino in Chron. Rabanus in Hirmingardis Epitaphio aſſerit, mortem ejus contigiſſe *XIII. Kal. April. Indict. XIV. in die Paraſceves*, quæ ideo hoc anno accidit, quo dies XX. Martii in feriam ſextam Majoris Hebdomadæ incidit. Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCLIII. hanc in rem habet: *Lotharius Imperator, defuncta ante biennium Ermengarda chriſtianiſſima Regina, duas ſibi ancillas ex villa Regia copulavit, ex quarum altera Doda vocabulo filium genuerat, quem Karolomannum vocari jubet.*

XI. *Amalarius & Joannes Scotus adverſus Gotheſcalcum ſcribunt.* Hoc anno *Hincmaro* Archiepiſcopo Remenſi & *Pardulo* Epiſcopo Laudunenſi ſuadentibus, in *Gotheſcalcum* ſcripſere *Amalarius*, & *Joannes Scotus*, ſeu Joannes Erigena, qui in Aula Caroli Calvi degebat, Vir quidem Philoſophiæ ſecularis ac Græcæ linguæ peritus, ſed Sacrarum Literarum ignarus: infelici uterque ſucceſſu. Amalarii liber ad nos non pervenit, ſed Opus *Joannis Scoti* undeviginti capitibus conſtans a Mauguino Viro Cl. editum in Collectione Veterum Auctorum, qui nono ſæculo *de Gratia & Prædeſtinatione* ſcripſere. Utriuſque illius Auctoris cenſura in libro Eccleſiæ Lugdunenſis *de Tribus Epiſtolis* cap. 40. legenda. Ut primum *Joannis Scoti* liber vulgatus eſt, excerptæ ex eo fuere centum circiter propoſitiones, magna ex parte erroneæ, a *Venilone* Archiepiſcopo Senonenſi, & ad *Prudentium* Trecenſem Epiſcopum miſſæ, ut eas confutaret, quod anno ſequenti ab eo præſtitum, ut ibidem oſtendemus.

XII. *Moritur S. Paſchaſius Radbertus.* *Sanctus Paſchaſius Ratbertus* Abbas Corbeienſis in Gallia, ante biennium interfuit Synodo Cariſiacenſi adverſus Gotheſcalcum convocatæ, & poſtea de abdicando regimine cogitavit, ac ad optata Sacrarum Literarum ſtudia rediit: *Cum ſollicitudine Paſtoralis officii curiſque regiminis & negotiis actionum eſſem tandem exoccupatus, divino diſpenſante judicio retuli me ad ea ſtudia, quæ profecto retenta animo, remiſſa temporibus, inter varios rerum ſæcularium anfractus abjeceram: ſicque longo intervallo intermiſſa revocavi*, inquit ipſemet Ratbertus in Pſalmum 44. initio libri primi. Sirmondus, qui Opera ejus publicavit, in Vita quam de eo ſcripſit, illius mortem hoc anno conſignavit. Mabillonius tamen Sæc. IV. Benedict. part. II. in Ratberti Elogio Hiſtorico num. XXI. ex lucubrationibus ab eo poſt abdicatam Præfecturam editis colligi exiſtimat, eum ad annum circiter DCCCLXV. ſuperſtitem fuiſſe. Idem Vir doctiſſimus in Appendice ad eamdem partem, hujus Sancti Vitam a Monacho Corbeienſi Anonymo ſub finem ſæculi XI. aut initium XII. ſcriptam recitat, ſed ex ea tantum diſcimus, eum mortuum eſſe ſenem & plenum dierum & ſanctitatis *ſexto Kalendas Maij*, in ſolemnitate Sancti Richarii, *quem plurimum dilexerat*. Mabillonius in eo Elogio Hiſtorico diſſerit de ejus Scriptis, virtutibus, & exercitiis, & in Præfatione ad eamdem partem II. oſtendit, clara Paſchaſii de reali præſentia Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento & de Tranſubſtantiatione doctrina oppreſſos Lutheranos & Calviniſtas ad varias artes confugiſſe, ut ſe ſe ab ejus auctoritate expedirent, ſolideque demonſtrat, *Radbertum* contra receptam de Euchariſtia fidem nihil in medium attuliſſe, ſed univerſalis Eccleſiæ doctrinam expoſuiſſe ac propugnaſſe. Qua de re legendus etiam Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. in Diſſert. V. ubi quæcumque



redditusque conſuetus cultus Eccleſiarum, ſecuritaſque fidelibus, atque libertas ſacerdotibus. Cujus occaſione, anno ſequenti (ut ſuo loco dicturi ſumus) Cordubæ fuit Concilium celebratum, ſeu potius conciliabulum, & conventus malignantium, collectus malorum Epiſcoporum conſilio per Regem Arabum, ad expugnandum martyrium, & expungendum Martyres ab Eccleſiæ tabulis.

X. Hoc eodem anno (ut auctor eſt Frodoardus (*a*) moritur Ebbo, olim Rhemenſis Archiepiſcopus, cujus cauſa plurima ſunt ab Eccleſia Romana ventilata judicia, non ſolum dum viveret, ſed etiam poſt obitum, ut dicemus ſuis locis inferius. Addit idem (*b*) auctor, eo tempore notum hominem Rhemenſis diœceſis, Bernoldum nomine, per viſum accepiſſe, ipſum Ebbonem cum aliis nonnullis Epiſcopis torqueri pœnis Purgatorii, expetiiſſeque eos ſuffragia viventium, orationes & eleemoſynas, præcipue vero ſacratiſſimum Miſſæ ſacrificium, quibus exhibitis, iidem pœnis alleviati fuerint. Porro viſionem iſtam divinitus oſtenſam, ut admirabilem, ita & veram cognitam, ab Hincmaro Rhemenſi tunc Archiepiſcopo fuſius fuiſſe deſcriptam, idem Frodoardus affirmat.

Octin-

(*a*) *Frodoard. hiſt. Rhem. l. 3. c. 3. in fin.*

Ebbonis Archiep. Rhemenſis obitus.

(*b*) *Frod. ibid.*

PAGIUS que Proteſtantium in Paſchaſium argumenta diluit, & invictis argumentis fidem Catholicam confirmat.

XIII. *Eneconi Secundo Navarræ Regi ſuccedit filius Garſea Enneconis.* Uſque ad hunc annum ſuperſtes fuit *Eneco Ximenonis* Navarræ Rex hujus nominis II. cui ſucceſſit filius *Garſea Enneconis*, juxta Auctorem libri Regulæ Legerenſis Monaſterii. Is enim diſerte ſcribit: *poſtea regnavit pro eo* (nempe Ennecone Ximenonis) *filius ejus Garſea Enneconis*, quæ verba ſucceſſionem immediatam ſignificant, fruſtraque Moretus vim eorum verborum, *regnavit pro eo*, eludere conatus eſt, contenditque poſt *Enecone* Ximenonis, non filium *Garſiam* Enneconis, ſed *Garſiam* Xemenonis Garſiæ Enneconis patruum Regnum obtinuiſſe. Verum Exſcriptor citatus coætaneus eſt, & Monachus Monaſterii, ubi Regum Navarrorum ſepulchra erant, ideoque ejus auctoritas non poteſt reiici. Moretus in Annalibus Navarræ authenticum teſtamentum Attilii Abbatis Ortuli refert, ex quo infert, *era DCCCXCVIII.* ſeu anno Chriſti DCCCLX. non *Garſeam Enneconis*, ſed *Garſeam Xemenonis* patruum ejus regnaſſe, ac *Garſeam* Xemenonis nepotem *Garſeam Enneconis* a ſucceſſione excluſiſſe. Reſpondet vero ad Auctorem libri Regulæ Legerenſis, cum loqui tantum de Regibus in ſua Eccleſia ſepultis. Verum licet Moretus argumentum negativum ex ſilentio Monachi circa Garſeanem Enneconis deductum ſolvat, argumentum tamen poſitivum ex his verbis petitum, *regnavit pro eo*, in ſuo robore perſtat. Standum eſt itaque correctione Chronici Sancti Wandregiſili, quam anno ſuperiori num. XIII. ex Petro de Marca retulimus, quæ plane hanc difficultatem tollit, docetque, præſenti circiter anno *Ennecone Ximenonis* demortuo filium ejus *Garſeam Enneconis* Navarræ Regnum obtinuiſſe. Is poſt aliquot annos, ante annum DCCCLX. a patruo deturbatus fuit, ſed Regnum poſtea recuperavit. In vivis adhuc erat anno DCCCLXXVI. quo *ſocietatem in orationibus, & jejuniis, & eleemoſynis & bonis operibus* cum Monachis Sancti Salvatoris Monaſterii Legerenſis fecit, *conſilio*, inquit, *filii mei Fortunii*. In fine chartæ a Garibayo lib. 22. cap. 3. recitatæ legitur: *Facta charta in era noningenteſima decima quarta, duodecimo Kalendas Novembris*, ideoque anno DCCCLXXVI. Annus ejus emortualis incertus. Porro *Garſeam* Enneconis anno Chriſti DCCCLXVII. regnaſſe, Garibayus capite præcedenti, Moretus, & alii teſtantur, Regis *Garſea* Enneconis varias Chartas, *Era DCCCCV.* Chriſti nempe DCCCLXVII. datas, in medium afferentes.

XIV. *A Garſea Xemenonis patruo Regno ſpoliatur.* Ejus Deceſſor ſeu *Garſea Xemenonis*, Regni uſurpator jam ab anno DCCCLVIII. Regnum adminiſtrabat, ut demonſtrat charta, cujus duo exemplaria authentica in Archivis Sancti Joannis Pennatenſis ſervantur. Eam recitat Moretus in Inveſtigationibus ſuis pag. 403. in eaque habetur: *Hæc eſt ſchedula de cœnobio, quæ vocatur cella, quam juſſerunt ſcribere Abbas Attilio & Dono Gonſaldo cum omni conventu monachorum ſuorum, quando ædificaverunt ipſum monaſterium ſub regimine Garſea Scemenonis Rege de Pampilona, & Comite Galindo in Aragona .... Scripta ſchedula DCCCLXꝨVI.* ideſt, Era DCCCXCVI. annoque Chriſti octingenteſimo quinquageſimo octavo, uti anno DCCCXLIX. notam illam Hiſpanicam XꝨVI. expoſuimus. Ex quibus tandem omnibus ſequitur, Regum Navarrorum ſeriem, aliter ac a nobis factum, digerendam non eſſe, quod ex infra dicendis magis confirmabitur.

I. OCtingenteſimus quinquageſimus ſecundus annus Redemptoris, Indictione decimaquinta inchoatur, quo Leo Romanus Pontifex, abſoluta, quam cœperat, nova civitate, qua includeret baſilicam S. Petri Apoſtolorum principis cum adjacentibus diverſarum gentium Romam peregrinantium hoſpitalibus habitaculis, eamdem ſolemni ritu Deo dicavit. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ex Anaſtaſio Bibliothecario, qui aderat, enarremus, rei geſtæ ſeriem ſic aggrediente:

Dedicatio novæ civitatis a Leone Papa facta. *Secundo præſulatus Leonis Papæ anno, præfata civitas ædificandi ſumpſit exordium, & in ſexto conſecrationis ſuæ, utpote magnis, ac mirabilibus fabricis omnis civitas undique conſummata eſt. Cumque poſt multos labores atque certamina beatiſſimi Præſulis totum ut deſiderabat) murorum opus completum fuiſſet: cœpit omnipotenti Deo multimodas, ſive innumeras gratias agere, qui ſuas quotidianas preces pro nova ædificatione murorum exaudire, & adimplere dignatus eſt. Nam quantam, qualemque curam vel ſtudium, ſimulque ſolicitudinem pius ac laudabilis paſtor, quouſque construeretur, diebus ſingulis ac noctibus habuit, nullius homini lingua breviter narrare poteſt. Et quia nihil aliud poſt debita ſacrorum mandatorum officia agebat, præter id, quod ſuperius exaratum eſt: re vera non frigus, neque flatus ventorum, vel pluvia, aut aeris vel grandis, vel modica perturbatio pigrum in eundo de die in diem quolibet modo facere potuit, ſed modo huc, modo illuc per diverſas murorum fabricas vigil ac ſolicitus diſcurrebat, ut ſuum bonum propoſitum ac deſiderium per apoſtolorum Petri & Pauli pia ſuffragia Redemptor noſter omnipotens * proſpere adimplere decerneret, ut modo omnes conſpicimus.*

* propere

II. *Tunc demum conſummatis, ſimulque perfectis, ut crebro retulimus, novæ civitatis univerſis operibus, Papa beatiſſimus & per omnia & in omnibus ſemper laudabilis, ut prædicta civitas, quæ a proprio conditoris ſui nomine * Leoniana vocabatur, perpetualiter firma ac roborata conſiſteret: juſſit cum magna animi devotione, cordiſque lætitia, ut omnes cum eo Epiſcopi pariter & ſacerdotes, immo & Levitæ & univerſi ordines clericorum ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ poſt litanias & pſalterium decantatum, cum hymnis & canticis ſpiritualibus per totum murorum ambitum nudis pedibus, cinerem portantes in capite circuirent, & inter cætera ab Epiſcopis Cardinalibus aquam fieri benedictum præcepit, ut inter orationem officia, aquam ipſam tranſeuntes per murum, ſanctificationis gratia, jactare omnimodis ſtuduiſſent, qui quod ab eo juſſum fuerat, humiliter peregerunt.*

* al. Leonina

Leonina Civitas dicta.

*Ipſe autem venerabilis Pontifex ore ſuo tres ſuper eumdem murum orationes cum multis lacrymis ac ſuſpiriis dedit, rogans, & petens, ut ſæpedicta civitas, & Chriſti conſervaretur in ævum auxilio, & Sanctorum omnium, Angelorumque præſidio ab univerſo inimicorum ſecura & imperterrita perduraret incurſu. Primam itaque orationem ſuper portam, quæ reſpicit ad ſanctum Peregrinum, * dixit, cujus principium & finis talis eſt:*

* dedit

III. Oratio ad portam S. Peregrini.

*Deus, qui Apoſtolo tuo Petro collatis clavibus Regni cœleſtis, ligandi, atque ſolvendi Pontificium tradidiſti: concede, ut interceſſionis ejus auxilio, a peccatorum noſtrorum nexibus liberemur: & hanc civitatem, quam te adjuvante fundavimus fac ab ira tua in perpetuum permanere ſecuram, & de hoſtibus, quorum cauſa constructa eſt, novos & multiplicatos habere triumphos. Per Dominum noſtrum, &c.*

Se-

PAGIUS SÆC.IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCXC. Anno Hegiræ CCXXXVIII. inchoato die 23. Junii fer. 5.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6345.

☉ 21. CB. ☽ 17. P. 10. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 852.

LEONIS IV. PAPÆ 6.

LOTHARII IMP. 33. & 13.

MICHAELIS IMP. 11.

A. C. 852. I. ANum. I. ad X. Narrat Baronius ex Anaſtaſio *Leonem IV.* poſtquam incluſit Baſilicam Sancti Petri Apoſtolorum Principis in nova Civitate, quam ſecundo Pontificatus ſui anno cœperat, *in ſexto conſecrationis ſuæ* eam dedicaſſe, Leoninam appellaſſe, & Corſos ob frequentes Saracenorum incurſiones in Civitatem Portuenſem vocaſſe; *fuit die illo* (nempe Dedicationis) *magna cunctis lætitia, videlicet die ſeptimo & viceſimo menſis Junii pridie ante beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli vigilias.* Non vero, ut habuit exemplar, quo Baronius uſus: *fuit die illo magna cunctis lætitia, videlicet die ſeptimo & vigeſimo menſis Junii, pridie ſancti Leonis Papæ & vigilia ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli*, ut liquet ex editione Pariſienſi Anaſtaſii, & variis lectionibus in fine ejus adjectis. Flodoardus in fragmento de Pontificibus Romanis in fine partis II. Sæc. III. Benedict. recitato indicat, Francorum Regem hoc in conſilio Pontifici faviſſe, ubi Francorum Regis nomine

*Dedicatio Civitatis Leoninæ appellatæ.*



Oratio ſecunda ſuper tertiam portam. *Secundam quoque idem pius Papa dedit orationem ſuper poſterulam in loco, ubi mirum in modum Caſtellum præeminet, quod vocatur ſancti Angeli. Cujus orationis talis eſt textus:*

*Deus qui ab ipſo Chriſtianitatis exordio hanc ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam ab hoſtibus cuſtodire & conſervare dignatus es: iniquitatis noſtræ chirographum propitiatus emunda, & civitatem hanc, quam tuo ſancto nomini per Apoſtolorum tuorum Petri & Pauli ſuffragia noviter dedicavimus, ab omnibus inimicorum inſidiis ſecuram ſemper atque imperterritam manere permitte. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, &c.*

*Tertiam vero orationem cecinit ſuper poſterulam aliam, quæ reſpicit ad ſcholam Saxonum, atque ex eorum vocabulo Poſterula Saxonum appellatur. Et ipſa oratio tertia hunc ſpecialiter continet modum.*

*Præſta quæſumus omnipotens & miſericors Deus, ut ad te toto corde clamantes, intercedente beato Petro Apoſtolo tuo, pietatis tuæ indulgentiam conſequamur, & pro hac civitate, quam ego famulus tuus Leo Quartus Epiſcopus, te auxiliante, novo opere ædificavi, meoque nomine Leoninam vocavi: jubeas, ut ſemper illæſa permaneat, ac ſecura apud clementiam Majeſtatis tuæ jugiter perſeveret. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, &c.*

IV. *In qua ſcilicet civitate, juxta promiſſum ſui deſiderii, quod Deo voverat, magnam ſive Romanis, ſive diverſis nationibus, ut in ſummæ ſolemnitatis die, rogam diſtribuit. Deinde cum cæteris (ut præfatum eſt) ſacerdotibus, & omnibus Romanorum proceribus ad Eccleſiam beati Petri Apoſtoli cum orationibus diviniſque laudibus tendens, Miſſam pro ſalute populi, & civitatis incolumitate, ac ſtabilitate perpetua honorifice decantavit. Fuitque die illo magna cunctis lætitia, videlicet die ſeptimo & vigeſimo menſis Junii, pridie S. Leonis Papæ, & vigilia Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Siquidem ante beatiſſimorum Petri & Pauli vigilias per totam Romanam Urbem infinita gaudia, & exultationes innumeræ celebratæ ſunt.*

Dies dedicationis XXVII. Junii.

*Unde magis dignum eſt & conveniens, ut pro tanto Præſule, tantoque paſtore cuncti omnipotentem Dominum toto corde puroque animo jugiter imploremus (per quem tam admirabile perhoneſtumque eſt opus, Chriſti ſociante potentia, celeri executione expletum ob ſalutem Chriſtianorum omnium, conſummatumque cognovimus) noſtris orationibus, quatenus & hic diutiſſime vigeat, & illic cum Sanctis omnibus pro ſuis innumeris certaminibus ac laboribus perpetualiter æterna mereatur præmia poſſidere.* Hactenus Anaſtaſius.

V. E Corſica deducta colonia ad Rom. portum.

*Poſt hæc autem ſubiicit de colonia ducta ab eodem Pontifice in civitatem Portuenſem, ex habitatoribus inſulæ Corſicæ, qui ob frequentes Sarracenorum incurſiones coacti fuerant illam Inſulam derelinquere. Sic enim rem geſtam enarrat: Cum mens & animus ſummi Antiſtitis in bonis, Deoque dignis operibus indeficiens deſudaret: cœpit de civitate Portuenſi maximum habere certamen; ut quo modo, vel ordine tam ſuis, quam etiam futuris temporibus ab hoſtibus ac ſatanæ filiis ſecura, & libera manere potuiſſet. Cumque diu hoc tacitus in corde ſuo Pontifex haberet conſilium: tunc Pater omnipotens & excelſus, qui ſemper in juſtis piiſque cogitationibus fideles ſuos adjuvare non deſinit, Corſorum animos excitavit, qui timore Sarracenorum perterriti, a propriis ſedibus exules exiſtebant; & huc ſive illuc ſine ſolo proprio vagantes incedebant, ut ad Sedem Romanam, cauſa ſalutis ac refugii venire quantocyus debuiſſent, ſicut & factum eſt.*

VI. *Venientes vero illi ad ſacratiſſima Apoſtolorum Principis Limina, ter beatiſſimo domino noſtro Leoni Quarto Papæ illico præſentati ſunt. Qui cum ab eo, ejuſque proceribus prudenter ſatis ſciſcitati fuiſſent, qualis tunc eis imminebat neceſſitas, pro qua venerant: ipſi autem ſuas neceſſitates, calamitateſque & anguſtias per ordinem quaſi uno ore coram præfato Pontifice, ſe futuros cunctis diebus in ſuo, ſucceſſorumque ſuorum Pontificum obſequio ac ſervitio declararunt. Hoc ſane benevolus Pontifex agnoſcens, magna eſt ſtatim lætitia, & exultatione elevatus, gratiaſque Deo retulit, qui tales ipſi tranſmiſit homines, qui in præ-*



PAGIUS mine intelligit *Lotharium* Imperatorem, cui hoc attribuit Anaſtaſius, quique etiam ob partem Franciæ qua potiebatur, Rex Francorum appellabatur.

*Præveniens cæcos inimici militis actus.*
*Papa ſagax, inter decorandum cultibus auleas*
*Mœnibus aggreditur Petri munire ſepulcrum;*
*Æquivoci deceſſoris conamina Patris.*
*Quod nutu Domini Francique juvamine Regis*
*Niſu perficiens agili, ſancta agmina cogit.*
&c.

*Præſidium ipſe novans aliud, peregrina receptat*
*Corſica, quos mittit populorum examina Cephæ.*

Subdita erat hoc tempore Romanæ Sedi *Corſica*, quæ poſtea duas in partes diviſa fuit, quarum altera ab Honorio III. anno MCCXVII. Genuenſibus data, ea lege ut ſacramentum fidelitatis Romano Pontifici præſtarent, & quotannis libram auri penderent.

*prænominata civitate in perpetuum habitare potuiſſent.* *Auditis itaque eorum multis promiſſionibus, Papa prædictus una cum ſuis optimatibus clara voce reſpondit: Si quod verbis nobis dixiſtis, opere curaveritis perficere, ſatis loca habemus optima, in quibus habitare poſſitis, ſi tantum nobis noſtriſque ſucceſſoribus Pontificibus boni fideles fueritis: nam civitas, quam vobis daturi ſumus, valde firma eſt atque munita, quam nos, Redemptoris noſtri protegente auxilio, novis portis ac fabricis in locis perneceſſariis poſitis, ad cultum priſtinum revocavimus. In qua ſi, ut diximus, manere cupitis, vineas vobis, ac terras, prataque concedemus, ut nullam poſſitis habere inopiam. Dabimus etiam vobis, ut ex labore veſtro habeatis vos & mulieres veſtræ, & filii veſtri unde vivere pleniſſime valeatis: boves etiam, & caballos, & animalia cætera, ſicut prædiximus, ſi cuncta bono animo feceritis.*

VII. *Tunc Corſorum populi talia audientes promiſſa, lætiores effecti ſunt. Miſſoſque a pio Pontifice protinus quæſierunt, qui civitatem & loca ſpecialiter demonſtrarent: & ita factum eſt. Placuerunt ipſis quidem omnia, & ſpoponderunt æquanimiter omnes, quod ſi noſter Papa & dominus univerſa, quæ circuimus, fuerit dignatus conferre, cum omni familia & ſupellectili in ſervitio ſancti Petri & ſuorum ſucceſſorum cum omni aviditate perſeverabimus. Luſtrata denique civitate, & poſſeſſionibus univerſis, ad venerabilem Pontificem cum iiſdem Miſſis reverſi ſunt. Venientes quidem, ut præmiſſum eſt, ipſique læta ac proſpera nuntiantes, & quod Corſi vivere, & mori in iiſdem locis omnino fuiſſent profeſſi: vocatis omnibus, ut ipſi ſimiliter, ſecundum Miſſorum aſſertiones unanimes teſtarentur: Pontificale eis ſecundum quod promiſerat præceptum, & sereniſſimorum Lotharii, & Ludovici noſtrorum Imp. ſuamque ſimul mercedem, perpetuamque memoriam præceptum emiſit, hoc ſcilicet tenore, & placito interpoſito, ut tandiu firmum maneret ac ſtabile, quouſque ſanctæ Sedis Præſulibus, populoque Romano in cunctis obedientes ac fideles exiſterent. Et ſi (quod abſit) omnem præcepti ſeriem irrefragabiliter non cuſtodierint: ſancitum eſt, ut idem vacuum & inane omnino conſiſteret.*

*Loca vero, quæ eis data ſunt, & a Miſſis Pontificalibus conſignata, tam proprii juris Eccleſiaſtici, quam venerabilium monaſteriorum, immo & ſingulorum hominum, qui finitimi exiſtebant, in conceſſo eis Pontificali privilegio ſpecialiter ſcripta leguntur.* Hæc Anaſtaſius, pleniſſimam commendans tanti Pontificis erga omnes charitatem. Qui & de inſtauratis aliarum civitatum mœnibus iſta ſubiicit: *Hortanæ & Amerinæ valde antiquarum civitatum cum muri, & portæ præ nimia vetuſtate cecidiſſent, & funditus deſtituti manerent, in quibus modo fures, modo latrones, patentibus portis, nullo reſiſtente cuſtode, facilius ingrediebantur: ipſe adeo ſolertiſſimus Præſul tantam civium prædictarum urbium cognoſcens incuriam, eaſdem, quas prætitulavimus civitates hortatu ſuo ac ſtudio muris novis, portiſque prioribus minime diſſimilibus ad priſtinum locum, ſtatumque, gratia corroboratus divina, reduxit, ut cives a furibus & latronibus, & ab aliis inimicorum inſidiis ſecuri habitarent.* Hæc Anaſtaſius, addens de aliis ornamentis ab eodem Pontifice diverſis Eccleſiis tunc oblatis.

Cæterum quod paſſi ſunt Corſi ob Sarracenorum infeſtationem, paſſi ſunt etiam Sardi, qui & Sardiniam inſulam relinquere compulſi, aliis in locis quæſiere ſibi ſedes; nam idem Anaſtaſius inferius meminit de vico Sardorum, diſtante ab Urbe trigeſimo milliario, in cujus vici Eccleſia, titulo ſanctæ Mariæ nobilitata, libros quatuor obtulit, unum Evangeliorum, alium Regnorum, item Pſalterium, atque alium Sermonum. Et de eodem vico Sardorum, ſuperius hæc habet de aliis donis, eidem Eccleſiæ S. Mariæ ab eo collatis: *In baſilica* (inquit) *ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Dominæ noſtræ, quæ poſita eſt in vico Sardorum, obtulit calicem, & patenam de argento deauratam; pharum unum, in quo legitur nomen domini Leonis Quarti, penſans libras quatuor & uncias quinque.* Inſuper idem Anaſtaſius inferius agens de ſacris donis oblatis Eccleſiis, meminit de Eccleſia ſanctæ Mariæ ab eo tunc erecta in eadem, qua ſupra, Leonina civitate, ad vicum Saxonum, in qua oblata ab eo ornamenta iſta recitat: *In Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quam ipſe beatiſſimus Pontifex a fundamentis ſupra Saxonum vicum noviter conſtruxit, obtulit veſtes de fundato numero tres: vela ſimiliter de fundato quatuor.* At de baſilica S. Petri his diebus oblatis donis iſta mox ſubdit:

VIII. De vico Sardorum.

S. Maria ad vicum Saxonum.

*Idem beatiſſimus Pontifex fecit in baſilica B. Petri Apoſtoli cereos de argento, qui ſtant in presbyterio numero vigintiſeptem, penſantes ſimul libras quadraginta: nam & trabes in ingreſſu, & in medio presbyterii veſtivit ex argento puriſſimo, penſante libras ſexagintaſeptem & uncias tres; coronam ex argento puriſſimam cum catenulis argenteis quatuor, habentem delphinos quadragintaduos, penſantes ſimul libras...... Fecit in circuitu altaris B. Petri Apoſtoli vela ſerica de praſino quatuor, habentia tabulas de chryſoclavo cum effigie Salvatoris & Apoſtolorum Petri & Pauli, & ipſius almifici Præſulis, & in medio Cruces, & gammadias de chryſoclavo cum orbiculis, in quibus ſunt imagines Apoſtolorum, mira pulcritudine decoratas, quæ in diebus feſtis ad decorem ibidem ſuſpenduntur. Pari modo fecit ubi ſupra vela alba holoſerica roſata cum cancellis decorata mirifice, Paſchæ obumbrantia ſacra; necnon aliam coronam minorem ibi obtulit cum catenulis quatuor & delphinis decem, habentem lilium & unconem, penſantem libras....* Et paulo poſt: *Fecit coronam ex auro puriſſimo, inclytis Chriſti & Sanctorum vultibus refulgentem, & Apoſtolorum principis Petri juxta altare, ſub quo ejus ſacratiſſimum corpus requieſcit, cum catenulis aureis, bullis gemmiſque praſinis decoratam, habentem delphinos ſexaginta, penſantem libras viginti. Fecit, & Crucifixum argenteum miro opere depictum in eadem Eccleſia in læva introitus parte inter columnas magnas poſitum, ingenti ſplendentem decore, habentem libras ſexagintaduas, & dimidiam.* Hactenus de his ibi. Reliqua alibi ſuo tempore.

IX. Quæ oblata ſunt Baſilicæ S. Petri.





X. His enarratis, inviſamus Hiſpanias, & in iis Eccleſiam Cordubenſem, ad modicum ſpacium temporis a Sarracenorum gladio quieſcentem, mox vero ſub eamdem perſecutionem crudelius revocatam. Diximus anno ſuperiori, perſecutionem Chriſtianorum magis magiſque invaluiſſe, ſed nece Sanctorum demum quieviſſe, dimiſſis Epiſcopis & reliquis ſacerdotibus, & aliis, qui detinebantur in carcere, liberis. Quod autem Epiſcopi & ſacerdotes, circa finem anni ſuperioris e carcere educerentur, non fuit iſta clementia nequiſſimi Regis Sarracenorum, ſed dolus; ſiquidem inhærentes ipſi Epiſcopi hoc ei ſuaſerunt, nimirum, ut curaret Concilium cogi omnium Epiſcoporum Regni ſibi ſubjecti, pollicentes fore, ut per Epiſcoporum concilium martyrium vetaretur, ſicque non amplius Chriſtiani cohibiti ſynodalibus decretis, auderent ſe palam prodere ad martyrium.

XI. Alii Martyres Cordubenſes. Verum inter hæc rurſus apparentibus Chriſtianæ Fidei profeſſoribus, eiſdemque inſectatoribus Mahometanæ perfidiæ, petitis iiſdem ad necem, dilatum fuit aliquantiſper quod in propoſito erat concilium, ſeu conciliabulum potius, ſatanicuſque conventus, quem miniſter ſatanæ indixiſſet. Sic plane cum ora confitentium Dominum occludere laborant mali illi Epiſcopi: magis aperit illa Deus & divinus implet Spiritus organa ſua ad confitendum publice nomen Domini. Nam ex ipſo hujus anni principio, antequam in unum juſſu Tyranni cogerentur Epiſcopi, non defuerunt, qui ſe pro Chriſti confeſſione offerrent neci, nec qui cæderent eos truculenti carnifices. Recenſet enim ſingulos S. Eulogius paſſos hoc anno Martyres, ab exordio ipſius uſque ad finem.

Nam (a) tertiadecima Januarii die paſſi ſunt Gumeſindus Toletanus, & Servus Dei monachus. Gumeſindus enim a puero Cordubæ nutritus, & in Eccleſia trium martyrum Fauſti, & Januarii & Martialis educatus, demum ruralis Eccleſiæ ſacerdos effectus, atque una cum Servo Dei monacho in civitatem veniens, una cum eo in eadem Chriſti confeſſione perſiſtens, martyrium conſummavit.

(a) *Eulog. in Mem. Sanct. l. 2. c. 9.*

Die vero (b) vigeſimaſeptima Julii, necati ſunt ſancti martyres Aurelius, & Felix Cordubenſes viri conjugati, ſimiliter & earum uxores Sabigoth & Linoſa, necnon Georgius Syrius monachus.

(b) *Idem l. 2. c. 10.*

XII. Inſuper (c) vigeſima die menſis Auguſti pariter martyrio coronati ſunt Chriſtophorus Cordubenſis, & Leovigildus Eliberitanus, ambo monachi vita ſanctiſſimi.

(c) *Idem l. 2. c. 11.*

Quartodecimo (d) vero die menſis Septembris, Emila, & Jeremias Cordubenſes pro Chriſto cæſi, conſecuti ſunt inſignes martyrii coronas.

(d) *Idem l. 2. c. 12.*

Die vero ſequenti (e), Rogellus Eliberitanus monachus, itemque Servio Deo ex Syria monachus, dire excarnificati, martyrium conſummarunt. De quorum omnium coronis S. Eulogius (f) agit in Memoriali Sanctorum pluribus quidem: quem cuilibet conſulere poteſt: prolixior enim mora Lectori videri poſſet, ſi in ſingulorum certaminibus recenſendis immorari vellemus. Jam facti ſunt notiſſimi Martyres univerſæ Eccleſiæ Occidentali, ut qui non unius Cordubenſis Eccleſiæ tabulis reperiantur inſcripti, ſed in Romanæ Eccleſiæ albo ſacro notati: in ejus enim Martyrologio exarati annis ſingulis, ſingulorum natalibus diebus Lectoris præconio publice recoluntur in Eccleſiis univerſis Catholicæ communionis.

(e) *Idem l. 2. c. 13.*

(f) *Idem l. 2. c. 9. 10. 12. 13.*

XIII. Cum interea perfidus Sarracenorum Rex quot victoriis Martyrum, tot ſe notis ignominiæ aſperſum ſentiens, in Chriſtianos magis exacerbatus eſſet: quid ſibi adverſus eos agendum eſſet, ſuos conſuluit aſſeſſores conſiliarios. De his autem S. Eulogius iſta (g): *Ipſe Rex in furorem maximum concitatus, varia corde præmeditatur, quibus poſſet intentionem*

(g) *Eulog. ibid. lib. 2. cap. 14.*



PAGIUS II. A num. X. ad XXII. Narrat Baronius ex Eulogio in Memoriali Sanctorum perſecutionem ab Abderramine Cordubenſium Saracenorum Rege, magis magiſque invaluiſſe, & quorumdam Martyrum tunc paſtorum nomina profert.

*Perſecutio Chriſtianorum in Hiſpania.*

*nem Sanctorum reprimere. Sciſcitatur etiam ſapientes, explorat philoſophos, Regnique ſui Conſules ſuper hac re percontatur. Qui omnes unanimiter in perniciem conſpirantes Fidelium, comprebendi Chriſtianos, & vinculari ſub arctiſſimos carceres decreverunt. Tunc jam proculdubio enecandi eos difficultas fuit adempta, ſi quiſquam vatis ſui temerarius exprobrator ultra occurreret.* Iſta Sarraceni. At quid tunc Chriſtiani, audi quæ ſubiiciat:

XIV. *Hac nos miſeri opinione comperta, diffugimus, abimus, evagamur, deliteſcimus, timidoque diſcurſu & habitu demutato, nocturna ſilentia carpimus; decidente ſolio exturbamur, crebro manſiones mutamus, tutiora loca requirimus, ac tremebundi undequaque dilabimur, mori formidantes per gladium, quandoque morituri per debitum. Qui ideo forte martyrium fugimus, non quia timemus mortem, quæ quandoque ventura eſt, ſed quia indigni ſumus martyrio, quod quibuſdam, & non omnibus datum eſt. Qui enim nunc martyrizantur, & martyrizandi ſunt, ab initio mundi præſcripti ſunt, dicente Apo-*
(a). Rom. 8. *ſtolo (a): Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: quos autem prædeſtinavit, bos & vocavit, & quos vocavit, illos & glorificavit.* Hæc de fuga Fidelium habet Eulogius.

XV. Quod autem perſecutio ſe habeat inſtar ignis, qui aurum purgat, comburit autem paleas: qui tales levitate, & ariditate inventi ſunt pabulum ignis, recedentes a Fide, inhæſerunt impiis Sarracenis, de quibus mox iſta idem ſubdit
(b) Eulog. l.2.c.15. Complures defecerunt a fide. Eulogius (b): *Multi igitur horreo inutiles Dominico, ejecti foras de rete Apoſtolico ab eo, qui non ut bonos vaſis recondere, ſed potius ut ſtipula inextinguibili meruerunt incendio deputari, nobiſcum vel fugere, vel compati, vel etiam delitеſcere recuſantes, pietatem relinquunt, fidem prævaricantur, abdicant religionem, crucifixum deteſtantur, ſeſe (prob dolor) impietati tradentes, ſubmittunt colla dæmonibus, blaſphemant, detrahunt, ſubvertuntque Chriſticolas. Plurimi etiam, qui pridem nobiſcum ſano ſenſu victorias Martyrum prædicabant, conſtantiam efferebant, laudabant trophæa, extollebant agonem, tam ex ſacerdotibus, quam ex laicis, ſententias mutant, aliter ſentiunt, judicant indiſcretos, quos hactenus feliciſſimos aſſerebant, pro eo quod ipſi ſancti infirmioribus nolentes compati, ſuæ potius tranquillitatis, & pacis commoda, quæ in cœleſtibus ſanguine mercari ſidebant, quam nutanti Eccleſiæ inter ſcopulos perfidorum conſulere ſtuduerunt, quibuſdam ex lege ſententiolis immutationem oris ſui ac linguæ verſibilitatem quaſi roborare nitentes, non perpendentes, quod nullus tantæ præſcriptus militiæ, & cœleſti curiæ annumerandus, inſtante hora vocationis, nexibus retineri poſſet mortalibus, cum quotidie in ſcripturis (c) ſacris nobiſcum* (c) Rom. 8.
*perlegant, quod nec vita, nec ſæva pericula, nec ipſa etiam mors Sanctos a charitate Domini noſtri JESU Chriſti avellere umquam prævaleant. Illi autem, qui ab initio actus non deſtiterunt infamare Sanctorum, fœdaque ſuſurratione eorum conati ſunt intentionem evertere, bellum, quod militibus glorioſis nequiverunt inferre; in nos crudeliter vertunt, noſque auctores bujus rei exiſtere aſſerentes, noſtro inſtinctu, illa omnia perpetrata fuiſſe accuſant. Adeo ut quidam illius* Exceptor apoſtata infeſtus Sanctis.
*temporis publicæ rei exceptor, præpotens vitiis & divitiis, ſolo Chriſtianiſmi nomine denotatus, operibus autem Deo & Angelis ejus ignotus, a principio certaminibus beatorum infenſus, detractor, derogator, & infamator eorum iniquus, tumidus, elatus, ſuperbus, & improbus, quodam die præſenti concilio Epiſcoporum, multas adverſum me linguam commovens, exaggeraverit contumelias: anathematizare Sanctos decernit, talia meditantes, maledicere imperat, perſequi ſtylo jubet electos; verens infeliciſſimis omnium, ne jacturam bonoris patiatur; qui non ſolum nullam reverentiam Sanctis exhibere ſtuduit; verum etiam prædicare ſiniſtrum eſſe, quod agunt, in populis præcepit.* Hæc Eulogius.

Quoniam vero de concilio ibidem ab Epiſcopis celebrato meminit, hoc anno id celebratum eſſe, æque Scholiaſtes in Eulogium aſſerit. Fuit conventus iſte, non in Spiritu ſancto legitime Concilium congregatum, ſed conſilio perfidorum, juſſu Regis impii hoſtis Chriſtianorum collectum. In quo nec quod Deo eſſet placitum, tractatum, vel definitum fuit, ſed pſeudoepiſcoporum unanimi conſpiratione facta cum Principe, vetitum eſt martyrium, demptuſque eſt cultus ſanctorum Martyrum, erecta perfidia, atque depreſſa confeſſio. Unde Eccleſia Dei ubique confuſa, atque deluſa apparuit, gementibus ubique Fidelibus, fugientibus, & factis extorribus, cæteris detruſis in carcerem; inter quos Epiſcopus Cordubenſis fuit, qui unus reperitur nominatus, quod refragatus eſt Regi & faventibus illi malis Epiſcopis. XVI. Conciliabulum Cordubenſe.

Hic lugendus eſt ſtatus reliquarum Hiſpaniæ Eccleſiarum ſub Sarracenis conſtitutarum, cum nonniſi unus legatur obſiſtens Epiſcopus omnibus Coepiſcopis, idemque ductus in carcerem. XVII.

Quam autem funeſtum & execrandum ab illis fuerit promulgatum decretum, ab Eulogio intelliges, dum iſta mox ſubdit de iiſdem Epiſcopis: *Et quamquam* Epiſcopis valde indignum decretum.



*quam metu compulſi, ſeu Metropolitanorum judicio, qui ob eamdem cauſam tunc e diverſis provinciis a Rege fuerant adunati, aliquid commentaremur, quod in ipſius Tyranni ac populorum ſerperet aures: inbibitum eſſe martyrium, nec licere cuiquam deinceps ad palæſtram profeſſionis diſcurrere, præmiſſo Pontificali decreto, ipſæ litteræ nuntiarunt.* Hæc cum illi ſtatuerent verborum ambiguorum involucro, uti ſubdit, velare, quæ turpiter adeo ſtatuerunt, elaborarunt, adeo ut nonniſi quis acuto intuitu, quæ in eorum decreto ſcripta erant, conſideraſſet, vix fallacem artem intelligere potuiſſet, cum tamen illud omnibus innoteſceret, per eos populum a martyrio revocari, ut idem Eulogius ibi teſtatur.

XVIII. Eſt ſane ingens ejuſdem querela ad-
(a) Eulog. Mem. Sanct. l.2. Perſecutores martyrum Epiſcopi facti. verſus (a) ſacerdotes, ſanctis Martyribus detrahentes, nec in Martyrum numerum eos recenſendos aſſerentes. Sed audiamus ipſius Eulogii verba: *Sunt autem plerique Fidelium, & (beu prob dolor) etiam ſacerdotum, temere borum Confeſſorum gloriam adimere non verentes: qui jubent eos non recipi in catalogo Sanctorum: inuſitatum ſcilicet, atque profanum aſſerentes bujuſmodi martyrium, quippe quos nulla violentia præſidialis fidem ſuam negare compulit, nec a cultu ſanctæ piæque religionis amovit, ſed propria ſe voluntate diſcrimini offerentes, ob ſuperbiam ſuam (ita dicunt) quæ initium eſt omnis peccati, interempti, ſuarum parricidæ effecti ſunt animarum.* Hæc inquam cum tradat non ſolum dicere ſacerdotes, ſed & jubere: plane ſugillat Epiſcopos illos, qui Synodo interfuerunt pro compeſcendo martyrio in gratiam Regis: hæc enim jubere in dedecus Martyrum, ſacerdotum ſimplicium eſſe non poterat, ſed Epiſcoporum.

XIX. Erat eorumdem, ſive horum ſimilium in ſanctos Martyres illa ad derogationem martyrii ſparſa calumnia, ut non eſſent hi inter Martyres computandi, quod miracula, uti olim Martyres, non edidérint, neque eorum corpora incorrupta manerent. Porro ad hæc omnia diluenda, ipſe ſanctus Eulogius ſcripſit egregium commentarium, cujus eſt titulus, Memoriale Sanctorum, in cujus primo libro ad hæc valide confutanda verſatur. Sed & addit poſtea, ut ſuo loco dicetur, Apologeticum ad alias ab eiſdem illatas objectiones confutandas. Sur-
Eulogius pro ſanctis Martyribus inſurgit. rexit itaque adverſus hæc unus Eulogius pro Martyrum gloria, non ſolum adverſus impios Sarracenos, ſed etiam contra ſacerdotes, in gratiam Principis Martyres inſequentes, & martyrium prohibentes defenſor acerrimus, & hortator intrepidus, cum magna ex parte Fideles animo elanguiſſent: quin etiam ut populus Iſrael in Ægypto in Moyſem, ita iſti in ſuos duces, Epiſcopum videlicet, & ſacerdotes magnopere quererentur, quod eorum cauſa, turbata eſſet pax civitatis, & adeo gravis perſecutio eſſet exorta. Nam audi ipſum Elogium hæc ubi ſupra, poſt illa de concilio enarra- (b) Eulog. l.2. c.16.
ta (b) ſubiicientem:

XX. Querela Chriſtianorum in Confeſſores. *Denique cum ex omni parte Chriſtianis immineret interitus, ardenſque immani furore comminatio Principis multos electorum errare compelleret: plerique nobis illam exprobationem Iſraeliticam, cum ſe gravius opprimi cernerent, inferebant dicentes (c): Videat Dominus, & judicet,* (c) Exod. 5.
*quoniam fœtere feciſtis ſudorem noſtrum coram boc Tyranno, & ſervis ejus, & præbuiſtis eis gladium, ut occiderent nos. Creſcente enim numero Martyrum, creſcebat in majus iracundia Principis, augebaturque Fidelibus conturbatio, ut pene caſus noſtri olim Pharaoniticis contra Iſrael perſecutionibus computarentur.* At exurrexit Dominus pro populo ſuo, acerbius, quam Pharaonem puniens Regem perſecutorem. Ut plane innotuerit etiam hoſtibus, ſi audire æquiore mente terribile Dei judicium voluiſſent, & reliquis Martyrum contemporibus, placere illi Martyres, in quorum ultionem, tam cito, tam ſedulo, tamque terribilis inſurrexiſſet, clamantibus illis de cœlo.
(d) *Surge Domine in ira tua, exaltare in finibus inimicorum noſtrorum.* Et (d) Pſal. 7.
illud Apocalypſis (e): *Vindica ſanguinem noſtrum Deus noſter.* Sed non, ut (e) Apoc. 6
illi, acceperunt divinum reſponſum, ut expectarent modicum, donec impleretur numerus conſervorum ſuorum, nam ſine mora, ſecundum illud Davidicum (f): (f) Pſal. 77.
excitatus eſt tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino, & percuſſit inimicum ſuum. Quomodo autem id acciderit, Eulogium audi, qui (g) Eulog. ib.
mox iſta ſubjungit (g):

XXI. *Cumque tanta coarctati anguſtia crebrius gemeremus, & latentibus ac vagantibus nobis, denuo pontifex borribili carcerum ſpecui traderetur, nulluſque nobilium laicorum ingredi fores auderet, futurum in perendie ergaſtulum metuentes: cæpit Rex alta ædium petere, ſcanditque ſublime ſolarium, oppida luſtraturus, confeſtimque e regione pendentia ſtipitibus Sanctorum corpora intuetur. Continuo ſuppoſitis ignibus, cremari ea præcepit: (quorum cineres, Deo fautore, per loca ſancta repoſiti ſunt): Et o admiranda potentia Salvatoris, & ſtupenda virtus Domini noſtri JESU Chriſti, qui ſemper quæſitus in tribulatione, aſſiſtit, pulſatus aperit, invocans exaudit. Nam os illud, quod Sanctos Dei comburi præcepit: repente eadem bora divinitus obſtruitur, lingua vero, Angelo percutiente,*

Terribilis interitus Regis perſecutoris.

*te, repreſſa, ſuo hærens palato ultra fari non potuit. Sicque portantium manibus in ſtratum reductus, quadam noctis ipſius hora ſpiritum reddens, priuſquam rogus ſanctorum cadaverum extingueretur, idem vita exemptus, æterno clibano deputatus eſt, relinquens ſucceſſorem imperii Maomad primogenitum, hoſtem Eccleſiæ Dei, & Chriſtianorum malevolum perſecutorem.* Hucuſque de his Eulogius, quibus adeo patentibus indignationis divinæ ſignis illud Pſalmographi aptari poſſit (a): *Si eſt fructus juſto, utique eſt Deus vindicans eos ſuper terram.* Atque reciproce: Si eſt Deus vindicans in terra ſervos ſuos, utique eſt fructus illis in cœlo de conſummato in terra martyrio: ut vel hoc uno ſigno obſtruerentur ora loquentium iniqua.

(a) Pſ. 57.

XXII. Quod autem ad tempus pertinet obitus Habdarrahgman Regis Sarracenorum, Scholiaſtes ad Eulogium initio ſequentis anni accidiſſe ponit. Verum cum ex eodem Eulogio ſatis perſpicue demonſtretur, tunc contigiſſe, cum ſanctorum Martyrum corpora ſuſpenſa penderent e patibulo; hoc, & non initio ſequentis, id eveniſſe dicere opus eſt, ſiquidem non ante menſem Junii ſequenti anno cæteri Martyres nece necati reperiuntur, quorum nec ſunt ſuſpenſa corpora in patibulis: ſed præſenti anno, quo ſancti martyres Emila & Jeremias ubi necati gladio ſunt, eorum corpora ultra amnem ſuſpenſa ſunt die decimaquinta Septembris, & ſequenti die occiſis pariter ſanctis martyribus Rogello, & Servio Deo, ipſorum corpora itidem cum aliis ſuſpenſa ſunt trans flumen in patibulis, quæ ſimul omnia ita ſuſpenſa e ſummo ſuæ domus ſolario Rex aſpiciens, juſſit incendio tradi, cum adhuc igne vigente, ipſe miſerando interitu pœnas dedit: nec eſt, quod vel fingi poſſit, uſque in ſequentem annum ea corpora affixa patibulis permanſiſſe: ſiquidem Chriſtiani ſtudioſiſſimi colligendi vel minutos cineres, nedum corpora Martyrum, haud dubium eadem opportuna occaſione nocturni temporis, & hiemalium denſorum imbrium eadem ſuſtuliſſent, cum inſuper nec fieri potuiſſe videatur, ut tamdiu, in ſequentem ſcilicet annum jam penitus reſolutis ex corruptione compagibus, corpora potuerint permanſiſſe ſuſpenſa. Hæc de tempore Regis obitus, & filii ipſi in ſolium ſuccedentis, de quo plura anno ſequenti. Modo ad res Francorum.

De tempore obitus Regis perſecutoris.

XXIII. De tranſlatione, & epitaphio S. Remigii.

Hoc anno contigit ſecunda tranſlatio S. Remigii Rhemorum Epiſcopi, Francorum Apoſtoli, per Hincmarum ejuſdem temporis Eccleſiæ Archeipiſcopum facta, qui ejuſdem Sancti recens ſepulcrum tunc temporis ejuſmodi Epitaphio exornavit:

*Hic famulus Hincmar Domini ſacra membra locavit*
*Dulcis Remigii, ductus amore pio.*
*Qui prius eſt Sanctus, mundo quam matre creatus,*
*Et magnus dictus cœlitus ore Dei.*
*Bis denos binoſque gerens feliciter annos,*
*Sorte Dei ſumpſit pontificale decus.*
*Sexaginta ſimul bis ſeptem manſerat annis*
*Iſtius urbis honor præſul, & orbis amor.*
*Vitam defunctis reddens, quoque lumina cæcis;*
*Egerat, & vivens plurima mira ſatis.*
*Nam domuit fera corda animo pius, ore profuſus*
*Sciambræ gentis regia ſceptra ſacrans.*
*Nonaginta quidem ſex cum compleverat annos*
*Splendida lux, noſtras deſeruit tenebras.*
*Idus jam plenas cum Janus menſis haberet,*
*Emeritus miles præmia digna capit.*
*Idem Hincmarus prius hac in ſede ſacerdos*
*Poſt triginta loco conſtitit & numero.*
*Cui ſextus decimus ſub hac radiante lucerna*
*Remigio, Rhemis munia chara dedit.*
*Annis ſeptenis, quinis ac menſibus egit*
*Paſtoris curam, hæc recolenda patrans.*
*Octingenteno, quinquagenoque ſecundo,*
*Quo Deus eſt anno Virgine natus homo.*
*Tertius, & Carolus Regni componeret actus,*
*October primam cum daret atque diem.*
*Ac tercentenos octavus tangeret annus,*
*Hic juſtus Domini, quo petit aſtra poli.*
*Tercentum fuerant tres, & deni quater anni,*

PAGIUS III. *Moritur Abderramen Hiſpaniæ Amiræ.*

Ad num. XXII. Elmacinus in Hiſtoria Saracenica lib. 2. docet Abderramenem ſeu Abdurhamen mortuum eſſe, *ut imperaverat annos triginta unum & menſes quinque*, & Muhammedem a Roderico Toletano in Hiſtoria Arabum cap. 29. Mahometem appellatum, filium ſuum Imperatorem deſignaſſe. Juſſerat Abderramen quorumdam Chriſtianorum corpora cremari, ſed *priuſquam rogus ſanctorum cadaverum extingueretur, idem vita exemptus æterno clibano deputatus eſt, relinquens ſucceſſorem imperii Mahomad primogenitum, hoſtem Eccleſiæ Dei, & Chriſtianorum malevolum perſecutorem*, inquit Eulogius lib. 2. ejuſdem Memorialis cap. 16. Ejus mortem hoc anno etiam conſignat Annaliſta Bertinianus. Erat autem *Abderramen* inter Amiras Hiſpaniæ Secundus hujus nominis.



*Quo vitæ Francos gurgite lavit ovans.*
*Ipſius is precibus cœleſti in ſede locetur,*
*Quem terris coluit verus amator. Amen.*

Hactenus Hincmari epithaphium, S. Remigii ſepulcro inditum, quod habes ad calcem vitæ ipſius ab eodem Hincmaro conſcriptæ. Apud Frodoardum etiam ab ipſo Hincmaro ſcriptum ſequens epigramma legitur, cum agit de hac ſecunda tranſlatione:

*Hoc tibi Remigi fabricavit magne ſepulcrum*
*Hincmarus præſul, ductus amore tuo.*
*Ut requiem tribuat Dominus mihi, ſancte precatu.*
*Et dignis meritis, mi venerande tuis.*

His ſubiicit multiplicia dona, ab eodem eidem Sancto collata: ac poſt ſtatim ſubiicit iſta: *Hic denique venerabilis præſul Hincmarus pro ſuæ ſanctitatis ac ſapientiæ reverentia per interventionem Lotharii Imper. pallium ad quotidianum ſuſcepit uſum a Quarto Leone Papa, a quo jam aliud acceperat, deſignatis ſibi ſolemnitatibus debite deferendum. Quem quotidianum pallii uſum nulli umquam Archiepiſcopo ſe conceſſiſſe, vel deinceps conceſſurum eſſe, in epiſtola, ad eum directa, teſtatur.* Sed id omnino negat a Leone Papa factum Nicolaus Papa, ut ſuo loco dicetur. Addit Frodoardus, ab eodem Leone Pontifice diverſorum argumentorum ſexies Hincmarum litteras accepiſſe.

*Hoc anno Genaldus Northmannus, qui ſuperioribus annis iram domini ſui Horic Danorum Regis fugiens, ad Regem Ludovicum ſe contulit, & ab eo benigne ſuſceptus, & baptizatus, & Fidei ſacramentis imbutus eſt: cum per plures annos honorifice inter Francos haberetur; tamdem Principibus Borealium partium & cuſtodibus Danici limitis, quaſi lubricæ fidei & molimine proditionis cœpit eſſe ſuſpectus, unde & ab eis occiſus eſt.* Hæc Annales veteres a Pithœo editi, in quibus hæc de Synodo, hoc eodem anno celebrata Moguntiæ, dicenda tertia ſub Rabano earum, quarum mentio inveniatur. XXIV.

*Habita eſt autem Synodus ex voluntate atque præcepto ejuſdem ſereniſſimi Prin-* XXV.

PAGIUS IV. *Normanni Gallias affligunt.*

Ad num. XXIV. Annaliſta Bertinianus non meminit Genaldi Nordmanni, cujus mortem ex Annaliſta Fuldenſi refert Baronius, ſed hæc habet hic non prætermittenda: *Godefridus Heriold Dani filius, qui quondam ſub Imperatore Ludovico Maguntiaci fuerat baptizatus, a Lothario deficiens ad ſuos ſe confert. Unde congregata manu valida Freſiam cum multitudine aggreditur. Deinde vicina Scaldi fluminis ad poſtremum ingreditur. Quo occurrentibus Lothario & Carolo, cum omni ſuo exercitu utramque ripam ejuſdem fluminis obſident.* Tum ad annum DCCCLIII. *In qua obſidione Dominicæ Nativitatis feſtivitatem celebrant. Sed nolentibus, qui ex parte Caroli erant inire bellum, abſque utilitate receſſum eſt. Carolus eumdem Godefridum quibuſdam pactionibus ſibi conciliat. Cæteri Danorum uſque ad menſem Martium inibi abſque ulla formidine reſident, cuncta eo furioſius quo liberius diripiunt, cremant, atque captivant.*

V. *Tertia Synodus Moguntina ſub Rabano.*

Ad num. XXV. *Rabanus* Epiſcopus Moguntinenſis tertiam Synodum Moguntinam celebrat, teſte Annaliſta Fuldenſi, cujus verba Baronius recitat, ſed quid decretum in ea fuerit, Annaliſta iſte non prodit. Ex Epiſtola autem Synodica Synodi primæ Moguntinenſis, quam refert Baronius anno DCCCXLVII. num. XXVI. conſtat tunc Suffraganeos duodecim Sedi Maguntinæ fuiſſe ſubjectos, nempe Epiſcopos Verdæ, Hildesheimii, Halberſtadii, Paderbornæ in Saxonia Inferiori & Weſtphalia, Herbipolis in Franconia, Wormaciæ, Spiræ, Argentorati ad Rhenum, Aiſtadii ad Almonam non procul a Danubio, Auguſtæ ad Licum in Suevia, Conſtantiæ ad Lacum Acronium ſeu Bodanicum, & Curiæ apud Rhætos in Alpium jugis Germanicis.

VI. Annaliſta Bertinianus, qui anno DCCCXLIX. ait, Carolum filium Pippini, & nepotem Ludovici Pii, Clericum attonſum eſſe, ut eo anno ex eodem narravimus, hoc anno de Pippino ejus fratre ſcribit: *Sancius Comes Vaſconiæ Pippinum Pippini filium capit, & uſque ad præſentiam Caroli ſervat. Quem Carolus* (nempe Calvus) *captum in Franciam ducit, ac poſt colloquium Lotharii in monaſterio ſancti Medardi apud Sueſſiones tonderi jubet.* Idem fere narrat Baronius ex Sigeberto in Chronico. Sirmondus in Notis ad Capitularia Caroli Calvi ait, in Chronico Memmiano, ad annum DCCCLII. legi: *Menſe Septembri Karolus nepotem ſuum Pippinum adquiſivit.* Ad hæc in Capitularibus Caroli Calvi Tit. XI. ubi refertur Synodus Sueſſionenſis anno ſequenti habita, Actione V. dicitur: *Ante hoc tempus venerandi Concilii, obtinente Pippino Pippini Regis filii Luduvici piiſſimi Auguſti filio, Aquitaniam, etiam conſentiente avunculo ejus glorioſo Rege Carolo, cui eadem provincia in partem obtigerat, Eccleſiaſtica diſciplina & militari ſoluta, eadem regio a ſuis indigenis valde vaſtata eſt, & multi illic impune illicita perpetrarunt. Tandem aliquando, reſpiciente Deo populum ſuum, idem Pippinus a ſuis contemptus & deſertus, atque in poteſtatem avunculi ſui redactus, conſilio reverentiſſimorum Pontificum, & Procerum attonſus, & in habitu Monachico ad monaſterium Sancti Medardi cuſtodiendus edocendus, deductus eſt. Ibi duo quidem Monachi habitu, ſui propoſiti vix credibiliter transgreſſores, ardentes immodica cupiditate, eundem Pippinum abducere conati ſunt, & pacem Chriſtiani populi diſſipare.*

*Pipinus filius Pipini fit Monachus.*

VII. *Synodus Sueſſionenſis.*

Denique Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCLIII. hæc habet: *Carolus menſe Aprili Synodum Epiſcoporum juxta urbem Sueſſionum in monaſterium ſancti Medardi adgregans, duos Presbyteros Monachos ejuſdem monaſterii ipſe Synodo præſidens, Epiſcopis judicantibus, degradari fecit, eo quod Pippinum furari & cum eo in Aquitaniam fugere diſpoſuiſſent.* Paulo poſt: *Pippinus Carolo ſacramentum fidelitatis jurat, & inſuper habitum Monachi ſuſcipit, regulaque obſer-*

Synodus alia Moguntina ſub Rabano.

*Principis in civitate Moguntia metropoli Germaniæ, præſidente Rabano venerabili ejuſdem urbis Archiepiſcopo cum omnibus Epiſcopis, atque Abbatibus Orientalis Franciæ, Bajoariæ & Saxoniæ. Et illi quidem de abſolvendis quæſtionibus tractatum habuerunt.* Quænam fuerint iſtæ, nuſquam mentio. Porro has Synodos provinciales, nonniſi accepta prius licentia a Romano Pontifice congregari conſueviſſe, & Reges ab eo impetrare, dictum eſt ſuperiori Tomo.

Ad

PAGIUS

*ſervationem more Monachi ſolite promittit.* De Pippino rurſus infra.

VIII. *Barium a Ludovico II. Imp. fruſtra obſeſſum.*

*Ludovvicus Lotharii filius Beneventum adiens, Bairam* (ideſt, Barium) *civitatem oppugnat, interruptoque muro peſſimis uſus conſiliis, a cœpto reſiliit. Nam dicentibus Conſiliariis ſuis magnam illic partem eſſe theſaurorum, qua penitus fraudaretur, ſi paſſim omnibus intrandi copia daretur, in caſtra ſe ſe recipit, probibitis omnibus ab irruptione Urbis. Quibus recedentibus Mauri ita noctu muri interrupta trabibus muniunt, ut venientem in craſtinum hoſtem nullatenus formident. Proinde in caſſum tanto labore deducto, Ludovicus cum exercitu ſuo ad propria remeat*, inquit Annaliſta Bertinianus. Barium, ſive Barrium Apuliæ civitas nobiliſſima, Siconulfo & Aldegiſo de Principatu Beneventano inter ſe pugnantibus, a Saracenis, quos in auxilium vocarunt, occupatum fuit, indeque eos tandem Lodovicus II. Imperator ejecit, ut ſuo loco dicetur. [1]

IX. *Moritur Bercul- fus Merciæ Rex.*

*Bertulfus* Merciorum Rex poſtquam *annos XIII.* regnaſſet, mortuus eſt, & *Burrhedus* accepta Ethelſuida filia Regis Athulphi ei in Regnum ſucceſſit, inquit Malmesburienſis lib. 1. de Geſt. Reg. pag. 33. Annos etiam XIII. ei attribuit Ingulphus in Hiſtoria, ideoque mors ejus accurate cum hoc anno conjungitur tam a Simeone Dunelmenſi in Hiſtoria de Geſt. Reg. Angl. quam ab Annaliſta Mailroſenſi. *Burrhedus* ultimus Merciorum Rex fuit, Regnumque per multos annos ſtrenue adminiſtravit, ſed vectigalis Regis Saxonum Occidentalium, uti ultimi ejus Deceſſores.

X. *Joannes Scotus a Prudentio Epiſcopo Trecenſi confutatus.*

Natalis Alexander part. II. ſæculi IX. & X. in Diſſert. V. paragrapho VI. num. VIII. & ſeqq. quid contineat liber *Joannis Scoti* adverſus Gotheſcalcum ſcriptus, oſtendit ex Prudentio Epiſcopo Trecenſi, & ex Floro Magiſtro Diacono doctiſſimo, qui hoc anno illum confutarunt. His initio verbis Prudentius Joannem Scotum aggreditur: *Blaſphemias tuas, Joannes, atque impudentias, quibus in Dei gratuitam gratiam, juſtitiamque inflexibilem procax inveheris, percurſo tua perfidiæ libro, quem ſub nomine cujuſdam Gotheſcalci adverſus omnes Catholicos effudiſti, eo moleſtius accepi, quo te familiarius amplectebar, peculiarius diligebam: quippe qui in tantum veſaniæ proruperis, ut graviſſimam Sanctarum Scripturarum auctoritatem, tuis pravis interpretationibus detorqueres, ſenſaque Catholicorum Patrum perverſis invertenda ſenſibus edoceres*, &c. Joannis Scoti verba paſſim inſerit: tum contra venenatam doctrinam ex Pelagio & Juliano acceptam, conficit antidotum ex SS. Patrum ſententiis, Hieronymi præcipue, Auguſtini, Fulgentii & Gregorii. Errores Gotheſcalci, ut quidam crediderunt, Prudentius non defendit, quamvis errore facti, nullam eſſe nec fuiſſe unquam hujuſmodi hæreſim contendat, quæ ſub Gotheſcalci nomine a Joanne Scoto impugnata eſt.

XI. *Prudentii Doctrina ſana.*

Geminam prædeſtinationem tuetur Prudentius, ad vitam ſcilicet æternam, atque ad pœnam ſempiternam; Deum tamen impios prædeſtinaſſe ait, *non ut peccarent, ſed ut propter peccatum, pœnis perpetuis interirent: prædeſtinaſſe, ideſt præordinaſſe, non ad culpam, ſed ad pœnam; non ut malum quoddam vellent, ſive admitterent; ſed ut propter malum quod volentes facerent, eos pœna ſempiterna juſte damnaret.* Ibidem Chriſtum non pro omnibus mortuum propugnat, ſed de redemptionis efficacia intelligit, ut ex ipſa quæſtionis propoſitione perſpicuum eſt: *Quos autem Sanguis proprii filii ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti miſericorditer liberarit, utrumne pro omnibus quibuſcumque hominibus, an pro quibuſdam prædeſtinatione electis, electione indebita prædeſtinatis fuſus fuerit; ipſa Omnipotentiſſima Veritas, quæ eum in unitatem ſuæ perſonæ miſericorditer ſuſcepit & fudit, conſulta nos doceat.* Negat in Deo voluntatem ſalvandi omnes, ſed de voluntate abſoluta & conſequente, ut Theologi vocant, non de conditionata & antecedente intelligendus eſt, ut demonſtrant quæ cap. 4. ſcribit. Denique totius Operis recapitulationem ſubiecit Prudentius, continentem LXXVII. *Joannis Scoti* propoſitiones cum breviſſimis reſponſionibus, ad eorum utilitatem, qui totum librum non legiſſent, & ad eorum qui legiſſent, juvandam memoriam.

XII. *Joannes Scotus a Floro Magiſtro confutatus.*

Eaſdem propoſitiones ex libro Joannis Scoti excerptas, & ad Eccleſiam Lugdunenſem delatas, *Florus Magiſter*, ejuſdem Eccleſiæ nomine edito libro confutavit, ut ipſe in Præfatione teſtatur. Prædeſtinatianam hæreſim fictitiam aſſerit errore facti: *Secunda hæreſis*, inquit cap. 4. *quam dicit gratiæ ſolius, quæ ſit, vel fuerit in Eccleſia, quæ ita prædicaverit, ſola Dei gratia hominem ſalvari, ut liberum hominis negaret, vel deſtrueret arbitrium, nobis minime comperta eſt.* Cæterum tam ipſe quam Eccleſia Lugdunenſis errorem Gotheſcalci circa prædeſtinationem execrantur, quamvis incertum habeant an vere in ea verſetur, ut ex cap. 4. evidens eſt.

XIII. *Gotheſcalcus ab Amolone Archiep. Lugdunenſi refellitur.*

*Amolo* etiam Lugdunenſis Archiepiſcopus ſanctitate & doctrina clarus, cum varia ſcripta *Gotheſcalci*, tum ab ipſo, tum ab aliis ad ſe miſſa legiſſet atque expendiſſet, graviſſimam ad eum Epiſtolam dedit, qua ejus errores execratus eſt, & ſingulos ſtrictim confutavit, ejuſque temeritatem ac ſuperbiam, ut par erat, caſtigavit. In fine Epiſtolæ illum amantiſſime hortatur, ut ad ſaniorem mentem redeat. Non diu poſt hæc ſuperſtes fuit *Amolo* ſeu Amulo, cui ſucceſſit *Remigius* ſacri Palatii Lotharii Imper. ſummus Capellanus, de quo infra. *Amolo*, cujus nomen Lugdunenſis Eccleſiæ Faſtis ad diem ultimum Martii adſcriptum eſt, Hebraicæ Latinæque linguæ peritiſſimus fuit; ejus Opera cum Agobardi ejus Deceſſoris Scriptis a Baluzio Pariſiis ab aliquot annis publicata.

In-

NOTÆ [1] BArium non ſemper tenuerunt Saraceni, ſed amiſſam, dein iterum occuparunt, ut in Nota ad A. 870. 30. demonſtrabitur. MANSI



(a) Sigeb. hoc anno.

Ad hunc præterea annum ſpectat quod (a) Carolus Rex Francorum filios fratris ſui Pipini Regis, Pipinum & Carolum Regnum inquietantes cepit, & attonſos detruſit in monaſterium.



Se-

PAGIUS

XIV. *Amolonis de incertis quibuſdam Reliquiis ſententia.*

Inter alia ſcripſit Epiſtolam ad *Theotboldum* Epiſcopum Lingonenſem, qui eum conſuluerat *de Reliquiis incertis*, nec probatis, quas quidam Monachi vagi, quaſi ex Urbe Roma allatas, Divione in Baſilica Sancti Benigni depoſuerant. Cœperunt enim in eadem Baſilica quædam velut miracula fieri, non ſanitatum, quibus ulla divinæ miſerationis indicia oſtenderentur, ſed percuſſionum, eliſionum, quibus miſeræ mulierculæ ſubito, in ipſa orationis domo cadere & collidi, & quaſi vexari viderentur; cum tamen in nulla parte corporis læſæ apparerent; quæ paulo poſt, velut recepto ſenſu ſanatæ, nullatenus ab illa Baſilica ſe diſcedere poſſe affirmabant; quia ſi ad domos redirent, ſtatim nova neſcio qua plaga percuſſæ, ad Eccleſiam de qua exierant, redire compellebantur. *Amolo* ad *Theotboldum* reſpondit, imprimis oſſa illa quæ nulla ratione, nulla auctoritate, neſcio cujus Sancti eſſe dicebantur, omnino de loco celebri tollenda, & nequaquam intra Eccleſiam, ſed foris in atrio, aut certe ſub pariete; vel circa ipſam, vel potius circa aliam, ſecreto in loco, apto & mundo, ſub paucorum conſcientia ſepelienda eſſe; ut quoniam & ſancta eſſe dicebantur, aliquid eis reverentiæ deferretur, & quia eſſe penitus neſciebantur, nequaquam rudibus populis occaſio erroris & ſuperſtitionis exiſterent. Addit, eſſe inauditum, ut in memoriis Martyrum talia ſigna increbuerint, quibus nequaquam ægri ſanarentur, ſed ſani percuterentur, & dementarentur. Similes illuſiones paucis abhinc annis *Ucetiæ* ad Sancti *Firmini* Epiſcopi ſepulcrum factas commemorat, de quibus a Bartholomæo Narbonenſi Archiepiſcopo conſultus fuerat Agobardus Deceſſor ſuus; ſe aliquoties vidiſſe homunculos & mulierculas, quæ coram *Agobardo* ſe dæmoniacas ſimularent, ſed cum plurimis verberibus diſtringerentur, confeſtim de miſerrima ſimulatione confeſſas, & neceſſitates atque egeſtates ſuas, quibus ſupplendis talia oſtentaverant, publice exponentes, ab omni invaſione dæmoniaca liberas, ut revera erant, apparuiſſe. Quapropter *Theotboldo* auctor eſt, ut hujuſmodi vanum & pernicioſum plebecularum concurſum ad Sancti Benigni Baſilicam, aut ad alias, in quibus hujuſmodi illuſiones vel impoſturæ fieri cœperant, omnino prohibeat.

I. Concilium Sueſſionenſe.

SEquitur Chriſti annus octingenteſimus quinquageſimustertius, Indictione prima, quo menſe Aprilis Sueſſione in Galliis Concilium habetur, cui & Carolus Rex voluit eſſe præſens. Actum eſt in eo de cauſa eorum, qui ordinati fuerant ab Ebbone Rhemenſi Archiepiſcopo, qui primum ſub Ludovico Imperat. ſede privatus, opera Lotharii Imperatoris per Synodum comprovincialium Epiſcoporum fuerat reſtitutus, cum & complures in eadem Eccleſia clericos ordinavit. Sed eo opera Caroli abire coacto, Hincmarus in locum ejus fuit Epiſcopus ſubſtitutus, Hic (ut teſtatur Frodoardus) cum jam anno ſuperiori idem Ebbo deceſſiſſet; ordinatos ab eo recipere nolens, hanc Synodum celebrandam curavit: in qua eorumdem clericorum ab Ebbone ordinatorum damnatio facta eſt. Hæc ſumma totius rei geſtæ, quam a Frodoardo habes fuſius enarratam (*a*). Porro quod hæc ipſa cauſa Rhemenſium clericorum ☞ per annos tredecim ☜ nempe uſque ad annum Redemptoris octingenteſimum ☞ ſexageſimum ſextum ☜ ventilata eſt judicio Apoſtolicæ Sedis, quodque inſuper hæc ipſa Synodus caſſata prorſus, & abolita fuerit a Nicolao Papa, ob idque male inter probatas Synodos in poſteriori editione Conciliorum voluminum reperiatur allecta: ut de hac ipſa fuſius agatur, & cunctæ res geſtæ in ea exacte intelligantur, ob idque omnes ejus actiones hic deſcribantur, operæpretium exiſtimamus. Prima igitur ejus Actio ſic ſe habet:

(*a*) *Frod. hiſt. Rhem. l.* 3. *c.* 11.

II. (*b*) *Extat to.* 3. *Conc. edit. Ven. pag.* 885. Qui convenerunt ad Concil. Sueſſionenſe.

*Reſidentibus (b) in Synodo venerabilibus Epiſcopis, Hincmaro Rhemenſi, Vvenilone Senonenſi Archiepiſcopo, Amalrico Turonenſi Archiepiſcopo, Theodorico Cameracenſi Epiſcopo, Rothado Sueſſionæ urbis Epiſcopo, Lupo Cathalaunenſi Epiſcopo, Emmone Noviomagenſi Epiſcopo, Erpuino Silvanectenſi Epiſcopo, Ermenfrido Belluacenſi Epiſcopo, Pardulo Laudunenſi Epiſcopo, Hilmerado Ambianenſi Epiſcopo, Hucberto Meldenſi Epiſcopo, Ajo Aurelianenſi Epiſcopo, Prudentio Tricaſſinæ civitatis Epiſcopo, Herimanno Nivernenſi Epiſcopo, Jona Auguſtudunenſi Epiſcopo, Godalſado Cabilonenſi Epiſcopo, Dodone Andegavenſi Epiſcopo, Gutberto Ebroicenſi Epiſcopo, Hildebrando Sagenſi Epiſcopo. Reſidentibus etiam presbyteris & Abbatibus Dodone Abbate monaſterii S. Sabini, Lupo Abbate monaſterii Bethleem, quod Ferrarias dicitur, Bernardo Abbate ex monaſterio S. Benedicti, quod appellatur Floriacus, Odone Abbate ex monaſterio Corbejæ, Erico Abbate ex monaſterio Corbionis, & quamplurimis aliis ſacerdotibus & Abbatibus, adſtantibus diaconibus, adſtante quoque reliquorum graduum Clero, reſidente etiam in cœtu Epiſcoporum glorioſo Rege Carolo, qui in eadem ſacra Synodo ſuam exibere dignatus eſt præſentiam apud Sueſſionis civitatem in monaſterio S. Medardi Confeſſoris Chriſti, quod ſitum eſt in ſuburbio ipſius civitatis in Eccleſia, quæ eſt in honorem S. Trinitatis ſacrata, anno Incarnationis Domini noſtri JESU Chriſti octingenteſimo quin-*

PAGIUS

Anno Periodi Græco-Romanæ 6346.

☉ 22. A. ☽ 18. P. 2. April. Indict. 1.

Jesu Christi 853.

Leonis IV. Papæ 7.

Lotharii Imp. 34. & 14.

Michaelis Imp. 12.

SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCXCI. Anno Hegiræ CCXXXIX. inchoato die 12. Junii fer. 1. A.C. 853.

I. *Concilium Sueſſionenſe II.*

ANum. I. ad XXIII. Epocha Concilii Sueſſionenſis II. in ejus Præfatione his verbis exprimitur: *Anno Incarnationis Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti DCCCLIII. anno vero regni glorioſi Caroli filii Ludovici Auguſti XIII. indictione I.* Tum legitur illud celebratum eſſe, ipſo Rege Carolo præſente, in Monaſterio Sancti Medardi, apud Sueſſiones *X. Kalendas Majas*; ſed legendum, *VI. Kalendas Majas*, ut in primo Canone habetur. Eidem præfuere Hincmarus Remenſis, Venilo Senonenſis & Amalricus Turonenſis Metropolitæ, & in eo præſertim actum de ordinationibus ab *Ebone*, poſtquam depoſitus fuit ab Archiepiſcopatu Remenſi, factis. Ejus depoſitio confirmata, & *Hincmari* ſucceſſio legitima declarata. Clerici ab eo ordinati gradibus ſuis dejecti, ut videre eſt Canone primo & in Actis Synodalibus. Præterea aliquot alii Canones conditi. Reſtitutus in Sedem *Ebo VVulfadum*, alioſque Clericos ordinaverat; qui ſicut poſtea profeſſi ſunt, de excommunicatione & reſtitutione illius tunc non aliud ſcivere, niſi quod eum in Eccleſia Remenſi ab Epiſcopis (ut aiebat) regulariter reſtitutum, nullo contradicente, ſolemniter & pacifice ſacrum officium per annum celebrare viderunt.

II. *In eo ordinati ab Ebone Archiep. Remenſi depoſiti.*

Anno DCCCXLV. *Hincmarus*, poſt decennalem vacationem Sedis Remenſis, in Concilio Bellovacenſi ordinatus eſt Archiepiſcopus Remenſis, ſed anno inſequenti *Lotharius* Imp. literas a Sergio Papa obtinuit pro refricando Judicio de Ebonis depoſitione; verum hic ab hujus negotii proſecutione abſtinuit, nec ad Synodum vocatus venit. Interim *Hincmarus* Wulfadum, alioſque ab Ebone ordinatos Clericos a ſacris miniſteriis ſuſpendit. Cauſa ad Concilium Sueſſionenſe II. hoc anno celebratum delata fuit, & Actione prima quæſtio de Ebonis depoſitione ac reſtitutione propoſita. Oſten-





*quinquageſimo tertio, Indictione prima, ſexto Kalend. Maii.*

III. Prima actio Conc. Sueſſionenſis.

*Dum quædam Eccleſiaſtica, & pernecеſſaria negotia in eadem Synodo ventilarentur, & definirentur: venit Sigloardus ſervans locum Archidiaconi Rhemenſis Eccleſiæ, dixitque filios ejuſdem Rhemenſis Eccleſiæ & Hincmari Archiepiſcopi ſtare pro foribus, qui pro ſua neceſſitate in Synodum introduci petebant. Hincmarus Archiepiſcopus dixit: Recita illorum nomina, & audiat dominus noſter Rex Carolus, & ſacra Synodus illorum conſcripta nomina, & tunc quod juſſum fuerit, in nomine Domini fiat. Et recitavit Sigloardus ſervans locum Archidiaconi Rhemenſis Eccleſiæ hæc nomina: Rodoldus, Giſladus, * Vvilfridus, Fridebertus ex Canonicis ipſius ſanctæ matris Eccleſiæ, Sigiſmundus ex monaſterio S. Theodorici, ex monachis autem monaſterii S. Remigii Nortuinus, Heinradus, Mauringus, Antheus, Teutlandus, Haconvaldus, Radulphus, Vvicbertus. Quibus juſſu Synodi & Principis introductis, Hincmarus Archiepiſcopus dixit: Quæ eſt veſtra petitio, fratres? Illi autem reſponderunt: Miſericordiam petimus nobis a veſtra paternitate impendi de miniſtratione ordinum Eccleſiaſticorum, ad quos a domino Ebbone quondam provecti, a veſtra autem auctoritate ſuſpenſi ſumus. Hincmarus Archiepiſcopus dixit: Legum Eccleſiaſticarum conſuetudo, & auctoritas talis eſt, ut in cauſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant, adeo ut qui ad ſacrum fontem accedit, ſuum dare nomen præcipiatur: qui ad ſummum ſacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligatur; ordinatus autem a ſuis ordinatoribus, litteras accipere jubeatur, qui etiam ab Eccleſiaſtica ſocietate quolibet exceſſu diſcinditur, libellari ſcriptione aut recipitur, aut deiicitur: ſed & qui accuſatur, vel qui excommunicatur per ſcripturam, accuſari, vel conciliatus commendari jubetur, & ſic in cæteris hujuſmodi in tantum ſcriptura depoſcitur, ut ſicut beatus Gregorius in commonitione ad Joannem Defenſorem, ex Romanis legibus ſumens ſcribit: Sententia, quæ ſine ſcriptura profertur, nec nomen ſententiæ habere meretur. Quapropter fratres & filii, oportet vos ſecundum Eccleſiaſticam auctoritatem, reclamationem veſtram libelli ſerie allegare, eumque veſtris manibus roboratum Synodo ſacræ porrigere, ut convenienter, & canonice vobis valeat reſponderi.*

* Vulfadus.

IV.

*Et tunc ipſi fratres, libellum conſcribentes, eique ſua nomina ſubſcribentes, porrexerunt Hincmaro Archiepiſcopo, qui tunc una cum Vvenilone Archiepiſcopo & Amalrico Archiepiſcopo ſub præſentia glorioſi Regis domni Caroli Synodo præſidebat. Relegens vero Hincmarus Archiepiſcopus libellum porrectum & ſubſcripta nomina, comperit deeſſe nomen Vulfadi, quod ante Sigloardus prædictorum recitans nomina, recitarat. Tunc Hincmarus Archiepiſcopus audiente ſancta Synodo, dixit: Tu frater Sigloarde antea Vulfadi fratris noſtri inter præfatorum nomina recitaſti, & modo hic illius non vidimus præſentiam, nec nomen libello ſubſcriptum invenimus. Sigloardus ſer-*



PAGIUS

ſum, ipſum pro criminibus a ſe confeſſis ſe ſe condemnaſſe, & XLIV. Epiſcoporum ſententia hanc ejus abdicationem confirmatam fuiſſe. Actione IV. Hincmari electio & ordinatio tanquam canonica confirmata. Actione quinta: *Decretum eſt a Synodo, ut quidquid in ordinationibus Eccleſiaſticis idem Ebo poſt damnationem ſuam egerat, ſecundum traditionem Apoſtolicæ Sedis, ut in Geſtis Pontificum legitur, præter ſacrum baptiſma, quod in nomine Sanctæ Trinitatis perfectum eſt, irritum & vacuum habeatur: & ordinati ab eo, Eccleſiaſticis gradibus privati perpetuo habeantur.* Fredebertus illorum Clericorum unus, dato proclamationis Libello, ſe ac ſocios ordines ab Ebone ſuſcepiſſe bona fide conteſtatus eſt. Hæc vera licet ac juſta Clericorum defenſio, Hincmarus tamen Actione VI. VII. & VIII. decrevit cum aliis Epiſcopis, ut dicti Clerici gradibus Eccleſiaſticis privati manerent, ex indulgentia tamen Synodi Caroli Regis precibus annuentis, communione fruerentur, ut legitur Actione VIII.

III. *Leo IV. Concilium hoc renuit confirmare.*

Hujus Synodi confirmationem a Leone IV. obtinere tentavit *Hincmarus*, quod tamen Pontifex renuit, præſertim quod *VVulfadus* & Socii per proprias literas eamdem Sedem appellaſſent. Præcepit Leo, ut *Hincmarus* ad Concilium cum dictis Clericis occurreret, ad quod ſuum ipſe Legatum direxerat, ad renovandum Judicium vice ſua: ita ut ſi eiſdem dejectis Clericis contigiſſet, ut in ipſa debuiſſent depoſitione perſiſtere, & obedire renuiſſent, atque ad Sedem Apoſtolicam iterum provocaſſent, illis ad eam veniendi licentia minime negaretur, ne ejuſdem Sanctæ Sedis diſſolveretur Privilegium. Cum quibus præcepit, ut *Hincmarus* vel miſſus ab eo Procurator veniret; quatenus cum fratribus ſuis Epiſcopis collato negotio, & utraque parte conveniente, cauſa eorum a Sancta Sede canonice finiretur. Verum *Leonis* IV. examen ac Judicium fugit *Hincmarus*, & poſt hujus mortem Benedicto III. ejus Succeſſori obrepſit, & hujus Pontificis Reſcriptum fœde interpolavit ac mutilavit, ut teſtatur Nicolaus I. Epiſtola XLVI. ad Epiſcopos Synodi Sueſſionenſis III. a quo & per obreptionem Synodi Sueſſionenſis II. confirmationem etiam obtinuit *Hincmarus*, ut liquet ex ejuſdem Pontificis Epiſtola anno DCCCLXIII. num. LXXIV. a Baronio recitata. Verum renovata per *VVulfadum* & Socios ad Sedem Apoſtolicam appellatione Nicolaus I. Acta ejuſdem Concilii Sueſſionenſis II. examinavit & reſcidit, ac *VVulfadum* & Socios in priſtinos gradus reſtituendos juſſit, ut ſuo loco videbimus. Hæc ſummarie ad dicendorum ſuis locis intelligentiam.

vans locum Archidiaconi Rhemenſis Eccleſiæ, reſpondit: Frater noſter Vulfadus, de quo veneratio veſtra dicit, hic in monaſterio jacet infirmus, & ideo veſtris ſanctis aſpectibus & ſacræ Synodo glorioſoque Principi ſuam non poteſt exhibere præſentiam. Hincmarus Archiepiſcopus coram omni Synodo dixit: Tu frater Sigloarde, accipe libellum, & adhibe tecum Lindonem Archidiaconum venerabilis fratris & Coepiſcopi noſtri Parduli Laudunenſis Eccleſiæ, & Iſaac diaconum ſanctæ Rhemenſis Eccleſiæ; & vade ad dictum fratrem Vulfadum, & dic ei ex parte glorioſi Principis noſtri ac ſacræ Synodi, noſtræque humilitatis voce, ut ſi in hac cauſa, quam præſens libellus continet, his fratribus noſtris vult participare: huic libello, ſicut ſe habet auctoritas, nomen ſuum propria manu ſubſcribat, & per ſuam ſubſcriptionem nobis ſuam ſtudeat repræſentare perſonam

Vulfadus quæſitus.

Tunc Sigloardus ſervans locum Archidiac. Rhemenſ. Eccleſ. & Liudo Archidiaconus venerabilis Parduli Epiſcopi Laudunenſis Eccleſiæ & Iſaac diaconus Rhemenſis Eccleſiæ, ut in ore duorum vel trium teſtium omne verbum confirmetur, perrexerunt ad dictum fratrem Vulfadum, qui nomen ſuum libello ſubſcripſit, & Synodo ſacræ cum cæteris fratribus voto ſuo, & voce fratrum prædictorum, qui ad eum tranſmiſſi fuerant, libellum roboratum porrexit. Quem ſuſcipiens Hincmarus Archiepiſcopus, & relegens coram Synodo, excelſa voce dixit: Iſtorum fratrum ſententia manifeſte me tangit, qui ſi contra aliquem Coepiſcoporum noſtrorum clamaſſent, ad noſtræ humilitatis auctoritatem ab eo provocare debuerant: nunc autem quia de judicio noſtro queruntur: oportet, ut in libellari ſubſcriptione ad electos provocent judices, quatenus cauſa illorum debitum, & certum finem accipiat. Sic enim ſcriptum eſt in Concilio Africano cap. lxiii. Si autem fuerit provocatum, eligat qui provocaverit judices, ut ab illis deinceps nulli liceat provocare. Item eodem Concilio cap. lxxxix. A judicibus autem, quos communis conſenſus elegerit, non liceat provocare. Item in libro primo capitulorum Synodalium domini Caroli Imperatoris cap. xliii. Ut probati a Metropolitano judices, qui noſtram rationem audiant, & conſultu ac ſententia ſynodali definiant. Unde relegit, & porrexit hunc libellum idem Hincmarus Archiepiſcopus, in quo hæc ſcripta continebantur.

De judicibus eligendis.

VI. Ego Hincmarus ſanctæ Metropolis Eccleſiæ Rhemorum Epiſcopus in hac dumtaxat cauſa quæ ventilatur, de his, qui ſe a domino Ebbone poſt depoſitionem ſuam aſſerunt ordinatos, eligo mihi judices, quos Canones, Electos appellant, Vvenilonem Senonenſem Archiepiſcopum, Amalaricum Turonenſem Archiepiſcopum, Pardulum diœceſeos noſtræ Laudunenſem Coepiſcopum, ſervantem locum in hoc judicio noſtræ auctoritatis, ſalvo in omnibus primatu Metropolis Rhemorum Eccleſiæ, & manente in ſuo ſtatu jure, quod cum aliis Metropolitanis mihi in ſacris Canonibus eſt collatum. Salva etiam reverentia Apoſtolicæ Sedis, cui in omnibus cauſis debet reverentia adhiberi, ſicut Innocentius Papa ad Victricum Rhotomagenſem ſcribit Epiſcopum, & ſancti etiam Canones præfigere dignoſcuntur. Et recedens de ſuo loco, poſuit ſedere Coepiſcopum ſuum Pardulum Laudunenſem in hoc judicio, ut præſcriptum eſt, quod ſervet locum primatus Metropolis Rhemorum Eccleſiæ. Deinde licet a Metropolitano judices electi ſufficerent ſecundum canonicam auctoritatem, ne quererentur proclamantes, ſe illius opprimi auctoritate, dedit eis licentiam, ſi vellent, eoſdem, vel alios quoſlibet ex conſenſu ſuo eligere judices. Qui elegerunt prænominatos reverendos viros, & ſuperaddiderunt, ſibi velle conſtitui judicem Prudentium Tricaſſinæ civitatis Epiſcopum, quod & præfatus non abnuit Rhemenſis Archiepiſcopus: & ſic miſſum eſt ſcriptum illorum de electione judicum per præfatos fratres, Sigloardum videlicet ſervantem Archidiaconi Rhemenſis Eccleſiæ locum, & Liudonem Archidiaconum Laudunenſis Eccleſiæ, & Iſaac diaconum Rhemenſis Eccleſiæ ad Vulfadum eorum conſortem, quem jacere in eodem monaſterio infirmum prædiximus, ut ſi eorum conſenſui in eadem judicum electione conſentiret, propria voce dicere procuraret. A quo idem fratres in reſponſis Synodo retulerunt, quod præfatæ electioni judicum uſquequaque idem Vulfadus præberet aſſenſum, eoſdemque ſibi judices devote expeteret.

Libellus Hincmari.

VII. Actio II.

Et ſic prima Actione finita, in primordio Actionis ſecundæ judices Synodum juſſu Principis, & in conſpectu ipſius, ſcilicet glorioſi Regis domini Caroli, ſic ſunt voce promptiſſima allocuti: Fratres & conſacerdotes noſtri, manifeſtum eſt, quia ſi Ebbo quondam Epiſcopus in ſuo ſtatu canonice manens, hos fratres canonice ordinavit, debent utique miniſtrare. Si autem injuſte dejectus eſt, & canonice reſtitutus, & poſt ſuam canonicam reſtitutionem hos fratres ſtuduit ordinare, ſine ulla quæſtione debent utique miniſtrare. Qua de re Ordinatores fratris & Coepiſcopi noſtri Hincmari doceant, ſi juſte & rationabiliter; quia tunc canonice fuerit Ebbo dejectus, & non ſecundum Eccleſiaſticas regulas extitit reſtitutus, & ante canonicam audientiam miniſtrare, & iſtos quaſi ordinare præſumpſit, quinetiam uſurpavit: facilis patet reſponſio, quia miniſtrare non debent, nec potuerunt.



Tunc ſurgens Theodoricus Epiſcopus Eccleſiæ Cameracenſis, porrexit in conſpectu Principis & Synodi ſcriptum, dicens: Sicut audivi, & vidi depoſitionem canonicam Ebbonis Epiſcopi, ita veſtræ reverentiæ profiteor voce, & ſcriptum porrigo, & auctoritate confirmo. Et revelatum eſt volumen illud Synodo coram Principe glorioſo Carolo a Lupo venerabili presbytero & Abbate in monaſterio ſancti Petri, quod Bethlehem, vel Ferrarias dicitur: in quo volumine continebatur, qualiter idem Ebbo voce propria & judicum * peccatorum ſuorum videlicet Epiſcoporum judicio Ajulfi ſcilicet Archiepiſcopi, Badaradi Epiſcopi, Medoini Epiſcopi, & teſtificatione teſtium, Nothonis Archiep. ipſius Theodorici quem prædiximus Epiſcopi, & ipſius libelli ſubſcriptione, qui relectus eſt in Synodo, quem ipſe propria manu in conſpectu prænominatæ Synodi ſubſcripſerat, & Synodo ipſi porrexerat, pro reatibus & criminibus confeſſi a miniſterio Epiſcopali alienum ſe reddens, & quadragintaquatuor Epiſcoporum ſententia, ut a miniſterio Epiſcopali recederet, & ſub pœnitentiæ modo Domino ſervire ſtuderet, ſuſcipiens, ſe condemnavit, & condemnatus receſſit. In quo etiam volumine continebatur, quia & taliter ſe Epiſcopus a miniſterio exuens, adminiſtratione Epiſcopali ſpoliatus manere deberet. Et edoctus eſt ſacris auctoritatibus, qualiter exauctoratus Epiſcopus reſtitui deberet. Et quia idem Ebbo reſtitutus canonice non fuerat. Inſuper & ab Apoſtolica Sede, ſicut in geſtis Pontificum coram Principe, Synodo relectum eſt, a Sergio Papa confirmante dejectionem illius, damnatus extitit, ut in laica tantummodo communione permaneret; ſed miniſterium Epiſcopale, quo ſuo & Epiſcoporum judicio fuerat ſpoliatus, irreverenter uſurpare præſumpſit. Et hoc ſecunda Actione pleniſſima auctoritate monſtratum, & a cuncta Synodo generaliter definitum eſt.

De cauſa Ebbonis.

☞ Quod autem pertinet ad nomina Epiſcoporum, qui contra Ebbonem ſteterunt in judicio, & inter alios recenſitos Aiulfum Archiepiſcopum, reſtituendum Aigulfum pro Aiulfo: eo namque nomine apud Theodulphum (a) Aurelianenſem invenimus nominatum, cum & carmen elegiacum idem Theodulphus ad eum ſcripſit. De Modoino itidem Epiſcopo ibidem nominato meminit ſumma cum laude idem Theodulphus, cum ad eum elegiam inſcripſit in carcere. Eſt autem reſponſio ejuſdem Modoini ad eum. Hæc de Epiſcopis (b), proſequamur Acta Synodalia, quæ hæc habent: ☜

(a) Caniſ. t. 5. pag. 885.

(b) Caniſ. to. 5. pag. 879. & 888.

VIII. Actio III.

In primordio tertiæ Actionis judices coram Synodo dixerunt: Nunc quia evidenti ratione, & veneranda auctoritate decretorum Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & ſacrorum Canonum promulgatione monſtratum eſt, & qualiter canonica & Apoſtolica auctoritas jubeat, vel accuſare, vel condemnare, & quia Ebbo canonice fuerat depoſitus, & non fuerat reſtitutus, immo & ab Apoſtolica Sede priſtinæ ſuæ damnationi addictus: volumus, ut Ordinatores fratris noſtri Hincmari doceant, qualiter idem frater noſter Hincmarus canonice fuerit ordinatus. Tunc ſurgens Rothadus Epiſcopus Sueſſionenſis civitatis, porrexit canonicam auctoritatem, qualiter Metropolitanus Epiſcopus debeat ordinari, & ſi de eadem Eccleſia non ſumitur, qualiter petente ejuſdem Eccleſiæ Clero, vel populo, a vicina debeat Eccleſia poſtulari, porrigens etiam canonicas litteras Erchenradi Epiſcopi Pariſenorum Eccleſiæ confirmatas ſuis, ſuique Archiepiſcopi & Coepiſcoporum ſuorum manibus, quas ad petitionem Rhemenſis Eccleſiæ, Cleri & plebis idem Hincmaro tribuerat; porrigens nihilominus decretum canonicum, Cleri & plebis manibus roboratum, qualiter jam dictum Hincmarum ſibi poſtularunt Epiſcopum ordinari. Et his omnibus relectis, docuit, quia canonice cum præſentia, & conſenſu omnium Epiſcoporum Rhemenſis diœceſeos eumdem Hincmarum ordinavit Archiepiſcopum. Poſt hæc ſurgens idem Hincmarus, in conſpectu glorioſi Principis & Synodi porrexit, & litteras canonicas, quas Canones ſacri ordinatum a ſuis ordinatoribus accipere jubent, diem proferentes & Conſulem.

De ordinatione Hincmari.

Porrexit etiam epiſtolam totius Galliæ Epiſcoporum manibus ſubſcriptam ad Apoſtolicam Sedem pro confirmatione ipſius ordinationis, quoniam Sedes Apoſtolica per Sergium Papam, ſæpedictum Ebbonem damnavit Epiſcopum, adeo ut inter laicos communionem tantum habere mereretur, ut diximus. Oſtendit etiam ipſi Chriſtianiſſimo Principi coram ſancta Synodo diploma ſacrum, ipſius venerandi Principis manibus inſignitum, ex approbatione ſuæ ordinationis ad eamdem ſanctam & Apoſtolicam, omnium ſcilicet Eccleſiarum matrem, Romanam Eccleſiam.

IX. Actio IV.

Et ſic quarta Actione evidentiſſimis documentis oſtenſum, & Synodali judicio decretum eſt, Hincmarum Archiepiſcopum canonice a vicina diœceſi ad ipſum canonice electum, & canonice ordinatum & canonice pallio, Apoſtolica Sedis rata ordinatione, perfectum, & in culmine primatus Metropolitana auctoritate uſquequaque & ab omnibus confirmatum. Deinde judices percontati ſunt: quid de his canonica auctoritate æſtiment, vel decernant, quos ſæpefatus Ebbo poſt ſuam depoſitionem abſque ulla legitima reſtitutione præſumpſerat ordinare.

Tunc

De ordinatis ab Ebbone.

*Tunc exurgens Emmo Noviomagenſis Epiſcopus porrexit rotulam, auctoritatem canonicam & Apoſtolicam continentem, quod qui ab ipſo voluerant, & viſi fuerant ordinari in gradus Eccleſiaſticos, ab eodem quod idem non habuit, nemo eorum accipere potuit: damnationem utique quam habuit, per pravam manus impoſitionem ei dedit; quia qui particeps factus eſt damnato, quomodo debeat honorem accipere (ut Innocentius Papa dicit) inveniri non poteſt.*

X. Actio V.

*Et ſic quinta Actione canonica & Apoſtolica auctoritate inventum, & decretum eſt a ſacratiſſima Synodo, ut quicquid in ordinationibus Eccleſiaſticis idem Ebbo poſt damnationem ſuam egerat, ſecundum traditionem Apoſtolicæ Sedis (ut in geſtis Pontificum legitur) præter ſacrum Baptiſma, quod in nomine ſanctæ Trinitatis perfectum eſt, irritum & vacuum habeatur, & ordinati ab eo in quamcumque terrarum orbis partem profugi vagentur, vel vagati ſunt, quia divinum judicium effugere nullatenus poſſunt, Spiritus ſancti judicio Eccleſiaſticis gradibus privati perpetuo habeantur.*

De reſtitutione Ebbonis.

*Tunc relegens unus ex prædictis fratribus, nomine Fredebertus libellum proclamationis, voce omnium dixit: ſe ideo ab eodem Ebbone permiſiſſe ordinari, quia viderat ſuffraganeos Rhemenſis Eccleſiæ, Rothadum videlicet Epiſcopum, Simeonem Epiſcopum, Erpuinum Epiſcopum, in metropolim Rhemenſem Eccleſiam conveniſſe cum litteris domini Lotharii, & eumdem Ebbonem reſtituiſſe. Et oſtenderunt litteras, quaſi ex nomine Theodorici Epiſcopi, Rotbadi Epiſcopi, Lupi Epiſcopi, Emmonis Epiſcopi, Simeonis Epiſcopi, Fulcoini Epiſcopi, Ragnarii Epiſcopi, Gildemanni Epiſcopi, Erpuini Epiſcopi manibus confirmatas; quæ manifeſte falſiſſimæ ſunt comprobatæ. Tunc ſurgens Emmo Epiſcopus, licet ipſi accuſatores & criminatores Epiſcoporum ad accuſationem eorum non eſſent idonei, ſicut ſcriptum eſt in Concilio Africano cap. xciii. Qui poſtea quam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſive ſit clericus, ſive ſit laicus, ſi accuſare voluerit, definimus ad accuſationem non admitti: tamen ad ſatisfactionem glorioſi Principis, & ſacræ Synodi porrexit rotulam, quæ & de communicatione eorum, qui cum illo poſt depoſitionem Ebbonis Epiſcopi, & de cujus chartulæ ſubſcriptione evidentiſſima protulerunt indicia, quibus mendaciſſima eſt probata illorum aſſertio. Sed & de baculis, & annulis ab illo datis, unde & in præfata ſchedula idem frater relegerat, frivola eſt autumatio, per auctoritatem in omnibus comprobata. Unde & iidem fratres, qui felle amaritudinis majores natu criminati ſunt, * coramque vos muta fore eſt judicata, juxta canonicam auctoritatem ſecundum Concilium Eliberitanum, quod actum eſt tempore Conſtantini cum Miſſis Apoſtolicæ Sedis cap. lxxv. Si quis inquiens Epiſcopum, vel presbyterum, ſive Diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit; nec in fine dandam ei eſſe communionem. Et quia gradus Eccleſiaſtici, a quibus privarentur, non habebant: juſſi ſunt communione privari.*

* quarumque.

XI. Actio VI.

*Et ſic ſexta Actione finita, decreto judicum & Synodali judicio, atque conſenſu Principis, Hincmarus Archiepiſcopus primatus ſui locum recepit, & judex & præſes Synodi effectus ſuper venturis Actionibus cum Archiepiſcopis, Vuenilone ſcilicet & Amalrico ſenſum accomodavit. Tunc de presbytero quodam, & monachorum Abbate in Altivillaris monaſterio, nomine Halduino, qui ab eodem Ebbone Diaconus fuerat ordinatus, & a Lupo poſtea venerabili Epiſcopo Catalaunenſi præsbyter ſine examine fuerat conſecratus, commota eſt quæſtio. Unde ſurgens Lupus Epiſcopus porrexit volumen, in quo continebatur: Quia Metropolis Rhemorum Eccleſia carebat paſtore, juſſus eſt regiis litteris domini Caroli, ut in confectione Chriſmatis, & aliis neceſſitatibus videlicet, ut ſuæ matri Eccleſiæ pro ſua poſſibilitate in Eccleſiaſticis negotiis conſulere procuraret. Qua de re cum epiſtola regia, ut eumdem fratrem, nomine Halduinum & presbyterum ordinaret, & Abbatem monachorum in monaſterio Altivillaris ſacraret, Archidiaconus Rhemenſis Eccleſiæ cum aliis miniſtris tam Canonicis, quam monachis eumdem illi ad ordinandum in gradu Diaconi ad presbyterium obtulit, qui ſecundum conſuetudinem, quam in offerendo ordinandos ex canonica, & monaſteriis ipſa Metropolis Eccleſia habebat, ordinandum ſuſcepit, & ad votum præcipientis Principis, & offerentium ordinavit. De quo judicatum eſt a Synodo ſecundum ſacros Canones, ſicut ſcriptum eſt: Ut qui presbyteri ſine examine per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem ſunt provecti, cum fuerint cogniti, deponantur. Quia quod irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia. Et oſtenſum eſt in eodem Concilio Sardicenſi cap. ix. & ex aliis Conciliis, ac decretis damnationis ſcripto ſecundum canonicam formam eumdem Epiſcopum nihil de illius ordinatione attigiſſe: ſed qui ſaltu ſine gradu Diaconi ad Sacerdotium proſilierat, in degradationem debitam reſilire deberet.*

De ordinatis ab Epiſc. Catalaun.

XII. Actio VII.

*Et hoc negotio ſeptima Actione finito; interrogatum eſt de his, qui ſæpedicto Ebboni oratione, vel oblatione communicaverant: Quonaim ſcriptum eſt in Canoni-*

bus



*bus, ut qui excommunicato communicaverint, omnes ab Eccleſia reſpui, maxime eos, qui ſciebant eum eſſe dejectum. Unde ſurrexit Erpuinus, & porrexit rotulam, canonicam & Apoſtolicam auctoritatem continentem, qualiter libellari ſatisfactione ſanari valeant & debeant exorbitantes. Unde & in geſtis Pontificum, & in Decretalibus Apoſtolicis Papæ Leonis, & in libris Epiſtolarum domini Gregorii, qui dicitur ex Regiſtro, & in Eccleſiaſticis hiſtoriis, & in decretis multorum Pontificum ſufficienter eſt exemplis manifeſtiſſimis demonſtratum, per quorum doctrinam libellari ſatisfactione, & decreto canonico, manibus omnium roborato, in electione canonica venerabilis Archiepiſcopi Hincmari omnes Rhemorum Eccleſiæ indita ſibi pœnitentia, largita indulgentia, benedictione ſupereffuſa, communione ſacra tributa, per ſæpefatum venerabilem Hincmarum Archiepiſcopum, operante Domino noſtro JESU Chriſto, purificata eſſe noſcitur, & ſanata.*

Purgata macula ordinatorum.

XIII. Actio VIII

*Et ſic octava Actione finita, benignus ac pius Princeps ſæpedictus dominus Carolus Rex glorioſus ſacram Synodum, & ſæpedictum Hincmarum Epiſcopum humiliter petit, ut quia præfati fratres Epiſcopos diœceſeos Rhemenſis Eccleſiæ falſis appetivere criminibus, quod poſt depoſitionem Ebbonis illi communicaverint, & eum irregulariter reſtituerint, & ob id ſecundum canonicam auctoritatem communione privati exiſterent, quoniam gradus Eccleſiaſticos habere non poſſunt, legum Eccleſiaſticarum auctoritate decernente, humanius de illis definientes, ut communionem habere valeant per ſacræ Synodi indulgentiam. Quod & pietas ſacerdotalis libenter aſſenſit, & miſericorditer, pieque conceſſit, recognoſcentibus iiſdem fratribus, & petentibus veniam. Et ſic cunctis ex ordine ſecundum regulam Eccleſiaſticam, canonice & diligenter patratis, decretum & judicatum eſt a ſancta & venerabili Synodo, aſſentiente, & favente Chriſtianiſſimo & glorioſo Rege domino Carolo hæc omnia geſtis inſeri, & in conſpectu Synodi relegi, & rata omnia judicata, cum eorum manibus & ſubſcriptione canonica perpetuo inconvulſa, & inviolabiliter permanſura firmari.* Hucuſque Acta Synodi Sueſſionenſis de his, quæ ſpectant ad judicium clericorum, ab Ebbone ordinatorum, & ad factam penitus ejuſdem Ebbonis jure dejectionem, & Hincmari oſtenſam legitimam electionem & conſecrationem. Quæ quidem ita ſe habuere, quouſque ad lapidem Lydium, ad judicium ſcilicet Apoſtolicæ Sedis hæc ſunt allata, per quod omnia, ut a vento fumus, evanuerunt, cum multis oſtenſa ſunt falſitatibus & erroribus eſſe compoſita. Leguntur ejuſdem Synodi ſancita alia capita, ſive Canones, & inter alios, ille, quo damnati ſunt monachi, qui Pipino fugæ auctores fuere.

De his, qui cum Ebbone communicaſſent.

XIV. Conatus Hincmari.

Hincmarus igitur quo minus ſciret tale Synodale judicium poſſe ſubſiſtere, eo magis a Leone Romano Pontifice iteratis legationibus illud petiit confirmari, quod ſanctiſſimus Pontifex facere omnino renuit. Ita repulſus nequaquam a cœpto deſtitit, ſed defuncto Leone, ab ejus ſucceſſore Benedicto, in ipſo ejus Pontificatus ingreſſu ejuſdem Synodi confirmationem ſubripuit; ſed quod illa non in omnibus, ut ipſe volebat ſe haberet, nec plene voluntati ipſius ſatisfaceret (proh nefas) quædam eidem confirmationi a Benedicto per epiſtolam miſſæ addidit, quædam vero ſuſtulit. Hæc autem ex litteris Nicolai Pontificis, ſuo loco recitandis, evidentiora patebunt: modo vero reddamus hic Benedicti Papæ illam epiſtolam, de confirmatione Concilii Sueſſionenſis conſcriptam, quam hic deſcribimus: nacti ſumus eam in ſcripto codice Antonii Auguſtini in Vaticanam Bibliothecam relato, in qua habes aliqua litteris grandiuſculis exarata, quibus notata ſcias ea omnia fuiſſe ab Hincmaro turpiter eraſa ex ipſis Benedicti litteris Apoſtolicis, uti inferius ex litteris Nicolai Papæ cognoſces:

XV.

*Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo confratri noſtro Hincmaro Archiepiſcopo Rhemenſis Eccleſiæ.*

Benedicti Papæ ep. qua probat Concilium Sueſſionenſe.

*Probabilium ſacrorumque definitiones geſtorum audientium mentes exhilarant, faciuntque alacres; & in tantum mortalium lætitia corda replent, ut in Conditoris omnium exuberent laudes, facilique intuitu illarum confirment proficuas intentiones & actus, validoque & inconvulſo propagare fundamine, conamine ingenti procurent. Noſtrum quemadmodum Pontificii cor dulciſonis tuæ benignitatis apicibus latius effectum eſt & hilarius, ſtrenua quos perlegentes inquiſitione, noſtræ te eſſe conventum dilectionis, internis novimus oculis, diviniſque proſperitatibus efficacem. Synodi textum imminenti ventilantes intuitu, ejuſque Actus, quam Sueſſionis apud civitatem ſua beatitudo ſtuduit celebrare diœceſis cum Epiſcopis tuæ, venerabilibuſque Archiepiſcopis, Guenilone ſcilicet, Senonenſi, Amalrico Turonenſi, aliiſque Epiſcopis, ut ſcriptis mihi contuliſti, ſubtili demonſtratione pandere procuraſti: Quæ ad profectum tantæ noſcuntur Eccleſiæ piis auctoritatibus ſtatuta, ſancitaque reperimus, præcipue in quibus æquiparare te viros illos proſpeximus, qui non terrenis actibus, caduciſque delectati ſunt obſervationibus, infinitoque Dei zelo accenſi, Eccleſiaſtica promulgarunt ſtatuta, & ordines. Hæc cernentes, ad ea, quæ cupis,*

nos

nos nullatenus inclinare ambigimus, tuæ venerationis adimplere cupientes affectum. Et quia ut devotus fideliſque in omnibus filius, pro inſtructione, ſeu confirmatione geſtorum, ac regularum Eccleſiaſticarum, ſemper ad hanc te Sedem recurrere contemplamus: definitiones fraternitatis tuæ, & cæterorum Epiſcoporum, quas in præfata Synodo Apoſtolicis, canoniciſque auctoritatibus propriis digitis roboraſti: SI ITA EST NOSTROQUE UT SCRIPTIS PRÆSULATUI INTIMASTI ET GESTORUM SERIE DEMONSTRASTI, RATAS EAS QIDEM DEFINITIONES APOSTOLICA PROMULGAMUS FORE AUCTORITATE, ſemperque manere ſtatuimus; ut inde quæſtio nullis aliquando temporibus oriatur, & aſpirantes indebite anhelitus, compreſſi funditus perpetuo maneant, ne amplius ullorum contradicentium adverſitatibus Dei turbetur Eccleſia, ſed omnibus eruta, ſine pertractationis erroribus, unita ſemper in Chriſto permaneat.

XVI. Inter hæc quidem & hoc ſancimus, Ne quilibet tuæ diœceſeos regulis ſubjectus Eccleſiæ, te contempto, impune audeat, ſeu valeat aliena expetere, aut expectare judicia, ut almorum traditionibus Patrum, canonumque promulgationibus eſt conſtitutum (SALVO IN OMNIBUS JURE APOSTOLICÆ NOSTRÆ SEDIS) ab ipſo veluti Chriſto & ſacris eſt cautum canonibus. Sed cuncti ſive in prælatione ſint, ſive in ſubditione debita, ordinem ab Eccleſiaſticis regulis traditum obſervantes obediant, & ſtudioſius obtemperare procurent. Et hoc promulgamus, atque ſtatuimus, ut te, qui ejus provinciæ Primas eſſe diceris, nullius umquam infeſtatione contra canonica, Apoſtolicaque decreta, ſive judicia Eccleſiaſtica, tibique commiſſa, aut virtute, aut facultate nullari, aut ANTE AUDIENTIAM ROMANI PONTIFICIS a quocumque damnari ſtatuimus. Sed ſi compellitur, ad hanc appellare ſanctam Sedem volueris Apoſtolici Papæ judicio reſervari: noſtra immo beati Petri auctoritate præcipimus, nec alicujus juri vel judicio te ſubiici, EXCEPTA POTESTATE SEDIS ROMANI PONTIFICIS. Et hoc volumus, ne quilibet ex provincia, & diœceſis metropolis tuæ, tibique ſubjectæ, jus, ſecundum Eccleſiaſticas conſtitutiones Primatis Eccleſiæ tuæ & tibi debitum, quoquomodo per contemptum convellere, aut tibi vel Eccleſiæ tuæ quamcumque violentiam contra eadem canonica conſtituta, & decreta Romanorum Pontificum pertinaciter inferre præſumat, cum anathematis interpoſitione, noſtra Apoſtolica & B. Petri Apoſtolorum Principis auctoritate prohibemus. Optamus fraternitatem tuam in Chriſto nunc & ſemper bene valere.

Hucuſque Benedicti epiſtolæ ad Hincmarum, reliquæ vero quæ ad eamdem cauſam ſpectant, ſuo tempore, ſub Nicolao Papa dicenda erunt. Hæc eadem de Concilio hoc Sueſſionenſi Frodoardus habet, deque Benedicti Papæ diplomate conceſſo Hincmaro, & Nicolao Papa eidem adverſante, & concilium hoc Sueſſionenſe penitus abrogante.

XVII. Sed & ad dictum Sueſſionenſe Concilium hoc anno celebratum ſpectant, quæ poſt damnationem clericorum ibidem factam, ſunt per Carolum Regem ſuaſione Epiſcoporum impleta. Præter illa enim omnia, quæ cuſa extant, reperimus in ſcripto codice Antonii Auguſtini capita quædam, nuſquam (quod ſciamus) hactenus edita, quæ ex petitione ejuſdem Synodi ipſe Rex per univerſum Regnum ſuum miſſis Legatis ſtatuit nota fieri: quibus una cum cujuſcumque Eccleſiæ Epiſcopo, quæ eſſent perperam facta, corrigerent, ſtatumque rerum Eccleſiarum in ſtatum priſtinum vendicarent. Ejuſmodi igitur legatione decreta, quæ a Legatis ſuis ſervanda eſſent, idem Carolus ex petitione Epiſcoporum iſtis, quæ ſequuntur, capitibus ſcripſit, quibus ejuſmodi inſcriptus titulus habetur:

Iſta ſunt Capitula a domno Carolo in Synodo apud Sueſſionis civitatem, in monaſterio ſancti Medardi facta, anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quinquageſimo tertio, in menſe Aprili.

XVIII. Capita Caroli Regis in Concil. Sueſſionenſi.

Ut Miſſi noſtri per civitates & ſingula monaſteria tam Canonicorum, quam monachorum, ſive ſanctimonialium una cum Epiſcopo parochiæ uniuſcujuſque, in qua conſiſtunt, cum conſilio etiam & conſenſu ipſius, qui monaſterium retinet (quem volumus & expreſſe præcipimus, ut præſens ſit) vitam ibi degentium & conſervationem inquirant, & ubi neceſſe eſt, corrigant, & ubi deſunt, congruas officinas conſtruere jubeant; & ubi ſunt factæ, & per negligentiam ſunt deſtructæ inſtaurari præcipiant; & victum, ac potum, & veſtitum, atque cætera neceſſaria pro qualitate ac poſſibilitate loci, & inhabitantium neceſſitate ordinent; & hoſpitalitatem ſupervenientium hoſpitum, & receptionem pauperum ibidem ponant & ordinent; & theſaurum ac veſtimenta, ſeu libros diligenter inbrevient, & breves nobis reportent; inbrevient etiam quid unuſquiſque Eccleſiarum prælatus, quando prælationem Eccleſiæ ſuſcepit, ibi invenerit, & quid modo exinde ibi minus ſit, vel quid & quantum ſit ſuperadditum. Quid etiam Northmannis per noſtram commendationem, ſive ſine noſtra commendatione datum ſit, quidve relictum, vel quid a quoquam ibi in eleemoſynam datum, numerum etiam Canonicorum, & monachorum, ſive ſanctimonialium



lium uniuſcujuſque loci deſcribant, & nobis referant, ut ſecundum qualitatem, & quantitatem loci, cum conſilio Epiſcoporum & fidelium noſtrorum, ubi minor numerus fuerit, noſtra auctoritate addamus, ubi vero indiſcretione prælatorum ſuperfuerit, ad menſuram redigamus.

Inquirant quoque quot tempore avi noſtri Caroli, & domini genitoris noſtri Hludovici unoquoque in loco fuerint, & quot modo ſint, & ubi loca a Northmannis, ſive a quibuſlibet aliis deſtructa ſunt, & penitus annullata, quot ibi nunc propter paucitatem rerum, & devaſtationem earumdem conſtitui, vel ordinari poſſint, ut inde cum conſenſu fidelium noſtrorum ordinemus, quid de cætero agendum ſit, & qualiter Abbatiarum prælati, & in locis ſacris inhabitantes, de his, quæ Miſſi noſtri præceperint, obedierint nobis diligentiſſime, & capitulatim referri procurent.

XIX. Ut Miſſi noſtri diligenter inveſtigent per ſingulas parochias ſimul cum Epiſcopo de monaſteriis, quæ Dominum timentes, in ſuis proprietatibus ædificaverunt. Et ne ab hæredibus eorum dividerentur, parentibus & prædeceſſoribus noſtris ſub immunitatis defenſione tradiderunt, & poſtea in Alodem ſunt data, ut deſcribant quæ ſint, & a quo, vel a quibus in proprietatem data ſint, & nobis renuntiare procurent, ut cum Epiſcopis & cæteris fidelibus noſtris conſideremus, quid & qualiter ſecundum Dei voluntatem, & noſtram ſalutem, agere debeamus.

Ut Miſſi noſtri per ſingulas parochias una cum Epiſcopo parochiæ ipſius requirant de capellis, & abbatiolis, & caſis Dei in beneficium datis, qualis cenſus inde exeat, ut Eccleſia, de qua ſupra, exinde veſtituram habere poſſit, & nobis renuntient, ut hoc noſtra auctoritate commendetur, & firmetur, & ſecundum qualitatem, & quantitatem loci clericos & luminaria ibi ordinent, & loca inſtaurari faciant.

Denuntiandum eſt omnibus, & a Miſſis noſtris ordinandum, ut omnes Eccleſiæ presbyteri ſub immunitate, & privilegio, & ordinatione, atque diſpoſitione Epiſcoporum ſingularum parochiarum, in quibus conſiſtunt, ſecundum auctoritatem canonicam, & Capitularia domini Caroli Imp. avi noſtri, & pii Auguſti Hludovici domni & genitoris noſtri permaneant.

Ut Miſſi noſtri diligenter inveſtigent cum Epiſcopo, & prælatis monaſteriorum, & per fideles, & ſtrenuos viros in unaquaque parochia de rebus Eccleſiaſticis in Alodem datis, & ſicut evidentibus & veris indiciis, ac auctoritatibus conſpexerint diligenter, a quo, & quibus



dati ſunt, vel quantum exinde percepturi ſint, deſcribant, & nobis renuntient.

XX. Ut Miſſi noſtri expreſſe, & cum omni diligentia cum Epiſcopo, & prælatis monaſteriorum per ſingulas parochias requirant de rebus Eccleſiaſticis, unde & nonæ & decimæ ſolvi debent, & non ſolvuntur, & perſolvi ab eaſdem res tenentibus faciant. Et ſi aliqua contradictio, quæ rationabilis videatur, oborta fuerit, deſcribatur. Et prælatus ipſius caſæ Dei, unde res eſſe noſcuntur, & ille, qui eas detinet, & nonam ac decimam ſolvere detrectat, ſimul cum Miſſis noſtris ad noſtram jubeantur venire præſentiam, & tunc veritate comperta, & definitione decreta, quod rationabiliter invenerimus, inde percipiamus. Volumus etiam, ut inveſtigent Miſſi noſtri, qualiter illi, qui eaſdem res Eccleſiaſticas, unde decimæ dantur, ſive non dantur, poſſident, illas ſalvas habeant, & in caſticiis & ſilvis cuſtoditis; & ſi terræ aut mancipia inde perdita ſint, vel aliquid hujuſmodi, aut ſi familia oppreſſa ſit contra legem: Et omnia per breves renuntient nobis Miſſi noſtri.

Ut Miſſi noſtri per ſingulas parochias Comitibus, & Reipub. miniſtris ex banno noſtro præcipiant ne malla, vel placita, in exitibus, & in atriis Eccleſiarum, & presbyterorum manſionibus, neque in Dominicis & feſtivis diebus tenere præſumant. Sed Comes convenientem locum conſideret, & convenientem ſtationem ad mallum tenendum conſtituat. Quia nefas eſt ibi reos puniri, ubi reſpectu divinæ reverentiæ, miſericordiam conſenſu Fidelium, & decreto prædeceſſorum noſtrorum conſequuntur.

XXI. Ut Miſſi noſtri Comitibus, & omnibus Reip. miniſtris firmiter ex verbo noſtro denutient, atque præcipiant, ut a quarta feria ante initium Quadrageſimæ, neque in ipſa quarta feria uſque ad octavam Paſchæ, mallum, vel placitum publicum, niſi de concordia, & pacificatione diſcordantium tenere præſumant: ſimiliter etiam quartam feriam ante Nativitatem Domini uſque ad conſecratos dies obſervent, necnon & jejuniis quatuor temporum, & in rogationibus ſimili obſervatione eoſdem feriatos dies venerari omnimodis ſtudeant.

Ut Miſſi noſtri omnibus per ſingulas parochias denuntient, quia ſi Epiſcopus, & miniſtri Epiſcoporum pro criminibus colonos flagellaverunt cum virgis propter metum aliorum, & ut ipſi criminoſi corrigantur cum tali diſcretione ſine ulla occaſione indebita, ſicut in Synodo collocutum eſt, ut vel inviti pœnitentiam corporaliter, & temporaliter agant, ne æternaliter pereant: ſi ſeniores ipſorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vin-

*vindictam inde exercere voluerint; aut eoſdem colonos ne deſtringatur, contendere præſumpſerint: ſciant quia & bannum noſtrum component, & ſimul cum excommunicatione Eccleſiaſtica, noſtram armiſcaram duriſſime ſuſtinebunt.*

XXII. *Ut Miſſi noſtri omnibus Reipub. miniſtris denuntient, Comites & Reip. miniſtri ſimul cum Epiſcopo uniuſcujuſque parochiæ ſint, ut miniſteriis illorum, quando idem Epiſcopus ſuam parochiam circumiret, cum Epiſcopus eis notum faceret, & quos per excommunicationem Epiſcopus adducere non potuerit: ipſi regia auctoritate, & poteſtate ad pœnitentiam & rationem, atque ſatisfactionem adducant.*

Præſentationes abrogatæ. *Sciant etiam fideles noſtri, quia conceſſimus in Synodo venerabilibus Epiſcopis, ne ſuper beneficia Eccleſiaſtica, vel præſentatorias (etiam ſi Epiſcopus, aut quilibet monaſteriorum prælatus irrationabiliter petierit) præcepta confirmationis noſtræ ullo modo faciamus, & ideo ab irrationabili petitione ſe unuſquiſque compeſcat.*

*Ut Miſſi noſtri omnibus per illorum Miſſaticum denuntient, ne commutationes rerum, ac mancipiorum quilibet Prælatus earundem rerum Eccleſiaſticarum ſine licentia, & conſenſu noſtro facere præſumat, neque mancipia Eccleſiaſtica quiſque, niſi ad libertatem commutet, videlicet ne mancipia, quæ pro Ge .... dabuntur, in Ge .... ſervitute permaneant, ut Eccleſiaſticus homo perpetua libertate fruatur.* Hactenus Caroli, pro reintegrandis rebus Eccleſiaſticis, capita.

Rurſus autem quod pariter ad Francorum res geſtas pertinet (ne quid prætermittamus, ad inſtitutum ſpectans) hic itidem annus Francis calamitoſus extitit iis, qui ſub Regno Caroli degentes erant, ob iteratas Northmannorum incurſiones, quibus etiam loca ſacra gravia ſunt paſſa ubique diſpendia, incenſis ex eis aliquibus. De his in primis hic reddamus, quæ veteres habent Annales ſæpe citati a Pithœo in lucem proditi, in quibus iſta leguntur: *Northmanni per Ligerim fluvium venientes, Turonum Galliæ civitatem prædantur, Eccleſiamque S. Martini Confeſſoris, nemine reſiſtente, ſuccendunt.* Addit his aliquid amplius Rhegino iſtis verbis: *Repentina irruptione civitatem Nannetenſem invadunt: omnia cædibus, incendiis, ac rapinis depopulantes, Pontificem civitatis, ipſo die ſabbato Paſchæ, cum baptiſmum ex more celebraret, in baſilica interficiunt, Clerumque trucidant: omnemque in circuitu regionem devaſtantes, primum Andegavenſem, deinde Turonicam occupant urbem, ac velut immanis tempeſtas cuncta proſternit, ita cuncta conſumunt &c.* Porro non ſolum Rhegino, ſed Sigebertus, & Otto Friſingenſis hanc cladem Nannetenſem referunt ad annum hunc Redemptoris octingenteſimum quinquageſimum

XXIII. Rurſus Northmanni Galliam Aquitanicam infeſtant.

PAGIUS IV. *Epocha prioris irruptionis Normannorum in Urbem Nannetenſem.*

A num. XXIII. & ſeq. Baronius duas irruptiones Normannorum in Urbem Nannetenſem in unam confudit. Prior anno DCCCXLIII. contigit, ut Annaliſta Bertinianus his verbis docet: *Pyratæ Nordmannorum urbem Nannetum adgreſſi, interfectis Epiſcopo, & multis Clericorum atque Laicorum, ſexuſque promiſcui, deprædata civitate, inferioris Aquitaniæ partes depopulari adoriuntur. Ad poſtremum Inſulam quamdam ingreſſi, convectis a continenti navibus hyemare velut perpetuis ſedibus ſtatuerunt.* Idem habent Auctor Chronici Fontanellenſis Ducheſniani, & quidam alii Chronographi ad eum Chriſti annum. Sed totum negotium accurate deſcribitur in Fragmento ex Andegavenſi Monaſterio Sancti Sergii a Ducheſnio Tom. II. publicato: *Menſe Junio* (anni ſc. DCCCXLIII. antea ibidem memorati) *Normannorum ferox natio numeroſa claſſe advecti, Ligerim fluvium, qui inter novam Britanniam & ultimos Aquitaniæ fines in occiduum mergitur Oceanum, ingrediuntur. Demum dato claſſibus zephyro ad urbem Nanneticam, impiiſſimo Lamberto* (qui a Carolo Rege defecerat) *crebro exploratore præcognitam, ſceleri carbaſorum volatu, pariter remorum impulſu contendunt. Quam mox navibus egreſſi undique vallant, & ſine mora nullo propugnatore capiunt, vaſtant, diripiunt. Alii quippe ſcalis murum ſubeunt, alii oppilatum olim aditum offendentes infringunt & penetrant. Porro civitatis Epiſcopus vocabulo Guibardus, Vir innocens, & omni pietate repletus, Clerus omnis cum Monachis, qui ex vicino cœnobio, cujus vocabulum eſt Antrum, quod antefati amnis ictifero gurgite undique cingitur, ad urbem copioſum Eccleſiæ theſaurum habentes confugerant cumque reliqua vulgi multitudine, quos vel metus hoſtis incluſerat, vel Præcurſoris quæ inerat nativitas, non ſolum e vicinis regionibus & vicis; ſed etiam ex procul poſitis urbibus attraxerat, cernentes intra mœnia hoſtem, certatim cuncti ad Templum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod in urbe nobilius & pulchrius erat, utpote ignari certaminis concurrerunt, obſeratiſque oſtiis Ædis, ſolum, quod ſupererat cœlitus auxilium, anxie flagitabant*, inquit Auctor Anonymus, qui ſequentibus verbis ſe eo tempore vixiſſe teſtatur.

V. *Hæc epocha magis explicata.*

Hæc de verbo ad verbum refert Argentræus lib. 2. Hiſt. Brit. & ex eo Baronius, apud quem quæ ſequuntur legenda; ſunt enim ejuſdem Anonymi, non vero Argentræi, ideoque & indubitatæ fidei. Cum vero clades illa Nannetenſis die viceſima quarta menſis Junii anni DCCCXLIII. nativitati Sancti Joannis Baptiſtæ ſacra patrata ſit, *Sanctus Gohardus* Epiſcopus Nannetenſis eo die occiſus, die XXV. ejuſdem menſis colitur. Ejus Vita in *Armorica Sancta* legenda. Loquitur etiam de eodem exterminio *Letaldus* Monachus Miciacenſis, qui ſub finem ſæculi X. florere cœpit, in libro Miraculorum Sancti Maximini Abbatis Monaſterii Miciacenſis prope Urbem Aureliam conſtructi, qui recitatur Sæc. I. Benedict. pag. 598.

VI. *Urbs Nannetenſis iterum a Normannis devaſtata.*

Nunc venio ad ſecundam irruptionem, quam a priori non diſtinguit Baronius; quæ tamen decennio poſt, currenti nempe anno contigit. In Chronico de Geſtis Normannorum in Francia



mum tertium. Verum a Bertrando (*a*) Argentræo, Gallico ſcriptore ex monumentis Abbatiæ S. Sergii Andegavenſis ponitur anno quadrageſimotertio poſt octingenteſimum, iſtis verbis tanti mali occaſionem referantibus:

(a) lib. 2. hiſt. Brito. c. 12.

XXIV. *Anno ab Incarnat. Salvatoris DCCCXLIII. ab Urbe vero condita * DXCV. qui eſt annus Caroli Trierarchæ tertius, Rainaldus eximius Caroli Dux, genere Aquitanus, Nannetis urbis Comes, contra Britones multa amicorum, & propinquorum manu collecta, ſuper fluvium Vicenoniam in loco, qui dicitur Meciacus, dimicat, & primo quidem congreſſu Britones fortiter preſſi, terga vertunt: demum Lamberto ſuppetias ferente, adeo perſequentibus acriter reſiſtunt, ut ante, quos prius fugiebant, fugere compellerent; tantaque in eos cæde bacchantur, ut ingenti multitudine cum Duce proſtrata, copioſas domum manubias reportarint, non modica ob commercium turba ſervata. Præfuit autem Britannorum bello Heriſpogius, patre Nomenojo, gravi languore detento, habens ſecum prædictum Lambertum tranſfugam, qui in Nanneticæ urbis Comitatum inhians, ſtragis hujus ductor, & incentor extitit.* Lambertus hic ſtipendia fecerat ſub Ludovico Pio Imperat. cum autem a Carolo Calvo ejus filio antelatum ſibi Rainaldum in Comitatu Nannetenſi, quem ambiebat, ægerrime ferret, Rege deſerto ad Nomenojum, Britonum Ducem, transfugit, & cætera geſſit, quæ ſequuntur: *Quibus patratis, Lambertus exoptato doni potitur voto non diu: nam exortis utrimque ſimultatibus, idem mox urbe ac regione pellitur. Triginta tribus autem poſthæc elapſis diebus, menſe Junio, Northmannorum ferox natio numeroſa claſſe advecti; Ligerim fluvium, qui inter novam Britanniam, & ultimos Aquitaniæ fines in occiduum mergitur Oceanum, ingrediuntur. Demum dato claſſibus Zephyro ad Urbem Nanneticam, ab impiiſſimo Lamberto crebro exploratore præcognitam, celeri carbaſorum volatu, pariter remorum impulſu contendunt. Quam mox navibus egreſſi, undique vallant; & ſine mora nullo propugnatore capiunt, vaſtant, diripiunt: alii quippe ſcalis murum ſubeunt: alii oppilatum olim aditum offendentes infringunt, & penetrant. Porro civitatis Epiſcopus, vocabulo Guibardus, vir innocens, & omni pietate repletus, Clerus omnis cum monachis, qui ex vicino cœnobio, cujus vocabulum eſt, Antrum, quod antefati amnis ictifero gurgite undique cingitur; ad urbem copioſum Eccleſiæ theſaurum habentes confugerant; cumque reliqua vulgi multitudine, quos vel metus hoſtis incluſerat, vel Præcurſoris, quæ inerat, nativitas, non ſolum ex vicinis regionibus & vicis, ſed etiam ex procul poſitis urbibus attraxerat; cernentes intra mœnia hoſtem, certatim cuncti ad templum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod in urbe nobilius & pulchrius erat, utpote ignari certaminis concurrerunt, obſeratiſque oſtiis ædis, ſolum quod ſupererat cœlitus auxilium anxie flagitabant. Ac gentiles effractis oſtiis, feneſtriſque propulſis, templum feraliter irrumpunt: imbellem pariter & inermem multitudinem gladio feriunt: tantaque crudelitate in Chriſti ſæviunt gregem, ut præter eos, quos ſive captivandi, ſive diſtrahendi gratia in naves tranſtulerunt, omnem multitudinem ſacerdotum, clericorum, atque laicorum cum prædicto Antiſtite intra Eccleſiam gladio ſternerent: monachorum vero quoſdam extra, alios intra Eccleſiam, pleroſque autem ſuper ipſam templi aram inſtar hoſtiæ trucidant. Reliquos vero noctis crepuſculo ſecum*



PAGIUS

cia ab anno Chriſti DCCCXXXII. uſque ad annum DCCCXCVI. perducto ad annum DCCCXLIII. prius exterminium Nannetenſe narratur; & deinde ad annum DCCCLIII. legitur: *Normanni menſe Julio, relicta Sequana, Ligerim adeuntes, Namnetim urbem, & monaſterium Sancti Florentii, ac vicina loca populantur. Deinde a Nannetibus ſuperiora petentes, VI. Idus Novembris urbem Turonicam adeunt, atque incendunt, cum Eccleſia Sancti Martini & cæteris adiacentibus locis. Sed quia evidenti certitudine hoc præſcitum fuerat, corpus Beati Martini, ad Cormaricum monaſterium ejus Eccleſiæ, & inde ad civitatem Aurelianorum tranſportatum eſt. Quod iſte de verbo ad verbum ex Annaliſta Bertiniano tranſcripſit.* Regino, cujus verba deſcribit Baronius, utramque Normannorum invaſionem confundit, & Epiſcopum Nannetenſem hoc anno in Vigilia Paſchæ a Normannis occiſum dicit; ſed ſacrilegium illud in prima invaſione & die nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ, non vero in Vigilia Paſchatis, commiſſum fuerat. Denique Annaliſta Metenſis utramque etiam confundit ad annum DCCCLIII. & poſtquam ipſiſſima verba Reginonis retulit, ſubdit: *Tunc primum Nortmannorum claſſis* (*ut aiunt*) *Ligeris littora attigit;* cum tamen anno DCCCXLIII. Normanni Ligerim ingreſſi ad Urbem Nannetenſem venerint, ut mox ex Auctore ſynchrono narravimus.

VII. *Turones & aliæ Civitates a Normannis direpta, incenſaque.*

In Chronico Aquitanico, quod ab aliquibus vocatur fragmentum Chronici Lemovicenſis, ad hunc annum habetur: *Lucionum menſe Maio a Nortmannis exuritur, & menſe Junio Sancti Florentii monaſterium, & Namnetis civitas, Turonis quoque exuruntur.* Certum itaque tam Nannetas, quam Turonas, præſenti anno devaſtatas fuiſſe. Letaldus laudatus in libro Miraculorum Sancti Maximini Abbatis Miciacenſis num. 18. de clade Turonenſi, anno tamen non expreſſo, hæc ſcribit. *Iterum navibus conſcenſis Turonis pervadunt* (nempe Normanni), *perque alveum Ligeris ad monaſterium patris Maximini perveniunt: quod vacuum hominibus reperientes quæque occurrentia diripiunt, & ad ultimum admoto igne a parte auſtrali Eccleſiam com-*

*cum abducunt, claſſique imponunt. Quis (proh dolor) illius diei dolorem explicare? quis explicando, a lacrymis valeat temperare, quando mortuarum matrum cruorem pro lacte ſugentes pendent ab ubere nati? quando ſanctorum ſanguine hoſtili mucrone fuſo templi pavimenta madent? altaria ſacra innocentium cruore oblita fluunt? Poſthæc erutis omnibus opibus, cum gregibus captivorum utriuſque ordinis, & ætatis ad naves remeant: ad quorum poſtmodum redemptionem plurimum a cladis ſuperſtitibus collatum eſt. Quibus peractis, cœnobium inſularum, de quibus ſupra meminimus, natalitio Apoſtolorum Petri & Pauli ſcaphis adeunt, vaſtant, incendunt, quos ex tunc præter inteſtinos, uſque in præſentem antedicti Regis annum, nullo propugnatore, utpote ſtudiis in diverſa, immo perverſa tendentibus, terra marique externos hoſtes aſſidue patimur.* Hæc de clade Nannetenſis civitatis, & Eccleſiæ ibi poſitæ. Jam de Turonenſi agamus. Dei quidem providentia factum eſt, ut antequam Turonenſis civitas ab iiſdem barbaris invaderetur, & baſilica incendio traderetur: quod in ea aſſervabatur ſancti Martini corpus, inde ſublatum, ab ejuſdem Eccleſiæ clericis transferretur Antiſiodorum.

XXV. De tranſlatione ſancti Martini, Oddonis narratio.

Quomodo autem ejuſmodi tranſlatio facta fuerit, poſteris temporibus venerabilis Oddo Cluniacenſis Abbas deſcripſit, dignum memoria monumentum, dum rem geſtam his proſecutus eſt verbis: *Elapſis poſt illata ab Haſtingo incendia tribus luſtris, ſucceſſit ejuſdem gentis & ſimili ſorte a finibus ſuis exulans Rollio, vir armis ſtrenuus, ſed circa Chriſtianæ profeſſionis homines inhumanus, peditum multitudine, equeſtris ordinis copia, milite multiplici ſtipatus ex Flandrenſibus Northmannis, & Britonibus: in martio congreſſu ſæpenumero confecto exercitatis eorum civitates, & oppida, necnon & Eccleſias in favillam redigens, innumeras hominum ſtrages dedit. Cenomannis poſtmodum obſeſſis, exercitus ſui præcurſores Turonum uſque tranſmiſit, ut urbe peſſumdata, auri & argenti affluentem copiam, & cætera ejus bona diriperent, & illius incolas vinculatos ſecum adducentes captivarent.*

XXVI. Everſum monaſterium, & occiſi monachi.

*Dei autem providente clementia, tanta Kari & Ligeri excrevit inundantia, ut ſui unione pelagus unum efficerent, ac a civitatis acceſſu non minima ſui altitudine cuneos hoſtiles arcerent. Verum majore monaſterio, quod non longe a Turonis erat, funditus everſo, centum viginti monachos, bis binis minus gladio ibidem percuſſerunt, præter Abbatem, & vigintiquatuor alios, qui in cavernis terræ latitantes evaſerunt. Abbatem, tamen e latebris extractum, tormentis & cruciatibus ab eo exigunt, ut theſauros Eccleſiæ prodat, & monachos, qui in cavernis latebras fovebant, in medium adducat. Vir autem Domini Hebernus Abbas, licet varia & multiplici tormentorum violentia arctaretur, nec theſauros declaravit, nec filios in latebris ſe occultantes revelavit. Qui adhuc reſervati ſunt, ut patroni corpus inter alienos perſequerentur. Ita quidem contigit: nemo enim illorum reſiduus fuit, quem non Martinus Eccleſiæ præficeret regimini, & ſublimaret dignitate.*

XXVII. Luctus de everſo monaſterio, & occiſis Monachis.

*Recedentibus Danis, poſtquam civibus, tumore fluviali depreſſo, libera diſcurrendi reddita eſt facultas, auditum majoris monaſterii infortunium & everſio, necnon & Abbatis cruciatus, pœnæ, & monachorum pretioſa mors & paſſio, univerſorum, & maxime ſancti Martini Canonicorum gaudia obnubilans, lacrymoſa ſubminiſtravit ſuſpiria, & doloris immodici copioſam materiam propinavit. Mœſtitiæ igi-*

*tur,*

PAGIUS

*comburere conatur. Sed ſervante eo, qui non dormit, neque dormitat, qui cuſtodit Iſrael, nequicquam diu laborantes, & omni effectu malitiæ carentes confuſione adoperti diſcedunt. Hactenus porro intueri datur, quanta vigilantiæ pater Maximinus hunc ſervaverit locum, quem a die ſuæ conditionis etiam tempore barbarico ignibus nunquam permiſerit violari. Nam ea tempeſtate vix aliquod cœnobium totius Neuſtriæ & magna ex parte Aquitaniæ manus impiorum evaſit, cum & S. Martini & B. Patris Benedicti Monaſteria ab eis conflagrata ſint.*

VIII. *Corpus S. Martini anno ſuperiori Autiſiodorum tranſlatum.*

A num. XXV. ad XXXII. Tranſlatio corporis *Sancti Martini* Epiſcopi Turonenſis ad Urbem Autiſiodorenſem Normannis debacchantibus facta, a Baronio cæteriſque omnibus hoc Chriſti anno, quo Turonenſis Civitas a Normannis incenſa, male affigitur; ea enim anno anteriori peracta, cum Sanctus Odo Abbas Cluniacenſis in Tractatu *de Reverſione B. Martini Turonenſis a Burgundia*, teſtetur ſacrum corpus, *anno DCCCLXXXVII. a tranſvectione triceſimo ſexto*, Turonos iterum tranſlatum fuiſſe, ut eo Chriſti anno videbimus, & errorem, qui irrepſit in numeros, emendabimus. Odo itaque poſtquam Urbem Turonenſem ab Haſtingo Normannorum Duce obſeſſam Divi Martini meritis liberatam fuiſſe, quod an. DCCCXXXVIII. contigit, affirmavit: *Elapſis*, inquit, *poſt Haſtini* (legendum, Haſtingi) *incendia tribus luſtris, ſucceſſit ejuſdem genus* (legendum gentis) *& ſimili ſorte a finibus ſuis exulans, Rollo vir armis ſtrenuus, ſed circa chriſtianæ profeſſionis homines inhumanus*, &c. *Ille Eccleſias in favillam redigens, non minimas hominum ſtrages dedit. Cenomanis poſtmodum obſeſſa* (anno ſc. DCCCLII.) *exercitus ſui procuratores Turonum uſque tranſmiſit*, &c. *Dei autem providente clementia, tanta Kari & Ligeris excrevit inundantia, ut ſui unione pelagus unum efficerent, & a civitatis acceſſu non minima ſui altitudine cuneos hoſtiles arcerent. Verum Majus-monaſterium, quod non longe a Turonis erat, funditus everſum, CXX. Monachos, bis binos minus, ibidem gla-*

*dio*



*tur, & mœroris pallio amicti, vultu lugubri aſſumpto, & ornatu, ſicut moris eſt compatientium dolere cum dolentibus, flere cum flentibus, dolentes & flentes, ad memoratum accedunt locum, & doloris intrinſeci, tumore ſingultuoſo perſtillantibus foras lacrymis aliquantiſper imminutis, vigintiquatuor monachos, qui in cavernarum latebris morabantur, extrahunt, & Abbatem una cum ipſis cum debito honore & reverentia ad ſuam ſecum deducunt Eccleſiam. In omnibus vero eos pie curantes, delegerunt ipſis domum Eccleſiæ, valvis inhærentem, a qua in Eccleſiam reciprocus ingreſſus, & regreſſus ſecretior haberetur.*

XXVIII. Turonis dimovetur corpus S. Martini.

*Sex vero menſibus emenſis, comperto Canonici, quod Rollio Cenomannis captis, Turonum captum ire diſponeret: communicato cum concivibus ſuis conſilio, pretioſam margaritam, & ſingularem theſaurum, ſanctiſſimi videlicet Martini corpus, Aurelianos uſque tranſmittunt: Hujus latores, & cuſtodes extiterunt Hebernus majoris monaſterii Abbas ſæpe dictus cum vigintiquatuor monachis ſuis, & duodecim Canonici; qui Deo, & Chriſti Confeſſori Martino die ac nocte deſervirent; comitatui eorum indeſinenter inhærentibus duodecim Caſtri Noviburgenſis, qui cum ſuis ſervitoribus pie deſervientes, eis neceſſaria providerent. Famæ vero poſtmodum præcurrentis relatu edocti, quod Dani ad Galliæ ſuperiora proceſſiſſent: cum theſauro ſuo ad ſanctum tranſmeant Benedictum. Paucis vero elapſis diebus, fama pervigili rurſus pronuntiante, quod jam Rollio Aurelianos adveniſſet: ſanctarum bajuli reliquiarum Clabejanum venerunt: Tempore autem permodico ibidem commorati, metu iterum invaleſcente, cum theſauro illo incomparabili Antiſiodorum uſque procedunt.*

XXIX. Adventu Martini miracula edita.

*Epiſcopus vero fama præambula præmonitus & tota civitas obviam ruunt, & tantum hoſpitem cum honore non indebito deducunt, & in Eccleſia beati Germani eum ſecus ejus feretrum Martini non imparis corpus ſancti reponunt. Per merita igitur beati Martini virtutes ibidem innumeræ, & miracula fiunt: cæci ſiquidem viſum, claudi greſſum, febricitantes ſanitatem, aridi ſoſpitatem, leproſi mundationem, paralytici membrorum reintegrationem recipiunt. Fama vero, quæ nihil clam agere conſuevit, per univerſas regiones ſanitatum gratias divulgante, tanta illuc in dies infirmantium multitudo confluebat, ut ex numeri innumera æſtimatione regio cuilibet exercitui aſſimilata videretur. Et quia civitas tantæ inſufficiens multitudini univerſos capere non poterat, per circumjacentes vicos hoſpitandi gratia diffundebantur. Omnibus pro voto per merita beati Martini Antiſtitis ſalus optata reddebatur. In familiæ vero ejuſdem Pontificis uſum univerſa infirmantium tranſibat oblatio.*

XXX. Ingens oblationum cumulus S. Martini.

*Tantus autem oblatæ pecuniæ excrevit cumulus, ut numerum quantitas excedens, Antiſidorenſibus clericis invidiæ fomitem miniſtraret: unde cupiditatis, & invidiæ ſtimulo perurgente, S. Martini miniſtros taliter alloquuntur: Quoniam tam a noſtro, quam a veſtro Pontifice virtutes, & miracula indifferenter fiunt, equum eſt, ut ſi quid utilitatis inde provenerit, utriſque in communione partiatur. Quibus evidenti ratione ſatisfacientes illi, poſtulatæ jus communionis in hunc modum diſſolvunt, dicentes: Antequam Martinus noſter huc veniret, veſtro hic perendinante Germano, nullorum mentio miraculorum erat: in adventu autem noſtri Antiſtitis, piis ejus id obtinentibus meritis, ſignorum frequentia evidens exhibetur, & im-*

*pen-*

PAGIUS

*dio percuſſerunt*, &c. *Recedentibus Danis, poſtquam civibus, tumore fluviali repreſſo, liberæ recurrendi reddita eſt facultas: auditum Majoris monaſterii infortunium & everſio*, &c. *Sex vero menſibus emenſis* (ab everſo nempe Majori monaſterio uno milliari a Turonibus diſſito) *comperto canonici* (anno nempe DCCCLII.) *quod Rollo, Cenomannis capta* (ideſt ſi caperetur) *Turonum captum ire diſponeret, communicato cum civibus ſuis conſilio, pretioſam margaritam, & ſingularem theſaurum ſanctiſſimi videlicet corpus Martini Aurelianis uſque tranſmittunt* tandemque *Autiſiodorum* Oppidum in Burgundia ſitum, ubi per annos XXXVI. & uſque ad annum DCCCLXXXVII. conſervatum fuit.

IX. *Ex hac epocha pendet annus prioris obſidionis Turonenſis.*

*Odo* Mentionem non facit combuſtionis Urbis Turonenſis præſenti poſtea anno factæ, ſed narrato Majoris Monaſterii incendio, loquitur de delatione corporis Sancti Martini per varia Oppida, de ejus Autiſiodori depoſitione & poſt annos XXXVI. in Urbem Turonenſem revectione. *Odonem* aliter ac a nobis præſtitum interpretandum non eſſe demonſtrat Annaliſta Bertinianus, cujus verba Auctor Chronici de Geſtis Normannorum tranſcripſit & mox num. VI. recitavimus. Porro corporis Sancti Martini *Autiſiodorum* Tranſlatione ſuo anno reddita, manifeſtum eſt, Normannos an. DCCCXXXVIII. Turonos obſidione cinxiſſe, Urbemque Divi Martini opera eorum manus evaſiſſe; cujus obſidionis annus hactenus ignoratus fuerat.

X. *Errores duo in hac hiſtoria corrigendi.*

Corrigendus hic autem error *Odonis*, quando ait, *Rollonem* Ducem fuiſſe expeditionis anno ſuperiori a Normannis ſuſceptæ, & auctorem everſionis Majoris Monaſterii. Certum eſt enim *Rollonem* ante annum DCCCLXXVI. in Galliam non veniſſe, annoque DCCCCXII. *Giſlam* Caroli Simplicis filiam, cujus dos Neuſtria fuit, in conjugium accepiſſe, & fidei Chriſtianæ eodem tempore nomen dediſſe. Et tamen *Odo* ſecundum errorem priori adiiciens aſſerit, *Rollonem* fidei reſtitutum fuiſſe, quando Turonenſes Autiſiodorum profecti ſunt ad corpus Sancti ſui Patroni poſtulandum. Natus eſt *Odo* anno circiter DCCCLXXX. annoque DCCCCXXVII. Sancto Bernoni Abbati Cluniacenſi ſucceſſit. Jam Abbas, libellum illum *de Reverſione B. Martini a Burgundia* compoſuit,

ut

*penſæ per eum ſalutis reſpectu ejuſmodi nobis beneficia proveniunt. Ut autem ex animo veſtro omnis ſuper hoc dubietatis ſcrupulus excludatur: leproſus hic, qui præ oculis eſt, in medio, ſi placet, præſulum ſanandus inferatur, ſi vero a Martini latere leproſi latus poſitum convaluerit, & Germani lateri ejuſdem latus adjunctum in lepra perſtiterit: virtutis auctori Martino miraculum adſcribatur. Sin autem e converſo a Martini latere leproſi pars poſita non curetur, & Germano pars inhærens ſanetur; ad Germani merita patefacta virtus, & miraculum transferatur.*

Experimento cognitum S. Martini eſſe miracula.

XXXI. *Acquieverunt utrique, & prolata judicii ſententia ab omnibus approbatur. In argumentum igitur agnoſcendæ veritatis, in medio præſulum leproſus ponitur. Decurſa igitur nocte illa in vigiliis, & laudibus, mane illuceſcente, convenientibus utriſque partibus, medietas hominis a Martini parte poſita, ſana & incolumis reperitur; pars autem altera, occulto Dei judicio, ſananda differtur. Ut autem per miraculum evidentius, fides certior clariorque eluceret, leproſa pars iterum ſananda verſus Martinum vertitur, & mane facto ſub oculis omnium, homo totus ex integro alteratus in ſalutem invenitur. Sopita igitur mutualis hæc contentio, & Martini cultoribus ex tunc, & deinceps infirmantium univerſa ceſſit in pace oblatio. O admirandæ urbanitatis Germanum pontificem, qui cum tanti meriti eſſet, ut mortuos ſuſcitarit: in domo ſua hoſpiti ſuo tantum detulit honorem, ut in ſignorum exhibitione eo ſe videri vellet inferiorem!* Ita plane inter vita functos pontifices, viventes autem in cœlo, Canonum antiquorum adhuc obſervantia illa viguit, ut peregrino Epiſcopo deferat, qui recipit eum hoſpitio loci præſul. Subiicit his idem qui ſupra Oddo de ejuſdem ſancti Martini in ſuam Eccleſiam reductione, de qua ſuo loco dicturi ſumus. Sed quæ ſunt anni hujus reliqua proſequamur.

XXXII. Prope finem anni hujus, nempe decimaquinta Novembris (ut ex Leonis Papæ litteris, inferius recitandis apparet) ab ipſo Pontifice Leone Synodus indicta eſt, Romæ celebranda, ad quam nonniſi die octava menſis Decembris conveniſſe Patres inveniuntur. Porro eadem, Univerſalis, in ejus Actis, ex litteris ejuſdem

PAGIUS ut patet ex literis Fulconis Boni Andegavorum Comitis ad Odonem Abbatem, & ejuſdem ad Fulconem reſponſo, quæ eidem libello præmittuntur. Ex quibus liquet, eamdem hiſtoriam primitus editam fuiſſe ab alio Scriptore, & *in quibuſdam veteribus ſchedulis* repertam, quæ quia *impolito* exarata *ſermone* erat, petiit Fulco ab Odone, ut eam in ſuo *dictamene* explanaret. Quare Mabillonius, qui Sæc. IV. Benedict. part. II. de iſta Sancti Martini Tranſlatione agit, & poſteriorem illum Odonis lapſum obſervat, Tranſlationem Sancti Martini ad Urbem Autiſiodorenſem, ad præſentem Chriſti annum perperam revocat, ut rationes mox a nobis in medium allatæ evincunt.

XI. *Urbes Turonenſis & Nannetenſis ſecunda vice eodem anno afflicta.* Ex his liquet, Auctorem Chronici Turonenſis, qui vixit anno MCCXXV. & cujus Chronicon refert Ducheſnius in Scriptoribus antiquis Hiſt. Normannorum, audiendum non eſſe, & quæcumque de invaſione Urbis Turonenſis a Normannis facta habet, exſcripſiſſe ex Odone eo tempore, quo Opus ejus aliquibus in locis jam a Librariis depravatum fuerat, ut ejus Chronicon legenti patebit: præterquamquod irruptiones Normannorum, quæ variis temporibus contigere, ſimul inſulſe permiſcet. Quare ad difficultates, quæ in Tractatu Odonis occurrunt elucidandas, nihil hic Chronographus conferre poteſt. Scribit V. G. anno primo Lotharii Aug. *Haſtingum* ad Urbem Turonenſem veniſſe, & eam obſidione cinxiſſe, ac *Nannetem* Civitatem *in Sabbato Paſchæ* aggreſſum eſſe: anno Lotharii XVI. Danos *Pariſios* combuſſiſſe, & Turoniam rediiſſe, indeque *Haſtingum* in Italiam rediiſſe: *elapſis poſt Haſtingui incendia tribus luſtris* Rollonem cum Danis in Feſto S. Joannis Nannetum veniſſe, & Urbis Epiſcopum trucidaſſe: Denique anno Imperii Caroli Craſſi VII. Chriſti ſcilicet DCCCLXXXV. Autiſiodorenſes Reliquias Sancti Martini Turonenſibus reddidiſſe; quæ omnia a veritate aliena, ut ex dictis, dicendiſque evidentiſſimum fiet. Liquet denique priorem infeſtationem Urbis Turonenſis pertinere ad an. DCCCXXXVIII. uti jam diximus anno DCCCXLV. cum *Odo* diſerte aſſerat, Urbem incenſam fuiſſe, *elapſis poſt Haſtini incendia tribus luſtris*, & Auctor Chronici Turonenſis eadem verba retineat. Porro ſecundam hanc irruptionem hoc anno factam eſſe, teſtis eſt etiam Audradus Modicus in libro Revelationum præſenti anno ſcriptus, cujus excerpta refert Ducheſnius Tom. II. pag. 390. *Eodem anno*, inquit, *Nortmanni per Ligerim alveum aſcendentes, monaſterium Sancti Martini Turonenſe, & Baſilicam ejus toto Orbe venerabilem, nullo obſtante menſe IX. incendunt*, &c. menſe ſcilicet Novembri, qui a Martio nonus eſt. Adrevaldus in libello de Miraculis Sancti Benedicti Sæc. II. Benedict. pag. 369. recitato cap. 33. Namneti, Pictavorum, & Turonum devaſtatione narrata, ſubdit: *Populata omni circumquaque regione, haud longe poſt ſuperiora Ligeris amnis navibus expetentes, Aurelianis perveniunt: captamque urbem auro diſtrahunt, Agio tunc temporis præfatæ urbis Præſulatum gerente: ſicque ad tempus recedentes, ſecundo adventu prædictam civitatem combuſtione diſſipant, matre duntaxat Eccleſia, quæ in honore Sanctæ Crucis jubente Conſtantino Auguſto a B. Præſule Evurtio ſacrata erat, ſtudio bonorum hominum remanente;* quod certo ſcire potuit Adrevaldus, qui Monachus erat Monaſterii Floriacenſis in Diœceſi Aurelianenſi ſiti, quique Caroli Calvi Principatu vixit. Agius anno DCCCXLIII. Præſulatum Aurelianenſem ſuſcepit, Jonæque ſucceſſit; Evurtius vero uſque ad annum CCCXC. quo San-Marthani mortem ejus collocant, pervenire non potuit, cum juxta Adrevaldum imperante Conſtantino M. floruerit, quod obiter dictum ſit.

XII. A num. XXXII. ad XLIII. Holſtenius in Collectione Romana, Concilium *Romanum* ſub Leo-



Concilium Generale Romæ.

dem Leonis Papæ nominata reperitur, ad quam ☞ & quatuor Legati ☜ ab Imper. Lothario atque Ludovico miſſi ſunt. De iſta in primis Anaſtaſius, qui his temporibus floruit, hæc breviter habet: *Inter hæc vero, quæ ſuperius dicta ſunt, cœpit crebro nominatus ſanctiſſimus Præſul de ſingulis Eccleſiarum rectoribus, videlicet Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, atque omni Chriſtianorum militia curam, ſolicitudinemque habere præcipuam. Volens itaque, ſicuti & factum eſt, ex priſcis auctoritatibus, novam, Chriſto juvante, normam proponere, qualiter unuſquiſque eorum vitam caſtam, & ſobriam duceret, & Deo, cui ſemper irreprehenſibiliter famulatum debemus impendere, in omnibus complacere: Tunc demum ſancti Spiritus gratia revelante, una cum conſilio ſereniſſimorum Lotharii & Ludovici Impp. (anno ſiquidem Imperii eorum quinto,* Ludovici videlicet, *& trigeſimo ſeptimo,* Lotharii ſcilicet ex quo cum patre imperare cœpit, *menſe Decembri, die octavo, Indictione ſecunda) ſanctam & venerandam in Eccleſia beati Petri Apoſtoli Synodum congregavit. In qua tam ipſe Catholicus & Apoſtolicus vir, quamque alii cum eo ſexaginta & ſeptem Epiſcopi reſedere. Ex quibus quatuor Epiſcopi ab Imperatoribus deſtinati, Joſeph Eporedienſis, Notingus Brixienſis, Petrus Spoletinus, & alius Petrus Aretinus. Inter quos etiam Paulus diaconus ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ reſidens, vicem tenuit Joannis Archiepiſcopi ſui, abſque presbyteris, & diaconibus ſanctæ matris Eccleſiæ.* Hæc de congregato Concilio. Quæ autem per Synodum geſta ſint, idem breviter ſic enarrat:

XXXIII. *Et tunc coram omnibus quadraginta & duo Capitula, quæ profecto ad ſalutem, & lucrum omnium Chriſtianorum hominum pertinere noſcuntur, per diaconos ſanctæ & univerſalis Sedis Apoſtolicæ legi præcepit. Quæ etiam Capitula, ut in futurum ab omnibus illibata ſerventur, poſt cætera decreta Pontificum in ſanctis Canonibus juſſit adſcribi: quatenus omnes Epiſcopi hujus auctoritatis exemplum ante oculos habeant, ut ſuos melius poſſint inſtruere & erudire ſubjectos.*

De Anaſtaſio presbytero Card. depoſito in Concilio.

*In hac denique poſt cætera Synodo Anaſtaſius presbyter Cardinalis tituli beati Marcelli ab omnibus canonice eſt depoſitus, eo quod parochiam ſuam per annos quinque contra Canonum inſtituta deſeruit, & in alienis uſque hodie demoratur. Qui neque ad duo pro eo congregata Concilia venire volens, neque per Apoſtolicas epiſtolas, neque per tres vocatus Epiſcopos, Nicolaum videlicet, Petronacium, & Joannem: ideo merito uno conſenſu, ſecundum quod de tabulis, ſacris continetur Canonibus, eum ſancta Synodus depoſuit, & ſacerdotali honore privavit, anno, menſe, die, & indictione ſuperius annotata.* Hæc Anaſtaſius ſummatim cuncta perſtringens.

XXXIV. Extant ipſi Canones numero quadragintaduo, quorum triginta ſeptem recitati ſunt ex Synodo, item Romæ habita ſub Eugenio Papa, additis tamen ab ipſo Leone nonnullis: trigeſimus autem octavus ex Synodo, Romæ habita ſub Zacharia: reliqui vero ipſius Leonis integri, quorum nonnullos in corpus Canonum Gratianus, & alii collectores redegerunt. Eſt vero hic recitandus ille, qui contra impedientes electionem ſummi Pontificis ita ſtatutus reperitur apud Gratianum his verbis (*a*):

*Si quis ex ſacerdotibus, ſeu primatibus, nobilibus, ſeu cuncto Clero ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præſumpſerit, ſicut in Concilio Bonifacii & Stephani Papæ legitur ſtatutum, anathema ſit.*

(*a*) *Diſt. 79. c. 6. Si quis.*

Reperiuntur autem omnes Canones in pluribus antiquis codicibus manuſcriptis, ex quorum emendatiori exemplari, quod ab Antonio Auguſtino, ex Hiſpania Romam miſſum eſt, hic deſcribenda putamus, dumtaxat Acta illa, quæ ultimo loco poſita, aliis rebus abſolutis, continent damnationem ipſius Anaſtaſii preſbyteri Cardinalis, memoratu digna. Hic enim ambitionis percitus œſtro, incenſuſque libidine ſummi Pontificatus per Imperatorem illum obtinendi, aditum ſibi pa-

PAGIUS *Synodus Romana.* Leone IV. a LXVII. Epiſcopis habitum, & Canones XLII. diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantes in eo editos promulgavit, & Labbeus eoſdem in Tomum VIII. Concil. inſeruit. In Præfatione dicitur illud habitum, *anno Pontificatus ſanctiſſimi ac coangelici & univerſalis Quarti Papæ Leonis ſeptimo, atque invictiſſimorum Dominorum noſtrorum Hlotarii ac Hludovici Imperatorum anno quoque imperii eorum quinto & trigeſimo ſeptimo, menſe Decembri die VIII. indict. II.* quæ verba poſtea iterantur in Actis depoſitionis Anaſtaſii Presbyteri Tit. B. Marcelli, de quibus mox. Quare hoc Concilium menſe Decembri hujus anni congregatum, annuſque ille XXXVII. Lotharii ab anno DCCCXVII. quintus vero Ludovici Aug. ab anno DCCCXLIX. deducuntur. Baronius quidem anno DCCCXLIV. num. XI. annum illum V. *Ludovici Imp.* ab anno DCCCXLVIII. repetendum cenſuit, ideoque autumavit, *Ludovicum* eo anno poſt diem VIII. menſis Decemb. Imper. appellatum. Sed cum anno DCCCLVI. menſe Maio ſeptimum Imperii annum Ludovicus adhuc numeraret, ut anno DCCCXLIX. monſtravimus, ad illud ante annum DCCCXLIX. evectus non eſt, & illatio Baronii ſubſiſtere non poteſt. Notabile eſt quod in ea Synodo legitur, Leonem nempe IV. ſuper valvas argenteas ſcribi juſſiſſe Anaſtaſium damnatum fuiſſe *anno Pontificatus ſanctiſſimi ac coangelici & univerſalis IV. Papæ Leonis ſeptimo, atque invictiſſimorum Hlotharii ac Hludovici Imperatorum anno*

parans ( ut exitus declaravit ) deſerens Urbem, convolavit ad ipſum Imperatorem, ubi omnia comminiſcens, illi ſuadet, ut manum iniiciat in electionem Romani Pontificis. Iſta cum non laterent Leonem Papam, eum revocare in Urbem diligenti ſtudio laboravit; ſed cum omnino ille renueret, eo Pontifex adactus eſt, ut eum percelleret cenſuris Eccleſiaſticis, graduque deponeret; ſed quomodo iſta ſingula ſe habuerint, ex Actis accipe, quæ ſequuntur:

*Theodorus Notarius ac Scriniarius S. R. E. legit.*

XXXV. Acta in cauſa Anaſtaſii Presbyteri Cardinalis. *al. Leonina

*Imperatoribus dominis piiſſimis, perpetuis Auguſtis, Lothario a Deo coronato, pacifico & magno Imperatore, anno trigeſimoſeptimo, ſed & Hludovico a Deo coronato ejus filio novo Imperatore, anno quinto, menſe Decembrio, die octava, Indictione ſecunda, in civitate nova, cujus vocabulum, * Leoniana eſt, intra Eccleſiam, ubi corpus beatiſſimi Petri Apoſtolorum principis conditum eſt.*

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus Miſſis ſacratiſſimorum Imperatorum filiorum noſtrorum Joſeph Eporedienſis Eccleſiæ Antiſtiti, ſeu Petro Spoletinæ, itemque Petro Aretinæ Eccleſiæ Epiſcopo, ac Notingo Epiſcopo Brixienſi, univerſæque ſanctæ Synodo hic pariter congregatæ.*

*Quod bene ac pleniter nobiſcum ſimul fratres chariſſimi ſcitis, nunc iterum dilectioni veſtræ cognitum eſſe volumus, quoniam inſtigante ac ſuadente diabolo, Anaſtaſius presbyter Cardinis noſtri, quem nos in titulo beati Marcelli martyris atque Pontificis ordinavimus, contra ſtatuta Patrum, propriam Eccleſiam deſerens, ecce jam per quinquennii tempus in alienis parochiis, id eſt, Aquilejenſibus, velut ovis errans, degere, ac temere inhabitare præſumpſit. Quem etiam auctoritate ſuffulti canonica, Apoſtolicis litteris per tertiam & quartam vicem vocavimus. At ubi redire diſtulit, congregatis Epiſcoporum conciliis, cum eum non potuiſſemus videre, vel habere ſpecialem præſentiam: communi eum decreto ſancta communione privavimus. Volentes ſiquidem per hujus excommunicationis cenſuram, ad gremium ſanctæ, a quo diſceſſerat, Matris Eccleſiæ, perſonam reducere, juxta illud decimumſextum ſancti magni Concilii Nicæni capitulum, in quo omnis neceſſitas presbyteris, a propria Eccleſia diſcedentibus, imponi præcipitur, ac promulgatur. Sed Apoſtolica monita, ſanctique Concilii pro nihilo ducens, erroris irretitus caligine, redire nullatenus voluit.*

XXXVI. *Poſtmodum vero Ravennæ nobis cum piiſſimo, invictoque domino Hludovico Imperatore ſpirituali filio noſtro degentibus, ejus clementiam exoravimus, ut eumdem presbyterum ad nos, ſuamque Eccleſiam reverti juberet. Quod omni alacritate noſtro repromiſit perficere Pontificio, diem conſtituens, atque denuntians, in quo eum remeare ſanciret. Miſſos etiam majeſtatis ſuæ nobiſcum reliquit, Notingum Brixienſem, & Adelgiſum illuſtrem Comitem, qui revertentem illum noſtro conſpectui præſentarent. Quos expectantibus illic nobis ad diem ſtatutum & ultra, prædictus presbyter non advenit. At iidem Miſſi illum nobis repræſentare non poſſe profeſſi ſunt. Poſt tranſactum autem placitum, dum eum mandatis noſtris temere renitentem conſpexerimus, ita ut neque juſſis Apoſtolicis obedire voluiſſet, neque ſanctionis venerandi Concilii obſervatorem ſe, a quo ſancta communione privatus exiſteret, exhibuiſſet, & plurimos ſua læſione peſtifera maculaſſet: quin & domini Lotharii præſtantiſſimi Imperatoris decreto redire jubenti, pertinaciæ ſuæ intemperantia reſtitiſſet: Ne ulterius ſuo exemplo Eccleſiaſticus ordo confunderetur, & Chriſtianitatis religio profanaretur: anathematis eum vinculo cum ſacerdotum noſtrorum conſenſu nodavimus. Ibi etiam præſto fuerunt idem dictus Notingus Brixienſis Epiſcopus, & Adelgiſus illuſtris Comes, prædicti Miſſi domini Hludovici ſereniſſimi Imperatoris.*

XXXVII. *al. pervectus

*His ita peractis, Ravenna remeantes, advenimus Romam; ipſeque jam fatus presbyter cum Miſſis Imperialibus * præventus eſt Cluſium. Ad quem tres venerabiles Epiſcopos noſtros cum vocationis litteris deſtinavimus, Nicolaum videlicet, Petronacium & Joannem monentes eum tam per ſe, quam per epiſtolas, quas ei per eoſdem mandavimus, ut die quinto decimo menſis Novembris hujus ſecundæ Indictionis, ad generalem Synodum abſque*

omni

PAGIUS *anno imperii quadrageſimo ſecundo, menſe Decembri die VIII. indictione II.* Annus enim Lotharii XXXVII. cum anno Ludovici V. conjunctus reddit annum XLII. Imperii eorum. Sic anno DCCCL. num. V. retulimus ſubſcriptionem Placiti ab eodem Ludovico Imp. dati, ubi Imperii ejus annus exprimitur formula vix alibi uſurpata, quod utrumque obſervandum eſſe duximus. Porro ex Canonibus XLII. in hac Synodo Romana promulgatis, triginta & octo in Synodo Romana ab Eugenio II. indicta editi fuerant, quos Leo IV. nonnullis additionibus auxit, & quatuor alios condidit.

XIII. *In ea Anaſtaſius Presb. Tit. S. Marcelli depoſitus.*

In hac Synodo Romana *Anaſtaſius* Tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis, ab omnibus canonice depoſitus eſt, eo quod Parochiam ſuam *per annos quinque* contra Canonum inſtituta deſeruiſſet, & in alienis toto illo tempore moratus fuiſſet. Cardinales tunc ad reſidentiam obligabantur, ut ex Actis hujus Concilii colligi-



* tulimus

*omni dilatione, vel mora occurrere debuiſſet. Ille autem, ut ſemper ita, & nunc, in ſua inquietudine atque audacia perſeverans, venire ( ut omnes modo nobiſcum cernitis ) diſtulit atque contempſit. Nos poſt tantas vocationes, tantoſque labores, quos una vobiſcum pro eo * tribuimus: quid aliud nunc facere, vel agere poſſumus, niſi ut Canonum promulgationem, ut illius indiſciplinatam mentem, vobiſcum venerabilibus Imperialibus Miſſis chariſſimis in Chriſto fratribus noſtris, necnon cum cæteris Epiſcopis atque presbyteris, ac Synodo reſidentibus, atque ſtantibus diaconibus, atque reliquo Clero, in eum communiter inferamus, quæ de talibus in tertio Antiocheni Concilii capitulo luce clarius continetur?*

*At omnes Epiſcopi in ſancta Synodo reſidentes dixerunt: Veſtræ ſanctitati ſi placet, veniant in medium venerabiles Epiſcopi, per quos eum veſtris Apoſtolicis litteris accerſiri decreviſtis. Illico ſurrexere, Nicolaus videlicet, Petronacius, & Joannes Epiſcopi, & coram omnibus voce clara dixerunt: Nos ſecundum juſſionem beatiſſimi Præſulis noſtri præſentialiter verbis, literis eum vocavimus; quarum exemplaria, en ( ut cernitis ) in manibus: & ſi vobis placet legantur. Sancta Synodus dixit: legantur. Tunc relectæ ſunt per Theodorum Notarium & Scriniarium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in quibus continebatur ita:*

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Anaſtaſio excommunicato.*

XXXVIII Decretum Pontificis in Anaſtaſii condemnationem.

*Cum ſpiritualibus te noſtris procreatum viſceribus noſcimus: tua deceptione quotidie ingemiſcimus, qui ſinu matris tuæ progreſſus, erroris irretitus caligine, alienis parochiis, vel regionibus immorari contra præcepta Patrum, Canonumque ſanctionem non dubitas. Revertere igitur, ſalutiſque incedere ſummopere callem procura; te ne vana ſpes decipiat, caducæque adulationes ſubvertant, ſed e terrenis mentem actibus erigere ad ea, quæ ſuperna, infinitaque permanent, inquieſcibili intuitu anhela. Memento, quia ſalutem tuæ cupimus animæ, corporiſque videre. Et ne te diabolicæ inſidiæ concludant, omnipotentis Dei ſemper clementiam exoramus. Præterea Apoſtolicis tibi præcipimus litteris jam quinquennii tempus huc, & illuc latitando, velut anguis diſcurrenti, ad Concilium, quod quintodecimo congregaturi ſumus die Novembris expectatæ futuræ ſecundæ hujus Indictionis, præſentare te omni occaſione depoſita, procures, ut cauſam tuam cum venerabili cœtu ſanctæ valeamus congregationis ſubtili ventilare intuitu, & humanius tuam converſationem tractare. Si autem neglexeris, quod præcipimus: ampliori te vinculo innodamus. Nam e multis modis te reprehendimus, ac reprehenſibilem judicamus, quia ad duo pro te congregata Concilia occurrere diſtuliſti, ſicut hi præſentes Nicolaus, Petronacius, atque Joannes venerabiles Epiſcopi noſtri, per quos te nunc auctoritate canonica juſſimus evocari, ore proprio indicabunt. Si autem conſtituto tempore ad prædictum Concilium venire neglexeris, ſub excommunicatione, & anathemate, modis omnibus, decernimus te eſſe manſurum.*

XXXIX. *Sancta Synodus, interea ( dixit ) requiratur, ſæpedictus Anaſtaſius presbyter excomunicatus, utrum venerit, an non. Requiſitus, minime eſt inventus; Tunc ſanctiſſimus Papa Imperialibus ſuperius jam dictis Miſſis dixit: Cur nobis, ſanctoque Concilio ſecundum Imperialem epiſtolam, jam dictum non præſentatis presbyterum? Ipſi autem affirmantes dixerunt: Nos eum ſecundum præceptionem domini magnique Imperatoris reducere, vobiſque præſentare maluimus, ſed minime illum invenire potuimus. Mox autem omnibus Epiſcopis ipſe inſignis ac beatiſſimus Præſul dixit: Quid vobis de his videtur? Univerſus Epiſcoporum cœtus reſpondit: Imperialis ( ſi vobis placet ) epiſtola relegatur. Et cum relecta fuiſſet, in ea inter cætera repertum eſt ita. Veſtræ denique * ſerenitatis induſtria cognoſcat de Anaſtaſio presbytero cur ad vos non pervenerit, noſtro ſatis animo diſplicuiſſe: quem nunc per clariſſimos Miſſos noſtros, Joſeph videlicet Reverendiſſimum Epiſcopum, atque dilecti filii noſtri Hludovici Archicapellanum, necnon & Petrum ſanctæ Sedis Spoletinæ venerabilem Epiſcopum, & Adelgiſum illuſtrem Comitem noſtrum præſentialiter vobis mittimus: quidquid canonice, & ſecundum Deum ſuper illum veſtra deliberaverit ſententia, nihil contradicentes. Tantum ſolicite cavere, ac prudenter tractare curate, ne hoc facto divina voluntas offendatur in aliquo.*

* ſanctitatis.

*Tunc venerabilis & præcipuus Præſul omnibus reſidentibus Epiſcopis & presbyteris, ſtantibuſque diaconibus, & cuncto Clero dixit: O beatiſſimi fratres, quid veſtra beatitudo de crebro dicto presby-*

tero,



PAGIUS ligitur, & non parva jam tunc eorum dignitas erat; cum tres Epiſcopi Anaſtaſium Cardinalem ad Synodum canonice evocaturi miſſi fuerint. De iſto Anaſtaſio anno DCCCLXVIII. rurſus ſermo erit. Præterea notabis, hoc Concilium celebratum eſſe *anno Pontificatus ſanctiſſimi ac coangelici & univerſalis quarti Papæ Leonis ſeptimo*, & paulatim uſum inductum, ut in Actis publicis anni Pontificatus Pontificum Rom. notarentur.

tero, qui tanta ac talia, & tam enormiter contra Patrum regulas atque ſtatuta peregit? Mox omnes Eiſcopi unanimiter dixere: Quid aliud arbitrari, aut proferre valemus, niſi ut ſancti Patres, qui Antiocheno Concilio reſidentes, tertio capitulo promulgarunt, & inviolabiliter ſtatuerunt? his verbis.

XL. Si quis presbyter parochiam propriam deſerens, ad aliam properavit: deinde omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari: ulterius ibidem non miniſtret; maxime ſi vocanti ſuo Epiſcopo, regredi ad propriam parochiam & commorari, obedire contempſerit. Quod ſi in hac indiſciplinatione perdurat: a miniſterio modis omnibus amoveatur; ita ut nequaquam locum reſtitutionis inveniat. Quam promulgationem in eum (ſi vobis placet) preſbyterum inferimus, & propriis manibus roboramus.

Sententia ultima in Anaſtaſium presbyterum Card. Præſul ſummus reſpondit: Placet. Tunc elevans ſeipſe præclarus Pontifex de ſede ſua, ait: Anaſtaſium jam nuper excommunicatum presbyterum tituli S. Marcelli qui propriam parochiam relinquens, in aliena per multa tempora nititur immorari, a ſacerdotali miniſterio modis omnibus removemus, ita ut locum reſtitutionis nequaquam inveniat. Si quis autem contra hanc definitionem noſtram quocumque tempore agere præſumpſerit, aut eum reſtituere in ſacro officio tentaverit: ſit ei a ſanctis Patribus, & a nobis omnibus anathema.

Poſt hæc omnes Epiſcopi in eadem Synodo reſidentes unanimes dixerunt: Et nos ſic judicamus, ſicque irrefragabiliter ſtatuimus. Et ſubſcripſere Epiſcopi numero ſexagintaſeptem. Et primo loco ſic Leo Papa.

XLI. Leo ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ quartus, Epiſcopus, in hac excommunicatione & anathemate, ſive depoſitione Anaſtaſii presbyteri tituli S. Marcelli a me facta, ſicut ſuperius legitur, manu propria ſubſcripſi.

Hlotarius Imperator ſubſcripſit.
Paulus Subdiaconus vicem gerens Joannis Archiepiſcopi Ravennatis.
Joſeph Epiſcopus Eporedienſis.
Petrus Spoletanæ.
Petrus Aretinæ.
Notingus Brixienſis.
Leo Balneoregis.
Joannes Belitrenſis.
Adrianus Ferentinatæ.
Joannes Sutrienſis.
Agatho Tudertinæ.
Nicolaus Anagninæ.
Petrus Gabinenſis.
Andreas Auſimanæ.
Joannes Furconiæ.
Dominicus Fulginenſis.
Megiſtus Oſtienſis.
Majo Privernate.
Stephanus Narnienſis.
Raſcipertus Nucerienſis.
Rodoaldus Portuenſis.
Cancio Senenſis.
Leo Silvæ candidæ.
Georgius Polymarſienſis.
Dominicus Centumcellenſis.
Alipertus Fundenſis.
Colo Reatinæ.
Arnolphus Valvenſis.
Albinus Amerinæ.
Benedictus Nepeſinæ.
Rodericus Caſtellanæ.
Theodorus * Maturanenſis.
Joannes Tuſcanenſis.
Tamimundus Suanenſis.
Jordanes Tarracinenſis.
Sergius Umanenſis.
Adrianus Cerenſis.
Petronacius Albanenſis.
Joannes Fanenſis.
Ragubel Piſaurienſis.
Joannes presbyter vicem tenens Benedicti Epiſcopi Peruſinenſis.
Talarius Minturnenſis.
Samuel Senogalliæ.
Artualdus * Verolanæ.
Aymo diaconus vicem gerens Anaſtaſii Epiſcopi Eſinatæ.
Urſus Archidiaconus vicem gerens Petri Epiſcopi Theatinenſ.
Joannes Falaritanæ.
Dominicus Gallienſis.
Andreas Callienſis.
Bonipertus Signinæ.
Leo Alatrinæ.
Jordanes Caſtrenſis.
Joannes Foroſemproniat.
Odalpertus Populonienſis.
Conſtantinus Urbinat.
Joannes Eugubinæ.
Sergius Sabinenſis.
Andreas Aleranæ.
Ibo Aſſiſienſis.
Anaſtaſius e Tribus tabern.
Urſus Tiburtinæ.
Petrus Urbevetanæ.
Tuderiſius Marſenſis.
Creſcentius Tribenſis.
Leo preſb. vicem agens Stephani Epiſcopi Montefeltranæ.
Rampertus presbyter vicem agens Jeremiæ Epiſcopi Patrienſis.
Vvalderanus presb. vicem gerens Vvendrandi Epiſcopi Aſculanæ.

* al. Marturanenſis.

* Berobanæ.

Subſcriptio presbyterorum.

Romanus Archipresbyter tituli S. Pudentianæ.
Sergius presbyter tituli ſancti Clementis.

Leo



Leo S. Cæciliæ.
Zacharias S. Chryſogoni.
Benedictus S. Calliſti.
Leo S. Laurentii.
Paulus S. Balbinæ.
Leo S. Cyriaci.
Hadrianus S. Marci.
Georgius S. Anaſtaſiæ.
Romanus SS. Joannis & Pauli.
Quirinus S. Euſebii.
Jovinianus S. Sabinæ.
Hadrianus S. Vitalis.
Georgius S. Laurentii.
Joannes S. Chryſogoni.
Leo SS. Quatuor Coronatorum.
Martinus S. Marcelli.
Joannes S. Priſcæ.

Subſcriptio diaconorum.

Joannes Archidiaconus.
Benedictus diaconus.
Joannes diaconus.
Nicolaus diaconus.
Leontius diaconus.
Benedictus diaconus.

Poſt hæc autem iſta in codice ſequebantur, quæ geſtarum rerum compendium hiſtoricum continent, iſtis verbis tunc ſcriptum.

XLII. In hac quidem ſancta ac (a) venerabili Synodo, Domini ſolatiante gratia, nobiliter celebrata, poſt univerſas Epiſcoporum, ſacerdotumque, vel clericorum, atque omnium Chriſtianorum hominum pias, vel ſalutiferas admonitiones, & exhortationes depoſitus eſt juſte, atque canonice Anaſtaſius presbyter tituli S. Marcelli, eo quod contra auctoritatem canonicam, propriam parochiam deſeruit per annos ſcilicet quinque, & in alienis adhuc uſque hodie demoratur; & vocatus, atque excommunicatus, & ad ultimum anthematizatus, ſicut de eo in hac ipſa Synodo pleniter ſcriptum eſt, ad congregata duo Epiſcoporum Concilia * F. S. R. I. A. L. T. ante xxiii. A. L. item, ante pervenire non voluit. Ideo tam a ſummo Pontifice, quam ab univerſis Epiſcopis, tunc in Synodo reſidentibus, ob ſuam ſtultam audaciam (ut prædiximus) eſt depoſitus, & ſacerdotali honore privatus, anno denique, menſe die, & Indictione, ut ſupra. Hactenus ibi, finemque hunc accepit ipſum ſub Leone Papa Concilium. At vero cervicoſus iſte, licet anathematis confoſſus jaculis, tantum abfuit, ut ſe ad pœnitentiam ſalutarem humiliando demiſerit, ut expectato Leonis Pontificis obitu (qui contigit poſt ſequentem annum) perditiſſimorum factione potens, inſilierit in Pontificiam Sedem. Sed de his ſuo loco agendum erit. Modo, quæ ſunt anni hujus, reliqua proſequamur.

(a) De cleric. non reſid. c. Ex geſtis.

* ita vet. Cod.



XLIII. Ad Cordubenſem Eccleſiam dira perſecutione agitatam, parturientemque Martyres convertamus orationem. Defuncto horribili caſu anno ſuperiori (ut ſuo loco dictum eſt) Habdarraghman Saracenorum Rege perſecutore, ejuſque filio Mahomad ſucceſſore relicto, acerbior ſub novo Rege perſecutio excitatur, de qua iſta S. Eulogius (b): Adepto Mahomad patris imperio, confeſtim in promptum odium contra nos prorumpens, ipſo die, quo faſcibus infulatus, ſolium regnaturus conſcendit, Chriſtianos omnes palatio abdicans, indignos aulæ principali miniſterio promulgavit. Quos iterum poſt, non longo intervallo ſub tributario cenſu præſcribens, plures præmio regali privavit, qui dudum militaribus veſcebantur annonis. Et quia ſcriptum eſt: (c) Secundum judicem populi, ſic & miniſtri ejus: ipſis per idem tempus gubernacula urbis committit, qui conſimili zelo controverſiæ adverſum Dei populum laborantes, eum ubique affligerent, verterent, & opprimerent, ut non ſolum vatem ſuum nullatenus infamari præſumerent, verum etiam terroribus compulſi abominabilem confiterentur culturam. Sic quoque mœror importabilis, & perſecutio truculenta undique nobis obvians pleroſque prævaricationis laqueo immergebat.

(b) Eulog. Mem. ſanct. l. 3. c. 1. 2. 3. 4.

Perſecutio Sarracenorum in Eccleſ. Cordubenſem.

(c) Eccl. 10.

XLIV. Multi autem ſua ſe ſponte a Chriſto divertente, adhærebant iniquis, ſectamque diaboli ſummo colebant affectu, ſicuti ille ſpurius, & Sanctorum benedictione indignus, de quo in libro ſecundo meminimus, egit, qui ſæcularis reverentiæ pompam rebus præponens cœleſtibus, inauditaque libidine pro Deo officium venerans, poſt, biſeno menſe, quo Sanctos anathematizari decreverat, noſque fœdis conviciis impetierat, honore dejectus eſt; gratia itaque diſertudinis linguæ Arabicæ, qua nimirum præditus erat, ſolus e Chriſtianis a Conſulibus in officio Exceptoris detentus, poſt aliquos menſes, & palatio, & miniſterio eſt abdicatus. Quod factum non leviter ferens, cum ſe dejectum aſpiceret, privatumque tanta dignitate altius ſuſpiraret: præſtantius Deo mori, quam non vivere ſæculo eligens: continuo Fidem ſanctæ Trinitatis ſpernens, cedit ſectæ perverſitatis, & nequaquam ſe Chriſtianum vult ultra videri. Quapropter in deteriora converſus, qui nuſquam ſimplicia meditatus fuerat, exul Chriſtianis effectus, adunatus gentilibus, crebroque diſcurſu illud gentilitatis delubrum, quaſi unus de miniſtris diaboli frequenter ingreditur, expulſus de templo Domini, quod, dum adhuc fidelis exiſteret, ſera ac pigra viſitatione incoluit. Scriptum eſt enim (d): Non habitabit in medio domus meæ faciens ſu-

Apoſtatanta fide multi, inter quos Exceptor.

(d) Pſalm. 100.

perbiam & qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. Idem vero poſt negationem, in honorem priſtinum reſtitutus, palatio, reformatur, quo pedica, & hamus cæteros illiciendi exiſtens, foret aliis in prævaricationis ſcandalum qui cauſa gloriæ temporalis ſibi fuerat laqueus.

XLV. Eccleſiarum demolitio. Interea cum ſæpius contra Dei catervam ſæva Principis conſpiratio inſoleſceret, affligeretque ubique Chriſticolas, & nec ſic omnes generali dilapſu, ut fidebat, ad ritum ſuum proruerent: jubet Eccleſias nuper ſtructas diruere, & quidquid novo cultu in antiquis baſilicis ſplendebat, fueratque temporibus Arabum rudi formatione adiectum, elidere. Qua occaſione ſatrapæ tenebrarum inde capta, etiam ea templorum culmina ſubruunt, quæ a tempore pacis, ſtudio, & induſtria Patrum erecta, pene trecentorum a diebus conditionis ſuæ numerum excedebant annorum.

* rebellionum. Et quia undique * dibellionum inſurgentia bella magnam ei moleſtiam inferebant: nam libere in cunctis Hiſpaniæ urbibus, quas vigore poteſtatis, & egregii potentia intellectus, largoque munere præmiorum pater ſuus acquirendo domaverat, & obſederat: hic privilegium dominandi gerebat; præſertim cum & ex aliquibus locis cæſum, & fugatum exercitum ſuum cernens ubique imminui, ubique ſe gemeret in deteriora converti: idcirco contra nos diu meditatum in futurum differebat perditionis interitum, tardoque ac pigro impetu Eccleſiarum operabatur ruinas: nam nullos, credo, Chriſtianorum, niſi iſta difficultatis obſtarent repagula, ſecum pateretur morari. Quinimmo, ut jam alibi præmiſſum eſt, ſi commodam regnandi haberet licentiam, Judæos etiam a ſe repelli compelleret, quo ſolius gentis ſuæ comitatu vallatus, his præeſſe ſolummodo mereretur, cum quibus inextricabilia æterni barathri lueret tormenta, nec alterius diverſitate religionis unitas damnabilis culturæ ſcinderetur. Ex qua, Deo vocante, & per ſplendentia Fidei ſanctæ myſteria compungente, plures admodum recedentes, & pietati adhærentes, mortemque * ſpecie firmiori propter Chriſtum excipientes, idem ingemiſcebat; præter eos, qui nimia carnis impediti formidine, ardua cordis contritione Chriſto Regi ſub chlamyde adhuc militant.

XLVI. Cumque Eccleſiam Dei flammis invidiæ inurendo, interno cogitamine corroſus tabeſceret, & ſuorum pacem affectaret, hæc & hujuſmodi contra nos exercere diſponeret: in nullo tamen divinam diſpenſationem humana procacitas prævalet immutare; quæ eum cunctis odibilem, univerſis exoſum, omnibuſque execrabilem reddens, etiam domeſtico (& ut ferunt) pellicum ſuarum odio, & maledicto impetitur. Verum (ut ſcriptum eſt a) Rex juſtus erigit terram; vir autem avarus deſtruit eam: hic idem inauditis cupiditatum faſcibus ardens, militum annonas demutilat, tribunorum coarctat donaria, lunaremque præmiorum diſcurſum imminuit. Et cum ſibi vilia admodum, & pene exigua a vicinioribus locis reddi vectigalia cerneret, quia videlicet, ſi culpa vulgi is ad ſceptrum (Deo diſpenſante) admotus eſt: tamen ejus meritorum improbitate urbes, ac nationes in ſtimulum recalcitrationis inductæ, non ad integrum tributis provinciarum eum perfrui patiuntur: ideo in nos arma diſtrictionis convertens, & ut lutum platearum dominii plantu contribulat, quorumdam Chriſtianorum ejus optioni favente nequitia (ſi tamen Chriſtiani, & non magis operarii iniquitatis appellandi ſint) qui ut privilegium chirographa exigendi obtineant, ſortem Domini, Fideliumque conventum ſuo vadimonio, vel crimine a Rege mercantes, importabili cenſus onere colla aggravant miſerorum, quotidie plebem Domini * peſſimantes; illa proculdubio plectendi in futurum ſententia, quæ talium condemnans exceſſus, ait (b): Et qui peſſimant plebem tuam, inveniant perditionem. Quibus utique ſecundum Veritatis edictum, (c): Felicius erat gravatis molarum pondere * collibus profundo mergi, quam tanto puſillanimes perturbari ſcandalo, aut tantam vim gregi parvo inferre, cui Patri dare Regnum complacuit. In quorum conſpectu Deus non eſt, & a quorum intuitu judicia Dei ſublata ſunt. Semper invidi, ſemper iniqui, ubique malitioſi, in alterutrum iracundi, in aliorum everſione pacifici, in confœderationibus infidi, in conſpirationibus conciti, in circumventione verſuti, in apparatu noxietatis aptiſſimi: pro ſe invicem diſparati, ad perdendum cæteros adunati, ad decipiendum excitati, ad miſerendum pigri: in inceſſu tumidi, in aſſertione ſuperbi, in promiſſione dubii, in datione avari, in largitione parci, in acceptione avidi, id promittentes, quod dari nequeat, id conferentes, quo frui non liceat. Qui non dormiunt, niſi male fecerint, & conſurgere ad iniquitatem feſtinant: qui lætantur, cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis: & cum ſe Chriſtianos eſſe pronuntient, Chriſtum quotidie in membris ejus crucifigunt, Judæ proditoris documenta ſectantes, qui præceptorem venaliter diſtrahendo, pecunia crucifigens, ſibi quidem laqueum perditionis effodit, mundo autem libertatem debitam contulit. Hi vero ſe eidem incorporantes, cum redemptos ejus crudeli accuſatione affligunt

& quod

(a) Prov. 29.

* peſſumdantes

(b) Eccl. 36.

(c) Matth. 18.

* collis



& (quod non ſine gravi cordis mei vulnere profero) quos intueri debuerant, quia ſumus invicem membra Chriſti, eum (proh dolor) negare compellunt.

XLVII. His interea imminentibus malis, & ejuſmodi ærumnis Eccleſia vapulante, ferunt ob hoc Regem ingenti crapulatum lætitia, ampliora Fidelibus ſcandala irrogaturum ſe promittere, & ut alibi taxatum eſt, dira incurſatione, moleſtiaque contriturum, ſi commodum regnandi ſucceſſum diutius obtineret; adeo ut plerique procerum olim decedentium Martyrum ſubſannantes conſtantiam nobis referrent: Quo nunc abiit illa veſtrorum virtus agoniſtarum? quo aufugit magnanimitas? qua abſorpta temeritas deliteſcit? ubi ſe enervata fortitudo abduxit? qui dudum concitis greſſibus certatim ad expugnandum dogmatiſten noſtrum occurrentes, debita ultione perempti ſunt, nunc adſint, nunc veniant, modo properent, ſi divinitus inſpirati illud in veritate conſervent certamen.

Exprobratio contra Martyres.

XLVIII. Dum ergo in nos (a) hujuſcemodi irriſionibus inſultarent, & hoc deludio noſtram pene conſummatam cladibus fatigarent miſeriam: adoleſcens quidam Fandila, ephœbus, aſpectu decorus, honeſtate vitæ probabilis, ſanctus & timoratus presbyter, inter has cædes, ſævaque diſcrimina, oſtium, aditumque primus exercendi martyrium ſub hujus tyranni privilegio patefecit. Hic itaque ex urbe Accitana progenitus, Cordubam diſcendi gratia veniens totam pene pubertatem ibidem ſub pædagogi traditione peragens, confeſtim ut adoleſcentiam adiit, monaſtica oblectatus converſatione, illico monachis ſe Deo jugiter militaturus admiſcuit, qui aliquibus locis peragratis, ac demutatis, in quibus ardens devota mens requieſcere non poterat, ultimo ſe in Tabanenſe cœnobium contulit. Ibi aliquamdiu ſub regulari diſciplina, vel regimine Abbatis Martini demorans, perfectius in timore Domini claruit. Et quoniam ſummæ humilitatis, magnæque obedientiæ erat, idcirco gratia ſanctitatis, qua cœlitus refulgebat, diu implorantibus, ac rogantibus monachis cœnobii ſancti Salvatoris, quod haud procul a civitate Cordubæ in parte Septemtrionis ad radicem Mellaris pinnaculi ſitum eſt, ad officium ſacerdotale præelectus invite, & (ut ita dixerim) violenter, inſtantia, vel præjudicio Abbatis ſui, ſanctum miniſterium ſuſcipit; & nihilominus jejuniorum, vigiliarum, orationumque ſolito propenſius labores adaugens, ambulabat (b) de virtute in virtutem, viſurus Dominum in Sion, ſcalis meritorum evectus. Cujus venerabilem vitam, cunctiſque neceſſario imitabilem converſationem, cum affatim digno laudum præconio eorumdem fratrum, atque ſororum, quibus præerat, relatione pandatur, eo tamen magnificentius declaratur, quo florentiſſimam juventutem animo robuſtiore tranſgrediens, gladio martyriali non cunctatus fuerit ſubdere.

(a) Eulog. Mem. ſanct. l. 2. c 7.

De Fandila martyre.

(b) Pſalm.

XLIX. Igitur comitante ipſum perfectione timoris Domini cum omnia terrena deſpiciens, mentem cœlo ſuſpenderet, cuperetque diſſolvi melius, & cum Chriſto manere, quam rebus adhærere caducis: quodam die obfirmato vultu, judici adſtans, prædicat Evangelium, impudicum exprobrat vatem, cœtumque noxiæ combinatum culturæ pædoribus (niſi reſipiſceus pietati fidem apprehendat,) ultricibus luiturum pœnarum incendiis proteſtatur. Hinc carcere truſus, & vinculis coarctatus, latronum manſionibus alligatur, principali poſtmodum ſententia decollandus. Quod factum judex regio intimari auditui non differens, accenditur igne furoris immenſi, & quodam hebetatus horrore, miratur ſtupidus, quæ eſſet illa victrix audacia, quæ tantæ gloriæ non expaverit Regem, tamque ſublime vanitate, & ſuperbia caput, atque ut ſe putabat, ſuper omnia excellens talibus non reverentiæ auſibus propulſaret. Quamobrem eodem momento ſub voce terribili Epiſcopum, Cordubenſem ſcilicet, comprehendi decernit; ſed ipſe fugæ præventus remedio, ſalvatur. Nam * ferunt jam tunc eum, nulla intercedente dilatione, punire decreverat. * Juſſerat etiam omnes Chriſtianos generali ſententia perdere, feminaſque publico diſtractu diſpergere, præter eos, qui ſpreta religione, ad cultum ſuum diverterent. Et niſi hoc edictum conſultu ſatrapum quaſſaretur: qui pro eo quod nullus ſapiens, nemo urbanus, nulluſque procerum Chriſtianorum hujuſcemodi rem perpetraſſet, idcirco non debere univerſos perimere aſſerebant, quos non præit perſonalis dux ad prœlium. Et hinc credo, jam funditus Chriſtianiſmum noſtrum, partim gladio, partim prævaricatione extingueret. Fortiſſimum vero athletam gladio interficiens, patibulo ultra amnem ſuſpendi præcepit.

L. Anaſtaſii Martyrium. Quem ſequens alio die Anaſtaſius presbyter, qui ab ineunte ætate apud baſilicam Sancti Aſciſcli Cordubenſis diſciplinis & litteris eruditus, uſque ad plenam juventutem ibidem in diaconatus officio degens, poſt monaſtica vita, qua dudum fuerat, ſpreto miniſterio, oblectatus, in * cenibus egerat, demum ſacerdotio applicatur. Concito greſſu palatium petens, adſtat Conſulibus, hoſtemque Fidei veridicis aſſertionum ſtimulis feriens, gladio confeſtim abſciſſus, ſuſpenditur.

Felicis Martyrium. Cum quo & Felix monachus oppido Complutenſis progenitus, natione Getulus, & quadam occaſione in Aſturias devolutus,

ubi

ubi & Fidem Catholicam, & religionem monaſticam didicit, eadem die, hac profeſſione deſciſſus affigitur.

Cumque dies illa maximum curſus ſui explens metabulum, jam pene in horam nonam divergeret, virgo quædam adoleſcentula merito & nomine Digna ex collegio venerabilis Eliſabeth, cujus rationem liber ſecundus ediſſerit, Deo revelante & confortante, ad palmam proceſſit. Paulo namque ante martyrium ſuum aſſiſtere ſibi per ſomnium videt puellam habitu, & ſpecie percomptam Angelico, roſas ac lilia manu geſtantem. Quam cum de nomine, cauſaque ſui exploraret adventus: Ego ſum, inquit, Agatha olim propter Chriſtum diris attrita ſuppliciis, & nunc veni partem tibi purpurei muneris hujus conferre: Accipe libens donarium, & viriliter age in Domino: nam reliquias roſarum & liliorum, quas in manibus ſeruo, poſt te ex hoc loco datura ſum migraturis. Tali denique virgo ſacratiſſima viſu ac munere illuſtrata, cum e dextera colloquentis roſam ſuſciperet, auris admixta cœleſtibus, ab oculis intuentis elevabatur. Hæc autem puella, cum pro ſumma humilitate, atque obedientia inter convirginales ultimam ſe judicaret, eſſetque incomparabili apparatu obſecundatrix, numquam tamen appellari ſe Dignam patiebatur, dicebatque cum lacrymis: Nolite me Dignam vocare, ſed magis Indignam, quia cujus meriti ſum, etiam nomine debeo inſigniri.

LI. Et cum a die revelationis ſuæ amore compuncta martyrii, tacito cogitamine, quibus ad id poſſet indiciis aſpirare, ſæpius ruminare cœpiſſet: fit affatim lætior horum inſtructa martyrio, quo quaſi his præcedentibus, hæc firmiori greſſu ſuccederet ad coronam. Ideoque apertis ſilenter cœnobii clauſtris, cum jam beatos pendere comperiſſet Martyres; concito gradu judicem petens, cur fratres ſuos, præcones juſtitiæ trucidaverit, aſſertione intrepida percontatur. An quia (inquit) Dei cultores exiſtimus, ſanctamque fideliter colimus Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unum & verum Deum fatentes, & omne, quod ab hac credulitate diſſentit, non ſolum negamus, verum etiam deteſtamur, maledicimus, & confundimus, idcirco confodimur? Hæc & his ſimilia ſancto, & immaculato ore diſſerente puella; nihil cunctatus arbiter, lictoribus decollandam committit, qui mox delicatis inferunt jugulum collis. Nec mora, conſternatis corruens membris equuleo deorſum verſa ſuſpenditur, cæteriſque trans flumen adſciſcitur. Hoc namque ordine hi tres vocati, Anaſtaſius ſcilicet presbyter, Felix monachus, & Digna virgo beata eodem die diſpariter ceciderunt, decimooctavo Kal. Julii, Æra octingenteſima nonageſimaprima. Qua præſens Chriſti annus ſignatur. Pergit Eulogius (a):

(a) Eulog. Mem. ſanct. l.3. c.9.10.

LII. Benildæ atque Columbæ virginum Martyrium.

Denique hoc ſequens Benildis femina ætate jam provecta, &, ut ferunt, non mediocriter timorata, ſub profeſſione cæterorum occubuit decimoſeptimo Kalend. Julii, Æra qua ſupra. Quorum cadavera poſt aliquot dies ingenti concremata incendio ad ultimum fluvii projectu diſperſa ſunt. His enarratis, S. Eulogius de S. Columba virgine Cordubenſi & martyre prolixiorem ſubnectit hiſtoriam, cujus ubi originem & in monaſterio educationem, exactamque monaſticæ vitæ obſervantiam, qua ſibi ad martyrium viam aperuit, enarravit, (quæ brevitatis cauſa præterimus) memoria digna de martyrio conſummato ſubiicit iſta:

Hinc jam ardentius in amore Chriſti ſuccenſa, concitis ad eum greſſibus, cui fideliter ſervierat, anhelans pervenire, quibuſdam etiam revelationibus ad id frequenter impulſa, quodam die, irrupto latibulo, reſeratis tacite foribus, in forum digrediens, licet incognita viarum urbis exiſteret, provido tamen exploratu, quo judex moraretur, addiſcit. Ibi cum perveniſſet, ejuſque adſtaret obtutibus, dat profeſſionem Catholicæ Fidei, profert Evangelicam veritatem, iniquum dogma retundit, auctoremque magni eſſe ſceleris talia præſumentem annuntians; ipſum denuo arbitrum, quare ſe talibus ſacrilegiis combinaret, blandis admodum verbis hortatur. Cujus ſpeciem, verbaque miratus, illico eam in palatium ducens, ſatrapum concilio repræſentat. Ibi adhuc profitetur, prædicat, admonet omnes, ſuæ potius debere ſaluti conſulere, quam vanis inſiſtere deceptionibus, quibus eam tranſvertere conabantur. Dicebat etiam, non talem habet Chriſtus ſponſam, quæ immutari de priſtina compactione arrharum ejus prævaleat. Nam quis ditior illo eſt, ut vos me copiis rerum credatis illicere? Quis pulchrior eo eſt, cujus ſpeciei forma præ filiis hominum claret, ut vos me nuptu terreno arbitremini oblectandam? Quis cultus, vel ſecta Evangelicæ fidei veritate ſanctior eſt? quæ per totum orbem Apoſtolorum vocibus promulgata, æternæ ſpei credentibus præmium repromittens, omne prophetiſmum, quod ab illa diſſentit, anathema eſſe in veritate non dubium eſt. Quamobrem, relicta vanitate, verum Evangelii ducem requirite, quo melius filii lucis, quam genimina tenebrarum, mortiſque ſoboles appellemini. Ille etenim dixit (b): Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, &, Omnis qui vivit, & credit in me, nom morietur in æternum.

(b) Joan. 6.

LIII. Igitur cum fortiſſimam virginis conſtantiam Conſules univerſi adverterent, &
ne-



neque immutari poſſe talibus imbutam oraculis cernerent, neque hortatum aſſertionis ejus ferre valerent: continuo ante fores palatii eam trucidari præcipiunt. Quam cum ſumma reverentia foro conſtituentes, non ſe prius decollari permiſit, quam præmio lictorem virgo ſacratiſſima honoraret. Sicque pronior cervicem inclinans, in lapſu juguli delicatum corpus ſternitur. Nec mora, ut erat lineis indutum cadaver ſportæ immiſſum, alveo proiici principes mandaverunt (nec ſicut cætera occiſorum cadavera, pro foribus neglexerunt, aut equuleo ſuſpenderunt) decimoquinto Kal. Octobris, Æra octingenteſima nonageſimaprima. Quod poſt ſextum diem illæſum & integrum quorumdam ſolertia monachorum, divinitus nobis allatum eſt, dignoque officio in baſilica S. Eulaliæ virginis & martyris, quæ in vico Fragellas, conſtituta eſt, honorabilem meruit ſepulturam.

Cæterum tu ſacratiſſima virgo, quæ utiliter Eccleſiam Catholicam, & vivens converſationis exemplo, & moriens celſo meritorum inſtitutis patrocinio, eſto memor cultoris tui, erue me laqueis mundi, abſtrahe perturbationibus ſæculi, & confer poſt mortem requiem Paradiſi per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum &c. Quæ autem poſt biduum coronata pariter martyrio fuit Pompoſa virgo, ab eodem Eulogio plurimum celebratur, cujuſque vitæ inſtitutio, atque felix exitus ita enarratur.

LIV. Igitur (a) cum ad multorum notitiam ipſo die rumor conſummati martyrii prædictæ virginis perveniſſet, & non ſolum totam civitatem, verum etiam viciniora loca inſerperet, virgo quædam venerabilis, nomine Pompoſa ex cœnobio S. Salvatoris, quod ad radicem Pinnæ Mellariæ conſtitutum eſt, quo dudum ſe cum parentibus, fratribus, & cognatis Chriſto militatura contulerat, ex quo antea beatiſſimus Fandila ejuſdem loci ſacerdos olim deſcenderat, mox ut illud martyrium a dicentibus comperit, alio die cita occurrit.

(a) Eulog. Mem. ſan. l.3. c.11.

Pompoſæ Virg. Martyrium.

Hæc namque virgo beata parentum & propinquorum ſanctam converſationem, quam gerebant in Corduba (ex qua erant progeniti) cernens, confeſtim avida mente tali ſe voto aſſignans, cum his ſimul mundum ſpernit, labentia deſerit, integritatem promittit, manſuraque perenniter toto nititur conatu appetere. Quapropter parentes ejus diſtracto patrimonio, præfatum cœnobium conſtruentes eo in loco, qui ex eo quia ab antiquitus congeſtos in illa celſiori rupe apum induſtria favos, qui uſque hodie permanent, majores noſtri viderunt, Pinna Mellaria vocatus eſt. Ibidem autem ſe ad exercitium vitæ monaſticæ collocantes, tradunt beatam hanc virginem inter illum ſuorum conventum pulchriorem gratia ſanctitatis floruiſſe, & quæ ultimum per ætatem gradum tenebat, ſit cæteris excellentiore culmine innocentiæ ac ſimplicitatis merito ſublimata. Tantoque in Scripturarum meditatione fortiſſima permanebat, ut ſi fieri poſſet, non diebus, non noctibus a lectione vacaret, niſi quarumdam ingruentium tempeſtatum impediretur procellis. Si quid forte ad ſuam exaggeratum ſentiret injuriam; illa quæ macte humilitatis gratia prominebat, cuncta patienti animo ſuſtinebat. Inſtabat vigiliis, jejuniis, & orationibus crebrius incubabat, quibus, favente Domino, inviolabiliter votum poſſet conſervare promiſſum. Plura ſunt, quæ de ejus ſanctitate, referente nobis famulo Chriſti Felice monacho, ejuſdem cœnobii Abbate cognovimus, quæ obtentu evitandi faſtidium relinquentes, ad illud quod eam ſine dubio cœlo præmiſit quam propere feſtinamus.

LV. Cum enim ſummæ ſanctimoniæ ſtudium gereret, ſerviretque Deo fideliter: mox ut beatæ Columbæ martyrium comperit, illico interius igne conflagrata martyrii, fit admodum lætior tali nuntio recreata; & quibus ad id poſſet pertingere paſſibus tacito & ſingulari cogitamine ruminat. Et o miram vocationem Domini, & ſupernæ diſpoſitionis aditum patefactum, quo nullus prædeſtinatus martyrio, martyrii gloria defraudatur, quo nemo cœtui Sanctorum adſcriptus, humana poteſt illaqueatione teneri. Ferunt namque, quod multo ſatis ante hoc tempus hæc virgo ad martyrium convolaſſet, niſi quibuſdam ſuorum impediretur repagulis, qui eam cauſa ſævientium perſecutionum, alta ſervabant cuſtodia. Sed quid in ſe poteſt habere cuſtodiæ conditio miſerabilis, quando, ſicut ſcriptum eſt (b): Niſi Dominus cuſtodierit, in vanum vigilant qui humaniter ſe quippiam cuſtodire arbitrantur.

(b) Pſalm. 126.

Etenim ipſa ſuperveniente nocte, conſummata in Dei laudibus nocturna vigilia unus e fratribus ſuis, cæteris quieſcendi gratia regredientibus ad cubile, quaſi divinitus moneretur, & certe non ſine providentia Domini, arrepta clave, portam monaſterii inconſuetus aperuit minimoque tantummodo clavo ſuperpoſito * retruſit. Ad quam illa ſilenter accedens, & clam oſtium reſerans, vadit per tenebras noctis cœleſti lumine illuſtrata, totumque illud iter vaſta horridum ſolitudine ante lucis crepuſculum tranſiens, clareſcente mane, urbem ingreditur, ſeſeque obtutibus judicis præſentari non differt. Ad quem ſanctæ Fidei rationem proponens, vatemque impudicum ſimplici exhortatione confundens; confeſtim ille gladio trucidandam decernit: ſicque ante
fores

* recluſit

*fores palatii conſtituta, exempto capite conſteruantur, decimotertio Kal. Octobris, Æra octingenteſima nonageſimaprima. Cujus cadaver in flumen proiicientes, quorumdam mercenariorum ſtudio in quadam fovea, congeſto deſuper multo pulvere tumulatur. Ex quo iterum, Chriſto favente, poſt dies pene viginti induſtria quorumdam monachorum inde abſtractum ad prædictum beatæ virginis Eulaliæ ſanctuarium reportantes digno ibidem ſacerdotum & religioſorum miniſterio ad pedes S. Columbæ humatum eſt. Quod nihilominus divina credimus diſpenſatione peractum, ut quæ ſe in vita ſua tanta charitate dilexerant, morte etiam, ac ſepultura indiviſæ manerent, regnante Domino noſtro JESU Chriſto in ſæcula ſæculorum.* Hactenus Eulogius de hujus anni Martyribus Cordubæ coronatis. Atque præſentis anni rerum geſtarum finis.

LVI.
(a) Rom. 1.
Quod autem, ſecundum (*a*) Apoſtolum, non ſapientibus tantum, ſed etiam inſipientibus debitores ſumus, illis tenemur veritatem elucidare, quam cupiunt; iſtis mendacia confutare, quæ fovent, in hos autem ubique locorum clamitat Sapientia (*b*): *Uſquequo imprudentes odibunt ſcientiam?* cum licet toto cœlo videant, manu contrectent, adhuc tamen fateri veritatem detrectent, ut de illius jure ſit dictum (*c*): *Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas, feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus.* De Novatoribus dico, ſed nec de omnibus, ſunt ſiquidem ex iis, qui cum errent, percupidi tamen ſint veritatis inveſtigandæ, & recto rationis ductu ad ipſam anhelantes pervenire laborant. De quibus non deſperandum, ſed omni ſtudio ſuccurrendum. Sed quorſum hæc modo? audi. Hoc ipſo anno ab auctore, qui poſt ducentos & triginta annos vixit, ac ſcripſit Marianus Scotus, ponitur primo falſiſſime obitus Leonis Papæ, ſtultiſſime vero ei ſubrogata mulier aſſeritur, Joanna nomine, quæ ſederit annos duos, menſes quinque, & dies quatuor. Quoniam autem nullus penitus ante eum inventus eſt auctor, qui de ejuſmodi portento meminerit, quod ſui deformitate univerſum orbem ad ſpectaculum provocaſſet, & ad deteſtationem impuliſſet: hoc majus portentum videri poteſt, tale monſtrum ducentorum & triginta annorum curriculo potuiſſe latere, ignorari, atque penitus ſepultum jacuiſſe ſilentio, quam quod tale quid aliquando eſſe potuerit.

(b) Prov. 1.
(c) Prov. 27.

LVII.
Primus Auctor fabulæ de femina Papa.
Quod vero noniſi ab hoc auctore (quod non eſſet ejus rei aſſertor antiquior) qui poſtea eadem conſcripſere, deduxiſſe originem potuerunt: hic primo de ipſo, quo tempore vixerit, paucis agendum. Natus (ut ipſe teſtatur) anno Chriſti milleſimo vigeſimooctavo, ſæculum reliquit anno quinquageſimotertio poſt milleſimum, quinquageſimonono autem Fuldæ includitur uſque ad decennium, poſtea Moguntiæ eodem vitæ genere perſeverans, uſque ad obitum incluſus permanſit: teſtatur ipſe hæc omnia. Perveniſſe vero uſque ad annum milleſimum octogeſimum ſextum, quo obiit Dodichindus Abbas, qui ad ejus Chronicon appendicem addidit, conſtanter affirmat. Erant ea ipſa tempora, quibus Marianus ſcribebat, cum Henricus III. Imp. (ut ipſe narrat) ſchiſmate cum ſuis ab Eccleſia Catholica deſciverat; cum & promulgato a Gregorio Papa Septimo ad-
ver-

PAGIUS XIV.
*Marianus Scotus auctor non eſt fabulæ de Joanna Papiſſa.*
Ad num. LVII. & ſeqq. Cum fabula de *Joanna Papiſſa*, quæ alias a Sedis Romanæ hoſtibus libentiſſime audiebatur, hodie ab iis qui etiam majori impetu in eam feruntur, vix defendatur, & jam monſtrum illud confixum fuerit, hic tantum de primo ejus auctore & de *Sella Stercoraria* ab Heterodoxis adeo decantata, aliquid annotabo. Figmentum de Johanna Papiſſa inter annum MCCLXXVIII. quo Martinus Polonus obiit, & annum MCCCXLII. quo *Ptolemæus de Luca*, Ordinis Prædicatorum adhuc vivebat, procuſum. Is enim Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam, quæ adhuc inedita eſt, poſt annum milleſimum trecenteſimum duodecimum promulgavit, & lib. XVI. cap. VIII. de Leone IV. cui fabulatores Joannam Papiſſam ſubſtituere, hæc ſcribit: *Omnes quos legi, præter Martinum* (Polonum nempe) *tradunt, poſt Leonem IV. fuiſſe Benedictum III. Martinus autem Polonus ponit Joannem Anglicum VIII.* Quare Ptolemæi Lucenſis ætate hæc fabula recens conficta fuerat, & Martino Polono attribuebatur, licet immerito, ut ſtatim monſtrabimus. Baronius quidem num. LVII. & ſeqq. autumavit, Marianum Scotum fuiſſe primum auctorem aut ſcriptorem hujus commenti. Verum Leo Allatius in *Confutatione fabulæ de Joanna Papiſſa, ex monumentis Græcis*, num. 3. jam demonſtravit, in ſinceris Mariani Scoti codicibus hanc fabulam non fuiſſe exaratam, teſtari Scriptorem non ignobilem, qui Metropolim Alberti Krantzii Notis illuſtravit, ad lib. 2. pag. 100. editionis Colonienſis anno MDLXXIV. curatæ, ſed notam illam Typographos Francofordienſes eraſiſſe; Mariani Scoti Codices MSS. aliquos antiquiſſimos, qui adhuc extant, nihil de Joanna Papiſſa habere, ſicuti nec Codices MSS. Sigeberti Gemblacenſis Abbatis, quod præcipue conſtat ex authographo Cœnobii Gemblacenſis, quod a Miræo editum eſt. Ea quidem fabula legitur in Speculo Hiſtoriali Vincentii Bellovacenſis lib. 25. cap. 36. qui medio ſæculo XIII. vixit, ſed cum in Codicibus eo vivente exaratis ea non habeatur, & teſtimonium Ptolemæi Lucenſis ſit omni exceptione majus, non dubium, quin in Hiſtoriam Martini infarta fuerit, poſtquam e vivis exceſſit, & ante Ptolemæi Lucenſis obitum. Anno MDCLV. Lucas Wadingus in Hibernia natus, & egregiis ſuis libris omnibus notus oſtendit mihi veterem Co-
di-



verſus clericos concubinarios decreto, complures ex illis (ut ait) delegerint expelli potius ab Eccleſia, quam concubinas expellere. Hæc adeo diligenti ſtudio de certitudine temporis oportuit ipſo quæſtionis ingreſſu teſtata relinquere, quod nulla ſit vis potentior ad redarguendos errores, & falſitates, ipſa temporis ratione.

LVIII.
(a) Leo IX. epiſt. c. 23.
Leo Nonus quid ad Conſtant. Epiſc. de femina creata Pontifice.
Quamobrem his conſiderandum adjungimus, quod quando iſta ſcribebat Marianus, jam de femina ordinata in ſede Conſtantinopolitana Patriarcha fama ferretur. Teſtatur id quidem ſua (*a*) epiſtola Leo Nonus Romanus Pontifex, ſcribens ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum, atque Leonem Acridanum, Romanam Eccleſiam maledictis proſcindentes, ubi adverſus eos hæc inter alia: *Abſit autem, ut velimus credere, quod publica fama non dubitat aſſerere, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ contigiſſe, ut eunuchos contra primum ſancti Nicæni Concilii capitulum paſſim promovendo, feminam in ſede Pontificum ſuorum ſublimaſſet aliquando. Hoc tam abominabile ſcelus, deteſtabileque facinus, etſi enormitas ipſius, vel horror, fraternaque benevolentia non permittit nos credere: conſiderata tamen incuria veſtra erga ſanctorum cenſuram Canonum, quia eunuchos, & aliqua ex parte corporis imminutos non ſolum ad clericatum, ſed Pontificatum etiam indifferenter, ac ſolemniter adhuc promovetis: fieri potuiſſe penſamus.* Hæc Leo, ſcribens iſta (ut in epiſtola ipſe teſtatur) annos poſt mille & fere viginti a paſſione Chriſti, a Nativitate vero milleſimo quinquageſimo tertio inchoato, eodem ipſo anno, quo Marianus Scotus primus ſcriptor fabulæ (ut diximus teſtificatione ipſius, ſæculum reliquit, & quinquageſimoſexto ex Scotia in Germaniam veniens, Coloniæ (ut tradit ipſe) factus eſt monachus. Quo tempore (ut audiſti ex Leonis epiſtola) publica fama percrebuit, feminam in ſede Pontificum ſublimatam aliquando Conſtantinopoli. Porro ea, quæ ita erant fama vulgata de Eccleſia Conſtantinopolitana, converſa in Romanam Eccl. a ſchiſmaticis, eam odio proſequentibus, & calumniis proſcindentibus, atque ita, ut accepit ipſe eam fabulam Marianus, eodem tempore ſcripſerit, quis non intelligat?

Quod de Eccl. Conſt. dictum, de Romana creditum.

LIX.
*Quod autem*, inquit idem, qui ſupra Leo, *Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ contigiſſe, ut eunuchos paſſim promoverent, de Ignatio atque Photio ambo eunuchis primum contigit, poſtea de Polyeucto.* Sed & quod ſubiicit, feminam in ſede Pontificum Conſtantinopoli ſublimatam aliquando: fortaſſe id fama vulgatum, quod Michael Imperator, licet per ludum, unum e cinædis ſuis fecerit Conſtantin. Patriarcham, qui cum aliis cinædis Epiſcopis pariter nominatis obiret ſacra, aliaque exerceret Pontificia munera, ſacris, ex more, veſtimentis utens. Qui quidem ludus haud ſemel, ut comædia eſt repræſentatus in ſcena, ſed ad multum temporis ſpacium perduravit: quo etiam ipſam deluſit Imperatricem, ut narrat Curopalates, noſque anno ſequenti dicemus. Accidere fortaſſe potuit, ut quo Michael abuteretur ut femina, & ſpecies illa feminea appareret induta Pontificalibus ornamentis, ſpargeretur in vulgus, feminam creatam eſſe Pontificem, ut ſic fama illa de femina creata Epiſcopo Conſtantinopoli, aliquam ſaltem ſpeciem habuerit veritatis. Quæ igitur eo tempore facta eſſe probantur, per tranſennam velut, lucem aliquam inferunt, qua veri amans, prudenſque Lector poſſit propinquam inſpicere veritatem. Audiſti de tempore, quo ſcripſit Marianus: modo audi ex ipſo totidem ver-



bis,

PAGIUS
dicem MS. Mariani Scoti, ac exemplar quod ex eo deſcribi juſſerat, ut illud typis mandare poſſet; tum quod in titulo Marianus, non *Scotus*, ſed *Hibernicus* vocatur; tum quod in lib. 3. nulla Joannæ Papiſſæ mentio habetur. Sed morte paulo poſt ſuperveniente, conſilium illud ad effectum non perductum; non ſine tamen literarum detrimento; cum in fine laudati Manuſcripti extent variæ Epiſtolæ *de Ratione Paſchatis*, quas percurrere cogitaveram, ut viderem, an Petavius in Appendice ad Tomum II. de Doct. Temp. aliquam ex id genus Epiſtolis prætermiſerit. Præterea initio ejuſdem Codicis MS. habetur parvum Chronicon Conſulare ad Imperium Gallieni ſpectans. Exemplar iſtius Codicis ſervatur nunc Romæ in Conventu Sancti Iſidori, ſed autographum ad Bibliothecam Vaticanam, aut ad aliquam aliam Urbis pertinebat. Mortuus eſt autem Marianus Scotus anno MLXXXVI. & a nullo ex hujus fabellæ aſſertoribus in ſuæ ſententiæ patrocinium laudatus reperitur. Imo in nullis Catalogis Pontificum Romanorum, ſive Vaticanis, ſive Colbertinis, ſive aliis ante annum MCCCC. exaratis, pſeudo-Papiſſæ Joannæ nomen legitur, quod tamen in variis Catalogis poſt eum annum exaratis, & a me viſis, habetur. Prætermiſeram obſervare Ptolemæum laudatum dicaſſe Opus ſuum *Guillelmo de Baiona Presbytero Cardinali* Tituli S. Cæciliæ, huncque eo honore exornatum exeunte anno MCCCXIII. ut videre eſt apud Baluzium in ſuo Opere de Pontificibus Rom. qui Avenione ſederunt. Quare valde hallucinati ſunt recentes Critici, qui fabulæ a tribus aut ad ſummum a quatuor ſæculis excogitatæ magnam antiquitatem tribuerunt. Ex quibus eruo ejus originem Valdenſibus hæreticis, uti alibi monui, adſcribendam eſſe. Sed redeo ad *Martinum Polonum*.

XV.
Magnus eſt eorum numerus, qui *Martinum Polonum* Ordinis Prædicatorum ridiculæ hujus fabellæ auctorem exiſtimant. Sed Allatius loco
lau-

bis, quæ de his eodem hoc anno ſcripſerit.

*LX. Incrementum fabulæ.*

LX. *Anno* (inquit) *octingenteſimo quinquageſimotertio Leo Papa obiit Kalend. Auguſti. Huic ſucceſſit Joanna mulier annis duobus, menſibus quinque diebus quatuor.* Hæc in codice impreſſo, Heroldi opera, qui mala fide locum hunc cum aliis multis corrupit: nam in ſcripto codice ex quo prodiit prima editio, ita legitur: *Joannes qui ut aſſeritur, fuit mulier.* Sed utcumque legatur, nullam ex quavis lectione commentum fidem acquirit. Poſt Marianum autem elapſis triginta ferme annis, Sigebertus & ipſe ſchiſmaticus, in ſua Chronographia eamdem deſcribens fabulam, nulla aliqua firma utitur teſtificatione, ſed incerta fama tantum ferri quod ſcribit, aſſerit. Poſt hæc factum eſt, ut plures alii eadem ſuis ipſorum, quas ſcripſerunt, hiſtoriis ntexuerint, aliique alia addiderint, uti mendacia vires ſumerent, adeoque ut pii etiam viri res majorum proſecuti, quæ de his invenerint, abſque delectu deſcripſerint. Sic plane accidit, ut in aliis pluribus fabula fidem ſibi conciliaverit; vel apud imperitos, quorum in crimine inſcitia ſit, & nimia ſimplicitas arguatur; vel apud pravos, qui ut muſcæ quærant ulcus, ex quo ſanie ſatiarentur, inventoque ſemel, antea cædi, quam inde divelli patiantur.

LXI. Felix hiſtoriæ curſus, ſi abſque obice fabularum, ſincera tantum ferri veritate daretur, quæ ubi ſemel, ut zizania inter triticum ſeminata, fixis radicibus, tritici mentita ſpecie, altiori culmo conſurgunt, ſic ut triticum meſſoris æqua falce metantur, & cum frumento in horrea recondantur, & mixta tritico, tritici jam nomine decorata, atque æquo pretio, eademque menſura cum tritico venundentur; ita fabularum abolito nomine, receptæ ſemel tranſeant in hiſtoriam, ut opus ſit magno cribrario, qui magno labore a veris falſa, & fabulas ſegreget ab hiſtoriis, non deſunt de his exempla. Nam fabula de collapſo Romæ pacis templo tempore Chriſti ortus, quod nondum fuerat ædificatum ſemel aſſerta, multiplicium haud vulgarium fuit ſcriptorum auctoritate firmata. De anima Trajani precibus S. Gregorii ab inferis revocata, commentum ſemel creditum etiam diſertiſſimos habuit aſſertores, immo etiam defenſores. Nonne hactenus fabula illa, ut hiſtoria lecta eſt de Cyriaco Papa, Roma Coloniam comitante S. Urſulam cum virginibus undecim millibus; cum tamen nec per ſomnium quidem ejus nominis Pontifex ſederit in Sede Petri? De ſeptem Dormientibus ſomno tentis annos prope ducentos quid dicam, tam a Græcis in Oriente, quam a Latinis in Occidente hiſtoriam lectam atque receptam? De Silveſtro Papa Secundo, quod per Magiam Pontificatum adeptus fuerit, atque dilaceratus in obitu a diabolo? De obitu Hadriani, per muſcam illato, quid addam? De fabularum officina Turpini: quot jam ex eis in hiſtoriam tranſierunt, & fidem ſibi pleniſſimam conciliarunt?

*Quod fabulæ multæ in Hiſtoriam tranſierunt.*

PAGIUS

*Martinus Polonus auctor non fuit iſtius fabulæ.*

laudato num. 5. & ſeqq. non ſolum oſtendit, ejus Chronicon peſſime corruptum fuiſſe, & unumquemque quæ ipſe digna memoria judicabat addidiſſe, & eraſiſſe quæ ſibi indigna lectu videbantur; ſed etiam in Bibliotheca Vaticana extare hujus Auctoris antiquiſſimum exemplar, in quo poſt Vitam *Leonis* IV. nulla ſit *Joannæ Papiſſæ* mentio, neque in margine eadem vel aliena manu ſcripta, nec quidquam aliorum induſtria eraſum. Ad hæc Lambecius lib. II. Biblioth. Cæſareæ cap. VIII. teſtatur, in ea Bibliotheca reperiri quatuor Codices MSS. Chronici *Martini Poloni*, in quibus fabulæ de *Joannæ Papiſſa*, nec mentio extat, nec unquam extitit, indeque jure merito concludit, *Martinum* falſo haberi pro auctore vel approbatore abſurdiſſimi hujus commenti, & Chronicon illud nonniſi poſt ejus mortem, quæ anno MCCLXXVIII. contigit, partim malitia falſariorum hæreticorum; partim nimia credulitate imperitorum, labe illa contaminatum eſſe. Fatetur quidem quatuor alia exemplaria MSS. ejuſdem Chronici inveniri in Bibliotheca Cæſarea ea ſorde inquinata, ſed in pluribus priora iſtis quatuor præſtare, fuſe oſtendit. Nec eſt quod quis dicat, quatuor illa exemplaria, in quibus illa periocha deſideratur, mutilata fuiſſe; illa enim de *Joanna Papiſſa* fabula ita omnium animos occuparat, ut in magnifica Eccleſia Metropolitana Civitatis Senenſis, quæ poſt eam excogitatam quatuor Pontifices Romanos dedit, Pium ſcilicet II. Pium III. Marcellum II. & Paulum V. ſtatua *Joannæ Papiſſæ* inter alias cæterorum Pontificum Romanorum conſpiceretur. Quare Librarius *Martini Poloni* exemplaria, in quibus ea hiſtoriola defuiſſet, ſe ſe venundare non poſſe credidiſſet. Adhæc non autumandum, quempiam in proprios uſus aliquod hujuſmodi exemplar ſibi exarandum petiiſſe; cum hanc feminam aliquando Eccleſiæ Romanæ præfuiſſe communis tunc opinio ferret. Quatuor itaque Codices illi MSS. Bibliothecæ Cæſareæ, in quibus ea fabula legitur, interpolati fuere, & hac in parte corrupti.

*XVI. Statua Joannæ Papiſſæ in Eccleſia Senenſi alias poſita.*

XVI. Mabillonius in Muſeo Italico Tom. I. part. I. pag. 159. refert, ſe dum *Senis* Eccleſiam illam inviſeret, & non ſine admiratione pavimentum, marmoreis ſegmentis depictum, quale nuſquam alibi invenitur, ſicuti & ſtatuas indigenarum Pontificum quæ in ea conſpiciuntur, contemplaretur, *Joannis Papiſſæ* ſtatuam ſibi in „ mentem veniſſe: dum ejuſmodi, inquit, ſta„ tuas intueremur, occurrit memoriæ id quod „ in *Colomeſii Singularibus* legitur, ſtatuam „ pſeudo-Papiſſæ Joannæ inter illas Pontificias „ locum habuiſſe uſque ad annum MDCXXXIV. „ quo anno *Joannes Launoius* Doctor Pariſien„ ſis Senas profectus, ipſam ſtatuam in Cathe„ drali Eccleſia etiam tunc ſtantem ſe vidiſſe „ aſſerit in Diſſertatione *de Auctoritate negantis*



Taceo de plurimis aliis, quæ a nobis ſuperioribus tomis ſunt confutatæ, vel erunt inferius confutandæ.

LXII. Modo verſemur in iſta, quæ quidem inanitate, vel levitate, ſicut & falſitate alias omnes ſuperat, in qua quidem refellenda haud diutius detinebimur. Siquidem viri doctiſſimi, verique amantiſſimi ante me ſumma cum laude in his verſati præripuere labores, & inter alios noviſſime Papyrius Maſo in Galliis, vir quidem præſtans ingenio, & pietate, in volumine ſuo, quod ſcripſit de Urbis Epiſcopis, ut ventus fumum, evaneſcere totam in auras fabulam fecit. Sed præ cæteris commendandus, qui magno pietatis zelo ſuccenſus, veritatis ſingulari amore flagrans, exæſtuanſque ejus elucidandæ immenſo mentis ardore locupletius iſta pertractans, ſingula quæque curioſius perveſtigans, nihil indiſcuſſum relinquens fama nobilis Florimundus de Remundo, regius Conſiliarius in Parlamento Burdegalenſi, vir cum primis illuſtris ac pius, & doctrina inſignis, cujus lucubrationes de Antichriſto adverſus Novatores magnopere celebrantur, commentarium edidit eodem argumento, cujus eſt inſcriptio: *Error popularis de Joanna pſeudo-pontifice, dicta Papiſſa*, quo ſic confecit monſtrum iſtud, ſcriptorum levitate formatum, & Novatorum induſtria phaleratum, ut eos pudeat, quæ ſcripſerint, vel ſomniaſſe: nam poſt talem editam ſcriptionem inventus eſt nullus inter omnes Novatores rubore effuſus, ac mente confuſus, qui refractario ſtylo, ipſorum more, ſit auſus eam firma ſolidaque veritate conſtantem appetere. Quam nos, ſicut opportunam, ita dignam æſtimaremus, quæ hic noſtris Annalibus intexeretur, ut opus Phrygium elegantiſſime elaboratum, niſi prolixitas impediret. Eſt præ manibus liber, quem ſicut Gallico, ita cuperem Latino ſermone conſcriptum noſtratibus edi. Pro inſtituto autem, ut rem quam breviter poteſt fieri pertractemus, in eo in primis noſtra verſetur oratio, ut quam apertiſſime demonſtretur omnino falſa eſſe inanis fabula, ineptumque commentum omni penitus vacuum veritate, immo etiam (quod majus eſt, magiſque mirandum) omni penitus veriſimilitudine deſtitutum, ut procul abſit vel perſuaderi poſſe, quod nec fingi aliqua ratione poſſit.

*De mentita Papiſſa nudatum commentum & confutatum.*

LXIII. Sed in ipſo limine controverſiæ rideas inane ſtudium pugnacium Novatorum, aerem verberantium, dum anxio & infatigabili animo eam fabulam ſuadere conantur, ut ex eo continuatam hactenus ſucceſſionem Romanorum Pontificum jam eſſe ſucciſam & interruptam oſtendant. Sed fruſtra. Quid enim? Fingamus eſſe, quod numquam fuit, eam electam eſſe feminam in Pontificem. Numquid Pontifex illa fuerit? Nemo adeo imprudens, & vecors erit, qui affirmet, reſiſtentibus legibus omnibus potuiſſe, feminam, re vera, quorumvis ſuffragiis accedentibus, eſſe Pontificem Maximum, immo nec minoris ordinis clericatu initiatam. Qua ratione qui primus ejus fabulæ ſcriptor extitit *Marianus*, eam minime inter Romanos Pontifices numeravit, dum qui ante Leonem Quartum vixit, Sergium numerat centeſimumprimum, Leonem ſucceſſorem centeſimum ſecundum, Benedictum, illa abſque numeri nota prætermiſſa, legi-

*Inanis Novatorum conatus.*



PAGIUS „ *tis argumenti*: ac proinde Baronio illuſum „ fuiſſe, cum in literis ad Florimundum Rai„ mundum ſcriptis, disjectam & comminutam „ ſtatuam ſibi ipſe gratulatur. Oculis omnia lu„ ſtravimus accurate, nec quicquam de illa „ ſtatua aut videre, aut reſcire potuimus. Rem „ poſtea maturius examinavit Illuſtriſſimus Ab„ bas Jacobus Mignanellus, atque ænigma ſol„ vit in literis, quas per Magliabechum no„ bis tranſmitti curavit. Quippe ſtatuam illam „ fabuloſæ Joannæ, quæ poſt refectam ſub hæc „ noviſſima ſæcula Baſilicam, obtinente fabu„ la, fabricata fuerat, demum Clementis VIII. „ Pontificatu, cooperante cum Magno Duce ad „ Baronii preces Archiepiſcopo loci Cardinale „ Tarugio, non penitus quidem fuiſſe commi„ nutam; ſed mutatis formæ muliebris linea„ mentis, ex femina factam Zachariæ Ponti„ ficis figuram, appoſito ZACHARIÆ nomi„ ne, ne qua ſuſpicio in poſterum hac de re „ ob ſervatam ſtatuæ materiam ſuboriri poſ„ ſet. En vera ac genuina facti Hiſtoria. Ita „ Mabillonius.

*XVII. In ea Eccleſia amplius non extat.*

XVII. Eadem mihi ac Mabillonio anno MDCLXXVII. cum forte per eam Urbem pertranſirem, ſubiit cogitatio, non quod laudatam Joannis Launoii Diſſertationem legiſſem, ſed quod anno MDCLXIII. Pariſiis cum eo de variis Eccleſiarum Gallicanarum traditionibus colloquens, dixiſſet, pleraſque ex illis certis principiis non innixas majorem fidem non mereri, quam traditionem de *Joanna Papiſſa*, qua nulla falſior eſſet, licet nulla univerſalior. Addidit, & non ſemel iteravit, ſe in Eccleſia Metropolitana Senenſi vidiſſe ejus ſtatuam inter alias Pontificum Romanorum collocatam. Quare cum anno MDCLXXVII. per Urbem Senenſem tranſirem, Religioſos Ordinis noſtri de illa ſtatua diligenter percontatus ſum, cumque eam ſibi prorſus ignotam reſpondiſſent, poſt horam Veſperarum ad Eccleſiam Metropolitanam me contuli, & a pleriſque Canonicis ex choro egredientibus poſtulavi, ut mihi Papiſſæ Joannæ ſtatuam, quo facilius hæreticos refellere poſſem, oſtendere vellent. Repulſus ab omnibus, dum neſcirem, quo me verterem, acceſſit ad me Vir ætate provectus, &, uti apparebat optimus, & in aliquo munere Eccleſiæ Senenſis conſtitutus, qui me Canonicos interrogantem ſemper obſervarat, dixitque ſe a quampluribus annis illi Eccleſiæ inſervire, & cum non curioſitate, ſed deſiderio proficiendi Eccleſiæ ducerer, rem, ut ſe haberet, narraturum, dummodo eam ſummo ſilentio premerem; & hæc dicens deduxit me ad

gitimum Leonis ſucceſſorem centeſimum tertium ponit, & ſic deinceps reliquos ſuo ordine ſubiicit. Qua certiſſima ratione nihil præterea ex ea ter miſeri Novatores, qui veram aſſerunt fabulam, lucri capiunt, niſi ut dici poſſit, duobus illis annis & menſibus, Sedem Pontificiam legitimo vacuam fuiſſe paſtore; non tamen ob eam cauſam ſucceſſionem a Chriſto per Petrum in poſteros continuatam fuiſſe ſucciſam, nam & alias accidit, ut majori etiam temporis ſpacio Sedes Pontificia, dilata per diſcordias eligentium electione, vacarit, nec tamen ſucceſſionem deſiiſſe, quis umquam auſus eſt dicere, quod nec dici potuit, ſed tantum eſſe dilatam, nullo vero modo ſublatam. Vides igitur omne penitus evaneſcere, quod ex re inani inane captant lucrum vaniſſimi Novatores.

LXIV. De femina falſa fabula redarguitur.

Sed quod polliciti ſumus, totam illam narrationem de femina Papa non ſolum fabulam falſam omnino eſſe, immo nec extitiſſe, atque non veritate tantum, ſed veriſimilitudine etiam omni carere apertiſſime demonſtrare, rem ipſam ſummatim potius attingentes, quam fuſiore ſermone (quod jam digniſſime, ſicut & locupletiſſime factum diximus) pertractantes, falſam ipſam eſſe in primis arguimus ex certa temporis ratione. Quomodo Marianus Scotus primus auctor fabulæ (cum ipſo enim tamquam cum duce, qui reliquos antecedit, agendum eſt, ut eo mendacii convicto, reliqui ſimul victi cedant) quomodo inquam hoc anno ingreſſum ponit feminæ poſt Leonis obitum, ſi adhuc Leo ipſe vivebat, qui & vitam adhuc ad duos annos etiam propagavit? Cuinam de his magis credendum, quam Anaſtaſio Bibliothecario, qui hoc vivebat tempore, atque præſens omnibus, ut teſtatur, ea ipſa ſcribebat, Leonemque Pontificem annos octo, menſes tres, & dies quinque ſediſſe tradit? Quo etiam teſte, fabula de femina eidem ſubſtituta falſiſſima redarguitur, dum ab ipſo, Leoni non ipſa ſed Benedictus ſtatim ponitur ſubſtitutus Pontifex poſt dies ſex. Anaſtaſio iſta videnti, atque teſtanti, nullus umquam contradixit ejus ſæculi ſcriptor, nec ſequentis auctor aliquis, neque ejus, quod poſt ſecutum eſt tertium ſæculum, uſque ad Marianum primum auctorem confictæ fabellæ.

LXV.

Rurſum vero ſilentium ipſum tanti temporis, de re tanta, tot emergentibus tantum nefas declamandi occaſionibus, pluſquam mille dixeris juratos teſtes, ad certam exploratamque fidem faciendam de fabulæ vanitate & falſitate. Certe quidem tam amici, facinus horrendum deteſtando, quærendo, dolendo, quam hoſtes, improperando, detrahendo, ſubſannando centies proclamaſſent. Etenim quomodo id exprobrare præteriiſſent Romanæ hoſtes Eccleſiæ, qui præceſſerunt, qui ſi vel fingere potuiſſent, quod nec componi poſſe cognoſcerent, magno ſane pretio redemiſſent, ut quavis captata, & arrepta occaſione Romanæ Eccleſiæ notam inurerent. Photius ne pſeudoepiſcopus, Romanorum Pontificum implacabilis hoſtis, quorum decretis paulo poſt (ut ſuo loco dicemus) ſede fuit expulſus, tacuiſſet iſtud immane ſcelus, qui longe leviora in Romanam Eccleſiam obiicit? Quique inter alia ſede cenſeretur indignus, quod eſſet eunuchus: tacuiſſet dicere ipſe, quod etiam femina thronum Romanæ Eccleſiæ conſcendiſſet? Sed & Michael, qui hoc tempore Orientale moderabatur Imperium, & ejuſdem Photii ſtimulis in eamdem Romanam Eccleſiam concitatus, omne genus conviciorum in eam contumelioſus valde coniecit: tacuiſſetne, modeſtiæ cauſa adeo probroſa obiicere, & portentoſa cantare? Quod de Photio di-

Ex inimicorum ſilentio evincitur veritatis aſſertio.

xi-

PAGIUS

latus Eccleſiam ingredientibus dextrum, oſtenditque locum, ubi aſſeruit, ſtatuam illam fuiſſe, antequam tempore Alexandri VII. in ea Urbe nati ea ablata fuiſſet, nominans Operarium Eccleſiæ, alioſque tunc ad eam rem exequendam adhibitos. Locus illius ſtatuæ circa medium ejuſdem lateris erat, ut Vir ille bona fide & recta intentione, in quantum coniicere potui, referebat; ſed cum jam adveſperaſceret, nihil videre potui, & craſtina die mihi ex ea Urbe diſcedendum fuit. Unde tam relatio Joannis Launoii, quam Jacobi Mignanelli, vera exiſtimanda, credendumque eam Zachariæ Papæ ſtatuam in ea Eccleſia remanſiſſe uſque ad Alexandri VII. Pontificatum.

XVIII. *Uſus ſedis Stercorariæ.*

Nunc ex Mabillonio in eodem libro pag. 59. *Sedis Stercorariæ* uſus ac finis nobis narrandus. Is de viſis a ſe Romæ loquens ait: „ Dominico die Octava Sancti Joannis profecti ad „ Lateranenſem Baſilicam, vidimus in clauſtro „ Baſilicæ adjuncto tres ſedes, confuſe cum va„ ria ſupellectile conjectas: unam ex marmore „ albo, olim in porticu Baſilicæ poſitam, in „ qua novum Pontificem collocari mos erat, „ *Stercorariam* appellatam: alias duas porphy„ reticas, & quidem perforatas, quæ ante ca„ pellam Sancti Silveſtri quondam exiſtebant: „ in quibus Pontifex recens conſecratus itidem „ ſedebat. Quocirca obſervare juverit, Ponti„ ficem novum eo ritu in Lateranenſis Baſili„ cæ poſſeſſionem induci ſolitum, ut primo ad „ thronum Pontificalem, qui in apſide Baſili„ cæ extabat, *omnes Epiſcopos & Cardinales*, „ ut loquitur Cencius, *ad* oſculum admitteret, „ *deinde ad ſedem lapideam, quæ dicitur Ster„ coraria*, ſtantem in porticu Baſilicæ colloca„ retur, *ut vere dicatur*: SUSCITAT DE PUL„ VERE EGENUM ET DE STERCORE ERI„ GIT PAUPEREM: poſtea ductus ad capellam „ Sancti Silveſtri prope Lateranenſe Palatium, „ primo ſederet ad dextram in una ex illis „ ſedibus Porphyreticis, ubi claves Baſilicæ a

Prio-



ximus & Michaele, qui hoc vivebant tempore, & ſub Nicolao Pontifice, qui poſt Benedictum hujus Leonis ſucceſſorem, Romanam adminiſtrare cœpit Eccleſiam, de reliquis ſchiſmaticis Patriarchis, & de aliis ab Eccleſia Romana diviſis ſchiſmate Imperatoribus æque dicendum, & ſæpius iterandum eſt. Qui cum plurimi fuerint, & infenſiſſimi Romanæ Eccleſiæ perduelles, & in eam jugiter, inſtar grandinis ſpicula maledictionum intorſerint: quomodo nullus umquam eorum in præſentem uſque diem adeo pudendum ſcelus obiecit, cum præſertim iidem Romanorum Pontificum acerbiſſimis (ut par erat agere cum obſtinatis animo) reprehenſionibus exagitati fuiſſent.

LXVI.

Sed ut ad Leonem nonum, de quo ſupra plura ſunt dicta & recitata, redeamus: quomodo in hoſtes de ea femina evecta in Patriarcham, ipſe obiicere auſus eſſet, ſi majori infamia: atque turpiori dedecore id fuiſſet in Romana Eccleſia perpetratum? Qua fronte potuiſſet in eos adeo acriter invehi, quod eſſet de femina apud eos creata Pontifice, fama perlatum: ſi verum fuiſſet, feminam in Apoſtolicum thronum acceptam, atque in eodem puerum peperiſſe? At certe ſi vel leviſſimus rumuſculus per calumniam de his ſparſus eſſet, utique is ab eo fuiſſet antea diluendus, quam ut fama perlatum facinus ejuſdem generis objeciſſet. Prætermittimus numerare numeroſam multitudinem poſt Leonem ſchiſmaticorum Orientalium Epiſcoporum, qui cum adverſus Romanam Eccleſiam non epiſtolas tantum, ſed libros etiam conſcripſerint, quæcumque, licet minima, animo hoſtili venantes, & per calumniam effingentes, ac mentientes, numquam tale quidpiam (etiam cum apud Latinos id jactari cœpiſſet, & magis magiſque ſcriptis ipſorum pervulgatum fuiſſet) in eamdem Romanam Eccleſiam vel ſcriptis, vel verbis obiicere auſi ſunt. De hiſtoricis vero Græcorum, qui ab hoc tempore vixerunt, nec unus quidem repertus eſt, qui utcumque quavis occaſione ejus probroſi facti meminerit, quamvis ex eis non defuerint plures in Romanam Eccleſiam parum æqui, utpote ab ea ſchiſmate ſciſſi, qui nequaquam ipſi, modeſtiæ cauſa pepercerint, ſed quavis occaſione eam ſemper calumnioſe perſtrinxerint. Quamvis enim apud unum, dumtaxat Gregorium hiſtoricorum noviſſimum, (*a*) Laonicum Chalcocondylam Latinum redditum ejuſmodi fabula reperitur eſſe deſcripta, non tamen ab auctore ipſo poſitam ſcias, ſed ab impoſtore Clauſero interprete fraudulenter appoſitam, ut oſtendit evidenter, qui impoſturam egregie detegit Florimundus. Quamvis & ſi ipſe auctor Laonicus iſta a Latinis quibuſdam accepta ſcripſiſſet, haud magni faciendus eſſet recentiſſimus ſcriptor, qui vixit anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.

Deforme mendacium nec ab hoſtibus creditum & objectum.

(*a*) *Laon. Chalc. de reb. Turc. lib. 6.*

LXVII.

Sed ad Latinos, qui poſt multa ſæcula de eadem fabula ſcripſerunt, convertamus orationem. Quis crederet, quod eorumdem aſſertionibus, quibus fabulam aſtruunt, magis ea deſtruatur, & arguatur falſitatis? Ita quidem ſecundum Davidicum illud (*b*): *Mentita eſt iniquitas ſibi*. Prætermittimus hic de ſingulis agere, ſinguloſque refellere: præſtitit e-

(*b*) *Pſalm. 26.*

nim

PAGIUS

„ Priore Sancti Laurentii acciperet in ſignum „ regiminis & correctionis: demum ad ſiniſtram „ in altera ſedens, eaſdem claves eidem Prio„ ri reſtitueret. Ex quo intelligitur, *Stercora„ riam* vocabulum traxiſſe, non ex forma (ne„ que enim pertuſa eſt, ut aliæ duæ) ſed ex „ verſu Pſalmi, qui Pontifice in ea ſedente ca„ nebatur, *& de Stercore erigit pauperem*. Hæc „ *fœda loco*, non forma, nedum uſu, appel„ latur in libro ſecundo de coronatione Boni„ facii VIII. Auctore Jacobo Cardinale apud „ Bollandianos Tomo IV. Maii pag. 471. ubi „ totus hic ritus de tribus ſedibus metrice de„ ſcribitur. *Fœda*, inquam, *loco* nempe quod in „ porticu Baſilicæ inferiori conſtituta eſſet, ut „ ex antecedentibus intelligitur.

XIX. *Ceſſatio hujus uſus.*

„ Quando primum harum ſedium uſus cœpe„ rit, non conſtat. De his nihil invenimus an„ te ſæculum duodecimum, quo tempore illa„ rum fit mentio apud Cencium, uno ſæculo „ ante natam fabulam de pſeudo-Papiſſa Jo„ hanna, ideſt, ante Martinum Polonum, qui „ primus eam fabulam vulgavit, ut ſuperius „ vidimus. Tandem ritus ille, qui ad altius „ inſinuandam novo Pontifici humilitatem pri„ mum inductus fuerat, poſt receptam apud „ nimium credulos de pſeudo-Papiſſa fabulam „ ita infamis evaſit, ut ob hoc commentum „ penitus abrogaretur: quod ſæculo ſuperiore „ poſt Leonem X. factum putamus. Cæterum „ non alia de cauſa ſedes illas pertuſas fuiſſe „ veriſimile eſt, quam quod in antiquis Roma„ norum thermis repertæ, ob materiæ preti„ um, non ob formam aptæ judicatæ ſunt, „ quæ ad novi Pontificis ſeſſionem adhiberen„ tur. Ita Vir doctiſſimus, cui tamen quoad primum auctorem ſeu narratorem fabulæ de Joanna Papiſſa aſſentiri non poſſum; pag. enim 27. ubi eam *Martino Polono* adſcribit, non alio argumento id probat, quam loco Ptolemæi de Luca mox a nobis num. XIV. recitato; ſed ex eo tantum inferri debet, *Ptolemæi* ætate Hiſtoriam Martini Poloni jam ea in parte fuiſſe interpolatam, & fabulam de *Joanna Papiſſa* recens excogitatam, cum Ptolemæus, qui anno MCCCXLII. vivebat, quique ad componendam ſuam Hiſtoriam, qui eum præceſſerant, Hiſtoricos perlegerat, in uno Martino Polono, interpolato ſcilicet, ſe eam inveniſſe teſtetur.

XX. *Moritur Aimo Epiſc. Halberſtadenſis.*

Hoc anno mortuus eſt *Haimo* Epiſcopus Halberſtadenſis in Saxonia tertius, *V. Kal. April.* ut Chronographus Fuldenſis, vel *VI. Kal. April.* ut habet Saxo Chronographus apud Mabillonium Sæc. IV. Benedict. part. I. ubi pluribus de eo agitur. Multa commentatus eſt Haimo in Scripturam Sacram, & inter alia ſcri-

pſit

nim id egregie Florimundus, quem majori ocio Lector conſulat: nobis ſatis ex ipſis oſtendere fabulæ aſſertoribus ſimul omnibus, in omnibus detegi atque convinci ejuſmodi mendacium, & refelli commentum. Cum enim ſanctus Evangeliſta (a) Judæos vult redarguere falſitatis: ex teſtimoniorum inconvenientia id demonſtrat, cum dicit: *Multi enim teſtimonium falſum dicebant adverſus eum: & convenientia teſtimonia non erant.*

(a) *Marc.* 14.

Aſſertores fabulæ ex ſe ipſis confutat.

Nos eadem via regia gradientes, brevi compendio perſtringemus, quam abſurde fabulæ aſſertores inter ſe varia diverſaque ſcribentes, alter alterum deſtruat, & magis confutet, quam defendat: ut plane rurſum Deus in fabricatores tanti mendacii, illud ipſum, quod olim videatur eſſe loquutus (b): *Venite deſcendamus, & confundamus linguam eorum, ut non audiat unuſquiſque vocem proximi ſui.* Ita plane in his factum invenies: nam audi in primis quanta inter eos confuſio in confictæ feminæ nomine. Alii enim ipſam Joannam, nominatam antea Agnetem dixere, quæ ab alio reperitur appellata Gilberta; rurſum vero ab alio Iſabella, ab alio autem Margarita; Tuttam inſuper aliquis, aliquis vero Dorotheam nominavit, præterquam quod alii Germanam, alii dixere Anglicanam. Rurſus quanta diverſitas in nomine, quod confixerunt Pontificis, vel leviter crediderunt Papiſſæ Joannæ? nam alii eam vocant Joannem ſeptimum, alii octavum, alii vero nonum, cum tamen fuerint iidem legitimi Eccleſiæ Romanæ Pontifices, Joannes ſeptimus, octavus, & nonus. Ita laborant miſerrimi Novatores, ut inveniant locum, in quo imaginarium monſtrum collocent, quod nullum tempus admittit, quantumlibet diverſis temporibus, auctores diverſi ponere ſint fruſtra conati, dum alii hoc anno octingenteſimo quinquageſimotertio, alii anno ſequenti, alii anno octingenteſimo quinquageſimoſeptimo, octavo alii, quidam nongenteſimoquarto; præter eos, qui ponunt eam poſt Martinum primum anno Redemptoris ſexcenteſimo quinquageſimotertio. Alii poſt Joannem quintum, anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimoſexto. Sed unde, qui poſt Marianum primum auctorem iſta ſcripſere, ab eo recedentes, iſta ſibi tam diverſa finxere? Nullus citatur auctor, vel ſcriptus codex anonymus a quopiam nominatur, ut aliquo ſaltem, licet mentito colore, quod non verum, facerent veriſimile.

(b) *Geneſ.* 11.

LXVIII. Sed & in ſedis tempore quanta inter eos diverſitas & repugnantia? dum alii eam ſediſſe tradunt anno uno & menſe uno & diebus quatuor, alii annis duobus, totidemque menſibus & diebus quatuor, alii duobus annis cum dimidio; duobus tantum annis alii, alii vero quatuor tantum menſibus. Sed quanta inſuper diverſitas in ejuſdem fabulæ narratione? Qui ſingulorum recenſet de ea verba doctiſſimus Florimundus, nec unum quidem reperiri demonſtrat, qui conſentiat alteri, immo omnes inter ſeipſos diſſentire, contradicere ſibi invicem, ut nulla penitus hiſtoria ſit, de nomine, loco, tempore, & rebus, quæ narrantur, adeo mendax, adeo inconſtans, & varia, diverſa, & omni

PAGIUS

pſit Tractatum *De corpore & Sanguine Domini*, Tom. XII. Spicilegii Dacheriani publicatum. Porro ex laudatis Chronographis alter diem mortis, alter diem ſepulturæ notavit.

XXI. *S. Remigius Arch. Lugdunenſis Gotheſcalcum defendit.*

Hoc pariter anno *Hincmarus* Archiepiſcopus Remenſis de erroribus & damnatione Gotheſcalci, in Synodis Moguntina atque Cariſiaca, ad Amolonem Archiepiſcopum Lugdunenſem literas dedit. Scripſit cum Hincmaro *Pardulus* Epiſcopus Laudunenſis, & Epiſtolam Rabani ad Nothingum ſuis adjunxere, *ut quid Eccleſia Lugdunenſis de eadem re ſentiret, vere & fideliter reſponderet.* *Remigius* Amolonis tunc demortui in Sedem Lugdunenſem Succeſſor, ſuæ Eccleſiæ nomine illis Epiſtolis reſpondit, edito libro *de Tribus Epiſtolis*, & quidem *ex Scripturarum Sanctarum immobili veritate, & Beatiſſimorum Eccleſiaſticorum Patrum fundatiſſima auctoritate*, ſe quæſtiones difficillimas ſolvere profitetur, quæſtionem nempe de præſcientia & prædeſtinatione divina, alteram de divina ſalutis hominum voluntate, tertiamque de morte Chriſti. In iis quidem *Gotheſcalco* errore facti, nonnihil patrocinata videtur celebris Eccleſia Lugdunenſis, ſed ab ejus erroribus longe aliena fuit, ut fuſe oſtendit Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. Diſſert. V. §. VII. Aſſeruit *Remigius* Eccleſiæ ſuæ nomine *Gotheſcalci* Propoſitiones de prædeſtinatione reproborum ad pœnam, de Voluntate Chriſti erga ſalutem omnium, & de Chriſti morte ac redemptione, Catholicas, & Auguſtinianas eſſe, quia exiſtimavit, ipſum ita prædeſtinationem reproborum ad pœnam admiſiſſe, ut ad culpam prædeſtinatos eos negaret, aut aliquam perditionis eorum cauſam in Deo eſſe, aut ipſis pereundi neceſſitatem divina prædeſtinatione ita imponi, ut ſalvari non poſſent. Exiſtimavit etiam eum negaſſe duntaxat in Deo voluntatem efficacem ſalutis omnium hominum, & redemptionem efficacem infidelium. Non mirum itaque ſi Eccleſia Lugdunenſis de Gotheſcalci Propoſitionibus ita ſcripſerit cap. 24. *Sicut ſuperius & ex Divina & ex Paterna auctoritate ſatis oſtendimus, videtur nobis ſine dubio, quod illa quæ de divina prædeſtinatione dixit, juxta regulam Catholicæ fidei vera ſint, & a veridicis Patribus maniſeſtiſſime confirmata, nec ab ullo penitus noſtrum, qui Catholicus haberi vult, reſpuenda ſive damnanda. Et ideo in hac re dolemus, non illum Miſerabilem, ſed Eccleſiaſticam veritatem eſſe damnatam*, & cætera apud Natalem laudatum legenda.

XXII. *Carolus ad Cariſiacum veniens cum quibuſdam Epiſcopis & Abbatibus monaſticis, quatuor Capitula edidit, & propria ſubſcriptione roboravit. Quorum primum eſt, a Deo neminem prædeſtinatum ad pœnam, unamque eſſe Dei prædeſtina-*



omni penitus veriſimilitudine carens. Doctas fabulas, aliquis forte vel animo levis, vel ſcientia imperitus, deceptus accipiet: prudens autem, vel doctus ſecus: hinc tibi Petrus Apoſtolus (a): *Non enim doctas fabulas ſecuti, &c.* Indoctas autem, omni ex parte mendaces, inſulſas, ineptas, vanas, varias, frivolas, ſibi contradicentes, ſe invicem diſſolventes, nulla etiam veriſimilitudine ſubſiſtentes, vel ſaltem mentito veritatis fuco nitentes quis accipiet? Sunt plane deterioris generis iſtæ illis, quas S. Apoſtolus Paulus ſcribens ad Timotheum, cavendas admonuit, dicens (b): *Ineptas autem & aniles fabulas devita.* Nam vanæ tantum illæ, atque leves, iſtæ vero ſubdolæ etiam & virulentæ, calumnioſæ, & contumelioſæ, leviter fuſæ, levius creditæ, mendaciter dictæ, perfide aſſertæ, procaciter defenſæ, obſtinate retentæ a Novatoribus illis, de quibus vaticinatus S. Apoſtolus, ait (c): *A veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.*

(a) 2. *Pet.* 1.

(b) 1. *Tim.* 4.

(c) 2 *Tim.* 4.

LXIX. Quod autem primus, præcipuuſque fabulæ hujus auctor Marianus Scotus eam hoc ipſo anno (ut vidimus) accidiſſe teſtetur: ut de omnibus germana veritas habeatur, ad ſcriptores hujus ipſius ſæculi, iſtiuſmet temporis, horumque ipſorum annorum convertamus orationem, qui ſcriptis ſuis eadem tempora illuſtrarunt: ut non a longe petitis auctoribus, ſed ab ipſis, qui viderunt, & interfuerunt ſucceſſionem veram, ſinceramque, abſque obice certam, exploratamque, habeas Romanorum Pontificum, & nullus alicui veritatis cupido dubitandi locus ſuperſit. Poſt Anaſtaſium, cujus teſtificatio ſatis ſuperque ſufficiens eſſe poſſet, auctoris integræ famæ, & certæ ſcentiæ, qui his omnibus præſens fuit, ſuffragantur ejuſdem temporis plures diverſorum ſcriptorum epiſtolæ, quæ præ cæteris ſcriptionum antiquarum generibus, majorem (ut alias diximus) vindicent ſibi fidem, ut quæ tempora illa abſque nubilo privati ſtudii, ut res ſe haberent, ſincero candore ob oculos ponant. Inter quos, qui hoc vixit tempore, & Romam venit his Leonis Papæ temporibus, Lupus Abbas Ferrarienſis, natione Gallus, ſub diœceſi Senonenſi, de quo ſæpe ſuperius, ſcribens epiſtolam (d) ad Benedictum Papam, quam ſuo loco redditurі ſumus, vocat eum ſucceſſorem Leonis, ac plane nullum inter Leonem & Benedictum interceſſiſſe Pontificem, ſatis evidenter oſtendit: idemque cum ſuis epiſtolis, diverſis in locis deplorat ſui temporis Eccleſiæ miſerum ſtatum, certe ſi quod tam nefandum ſcelus accidiſſet, dicere minime omiſiſſet, ſed implacabili luctu vir zelo plenus planxiſſet.

(d) *Lup. epiſt.* 103.

LXX. Nicolaus Papa, qui poſt annos quinque Benedicto ſucceſſit ſucceſſori Leonis, in duabus (e) ſuis epiſtolis, ad Michaelem Imp. conſcriptis, tertio repetit proximos prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices, Leonem & Benedictum, nullo alio medio inter eos nominato. Nec eſt, quod quis dicere poſſit, ipſum non numeraſſe Joannam feminam, quod legitimus Pontifex non fuiſſet. Nam cum ipſe de Ignatio agens Patriarcha Conſtantinopolitano, numeret ejus ſedis annos duodecim (f) uſque ad violentam ejus depoſitionem factam ſui Pontificatus tempore: plane declarat, nullum alium interceſſiſſe Pontificem inter Leonem & Benedictum: alioquin ſi in medio ſediſſet femina annis duobus & menſibus quinque, totidem anni adjungendi eſſent ſedi ipſius Ignatii. Sed & extat cuſa epiſtola Nicolai Papæ Romani edita numero quadrageſimaſexta ad Epiſcopos, qui convenere ad Sueſſionenſe Concilium in cauſa Hincmari Rhemenſis Epiſcopi, in qua pariter qui immediate ſucceſſerit Leoni, ponitur, & aſſeritur abſque controverſia Benedictus, ut de his dubitandi nullus penitus locus remaneat. Inſuper habentur

(e) *Nicol. epiſt.* 8. 9.

(f) *Nicol. epiſt.* 1. & 5.

PAGIUS

*Synodus Cariſiaca II. adverſus Gotheſcalcum.*

*tionem, quæ aut ad donum pertinet gratiæ, aut ad retributionem juſtitiæ. Secundum, Liberum arbitrium, quod in primo ordine perdidimus, nobis, præveniente & adjuvante Chriſti gratia, redditum. Tertium, Velle Deum generaliter omnes homines ſalvos fieri, licet non omnes ſalventur. Quartum, Chriſti Sanguinem pro omnibus fuſum, licet non omnes Paſſionis myſterio redimantur*, inquit Annaliſta Bertinianus ad hunc Chriſti annum, ideoque Sirmondus Tom. III. Concil. Gall. & Labbeus Tom. VIII. Concil. quatuor illa celeberrima Capitula ad Synodum Cariſiacam, in qua damnatus eſt Gotheſcalcus, male referunt. Carolus Calvus *Hincmaro* & aliis Epiſcopis ac Abbatibus juſſit, ut brevibus Capitulis explicarent, & ſtatuerent, quid ſibi de illis Quæſtionibus videretur, quæ jam tota Eccleſiam Gallicanam perturbabant; & quid ſecundum fidem Catholicam de illis ſentiendum eſſet. Quare illi quatuor præfata Capitula, non quidem verbis tenus, ſed quoad ſenſum excerpta edidere, quæ fuſius ab Hincmaro de Prædeſtinatione cap. 2. referuntur, quam ab Annaliſta Bertiniano, ideoque apud Sirmondum vel Labbeum legenda.

XXIII. *S. Prudentius Epiſc. Trecenſis Gotheſcalco favet.*

Eodem anno *Prudentius* Trecenſis Epiſcopus ad Synodum pro *Æneæ* Pariſienſis Epiſcopi ordinatione convocatam, cum ob infirmitatem adeſſe non poſſet, Tractoriam miſit per Arnaldum Presbyterum Vicarium ſuum ad *Vuenilonem* Archiepiſcopum Senonenſem, & Coepiſcopos, qua ordinationi præbebat aſſenſum, ea lege ut *Æneas* quatuor Capitulis a ſe miſſis ſubſcriberet. Recitat illa Natalis Alexander loco citato §. IX. aitque, quod licet Annaliſta Bertinianus, & alii quidam acriori cenſura *Prudentium* perſtrinxiſſe videantur, vindicatam tamen Prudentii Sanctitatem, & quæ in ejus Ope-

tur & Acta Tullenſis Synodi, paulo poſt celebratæ, de qua dicendum inferius, in quibus pariter abſque aliquo interſtitio vel intercalatione mox poſt Leonem, ſubrogatus æque ponitur Benedictus, ut his non acquieſcere, omnino inſanire ſit. Præterea ſi ea fabula vera fuiſſet, ut Romæ hoc tempore ſederit femina, cui in in electione ipſe Nicolaus tunc Cardinalis ſuffragium oportuerit contuliſſe: qua fronte Photium redarguere potuiſſet (quod ſæpiſſime facit) eo nomine, quod cum eſſet laicus, ordinari ſe Epiſcopum paſſus eſſet, cum & Imperatorem ipſum pariter ea de cauſa acerrima reprehenſione perſtringat, quod id agere præſumpſiſſet? iſta quidem declamat quindecim epiſtolis Nicolaus, tamquam quindecim fortiſſimis invectivis.

LXX. Quis iſta conſiderans & manu tangens locum aliquem, vel per ſomnium fabulæ dabit? Clarum plane eſt, luceque multiplici diverſorum ſcriptorum perſpicue ſatis præſens ſæculum fulgens, ut non ſolum res maximi momenti non potuerint latuiſſe, ſed minimæ etiam perenni inveniantur memoria conſignatæ. Nam præter Græcos, atque Latinos hiſtoricos plurimæ Epiſtolæ Photii, Nicolai, & Joannnis octavi Romanorum Pont. Lupi, & Hincmari, & aliorum, necnon diverſorum Acta Conciliorum, tempora iſta reddunt revera luce meridiana ſplendentia: ut nihil ſit, quod res tanta potuerit aliqua caligine obſcuritatis obvolvi, ut quod in orbis theatro in ipſa Urbe fuerit, tamquam in ſcena ludicrum, repræſentatum facinus mirandum & inſuetum, non ab omnibus cognitum fuerit, & declamatum. Quæ autem occaſio interceſſiſſe potuerit, ut de Joanne octavo iſta ſcripta fuerint, & a nonnullis credita, ſuo loco ad finem ejus Pontificatus dicturi ſumus.

Hoc eodem anno moritur Aymo Epiſcopus Halberſtatenſis ſcientia clarus, cujus adhuc extant complura ſcriptorum monumenta ab aliis dinumerata.

An-

PAGIUS peribus ſplendeſcit charitas ac ſingularis moderatio, ipſum elucidandæ ac tuendæ veritatis animo ſcripſiſſe clamare, non vero æmulatione, aut ulla animi perturbatione. In quæſtione enim difficillima, & tunc temporis valde obſcura, anceps fuit ac dubius. Primo Cariſiacis Capitulis ſubſcripſit: deinde metuens, ne doctrinæ Sancti Auguſtini & diſcipulorum ejus, imo Catholici dogmatis ulnus aliquod Cariſiaca inferrent Capitula, trepidans, inquam, timore ubi non erat timor, Pariſienſium Epiſcopum ordinandum, ſubſcribere voluit aliis quatuor Capitulis, quæ Tractoriæ ſuæ inſeruit, præter Eccleſiæ morem. Hæc tamen Capitula Cariſiacis, verbis tenus repugnant, non ſenſu, uti oſtendit Natalis Alexander citatus de Eccleſiæ Lugdunenſis doctrina cum tribus Epiſtolis comparata, ac de eadem cum quatuor Capitulis Cariſiacis collata, quæ apud eum legenda; cum brevitas quam nobis in hoc Opere proponimus, non ſinat ut in iis ſimilibuſve immoremur.

XXIV. *Sarraceni Romanos vexant.* *Romani arctati Sarracenorum Maurorumque incurſionibus, ob ſui defenſionem omnino neglectam apud Imperatorem Lotharium conqueruntur*, inquit Annaliſta Bertinianus.

XXV. *Britanni a Rege Merciæ domiti.* *Anno Dominicæ Incarnationis*, inquit Aſſerus, *octingenteſimo quinquageſimo tertio, Aelfredi Regis undecimo* (legendum, quinto) *Burgred* (ſeu Burrhedus) *Merciorum Rex, per nuncios deprecatus eſt Ethelvvolfum Occidentalium Saxonum Regem, ut ei auxilium conferret, quo Mediterraneos Britones, qui inter Merciam & mare Occidentale habitant, dominio ſuo ſubdere potuiſſet, qui contra eum immodice reluctabantur. Nec ſegnius Aethelvvulfus Rex, Legatione ejus accepta, exercitum movens, Britanniam cum Burgredo Rege adiit, ſtatimque ut ingreditur, gentem illam devaſtans, dominio Burgredi ſubdit. Quo facto domum revertitur.* Porro hunc eſſe annum quintum Aelfredi ſeu Alfredi Regis, docet ipſemet Aſſerus, qui cum Alfredo familiariter vixit, quique annum nativitatis ejus libri ſui exordio notavit. Scribit enim eum anno DCCCXLIX. in lucem prodiiſſe. *Aethelvvolfus* pater ejus ante Alfredum tres alios filios genuerat, *Ethelbaldum* ſc. *Ethelbertum* atque *Ethelredum*, , omnes deinceps Occidentalium Saxonum Reges; ſed inter eos *Alfredus* magis enituit, utpote belli & pacis laude clariſſimus, quique non minus doctrinæ & literarum, quam Regni terminos dilatavit.

Alfredum *Aethelvvolfus* pater, qui eum cæteris omnibus plus diligebat, Romam miſit, ut moribus pariter & religione ibidem informaretur: *Eodem anno*, inquit Aſſerus, *Aethelvvolfus Rex præfatum Aelfredum, magno nobilium, & etiam ignobilium numero conſtipatum, honorifice Romam tranſmiſit. Quo tempore Dominus Leo Papa IV. Apoſtolicæ ſedi præerat.* Egreſſus ex Inſula Alfredus ad Morinos deſcendit; & ad Sancti Bertini Monaſterium divertens in Grimbaldi Monachi notiſſimi cognitionem venit, quem poſtea in Britanniam evocatum ſumme coluit, de quo infra ſermo erit. Subdit Aſſerus: *Leo IV. præfatum Aelfredum oppido ordinans, unxit in Regem, & in filium adoptionis ſibimet accipiens confirmavit.* XXVI. *Alfredus Romæ a Leone IV. Saxonum Occident. Rex ungitur.*



I. *Leo Pap. novam civitatem ædificat Centumcellenſem.* Annus Chriſti octingenteſimus quinquageſimus quartus Indict. ſecunda notatur, quo Leo Rom. Pont. anno ſui Pontificatus octavo, Centumcellenſem, civitatem diu ante a Sarracenis captam & ſolo æquatam reſtituendam curavit, alio tamen loco munitiori divinitus ei per viſum oſtenſo. Quomodo autem iſta ſe habuerint, Anaſtaſius Bibliothecarius in Leone ita ſcribit: *Poſt pulchra ac laudabilia diverſarum Eccleſiarum opuſcula, quæ Præſul munificus tota animi devotione peregit: ne Chriſtianus populus Centumcellenſis Caſtri amplius ab invadentibus hoſtibus Sarracenis deperiret, ſicut fieri ſolebat, effecit. Nam per annos quadraginta ipſa civitas muris diruta, & habitatore proprio deſtituta manebat, moreque beſtiarum, relictis ſedibus propriis ob timorem Sarracenorum, uſque jam factum fuerat, ut per opaca ſilvarum, monteſque incognitos ſua domicilia populus, qui ab eis relictus fuerat, aberraret: in quibus etiam præ timore inimicorum diebus ac noctibus, nec ſoporem oculis, nec ullam juxta humanam, conſuetudinem quietem vel modicam habens manebat.*

II. *Cumque tam pius ac laudabilis Præſul de illorum gravamine, & intolerabili nimis anguſtia, ultra modum, & pluſquam credi poteſt, quotidie condoleret multis cum lacrymis infinitiſque orationibus Dominum rerum omnium conditorem deprecabatur aſſidue, ut ei dono gratiæ ſuæ dignaretur oſtendere, quo in loco pro ſalute, & libertate omnis crebro dicti Chriſtiani populi Centumcellenſis civitas mutari potuiſſet. Ad quæ ipſe profectus loca, quæ ei affinitate erant conjuncta, diligenti cura & ſtudio pervidit atque, conſpexit. Sed ubi locus videbatur idoneus ad urbem ædificandam, aquæ egeſtate & penuria laborabat, quæ hominibus ſemper ſatis eſt neceſſaria. Peragratis igitur omnibus ut prædiximus, locis; pervenit tamdem divina favente clementia, ad locum optimum, valdeque munitum, ſuper quo ſuus maxime eſt animus dilatatus, quia & aquarum copiam ad populum confortandum, & cæteras utilitates humanas, aquimolaſque molendas, pleniter ſubminiſtrabat.*

III. *Tamen quo modo, vel ordine hoc ei divina oſtendit clementia, dignum eſt ad memoriam revocare, ad laudem venerandi Pontificis, ut omnis populus credat veraciter, & cognoſcat, quod divino conſilio, & conſultu opus diu exquiſitum perfectum eſt. Nocte denique quadam, dum in lectulo proprio juxta morem præclarus jaceret Antiſtes, & de divinis ex ſolito operibus cogitaret, ad præviſum, & ordinatum jam locum, qui duodecimo a Centumcellenſi urbe milliario diſtat in ſomnis perductus eſt, & loca ſingula cuidam Petro Magiſtro militum, quaſi per corporalem præſentiam in ipſa revelatione per ordinem demonſtravit, ubi Eccleſias, & ubi portas ex Pontificali adiutorio fundare, & conſtruere debuiſſet.* Per viſum admonetur de loco civitatis Leo Papa. *Et quia præ loci anguſtia non ibidem, niſi duæ portæ inſtruendæ erant: in ipſa arcana revelatione digitis propriis annotavit. Mane autem facto pro ſomnio, quod viderat, magna cœpit habere certamina. Et prænominatum Petrum ad ſuam illico fecit venire præſentiam. Cui quidquid in ſomnis viderat, retulit. Multoſque in argento manucuſos præbuit, ut conducto populo, cum eo ad vicem Centumcellenſis urbis, civitatem perficere debuiſſet, Deo quidem auſpice, ita nunc omnia ædificata niteſcunt, ſicut in ſomnio Papa laudabilis manu propria deſignavit, cui ex nomine proprio, Leopolim, nomen impoſuit.* Leopolis civitas nominata.

IV. *Leopolis dedicatio.* *Ad quam, poſtquam ædificare cœperant, videndam, & conſiderandam fabricam cum fidelium ſuorum multitudine ovanter acceſſit: viſis denique portis, & Eccleſiis, in ipſis ſpecialiter locis, ſicut monſtraverat: ut ſuum, Chriſto protegente, deſiderium impletum vidit, omnipotenti Deo gratias retulit infinitas, qui ei talem oſtendere locum dignatus eſt, in quo & populus ſalvus exiſteret, & aquæ abundantiam miniſtraret, & etiam lapides, & arenam ibi tribueret, qualiter ſine labore operariorum, noviter extructa fabrica augmentum percipere potuiſſet. Gaviſis ex iis omnibus, urbem Leopolim ſæpedictus Pontifex, litaniis & orationibus, pedibus propriis circuivit, & tribus orationibus in nomine, Trinitatis perpetualiter conſecravit, ac Miſſarum, ut ſolitus erat, officium rite perſolvens, aquam benedictam per muros jactari præcepit, & non modicam, propriis manibus iecit. Præ amoris vero magnitudine, univerſo populo rogam diſtribuit; commendans omnipotenti Do-*



PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ DCCCXCII.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6347.

☉ 23. G. ☽ 19. P. 22. April. Indict. 2.

Jesu Christi 854.

Leonis IV. Papæ 8.

Lotharii Imp. 35. & 15.

Michaelis Imp. 13.

Anno Hegiræ CCXL. inchoato die 1. Junii fer. 6. A. C. 854.

*mino populum, & civitatem divinitus demonſtratam, ne umquam ab hoſtibus capiatur, aut invadatur. His omnibus perpetratis, ad Sedem ſuam cum ingenti lætitia & alacritate reverſus eſt, octavo ſcilicet menſe, Chriſto auxiliante, dieque ſupradicti menſis decimoquinto, omnis murorum ambitus completus atque perfectus eſt, anno Præſulatus ejus octavo, indictione ſecunda.*

V. Dona collata in Eccleſias novæ civitatis.

*Nam & in Eccleſiis, quas ibidem fecit, multa dona obtulit: in Eccleſia videlicet ſancti Petri gabathas ex argento fuſiles maiores, minoreſque ſeptem, penſantes ſimul libras ſexdecim, & unciam unam; cantharum exauratum unum; baucas exauratas tres; fibulatoria maiora & minora quinque; crucem ex argento deauratam unam cum gemma una, item aliam crucem de auro, habentem in medio monocaſſim, & aliam crucem ex argento, habentem gemmas quadraginta, thuribulum argenteum exauratum, dextram ſaxiſam unam, coronas aureas duodecim, & ..... camelorum ova duo, atque fecit in eadem Eccleſia jam dictæ civitatis veſtes ſericas duas, ex quibus una habet in medio tabulam de chryſoclavo, habentem in medio crucem & orbicula quatuor cum gammadiis, & vela de fundato decem & octo, crucifixum ex argento puriſſimo, penſantem libras ſeptem.*

*Nec non in Eccleſia ſancti Leonis ubi ſupra, obtulit patenam exauratam unam, calicem de argento unum, veſtes duas, unam quidem de fundato ornatam in circuitu de ſpanocliſto, habentem in medio rotam de chryſoclavo, & gammadias, & aliam de ſpanocliſto. Similiter & codices canonicorum librorum ſeptem, hiſtoriarum, Salomonis, Antiphonarium, Pſalterium, Sacramentarium, geſtorum etiam ſermonem, ſed & Evangeliorum cum tabulis argenteis.* Hucuſque de Donis, in Eccleſias Leopolitanæ civitatis collatis, Anaſtaſius.

Eodem anno Cordubæ in Hiſpania, perſeverante perſecutione Sarracenorum, Abundius presbyter martyrium conſummavit quinto Idus Julii, quo in ſacras tabulas relatus eſt. Meminit ipſius ſanctus (a) Eulogius in Memoriali Sanctorum. VI.

(a) Eulog. Mem. ſanct. l. 3. c. 12.

Quod ad res Danorum pertinet, habet hæc vetus Chronicon a Pithœo editum: *Civile bellum exortum inter Horic Da-*

PAGIUS

I. *Horicus Danorum Rex inteſtino prælio occiſus.*

Ad num. VI. *Dani inteſtino inter ſe prælio dimicantes, adeo tridui concertatione obſtinatiſſima bacchati ſunt, ut Horico Rege & cæteris cum eo interfectis Regibus, pene omnis nobilitas interierit*, inquit hoc anno Annaliſta Bertinianus; Horicus Danorum Rex ſanctum Anſcharium Hammaburgenſem Epiſcopum Evangelium in ſuo Regno prædicantem multo affectu veneratus fuerat; *ita ut & inter ſecreta ſua, dum de negotiis regni cum Conſiliariis tractaret, ipſi liceret intereſſe ..... cui poſt alia vota Pater ſanctiſſimus patienter ſuggerere cœpit, ut Chriſto Domino concederet hanc benevolentiam, ut in regno ſuo Eccleſiam fieri permitteret, ubi Sacerdos omni tempore præſens adeſſet, ut verbi divini ſemina, ac baptiſmi gratiam quibuſcumque ſuſcipere volentibus traderet. Quod ille benigniſſimo conceſſit affectu, & in portu regni ſui ad hoc aptiſſimo, & huic regioni proximo Sleasvvich* (ideſt Eslesſuvicum olim Anglorum Sedes, nunc Ducatus Sleſuvici titulus) *vocato, ubi ex omni parte conventus fiebat negotiatorum, Eccleſiam illic fabricare permiſit, tribuens locum, in quo Presbyter maneret: data pariter licentia, ut quicumque vellet in regno ſuo, fieret Chriſtianus*, inquit Sanctus Rembertus in Vita Sancti Anſcharii Septemtrionalium regionum Apoſtoli cap. 41.

II. *Horicus Junior Rex S. Anſchario favet.*

Rembertus poſtea cap. 54. de morte Horici Regis in Annalibus Fuldenſibus, Bertinianis, Metenſibus, & in Libro de Geſtis Normannorum memorata, his verbis mentionem facit: *Inter hæc divino contigit judicio, ut Pyratarum infeſtatione memoratus Aricus Rex, quibuſdam propinquis huius regnum ipſius invadere conantibus, bello interemptus ſit: cum quo pariter omnes Primores terræ illius, qui olim domno Epiſcopo familiares & amici habebantur, gladio interierunt. Deinde poſt hæc conſtituto in regno ipſius Horico juniore, quidam illorum, quos ille tunc habebat Principes, & minus antea domno cogniti fuerant Epiſcopo, perſuaderi ei cœperunt, ut Eccleſia apud eos facta deſtrueretur, & religio chriſtianitatis ibi cœpta annihilaretur, dicentes Deos ſuos ſibi iratos eſſe, & quod ideo eos tanta mala invenerint, quia alterius & incogniti Dei culturam apud ſe receperint. Quæ de re Comes præfati vici, Sleasvvich videlicet, nomine Hovi, qui huic religioni præcipue reſiſtebat, & ad deſtruendam Chriſtianitatis fidem Regem provocabat, Eccleſiam ibi factam juſſit claudi, religionemque Chriſtianitatis ibidem prohibuit obſervari: unde & Presbyter, qui ibi aderat, perſecutionis acerbitate compulſus, inde receſſit.* Subiungit Rembertus, Anſcharium in magnam triſtitiam incidiſſe, quod nullum haberet amicum, qui ſua conſilia apud Horicum Juniorem promoveret, ideoque humano deſtitutum auxilio ad divinum confugiſſe, factumque eſſe certiorem, quod Religio ibi cœpta non deperiret, indeque Regem præfatum Comitem de illo vico expuliſſe, & Legatum ad Epiſcopum direxiſſe, eique mandaſſe, ut *Sacerdotem ſuum ad propriam remitteret Eccleſiam: non ſe minus quam ſeniorem Horicum Chriſti velle gratiam promereri, Domnique Epiſcopi amicitiam obtinere.* Anſcharius ad præſentiam Regis venit, & *tanta gratia a juniore ſuſceptus eſt Horico, ut ſtatim ei omnia, quæ anteceſſor ſuus cauſa Chriſtianitatis in regno ſuo fieri permiſerat, ipſe quoque concederet. Inſuper etiam, quod antea nefandum Paganis videbatur, ut clocca* (id eſt campana, ut videre eſt in Gloſſario mediæ & infimæ Latinit.) *haberetur in Eccleſia conſenſit.*

III. *Variæ Urbes Galliæ a Normannis afflictæ.*

Annaliſta Bertinianus hoc anno etiam ſcribit: *Dani in Ligere conſiſtentes uſque ad Bliſium* (aliis Bleſum, quod nunc Oppidum celebre eſt in Carnutibus, vulgo *Blois*) *caſtrum veniunt, ipſumque incendunt: volentes inde Aurelianis pervenire, eadem patraturi. Præparantibus vero adverſus eos navigia & bellatores, Epiſcopo Aurelianenſium Agio, & Carnutum Burdiardo* (legendum, Burchardo, cujus mentio eſt Canone III. Concilii Sueſſionenſis II. anno ſuperiori



Bello civili Dani conſumuntur.

*Danorum Regem, & filium fratris Gudurm, qui regno pulſus, piraticam exercebat, univerſoque populo factione diviſo, parte altera Regi, altera nepoti ſtudente, miſerabili modo conciderunt, de regia ſtirpe non niſi puerulo remanente. Ita Domino ſanctorum virorum ſuorum iniurias ulciſcente, & adverſariis digna factis retribuente.*

VII. Concilium Conſtant. in quo damnatus Greg. epiſc. Syracuſanus.

Quod ad res pertinet Orientis, eodem anno octingenteſimo quinquageſimoquarto, ſecunda Indictione, ab Ignatio Patriarcha celebratum eſt Concilium Conſtantinopolitanum, in quo depoſitus eſt Gregorius Epiſcopus Syracuſanus, ita tamen, ut aſſenſus Leonis Romani Pontificis requireretur. Celebrata enim Synodo, & lata in eum ſententia, Legati miſſi ſunt ad Leonem Papam, ut ejus aſſenſu, facta depoſitio rata haberetur. Leo autem confirmare diſtulit, donec pars altera audiretur. Interea vero Leo obiit, & ad ſucceſſorem (quod contigit anno ſequenti) eadem cauſa delata eſt. Habet iſta Nicolaus Papa in epiſtola (a) ad Michaelem Imperatorem, in qua hæc breviter: *Judicate ergo, manſuetiſſime Imperator, cui potius obediendum eſt, Deo, an hominibus. Judicate, cui potius reſiſtendum ſit, poteſtati, quam in Petro Omnipotens ordinavit, an ordinationi Gregorii Syracuſani. Cui dicendum, Væ homini illi, per quem in Eccleſiam Chriſti tot ſcandala venerunt, quique olim (ſicuti ipſi ſcitis) a fratre & comminiſtro noſtro Ignatio, & a Synodo, quæ ſub eo erat, depoſitus eſt. Et ut Apoſtolica Sedes in eius damnatione conſentiret, ab ipſo conſacerdote noſtro poſtulata eſt, ſed deceſſores mei beatæ memoriæ Leo, ac Benedictus Sedis Apoſtolicæ moderamina ſervantes, noluerunt ſic unam partem audire, ut aliæ parti nihil penitus reſervarent: unius quippe mediator non eſt. Quamobrem interim depoſitio ipſius a Sede Apoſtolica non ſuſcepta, remanſit infirma. Cumque idem Gregorius per Legatum ſuæ partis, Zachariam nomine, Sedem agnoviſſet Apoſtolicam in ſua depoſitione nullatenus conſenſiſſe, non gratias egit, nec a cœptis in jam dictum fratrem noſtrum Ignatium ſævientibus contumeliis conquievit, ſed benignitate Dei, & patientia Sedis Apoſtolicæ, in ſuperbiam abutens, in ipſum videlicet Ignatium Patriarcham ſuum rediviva jacula impietatis irreverenter exacuit, &c.*

(a) Nicol. ep. 9.

VIII. Origo novi ſchiſmatis Græcorum.

Magnæ tragœdiæ hic initium. Ex hac enim damnatione Gregorii Syracuſani dirum conflatum eſt ſchiſma. Ipſe ſiquidem (ut ſuo loco fuſius dicturi ſumus) arrepta occaſione ſe in Ignatium Patriarcham ulciſcendi, malis artibus operatus eſt, ut ille e Sede Conſtantinopolitana deponeretur, atque in locum ejus, Photius Eunuchus ex laico intruderetur, cuius rei cauſa innumera ſubſequuta ſunt mala. Quod autem ad præſentes anni hujus res geſtas pertinet, audiſti ſynodalia Acta, ſententias Patriarcharum, judicia Epiſcopalia indiguiſſe confirmatione primæ Sedis Pontificis. Quod autem Sicilia inſula ſub juribus adhuc eſſet Orientis Imperatoris, quamvis occupata eſſet a Sarracenis, primas cauſas vendicaverat ſibi Conſtantinopolitanus Epiſcopus; ita tamen, ut ſua Acta confirmatione indigere Apoſtolicæ Sedis non ignoraret. Quid autem egerit ſucceſſor Leonis Benedictus Papa, cum ad eum, defuncto Leo-



PAGIUS

ri celebrati) *ab intentione deſiſtunt, & inferiora Ligeris repetunt. Alii quoque pyratæ Danorum Freſiam Saxoniæ adiacentem populantur.* Paulo poſt: *Pyratæ Nortmannorum Ligere inſiſtentes, denuo civitatem Andegavorum incendio concremant.* Porro Burchardum indignum Epiſcopatu fuiſſe, aſſerit Audradus Modicus in libro Revelationum anno ſuperiori ſcripto, ubi ait, eum *menſe quarto anni Induciarum noni* (menſe ſcilicet Junio, qui a Martio quartus eſt, quove anno præcedenti in curſu erat annus IX. Induciarum) ordinatum eſſe Epiſcopum: *cujus ordinationem aperte ira Dei mox ſecuta eſt*, &c. *Idcirco & omnis pax rupta eſt, & omne malum iterum ceu reviviſcens ſuper omnes Eccleſias velut intolerabilis mali procella, ſuperabundavit.* Addit Audradus ſe audiviſſe Deum Patrem Filio dicentem, homines auxiſſe ſibi opera nequitiæ, & abſque ulla pœnitentia in eis perdurare: *cumque in hoc crebro ab illis diſpectus afficerer tædio* (inquit Pater Æternus) *evaginavi gladium meum ut interficerem eos, & quantæ infelicitatis eſſent, ac quanta apud me deiectionis, oſtendens, diem ſanctiſſimum & celeberrimum Paſcha ritu Pagano in medio eorum apud urbem Pariſiacam maculari permiſi: ut vel ſic experirentur mortem ſibi inſtare vicinius, qui paſcha ſacrum in celeberrimis ſuorum locorum Baſilicis digni celebrare minime viderentur.* Ubi ſermo eſt de invaſione Urbis Pariſienſis anno DCCCXLV. in Vigilia Paſchatis, a Normannis factæ.

IV. *Origo Schiſmatis Græcorum.*

Ad num. VII. & ſeq. *Gregorii* cognomento *Asbeſtæ*, Epiſcopi Syracuſani in Sicilia, depoſitio ab Epiſcopatu, Schiſmatis Græcorum origo fuit. Sanctus Ignatius Patriarcha Conſtantinop. celebrata Conſtantinopoli Synodo ſententiam in eum tulit, Legatique ad Leonem IV. Papam miſſi, ut Gregorii depoſitionem ratam haberet; ſed quia altera pars audienda erat, Leo IV. interim obiit, & *Benedictus* III. ejus Succeſſor *Ignatii* ſententiam confirmavit. Qualis Vir fuerit Gregorius iſte, docet nos Nicetas in Vita Sancti Ignatii, ubi ait: *Hunc Ignatius cum eſſet Patriarcha conſecrandus, ne initiationi ſuæ intereſſet, admonuit, donec per otium cauſa ipſius diligenter cognoſceretur.* Paulo poſt: *Simul ac eius rei nuncium accepit, non ſe Philoſophum oſtendit, & infamiam ſuam prudenter dedecuſque contexit, ſed cæcos de Ignatii conſecratione acceptos abiecit, & impudentiſſimo ore innocentem coram univerſa Eccleſia fœdiſſime convitiatus, Lupum pro Paſtore ſubſtitui furioſe clamitavit*, &c. *undecim igitur ipſis annis Ignatius a re-*

Leone, cauſa delata eſt, ſuo loco dicturi ſumus.

IX. Quod autem ad ipſum Michaelem Imperatorem pertinet, hoc ipſum plane tempus, quo poſtquam exceſſit ex ephebis, quos tutores habuit faſtidiens, & matrem Imperii curatricem, adverſatricem vero ſuis depravatis moribus averſatus liberas habenas Imperii cupiens, moderari, Theoctiſtum, & Manuelem tutores amovit, illo opera Bardæ avunculi occiſo, iſto poſtea morbo e vita ſublato; ſequenti vero anno matrem detruſit in monaſterium, ut ſuo loco dicturi ſumus. Erant infeliciſſimo juveni ad omne malum illectores, & aſſentatores ſceleſtiſſimus pædagogus, & Barda frater Theodoræ Auguſtæ, Imperii cupidiſſimus. Duobus iſtis tamquam omnium ſcelerum biga vectus Imperator, redditus eſt temporibus iſtis novus Nero, illo non inferior aurigandi arte, nec libidine impar, ſed prodigalitate perſimilis, atque ſævitia proximus. Fuſius de his omnibus agit Curopalates, ex quo iſta dumtaxat, quæ ſacra attingunt, hic reddamus: ait poſt alia probroſi hominis enarrata facinora: (a) *Hæc igitur* (inquit) *omnia homini odium conciliabant, omniumque in ipſum iram merito concitabant; quod peſſimum eſt, Cinædorum ipſum comitantium ſocietas, & ad omne turpe facinus paratorum. Quos ille in honore habens & colens, divinis vero illudens, & inſultans, ſacras veſtes auro contextas induit & chlamydes, turpiterque & impure cogebat res divinas peragere, caſtiſſimaque myſteria, iſtorum principem, Gryllum nomine, Patriarcham vocans, & reliquos undecim Metropolitas; ſe quoque unum e ſacerdotibus fieri voluit, qui Præſul Coloniæ appellabatur. Cumque oporteret eos canere, myſteriaque perficere, cithara cantiunculas abſolvebant, nunc ſenſim quodammodo & levi voce reſonantes, nunc incitata & clara, perinde atque in ſacris cerimoniis ſacerdotes ſacrorum hymnorum voces edere conſueverunt, habebantque vaſa inaurata, & pretioſis lapidibus ornata, quæ aceto & ſinapi implentes, iis, qui ſumerent, porrigebant, ad hunc modum ſacroſancta & impolluta myſteria irridentes.*

Michaelis mores corruptiſſimi.

(a) Joan. Curop. in Mich.

De Grillo Cinædo in Patriarcham.

X. *Accidit olim, ut improbus ille cœtus, cinædorum ſcilicet, quo repræſentabatur Patriarcha cum Epiſcopis, in via occurreret beato Ignatio Patriarchæ cum ſacro Clero, & ſupplicationibus procedenti. Quo Gryllus conſpecto, turpiter ſimul & impudenter nihil cedens, remiſſa teſtudine, cum ſuis ſodalibus vehementioribus plauſibus uſus, ſanctos illos maledictis & turpibus probris laceſſebat. Iſte impudentiſſimus Imperator matrem quoque ſuam Theodoram, in palatio adhuc degentem, accerſivit, ut a Patriarcha (nam iſtum eſſe beatum Ignatium finxerat) benedictionem acciperet. Ut igitur honeſtiſſima mulier ſumma religione exiit, ſeque in terram proſtravit, benedictionem petens, nihil omnino ſuſpicata; quippe cum interim Gryllus os occultaret: ſurgens ille oppedit, crepitum ſcilicet ventris emittit, verbaque proprio ore digna protulit. Ipſa vero graviter, & iniquo animo factum illud ferens execrationibus filium inſectabatur, ipſumque propediem divina providentia deſtitutum iri, quaſi Propheta, vaticinata eſt.* Hæc de Imperatoris turpitudine, atque religionis contemptu. Quomodo autem Theodoram Auguſtam matrem ipſum redarguentem Imperio exuit, dicemus anno ſequenti.

Theodora Auguſta deluſa a filio.

Se-

PAGIUS *a recepta primum Sede Conſtantinopolitana, omni ratione conatus, omnique verborum humanitate & liberalitate adhibita, nunquam tamen potuit Asbeſta improbitatem extinguere,* &c. *præſertim vero Photio Photianiſque gratiſſimus honoratiſſimuſque, magnus quidam homo Dei credebatur.* Infra videbimus, Gregorium malis artibus effeciſſe, ut Ignatius e Sede Conſtantinop. deponeretur, & in ejus locum Photius intruderetur. Porro Epiſcopos Siciliæ Patriarchæ Conſtantinop. a tempore Leonis Iſauri ſubjectos fuiſſe ſupra oſtendimus.

V. Ad num. IX. & ſeq. *Imperator Michael, annos pueritiæ egreſſus, & jam adoleſcens, iniquo animo ferebat regni adminiſtrationem eſſe penes alios, ſimulque ab avunculo Barda* (fratre ſcilicet Theodoræ Aug. Imperii Adminiſtratricis) *uno e ſuis tutoribus ad Principatus, ſuo arbitratu, gerendi cupiditatem incitabatur,* inquit Zonaras in Michaele Theophili & Theodoræ filio, qui, uti diximus, anno DCCCXXXVIII. in lucem prodierat, quique hoc tempore annum ætatis XVII. attigerat. *Bardas* Regni cupiditate flagrabat, ideoque *Theoctiſtum* ex Imperatoris tutoribus unum occidendum curavit, & Imperator omnibus vitiis deditus ejus conſiliis regebatur, ut fuſe narrant Continuatores Theophanis, qui ejus tamen exemplo res ſingulas ſuis annis non affixere. *Theoctiſti* cædem anno DCCCLVI. patratam eſſe, ex iis, quæ anno ſequenti dicemus, apparebit.

*Imperium Orientis peſſime adminiſtratum.*



I. SEquitur Chriſti Redemptoris annus octingenteſimus quinquageſimus quintus, Indictione tertia conſignatus, cujus exordio, nempe ſexto Idus Januarii celebratur in Gallia Synodus Valentina, (a) ut ejus declarat præfatio his verbis: *Regnante Domino noſtro JESU Chriſto, anno octingenteſimo quinquageſimoquinto, glorioſiſſimo Lothario Imperatore decimoquinto, Indictione tertia, menſis Januarii, ſexto filii ejuſdem, apud Valentinam urbem, &c.* Cui interfuerunt trium Metropolitanarum ſedium Epiſcopi, Lugdunenſis, Viennenſis, & Arelatenſis, omnes numero quatuordecim. Metropolitanarum ſedium Epiſcopi hi fuerunt, Rhemigius Lugudunenſis, Egilmarus Viennenſis, Rothlandus Arelatenſis, collaborante cum eis Obbone Epiſcopo Gratianopolitano. Sed error in titulo, dum ſub Benedicto Papa ſucceſſore Leonis collocatur: nam etſi hoc anno moritur Leo, & ſuccedit Benedictus, tamen ſub Leone celebratum oportuit, qui menſe Julii ex hac vita migravit. Occaſio autem hujus congregandi Epiſcoporum conventus, præcipua illa fuit, quod Scoti quidam vagi homines, quorum princeps Gotheſcalcus de prædeſtinatione & præſcientia Dei, de gratia & libero arbitrio pravas opiniones in vulgus ſpargere laborabant, ex quibus Catholica doctrina corrumperetur. His occurrentes Epiſcopi, in novitatem ultores exurgentes, nihil præterea in Eccleſiam inducendum cenſuerunt, quam quod ſanctiſſimi Patres Doctores Eccleſiæ fideles omni ſinceritate docuiſſent in Africa olim in Concilio Carthaginenſi, in Galliis in Concilio Arauſicano. Quibus eſſet in his omnibus inhærendum, nempe bonos non niſi per gratiam Dei ſalvari, malos per ſuam damnari iniquitatem. Nec ipſos malos (ut dicebant ipſi) ideo perire, quia boni eſſe non potuerunt, ſed quia eſſe noluerunt. Gotheſchalcum enim illum, de quo ſuperius dictum eſt in ſecundo Concilio Moguntino ſub Rabano, fuiſſe horum errorum auctorem, & magiſtrum diſcipulorum, ſatis ſuperius ſuo loco demonſtratum eſt. Porro quod ad hanc Synodum ſpectat, Hincmarus in epiſtola ad Carolum Calvum adverſus errores Gotheſcalci ejus meminit, cujus nomine ſe accepiſſe teſtatur capitula quædam, ut quid de his ſentiret, ipſe ſecundum Eccleſiam Catholicam, reſponderet, quod & fecit, damnans ſcripto libro ejuſdem hæretici de prædeſtinatione renovatos errores. Poſthæc autem in eadem Synodo ad corrigenda mala, quæ per laicos Eccleſiis inferrentur, converſi ſunt Patres, ac inprimis, ne qui nominarentur a Regibus Epiſcopi, ita indiſcuſſi reciperentur, ſed de doctrina atque moribus diligentiſſimum haberetur examen. Vetuerunt inſuper, ne utraque pars litigantium jurare ſimul compelleretur, cum eſſet neceſſe alteram periurare. Sed & qui creverat gravi animarum damno in populo Francorum abuſus, ut cauſæ ſæpius duello dirimerentur, ne inolitum ſcelus ulterius patraretur, canonica cenſura, dignaque cohibuere ſeveritate, hæc ſtatuentes:

Synodus Valentina in Gallia.

(a) Extat tom. 3. Conc. edit. Ven.

Scotorum errores confutati.

II. *Statuimus juxta antiquum Eccleſiaſticæ obſervationis morem, ut quicumque tam iniqua, & Chriſtianæ paci inimica pugna alterum occiderit, ſeu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida nequiſſimus, & latro cruentus ab Eccleſia & omnium Fidelium cœtu ſeparatus, ad agendam pœnitentiam modis omnibus compellatur. Ille vero, qui occiſus fuerit, tamquam ſui homicida, & propriæ mortis ſpontaneus appetitor a Dominicæ oblationis commemoratione alienus, nec cadaver ejus juxta ſanctorum Canonum decretum, cum Pſalmis, vel orationibus ad ſepulturam de-*

Duellum exercentes qua pœna digni habiti.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCXCIII. Anno Hegiræ CCXLI. inchoato die 22. Maii fer. 4. A. C. 855.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6348.

☉ 24. F. ☽ 1. P 7. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 855.

BENEDICTI III. PAPÆ 1.

LUDOVICI IMP. 8. 7. 6. & 1.

MICHAELIS IMP. 14.

I. AD num. I. & ſeq. In Præfatione Concilii Valentini dicitur: *Regnante domino noſtro J. C. anno DCCCLV. ab Incarnatione ejus, indictione III. menſe Januario, VI. Idus ejuſdem menſis, apud urbem Valentinam,* &c. ideoque Concilium Valentinum recte a Baronio hoc anno collocatum. Additur in Præfatione illud convocatum fuiſſe juſſu *Lotharii*, & eidem adfuiſſe Epiſcopos XIV. Lugdunenſis, Viennenſis, & Arelatenſis Diœceſeon. Quare Epiſcopi illi in Regni parte erant, quæ *Lothario* parebat. Varii in hoc Concilio Canones conditi, quorum aliqui diſciplinam ſpectant, & ſex priores Quæſtiones, quas *Gotheſcalcus* & *Joannes Scotus* ſeu Joannes Erigena Eccleſiæ intulerant, de quibus in Synodo Cariſiaca ante biennium habita, actum fuerat, ac de quibus ſcripſerat Eccleſia Lugdunenſis. Sex iſtos ita explicat Natalis Alexander Sæc. IX. & X. Part. II. in Diſſert. V. §. XI. Canon primus Novitates vocum omni ſtudio vitandas præſcribit, & *Joannem Scotum* petit, qui & ſenſus & verba ipſa Sacrarum Literarum invertere non erubuit, & religionis myſteria ſophiſtico explicare quadruvio, maxime

*Concilium Valentinum.*

*deducatur. Supra quibus duobus titulis propter funeſta & horrida animarum, vel etiam corporum exitia, Chriſtianiſſimi Imper. pietas ſacerdotali omnium noſtrorum ſupplicatione imploranda eſt, ut tantum malum a populo Fidelium ſuis publicis ſanctionibus amoveat, &c.* Hæc prima die; ſequenti alia ſtatuere, ad curam Epiſcoporum ſpectantia, quæ tu conſulas; ex quibus præſentia deplores tempora, cum Eccleſiæ Principum nimia licentia graviſſime affliƈtantur, & per ejus magiſtratus gravia pati compelluntur. Canones omnes numerantur vigintitres, ab iiſdem conſtituti.

III. Eodem anno, menſe Februario, Ticini (a) Concilium celebratur ab Epiſcopis Ciſalpinis, Ludovici Imp. monitu, ut ejuſdem Imperatoris ſanctionis exordio his verbis declaratur: *In nomine Dei omnipotentis, anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quinquageſimoquinto, Indictione tertia* (*ita jure reſtituitur corruptus textus, pro decimatertia*) *menſe Februario, die menſis ejuſdem quarto.*

(a) *Extat tom. 3. Conc. edit. Ven.*

Concilium Ticinenſe.

*Cum dominus magnificentiſſimus Ludovicus Auguſtus apud Ticinenſem civitatem in Auguſtali aula reſideret, tractaturus de ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ, & pace divina diſpoſitione commiſſi ſibi Imperii, ac generali totius populi ſalute, præſentibus optimatibus ſuis, dixit: Crebro veſtram fidelitatem retro actis temporibus commonuimus, ut ſecundum normam Chriſtianæ religionis vivere unuſquiſque noſtrum fidelium ſatageret, & ſuos a rapina compeſceret. Attamen quia hactenus indiligenter actum eſt, amodo omni conamine omnes ſtudere volumus, quo penitus a noſtro Regno rapina eliminetur, & pauperum voces uſque nunc Domini Sabaoth aures pulſantes querimoniis, incipiant ſuo Creatori laudes rependere pro ubique pace & quiete conceſſa nobis a gentibus.*

IV. *Statuimus autem, ut Eccleſiæ Dei per totius Regni noſtri fundatæ terminos ſub noſtræ immunitatis tuitione, ſecure cum rebus & familiis permaneant, ceu prædeceſſorum noſtrorum piiſſimorum Auguſtorum temporibus fuiſſe probantur, earumque Rectores propriis utantur privilegiis, & monachi per ſua cœnobia regularem teneant ordinem; ſimiliter & Clerus omnis proprio fungatur miniſterio, nemine moleſtante noſtri terroris formidine, &c.* Probe quidem iſta, ſed an ipſe iſta præſtiterit erga præcipuam omnium Romanam Eccleſiam, qui ſuis privilegiis gaudere ſe velle oſtendit parœcias omnes, quæ dicturi ſumus inferius in electione Benedicti Pontificis, ſignificabunt.

Porro iſta omnia rogatione Epiſcoporum, qui Concilio Ticinenſi interfuerunt, Ludovicus reſcripſit. Cum Epiſcopi quæ vellent in Eccleſia ordinari atque diſponi, non ut olim conſuevere majores, ipſi ſacerdotali auctoritate per Canones conſtituerent, ſed ea per capita digeſta mitterent in palatium probanda ab Imperatore, quod & factum videmus in nuper nominato Concilio Valentino. Iſta, temporum calamitate ferente, prodiere, ut Principes prædatorie, ut

PAGIUS me circa difficillimas de prædeſtinatione & gratia divina quæſtiones. Secundus Canon docet, Deum ab æterno præſciſſe *Bonos omnino per gratiam ſuam bonos futuros, & per eamdem gratiam æterna præmia accepturos: malos præſciſſe per propriam malitiam malos futuros, & per ſuam juſtitiam æterna ultione damnandos*, &c. Hoc Canone Gotheſcalci error in Synodis Moguntina & Cariſiaca damnatus configitur, licet Gotheſcalco Patres, qui Valentinæ adfuere, patrocinati fuerint. [1]

II. Tertius Canon aſſerit, *prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem: In electione tamen ſalvandorum, miſericordiam Dei præcedere meritum bonum: in damnatione autem periturorum, meritum malum præcedere juſtum Dei judicium*, &c. qui Canon nec Gotheſcalco favet, nec Capitulis Cariſiacis adverſatur, quorum primum ita conceptum eſt: *Unam prædeſtinationem dicimus, quæ aut ad donum pertinet gratiæ, aut ad retributionem juſtitiæ.* Errorem Gotheſcalci damnat, ejuſque aſſertores, ſi qui ſint, anathemate configit: quamvis errore facti cenſerent Valentinæ Synodi Patres, eum eſſe ab eo errore immunem.

*Canon tertius.*

III. Quartus Canon de Redemptione Sanguinis Chriſti his verbis conceptus eſt: *Idem de Redemptione Sanguinis Chriſti, propter nimium errorem, qui de hac cauſa exortus eſt, ita ut quidam, ſicut eorum ſcripta indicant, etiam pro illis impiis, qui a mundi exordio uſque ad Paſſionem Domini in ſua impietate mortui, æternæ damnatione puniti ſunt, effuſum eum definiant, contra illud Propheticum;* Ero mors tua, o mors! Ero morſus tuus inferne? *Illud nobis ſimpliciter & fideliter tenendum ac docendum placet, juxta Evangelicam & Apoſtolicam veritatem, quod pro illis hoc datum pretium teneamus, de quibus ipſe dominus noſter dicit:* Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari

*Canon quartus.*

NOTÆ [1] MEmoratur hoc anno Concilium quoddam apud Bonilum Villam a pluribus Galliarum Epiſcopis celebratum die 8. Kalendas Septembris pro aſſerendis privilegiis Monaſterii Aniſolenſis, quæ Cenomannenſes Archiepiſcopi ſubvertere nitebantur. Præfuit illi Amarricus Turonenſis, cujus ſubſcriptio cæteras 27. Epiſcoporum præcedit. Celebratum autem ſcribitur, *anno Dominicæ Incarnationis 855. Caroli Regis XVI. Indict. I.* (mendoſe pro tertia) *die 8. Kalendas Septembris.* Eſt autem Bonilus vicus adjacens Carentonio Oppidulo ad confluentem Matronæ, & Sequanæ, altero milliari ſupra Lutetiam. Sed Concilium iſtud ad annum 853. revocandum eſſe ſupra in notis ad Annum 837. 4. demonſtravimus. MANSI



ut latrones in ſilvis, in Eccleſias ſibi jus injuſte vendicarent, in earumdemque perſonas dominium tyrannice exercerent.

V. Sed quæ cauſa exorta ſit, ut poſt hæc, eodem iſto anno vivente adhuc Leone Romano Pontifice, idem Ludovicus Romam ſe concito gradu conferret, jam dicamus ex Anaſtaſio, qui interfuit; ait enim circa finem vitæ ab ipſo ſcriptæ Leonis IV. Pontificis: *Quidam Daniel Magiſter militum, iniquitatis ac ſtultitiæ mole cæcatus, ad ſereniſſimi domni Ludovici Imperatoris veſtigia properavit, eique multa falſa & inutilia verba, quæ credi nullo modo poſſent, ſuper Gratianum eminentiſſimum Magiſtrum militum, & Romani Palatii egregium Superiſtam & Conſiliarium dicere non dubitavit. Nam conſtanter eum accuſabat falſitate ob invidiam, dicens Imperatori de Gratiano Romanæ urbis Superiſta: Quem erga vos fidelem eſſe creditis, mihi ſoli in domo ſua, nimium ſuper Francos murmurans, dixit ſecrete: Quia Franci nobis nihil boni faciunt, vel adiutorium præbent, ſed magis, quæ noſtra ſunt, violenter tollunt; quare non advocamus Græcos, cum eis fœdus pacis componentes, & Francorum Regem, & gentem de noſtro Regno & dominatione expellimus? quo audito, mox prædictus Imperator immenſo furore incenſus, ſine litteris etiam ad Romanum directis Pontificem & Senatum, Romam venire velociter procuravit. Quem tamen venientem domnus Leo Papa honorifice (ſicut mos eſt) ſuper gradus majores beati Petri Apoſtoli reſidens ſuſcepit, & mellifluis prædicationis verbis placare cœpit.*

Ludovicus Imp. Romam venit.

*Quadam vero die, ipſo Imperatore cum ſanctiſſimo Leone Pontifice, omnibus Romanis proceribus pariter & optimis Francis in domo, quam beatæ memoriæ Leo III. Papa juxta Eccleſiam beati Petri Apoſtoli fecerat, ſedentibus, de prædicta accuſatione placitum habuit. Tunc Daniel iniqua fronte armatus, falſaque cogitatione imbutus, dixit coram omnibus: Iſte Gratianus habuit mecum conſilium hanc Romanam terram de * veſtra tollere poteſtate, & Græcis tradere illam. Cui ſtatim non ſolum Gratianus, verumetiam omnes Romani coram Imperatore dixere: Mentiris, nullo modo eſt verum, quod dicis. Cognoſcens autem Imperator, & omnis Romanorum Francorumque nobilitas, prædictum Danielem tale crimen per falſitatem & invidiam contra Gratianum dixiſſe: illico idem clementiſſimus Imp. nolens contra inſtituta veterum Auguſtorum peragere Romanorum, eos ſecundum Romanam legem inſtituit judicare. Quo judicio ipſe Daniel multorum verbis reprehenſus, ore proprio manifeſtavit, ſe falſum teſtimonium ſuper eum dixiſſe: ideo jam dicto Gratiano ante omnes eſt traditus, ut quidquid de eo facere vellet, poteſtatem haberet; ſed eum jam traditum Danielem Imperator a Gratiano multa & humili ſupplicatione petivit; quem ille ſtatim plenaria ipſi reddita gratia, libenter conceſſit, & ſic de mortis eſt periculo liberatus.*

Cauſa Gratiani calumnioſe accuſati.

* noſtra

VI. *His vero peractis, Imperator abiit, & ſanctiſſimus dominus Leo IV. Papa non poſt multos dies obdormivit in Domino decimoſexto Kal. Auguſti, ſepultus vero eſt in Eccleſia B. Petri. Fecit autem ordinationes duas, unam in menſe Decembris, & aliam per menſem Martii, creavit preſbyteros decem & octo, diaconos octo, Epiſcopos per diverſa loca ſexagintatres.* Hæc omnia Anaſtaſius, qui numerat ejuſdem

Leonis IV. Papæ obitus.

PAGIUS ri oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam, &c. Iſto Canone Capitulum quartum Cariſiacum peti videtur, ſed revera ejus doctrinam recte intellectam non attingit. Cariſiaci enim Capituli ſenſus eſt, ſufficienter quidem etiam pro pereuntibus mortuum eſſe Chriſtum, ut non pereant, licet efficaciter tantum pro illis mortuus ſit, qui ſalvantur. Hunc vero ſenſum Valentina Synodus non damnat; alioqui in Sanctum *Proſperum*, ex cujus verbis IV. Capitulum Cariſiacum confectum eſt, damnatio illa recideret. Id ergo voluerunt unum illius Synodi Patres, Chriſtum non pro illis mortuum eſſe, qui a mundi exordio uſque ad Paſſionem Domini, in ſua impietate mortui, æterna damnatione puniti ſunt, ut ſcilicet eos ex inferno eriperet, ſicut Patres ex Limbo. Quare ſenſum Cariſiaci Capituli non damnarunt Valentinæ Synodi Patres, ſed alium, quem errore facti ipſi tribuerunt.

IV. Sextus denique Canon Valentinæ Synodi, qui eſt de gratia & libero arbitrio, a ſecundo Capitulo Cariſiaco non abludit: *De gratia*, inquit, *per quam ſalvantur credentes, & ſine qua rationalis creatura nunquam beate vixit, & de libero arbitrio per peccatum in primo homine infirmato, ſed per gratiam domini Jeſu fidelibus ejus redintegrato, & ſanato, id ipſum conſtantiſſime & fide plena fatemur, quod ſanctiſſimi Patres auctoritate Sacrarum Scripturarum nobis tenendum reliquerunt, quod Africana, quod Arauſica Synodus profeſſa eſt, quod beatiſſimi Pontifices Apoſtolicæ Sedis Catholica fide tenuerunt; ſed & de natura & gratia in aliam partem nullo modo declinare præſumentes.* Ex quibus patet, Valentinam Synodum a doctrina Cariſiacorum Capitulorum revera non diſſenſiſſe; quamvis modum loquendi Hincmari & Coepiſcoporum, a quibus condita erant, non probaverit. Illud ex æmulatione Antiſtitum ortum eſt, qui cum diverſis Regibus parerent, facile in contraria ſtudia ſciſſi ſunt; Cariſiaca enim Capitula ab Epiſcopis Regni Caroli Calvi condita ſunt, Valentini vero Canones ab Epiſcopis Regni Lotharii conſcripti.

*Canon ſextus.*

V. A num. V. ad XXXVI. Narrat Anaſtaſius in Vita Leonis IV. *Danielem* Magiſtrum militum ad Ludovicum Imp. properaſſe, & *Gratianum* Magiſtrum militum & Romani Palatii Superiſtam

dem Leonis Papæ annos octo, menſes tres, & dies quinque. Relatus eſt autem inter Sanctos, ſcriptus in tabulis Eccleſiaſticis (*a*), anniverſaria memoria celebrandus. Sed quæ, præter hæc ab eodem Anaſtaſio de Leone ſcripta ſunt, videamus. Cultum enim Sanctorum eum proſecutum, pluribus oſtendit: quo in laborioſo Pontificatu conciliavit ſibi per Sanctorum interceſſionem ad magna præſtanda divinum auxilium, quo munitus, quæcumque ardua licet aggreſſus eſt, feliciſſime conſummavit. Præter illa autem, quæ ſuperius dicta ſunt, collatas ab eodem Pontifice in diverſas Eccleſias ſacra dona, quæ in eodem argumento verſatus Anaſtaſius addit, ſic accipe:

(*a*) *Martyrolog. die 17. Julii.*

VII. Cultus SS. Martyrum Leonis Pontificis.

*Hic vero ſanctiſſimus Papa ſanctorum Martyrum ſepulcra devota mente ardentique pectore aſſidue viſitabat; quos vigiliis ſacriſque orationibus pro cuncto Orthodoxæ Fidei populo exorabat. Die quadam, cum ad ſepulcrum beati Laurentii martyris perveniſſet, & more ſolito orationem expleret, diligentius inquirere cœpit, ac dicere: Quanti quotidianas hic monachi Deo omnipotenti referunt laudes? Tunc omnes, qui aderant, beato Pontificibus retulerunt, quod a quibuſdam Pontifici duo monaſteria ibidem fuiſſent conſtructa, ſed pro magna paupertate & inopia in deſolationem redacta ſint. Mox autem idem almificus Pontifex ſuperno nutu compunctus, monaſterii, quod nunc vocatur ſancti Stephani & Caſſiani, reſtaurans muneribus & divitiis locum pleniſſime ornavit. In quo etiam ſancta converſatione plures inſtituit monachos, Græcos genere, qui Deo omnipotenti, eidemque Martyri, diu noctuque laudes perſolverent.* Sed & quæ dona in diverſas alias Eccleſias, præter illa, quæ ſuperius ſuis locis alia occaſione ſunt recenſita, contulerit, eodem ordine quo ab ipſo Anaſtaſio pro ratione temporis, quo ſunt facta, memorantur, diverſis locis poſita, ſic accipe:

VIII. *Obtulit in baſilica quatuor Coronatorum, in qua ſacerdotii ſui ſolertiſſime functus eſt officio, caniſtra de argento puriſſimo tria penſantia libras...... Aquamanile ſimiliter de argento mundiſſimo par unum, cantharum, & thymiamatherium unum penſans libras...... Vela de fundato ad nitorem arcuum ipſius Eccleſiæ, duodecim. Item vela ſerica vigintiquatuor. Fecit & veſtem holoſericam habentem periclyſin de chryſoclavo, & aliam veſtem albam cum roſis, habentem rotas ſeptem, & in medio tabulam cum chryſoclavo cum effigie hominis gerentis in capite gemmas praſinas quinque. Item veſtem albam de chryſoclavo cum rotis ſex. Fecit etiam in jam dicta baſilica in honorem altaris, vela habentia cruces & gammadias de chryſoclavo & gemmis & bullis aureis trigintatribus; velum acu pictum, habens hominis effigiem ſedentis ſuper pavonem; vela tria habentia hiſtoriam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ; alia vela fundata quatuordecim, & veſtes de blatti duas.* Et inferius: *In baſilica ſanctorum Quatuor Coronatorum fecit veſtem de chryſoclavo, habentem hiſtoriam Reſurrectionis Domini noſtri JESU Chriſti, atque effigies prædictorum Martyrum & ipſius almifici Præſulis.* Et poſt multa ſæpius enarrata: *Fecit idem egregius Pontifex in monaſterio S. Martini, quod beati*

PAGIUS

*Ludovicus II. Aug. ſupremus Urbis Romæ Dominus fuit.*

ſtam, (hæc dignitas hactenus ignorata) his verbis accuſaſſe: *Quem vos fidelem eſſe creditis, mihi ſoli in domo ſua, nimium ſuper Francos murmurans, dixit ſecrete: quia Franci nihil nobis boni faciunt, vel adjutorium præbent, ſed magis quæ noſtra ſunt violenter tollunt. Quare non advocamus Græcos, cum eis fœdus pacis componentes, & Francorum gentem de noſtro regno & dominatione expellimus?* His auditis Ludovicum Imp. Romam profectum eſſe, & *ipſo Imperatore cum ſanctiſſimo Leone Pontifice omnibus Romanis Proceribus pariter & optimis Francis ſedentibus, de prædicta accuſatione Placitum* habuiſſe. Tunc Daniel dixit coram omnibus: *Iſte Gratianus habuit mecum conſilium hanc Romanam terram de veſtra tollere poteſtate, & Græcis tradere illam.* Subdit Anaſtaſius Danielem falſi teſtimonii crimine convictum fuiſſe, ſed tamen Imperatorem eum de mortis periculo liberaſſe. Qua ex narratione manifeſte liquet, Ludovicum II. Aug. Dominio Urbis vere potitum eſſe, non vero ſolo Defenſoris & Protectoris Eccleſiæ titulo, ut multis perſuaſum fuit. [1]

VI. *Moritur Leo IV. PP.*

Idem Anaſtaſius ſubdit, Leonem IV. non *poſt multos dies* obdormiviſſe in Domino, *XVI. Kal. Aug.* ſeu die decima ſeptima menſis Julii, & ejus Pontificatus initio dixerat, eum ſediſſe *annos octo, menſes tres, dies quinque*, cui quoad annos & menſes Catalogi paſſim conſentiunt, ſed quoad dies, multi quidem habent etiam dies quinque, ſed ſecundus quartus & ſextus Colbertini, Ordericus Vitalis in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 2. ubi Catalogum exhibet Pontificum Romanorum a Divo Petro uſque ad Hadrianum III. Hermannus in Chronico, Honorius Auguſtodunenſis, Martinus Polonus in Chron. & Auctor Anonymus Chronici Monaſterii S. Vincentii

NOTÆ [1] AD ea quæ de Urbis dominio hoc loco, & alibi ſæpe habet Pagius, vide quæ diximus ad an. 796. n. VI. Huic autem Conventui interfuit, ut ex Anaſtaſio patet, *Imperator* (Ludovicus) *cum Sanctiſſimo Leone Pontifice, omnibus Romanis proceribus* &c. Itaque *Ludovicus*, non ut Urbis Dominus, ſed ut Romanæ Eccleſiæ *Advocatus*, & *Defenſor* huic Placito interfuit; nec is ſolus judicium tulit, ſed cum eo *Leo* Romanus Pontifex, & alii Romanorum Optimates. GEORGIUS



*ti Petri baſilicæ cohæret, ad laudem & gloriam ipſius beati Martini, miræ pulchritudinis veſtem, habentem hiſtoriam ſupra memorati Martini jacentis in lecto, cum effigie Salvatoris Domini noſtri JESU Chriſti: ſimul & effigie ſanctæ Agathæ, ad pedes habentis effigiem ipſius almi Pontificis, habentem gemmas hyacinthinas decem & ſeptem. Item in eodem Oratorio fecit vela quatuor, & unum habens rotas de chryſoclavo tres. Fecit & in baſilica ſanctorum Quatuor Coronatorum veſtem de fundato, habentem hiſtoriam ipſorum Sanctorum, & effigiem ipſius mane Præſulis habentem gemmas duodecim.*

*Idem beatiſſimus Præſul fecit in Eccleſia beati Silveſtri Confeſſoris atque Pontificis, quæ eſt in monte Soracte, veſtem de fundato, habentem * angelos quatuor, duos quidem de fundato, duos de tigrin.* Et inferius:

* angulos.

IX. *Idem beatiſſimus Papa omnia Sanctorum, quæ deſtructa fuerant, loca reædificare magnopere cupiebat: Nam & monaſterium Corſarum juxta baſilicam B. Sixti martyris atque Pontificis ſitum, quondam malorum hominum operibus deſolatum, & ad ſæcularem habitationem perductum, pro ſalute ac futura retributione animæ ſuæ perfectius reſtauravit, in quo etiam ancillarum Dei congregationem munivit, ad perſolvendas Deo omnipotenti laudes, muneribus perornavit, & divitiis auxit; & omnia ſacris præceptis, quæ fuerant ablata, reſtaurans, ſuis ſanctis digitis plenius confirmavit.* At de munere prædicationis iſta interſerit.

*Hic ſæpius memoratus beatiſſimus Papa prædicationis ſuæ alloquio multos ad cognitionem veritatis perduxit, & ſalutiferas omnibus operationes demonſtravit.* Addit his inſuper: *Octavam Aſſumptionis beatæ Dei Genitricis diem, quam minime Roma antea colebat, vigiliis ſacris, matutiniſque cum omni Clero pernoctans laudibus in baſilica ejuſdem ſemper Virginis Dominæ noſtræ, quæ foris muros juxta baſilicam beati Laurentii martyris ſita eſt, celebrare præcepit, in qua etiam magna populi multitudo convenit, novæ feſtivitatis cupiens celebrare ſolemnitatem. Hoc ipſe magnanimus cum videret Antiſtes omnibus, qui aderant huic celebritati, plenius argenteos erogavit. Necnon fecit ibidem vela quadraginta quinque, & intra ipſius Eccleſiæ Oratorium, quod vocatur Barbaræ, fecit veſtem de fundato. In Oratorio ſancti Nicolai fecit veſtem de fundato; & in Oratorio ſanctæ Eugeniæ item fecit veſtem de fundato. Item in Eccleſia S. Stephani foris muros juxta Eccleſiam S. Laurentii, fecit veſtem de fundato.* Et infra: *In Oratorio beati Leonis martyris fecit veſtem de fundato: idem in monaſterio ſanctæ Mariæ Dominæ noſtræ poſita juxta monaſterium, quod dicitur Corſarum, veſtem fecit de fundato: idem in Oratorio S. Anaſtaſii.*

X. *Item Crucem, quæ (ut mos eſt antiquus) ferebatur a ſubdiaconibus ante equum Pontificum, Deo adjuvante, in auro & argento & gemmis melius renovavit. Obtulit Eccleſiæ beatæ Nimphæ martyris, quæ eſt in civitate Portuenſe, veſtem de fundato. Similiter fecit in Eccleſia SS. Coſmæ & Damiani in Silva candida. Intra baſilicam beati Petri fecit Oratorium miræ pulchritudinis, pulchris marmoribus circumdatum, & abſidem cum muſivo ornavit, in quo recondidit corpus venerabile beati Leonis Confeſſoris, atque Pontificis, & deſuper conſtruxit altare, & Ciborium deauratum cum Cruce.* Et infra poſt multa: *In monaſterio ſancti Cæſarii in Palatio fecit veſtem de fundato, & vela quatuor. Et in monaſterio ſanctæ Agathæ extra portam ſancti Pancratii, fecit veſtem de fundato, & vela octo. Et in Oratorio, quod dicitur Pauli Papæ, obtulit veſtem de fundato aquilatum, habentem imagines cum Cruce de chryſoclavo & gammadiis. Idem in Oratorio SS. Proceſſi & Martiniani, obtulit veſtem cum rotis, aquilis, & Cruce de chryſoclavo cum gammadiis. Et in*



PAGIUS

tii prope Vulturnum fluvium in Provincia Capuana, qui Indicem Pontificum Rom. a Stephano II. ad Hadrianum II. repræſentat, ut videre eſt apud Ducheſnium Tom. II. Script. Franc. habent *dies ſex*, ideoque Anaſtaſius ſcripſerat *dies ſex*, non vero dies quinque, & *Leo IV.* qui anno DCCCXLVII. die XI. menſis Aprilis conſecratus fuerat, mortuus eſt hoc anno, poſtquam Eccleſiam Romanam gubernaſſet annos octo, menſes tres, & dies ſex, ut diſerte legitur in Codice MS. Anaſtaſii Thuaneo ad Bibliothecam Colbertinam tranſlato. Eum inter Sanctos connumeratum eſſe, in morte Leonis III. oſtendimus.

VII. Baronius num. XXVII. & ſeq. mentionem facit profectionis Romanæ *Ethelvvolfi* Occidentalium Saxonum Regis, qui cum *Alfredo* filio, vivente adhuc Leone IV. Romam adventavit, & poſtea memorat donationem decimæ partis bonorum *terræ* ſuæ Deo & Beatæ Mariæ factam. Annus hujus profectionis inter Scriptores Anglos in controverſia poſitus, aliis in annum ſuperiorem, aliis in præſentem eamdem conferentibus. Alfordus in Annal. Anglo-Saxonicis hanc controverſiam pluribus diſcutit; ſed cum non legiſſet Annaliſtam Bertinianum, qui tamen jam lucem viderat, quique teſtatur, *Ethelvvolfum* hoc anno Romam properantem honorifice a Carolo Calvo ſuſceptum fuiſſe, ut num. XVII. narrabimus, & *Kalendis Octobris Juditham* Caroli Calvi filiam uxorem ſibi copulaſſe, eoque tempore quo Roma reverteretur, nodum iſtum ſolvere non potuit. Hac itaque in re ſtandum *Aſſero* in Vita Alfredi Regis, Auctore coævo, qui ſcribit *Ethelvvolfum* currenti anno decimaſſe totum Regni ſui Imperium pro redemptione ani-

*Profectio Romana Ethelvvolfi, ejuſque donatio Eccleſiis Anglicanis.*

*in monaſterio S. Hadriani ſimiliter*. Et inferius: *Obtulit Eccleſiæ S. Stephani protomartyris veſtem auro textam cum gemmis hyacinthinis. Et in Eccleſia S. Laurentii foris muros veſtem de ſerico mundo cum aquilis, habentem depictum martyrium prædicti martyris cum imagine Pontificis ipſius.*

XI. *In Eccleſia ſanctorum Quatuor Coronatorum imagines de argento tres, in una habentem vultum Salvatoris, duas alias habentes vultus Claudii & Nicoſtrati, penſantes libras quinquagintaduas & ſemis. Et in eadem Eccleſia obtulit coronam de argento, penſantem libras vigintiquinque; & in pergula ejuſdem Eccleſiæ, quæ eſt ante altare majus, ſuſpendit lilium de argento, habens mala de chryſtallo & ramunculum: fecit etiam ibi caniſtra de argento ſeptem, penſantia libras duodecim.*

*Fecit idem mitiſſimus Pontifex in æde propria monaſterium ancillarum Dei in honorem SS. Symmitrii, & Cæſarii, cui & bona largitus eſt, patenam, & calicem de argento exauratum, habentem diverſas gemmas, necnon & thymiamatheria, & canthara, & caniſtra de argento mundiſſimo, & gabathas ſaxiſcas, & veſtes de fundato tres, & regnum ex auro puriſſimo cum gemmis praſinis & hyacinthinis, quod pendet ſuper altare, penſans libras..... & baſilicæ ſanctæ Dei Genitricis extra muros prope S. Laurentium, obtulit veſtem de fundato habentem in medio tabulam exauratam cum effigie Nativitatis Domini noſtri JESU Chriſti, & ipſius almi Pontificis, & in ipſa Eccleſia S. Laurentii thuribulum argenteum cum operculo ſuo exauratum, habens catenulas ſuas per girum pendentes librarum ſeptem.* Et inferius:

XII. *Obtulit idem Præſul in Eccleſia S. Cæſarii in civitate Tarracina veſtem de fundato, habentem in medio crucem & gammadias & pericliſim de blatti, legentem nomen domini Leonis Quarti Papæ, & vela de fundato quinque, & veſtem de quadraplo, habentem in medio crucem de chryſoclavo cum nomine ejuſdem Leonis. Fecit ſimiliter in civitate Blerana in Eccleſia S. Sinzigii, ubi obtulit veſtem de fundato, habentem tabulas de chryſoclavo cum effigie Salvatoris, & S. Sinzigii, & ipſius Præſulis, & vela de fundato quatuor. Et in Eccleſia ſanctorum Quatuor Coronatorum obtulit ceroſtrata ex argento puriſſimo, penſantia libras quinque, & uncias ſex, & gabathas ex argento numero quatuor. Et in Eccleſia S. Laurentii foris muros vela de fundato vigintiſeptem. Et in Eccleſia S. Clementis Papæ & martyris regnum, quod pendet ſuper altare, ex auro, habens in medio crucem cum gemmis vitreis.*

*Obtulit in Eccleſia S. Hippolyti martyris in inſula Portuenſi, quæ nuncupatur Arcis, veſtem de fundato, habentem gammadias ex argento textas, & vela de fundato quatuor. Et in Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ ponitur in civitate, quæ vocatur Anagnia, obtulit veſtem de fundato cum gammadiis auro textis, & vela de fundato quatuor.* Hæc & alia Anaſtaſius.

XIII. Sed ne quid intactum prætermittamus de rebus geſtis tanti Pontificis, plura ſunt quidem, quæ quoniam quoto anno ejus Pontificatus acciderint, minime potuimus reperire, ad finem vitæ ejus ex more collocanda ſervavimus; nimirum legationes ex diverſis locis ad ipſum perlatas, ex Gallia & ex Britannia. Quæ ex Gallia miſſa eſt, ea functus Lupus Abbas Ferrarienſis, de quo ſæpe pluraque ſuperius. Teſtatur id ipſe ſua epiſtola ad hujus ſucceſſorem Benedictum Papam (*a*) verbis his: *Tempore deceſſoris veſtris beatæ memoriæ Leonis functus legatione Romæ, cui auctore Deo præſidetis, & ab eodem Antiſtite exceptus benigne atque tractatus &c.* Meminit ipſe ejuſdem legationis in epiſtola ad Reginfridum Epiſcopum pro permutatione (*b*) facienda in ſuo tranſitu, monetæ Italicæ. Quæ autem cauſa legationis fuerit præter viſitationem Liminum Apoſtolorum, nihil reperitur ſcriptis prodi-

Legatio Lupi Ferrarienſis.

(a) Lu. ep. 103.

(b) Lu. ep. 66. & 67.

PAGIUS animæ ſuæ & Anteceſſorum ſuorum, & ipſo anno ad limina Principis Apoſtolorum cum *Alfredo* filio profectum eſſe, ibique moratum *anno integro* orationibus & eleemoſynis inſiſtentem. Cum enim menſe Octobri anni ſequentis *Juditham* in Gallia conjugem acceperit, ut ibi videbimus, & Anaſtaſius Scriptor etiam hujus temporis in Vita Benedicti Leonis Succeſſoris affirmet, tunc Regem Saxonum orationis cauſa Romam veniſſe, dubium eſſe non debet, quin *Æthelvvolfus* hoc anno mortuo jam Leone IV. & Benedicto III. Electo Romam pervenerit, & poſt elapſum annum Juditham in Galliis conjugem acceperit. Hæc Aſſeri verba ad annum DCCCLV. poſt narratam donationem decimæ totius Regni ſui: *Eodemque anno cum magno honore Romam perrexit, præfatumque filium ſuum Ælfredum iterum in eamdem viam ſecum ducens; & quod illum plus cæteris filiis ſuis diligebat, ibique anno integro demoratus eſt* (uſque ad annum DCCCLVI.) *quo peracto ad patriam ſuam remeavit; afferens ſecum Juditham Caroli Francorum Regis filiam.* Ethelwerdus antiquus Chronographus in lib. 3. mentem Aſſeri recte aſſecutus eſt; ſcribit enim: *Poſt annum* (ſcilicet DCCCLIV.) *Pagani* (id eſt Normanni) *hyemaverunt in loco Eſceapige. In eodem anno* (nempe DCCCLV.) *decumavit Athulf Rex de omni poſſeſſione ſua in partem domini, & in univerſo regimine ſui Principatus ſic conſtituit, & in ipſo anno profectus eſt Romam cum magna dignitate, moratuſque eſt ibi menſes duodecim. Igitur revertente eo ad patriam, Carolus Rex Francorum filiam ſuam tradidit ei in matrimonium*



ditum, quæ generatim habet in epiſtola ad Marcuadum Abbatem, verbis iſtis conſcripta (*a*):

(a) Lu. ep. 68.

*Chariſſimo ac deſideratiſſimo Patri Marcuado Lupus plurimam ſalutem.*

XIV. *Orationis gratia, & quarumdam Eccleſiaſticarum ſtudio cauſarum, quas Deo volente, reverſus cum vos videro, paternitati veſtræ aperiam, Romam proficiſcor. Et quoniam in efficiendis rebus, Apoſtolici notitia indigebo: ea vero ſine munerum interceſſione inire commode non poteſt: velut ad paternum, immo ad maternum gremium ad vos confugio, ſupplicans, ut ſicut numquam mihi ulla neceſſitate defuiſtis, ita nunc adeſſe dignemini, mihique, ſi ullo modo poteſtis, per præſentes nuntios duo ſaga Veneti coloris, & totidem lintea, quæ Germanice, Glizza vocantur, dirigatis, quæ illic comperi eſſe chariſſima. Horum ſi fuerit vobis integritas ardua, nequidquam videbitur nobis ipſa medietas contemnenda: nam ſæculari eruditione docti ſumus, ut ſperantes minora, majora poſcamus. Ac ne ingenio noſtro latiorem defuiſſe materiam ſuſpicemini, ſi equo tolutario, vel quolibet alio fortiſſimo noſtrum iter ſublevaveritis, plurimum nobis collatum eſſe ducemus. Sane nihil me obtinere moleſte præferam, ſi communicatis his litteris cum communi filio Eigile, riſum uterque veſtrum tenuerit. Cupio vos valere feliciter, meique benigne memoriam gerere.* Hucuſque ad Marcuadum Lupus. Præſtitit ipſe Marcuadus quod Lupus petierat, & abundanter, ut ipſe teſtatur, alia ad ipſum reddita poſt epiſtola: nam & pueros addidit externæ linguæ peritos. Vidiſti ex recitata (*b*) Lupi epiſtola veterem morem, non adire ſolitos Legatos ſummum Pontificem abſque muneribus, tamquam eulogiis, ut vidimus ſuperius de ſancto Bonifacio martyre Epiſcopo Moguntino, hiſce xeniis Romanos Pontifices frequentante: erant iſta munuſcula, ut vidiſti, quæ ſymbolum charitatis exprimerent in dante, & in accipiente non arguerent avaritiam.

(b) Lu. ep. 70.

Quod autem ad legationem pertinet Britannorum Epiſcoporum, provincia illa, ut vidimus, diu exagitata tyrannide Nomenoii impii hominis atque ſacrilegi, Eccleſiæ illi expoſitæ graviſſime afflictatæ fuerunt; illo autem Dei vindicta perempto, reſpirare paululum conceſſum eſt. Quamobrem coeuntes Epiſcopi, ſynodali conventu, inter alia ad Sedem Apoſtolicam legationem decrevere, ut de nonnullis illam conſulerent. Quænam autem iſta fuerint, epiſtola ejuſdem Leonis Pontificis, ad eos reddita docet, (*c*) quæ ſic ſe habet:

Legatio Britannorum Epiſcoporum.

(c) Epiſ. Leon. ad Britann. to. 2. Epiſt. Decret. in fin.

*Leo omnibus reverendiſſimis & ſanctiſſimis confratribus Britannicæ gentis Epiſcopis.*

XV. *Quanto ſtudio, quantaque ſolertia gregem vobis in Domino commiſſum paſcitis, divinisque fovetis eduliis, nobis directa ſcripta reſerarunt. Unde non modica exultatione congratulor, & tantarum ambiguitatum indagatione lætificatus, a timore negligentiæ, qui me illius regionis in infimis deprimebat; quaſi a gravi languore relevatus, * & utpote ſanus, licet omni ſalute captus, magis animo ſoſpes ſurrexi, quam corpore. Quia cum quorumdam laicorum in Eccleſiaſticis cognoveram curam præpollere, & ſtudioſo animo illorum reſpondere vigilantiis cogerer; nihil aliud vos qui divinis negotiis, & Eccleſiaſticis ſorte veniſtis, quam crederem dormitare: Nunc divina gratia hi confratres noſtri, videlicet talium & tales Eccleſiarum præſules ad nos perducti & cogniti, magis ſecurus nunc duro quam antea.*

XV. Leonis Pap. epiſt. ad conſult. Britan.

* locus obſcurus.

*Legationem denique communem omnium Epiſcoporum reverendiſſimorum nobis propoſitam relegentes, requiritis de* (*d*) *his, qui turpiſſimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimeſcunt, & ſua facta improba temeritate Simonis hæreſeos conjungentes: utrum poſſint in ordine pœnitentiam agere, aut tantummodo extra ordinem, & ſacerdotalem fieri gradum. Quod nos, qui adeo convictis, & iis, qui tam deteſtabile nefas (quod jam in multis eſt damnatum Conciliis) peregiſſe cognoſcuntur, nulla poſſumus pœniten-*

(d) 1. q. 7. c. 5. Requiritis.



PAGIUS *nium, quam ſuſceptam duxit ad patriam ſuam* DCCCLV. verum menſe Novembri illius Chriſti anni *Ethelvvolfus* non Wintoniæ ſeu Ventæ in Anglia, ſed Romæ verſabatur. Error itaque in menſe cubat, & loco, *Nonas Novembris*, reponendæ *Nonæ* alicujus menſis, qui *Julium* præceſſerit, & duo alii temporum characteres ſervandi. Baronius loco laudato putavit, *Alfredum* Romæ hoc anno coronatum fuiſſe; ſed factum id in prima ejus profectione Romana, ut anno DCCCLIII. jam diximus, deceptuſque eſt Cardinalis doctiſſimus a Polydoro, quando anno DCCCXLVII. *Ethelvvolfi* Regis profectionem Romanam collocavit; Ethelwolfus enim ſemel, ejus vero filius bis Romam profectus eſt. Recte itaque Annales fere omnes Anglici decimationem Regni Ethelwolfi cum Romana ejus profe-

VIII. *Utraque ad hunc annum pertinent.* Nec obſtat quod in Hiſtoria Ingulphi, Ethelwolfi donatio his verbis ſubſcripta ſit: *Acta ſunt hæc apud VVintoniam in Eccleſia Sancti Petri, anno Dominicæ Incarnationis DCCCLV. indictione tertia, Nonas Novembris,* &c. *præſentibus & ſubſcribentibus Archiepiſcopis & Epiſcopis Angliæ univerſis, necnon Beorredo Rege Merciæ,* &c. Error enim facile in numeros irrepit, & Spelmannus pag. 348. & ſeqq. diverſa illius donationis exemplaria recitat, monetque in quibuſdam haberi donationis chartulam datam eſſe *anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLIV. indictione quarta, quinto Nonas Novembris;* quæ tamen Indictio cum eo Incarnationis anno componi non poteſt. Spelmannus eligit annum

tentia ſubvenire, & tot ſpiritualibus Patribus obviare, ſed in illorum Patrum me ſententia convenire certum ſit; ita tamen ut omnia in Conciliis fiant Epiſcoporum. [(a) 2. q. 4. c. ult.] Nam (a) nullam damnationem Epiſcoporum eſſe umquam cenſemus, niſi aut ante legitimum numerum Epiſcoporum (quæ ſit per duodecim Epiſcopos) aut certe probata ſententia per ſeptuaginta duos idoneos teſtes, qui tales ſint, qui & accuſare poſſint, & prius ad ſacra Chriſti quatuor Evangelia ſacramenta præſtent, quod nil falſum depromant, ſicut nobis beatus Silveſter tradidit, & Romana ſancta videtur tenere Eccleſia. Et ſi inter eos, quos damnandos eſſe dixerint homines, fuerit Epiſcopus, qui ſuam cauſam in præſentia Romanæ Sedis Epiſcopi petierit audiri; nullus ſuper illum definitivam dare ſententiam præſumat, ſed eum omnino audiri decernimus. De cætero quod nobis apicibus veſtris factum eſt clarum: quid vel qualiter de ipſis capitulis interrogatis debeam reſpondere; unde precibus veſtris annuere curavimus, & ſigillatim, quid agendum ſit: ſive ex poſito a ſanctis Patribus, ſive more antiquitus tradito curavimus demonſtrare.

XVI. Primo quidem capitulo dictum, cui Eccleſiaſticus ordo pertineat. Quod Epiſcopis & clericis ordinatis pertinere non dubium eſt (quod vos ignorare, minime credimus) ab ipſis Apoſtolicis viris cognoſcetis. Et cum in ſacris Eccleſiis ab Epiſcopis promulgatæ ſint regulæ, & receptæ; quis extra Epiſcopos promulgatores canonicarum quiverit eſſe ſententiarum?

[(b) 10. q. 1. c. 4.] Capitulo ſecundo (b). Regenda vero eſt unaquæque parochia ſub proviſione ac tuitione Epiſcopi per ſacerdotes, & cæteros clericos, quos ipſe cum Dei timore providerit, cui jure pertinere videtur, & circumire, ut ſibi neceſſarium viſum fuerit, vel Eccleſiaſtica utilitate cogente.

Capitulo tertio (c). [(c) Diſt. 18. c. 18. de Eulog.] De Eulogiis ad ſacra deferendis Concilia, nihil invenimus a majoribus terminatum, ſed ſicut unicuique presbytero placuerit. Nam ſi conſtitutum fuerit illo in tempore benedictiones afferri, forſan minus libenter ad Synodos occurrent, & magis venire * detrectent, quæ, ut arbitror, non ſunt rationabiliter quærendæ, nec ultro delatæ, ſunt reſpuendæ. [* detrectabunt.]

XVII. Capite quarto. De expetentia autem divinationum, vel maleficiorum ſcriptum quidem in ſacris habemus Canonibus (ut ipſa verba ponamus) ita: Qui divinationes expetunt, & more Gentilium ſequuntur, aut in domos ſuas iſtiuſmodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi cauſa, ſub regula quinquennii jaceant. Unde ad illorum ſimilitudinem ſortes, quibus vos cuncta in veſtris diſcriminatis judiciis, nihil aliud, quam quod illi Patres damnaverunt, divinationes & maleficium eſſe decernimus.

Capite quinto. Ut definitum eſt a Patribus, nullas de propria cognatione ſibi audeat copulare, alioqui anathema ſit. Unde beati junioris Gregorii decreta ſunt tenenda. Hucuſque ex epiſtola Leonis ad conſultationes Britannorum Epiſcoporum. Hæc ex ſcripto codice, & edita epiſtola ad Britannos, de qua aliqua apud diverſos Canonum collectores reperiuntur, quæ his conjungimus, atque in primis quæ ſequuntur (d): [(d) Diſt. 20. c. 1. Pal. p. 3. tit. 20. Anſ. lib. 3. c. ult. Jud. p. 4. c. 72. Pan. lib. 2. cap. 118.]

XVIII. De libellis, & commentariis aliorum non convenit aliquem judicare, & ſanctorum Conciliorum Canones relinquere, vel Decretalium regulas, ideſt, quæ habentur apud nos ſimul cum Canonibus, quibus in omnibus Eccleſiaſticis utimur judiciis, ſunt canones * Apoſtolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangrenſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinopolitanorum, Epheſiorum, Chalcedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, [* qui dicuntur.]

& cum

PAGIUS

fectione componunt, & in eumdem annum referunt, ideoque corrigenda ſubſcriptio Chartæ Regiæ, ut cum illis conveniat.

IX. [Donatio Ethelvvolfi fuit tantum ampliatio donationis Inæ & Offæ.] Cæterum in dubium verſatur, an *decima* illa fuerit tantum de terris *Ethelvvolfi*, an vero de terris totius regni, quia verba Chartæ Regiæ varie ab Auctoribus recitantur, & iterum an unum Occidentis Regnum, an vero alia omnia quæ *Egbertus* Occidentis Regno adjunxit, in *decimam* ceciderint. Hoc dubium Seldenus lib. 2. Analect. cap. 4. & Alfordus an. DCCCLIV. num. VI. recte ſolvunt, aiuntque *Ethelvvolfum* penſionem, quam *Inas* & *Offa* Reges Occidentis Regno impoſuerant, per cæteras Provincias ampliaſſe, quod Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 2. recte intellexit, cum dicit: *Apponam ſcriptum libertatis Eccleſiarum, quod Athelvulfus Rex toti conceſſit Angliæ*; quod paulo aliter Ethelwerdus citatus expreſſit. Refert Aſſerus hoc anno, dum Ethelwolfus Romæ eſſet, *Æthelvvaldum* ejus filium rebellaſſe, & quando Ethelwolfus in Regnum rediit, filio Occidentis Imperio ceſſiſſe, ita tamen ut paternam in filios & primam in Inſula Principis dignitatem retineret, ne *Juditha* Regina juri ſuo cederet. Saxones enim Occidentales *Reginæ* nomen lata lege proſcripſerant, ab eo tempore, quo *Eadburga*, Offæ filiæ, Brithrici conjugis, ambitioſæ & libidinoſæ feminæ crudelia facta damnarant. Denique donatio in Concilio generali *Vintoniæ* habito facta, ut videre eſt Tom. VIII. Concil. pag. 243. ubi varia hujus donationis exemplaria ex Spelmanno exhibentur. Vide quæ dicam anno ſequenti de hac Romana profectione Ethelwolfi Regis.



& cum illis regulæ Præſulum Romanorum, Silveſtri, Siricii, Innocentii, Zoſimi, Cæleſtini, Leonis, Gelaſii, Hilarii, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicii, & Gregorii Junioris. Iſti omnino ſunt, & per quos judicant Epiſcopi, & per quos ſimul Epiſcopi judicantur & clerici. Nam ſi tale emerſerit vel contigerit inuſitatum negotium, quod minime poſſet per ipſos definiri, tunc ſi illorum, quorum meminiſtis, dicta, Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, ac cæterorum ſimilium ſanctorum Doctorum reperta fuerint, magnanimiter ſunt retinenda, ac promulganda, vel ad Apoſtolicam Sedem referenda de talibus. Quam ob cauſam luculentius, & magna voce pronuntiare non timeo; quia qui illa quæ diximus ſanctorum Patrum ſtatuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur (ſive ſit ille Epiſcopus, ſive clericus, ſive laicus) non indifferenter recipere convincitur, nec Catholicam, nec Apoſtolicam Sedem, nec ſancta quatuor Evangelia utiliter, & efficaciter ad effectum ſuum retinere, vel credere probatur. Hæc ibi, ex quibus vides, hactenus non uſu receptas epiſtolas illas, quæ ante Silveſtrum diverſorum feruntur Romanorum Pontificum, ab Iſidoro collectas.

Extat & ejuſdem Pontificis epiſtolæ fragmentum ad Ducem Britanniæ Vernonem apud Gratianum his verbis (a): [(a) 7. q. 1. c. 10. Non furem.] *Non furem, non latronem, qualem Gillandum* (alias Giſtardum) *eſſe ſentimus in Nannetica ſede: qui viventis, quod non licuit, locum non timuit uſurpare, pro cujuſcumque muneris donis ultra debes defenſare.*

XIX. Habet autem idem pervetus codex aliam breviorem Leonis Papæ epiſtolam ad Prudentium Epiſcopum de monaſterio erigendo. Eſt mentio hujus Epiſcopi in Concilio Sueſſionenſi, de quo ſuperius mentio facta eſt, & apud Lupum Ferrarienſem in epiſtola nonageſimanona, immo extat epiſtola ad ipſum ſcripta, quæ eſt ordine ſexageſimatertia:

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimo, & ſanctiſſimo Prudentio Tricaſſinæ Epiſcopo ſalutem.*

*Cognoſcat prudentia ſanctitatis tuæ, qualiter hic religioſus Adremarus monachus cum monachis ſuis, cum ſumma devotione ad laudem & gloriam ſanctæ Trinitatis, & remedium animæ ſuæ, ſuorumque omnium, in honorem beati Petri Apoſtolorum principis, ſeu & ſancti Leonis ejuſdem Vicarii Papæ monaſterium deſiderat conſecrare, & ſitum ac ſtructuram ejus ſancti cœnobii in rebus juris dicti beati Petri Apoſtoli, quæ ejus vere ſunt, fundare ac conſtruere. Quæ res prædictæ Guidoni * generoſiſſimo Comiti per præceptum Pontificale donatæ ſunt. Quam ob cauſam jubemus, ac hortamur ſanctitatem tuam, ut quando ab illius monaſterii prædictis monachis fueris cum humilitate poſtulatus, illuc accedere debeas, & locum, quem vobis ſignificaverit, ipſas illic reliquias ſupra nominatorum Sanctorum, quas a nobis accepit, eo tenore & conditione recondas, atque conſecres, ut ſemper ac perpetualiter ſub jure ac poteſtate ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ jam fatum monaſterium conſiſtat atque permaneat. Sanctitatem tuam omnipotens Deus incolumem cuſtodiat, frater. Bene vale.* [* a Guidone Comite.]

XX. [Ex epiſt. Leonis ad Carolum.] De illa autem, quam idem Leo Papa IV. ad Carolum Francorum Regem epiſtolam ſcripſit, accipe quod recitat Gratianus (b) fragmentum: [(b) 16. q. 7. cap. 16.] *Si fortaſſis (quod non credimus) apud vos inutiles judicamur: Eccleſia tamen, cui permittente Domino præſumus, non inutilis, ſed caput, principiumque omnium, merito ſimul ab omnibus vocatur.* Et ex eodem infra idem: (c) [(c) 16. q. 7. c. 29.] *Contra ſanctorum Patrum cenſuras videtur exiſtere, ſi ſæcularis vel laicus presbyteros ab Eccleſiis, in quibus tempore ordinationis eorum nominati, vel introducti fuerint, videtur expellere. Si vero fundatores Eccleſiarum ad inopiam vergere cœperunt, ut ab iiſdem Eccleſiis temporalis vitæ ſuffragia percipiant.*

Et ex alia ejuſdem Leonis epiſtola ad Ebruinum & Adelfridum Epiſcopos, fragmentum aliud ab eodem Gratiano pariter recitatum habetur (d), quod incipit: [(d) Diſt. 1. q. 4. cap. 5.] *Quia Præſulatus noſtri (quod bene noſtis) magiſterium non ſolum de ſacerdotum, verum etiam de ſæcularium utilitatibus debet eſſe ſolicitum, propterea &c.* De eodem Leone illud inſuper proditum ab antiquis, quod cum Egbertus Rex Anglorum ſine ſucceſſore Rege defunctus eſſet, Apoſtolica auctoritate diſpenſavit, ut Adulphus ſive Alidulphus ejus filius jam ſubdiaconus ordinatus uxorem ducere poſſet. Teſtatur hæc Gothelinus Morinenſis in vita ſancti Suvithuni Epiſcopi Vvintonienſis (e). [(e) Apud Sur. tom. 4. die 2. Julii.]

Ad calcem vero, ne tanti Pontificis tantum pereat monumentum, adjungenda hic homilia ejuſdem Patris ſanctiſſimi, quam per provincias ad Epiſcopos miſit, ut ab ipſis recitaretur cunctis ſibi ſubditis presbyteris, animarum curam gerentibus, quo cunctis innoteſceret, quæ eſſent ſui muneris, & ad ſalutem conſequendam, quæ agere deberent. Reperimus eam in Vaticana Bibliotheca, hac videlicet inſcriptione notatam:

XXI. *Leo Quartus Romanus Pontifex homiliam conſcripſit, quam quiſque Epiſcoporum in Synodis diœceſanis recitaret ad clericos, qua edocerentur Eccleſiaſtica officia.* Reperi eam apud Anſelmum Lucenſem Epiſcopum, ſuorum temporum celeberrimum Theologum. Eſt hujuſmodi:

Fra-

Leonis Quarti Roman. Pontificis ſermo. Ex Vatic. Bibliotb. cod. qui inſcribitur liber Cenſuum.

Homilia S. Leonis IV. ab Epiſcopis recitanda ſubditis.

* al. noſtrum

Fratres, presbyteri, & ſacerdotes Domini, cooperatores mihi eſtis ordinis. Nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos autem Eleazari, & Ithamar. Nos vice duodecim Apoſtolorum fungimur; vos ad formam ſeptuaginta diſcipulorum eſtis. Nos vero paſtores veſtri ſumus; vos autem paſtores animarum vobis commiſſarum. Nos de vobis rationem reddituri ſumus Paſtori noſtro JESU Chriſto, vos de plebibus vobis commendatis. Et ideo, chariſſimi, videte periculum * veſtrum, admonemus, & obſecramus, ſicut alibi ſcriptum invenimus, fraternitatem veſtram, ut de communi ſalute veſtra cogitantes, attentius audiatis admonitionem noſtram; & quæ vobis ſuggerimus, memoriæ commendetis, & opere exercere ſtudeatis.

XXII. In primis admonemus, firmiterque præcipimus, ut vita & converſatio veſtra irreprehenſibilis ſit, ſcilicet ut cella & habitatio veſtra ſit juxta Eccleſiam, & in ea feminas non habeatis. Omni nocte ad nocturnas horas ſurgite, curſum veſtrum horis certis decantate: Miſſarum celebrationes devote peragite, Corpus & ſanguinem Domini cum timore, & reverentia ſumite. Vaſa ſacra propriis manibus abluite, & extergite. Nullus Miſſam cantet ſolus, nullus ante ſolis ortum, niſi in Nativitate Domini. Nullus cantet eam, niſi jejunus. Nullus cantet, qui non communicet. Nullus cantet ſine lumine, ſine amictu, ſine alba, ſtola, * fanone, & caſula. Veſtimenta nitida ſint, & ad nullos alios uſus ſint. Nullus in alba, qua in ſuo uſu utitur, præſumat Miſſar cantare. Nullus in ligneo, plumbeo, aut vitreo calice audeat Miſſam agere. Nulla femina ad altare Domini accedat, & calicem Domini contingat: Corporale mundiſſimum ſit, Altare ſit coopertum mundiſſimis linteis; ſuper altare nihil ponatur, niſi capſæ cum reliquiis Sanctorum, aut forte quatuor ſancta Dei Evangelia, aut pyxis cum corpore Domini ad viaticum pro infirmis, cætera in nitido loco recondantur: Miſſale plenarium & Lectionarium, Antiphonarium unaquæque Eccleſia habeat. Locus in ſecretario aut juxta altare ſit præparatus, ubi aqua effundi poſſit, quando vaſa ſacra abluuntur, & ibi linteum nitidum cum aqua dependeat, ut ibi ſacerdotis manus lavet poſt communionem. Eccleſiæ ſint coopertæ bene, & cameratæ, atrium ſit ſemper mundatum.

* felonio.

XXIII. Nullus extra Eccleſiam per domos, aut in locis non conſecratis Miſſas cantet ſine licentia ſui Epiſcopi. Omnis presbyter clericum habeat ſcholarem, qui Epiſtolam, vel Lectionem legat, & ad Miſſam reſpondeat, cum quo & Pſalmos cantet. Nullus cum calcaribus, vel cultellis Miſſam cantet, quia indecens, & contra regulas Eccleſiæ eſt: Calicem, & Oblatam recta cruce ſignate, ideſt, non in circulo, & * variatione digitorum, ut plurimi faciunt, ſed diſtrictis duobus digitis, & pollice intus recluſo, per quos Trinitas annuitur. Iſtud ſignum † recte facere ſtudete: non enim aliter quidquam poteſtis benedicere.

* al. varicatione.

Infirmos viſitate, & ut ſua rationabiliter diſponant, admonete; deinde reconciliate, & juxta Apoſtolum, oleo ſancto inungite, & propria manu communicate, & nullus præſumat communionem laico, aut feminæ tradere ad deferendum infirmo. Nullus veſtrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis ſepeliendis præmium, aut munus exigat. Videte, ne per negligentiam veſtram ullus infans abſque batiſmo moriatur. Nullus veſtrum ſit ebrioſus, nullus ſit litigioſus, quia ſervum Dei non decet litigare. Nullus veſtrum arma ferat in ſeditione, quia arma veſtra ſpiritualia debent eſſe.

Nullus canum aut avium jocis inſerviat. Nullus in tabernis bibat. Unuſquiſque veſtrum (quantum ei datur, & in ſe eſt) aliquid de ſacro Evangelio, vel de Epiſtolis Apoſtolorum die Dominico, vel feſtis diebus plebi ſuæ annuntiet. XXIV.

Uunuſquiſque presbyter officium ſuum recte addiſcat; qui autem eſt illiteratus, ab officio ſuſpendatur, niſi emendet. Verbum Domini, & non fabulas inanes ex corde veſtro debetis populo annuntiare, & prædicare. Curam pauperum peregrinorum & orphanorum habete, & ad prandiola veſtra eos invitate. Eſtote hoſpitales, ut a vobis alii bonum ſumant exemplum.

Omni die Dominica ante Miſſam aquam benedicite, unde populus aſpergatur; Et ad hoc proprium vas habete. Sacra vaſa, & veſtimenta ſacerdotalia nolite pignori dare. Nullus veſtrum minus digne pœnitentem cujuſcumque rei gratia ad reconciliationem adducat, & ei teſtimonium reconciliationis ferat. Nullus veſtrum uſuras exigat, ut conductor fœneratorum exiſtat. Res & facultates, quas poſt ordinationem veſtram acquiritis, ſciatis ad Eccleſiam matrem pertinere. Nullus ſine licentia Epiſcopi per poteſtatem ſæcularem Eccleſiam acquirat. Nullus presbyter ſub poteſtate laicorum miniſter aut Caſtaldio fiat. Nullus per pecuniam Eccleſiam alterius ſupplantet. Nullus Eccleſiam, ad quam intitulatus eſt, dimittat, & ad aliam quæſtus gratia, ſine licentia Epiſcopi migret. Nullus plures Eccleſias teneat ſine adjutorio aliorum presbyterorum. Nullatenus una Eccleſia inter plures dividatur. Nullus alterius parochianum, niſi in itinere, ſi ibi placitum fuerit, ad Miſſam recipiat. Nullus in alterius parochia abſque proprii presbyteri voluntate vel rogatus Miſſas cantet. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat. Nullus pœnitentem invitet carnem manducare, & bibere vinum, niſi pro eo ad præſens eleemoſynam faciat.



XXV. Nullus baptizare præſumat, niſi in vigiliis Paſchæ, & Pentecoſtes, niſi pro periculo mortis. Nullus clericus, vel laicus in Eccleſia loqui audeat; tantum oret, maxime infra divinum officium. In Sabbato Paſchæ, extincto veteri, novus ignis benedicatur, & per populum dividatur, & aqua benedicta ſimiliter. Unuſquiſque fontes lapideos habeat, & ſi lapideos habere non poſſit, vas ſaltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat. Attendite, ut omnibus parochianis veſtris Symbolum Apoſtolorum, & Orationem Dominicam inſinuetis. Vigilias Apoſtolorum, & jejunium Quatuor temporum, & Rogationum, & Litanias majores plebibus veſtris omni ſtudio obſervandas inſinuate. Quarta feria ante Quadrageſimam, plebem ad peccatorum confeſſionem invitate, & juxta qualitatem delicti, pœnitentiam injungite non ex corde veſtro, ſed ſicut in Pœnitentiali ſcriptum eſt. Ab illa quarta feria uſque in diem Reſurrectionis Domini nullus manducet carnem, vel ſanguinem. Quatuor temporibus in anno, ideſt, in Nativitate Domini, in Cœna Domini, Paſcha & Pentecoſte, omnes Fideles ad communionem Corporis & ſanguinis Domini accedere admonete, certis diebus & temporibus conjugatos abſtinere ab uxoribus exhortamini.

XXVI. Eulogias poſt Miſſas in diebus feſtis plebi diſtribuite. Nullus veſtrum induatur veſtibus laicalibus. Nullus rem, aut poſſeſſionem, aut mancipium Eccleſiæ vendere, aut commutare, aut quocumque titulo alienare abſque licentia Epiſcopi præſumat. Die Dominica, & aliis diebus feſtis abſque opere ſervili a veſpere uſque ad veſperum celebrare facite. Cantus & choros mulierum in Eccleſia, vel in atrio Eccleſiæ prohibete: carmina diabolica, quæ nocturnis horis ſuper mortuos vulgus facere ſolet, & cachinnos, quos exercet, ſub conteſtatione Dei omnipotentis vitate. Cum excommunicatis nolite communicare. Nullus præſumat illis Miſſas cantare, ſed & hoc ipſum plebibus annuntiate. Ad nuptias, niſi forte ad eas benedicendas, nullus veſtrum eat. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat, niſi publice celebratis nuptiis. Raptum omni modo prohibete, & ut nullus ad proximam ſanguinis accedat, firmiter prohibete, & ne alterius ſponſam quis ducat, contradicite. Porcarios, pecuarios, & alios paſtores, diebus Dominicis ad Miſſam venire admonete, & ut filiis ſuis Orationem Dominicam, & Symbolum inſinuent, vel per alios inſinuari faciant. Chriſma ſemper ſit ſub ſera & ſigillo propter quoſdam infideles. Volumus autem fratres cariſſimi, quatenus quæ noſtra percepiſtis traditione, quantum humana patitur infirmitas, bonis ſtudeatis operibus adimplere, præſtante Domino noſtro JESU Chriſto, qui cum Patre, &c. Hæc ibi ejuſdem Pontificis pervigilis curæ paſtoralis nobile documentum. Non eſt prætereundum, quod eodem anno, dum adhuc ipſe Leo Papa ſuperſtes eſſet, Ethelulphus Rex occidentalium Saxonum in Anglia Romam veniens, ſummo honore ab eodem Leone Pontifice exceptus eſt; eo autem defuncto, quem duxit ſecum Ælfridum filium ſuum ab eo coronari obtinuit. Cujus rei cauſa, qui in Anglia remanſit primogenitus ab eo defecit, ſed, Deo juvante, cum pater rediit, res ab eo ſunt compoſitæ. Hæc pluribus Matthæus Weſtmonaſterienſis, qui & recitat donationem ejuſdem Regis factam Eccleſiæ Anglicanæ ſui Regni anno ſuperiori, antequam Romam ſe contulerit, quæ ſic ſe habet:

Regnante in perpetuum Domino noſtro JESU Chriſto. In noſtris temporibus bellorum incendia, & direptiones opum noſtrarum, & vaſtantium crudeliſſimas hoſtium barbarorum, paganorumque; gentium multiplices tribulationes affligentium uſque ad internecionem cernimus tempora incumbere periculoſa. Quamobrem ego Ethelulphus Rex occidentalium Saxonum cum conſilio Epiſcoporum & Principum meorum, concilium ſalubre, atque uniforme remedium affirmavi, ut aliquam portionem terræ meæ Deo, & beatæ Mariæ, & omnibus Sanctis jure perpetuo poſſidendam concedam, decimam ſcilicet partem terræ meæ, ut ſit tuta muneribus, & libera ab omnibus ſervitiis ſæcularibus, necnon regalibus tributis majoribus & minoribus, ſive taxationibus, quas nos Miteredden appellamus. Sitque omnium rerum libera pro remiſſione * animarum, & peccatorum meorum ad ſerviendum ſoli Deo ſine expeditione, & pontis conſtructione, arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis preces ad Deum ſine ceſſatione fundant, quo eorum ſervitutem in aliquo levigamus. Placuit autem Epiſcopis Eccleſiæ Schireburnenſis Alſtano, & Vvintonienſis Suvithuno cum ſuis Abbatibus, & Dei ſervis, viris ſcilicet, & feminis religioſis, quibus ſupradicta collata ſunt beneficia, conſilia inire, ut omnes fratres, & ſorores, omni hebdomada, die Mercurii, hoc eſt Wodnesday in unaquaque Eccleſia cantent Pſalmos quinquaginta, & unuſquiſque presbyter duas Miſſas, unam pro Rege, & aliam pro Ducibus ejus, in hunc modum conſen-

XXVII.

* f. animæ meæ.

* ſ. noſtrorum. *ſentientibus pro ſalute, & refrigerio delictorum * ſuorum. Poſtquam autem defuncti fuerimus, pro Rege defuncto ſingulariter, & pro Ducibus communiter. Et hoc ſit firmum Conſtitutum omnibus diebus Chriſtianitatis, ſicut libertas conſtituta eſt, quamdiu Fides creſcit in gente Anglorum.*

XXVIII. *Scripta eſt autem hæc donationis charta anno Gratiæ octingenteſimo quinquageſimoquinto, Indictione * quarta, quinto Nonas Novembris, in urbe Vventana, ante majus altare beati Petri Apoſtoli.* His ita geſtis ſubdit auctor: *Rex magnificus occidentalium Saxonum Ethelulphus cum honore maximo Romam profectus, duxit ſecum Ælfridum filium ſuum juniorem, quem cæteris omnibus plus dilexit, ut a Papa Leone moribus pariter, & religione informaretur ibidem. Ubi cum anno integro Rex cum filio ſuo demoratus fuiſſet, fecit filium ſuum ibi a Papa in Regem coronari, atque poſt dies paucos ad patriam rediens, duxit Juditham Caroli Regis Francorum filiam ſecum in Angliam ſibi matrimonio copulatam, &c.*

* tertia.

Rurſum vero ſub eodem Leone Romano Pontifice conſtat quemdam Vvalbertum (a) nobiliſſimum Saxonem, Chriſtiana pietate ferventiſſimum Romam iviſſe religionis gratia, atque petiiſſe ab eodem Leone ſummo Pontifice corpus S. Alexandri martyris, qui fuit unus ex filiis ſanctæ Felicitatis, accepiſſeque ab eo, atque in Saxoniam deportaſſe, illicque in collegio a patre ſuo Vvigberto inchoato collocaſſe, digneque coluiſſe, habent ſcriptores rerum Saxonum.

(a) *Sax. Metrop. Crant. lib. 2. c. 27. & alii.*

Corpus S. Alex. Mart. tranſlatum in Saxoniam.

XXIX. Hic demum recitanda ſunt, quæ tempore ejuſdem Leonis Papæ Quarti Joannes Diaconus valde miranda contigiſſe tradit in monaſterio S. Gregorii ad Clivum Scauri. Sic enim ſe habent (b): *Leonis Quarti Pontificis tempore, cum Megiſtus Oſtienſis Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarius, eidem monaſterio præeſſet, Joannes presbyter ejuſdem Præpoſitus cum quadam femina turpiter vivens, vehementiſſimo podagræ dolore correptus eſt. Qui medicorum manu cauteriatus, perexuſtionis vulnus calcem cœpit effundere, quam reſtringere nulllis artibus prævalens, in tantam deſperationem perductus eſt, ut ab omni illius feminæ viſitatione deſiſteret, & illa ſibi alterum ſub eodem facinore copularet. Sed poſt annum presbyter ad priſtinam ſanitatem revertens (quamquam propoſitum ſibi fuiſſet, ut ulterius nullam contingeret) ad eam tamen, miſſo nuntio, futuro die Dominico ſe redire profeſſus eſt. Quo recepto, ubi ſuo deſiderio votum quoque mulierculæ convenire gaviſus eſt, ad balnea proceſſit. Unde revertens, tantum lætitiæ potionibus, & cautionibus ſe diſſolvit, ut ſubrepente ſomno, intereſſe nocturnis cum fratribus numquam potuiſſet officiis.*

(b) *Joan. Diacon. in vit. S. Greg. lib. 4. cap. 86.*

*Eadem nocte cuidam presbytero, & monacho beatus Gregorius in ſomnis apparens, ait: Surge, & dic Præpoſito, ut pœnitentiam agens, peculium ſuum, quod congregare non puduit, pro peccato conſcientiæ ſuæ diſpergat, quia die tertia funditus extinguetur e vita. Quod Præpoſitus vehementer ut audivit, expavit, & quia mandato Gregorii incredulus eſſe non poterat, pœnitentiam cœpit, cunctaque ſua ſanus diſtribuens, tanto febris ardore correptus eſt, ut a diluculo diei tertii uſque ad horam tertiam ingenti fragore præ incendio, linguam ab ore projiciens, ultimum flatum protraheret. Quem presbyteri tam duriter laborare videntes, deputatis illic monachis, qui cum pſalmodiis ejus exitum commendarent, ipſi pro eo ſtuduere omnipotenti Domino ſolemnes hoſtias immolare. Sed monachi pſalmodiam deſerentes, non timuerunt inter ſe morienti fratri detrahere. Cum ecce presbyteri a Miſſarum ſolemniis circa horam ſeptimam remeantes, Joannem presbyterum, quem incredibiliter cum morte luctantem reliquerant, lenius ſe habere mirati ſunt, eumque nominatim clamare cœperunt. Mox ille oculos ſubridendo concutiens: Parcat, inquit, mihi Dominus, fratres: Quare me ſolicitare voluiſtis, qui ab ipſo hujus diei principio uſque nunc coram Chriſto * præſidenti multis millibus Angelorum, cum diabolo ad judicium ſteti, & adjuvantibus me ſanctis Andrea, & Gregorio, cunctis ejus objectionibus bene reſpondi? Sciatis autem, quia monaſterii ſextarium, modium, libram, conſuetudinem eleemoſynarum, & luminum, omnemque menſuram curioſiſſime Chriſto quærenti, uſque ad ſcabellum pedum ejus portavi. Sed de una objectione, fateor, convictus erubui, de qua me nimium, ſicut vidiſtis, laborando vexavi, & me adhuc liberare non potui.* XXX.

* ſ. præſentibus,

*Cumque fratres de ea requirerent, ait: Non audeo dicere, quia quando vos me clamaſtis, & a ſancto Gregorio redire juſſus ſum, ut vobis etiam de menſuris, & conſuetudinibus monaſterii ponerem rationem, diabolus conqueſtus eſt, putans, quod me pater Gregorius ad pœnitentiam remiſiſſet. Quapropter beatum Gregorium vadem dedi, ne commotam calumniam cuilibet revelarem. Illis magis imminentibus, & ſe pro eo deprecaturos Dominum, promittentibus, ut cauſam fratribus revelaret: defunctorum quorumdam domos, & viventium merita proferebat, dicens: Iſte dignus, iſte indignus eſt. Rurſus interrogatus, ad monachos, qui pridem ſecum remanſerant, converſus eſt, dicens: Omnia, in quibus mihi detraxiſtis, fratres,* XXXI.



*audivi, quamquam reſpondere nequiverim, & impedimentum mihi non modicum generaſtis, quia tam a vobis, quam a diabolo ſub uno tempore accuſatus, neſciebam cui calumniæ primitus reſponderem. Sed ſi quando quemlibet migrantem videritis, compatimini ſorti communi, & nolite de eo judicare, qui ad tam diſtricti Judicis cum criminatore ſuo judicium vadit.*

XXXII. *His expletis, cunctos jubet abſcedere; ſolum presbyterum, qui ſibi mortem prænuntiarat, ſecum tenens. Qui ſolus remanere paveſcens, alterum ſecum tenuit, hortatus, ut cauſam, pro qua conflixerat, ſaltem ſibi pandere non timeret. At ille vehementer ingemuit, & converſo ad parietem capite, clamabat dicens: O Andreas, o Andreas, hoc anno pereas, qui me pravo conſilio ad periculum compuliſti.* Erat illa iſta cauſa, cujus judicio arctabatur, ut ſatisfacere accuſatori non poſſet, ut pœnas æternas poſſet evadere, ut proxime auditurus eris. Ita Deo diſponente, ut judicio ſuo moneret viventes, quam ſevere Deus judicet in exitu uniuſcujuſque. Pergit vero Joannes: *E veſtigio Zacharias medicus, qui anno præterito ad ſuos, videlicet Sarracenos apoſtatando reverſus eſt, affuit; tactiſque temporibus, jurare cœpit, presbyterum ex eadem valetudine minime moriturum. Quem languidus ut audivit, cum ingenti animadverſione repulit, dicens: Fratres jam omne corpus meum eſt mortuum, in extremis faucibus ſpiritum permiſſum retineo, continuo moriturus: tantum pſallite, ut revideam Angelos, quos videbam, & innuens vobis oſtendam. Quibus orantibus totus cœpit tremere, palleſcere, ſurſum deſideranter aſpicere. Cum ſubito ſpiritus adventare conſpiciens, revolutis terribiliter oculis, monachis innuit, & abſceſſit; eoſque tanto terrore perculſos dimiſit, ut multis noctibus ibi jacere timuerint.*

XXXIII. *Eodem die, ſicut poſtea deprehenſum eſt, eodemque momento, quando presbyter moriens, Andreæ periculum fuerat imprecatus, idem Andreas fundi Barbiliani poſiti, ſcilicet in via Oſtienſi, conductor in lectulum decidit, in quo per multum temporis continuo languore correptus, ita totus emarcuit, ut omne corpus ejus particulatim videretur diſſolvi. Cumque defluentibus carnibus conſumi poſſet, mori autem non poſſet; uxorque fetorem vulnerum, virique cruciatus jam ſuſtinere non poterat, intellexit tanti languoris incommoda ſine divinæ ultionis ſententia hunc nullatenus incurriſſe. Quem flendo curavit inquirere, ut quoniam a moriente Præpoſito fruſtra vocari non poterat, quid cum ipſo commiſerat, ut monachis revelaret; ſi forte Dominus ejus confeſſionem recipiens, eum a tantis cruciatibus liberaret. At ille cognoſcens malum, quod fecerat, latere non poſſe, monaſterii monachos convocari rogavit, eiſque confeſſus eſt, cum eodem Præpoſito quaſdam monaſterii chartulas rapuiſſe, ac receptis pretiis, extraneis tradidiſſe, ſeque certum exiſtere, quia pro hoc flagitio mori non poſſet, quouſque hoc coram omnibus revelaret. Quod videlicet verum fuiſſe, rei eventus evidenter oſtendit: nam mox ut tantum facinus cunctis innotuit, is qui dudum mori volens non poterat, inter verba ſuæ confeſſionis ſpiritum efflavit. Quem idcirco omnipotens Deus diu cruciari voluit, mori autem, donec reatum ſuum confiteretur, non poſſe permiſit, ut exemplo ſui cruciatus oſtenderet, quid conſumptores rerum Gregorii de ſemetipſis ubique ſperare debuiſſent.*

*Ipſius quoque Pontificis tempore, ejuſdem patris monaſterio Anaſtaſius præfuit, vir quidem caſtitate conſpicuus, & ſui monaſterii cautiſſimus exequutor. Qui cum ſævientis inopiæ tempus agnoſceret; ne monachis fortaſſis neceſſitas incumberet, quadraginta pauperum, quos beatus Gregorius paſci ſemel in anno decreverat, refectionem ſubduxit. Quod impune ſe feciſſe perpendens, etiam duodecim pauperum totidem denarios, qui die depoſitionis beati Gregorii pro commemoratione ab eo quondam invitatorum, quorum tertiusdecimus Angelum ſe eſſe profeſſus eſt, conſuetudinaliter paſcebantur, penitus intercepit. Cum ejuſdem Quadrageſimæ tempore, beatus Gregorius eidem presbytero, cui ſupra, & monacho in ſomnis apparuit, dicens: Vade, & dic œconomo: Quia adminuit conſuetudinem, quam ego conſtitui, Dominus quoque ejus dies diminuit. Quod œconomus ut audivit, primo quidem contremuit, poſtea vero tanto minus credidit, quanto longius vitam ſuam cognoſcebat extendi.* XXXIV.

*Et ecce ſub ipſis Albis Paſchalibus in Oratorio S. Severini cum fratribus veſpertinis aſſiſtens officiis, ardere parietem vidit, quem fratribus extinguere imperavit. Quibus hunc vinolentum credentibus, ipſe tandem ferulam, quam tenebat, projiciens, manuſque per parietem circumducens, conabatur foris flammas extinguere, quas conſtabat intima ejuſdem depaſcere. Deinde tandem ad hoſpitium rediens, tanto febris ardore ſuccenſus eſt, ut pervenire ad diem ſeptimum nullatenus potuiſſet. Quia ergo dum conſuluiſſe putavit ſe monachis, pauperibus nocuiſſe non timuit, ac per hoc, quo ſe placare poſſe Gregorium credidit, prorſus offendit, fruſtra flammas parietis extinguere voluit, qui tenacitatis ſuæ flammas extinguere recuſavit.* Subiicit de infeſtatione dæmo- XXXV.

nis in eodem loco multifariam a Deo permiſſa, quo habitantes in eodem monaſterio, vel ſaltem timore coerciti, vitia propulſarent, atque virtutibus operam darent. Jam vero de Leonis ſucceſſore agamus.

XXXVI. *Benedictus III. Pap. creatur.* Leone defuncto, abſque mora in locum ejus ſubrogatur conſenſu omnium, Benedictus patria Romanus, Petri filius, ex presbytero tituli Calliſti. Verum mox factione pravorum, qui uſi ſunt ad flagitium opera Legatorum Imperatoris, intruditur Anaſtaſius, olim presbyter tituli S. Marcelli excommunicatus; verum reſiſtente magna conſtantia Romano Clero, Populoque Anaſtaſio ſchiſmatico renitente, eiicitur, atque in ſuam Sedem idem Benedictus reſtituitur. Hæc ſumma rerum, quæ fuſius ab Anaſtaſio, qui aderat, narrantur. Fuit iſte peſſimus conatus Imperatoris Ludovici, qui videns in electione Pontificis, nullam haberi rationem Imperatoris, in odium Romani Cleri, liberis ſuffragiis eligentis Pontificem; ſtuduit provehere in Sedem Apoſtolicam hominem illum perditiſſimum, qui diu multumque iſta molitus fuerat. Sed omnis conatus Imperatoris irritus penitus redditus eſt. Quomodo autem iſta cuncta geſta ſint, audiamus ab ipſo Anaſtaſio, qui ſic exorditur ab ejuſdem Benedicti ad Subdiaconatum promotione:

*Erat autem ſapiens verbo, & doctrina præclarus, ſobrius converſatione, loquela pacificus, cunctis compatiens, omnibuſque obediens. Denique benigniſſimus cum intueretur Papa Gregorius eum peritum doctrinis, atque proficuum: in ſancta illum conſtituit Romana Eccleſia Subdiaconum.* Progreſſus Benedicti. *In quo quidem ordine plura invenit actionis ſacræ certamina. Tamen carnem vicit, & mundi principem, & omnia ejus argumenta nequiſſima. Ubi vero Gregorius Præſul migravit ad Dominum, Sergius gubernacula Romanæ ſuſcepit Antiſtes Eccleſiæ. Eoque defuncto, Leo Sedem Papa ſuſcepit, oppido qui illum pro feliciſſimis ejus actibus diligens, ſuperno compulſus nutu, Calliſti eum titulo, ingenti presbyterum conſecravit honore; cujus virtutis magnitudo in tantum longe lateque refulſit, atque perfloruit, ut in omnibus beatiſſimus meritis & opere haberetur. Evidenter autem in * eo divina permanere ſapientia cognoſcebatur: quare largifluis puriſque ejus omnes favebat affectibus, & luce clarius perornabat, caducique, & tranſitorii mundi delectabilia reſpuebat. Jejuniis erat validus, orationi aſſiduus perſiſtebat, pervigilque quotidie divinis laudibus immorabatur.*

XXXVII. *Leo quidem ubi ex hac luce ſubtractus Præſul occubuit: mox ſimul omnis Clerus iſtius Romanæ a Deo protectæ Sedis, univerſique proceres, cunctuſque Senatus atque populus, Domini clementiam congregati ſunt exorare, ut beatiſſimum illis omnibus dignaretur demonſtrare Paſtorem Apoſtolatus, qui culmen regere valuiſſet tranquille. Divinitus igitur, & æthereo tunc lumine inflammati, uno conſenſu unoque eumconanime, qui tantis pollebat ſacris operibus, Pontificem promulgaverunt eligere. Illico vero alacri univerſi ſtudio, plebs & populi cœtus ad Calliſti titulum properantes, Domino illum omnipotenti (ut ſolitus fuerat) invenerunt fundentem orationem. Surgens autem, & populi denſiſſima cernens agmina, quod erat recognovit, & mente concepit. Interea multis cum lacrymis genua flectens, flebili voce omnes deprecabatur, taliter dicens: Non me a mea deducatis Eccleſia, rogo, quia tanti culminis non ſufficio unus ſuſtinere, nec bajulare gravamen. Illi vero nullatenus acquieverunt, ſed viribus cunctis ex eodem titulo abſtrahentes, cum hymnis & canticis ſpiritualibus ampla exultatione, & ineffabili gaudio in Patriarchium Lateranenſe perducentes, Pontificali ſolio (ut mos eſt Pontificum, canaque conſuetudo demonſtrat) poſuerunt. Lætatur propterea Urbs, exultat Eccleſia, congaudent ſenes, omneſque divinas modulantur virgines laudes, ditantur pauperes, locupletantur inopes, conſolantur afflicti, conſur-*

gunt

PAGIUS X. *Benedictus III. ordinatur Pontifex Rom.* A num. XXXVI. ad L. In vulgatis editionibus Anaſtaſii ceſſatio Sedis poſt Leonis IV. mortem non legitur, ſed in variantibus lectionibus editioni Regiæ ſubjectis, pag. 291. dicitur in uno exemplari MS. haberi ceſſaſſe Sedem *menſes II. dies XV.* quod & notatur in duobus Catalogis Colbertinis, IV. ſcilicet & VI. & in Hiſtoria Platinæ; ſed cum Leo IV. ex Anaſtaſio die XVII. menſis Julii e vivis exceſſerit, & *Benedictus III.* natione Romanus die viceſima nona menſis Septembris, in quam Dominica cadebat, ordinatus fuerit, ut in morte ejus conſtabit, Sedes ceſſavit tantum menſes duos, dies duodecim. *Benedictus* quidem paucos poſt dies a morte Deceſſoris ſuis Pontifex electus eſt, ſed Ludovici II. Aug. decretum expectandum fuit, antequam ad ordinationem veniretur. Scribit enim Anaſtaſius, poſtquam ejus electionem narravit: *His peractis Clerus & cuncti Proceres Decretum componentes propriis manibus roboraverunt, &* CONSUETUDO PRISCA UT POSCIT, *invictiſſimis Lothario ac Ludovico deſtinaverunt Auguſtis.* Addit Anaſtaſius Legatos, qui Imperialem Epiſtolam Romam attulere, defeciſſe ad Anaſtaſium Presbyterum, qui a Leone IV. in plena Synodo depoſitus, & anathemate vinctus fuerat; ſed Epiſcopos cum univerſo Clero ac populo clamaſſe, ſe velle Benedictum Beatiſſimum Papam, & ejectum fuiſſe Anaſtaſium, de cujus conſecratione idem Anaſtaſius ſubjungit: *Dominico die diluculo in Baſilicam Beati Petri Apoſtoli ab Epiſcopis, Clero, Proceribus deductus eſt, & in conſpectu omnium, Imperialibus Miſſis cernentibus, in Apoſtolica ſede,* UT MOS

EST



*gunt debiles, infirmi ſanantur, cæterique pede concurrunt: quæ extenſa in eis triſtitia fuerat contemplabatur excuſſa, & tranquillitas florigera videbatur erecta.*

XXXVIII. Colluſio legatorum *His ita peractis, Clerus, & cuncti proceres decretum componentes, propriis manibus roboravere, & ut conſuetudo priſca expoſcit, invictiſſimis Lothario ac Ludovico deſtinavere Auguſtis. Ipſum autem, qui deducebat decretum, Legati, Nicolaus videlicet, Anagninæ Antiſtes Eccleſiæ, atque Mercurius Magiſter militum, Arſenio Eugubii obviantes Epiſcopo, ad invicem confabulari cœperunt. Qui callidis eos ſermonibus leniens, corda eorum emolliri cœperunt, Benedictique fidelitatem jam fati declinare electi. Cum quibus etiam conſilium ſtuduit confirmare, ut depoſitum, anathematizatumque Anaſtaſium (quod divina nullatenus permittebat clementia) Pontificatus infula perornarent. Euntes itaque, Ludovico benigniſſimo Cæſari decretum dantes, duplici, quam in mentibus gerebant, intentione, Romam reverſi ſunt, adventumque Miſſorum nuntiantes Imperialium, epiſtolas eidem inſigni obtulere electo, quibus Auguſti continebantur reſponſa. Qui & omni Clero, ac Reipublicæ cœtibus, diris machinationibus conſilium quod (ut retulimus) cum Eugubino Epiſcopo Arſenio ſtatuerant, adimplere cupientes, dicebant: Omnes obviam Imperialibus ſimul nobiſcum exire ſtudete Legatis, quatenus Auguſti juſſionibus obedientes exiſtere valeatis.*

XXXIX. Machinatio ſchiſmaticorum. *Poſt aliquot quoque dies, ipſi, quos pronuntiavere, Miſſi Hortam, quæ quadraginta milliaria Roma diſtat, properavere. Ex quibus in eam Adelbertus, Bernarduſque ingreſſi Comites, eidem olim damnato, cogente Arſenio Epiſcopo, ſe conjunxere presbytero, nomine Anaſtaſio qui in ſancta Synodo, præſidente Leone ſanctæ memoriæ Præſule, rite ſecundum ſacrorum promulgationes Canonum excommunicatus, depoſitus, & anathemate vinctus fuerat) non habentes Dominum præ oculis, ipſius præcepta confundere, ut tyranni truculenti cupientes, meditabantur qualiter eumdem ejectum, anathematizatumque Anaſtaſium Apoſtolico culmine ſublevarent, contra traditiones, omniumque ſanctiones Pontificum, virorumque almorum. Miſſi quoque, quos jam ſupra meminimus, qui Imperatori noſtrum quidem decretum benigniſſime de electione Benedicti porrexerant, id eſt, Nicolaus Epiſcopus, & Mercurius Magiſter militum, obviam quaſi Imperatoris Legatis profecti ſunt, Hortamque properantes urbem, fidelitatis ſacramentum, quod fecerant almifico Benedicto, parvipendentes, obliviſcenteſque electi, ſe damnato conjunxere depoſitoque presbytero. Hac ſub occaſione multi recedentes ab Urbe, ſimiliter peregere, cogitantes conſilium, juxta illud Prophetæ (a) elogium, quod non potuere ſtabilire.* (a) Pſal. 20.

XL. Qui confluxerunt ad Hæreticos. *Urbe quidem exeuntes, ab Horta juxta baſilicam beati Leutii martyris pervenere inſultantes, taliumque gloriantes hominum favore, atque virtute. Cum quibus Rodualdus Portuenſis Epiſcopus, Tudertinæque urbis Agatho Antiſtes aderant, qui etiam Romana diſceſſerant Urbe, eidemque anathematizato, tetra irretiti caligine, ſe junxerant, obſcurati ſenſu mentis, & animæ. Hoc ipſe Dei famulus audiens Benedictus electus, Gregorium, Majoremque venerabiles, prudenteſque & omni ſcientia plenos Epiſcopos ipſis Imperialibus Miſſis cum aliquibus litteris ſtuduit deſtinare. Qui eos apprehendentes, arcte, anathematizato monente presbytero, vinxerunt, & cuſtodibus tradiderunt; quod ne barbaræ quidem in Legatos nationes perficere audent. Poſtmodum autem ſæpius dictus Chriſti miniſter Benedictus electus Hadrianum inſignem Secundicerium ſanctæ Sedis Apoſtolicæ illis, atque Gregorium Ducem obviam direxit.*

XLI. *Altera autem die motionem fingentes, omni Clero, cunctoque Senatui, & univerſo populo mandavere, ut obviam illis trans * Molvium pontem Imperatoris juſſionibus irent. Tunc omnes dolum neſcientes Romani neque fallaciam, acquieverunt: Molviumque trans pontem Urbe egreſſi, unanimiter perrexerunt, properantibuſque ad Martyris jam fati baſilicam, ipſis, de quibus jam ſupra meminimus, Legatis, eidemque depoſito, anathematizatoque presbytero ipſi Clerus, atque Romana plebs, ac proceres obviaverunt pariter, cum quibus Neronis equitantes per* * Molvium pro Milvio ſæpe.



PAGIUS EST ET ANTIQUA TRADITIO *dictat, conſecratus ordinatuſque eſt Pontifex.* Ex quibus duo magni momenti colligere eſt; Primum, Ordinationes Pontificum Romanorum nonniſi diebus Dominicis aut ſolemnioribus Feſtis fieri ſolitas eſſe; quod quidem Onuphrius in Chronico Eccleſiaſtico, Blondellus in Apologia pro ſententia Hieronymi de Epiſcopis & Presbyteris, ac in libro contra Primatum Eccleſiæ, Jacobus Capellus, & quidam alii jam obſervarunt, & nunc apud omnes in confeſſo eſt.

XI. Secundo falſam eſſe donationem quæ ſub Ludovici Pii nomine circumfertur, in qua ſtatuitur ut Pontifex Electus non expectatis Legatis Imperialibus conſecretur, & deceptum eſſe Baronium, qui Ludovici donationem legitimam eſſe credidit, ſcripſitque, *Lotharium & Ludovicum* Imperatores pactis cum Leone IV. initis remiſiſſe confirmationem, quam ſibi vendicabant Romani Pontifices electi, vel qualecumque jus quod ſibi in ejuſdem electione vel ordinatione arrogare tentaſſent; cum Anaſtaſius mox citatus diſerte aſſerat, id priſcam conſuetudinem poſtulaſſe. *Donatio Ludovici Pii ſuppoſititia.*

*campum, Urbis jam mœnibus propinquabant: Hadrianum quoque inſignem Secundicerium, de quo ſupra retulimus, vallatum cuſtodibus deducebant. Sed hoc infelicis depoſiti præſumptio agebat presbyteri, qui viribus Cæſaris Leoninam cum ipſis ingrediens urbem Legatis: Apoſtolorum Principis, quam non debuerat introire baſilicam, eamque Dei parvipendens judicium, audacter invaſit, tantaque ac tali infauſta operationis mala peregit, qualia nec ſarracena in ea perficere manus præſumpſit, vel auſa eſt. Imagines enim confregit, igneque cremavit; & Synodum, quam ſuper Sanctuarii januas beatæ memoriæ Leo Papa pingere juſſerat, deſtruxit; denique JESU Chriſti ejuſque ſemper Virginis Genitricis iconam bipenne (quod non debuerat) ad ima dejecit. Pro quo deteſtabili opere Orthodoxæ cuncti cultores Fidei lacrymas fundentes ingemiſcebant, & triſtitia replebantur & mœrore.* Opus illud aureum, & argenteum a Leone prædeceſſore magna fuerat impenſa conſtructum, eidemque ſacræ baſilicæ (ut dictum eſt ſuperius) una cum aliis donis oblatum. Pergit Anaſtaſius:

Immania ſcelera Anaſtaſii ſchiſmatici.

XLII. *His ita peractis, hoſtili virtute ipſe presbyter depoſitus, Romam ingreditur, celeriterque in Lateranenſe Patriarchium properavit cum ſuis iniquiſſimis ſequacibus, & ſæculari potentia, multiſque telorum generibus januas ejus aperiens, tyrannus veluti cruentus januam ſic introivit, ſolioque, quod nec manibus debuerat contrectare, reſedit. Et cuidam Balneoregis Epiſcopo, Romanus qui vocitatur nomine tantum, non opere, qui ferinis obumbratus moribus cerneretur, præcepit, ut beatiſſimum Benedictum, quem omnis Romana (ut prætulimus) plebs elegerat, Pontificali, in quo reſidebat, eiiceret ſolio: qui etiam veſtimenta Pontificalia, quibus indutus erat, ut barbarus, tulit, atque expoliavit, multiſque eum injuriis, verberibuſque replevit. Tunc ipſe depoſitus presbyter Anaſtaſius eumdem benigniſſimum Benedictum electum non humana, ſed Dei virtute cuſtodibus acribus, qui eum conſtringerent, tradere ſtuduit, Joanni ſcilicet, Hadrianoque dudum presbyteris, qui a Leone præſide pro illorum criminibus damnati fuerant, atque depoſiti ex omni ſacerdotali officio.*

Schiſmaticus intruditur in ſolium Pontificium.

XLIII. *Mox univerſa Urbs ululatu, ampliſque repleta eſt fletibus, & gravi mœrore quaſſata jacebat. Illicoque quidem omnes Epiſcopi, Cleruſque ac Dei populus Sancta Sanctorum ingreſſi tundentes pectora ſua, profuſis lacrymis inter veſtibulum & altare proſtrati jacebant, Dei orantes majeſtatem, ut e tanta erroris caligine ſua eos victrice dextera liberaret. Septimæ tunc feriæ curſus peragebatur. Altera quidem die, prædicti Epiſcopi cum univerſo Clero ac populo in Æmilianæ titulo convenere. In quem etiam Auguſti ſæpius dicti Legati frementes, magnaque tumentes ſuperbia pervenere: & impetu facto, abſidem, in qua Epiſcopi pſallentes reſidebant cum Clero, leones veluti ferociſſimi, conſcenderunt, erectiſque baculis, eos conabantur elidere, enſibuſque punire, dicentes: Acquieſcite, & veſtro conſenſu Anaſtaſius Pontificali culmini ſubrogetur.*

Populi Romani luctus ob intruſionem ſchiſmatici.

XLIV. *Illi vero ſancto repleti Spiritu, affirmantes dixerunt: Numquam in depoſitum & anathemate a ſancto Præſule, beataque Synodo vinctum conſentimus, ſed modis omnibus abiicimus a cæteris, & ſegregamus. Ipſi denique furibundi verberibus eos, tormentiſque dicebant velle punire. Sed beatiſſimi omnes Antiſtites, & qui cum ipſis aderant, terrores, vel minas parvipendentes eorum, immobiles perſtiterunt. Quorum conſtantiam jam dicti Franci cernentes, ab eis ira diſceſſerunt repleti, & in quoddam cubiculum ipſius baſilicæ ſunt ingreſſi, diverſa conſilia meditantes, in quod etiam Oſtiæ, Albanique Antiſtites coactos introduxerunt; quos molliori ſermone, blandiſque reducere adulationibus decertabant, & poſtmodum aſperis promiſſionibus circumdabant. Quibus etiam ſtridula voce dicebant: Nullatenus vitam poſſidere poteſtis, ſed capitali ſubjacetis ſententiæ, niſi Anaſtaſio gratiam conſecrationis dederitis. Illi autem antea ſe morti tradi proferebant, membratimque lacerari, quam depoſito, anathemate damnato conſecrationis tribuere benedictionem. Arguebant autem eoſdem Miſſos, & univerſas demonſtrabant ſacræ Scripturæ reſponſiones, quatenus nullatenus eum depoſitum ordine, quo poſcebant, reſtituere valuiſſent. Protinus vero ſecretius lingua eorum confabulantes, furor, qui inter eos exuberabat, minuitur, mentibuſque eorum videbatur expulſus.*

Epiſcopi Cardinales & alii reſiſtunt conſtanter legatis.

XLV. *Tertia vero feria luceſcente, omnes Epiſcopi cum Clero & populo in baſilica Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, congregati ſunt, in qua omnis plebs, ac populi multitudo extenſa voce clamabant: Benedictum beatiſſimum Papam volumus, ipſumque deſideramus. Quod jam præfati audientes Legati mirabantur. Videntes itaque quia ad Anaſtaſium Chriſtianitas amorque nullo concordiæ flectebatur ingenio: in quodam Patriarchii cubiculo Epiſcopos convocavere & alios ſacerdotes cum Clero; cum quibus amplum agitare ſtuduerunt conflictum. Sed eorumdem Miſſorum audaciam ſuperaverunt ſermonibus atque doctrinis, ita ut infauſta eorum mentis cogitatio contemplaretur contrita atque confuſa. Hoc cernentes, venerabilibus Legati dixerunt Epiſcopis:*

Legati acquieſcunt Benedicti electioni.



*Accipite veſtrum electum, & in quam vultis baſilicam eum deducite. Et modo Anaſtaſium, quem depoſitum dicitis, ab hoc Patriarchio eiicimus. Treſque per dies jejunium cum orationibus celebremus, & poſtmodum, quid ſuperna clementia demonſtraverit, impleatur.*

XLVI. *Almifici vero Epiſcopi clamaverunt: Eiiciatur a noſtra præſentia invaſor, atque depoſitus Anaſtaſius, & ab hoc expellatur Patriarchio: & tunc facimus quod hortamini. Illico prædictus Anaſtaſius magna cum turpitudine de Patriarchio ejectus, & expulſus eſt; ut omnes multimodas Orthodoxæ Fidei cultores Domino noſtro JESU Chriſto perſolverent grates. Epiſcopi quidem cum univerſo Clero ac populo beatiſſimum accipientes Benedictum antea ejectum ex baſilica, in qua Clerici commorantur, deduxere, in qua cum cuſtodibus a ſæviſſimo fuerat Anaſtaſio collocatus. Qui cum omni alacritate atque exultatione cum ipſo in baſilicam Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, deſcendere. De qua exeuntes, eum ſuper equum, ſuper quem Leo Præſul ſedere conſueverat, poſuere; quem etiam magna populi præcedente caterva, in baſilicam Dei Genitricis, quæ ad Præſepe dicitur, deduxerunt. In qua jejuniis & orationibus tribus diebus ac noctibus vacantes, Majeſtatem Domini multis cum lacrymis exorabant. Expletoque jejunio, omnes, qui presbytero Anaſtaſio anathematizato, depoſitoque ſe conjunxerant, divino compuncti nutu, Deique inflammati fervore, in jam fatam baſilicam, in qua beatiſſimus (ut prætulimus) Benedictus reſidebat electus, unanimes convenere. Et procidentes, veſtigia ipſius oſculari cœperunt, & dicebant: Erravimus, & lubrico a te pede diſceſſimus. Sed Paſtor velut ſanctiſſimus ovium ſuſcipe agmina per nemus errantia: feſſoque ſinu agniculos collige, tuiſque obumbra ſub alis. Protinus ipſe a Deo protectus Benedictus extenſis brachiis, pura mente, cordeque benigno, omnes amplecti ſitiebat, & oſculis perornabat, quibus etiam & dicebat: Gaudete dilectiſſimi, & magis exultate, quia Eccleſiam, quæ ſciſſa fuerat, Chriſtus ſua virtute unire dignatus eſt.*

Anaſtaſius Pſeudo-Papa turpiter eiicitur.

Qui receſſerant a Benedicto ad ipſum redeunt.

XLVII. *Hæc dicens, & his ſimilia prædicans, etiam ipſi Imperiales itidem convenere Legati, qui ſalubribus verbis ac mollioribus ſecretius cum eodem electo confabulabantur. Subito una omnes Epiſcopi, univerſuſque Clerus, & innumera Romani populi multitudo ex eadem eum deducentes baſilica, cum hymnis & canticis ſpiritualibus in Patriarchium Lateranenſe introduxerunt, & in Pontificali ſolio, de quo ejectus fuerat, poſuere. Denique univerſa congratulabatur Eccleſia, & omnis populus amplis vocibus exultabat. Præterea Dominico die diluculo in baſilicam beati Petri Apoſtoli ab Epiſcopis, Clero, & proceribus deductus eſt. Et in conſpectu omnium, Imperialibus Miſſis cernentibus, in Apoſtolica Sede, ut mos eſt, & antiqua traditio dictat, conſecratus, ordinatuſque eſt Pontifex. Portuenſis vero Epiſcopus prohibitus ab Eccleſia, orationem, quam debuerat, ſuper eum nullatenus dixit, quod anathematizato ſe conjunxerat, ac in perjurii voraginem ceciderat, atque manebat. Sacriſque tunc Miſſarum ſolemniis celebratis, in Patriarchium Lateranenſe Pontifex ordinatus reverſus eſt.*

Benedictus Pap. reſtituitur in ſolium Pontificium.

XLVIII. *Erat enim mitiſſimus, & omnibus ſacris decoratus operibus, vultu pulcher, & mente clarus, dulcis verbo, & doctrina benevolus. Et quia cuncta non ſufficimus per ordinem enarrare, ad ea, quæ diverſis Sanctorum obtulit locis, calamum extendere ſtudeamus. In primo quidem ſui Pontificatus exordio, ſuperno exardeſcens amore, in baſilica Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, ipſius Redemptoris Domini noſtri JESU Chriſti miræ pulchritudinis ex argento puriſſimo, auroque perfuſam fecit iconam, leonem, draconemque pedibus conculcantem, penſantem libras * ſexdecim & ſemis. Sed & in baſilica ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Dominæ noſtræ, quæ ad Præſepe nuncupatur, obtulit coronam auream pretioſiſſimam, penſantem libras quatuor. In qua baſilica Baptiſterium, quod diſtectum per multa tempora manſerat, celeri ſtudio, futuram ſperans retributionem, reſtauravit, & ad priſtinum ſtatum perducere procuravit.* *LXVI.

XLIX. *In baſilica vero beati Petri Apoſtoli ex argento mundiſſimo, auroque fuſum cantharum interſatilem, in quo thus mittitur, obtulit; ubi etiam candelabra ſeptem cum coronis ex argento puriſſimo obtulit, auro nitentia colore. Nam & in baſilica Doctoris Gentium beati Pauli Apoſtoli ſepulcrum, quod a Sarracenis deſtructum fuerat, perornavit argento, penſante libras centum tres. Etiam in baſilica ſanctæ Mariæ trans Tyberim, obtulit veſtem, in circuitu ornatam de holoſerico, habentem in medio Crucem de chryſoclavo.*

*Fecit autem in baſilica Dei Genitricis, quæ vocatur Antiqua, quam a fundamentis Leo Papa extruxerat juxta Viam ſacram vela de fundato cum periclyſi de blatti, numero tredecim. Quin etiam in baſilica S. Laurentii martyris, ſita foris muros civitatis, obtulit aureas claves, atque conceſſit .......* Hactenus Anaſtaſius de rebus geſtis Benedicti Pontificis hoc anno: reliqua ſuis locis.

Dona a Bened. Pap. collata diverſis Urbis Eccleſiis.

Eo.

L. *Lotharius Imp. factus Monachus moritur.* Eodem anno ( ut Regino, & alii veteres tradunt ) Imperator Lotharius relicto Imperio, atque Regno diviſo, Ludovico Italiam, Lothario Regnum, quod in Francia poſſidebat, præterquam provinciam, quam Carolo tradidit, dedit, cæteriſque rebus cunctis bene diſpoſitis, abdicans ſe ab omnibus humanis curis, Pruniacenſe ingreſſus eſt monaſterium, ubi, coma depoſita, habitans, ſanctæ religionis accepto habitu, fit monachus. Demum eodem anno quarto Kalend. Octobris ſpiritum Deo reddidit, ſive ( ut alii tradunt, ſexto Kalend. ejuſdem. Laudatus invenitur a Rabano in libro de anima, & ab Angelomo in præfatione in Cantica.

☞ Sed accipe inſcriptionem ſepulcralem ejuſdem Lotharii Imperatoris, quæ falſo alicubi ſub nomine Henrici Tertii ſcripta reperitur. Quod autem nonniſi Lothario huic conveniat, dicetur inferius. Extat etiam in Codice Vaticano Conciliorum Galliæ abſque nomine Imperatoris ex quo deſcripſimus:

*Cæſar tantus eras quantus & orbis,*
*At nunc exigua clauderis urna.*
*Poſt hac quiſque ſciat ſe ruiturum,*
*Et quod nulla mori gloria tollat.*
*O quanto premitur Roma dolore,*
*Tam claris ſubito patribus orba,*
*Infirmata prius morte Leonis,*
*Nunc Auguſte tuo funere languet.*
*Florens Imperii gloria quondam*
*Deſolata ſuo Cæſare marcet,*
*Hanc ultra ſpeciem non habitura,*
*Quam tecum moriens occuluiſti.*
*Leges a ſenibus * rite ſtatutas,*
*Quas elapſa diu raſerat ætas.*
*Omnes ut fuerant ipſe reformans*
*Romanis ſtuduit reddere cauſis.*
*Tu longinqua ſatis regna, locoſque*
*Quos nullus potuit flectere Cæſar,*
*Romanos onerans viribus artus*
*Ad civile decus excoluiſti.*
*Quæ te non timuit patria vivum,*
*Aut quæ non doluit Cæſar obiſſe?*
*Sed quæ te timuit patria vivum,*
*Hæc te nunc doluit Cæſar obiſſe.*
*Nam ſic mitis eras jam ſuperatis,*
*Et ſic indomitis gentibus aſper,*
*Ut qui non doluit jure timeret,*
*Et qui non timuit, jure doleret.*
*Luge Roma tuum nomen in umbris,*
*Et defuncta tuo lumine luge.*
*Arcus frange tuos: ſicque triumphum*
*De te Roma tuis hoſtibus aufer.*

* patribus actas.

Quod autem epitaphium hoc, ſive apud Pithœum, ſive alibi editum inveniatur Henrici Tertii nomine: non liquet, quo pacto convenire illi poſſit, cum Henrici Tertii tempore Leo Papa nullus fuerit; hic autem paulo ante Imperatoris obitum Leo quidam Papa Romæ obiiſſe ſignificetur. Sed neque Henrico II. tribui poteſt, quia Leo IX. qui eo tempore ſedit, toto biennio, ac fere triennio ante illum deceſſit; & in Henricum II. minime quadrant, quæ in his verſibus dicuntur. Nec porro Leonis V. VI. VII. VIII. temporibus ullus fuit Imperator, cui aptari hæc poſſint: conveniunt autem optime ſingula Lothario Imp. Nam Leo IV. altero menſe ante illum obiit, hoc eſt decimoſexto Kal. Auguſti hoc anno 855. cum Lotharius ſubito eodem anno tertio Kal. Octobris migrarit e vita. Ad hæc, Lotharius Imp. leges Romanis condidit, ut dictum eſt, & notum X. Diſt. X. & in præfatione Capitularium, & bella longinqua geſſit in Gallia, Italia, Germania. Quorum omnium hic mentio fit,

PAGIUS XII. *Moritur Lotharius Aug.* Ad num. L. *Lotharius Imperator morbo correptus, vitamque deſperans, monaſterium Promea* ( legendum, Prumiæ ) *in Arduenna conſtitutum adiit, ſæculoque & regno penitus abrenuncians tonſus eſt, vitam habitumque Monachi humiliter ſumens. Diſpoſitoque inter filios, qui ſecum morabantur regno, ita ut Lotharius cognomen ejus Franciam, Karlus vero Provinciam obtineret, intra ſex dies vita deceſſit IV. Kalendarum Octobrium, atque in eodem monaſterio ſepulturam, ut deſideraverat, conſecutus eſt.* Situm eſt Monaſterium Prumienſe quinque circiter millium paſſibus ab Urbe Trevirenſi. *Lotharius* autem pœnitentia ductus ob ea, quæ in patrem, fratreſque olim geſſerat, & ob peccata in Deum commiſſa, in pœnitentis animi ſignum habitu monaſtico in eo Monaſterio indui voluit. Sapientiæ atque ingenuarum artium ſtudia coluit, &, ut Rabanus in Opuſculo de Anima obſervavit, ingenium ei fuit, & ſcientiæ cupidine flagrans, & inveſtigandi perſpicacia luculentum. Præter Epitaphium a Baronio recitatum, ſeu verius Elogium, ei adhuc in ſæculo viventi, & tamen jam ægrotanti dictum; cum nulla Monachatus ejus in illo mentio ſit, Brouverus lib. 8. Annal. Trevir. aliud affert ex pervetuſto Poematum Rabani Codice Bibliothecæ Fuldenſis, quem jam pridem amiſſum dicit.

EPITAPHIUM HLUDHARII

IMPRIS

Contin & hic tumulus memorandi Cæſaris oſſa
Hlotharii magni Principis atque Pii
Qui Francis Italis Romanis præfuit ipſis,
Omnia ſed ſprevit; pauper & hinc abiit.
Nam bis tricenos Monachum ſic attigit annos.
Et ſe mutavit; ac bene poſt obiit.

III. KL. Octbr.

Natus erat *Lotharius* anno ſeptingenteſimo nonageſimo quinto aut inſequenti, cum Ludovicus Pius pater ejus annum ætatis XVIII. attigiſſet. Cointius quidem anno DCCXCVIII. num. XL. ejuſdem Ludovici cum Ermengarda priori conjuge nuptias eo anno collocat, citatque Theganum de geſtis Ludovici Imp. cap. 4. & Aſtronomum in Vita Ludovici Pii; ſed Theganus an- XIII. *Dies ejus emortualis.*



fit, ut jam de his dubitatio nulla omnino eſſe poſſit. ☜

LI. Theodora Auguſta abdicare ſe coacta detruſa in monaſterium. Quod ad res pertinet Orientis, hoc eodem anno Michael Imperator, ut liberas in omnibus malis agendis habenas Imperii poſſideret, ſublatis e medio viris probis relictis ſibi a patre tutoribus, matrem ſuam Theodoram Auguſtam ſanctiſſimam feminam, cum annos quatuordecim cum ipſa imperaſſet, detruſit in monaſterium, ubi & vivendi finem accepit. Plurimæ enim cum interceſſiſſent, quibus ipſa Theodora Auguſta tum filium Michaelem, tum Bardam Patricium fratrem omnium illorum ſcelerum architectum ſevere reprehendiſſet, iidem illam de medio tollere, conſilium inierunt, quod & perfecerunt in hunc modum: *Cum autem* ( inquit Curopalates ) *conſuevisſet Theodora Regina conferre ſe ad ſacrum templum Dei Genitricis, quod eſt in Blachernis, tum divini cultus cauſa, tum ut cum filiabus lavaretur: ubi eam cognovit Imperator illuc adventaſſe, ejuſque conſanguineus Bardas, miſſo Petrona, quem fratrem ipſius fuiſſe demonſtravimus: eam detondent, & monacham cum filiabus eſſe jubent; eiſque tum Cariani palatia definiunt, ademptiſque, quas habebant, divitiis, eas privato, non regio more vivere ſtatuerunt.*

*Verum Theodora haud multo poſt e vita deceſſit, cujus cadaver Baſilius, qui poſtea imperavit, & filias ad Mammæ monaſterium, quod Gaſtria vocatur, ut ibi degerent, miſit. Fuere Reginæ iſti Theodoræ fratres duo, id eſt, Bardas dolorum conſultor, & Petronas, filiæ tres, Sophia, Maria, Irene, quarum Sophia Conſtantino Baluzico, qui ad magiſtratus honorem pervenerat, collocata fuit, Irene vero Sergio Patricio fratri Photii, qui poſtmodum ad Patriarchatus ſedem aſcendit, & Maria Arſaberæ Magiſtro viro forti, qui ea tempeſtate plurimum poterat. Omnes hæ honeſta & decora facie, ſummaque virtute præditæ. Theodora vita functa, hujuſcemodi prolem reliquit, omniſque rerum adminiſtratio ad unum Bardam delata eſt.* Hæc Curopalates, quæ hoc anno contigiſſe, cum Michael decimumquartum annum ageret LII.

PAGIUS annum hujus conjugii non exprimit, & Aſtronomus ſæpe in Chronologiam peccat, uti alibi obſervavimus. Baronius, aliique paſſim dubitant, an Lotharius *III. Kal. Octob.* ut tradunt Regino, aliique, vel *VI. Kal. Octob.* ut Analiſta Fuldenſis, vel *IV. Kalend. Octob.* ut Analiſta Bertinianus, e vivis exceſſerit. Verum ex Regula anno LXVII. num. XX. a nobis ſtatuta, & in hoc Opere ſæpius inculcata, apparet eum *IV. Kalend. Octob.* demortuum, & *III. Kal. Octob.* ſepultum fuiſſe, alioſque ad diem ejus mortis, alios vero ad diem ejus ſepulturæ, ut ſæpe fit, reſpexiſſe. Paſſim etiam oſtendimus, Librarios numerum IV. facili errore in numerum VI. ſæpe commutare. Præterquamquod Lotharius nocte inter IV. & III. Kalend. Octobris vita fungi potuit.

XIV. *Reliquit tres liberos.* Tres liberos reliquit *Lotharius*, *Ludovicum*, cui jam Italiam conceſſerat, & quem Imperii collegam renunciarat, *Lotharium*, cui eam Galliæ partem quæ ab illo Lotharingia dicta, conceſſit, [1] & *Carolum* natu minimum, cui Provinciam dedit. Porro *Ludovicus II.* annos Imperii, modo ab anno DCCCXLIX. quo a patre Imperator nuncupatus eſt, modo ab anno inſequenti, quo Leo IV. eum Romæ coronavit, & modo a die mortis patris numeravit. Unde ut ejus Diplomata certo ſuis annis reddi poſſint, in fronte cujuſlibet anni Imperii ejus annos a tribus illis Epochis deductos exhibebimus.

XV. *Theodora Aug. ex Aula pulſa.* Ad num. LI. & ſeq. Porphyrogenneta in Vita Michaelis Theodoræ filii num. XX. refert, Theodoram Imperatricem, ubi accepit *Theoctiſtum*, unum ex Michaelis filii tutoribus, indigna morte ſublatum, multo ejulatu ac fletu Aulam impleſſe, & Imperatorem ac Bardam, ejus dira, probraque non ferentes eam Aula movendam ſtatuiſſe: *Tunc autem moris erat Theodoræ,* ſubdit Porphyrogenneta, *ut ſacram Blachernenſem Aedem frequens adiret, tum ut vota quædam Deo redderet, tum vero etiam ut lavaret. Cum itaque ex more eo quandoque ſe contuliſſet, Michael & Bardas miſſo Petrona illius fratre, ipſam cum filiabus attondentes, ad Cariani interim Palatia relegant: poſtea vero, non ſemel tantum, ſed & iterum miſſis miniſtris, illarumque fiſco illata ſubſtantia, privatas, ac velut e vulgo feminas, non Regio cultu vivere eas ſinerunt.*

XVI. *Sed anno tantum DCCCLVII.* Verum *Theodora*, non hoc anno, ut autumavit Baronius, neque ſequenti, ut Bollandus ad diem XI. Februarii in Commentario Hiſtorico Vitæ Sanctæ Theodoræ §. XII. aliique cum eo, ſed anno octingenteſimo quinquageſimo ſeptimo in Monaſterium conjecta, ut diſerte inſinuat Nicetas in Vita Sancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinop. qui ait, Michaelem Imp. Theodoræ filium per inſidias mactatum fuiſſe, *cum imperium una cum matre annos quindecim, menſes octo, ſolus novem prope annos adminiſtraſſet*, ubi ta-

NOTÆ [1] EXtat *Lotharii Lotharingiæ* regis, *Lotharii* Aug. filii diploma pro monaſterio *Prumienſi*, a Martenio in Collectione ampliſſima Anecdot. tom. 1. pag. 173. editum, in cujus fine legitur: *Data* XII. *Cal. Junii Aquiſgrani palatio*, *Indictione* XII. *anno regis Hlotharii nono.* Hæ notæ conveniunt in A. D. 864. Itaque annus primus regni *Lotharii* incipit ab anno 853. Ibidem tom. II. pag. 27. Aliud ejuſdem pro monaſterio Stabulenſi: *Datum Idus Aprilis, anno Chriſto propitio regni Domni Lotharii glorioſi regni* VII. *Indict.* XI. *Actum Novocaſtro in pago Leochenſi in Dei nomine feliciter Amen.* Hæ notæ an. 862. accommodantur, ut hoc anno *Indictio* X. in curſu erat, non XI. De *Lotharii* Imp. obitu in monaſterio Prumienſi, deque regnis inter filios diſtributis Eccardus rer. Francic. Lib. XXXI. n. II. GEORGIUS

ret in Imperio, certum eſt: nam & idem auctor affirmat, eumdem Michaelem annos quatuordecim cum matre regnaſſe, ſolum autem decem. Porro Theodoram ipſam diutius poſt hæc fuiſſe ſuperſtitem, litteræ (a) Nicolai Papæ, datæ ad eam anno Redemptoris octingenteſimo ſexageſimoſexto, demonſtrant, de quibus ſuo loco agemus, eritque ibi de eadem Theodora iterum mentio.

(a) Nicol. ep. 14.

Hoc eodem anno, perſeverante in Hiſpania perſecutione Sarracenorum, Ama-

PAGIUS

tamen loco ἐννέα, ideſt, *novem*, legendum, ἕνδεκα, ideſt, *undecim*, prono in ſimilibus numeris Librariorum errore. Sed de annis, quibus ſolus imperavit Michael, in morte ejus ſermo erit. Nicetæ ſuffragantur Leo Grammaticus & Georgius Monachus, qui rotundo numero loquentes Michaeli cum matre imperanti annos quindecim attribuunt. Porphyrogenneta quidem, Curopalates, Cedrenus, Simeon Logotheta & Zonaras eum annos XIV. cum matre imperaſſe tradunt; ſed ex iis, quæ in medium afferemus, cum de *Sancti Ignatii* depoſitione ſermo erit, eos hallucinatos eſſe conſtabit. Cum itaque *Michael* die XX. menſis Januarii anni DCCCXLII. cum *Theodora* matre imperare cœperit, anni illi XV. ac menſes octo deſinunt menſe Septembri anni octingenteſimi quinquageſimi ſeptimi, ideoque ante annum illum ac menſem Theodora cum filiabus ex Aula expulſa non eſt, uti ex dicendis anno DCCCLVIII. magis apparebit. Patricius tum erat *Bardas* & Scholarum Domeſticus, ſibique totam Imperii adminiſtrationem, utpote avunculus Michaelis, vindicabat, inquit Nicetas, cum de ejectione Theodoræ ex Aula verba facit.

XVII. *Varia in Galliis geſta.* Annaliſta Bertinianus hoc anno ſcribit: *Nordmanni Burdegalam Aquitaniæ civitatem invadunt, & hac illacque pro libito pervagantur. Karlus Aquitanis petentibus Karlum filium ſuum Regem deſignatum attribuit. Karlus etiam Edilvulfum Regem Anglorum Saxonum Romam properantem honorifice ſuſcipit, omni Regio habitu donat, & uſque ad regni ſui terminos cum obſequiis Rege dignis deduci facit.* Paulo poſt: *Multa Catholicæ fidei contraria in regno Karli, ipſo quoque non neſcio concitantur.* Accurate itaque Aſſerus in Vita Alfredi Regis notavit, *Alfredum* cum Ethelwolfo patre præſenti anno Romam profectum eſſe, eoſque in ea Urbe per annum integrum manſiſſe, erraruntque vetus Chronographus Saxo, aliique quidam Hiſtorici Anglici, qui hanc profectionem Romanam in annum præcedentem reiiciunt, ut mox demonſtravimus.

XVIII. *Carolus filius Caroli Calvi fit Rex Aquitaniæ.* Addit Annaliſta Bertinianus: *Aquitani urbem Lemovicum mediante Octobri menſe convenientes, Karlum puerum filium Karli Regem generaliter conſtituunt, unctoque per Pontificem coronam regni imponunt, ſceptrumque attribuunt. Nordmanni Ligerim ingreſſi, relictis navibus pedeſtri itinere urbem Pictavorum adire moliuntur; ſed occurrentibus Aquitanis adeo profligati ſunt, ut ultra trecentos pauci evaſerint. Roric & Godefridus* (qui in parte Daniæ regnabant) *nequaquam arridentibus ſibi ſucceſſibus Doreſtado ſe continent, & parte maxima Freſiæ potiuntur.* Aquitani, qui jamdiu peculiares Principes habuerant, vix in officio contineri poterant, niſi eis Rex præficeretur, præſertim cum Pippinus jam e Monaſterio aufugiſſet, & non pauci ex Aquitanis eidem, ut ſtatim oſtendo adhærerent.

XIX. *Normanni Gallias incurſant.* Cladem Normannorum ad Urbem Pictavorum iiſdem verbis narrat Auctor Chronici de Geſtis Normannorum in Francia. In Fragmento Chronici Fontanellenſis ad hunc annum legitur: *Indictione III. ipſo die XV. Kalendas Auguſti, maxima claſſis Danorum fluvium Sequanæ occupat, duce item Sydroc: & uſque Piſtis caſtrum, quod olim Petremamulum vocabatur, venire contendunt. Deinde poſt dies XXXIII. ideſt, XIV. Kalend. Septemb. Berno Nortmannus cum valida claſſe ingreſſus eſt. Deinde junctis viribus, uſque Particum ſaltum plurimam ſtragem ac depopulationem fecerunt. Quo in loco Carolus Rex eis cum exercitu occurrens, maxima eos ſtrage percuſſit.* Piſtæ hodie *Piſtres*, locus nunc eſt vel vicus in Diœceſi Rotomagenſi poſitus, ubi Carolus Calvus pontem Sequanæ impoſuit, præſidioque firmavit ad prohibendas Normannorum navigationes, ut videre eſt apud Hadrianum Valeſium in Notitia Galliarum, *Petromantelum* vero, vel *Petromantalium* Oppidum eſt ad Sequanæ ripam in Carnutibus poſitum, a petra ſeu monte ſaxeo, ad quem ſitum eſt, ita dictum; Gallice *Mante*, de quo in eodem Opere loquitur Valeſius, refellitque Ducheſnium editorem laudati Fragmenti, qui Petromantalum, non pro Medunta, ſed pro Piſtis accepit his verbis: *Piſtæ caſtrum, quod olim Petremamulum vocabatur*, & in margine dicit legendum, *Petremantalum*, vel *Petromantalum*. Denique Particus ſaltus vel Perticus nomen dedit pago Pertico, Gallice *Le Perche*, inter Carnutes & Normanniam hodiernam. Has Normannorum irruptiones diligenter annoto, quia ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam & Vitas Sanctorum probe intelligendas multum conducunt.

XX. *Normanni diu in Nannetenſi Urbe conſiſtere.* Quid antea egiſſent Normanni, narrat Auctor Chronici Sancti Maxentii Tom. II. Biblioth. a Labbeo producti: *Poſtea quam iſti Normanni civitatem Namneticam ceperunt*, (Anno nempe DCCCLIII.) *non parvo tempore in ea habitavere, & exinde egreſſi, proximas regiones vaſtando prædaverunt; ſuperveniens vero alia claſſis Normannica, ubi audivit eos in civitate ipſa reſidere, omneſque provincias circumquaque quaſi in proprium jus vindicaſſe, miſit nuncios ſuos ad Eriſpoium Britannicum Principem, mandans ei ut congregato exercitu veniret, junctique ſimul ſupradictos Normannos a civitate expellerent. Eriſpoius hæc audiens, Namnetum pergens, & adjuvantibus ſibi Normannis jam dictæ claſſis civitatem obſedit. Illis autem de intus haud ſegniter ſe defendentibus, pugna gravis uſque ad noctem deducitur, ſauciatuſque eſt in illo certamine Sidric*, (qui in Chronico Fontanellenſi Sydroc appellatur) *Comes præfatæ claſſis. Nocte vero ſequente pacem fecerunt inter ſe Nortmanni cum Inſulanis. Inſulanos ideo dico, quia in inſula quadam Becia nomine* (vocatur ab Argentræo in Hiſtoria Minoris Britanniæ *Liſle de Biere*) *ſub civitate Namnetica ſua magalia extructa habebant. Mane autem facto, mare ingreſſi per Sequanam fluvium ſuperiores Franciæ partes agere cupientes petierunt: ſed nefandiſſimi eorum conatus omnes fruſtrati ſunt; nam a Carolo Calvo ibi congreſſi, & uſque ad internecionem omnes deleti ſunt. Eo anno apparuit in Francia ſtella, quæ dicitur Cometes, diebus viginti, & fames tritici horribilis per Franciam, Burgundiam & Aquitaniam, ita ut non eſſent, qui ſepelirent cadavera morientium, ſed ſe invicem ho-*



mator Tuccitanus, Petrus, & Ludovicus genere Cordubenſes, cum munus prædicationis ſuſcepiſſent Fidei Chriſti cauſa, perempti ſunt pridie Kal. Majas. Hos



PAGIUS

*mines manducarent.* Quibus lucem accipiunt quæ mox diximus ex Chronico Fontanellenſi.

XXI. *Minor Britannia a Normannis deſolata.* Anonymus Monachus Rotonenſis Sancti Conwoionis Abbatis Rotonenſis diſcipulus, qui libros tres *de Geſtis Sanctorum Rotonenſium*, Sæc. IV. Benedict. part. II. recitatos ſcripſit, in lib. 3. cap. 9. fuſius de obſidione inſulæ ſub Civitate Namnetica ſitæ, & de hac Sidrici impreſſione agit, quam Argentræus laudatus in annum DCCCLXV. perperam differt. Ea & Caroli victoria narratis, ſubdit: *Cumque Britones pervexiſſent ad tabernacula ſua, Normanni qui fuerant obſeſſi exſtruxerunt naves ſuas, & præparaverunt ut venirent cum ira & indignatione reddere Britonibus malum quod ſibi intulerant, navali prælio. In illo ergo tempore Barbari aſcenderunt naves ſuas, egreſſi de fluvio Ligere, navigaverunt mare magnum, intraveruntque Viſnoniæ fluvium cum centum tribus navibus, occupaveruntque ripam fluminis, caſtraque metati ſunt pene duobus millibus a Sancto Monaſterio Rotonenſi* (ſitum eſt illud in Diœceſi Venetenſi ad Vicenoniam ſeu Vicinoniam, vel Viſnoniam fluvium, Gallice *la Vilaine* qui inter Namnetas & Venetos in Oceanum Britannicum effunditur.) *Porro Monachi ſancti Monaſterii* (vulgo Redon) *ut Phalangas navium viderunt, illico Deum Omnipotentem deprecati ſunt, ut dignaretur liberare ſanctum locum a pollutionibus Paganorum; eſſetque inlæſus, ne incendio cremaretur; & ſtatim de loco ſancto migraverunt.* Subiungit Anonymus, ſtatim magna tonitrua & fulgura e cœlo emicuiſſe, & Paganos cœpiſſe *voto ſe conſtringere, ut ſi mortem evaſiſſent, nullatenus ſanctum Dei locum violarent, ſed dona & munera ſuper S. Altare ponerent; quod ita factum eſt.* Paulo poſt: *Exinde Pagani progredientes intra provinciam* (Britanniæ nempe) *agebant prædas, captivantes viros & mulieres, domos tradebant incendio, nec ſinebant neminem vivere. Plurimi autem ex captivis in eodem ſancto loco evaſerunt fugientes nocte. Per diem enim latitabant in ædibus monaſterii, & ſic per miſericordiam Dei tuebantur.* Ita Monachus ille Rotonenſis qui hoc tempore vivebat.

XXII. *Normanni in varias turmas diviſi.* Normanni itaque, qui a triennio *Namnetas* occuparant ibique ſedes fixerant, alios Normannos *Eriſpoio* Britanniæ Duci conjunctos adverſarios experti ſunt, & ab his Namnetenſis Urbs obſeſſa; ſed poſt acrem pugnam inter utroſque habitam pacem inter ſe pepigere, & *Sidroc* cum ſuis tranſito Sequana fluvio, viribuſque cum *Bernone* alio Normannorum Duce conjunctis *Perticum* ſaltum a Sequana non longe diſſitum, & ſuperiores Galliæ partes devaſtarunt. Verum hi a *Carolo Calvo* in prælio victi ſunt. Alii vero Normanni, qui ad Ligerim obſeſſi fuerant, ex eo fluvio egreſſi in Britanniam, ubi Monaſterium *Rotonenſe* poſitum venere, & eam deprædati ſunt. Anno ſequenti *Sydroc* & *Berno* utrimque ex parte ſua prædas egerunt. Auctor enim Chronici Fontanellenſis poſt ſuperius narrata ſubdit: *Sequenti anno* (nempe anno DCCCLVI.) *Sydroc egreditur de fluvio* (nempe Sequana). *Berno in quadam inſula caſtrum ædificat, ubi a Carolo Rege navali obſidione obſeſſus eſt anno DCCCLIX. ſed factione Ludovici fratris* (Germaniæ Regis) *& quorundam ſeditioſorum ab eo* (ideſt a Bernone) *repellitur.* Vides quam peſſimo in loco eſſent hoc tempore Oppida, Eccleſiæ & Monaſteria Galliarum, præſertimque Provinciarum Ligeri & Sequanæ vicinarum.

XXIII. *Reliquiæ S. Vincentii ad Caſtrenſe Monaſterium tranſlatæ.* Hoc anno facta eſt Tranſlatio *S. Vincentii* Levitæ & Martyris, ex Hiſpania in Caſtrenſe Galliæ Monaſterium, quam Aimoinus Monachus S. Germani a Pratis duobus libris proſaicis, totidemque metricis ſcripſit. Mabillonius qui Hiſtoriam illam Aimoini Sæc. IV. Benedict. part. I. exhibet, obſervat Monaſterium *Caſtrenſe* anno DCXLVII. in pago Albigenſi conſtructum fuiſſe, ut legitur in ejuſdem Monaſterii Chronico Tom. VII. Spicilegii publicato, & Monaſterium illud a Joanne XXII. in Eccleſiam Cathedralem erectum. Initio libri primi refert Aimoinus, *anno octingenteſimo quinquageſimo quinto Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti*, Hildebertum Monachum cœlitus admonitum fuiſſe, ut pergeret Valentiam Hiſpaniarum, ubi S. Levitæ & Martyris corpus, ejus Eccleſia a Paganis deſtructa, imbre madeſcebat æthereo; Hildebertum cum *Audaldo* Monacho in Hiſpaniam profectum eſſe, tandemque ſacrum corpus reperiſſe, ſed cum Cæſarauguſtam pervenit, Audaldum dure ab Epiſcopo nomine *Seniore* exceptum fuiſſe; ſed poſtea corpus quod ab eo abſtulerat, eidem reddidiſſe. Perlatum illud eſt ad Caſtrum ſeu ad Caſtrenſe Monaſterium. Ita Aimoinus; ſed cum anno DCCLXI. oſtenderimus, Ulyſſiponenſes tradere apud ſe Sancti Vincentii Reliquias adſervari, exiſtimandum cum Bollando ad diem XXII. Januarii, quo Sanctus Vincentius colitur, integras hujus Sancti Martyris Reliquias Valentia Caſtrum, aut Valentia in Luſitaniam evectas non eſſe. Plura de hac controverſia Bollandus. [1]

XXIV. *Toloſa a Pippino obſeſſa.* Aimoinus citatus lib. 2. loquens de miraculis in hac Tranſlatione a Sancto Vincentio factis hæc habet, quæ Mabillonius laudatur pag. 768. ex Codice MS. eruit: *Nortmanni, quorum livido metu Sancti Levitæ & Martyris corpus ſublatum receſſerat, tunc temporis e Garumnæ fluvio a Pippino conducti mercimoniis, pariter cum eo ad obſidendam Toloſam adventarant. Hoc itaque contendentes agonizabant, qualiter urbem caperent; terram autem præda igniſque plaga vaſtarent, atque incolas exitiabilis ferri mucrone ſanguinis ſitibundi perimerent. Unde non ſolum Toloſani, ſed revera Albienſes omnes, ne forte more ſolito illis ſupervenientibus inſperate præoccuparentur, gravi perculſi formidine, huc atque illuc exterriti mortis periculum evadere con-*

NOTÆ

[1] HOc anno non peracta quidem hæc tranſlatio Reliquiarum S. Vincentii, ſed tantummodo hoc ipſo anno cæleſti viſione admonitus fuit Hildebertus, ut Valentiam pergens, ibi ſacrum corpus reciperet, quod & mandavit executioni. At ſiniſtro ejus caſu factum eſt, ut idem ſacrum Corpus interciperetur a Seniore Epiſcopo Cæſarauguſtano, qui illud annis octo & ſemis retinuit, nec reſtituit transferendum in Caſtrenſe monaſterium, niſi ab Abdila Cæſarauguſtano Regulo coactus. Ita diſertis verbis aſſerit Aimoinus, quæ proinde tranſlatio ab hoc anno retrahi & in annum 863. referri debet. MANSI

Hos ſequutus ad coronam Vvitesindus ea ætate clarus. Agit de his S. Eulogius (a) in Memoriali Sanctorum.

(a) Eulog. Mem. Sanct. l. 3. c. 13. & 14.

Octin-

PAGIUS *concertantes diffugiunt. Monachi vero cum pro ſe, tum inſuper magis ſolliciti & paventes pro Sancto, ne in modico perderent quod ſe cum tanto lætabantur adquiſiſſe labore; providi ſacrum ſumentes corpus ad aliorum tutiorem locum ſecedunt: inſiſtuntque rogantes, quatenus illos in tribulatione præſentis anguſtiæ ejus Omnipotens precibus dignaretur adjuvare, cujus victricia membra, etiam poſt mortem pelago immerſa, nepoti voragine abſorberentur, potenti dextera gubernavit. Denique Normanni poſt aliquot dies in vanum exactos ſimul cum conductore inani obſidione fatigati recedunt; non ut conati fuerant, excepta in circuitu facta præda, Dei miſeratione ſanctique Levitæ & Martyris rogatione repulſi, ſe prævaluiſſe ſtomacho læſi dolentes. Monaſterii vero Fratres mox ad ſe fama ſecuritatis perlata, obviantibus ſibi fidelibus ſanctum revehunt corpus, digniſque eo in loco, ubi prius fuerat officiis venerandum reponunt.* Hæc narratio prætermiſſa fuit in aliis editionibus Hiſtoriæ ab Aimoino ſcriptæ, neque hujus obſidionis Toloſanæ apud alios Hiſtoricos mentio, ſed cum Aimoinus hoc tempore vixerit, & in Annalibus Bertinianis ad annos DCCCLVII. & DCCCLXIV. dicatur *Pippinum* hunc Pippini Aquitaniæ Regis filium & Ludovici Pii nepotem Normannis ſociatum fuiſſe, ea obſidio in dubium minime revocanda.



I. Tyberis inundatio ſub Papa Benedicto III. OCtingenteſimus quinquageſimus ſextus volvitur annus, Indictione quarta ſignatus, cujus quinta die menſis Januarii Tyber excreſcens, Urbem alluvione vexavit. Res lugubris ab Anaſtaſio in Benedicto ita deſcribitur: *In menſe igitur quinto conſecrationis hujus Pontificis, id eſt, menſe Januarii, die ſexta, fluvius, qui appellatur Tyber, alveum ſuum egreſſus eſt, & per campeſtria ſe dedit. Intumuit ita inundatione aquarum multarum, & ingreſſus per poſterulam, quæ vocatur ſanctæ Agathæ in Urbem Romanam hora diei tertia aſcendit, & inter cætera aliquibus locis ingreſſus eſt in Eccleſiam B. Silveſtri, ita ut ex gradibus, quibus aſcenditur in baſilicam beati Dionyſii, præ multitudine aquarum unus, qui ſuperior erat, remaneret ſuper aquas, & exinde expandit ſe ſuper plateam, quæ vocatur Viæ latæ, & ingreſſus eſt in baſilicam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ ibidem eſt; & tantum intumuit aqua, ut etiam portæ ipſius Eccleſiæ non viderentur præ multitudine aquarum. Et inde aſcendit per plateas & vicos uſque ad Clivum Argentarium, & exinde remigrans, ingreſſus eſt per porticum, quæ eſt poſita ante Eccleſiam S. Marci in menſe ſupradicto, die ſexta, quæ eſt Apparitio Domini noſtri JESU Chriſti ſecundum carnem, id eſt, Theophania. Inde impetum faciens, cœpit decurrere in cloacam, quæ eſt juxta monaſterium ſancti Silveſtri & ſancti Laurentii martyris, quod vocatur Pallacini. Et ab ipſo die cœpit paulatim aqua diminui, & fluvius poſt multa damna facta, in ſuum alveum reverſus eſt. Nam domos evertit, agros deſertavit, evellens ſegetes, & eradicans arbuſta.* Hæc Anaſtaſius.

II. Peſtis poſt Tyberis inundationem. Cæterum Tyberis inundationem ſecuta eſt peſtis, qua fluxione guttur obſtructum, citam mortem inferret. Meminit peſtis hujus ( hocque nomine vocat ) Joannes Diaconus temporis hujus ſcriptor, ad finem rerum geſtarum S. Gregorii Papæ, ita ſcribens, dum agit de ſignis & prodigiis, quæ fieri contigerunt in monaſterio ejuſdem S. Gregorii ad Clivum Scauri: *Benedicti* ( inquit ) *quoque Pontificis tempore, Lucido Ficuleno Epiſcopo eidem monaſterio præeminente, cum peſtilentia faucium multitudo quotidie maxima deperiret: idem monachus,* Joannes ſcilicet ſpiritu prophetiæ imbutus, *venit ad mortem. Cui deſperanti beatus Gregorius in ſomnis apparuit, dicens: Vis ſanus fieri? At ille ſe velle, reſpondit.*



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCXCIV. Anno Hegiræ CCXLII. inchoato die 10. Maii fer. 1. A. C. 856.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6349.

☉ 25. E. D. ☽ 2. P 29. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 856.

BENEDICTI III. PAPÆ 2.

LUDOVICI II. IMP. 8. 7. & 2.

MICHAELIS IMP. 15.

I. *Quinto menſe Pontificatus Benedicti III. Tyberis exundavit.* AD num. I. Anaſtaſius narrata Benedicti III. ordinatione ait: *In menſe quinto conſecrationis hujus præclari Pontificis, ideſt, menſe Januario, die . . . . fluvius, qui appellatur Tyberis, alveum egreſſus eſt ſuum, & per campeſtria ſe dedit, intumuitque inundatione aquarum multarum.* Paulo poſt: *Exinde reflexus ingreſſus eſt per porticum, quæ eſt poſita ante Eccleſiam Sancti Marci menſe ſupradicti, die ſexto Apparitionis domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem, ideſt Theophaniæ &c. & ab ipſo die, & deinceps cœpit paulatim aqua minui, & fluvius poſt multo damno facto in ſuum alveum reverſus eſt.* Baronius anno DCCCLVIII. n. I. ex his verbis deducit, Benedictum III. anno ſuperiori conſecratum fuiſſe die ſexta menſis Auguſti; cum Anaſtaſius aſſerat, menſes quinque intercurriſſe ab ejus conſecratione uſque ad ſextum Januar. Verum *Benedictus* III. die Dominico, ut diſerte Anaſtaſius affirmat conſecratus fuit; anno vero elapſo, dies VI. menſis Auguſti incidit in feriam tertiam, ut obſervavit Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, qui ideo conſecrationem ejus cum die prima menſis Septembris illius anni, quæ Dominicalis fuit, copulat. Verum nec Baronius, nec Papebrocius ſcopum attigere; Anaſtaſius enim menſes Julianos, eoſque incompletos hac in parte numerat, ut ſæpe alii Antiqui, dum annos & menſes recenſent, ideoque cum *Benedictus* III. die XXIX. menſis Septembris conſecratus fuerit, Anaſtaſius primum Benedicti menſem Septembrem, ſecundum Octobrem, & ſic deinceps appellat; quo pacto *Tyberis* menſe quinto ejus Pontificatus exundavit, menſe nempe Januario, qui quintus eſt a Septembri. Veteres menſes XVIII. trium diverſorum annorum quandoque triennium appellare, imo quatuor aut quinque ultimos dies alicujus anni Juliani pro anno integro computare, demonſtravi in parte I. Diſſert. Hypat. cap. II. num. I. & ſeq. & memini me in hac Critica varia exempla hujus rei obſervaſſe. Quare Anaſtaſium eumdem numerandi modum in laudato loco adhibuiſſe initium Pontificatus tam Benedicti III. quam Nicolai I. ejus Succeſſoris certos nos reddunt. Porro dies exundationis Tiberis deletus eſt in omnibus exemplaribus Anaſtaſianis, quæ videre licuit. Vide quæ mox num. VI. de hac numerandi ratione dicam.

II. *Peſtis valida.* A num. II. ad VI. Quod refert Baronius ex Joanne Diacono hujus temporis Scriptore ad finem rerum geſtarum Sancti Gregorii M. Tiberis ſcilicet inundationem peſtem ſecutam eſſe, confirmat Annaliſta Bertinianus ad hunc Chriſti annum: *Hyems aſperrima & ſicca, peſtilentia valida, qua magna pars hominum abſumitur.*

Et beatus Gregorius: Si mihi (inquit) promiſeris, quæ tibi dixero, fore dicturum; ſcito te eſſe ſanandum: ſin vero, citius moriturum. Erat vir Dei humilis corde, & quod a Deo fuerat donum prophetiæ conſecutus, celare ſtudebat, ut etſi ventura ſciret, non diceret. Hac de cauſa ſub vitæ periculo compellat eum S. Gregorius. Pergit auctor: Cumque ille ſe dicturum tota certitudine promitteret, audivit: Ito denuntians Sabæ, Joanni, Benedicto, Martino, Palumbo, & Antonio monachis, Laurentio coco, Gemmoſo Carpentario, Accepto piſtori, Andreæ, Romano, & Leoni laicis, quoniam a craſtino incipientes, omnes dietim ſe moriendo ſubſequentur.

De proxime morituris vaticinium.

III. Poſt quorum deceſſum denuntia, Lucidum Epiſcopum, qui tenet id monaſterium, die ſeptima moriturum. His dictis monachum oſcitare præcipiens, duos digigitos in fauces conjecit, vulnuſque diſcutiens, ut excrearet, injunxit. Ille tuſſiens partem coagulati ſanguinis, in morem lapidis, revera projecit: & ab ipſis pene mortis januis liberatus, eadem nocte, contra ſpem omnium matutinalibus hymnis interfuit, & mirantibus fratribus, ſanitatis ſuæ modum innotuit: quos, quando, & qualiter ex monaſterii familia morituros præviderit, indicavit. De ſola interim Epiſcopi morte dubitando conticuit. Et e veſtigio in cunctorum morti deputatorum auribus volans fama diſcurrit. Et dum ex relatione monachi ſe morituros certa die cognoſcerent, diſpoſitis ſuis reculis, ita ſe in morte ſecuti ſunt, ſicut fuerant in ſomno nominati.

IV. De obitu Lucidi Epiſcopi Ficuleni.

Cumque presbyter & monachus Lucido Epiſcopo tam durum nuntium revelare timeret, tacere autem penitus non auderet: monaſterio ſe tandem proripuit, & in domum Epiſcopi non longe a flumine Tyberi, e regione videlicet, juxta baſilicam ſanctorum Cyri & Joannis poſitam, ſomnium nuntiaturus acceſſit. Quem ſcilicet ubi cum Pontifice in palatio prandere cognovit: expectans redeuntem ſacerdotalibus veſtimentis indutum, colore fulgidum, valetudine quoque ſaniſſimum ſalutare curavit. Cui Epiſcopus ait: Jam nunc in tota Urbe pro divino haberis, quia de his, quos morituros pronuntiaſti, ſolus unus remanſit. At ille: Utinam ſicut & ille, quem vivere putas, defunctus eſt, ſic ipſe, qui hunc ſequi prædictus eſt, exiliret. Cumque Epiſcopus de eo tota curioſitate requireret, & monachus dicere palpitaret, tandem ubi die ſexto ſe moriturum cognovit, expalluit, atque contremuit, reſumptiſque viribus contra monachum frenduit, quem redire volentem retinuit: interiora cubiculi pervagus penetravit, paulatim ſibi fauces dolere præſentit; deinde tacto pulſu, mox febris ſigna cognovit, monacho credidit, domum ſuam diſpoſuit, ad monaſterium, cui præerat, eiſdem redimitus, quibus a Patriarchio reverſus fuerat, venit. Secunda feria, cunctis tam ſubitam converſionem mirantibus, monachicum habitum ſuſcepit; & paulatim, ingraveſcente morbo, ſextæ feriæ diluculo obdormivit. Et denuo ſuſcitatus, apparuiſſe ſibi S. Andream Apoſtolum, ſeque circa horam tertiam vocandum eſſe, ſibique præceptum perhibuit, ut quia ſuæ mortis expectatione ſuſpenſi monachi S. Fabiani munia ſolita celebrare non poterant, mox corpus ſuum ſepulturæ traderent; acceptiſque a ſe cereis, ac thymiamatibus, ad peragenda ſolemnia feſtinarent. Hora itaque tertia Epiſcopus lætus defungitur, ut in ipſa vultus ejus lætitia, converſio ipſius Deo fuiſſe placabilis, cunctis videntibus monſtraretur.

Eodem tempore germanus cujuſdam monachi mentis inſaniam paſſus eſt, ita ut humana commercia fugiens, multo tempore pervagus, per cryptas ſolitarias, & cœnoſa monumenta diſcurreret. Cujus inſaniæ frater nimium condolens, quotidie S. Gregorium profuſis lacrymis precabatur, ut ſibi fratrem ſoſpitem reddere dignaretur. Itaque cum nocte quadam poſt hujuſmodi fletus quieſceret, beatus Gregorius apparuit ei, dicens: Videns lacrymas tuas, ſuſcepi orationem tuam. Et ecce germanum tuum tibi hodie reducam ſanum. Et hoc tibi ſignum, quia ſtatim ut dies illuxerit, juſſu Pontificis presbyter, qui hic incluſus eſt, extrahetur. Qui ſurgens matutinali tempore fratribus indicavit. Forte tunc idem presbyter Campanus de loco, qui Clauſtrum, non longe a Tarracina, vocatur, a ſuis accuſatoribus jam contemptus, a cunctis quoque ſuis fuerat in oblivionem ductus, cum nullum propinquum, nullum in Urbe cognitum habere potuiſſet, qui de eo Pontifici ſuggeſſiſſet; & monachi quidem pro eo ſatagerent: ſed perficiendi aditum non haberent: Pontifex divinitus recordatus ejuſdem, diluculo hunc ab ergaſtulo juſſit extrahi, liberumque dimitti. Nec multo poſt monachi frater ita ſanus reverſus eſt, ut videretur hactenus in ejuſdem Patris monaſterio tanto fidelius deſerviſſe, quanto ſe illius adminiculo meminit ad ſanitatem priſtinam remeaſſe. Hucuſque Joannes Diaconus. Jam reliqua, quæ anni hujus ſunt, proſequamur. V.

De inſano reddito ſanitati.

Eodem anno Michael Imperator, ſecundum antiquam conſuetudinem, cum accepiſſet novum Romæ creatum eſſe Pontificem, legationem ad eum miſit cum muneribus, de quibus meminit Anaſtaſius verbis iſtis: Hujus Benedicti Papæ temporibus, Michael Imp. filius Theophili Imp. Conſtantinopolitanæ urbis, ob amo- VI.

Michael. Imp. legatio ad Benedictum Papam.



morem Apoſtolorum miſit ad B. Petrum Apoſtolum dona per Lazarum monachum & pictoriæ artis nimis eruditum, genere vero Chazarum, id eſt, Evangelium auro puriſſimo tectum cum diverſis lapidibus pretioſis, calicem ſimiliter ex auro & lapidibus circumdatum, reticula pendentia ex gemmis albis pretioſiſſima pulchritudine decorata, vela duo de holoſerico cum Crucibus de holoſerico, & liſta de chryſoclavo, parva coopertoria ipſius calicis, ſicut mos Græcorum eſt. Similiter & veſtem de purpura Imperiali unam ſuper altare majus, ex omni parte cum hiſtoria habente cancellos & roſas, de chryſoclavo magnæ pulchritudinis decoratam. Etiam & velum de ſtauraci unum cum Cruce de chryſoclavo, & litteris ex auro Græcis. Hæc Anaſtaſius, qui & mox iſta ſubdit de Rege Lazorum, ſive (ut habet alia lectio) Saxorum.

VII. * Saxorum Rex Lazorum Romam venit.

Iis temporibus Rex * Lazorum, nomine ........ cauſa orationis veniens, relictis omnibus ſuis rebus, Regnum proprium dimiſit, & Romam properans ad Limina Apoſtolorum Petri & Pauli cum multitudine populi, obtulit dona beato Petro Apoſtolo, coronam ex auro puriſſimo, penſantem libras quatuor, baucas ex auro puriſſimo duas penſantes libras... ... ſpatham cum auro puriſſimo ligatam. Item imagines duas minores ex auro puriſſimo, gabathas ſaxiſcas de argento exauratas quatuor, ſaracam de holoſerico cum chryſoclavo, vela minora de fundato duo. Idem Rex dedit rogam in Eccleſia beati Petri Apoſtoli Epiſcopis, presbyteris, & diaconibus; & univerſo Clero, & Optimatibus ex auro, populo autem minutum argentum. Poſtmodum vero finita oratione, reverſus eſt ad proprium Regnum ſuum, & poſt paucos dies vitam finivit, & perrexit ad Dominum. Hæc apud Anaſtaſium. Licet diverſa ſit lectio in Rege Lazorum, ſive Saxorum: tamen Saxonum Regi Ludovico filio Ludovici Pii tribui hæc non poſſunt, qui nec invenitur ſub Benedicto Romam veniſſe, nec ſub eodem defunctus eſſe: fortaſſe autem accidit ut Michaelis Imperatoris Legato ſe conjunxerit Rex Lazorum, & ex remotiſſimis regionibus trans mare Caſpium pietatis ergo peregrinationem conſuetam ad Limina Apoſtolorum ſuſceperit. Quo etiam tempore & ipſe Patriarcha Conſtantinopolitanus Ignatius mittens ex more ad novum Pontificem legationem, dedit & Legatis Acta ſynodalia, quibus probaretur legitime facta Gregorii Syracuſani depoſitio. Nam cum de lata in eum ſententia antea (ut vidimus) ſcripſiſſet ad Leonem prædeceſſorem Pontificem, ut ab eo confirmaretur, & ipſe detrectaſſet, quod de ea cauſa reddi certior cuperet, & audire Gregorium, Leone ipſo vita functo, cum ejus ſucceſſore Benedicto hoc ipſum Ignatius egit. Qui cognitis cunctis, quæ ſpectarent ad cauſam, depoſitionem ipſius Gregorii tunc præſentis confirmavit, dignumque judicavit, qui a munere ſacerdotali eſſet extorris. Hæc omnia nota fiunt ex litteris Nicolai Papæ, Benedicti ipſius ſucceſſoris: qui in epiſtola (a) ad Photium ſcripta, cui narrationem geſtarum rerum intexuit, & in alia ad Epiſcopos Orientalis Eccleſiæ (b) manifeſte teſtatur, Gregorium Syracuſanum ab Apoſtolica Sede convictum, atque excommunicatum fuiſſe; eumdemque promiſiſſe haud quidquam moliturum adverſus Ignatium Patriarcham; quod tamen minime præſtitit, ſed reverſus, multa mala adverſus eum machinari non ceſſavit, quouſque eum violenter congregato conciliabulo, e ſede deponendum curavit. Sed de his ſuo loco pluribus agendum erit ſub Nicolao Benedicti ſucceſſore. Hæc de rebus Orientalibus.

Benedictus Papa Greg. Syracuſani damnationem confirmat.

(a) Nicol. ep. 6.

(b) Idem ep. 10.

VIII. Contigit eodem tempore, eundem Romanum Pontificem Benedictum litteras conſultorias accipere a Lupo magni nominis Abbate Ferrarienſi, diœceſis Senonenſis, quæ adhuc extant, & dignæ ſunt,

PAGIUS III. Ethelwolfus Rex Saxonum Occident. Roma in Regnum ſuum redit.

Ad num. VII. Anaſtaſius in Vita Benedicti III. ſcribit: Hujus (nempe Benedicti III.) temporibus Rex Saxonum nomine, cauſa orationis veniens, relictis omnibus ſuis rebus, regnum proprium ſuum dimiſit, Romam properans ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli, cum multitudine populi, & obtulit dona Beato Petro Apoſtolo, coronam ex auro puriſſimo penſantem libras IV. & cætera a Baronio recitata. Is tamen in corruptum Anaſtaſii codicem inciderat, in quo loco, Rex Saxonum legebatur, Rex Lazorum, quem Baronius exiſtimat hoc tempore Romam veniſſe. At Lazi his diebus Reges proprios non habebant, & in omnibus exemplaribus Anaſtaſii, quæ legere potui; ac præterea in variantibus lectionibus ejuſdem Auctoris editioni Regiæ ſubjectis, habetur Rex Saxonum, qui alius non eſt ab Ethelwolfo Occidentalium Saxonum Rege, qui anno ſuperiori, ut ibidem vidimus, Romam venit, & currenti in Angliam rediit. Annaliſta enim Bertinianus ad hunc annum habet: Edilwulf Rex Occidentalium Anglorum (anno ſuperiori eum vocaverat idem Annaliſta, Regem Anglorum Saxonum) Roma rediens Judith filiam Karli Regis menſe Julio deſponſatam Kal. Octobribus in Vermaria Palatio in matrimonium accipit, & eam Igmaro (legendum Hincmaro) Durocortori Remorum Epiſcopo benedicente impoſito capiti ejus diademate, Reginæ nomine inſignit. Quod ſibi ſuæque genti eatenus fuerat inſuetum. Patratoque Regiis apparatibus utrimque atque muneribus matrimonio, cum ea Britanniam regni ſui ditionem navigio repetit. Ex his lucem accipiunt quæ anno ſuperiori num. VII. & ſeqq. de Ethelwolfo dixi, & hæc viciſſim ab illis.

(a) Lup. ep. 103.

Lupi conſultatio ad Benedictum Papam.

ſunt, quæ integræ Annalibus intexantur. Sic enim ſe habent (a):

*Domino præcellentiſſimo, & omnibus Chriſtianis unice ſingulariterque venerando univerſali Papæ Benedicto, ultimus Abbatum Lupus ex monaſterio Galliæ, quod vocatur Bethlehem ſive Ferrariæ, præſentem proſperitatem & futuram beatitudinem.*

*Tempore deceſſoris veſtri beatæ memoriæ Leonis, functus legatione Romæ, cui auctore Deo, præſidetis, & ab eodem Antiſtite exceptus benigne, atque tractatus, poſtquam vos non eſſe inferiores religione fama declaravit, nec tantum poteſtatis beatiſſimi Petri participes, verum etiam humilitatis, quam in allocutione (b) Cornelii vulgavit, hæredes, vera morum veſtrorum expenſio certa ratione perdocuit: auſus ſum tantillus cognitioni veſtræ ſublimitatis me ſcriptis ingerere: meamque exiguitatem, & fratrum meorum monachorum unanimitatem eximietati veſtræ committere, ut in veſtris ſanctis orationibus mereamur a Deo & in præſenti conſolationem, & in futura communionem ſalutis feliciter conſequi.*

(b) Act. 10.

IX. *Fratres præterea & compresbyteros noſtros Adulphum & Acaricum, qui ſpontaneam peregrinationem pro nomine Domini ſuſceperunt, & quamquam laborioſiſſime, ad Memoriam beatiſſimorum Apoſtolorum, cæterorumque Sanctorum tamdem aliquando pervenerunt, ſpecialiter veſtræ manſuetudini commendamus, ut eos pietate competenti fovere dignemini, & conſuetudinibus Eccleſiaſticis, quæ variæ in diverſis locis tenentur, diligenter inſtruere; ut per eos ad nos, & ad cæteros quoſque talia pie quærentes inſtitutio Romana perveniat. Siquidem in quibuſcumque ad religionem, & honeſtatem pertinentibus ambiguitatem creat varietas, ut optima quæque eniteant, illuc ſolicita inveſtigatione credimus currendum, unde ubique Fidei manavit exordium.*

X. *Cæterum quia parentes theſaurizare debent filiis, ut Doctor Gentium (c) manifeſtat, noſque vobis obſequentiſſimi filii eſſe cupimus; commentarios beati Hieronymi in Jeremiam poſt ſextum librum uſque ad finem prædicti Prophetæ, per eoſdem fratres noſtros mitti depoſcimus in codice reverendæ veritatis veſtræ ſanctitatis. Si id obtinuerimus, poſtquam celeriter exſcriptus fuerit, ſine dubio remittemus. Nam in noſtris regionibus nuſquam ullus poſt ſextum commentarium potuit inveniri. Et optamus in vobis recuperare quicquid parvitati noſtræ deeſſe ſentimus. Petimus etiam Tullium de Oratore, & duodecim libros Inſtitutionum Oratoriarum Quintiliani, qui uno, nec ingenti volumine continentur, quorum utriuſque auctorum partes habemus, verum plenitudinem per vos deſideramus obtinere. Pari intentione commentum in Terentium flagitamus. Quæ auctorum opera ſi veſtra liberalitas nobis largita fuerit, Deo annuente, cum commemorato ſancti Hieronymi codice fideliter omnino reſtituenda curabimus. Sanctitatem veſtram ad totius Eccleſiæ utilitatem divina clementia diuturnis temporibus conſervare dignetur.* Hucuſque ad Benedictum Pontificem Lupus.

(c) 2. Cor. 12.

Quod

PAGIUS IV.

*Galliarum ſtatus lugubris.*

A num. IX. ad XXVI. quam lugubris fuerit hoc tempore ſub Carolo Calvo Galliarum ſtatus, & quomodo undique factiones ebullierint, indicat Annaliſta Bertinianus his verbis: *Ludoicus Rex Italiæ filius Lotharii ſuper portione Regni paterni in Francia apud patruos ſuos Ludovicum & Karlum conquiritur: Italiam largitate avi Ludoici Imperatoris ſe aſſerens aſſecutum. Aquitani Karlum puerum* (Caroli Calvi filium) *quem nuper Regem conſtituerant, ſpernentes,*[1] *Pippinum ex Monacho, qui de monaſterio ſancti Medardi aufugerat, eductum cuſtodia Regem ſimulant. Karlus Rex cum Reſpogio* (ideſt Eriſpoio) *Britonum paciſcens, filiam ejus filio ſuo Ludoico deſpondet, dato illi ducatu Cenomannico uſque ad viam, quæ a Lotitia Pariſiorum Cæſaredunum Turonum ducit. Proceres quondam Lotharii filium ejus Lotharium Regem Franciæ* (ideſt Lotharingiæ, quæ media Francia erat, & quæ ab iſto Annaliſta *Francia* abſolute appellatur) *etiam ſacra ratione conſtituunt. Comites pene omnes e regno Karli Regis cum Aquitanis adverſus eum conjurant, invitantes Ludoicum Regem Germanorum ad ſuum conſilium perficiendum. Quo diutius in expeditione Sclavorum detento, ubi & magnam partem ſui exercitus amiſit, iſti moras illius non ferentes, Karlo Regi reconciliantur. Exaqui* (id eſt Aquitani, ut præcedentia oſtendunt; vox enim illa abbreviata, legendumque. Exinde Aquitani ſpreto, &c.) *ſpreto Pippino Karlum puerum filium Karli Regis, quem antea pepulerant, recipiunt, & in Aquitaniam reducunt. Ludoicus Imperator Italiæ, & Lotharius frater ejus Rex Franciæ* (id eſt Lotharingiæ) *cum Karlo puero germano ſuo* (Provinciæ Rege) *apud Urbam conveniunt* (eſt Urba vicus pagi Transjurenſis, qui aliquot millium paſſuum a lacu Lemano abeſt, quæ a Gallis *Orbe* vocatur). *Ubi adeo pro regni paterni portionibus diſſident, ut pene armis inter ſe decernant. Karlo tamen fratri ſuo Provinciam & Ducatum Lugdunenſem juxta paternam diſpoſitionem diſtribuunt*

NOTÆ [1] CArolus iſte Aquitaniæ Rex viduam quamdam mulierem ſibi conjugem invito Carolo parente copulavit, cujus rei cauſa paternam indignationem cum incurriſſet, interceſſionem Nicolai Pontificis apud eundem Patrem ſuum miſſa legatione poſtulavit. Pontifex literas eas deſcripſit ad Carolum patrem, quarum fragmenta vulgavit Baluzius *Miſcellan. to. V. pag. 486.* MANSI



XI. Quod ad reliqua ſtatus rerum Francorum ſpectat: erat plane hoc tempore miſerandus, atque lugubris ſub Carolo Calvo; nam undique ebulliebant factiones, ſubditorumque rebelliones: excreſcente enim undique ſceleratorum audacia, increbreſcebant ubique furta, deprædationes, graſſationes, & cædes, omneque violentæ turpitudinis genus. Ad quæ omnia evellenda idem Carolus, hoc ipſo anno, habuit Synodum in villa, Cariſſiacum nominata, ex qua ejuſdem Regis ſcripta eſt ad ſuos admonitio, ſive exhortatio iſta, quam numquam hactenus (quod ſciamus) editam, ex codice Antonii Auguſtini, licet mendoſo admodum (a) hic tibi cudendam curavimus:

Synodus apud Cariſſiacum.

(a) Ex ſcr. cod. Ant. Auguſt. pag. 20. uſque ad 22.

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus Dei gratia Rex illuſtris Epiſcopis & dilectis, ac fidelibus Miſſis illuſtribus, Comitibus noſtris illuſtribus ſalutem.*

XII. *Notum ſit fidelitati veſtræ, quia decimoquinto Kalend. Martii, ſecundum ſacram auctoritatem, Synodum venerabilium Epiſcoporum, ac conventum fidelium noſtrorum apud Cariſſiacum fecimus convenire. Cum quibus inter cætera Eccleſiaſtica utilitatis ac Regni neceſſitatis negotia conſideravimus, qualiter rapinæ, & delationes, quæ partim occaſione ſuperirruentium paganorum, partim mobilitate quorundam fidelium noſtrorum in regno noſtro, per eos etiam, qui Eccleſiam Dei defendere & tueri, & Regni ſoliditatem & quietem debuerant providere, graſſantur: aliquo modo, annuente Domino ſedari valeant, & amoveri.*

*Quorum conſultu decrevimus, ut quia peccata, quæ in ſuo initio, ut ſunt, magni ponderis æſtimantur, pernicioſo proceſſu ipſo etiam exitiabili ſupra * jus mentibus loquantur, & quaſi inſenſibiles: ac ſi quando reſipiſcere moliuntur, caſſibus ſuis obligent, ut ſi reſurgere velint, non poſſint. Antequam cenſura Eccleſiaſtica, ac legales ſententiæ hujuſmodi prædatores terribiliter & damnabiliter feriant, Epiſcopi quique in ſuis parochiis & Miſſi in illorum Miſſaticis, Comiteſque in eorum Comitatibus pariter placita teneant, quo omnes Reipublicæ miniſtri & Vaſſi Dominici, omneſque quicumque vel quorumcumque homines in iiſdem parochiis & Comitatibus, ſine ulla perſonarum acceptione & excuſatione, aut dilatione conveniant, & Epiſcopi illius parochiæ breviter annotatas ſententias de ejuſmodi cauſa, Evangelicæ videlicet & Apoſtolicæ & propheticæ auctoritatis, necnon & decreta Apoſtolica atque canonica omnibus relegant, & aperto ſermone cunctis, quale quantumque peccatum ſit, & qualem, quantamque pœnitentiam, & quam immanem, ſeveriſſimamque vindictam expoſcat cum aliis debitis, & neceſſariis atque utilibus prædicationibus innoteſcere curent.*

* Locus corruptus

XIII. *Miſſi quoque legales ſententias, ſicut eas cognitas habent, annotent, & prædeceſſorum noſtrorum Regum atque Imperatorum, noſtraque Capitula de hac cauſa in unum collecta omnibus nota fiant. Et Epiſcopi Dei & Apoſtoli auctoritate tales deprædationes omnibus interdicant, & Miſſi & Comites noſtri cunctis ex regio noſtro banno prohibere firmiter ſtudeant, & cognoſcant omnes, quia ſi abhinc in ante in Regno noſtro talia facere aliquis præſumpſerit, ſecundum divinas ſententias ſpecialiter excipiet ſententiam, & ſecundum leges ac Capitula regia emendari cogetur, & ſecundum judicium fidelium noſtrorum condignam vindictam ſuſcipiet. Et ſi talis perſona fuerit, ut Epiſcopi & Miſſi noſtri ac Comites in illorum miniſteriis quod pravum actum fuerit potuerint emendare, ſecundum præfixa monita illud emendare ſtudeant, aut per fidejuſſores ad noſtram præſentiam venire faciant. Si autem aliquis quiſcumque inobediens extiterit, cum ſummæ feſtinatione nobis notum facere curent, ut quanto citius ad noſtram præſentiam illum venire jubeamus, & dignam ultionem, ſecundum judicium fidelium noſtrorum ſuſtineat. Et ſi (quod abſit) talis emerſerit, qui Dei timorem poſtponat, & Eccleſiaſticam auctoritatem contemnat, ac*

PAGIUS

*unt: eripientibus eum a fratre Lothario Optimatibus, qui illum moliebatur in Clericum tonſurare.*

V. *Synodus Cariſiacenſis.*

Inter hæc diſſidia ubique cædes & graſſationes increbeſcebant, ad quas tollendas *Carolus* Synodum *Cariſiaci* indixit, a Baronio num. XII. & ſeqq. recitatam, a Sirmondo tamen in Capitularibus Caroli Calvi tit. 23. in annum ſequentem dilatam, & capitibus diſtinctam. Tum Baronius num. XX. refert *ad Francos & Aquitanos miſſa de Cariſiaco* a Carolo Rege, *qui ab eo deſciverant anno Incarnationis Dominicæ DCCCLVI. Nonis Julii, de Palatio Cariſiaco*, quæ fuſius habentur tit. XIX. Capitularium Caroli Calvi. Dein num. XXI. recitat Baronius *Admonitionem*, qua Carolus Rex omnem populum ſuum hortatur, ut abſtineant a peccatis, præcipue vero a factionibus atque deprædationibus. Legitur ea *Admonitio* inter Epiſtolas Lupi Ferrarienſis ordine C. Denique num. XXIV. refert Epiſtolam a Benedicto III. univerſis Epiſcopis in Regno Caroli Regis conſtitutis, adverſus *Hubertum* Clericum quondam, tunc vero iniquorum hominum converſationibus ſociatum, qui cum ſcenicis mulieribus quotidie degere non dubitabat. Ait Pius Pontifex *Hubertum* deprædationes illicitas perpetrare non ceſſare, Monaſteria Sancti Mauricii Martyris & Luxovii pervaſiſſe, & pacem quam inter Ludovicum Aug. ejuſque germanos ipſe Benedictus conſtituerat, ſcindere non dubitare, &c.

ac regiam poteſtatem refugiat: ſciat, quiſcumque ille fuerit, quia & ſecundum canonicam auctoritatem ab omnium Chriſtianorum cœtu, & ſanctæ Eccleſiæ conſortio, & in cœlo, & in terra alienus efficietur, & regali poteſtate, atque omnium Regni fidelium unanimitate, ſicut Dei & Eccleſiæ inimicus & Regni devaſtator perſequetur, uſque dum a Regno exterminetur.

XIV. Et ſi aliquis Comes fuerit, qui hoc in ſuo Comitatu fecerit, aut ibi talia increſcere permiſerit, & ipſe illa non emendet, aut nota nobis non fecerit, ut noſtra auctoritas talia corrigat: ſciat quia talem ſententiam inde ſuſtinebit, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum conſuetudo fuit. Et ſi aliqui itinerantes deprædationes & rapinas per Regnum noſtrum fecerint, & Epiſcopi ſeu Miſſi & Comites hoc emendare non potuerint; quamcitius poſſint, nobis notum facere curent; ut jubeamus ipſos deprædatores per eamdem viam cum Miſſo noſtro redire, & illa omnia, quæ alii egerunt, legaliter emendare, & talem armiſcaram, ſicut a nobis juſſum fuerit, aut judicium, ſicut cum fidelibus noſtris conſideraverimus, ſuſtinere. Si autem dilecti fratris noſtri ac nepotum noſtrorum homines fuerint, qui talia egerint, & hoc nobis innoteſcat, ut illis nota faciamus. Et illi ſuos homines, ſicut illis melius viſum fuerit de talibus caſtigare procurent, ſicut & nos noſtros homines caſtigare volumus. Si in illorum Regnis indecentia, & aliqua noxa (quod abſit) facere præſumpſerint: admonendi ſunt, qui aliena rapere contendunt, ut ſolicite audiant, quod veniens in judicio Dominus dicat (a): Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare &c. quibus dicit: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus. Hinc ergo colligendum eſt, quanta damnatione plectendi ſint, qui aliena rapiunt, ſi tanta animadverſione feriuntur, qui ſua indiſcrete tenuerunt. Perpendant quo eos obliget reatu res capta, ſi tali ſubiicit pœnæ non tradita. Perpendant quo demeretur injuſtitia illata, ſi tanta percuſſione digna eſt pietas non impenſa.

(a) Matt. 25.

XV. Audiant raptores, qui multiplicant non ſua uſquequaque, & aggravant contra ſe denſum (b) lutum! Denſum lutum contra ſe aggravare, eſt terrena lucra cum pondere peccati cumulare.

(b) Habac. 2.

Audiant quid Chriſtus dicat (c): Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur: ideſt, quid prodeſt homini, ſi totum, quod eſt extra ſe congregat, & hoc ſolum, quod ipſe eſt, damnat.

(c) Matt. 16.

Audiant illi, qui rapiunt in hoc ſæculo: deficient autem & in ſæculo dimittent; ſed ſecum ad judicium cauſas rapinæ, ideſt damnationem ſecum ferent: ut alibi ſcriptum eſt.

Audiant quia propheta Iſaias dicit (d): Rapina pauperis in domo veſtra, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos & lacrima viduæ uſque ad Maxillam deſcendit; & Dominus non delectabitur in illis.

(d) Iſa. 3.

Audiant quia in cujus domo rapina eſt, ſive in domo corporis ſive in domo manſionis, non habitat in illa domo Spiritus ſanctus, ſed ſpiritus malignus. Et ſi accedit ad communionem corporis & ſanguinis Chriſti ante dignam ſatisfactionem, non mundatur per illam communionem a peccato, ſed plenius, ſicut Judas, quando in cœna plenus rapina, & iniquitate communicare præſumpſit de manu Chriſti, poſſidetur a diabolo, unde & ſuſpenſus crepuit medius. Ad quem cauſa viduæ non ingreditur, nec ipſe, ſi digne non ſatisfecerit, in cæleſtem Eccleſiam intrare valebit.

XVI. Audiant raptores quid iterum Propheta dicat (e): Qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? Videlicet quia ille, qui prædatur res pauperum & Eccleſiarum ac ſervorum Dei, prædatur a diabolo, & præda illius fit.

(e) Iſa. 33.

Audiant quid ſanctus Apoſtolus dicat, per quem locutus eſt Chriſtus, & qui raptus fuit uſque ad tertium cœlum, & qui raptus fuit in paradiſum, & audivit talia ſecreta verba, quæ non licebit hominibus loqui (f): ait namque: Quia neque rapaces, neque homicidæ, neque adulteri Regnum Dei poſſidebunt. Ille intendat quale quantumque peccatum eſt rapina, quam cum adulterio, & homicidio ſanctus comparavit Apoſtolus. Item ipſe dicat (g): Si quis fornicator, aut adulter, aut rapax, aut homicida eſt, cum hujuſmodi nec cibum ſumere Chriſti diſcipulo, id eſt, Chriſtiano licet ante ſatisfactionem, id eſt correctionem ac emendationem, & dignam pœnitentiam.

(f) Cor. 6.
(g) Ibid.

XVII. Audiant quod ſanctus Joannes Apoſtolus electus, & dilectus Chriſti, qui in cœna ſupra pectus ejus recubuit, talem hominem ſalutare vetat, dicens: (h) Nec Ave dixeris, nec in domum receperis.

(h) 2. Joan.

Audiant quid in Toletano (i) Concilio ſancti Epiſcopi, qui in cælo & cum Deo regnant, & in terris miraculis coruſcant, de totius mundi partibus congregati decreverunt: Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperem, aut religioſum expoliaverit: & mandaverit ad ipſum Epiſcopus, ut eum audiat, & ſi contempſerit; invicem mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ Epiſcopos quoſcumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec audiat & reddat aliena. Ecce de pauperum raptoribus.

(i) 24. q. 3. c. 21.



XVIII. Audiant raptores, & prædones rerum Eccleſiaſticarum quod ſanctus (a) Anacletus Papa ab ipſo Petro Apoſtolo presbyter ordinatus cum totius mundi ſacerdotibus judicavit; dicit namque: Qui abſtulerit aliquid patri, vel matri, homicidæ particeps eſt: Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit, mater vero noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo regeneravit: Ergo qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ rapit, vel fraudat, homicida eſt, utque homicida ante conſpectum juſti Judicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam, vel res Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit, & ut ſacrilegus judicandus eſt. Item ſanctus (b) Urbanus Papa & martyr: Res & facultates Eccleſiæ oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, & vota ſunt Fidelium, & pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus eſt damnationis Ananiæ & Sapphiræ, & oportet hujuſmodi tradi Satanæ, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini. Item ſanctus Lucius (c) Papa: rerum Eccleſiaſticarum & facultatum raptores, a liminibus ſanctæ Eccleſiæ anathematizatos Apoſtolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe judicamus; & non ſolum eos, ſed etiam omnes conſentientes; quia non ſolum, qui faciunt, rei judicantur, ſed etiam qui facientibus conſentiunt. Par enim pœna agentes, & conſentientes comprehendit.

(a) 12. q. 2. c. 6.
(b) 17. q. 4. c. 18.
(c) 17. q. 4. c. 5.

XIX. Et ſanctus Auguſtinus in ſermone Evangelii ſancti Joannis ita dicit: Fur ſacrilegus loculorum ſacrorum & Dominicorum eſt Judas; & qui aliquid de Eccleſia furatur, & rapit, Judæ perdito comparatur. Item in ſacris Canonibus ſancto Spiritu dictatis, & Chriſti ſanguine confirmatis ſcriptum eſt: Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere, & dare voluerit præter conſcientiam Epiſcopi & ejus, cui hujuſmodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit. Epiſcopus autem omnibus dicere debet, quid anathema ſit; & ne deſperent, oſtendere debet, quandiu duret anathema, id eſt, quamdiu quiſque errorem non corrigit, & digna ſatisfactione non emendat, ut reconciliationem, & indulgentiam valeat promereri. Si quis vero ante ſatisfactionem, & reconciliationis indulgentiam in peccatis ſuis perſeverans, mortuus fuerit: jam anathema perpetuum illi erit & peccatum ad mortem, pro quo non dicit (d) Apoſtolus, ut oretur. Sed & plura, ſi neceſſe fuerit, Epiſcopus quiſque colligere & dicere procurabit. Hucuſque Caroli ad Epiſcopos exhortatio. Qui & Capitula nonnulla ad populos ſibi ſubditos miſit ad conciliandos ipſos, cum illi his non acquieſcentes deteriora adderent, nempe ut defectionem pararent. Eſt autem eorumdem ejuſmodi inſcriptio:

(d) Joan. 5.

XX. Hæc, quæ ſequuntur, Capitula, miſit Rex Carolus ad Francos & (e) Aquitanos, qui ab eo deſciverant, anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quinquageſimoſexto, Nonis Julii de Palatio Cariſſiaco per fideles Miſſos ſuos Alardum Abbatem, Rodulphum, Rithuinum, Adalgarum, & Berengarium. Quæ nos, quod minus ſpectent ad Eccleſiaſticos Annales, ad vitandam prolixitatem, hic deſcribere prætermittimus. Sunt hæc plane illa tempora, quorum mentio eſt in epiſtola Lupi Abbatis Ferrarienſis, de qua ſupra, his verbis (f): In Regno Caroli Reges noſtri, novis exortis rebus, impune latrocinia committuntur; & nihil ſecurius atque conſtantius, quam rapinarum violentia frequentatur. Talis igitur eſt commeantium quærenda ſocietas, quorum numero atque virtute improborum factio evitetur, aut ſi neceſſe fuerit, repellatur. Et in ultima epiſtola ſcripta ad Guenilonem Archiepiſcopum Senonenſem eodem argumento, deplorans tempus hoc infeliciſſimum, ait (g): Unanimis tantum vobis in omnibus ſupplicabo, & ad idem agendum fratres meos hortabor, ut Deus inſpiret vobis conſilium, quo generaliter pro omnibus Chriſtianis, ne peccatum injuſtitiæ, quæ nos jam miſeros fecit, in damnationem trahat ſempiternam. In diebus Pontificatus veſtri ad tantam libertatem vitia proruperunt, ut vindicata impunitate, * apertis quibuſque, nec Deus, nec Rex, nec Epiſcopus timeatur. Quid moramini? Quid ultra expectatis? Aut Deus veſtra induſtria & auctoritate ad æquitatem reducet res humanas, aut hæc malorum incrementa poſt inauditas contumelias, pene omnes, qui pauci remanſerunt, oppriment. Innocentes videtis, quia ſecundum beatum Iſaiam: (h) qui recedit a malo, prædæ patuit. Nec tutus quiſquam contra violentiam raptorum eſt, niſi qui viribus prævalet, aut in eorum conceſſit collegium. Hæc Lupus. Reperitur apud eumdem inter epiſtolas ſuas una ex illis admonitionibus, quas (ut audiſti in Caroli Regis nuper recitata admonitione,) idem Rex per Epiſcopos ſingulos in ſua parochia ad populum ſibi ſubditum ſcribi præcepit, ut abſtineat a peccatis, præcipue vero a factionibus atque deprædationibus; ſic enim ſe habet titulus:

(e) Ex ſcripto cod. Ant. Aug. B. pagin. 17. De Capitulis Regis Caroli ad factioſos.
(f) Lup. ep. 104.
(g) Lup. ep. 126.
* ſpretis
(h) Iſai. 59.

Admonitio (i) Scripta, ut puto ab ipſo Lupo pro Epiſcopo Senonenſi, ſub cujus parœcia ipſe erat. Sequitur ipſa:

(i) Lup. ep. 100.

Diverſis malis afflicti, cauſas eorumdem

Admonitio Epiſcopalis ad ſuos.

*dem malorum debemus cognoſcere, & cognitas, auxiliante Dei miſericordia, evitare. Cauſam proſperitatis, & adverſitatis Spiritus ſanctus aperte demonſtrat his verbis: Juſtitia (a) elevat gentem, miſeros facit populos peccatum; peccatum, quo miſeri efficimur; hoc eſſe credibile eſt, quod cum ſimus fide Chriſtiani, ſempiternæ felicitati præponimus temporalem, & illam, niſi reſipiſcamus, perdemus, & hanc, quæ quantulacumque poſſet eſſe, ſi recti eſſe vellemus, non apprehendemus. Quia ergo vindicta Dei & in hac vita temporaliter incipit, & uſque ad alteram, quæ finem non habet, niſi converſio ſubveniat, pertendit; & hic ſæpe bonos bona temporalia comitantur; alibi autem eoſdem bonos æterna bona coronant, ſive prælatos, ſive ſubditos omnes deponamus excuſationes, & cum ſibi unuſquiſque ſit conſcius, in quibus maxime Deum offendit, communiter eum & obedienter audiamus monentem: Redite (b) prævaricatores ad cor. Itaque (c) lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere: ut per pœnitentiæ ſalutarem curſum perveniamus ad indulgentiæ tutiſſimum portum. Ita enim valebimus non ſolum effugere mala præſentia, verum etiam bona ſperare ventura. Dediſcamus ſola carnalia appetere. De conſequendis ſpiritualibus aliquando cogitemus, ut noſtræ cupiditates temperentur, & modum aliquem teneant.*

(a) Prov. 23.
(b) Iſai. 46.
(c) Iſai. 1.

XXII. *Veniat nobis in memoriam celer eorum tranſitus, quos in dignitatibus vidimus: nec obliviſcamur quod eos quotidie ſequimur. Ad mortem enim ſine intermiſſione properamus. Repetamus mores, quibus hoc Regnum crevit, & viguit. Nullæ ſint factiones, nullæ conſpirationes inter nos, qui Patrem invocamus Dominum, quibus dicunt Pontifices, Pax vobis, & pro quibus omnes orant concorditer ſacerdotes: Da propitius pacem in diebus noſtris, &, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum. E quibus polliceri dignatur: (d) Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Illa comminatio ejus non videatur nobis contemptibilis (e): Væ illi, per quem ſcandalum venit. Ne forte (quod ipſe avertat (f) ſola vexatio det aliquando intellectum auditui; ut infelici experimento quod nunc non credimus, aut nos neſcire fingimus, in tormentis poſiti ſentiamus.*

(d) Matth. 5.
(e) Matt. 18.
(f) Iſai. 28.

XXIII. *Prædas & rapinas converſationi Chriſtianæ nimis contrarias, & a Regno Dei miſerrimos excludentes, penitus deponamus. Contra hos enim ſic ſermo Apoſtoli fremit: Neque (g) rapaces Regnum Dei poſſidebunt. Pro Dei timore, atque amore lucra propria intermittamus, bono communi, & publico certatim & unanimiter conſulamus. Ut dum tranquillitatem Fidelibus præſtare nitimur, & vires reſiſtendi infidelibus recuperemus; & ab eo, qui eſt omnipotens, utriuſque pacis idem, & qualis nunc eſſe poteſt, & illius conſummatæ, quæ ſolis electis dabitur, gaudia conſequamur. Illud autem neminem noſtrum fugiat, quibuſque doctiſſimis uſque ad noſtram ætatem probatum & creditum; quia per diſcordiam res maximæ dilabuntur: ne forte, dum cupimus noſtra ſecurius tenere vel ad majora capienda felicius conſcendere; juſto Dei judicio ruina nos Regni, quam noſtris diſſenſionibus præparamus, involvat, & in perniciem animæ & corporis pertrahat.* Hactenus ſermo ex ſententia Caroli ſcriptus ad populum, ab Epiſcopo autem nuntiandus. Porro adverſus malum ingruens laborandum fuit etiam ipſi Romano Pontifici Benedicto. Etenim cum hujuſcemodi deprædationibus inter alios daret quoque operam Hubertus ſubdiaconus, Boſonis filius, re perlata ad Benedictum Papam, adverſus eum Apoſtolicas litteras dedit ad præſules omnes ſub Caroli Regno conſtitutos, per quos eædem, ipſi innoteſcerent, quæ ſic ſe habent (h):

(g) 1. Cor. 6.

*Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus reverendiſſimis, & ſanctiſſimis Archiepiſcopis, cunctiſque Epiſcopis in Caroli glorioſi Regis Regno morantibus.*

(h) Ex cod. Anto. Aug. manuſcri.

XXIV. *Bonorum ſemper innovamur auditu, & actibus hilareſcimus Deum diligentium animo ſuperna * pollentium, quos beatitudo ſublimat, divinoque connectit conſortio, & poli perducit ad climata; atrocitatibus autem, actibuſque malorum lamentamus, quorum ſceleribus converſatio circumdatur, & plena malis eorum operatio manet: quorum in cunctis curſus eſt deteſtabilis, perſeverantia * ſæva, infelixque opinio. Quibus Hubertum clericum quondam Boſonis filium relatione ſimilem eſſe cognovimus, qui tantis ſqualoribus irretitus, mentem ad ſuperna non ſublevans, eorum perennis particeps eſſe nolit. Multorum vero ingemiſcentium clamoribus hominum horrificiſque aſſertionibus plura infelicis ſuæ audaciæ mala, diraſque perpetrationes noſtri Præſulatus didicere Legati. Qualiter olim ſacrorum fuit conjunctus numero clericorum a Deo, ut in divinis celebrandis myſteriis, more ſubdiaconorum, ſacras Lectiones, conſcendens ambonem, populis nuntiaret: Nunc autem (quod lacrymantes referimus) iniquorum, ſceleratiſſimorumque hominum converſationibus ſociatus infauſtæ vitæ iniquus, & multis piaculis criminibuſque plenus, ad periclitationem ſuæ, quo non debuerat, animæ,*

* petentium

* ſua



*iniquo * certamine tendit, & cruenta tyrannide perſeverat. Et hoc multis narrantibus audiere, quod cum ſcenicis mulieribus quotidie degere non dubitat, quæ animas perdunt, corpora ſauciant, ad imaque deducunt.*

* conamine.

XXV. *Et quia aggregatione multorum hominum ſibi noxiorum conjuncta, multa in plebem Domini, pretioſa quam paſſione e faucibus nequiſſimi eripuit Leonis, atque redemit, homicidia, & innumera adulteria, turpeſque fornicationes, ac deprædationes illicitas, & inſuſtentabiles perpetrare non ceſſet: ſed & pluribus item affirmantibus didicere quod monaſterium ſancti glorioſique Mauritii martyris Apoſtolicis privilegiis munitum, tanta ferocitate pervaſit, ut nullus jam priſcæ religionis in eo ordo ſervetur: (nam illa, quæ Deo ibidem famulantibus ex opibus ipſius miniſtrabantur, nunc meretricibus, canibus atque avibus, nequiſſimis nec non hominibus ſua largiuntur præceptione:) Idque monaſterium ab Eccleſia findens, annonas, quas poſſidere videatur Antiſtes, ſacrorum Canonum, Patrumque violans ſanctiones, indecenter poſſidere non dubitet: Et quia monaſterium in Commemoratione B. Petri Apoſtoli, Luxovii conſtitutum, cujus clauſtri aditus mulieribus numquam patuit: hoſtili modo ingreſſus, cum illicitis mulieribus per aliquot dies commorari non trepidarit: Quædam etiam mulier, quæ cauſa pudicitiæ proprio ſe viro diſſociavit, Deoque ſe vovit, atque dedicare promiſit, & poſtmodum diaboli jaculo terebrata, atque percuſſa, a monaſterio fugiens, cuidam adultero juncta, ſuæ ſe defenſioni ſubmiſit; poſtremo Archiepiſcoporum, Epiſcoporumque quæſita cœtu minime eſt præſentata, qui una cum defenſoribus ſuis eam ab Eccleſiaſtica communione expulere. Quam hactenus uſque divinum non timens judicium, ſua defenſione retinere non ceſſat. Pacem, quam inter Ludovicum munivimus Cæſarem ſemperque Auguſtum ſuoſque glorioſos germanos, ſua miſerrima cupiditate, ad multorum Chriſtianorum necem atque periculum ſcindere (ut audivimus) non dubitavit. Hæc & multa horum ſimilia de eo audientes, profuſis lacrymis condolemus, ne ſuæ fragilitatis in his eum finis contingat, erebique voragini addicatur. Propterea volumus, & Apoſtolica ſacra præcipimus auctoritate, & induſtria, ut omni poſtpoſita excuſatione, ablatoque ingenio poſt triginta dierum curricula, ubi hæc illi fuerit præſentata epiſtola, iter incboare non pigeat, Romamque celeri ſtudio properare feſtinet, ut præſentialiter videre valeamus, atque cognoſcere, ſi taliter circa eum hic quæ dicuntur exiſtant, ut ſpirituali abluere cenſura curemus, ſauciataque membra cæleſtis reformare medicinæ * collegio valeamus. Cupimus enim ipſum tantis erutum eſſe delictis, & ſupernæ patriæ ſacris monitis perficere civem. Si autem venire neglexerit, ad noſtramque Apoſtolicam Sedem ſecundum præceptionem pergere noluerit: Scire vos volumus, quia mox illum ab Eccleſiaſtica communione expellimus, ita ut nec vobiſcum, nec cum aliis Chriſtianæ cultoribus Fidei conſortium habeat, & a Dominico corpore, & ſanguine eum facimus alienum. Optamus beatitudinem veſtram in Chriſto bene valere.* Hæc Benedictus.

* al collyrio

XXVI. Rabani Epiſc. Mog. obitus.

*Hoc eodem anno* (habet vetus Chronicon a Pithœo editum) *menſe Februario, quarta die menſis defunctus eſt Rabanus Archiepiſcopus Moguntiacenſis Eccleſiæ, habens in Epiſcopatu annos novem menſem unum, & dies quatuor. Cui ſucceſſit Karolus magis ex voluntate Regis, & Conſiliariorum ejus, quam ex conſenſu, & electione Cleri, & populi.* Hæc ibi. Extat epitaphium de vita ipſius in ſepulcro inſcriptum, a Trithemio autem deſcriptum his verſibus:



PAGIUS VI. *Moritur Rabanus Archiep. Moguntiæ.*

Ad num. XXVI. & ſeq. *Rabani* Archiepiſcopi Moguntinenſis mortem hoc anno contigiſſe, tradit non tantum Annaliſta Fuldenſis a Baronio citatus, ſed etiam Lambertus Schafnaburgenſis, & Sigebertus in Chron. Annaliſta Hildensheimenſis & Auctor brevis Chronici Monaſterii Sancti Galli. Diem exprimit Annaliſta Fuldenſis, quartam nempe menſis Februarii; ſed quod ſubdit, eum ſediſſe *annos novem, menſem unum, & dies quatuor*, non parvam difficultatem habet; cum enim *Rabanus* die XXVII. menſis Junii aut die XXIV. ejuſdem menſis ordinatus fuerit, ſedit tantum annos octo, menſes ſeptem, & aliquot dies. Nec dici poteſt, errorem in numeros irrepſiſſe, aut Annaliſtam Fuldenſem annum incipere a Paſchate, ideoque Rabanum mortuum eſſe die quarta Februarii ſequentis Chriſti anni, qui juxta illum calculum dicitur annus DCCCLVI. uſque ad Paſcha; nam Lambecius Tom. II. Biblioth. Cæſareæ lib. 2. cap. 5. corrigit editionem hujus Annaliſtæ juxta exemplar MS. Bibliothecæ Cæſareæ, & ad hunc locum nihil notat. Adhæc tam Annaliſtam Fuldenſem, quam omnes alios a Ducheſnio editos, qui ſcripſere de rebus geſtis ſub Carolo Martello, Pippino & ſequentibus Francorum Regibus, annum a Nativitate Chriſti inchoare certum eſſe debet, quamvis Cointius, aliique non pauci contrarium ſibi perſuaſerint. Henſchenius quidem ad diem IV. Februarii in Commentario prævio ad Vitam B. Rabani §. 10. ait, hæc verba *annos novem, menſem unum, dies quatuor*, non extare in exemplari MS. Annalium Fuldenſium Monaſterii S. Trudonis in Belgio, ideoque & ab alio poſtea inepte intruſa eſſe. Verum Henſchenius non indicat, an manuſcriptum illud antiquum ſit, ut de Cæſareo aſſerit Lambecius, & Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Elogio ejuſdem Rabani §. IX. affirmat, eadem verba in Franco-Saxoni-

Rabani Epitaph.

*Lector honeſte, meam ſi vis cognoſcere vitam,*
*Tempore mortali, diſcere ſic poteris.*
*Urbe quidem hac genitus ſum, ac ſacro fonte renatus,*
*In Fulda poſt hæc dogma ſacrum didici.*
*Qua monachus factus Seniorum juſſa ſequebar,*
*Norma mihi vitæ Regula ſancta fuit.*
*Sed licet incaute hanc nec fixe ſemper haberem:*
*Cella tamen mihimet manſio grata fuit.*
*Aſt ubi jam plures tranſiſſent temporis anni,*
*Convenere viri vertere facta loci.*
*Me abſtraxere domo invalidum, Regique tulere,*
*Poſcentes fungi præſulis officio.*
*In quo nec meritum vitæ, nec dogma repertum eſt,*
*Nec paſtoris opus jure beneplacitum.*
*Promptus erat animus, ſed tardans debile corpus.*
*Feci quod poteram; quodque Deus dederat.*
*Nunc rogo te ex tumulo, frater dilecte juvando*
*Commendes Chriſto me ut precibus Domino.*
*Judicis æterni me ut gratia ſalvet in ævum,*
*Non meritum aſpiciens, ſed pietatis opus.*
*Raban nempe mihi nomen, & lectio dulcis*
*Divinæ legis ſemper ubique fuit.*
*Cui Deus omnipotens tribuas cæleſtia regna,*
*Et veram requiem ſemper in arce poli.*

Hactenus Rabani epitaphium. Verum dum Trithemius eum defunctum dicit anno ſuperiori, Indictione tertia, a citato Chronico ſcriptoris ejus temporis erroris arguitur. Emicuit plane Rabanus ut fulgentiſſimum ſidus, cujus quæ extant ſcripta, tamquam lucis radii, excellentiam demonſtrant auctoris, ut & iiſdem illuſtrata Germania glorietur ſuum haud adeo imparem magnis habuiſſe Doctorem. De quo quidem qui ſupra Trithemius tradit ipſum præter opuſcula tam carmine, quam ſoluta oratione conſcripta, Scripturam ſanctam a principio uſque ad finem omnem feliciter explanaſſe, virum plane omni litterarum genere egregie excultum, triumque linguarum Hebraicæ, Græcæ atque Latinæ peritum. XXVII.

Rabanus Doctor inſignis.

Eodem anno (*a*) Corduba in Hiſpania civitas novis eſt illuſtrata Martyribus, vigente adhuc adverſus Chriſtianos perſecutione Sarracenorum. Paſſi ſiquidem ſunt Helias presbyter, Paulus & Iſidorus monachi decimoquinto Kalend. Majas. Quarto vero Kal. Julias Argimirus monachus æque glorioſo martyrio coronatus eſt. Decimoquarto autem Kal. Auguſti Aurea virgo clariſſima, quo debilior in certamine priori ſuccubuit, eo fortior in poſteriori agone certans, victrix inſigniorem martyrii coronam promeruit. Quorum omnium digna certamina S. Eulogius martyrii candidatus, conſors Martyrum ſcripſit.

(*a*) *Eulog. l. 3. c. 15. 16. 17.* Martyres Cordubenſes.

Qui

PAGIUS eis Annalibus MSS. reperiri. Quidquid igitur hac de re ſit, Annaliſta Fuldenſis, vel ejus Interpolator numerat annos Julianos, non vero annos Sedis *Rabani*, uti jam diximus, *Anaſtaſium* menſes ordinationis Benedicti III. enumerare, quando ait, menſe quinto ejus ordinationis Tyberim exundaſſe, ut videre eſt hoc anno num. 1. Primus annus Epiſcopatus Rabani juxta Annaliſtam Fuldenſem vel ejus Interpolatorem incipit a menſe Junio anni DCCCXLVII. & cum eodem anno Juliano abſolvitur, & ſic deinceps uſque ad præſentem Chriſti annum, quo *Rabanus* die quarta Februarii ad Deum migravit, poſtquam ſupra annos illos Julianos IX. adhuc geſſiſſet Epiſcopatum menſem unum & dies quatuor, ut recte hunc locum explicarunt Serarius lib. 4. Moguntiacar. Rer. & Mabillonius loco citato.

VII. Sanctus Odilo Abbas Cluniacenſis in Sermone *de Laude Sanctæ Crucis* dicit, Rabanum fuiſſe *ſæculari ſcientia affatim eruditum, fide Catholicum, ſpiritali ſcientia ad plenum edoctum*. De ejus Operibus tam editis, quam adhuc ineditis ac de legitimis & ſpuriis quæ ei attribuuntur, diligenter agit idem Mabillonius, quemadmodum & de ejus Zelo pro fide & pro integritate morum ac de ejus Præceptoribus, diſcipulis, ac Succeſſoribus in Fuldenſi Academia, ubi cum ſumma laude docuit. Succeſſorem habuit *Rabanus* in Epiſcopatum Moguntinenſem *Carolum* Pippini Regis Aquitaniæ filium & Corbeienſis Gallicæ Monachum, unde a patruo ſuo *Ludovico* Germaniæ Rege vocatus fuit. De *Caroli* virtutibus legendus Serarius laudatus.

*Ejus ſcripta, virtutes & Succeſſor.*

VIII. Mortuus eſt etiam hoc anno *Sanctus Aldricus* Cenomannenſis Epiſcopus, die VIII. Januarii, ad quem Bollandus recitat ejus Vitam a quodam Canonico Cenomannenſi a pauco tempore ſcriptam, quia quando publicavit Tomos duos Sanctorum menſis Januarii nondum lucem viderat liber tertius Miſcellaneorum a Baluzio editus, cujus initio recitantur geſta a diſcipulis ejus literis mandata. *Aldricus* nobiliſſimis parentibus ortus, ab infantia cum Epiſcopis enutritus, atque ab eis nobiliter & ſapienter eſt inſtructus, a *Gundulpho* Epiſcopo Metenſi Diaconus ordinatus, ſuadente *Drogone* ejus Succeſſore Presbyter factus, a *Ludovico Pio* Imperatore Senior Eccleſiæ Metenſis, ejuſque Confeſſarius conſtitutus eſt, & poſt quatuor menſes anno octingenteſimo trigeſimo ſecundo ad Epiſcopatum Cenomannenſem evectus. Quas paſſus fuerit perſecutiones, & quantum pro Eccleſia ſua Cenomannenſi laborarit, jam explicavimus, dum Tomum IX. Baronii illuſtravimus. Ejus diſcipuli, quid poſt annum DCCCXL. egerit, & quo anno ſpiritum Deo reddiderit, non narrant; ſed cum in recenti ejus Vita dicatur, ſediſſe annos XXIV. mors ejus ad hunc annum pertinet.

*Moritur S. Aldricus Epiſc. Cenomannenſis.*

IX. Non prætermittenda hic quæ refert Annaliſta Bertinianus de Saracenis ac de Normannis. De prioribus ait: *Sarraceni de Benevento Neapolim fraude adeuntes vaſtant, diripiunt, & funditus evertunt*. De Normannis vero: *Pyratæ Danorum XIV. Kalend. Maji civitatem Aurelianis adeunt, prædantur, & impune revertuntur*. Paulo poſt: *Iterum pyratæ Danorum alii mediante Auguſto Sequanam ingrediuntur, & vaſtatis direptiſque ex utraque fluminis parte civitatibus, etiam procul poſitis monaſteriis atque villis, locum qui dicitur Foſſa Givaldi, Sequanæ contiguum, ſtationique munitiſſimum deligunt, ubi hyemem quieti tranſigunt*. Idem de Normannis de verbo ad verbum refert Auctor Chronici de Geſtis Normannorum in Francia, ſed ea cum anno præcedenti illigat.

*Irruptiones Saracenorum & Normannorum.*

I. Concilium Maguntinum.

QUi ſequitur annus octingenteſimus quinquageſimus ſeptimus, Indictione quinta notatur, quo ( ut habent veteres Annales Francorum ) celebratum eſt Concilium Maguntinum a Carolo Rabani ſucceſſore, de quo hæc ibi: *Habita eſt, hoc anno ſcilicet, Synodus apud Moguntiacum circa Kal. Octobris præſidente Carolo Archiepiſcopo, ubi inter alia, ventilata eſt cauſa de jure Eccleſiaſtico.*

Prodigia in Eccleſia Colonienſi.

*Præſentata eſt epiſtola Guntharii Colonienſis Epiſcopi ad Altfridum Epiſcopum directa, in qua legebatur, contigiſſe Coloniæ decimoſeptimo Kal. Octobris terribilem valde tempeſtatem populo cuncto præ nimio horrore in baſilicam ſancti Petri confugiente, & ſignis Eccleſiæ concrepantibus, unanimiter Dei miſericordiam implorante, ſubito fulmen informe ignei draconis inſtar, baſilicam ſcidiſſe, ac penetraſſe, atque ex omni illa multitudine tres homines, diverſis quidem locis, ſed uno ictu in mortem dejeciſſe, presbyterum ſcilicet juxta altare S. Petri, diaconum ad altare S. Dionyſii, laicum autem ad altare ſanctæ Mariæ: alios etiam numero ſex eodem impetu ita proſtraviſſe, ut elati ſemivivi vix convaleſcerent. Feruntur & alia his temporibus Treviris contigiſſe, quæ ideo ſcribere diſtuli, quia de eis certum nuntium non habui.* Hæc de his auctor hujus temporis. Porro ipſum Moguntinum Concilium excidit.

II. Quando S. Eulog. ſcripſit Apologeticum.

Eodem anno Cordubæ in Hiſpania, ſæviente adhuc perſecutione Sarracenorum in Chriſtianos tertio Idus Martias Rudericus, & Salomon martyrium ſumma gloria conſummarunt. De quibus ſanctus Eulogius agit in Apologetico. Abſolverat autem ipſe tres libros Memorialis Sanctorum, antequam iidem Martyres certamen inirent: nam de his nulla in eo commentario mentio habetur, quem abſolvit una cum rebus geſtis ſanctorum Martyrum, qui ſunt paſſi anno octingenteſimo quinquageſimoſexto. Sed accidit, ut dum recentium Martyrum certamen hiſtorice deſcribere jam tentaret, nonnullorum in Martyres obloquentium ſtrepitu motus, coactus fuerit ( ut ipſe fatetur ) hiſtoriam in Apologeticum commutare, ut oblatrantibus, canum inſtar, ſanctis Martyribus reſponderet. Tota in eo diaboli vis eſt demonſtrata, ut qui annis ſingulis illuſtrari ſanguine Martyrum Chriſti Eccleſiam ægre ferret, ore miniſtrorum ſuorum illud in vulgus ſpargeret, hos omnes gladio cæſos nequaquam dignos, qui in numerum Martyrum referrentur; nempe quod non ſicut antiqui Martyres, a cultoribus idolorum occiderentur, ſed ab iis qui unum Deum colerent, & uti Chriſtiani idola deteſtarentur; quod etiam non ut olim antiqui Martyres, iſti, dum paterentur, miraculis coruſcarent: quodque etiam, non ut illi quos recepit Eccleſia Martyres, diverſis tormentorum generibus cruciarentur, ſed ictu gladii cito certamen abſolverent.

Fuerunt igitur iſta primum ab Eulogio potentiſſime confutanda, ne horum occaſione tepeſceret incenſus in cordibus credentium ardor Fidei, & fortitudo langueſceret Confeſſorum. Præſtitit id quidem ipſe egregie, ut cuique pervidere facile eſt, qui & in poſteriori ejuſdem Apologetici parte proſecutus eſt dictorum martyrum Ruderici & Salomonis glorioſum certamen publice exantlatum, & Dei nutu factam inventionem, & Eccleſiaſticum funus illis exhibitum, in quo & divina virtus enituit inſignis miraculi oſtenſione, dum poſt viginti dierum ſpacium merſa flumine ſacra membra III.

---

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6350.

☉ 26. C. ☽ 3. P. 18. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 857.

BENEDICTI III. PAPÆ 3.

LUDOVICI II. IMP. 9. 8. & 3.

MICHAELIS IMP. 16.

SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCXCV. Anno Hegiræ CCXLIII. inchoato die 30. April. fer. 6. A.C. 857.

I. *Varia in Francia geſta.*

AD num. IV. Annaliſta Bertinianus, quæ inter Francorum Reges hoc anno contigere, his verbis refert: *Aquitanorum aliqui perſuaſione occulte conſpirantium Francorum quorundam in Karlum* ( ſcilicet Calvum ) *a Karlo admodum puero deficientes, Pippino* ( ſcilicet apoſtatæ ) *ſociantur. Karlus* ( nempe Calvus ) *Rex & Lotharius nepos ejus ſacramentis viciſſim exhibitis fœderantur. Similiter Ludoicus Rex Germaniæ, & Ludoicus Imperator Italiæ Pippinus Danorum Pyratis ſociatur, Pictavorum civitatem devaſtat, & multa alia Aquitaniæ loca depopulat. Lotharius concubinis abutens, uxorem ſuam Reginam abiicit.* ( Teutbergam nempe, de qua pluribus infra ).

II. *Reges Francorum inter ſe conſociantur.*

Baronius narrat Conventum hoc anno habitum *apud Sanctum Quintinum*, in Monaſterio ſcilicet Sancti Quintini Oppido ejuſdem nominis vicino, & in agro Veromanduorum ſito; quo in Conventu pactionem ac fœdus Lotharius nepos cum Carolo patruo pepigit, *Kalendis Martiis*, ut legitur tit. XXV. Capitularium Caroli Calvi, ubi quæ inter utrumque ſtatuta ſunt, narrantur. Alterius Conventus aut colloquii his verbis meminit Annaliſta Fuldenſis ad hunc annum; *Rex Hludovvicus menſe Februario colloquium*



bra reperta, non ſolum incorrupta remanſerint, ſed etiam ſuaviſſimum ſpirarent odorem: adeo ut non ſcriptis Eulogii tantum, ſed re ipſa patuerit in recentioribus Martyribus non defuiſſe divina miracula, nec nece Martyrum ob ſævitiam perſecutorum in Chriſtianis fidei refriguiſſe calorem, ſed magis accenſum, ut non latibula quærerent, ſed ipſos cæſos gladio Martyres publice colerent, & publico funere ſepelirent. Teſtatur iſta ſanctus Eulogius, qui & de ſe ipſo in primis iſta, ubi gladio iidem cæſi ſunt Martyres: *Ego interim peccator Eulogius, qui geſta Beatorum meo elucubranda ſtylo dudum decreveram: cum rumor conſummatæ paſſionis eorum ubique diſcurreret: expletis Miſſarum ſolemniis, ipſorum inviſenda corpora, quadam vegetatus audacia adii: ac proprius quam cætera ſpectantium turba accedere non veritus ſum. Et teſtis eſt Redemptor meus, qui hoc commentarium diſcuſſurus eſt, quia non mentior, quod tanta decoris pulcritudine deciſa illa cadavera fulgebant, ut crederes, ſi a quoquam ſciſcitarentur, protinus locutura. Nonnulli etiam e turba Gentilium venientes, ſumebant lapillos fluminis, qui cruore Martyrum erant aſperſi, & lymphis abluentes, proiiciebant in pelago, ne Chriſtianis in emolumentum exiſterent Lipſanorum, neſcientes, quod nihil obeſſet, ab his partem adimere, quibus totam decreverat Dominus * paſſionem donare, &c.* Agit poſt hæc de ipſa etiam inventione corporum, & celebri ſepultura, Epiſcopi, & Cleri totius exhibita miniſterio.

* poſſeſſionem.

IV. Sed & quo modo eodem hoc anno ſævierit barbarica gens etiam in lapides ipſos atque parietes, hæc ibidem habet ſanctus Eulogius: *Per idem ergo tempus graviter in nos præſidialis graſſabatur inſania, ita ut nonnullas apud Cordubam olim Patriciam, nunc autem florentiſſimam Regni Arabici urbem baſilicarum turres everteret, templorum arces dirueret, & excelſa pinnaculorum proſterneret, quæ ſignorum geſtamina erant ad conventum canonicum quotidie Chriſticolis innuendum.* Hæc Eulogius, reliqua apud ipſum quæras. Quomodo autem poſt ſequentem annum ipſe, quod diutius concupierat, ut martyrio frueretur, eſt conſecutus, ſuo loco dicturi ſumus.

Hoc anno pariter habitus eſt conventus apud ſanctum Quintinum, in quo Carolus Calvus ſicut cum fratre Ludovico pacem concordiamque tenuit inoffenſam, ita cum nepotibus fratruelibus Lotharii filiis cuſtodire velle profeſſus eſt, ſtatutis ea de re quibuſdam capitibus, quibus ejuſmodi inſcriptio præpoſita legitur:

*Annuntiatio Caroli & nepotis ſui Lotharii apud ſanctum Quintinum Kalend. Martii, anno octingenteſimo quinquageſimoſeptimo Incarnationis Dominicæ. Volumus vos ſcire quod fecit inſimul noſter conventus.*

*Poſtquam Dominus noſtrum Seniorem vocavit de iſto ſæculo, &c.* Continet hæc omnia ſcriptus codex Antonii Auguſtini, in Vaticanam bibliothecam illatus. V.

Obitus Ethelvvulphi Regis Anglorum.

Hoc anno contigit obitus Regis Occidentalium Saxonum in Anglia religioſiſſimi Ethelvulphi, qui condidit teſtamentum, in quo inter alia pia legata, hæc annuatim deferri juſſit ad baſilicas Apoſtolorum, quæ ita recitantur a Matthæo Weſtmonaſterienſi: *Romam autem ſingulis*

---

PAGIUS

*quium habuit in Confluente Caſtello cum Luthario nepote ſuo*; ubi *Confluentis* nomine intelligendum Confluentes Moſellæ & Rheni, vetus & nobile caſtrum, vulgo *Coblentz* appellatum.

III. *Moritur Æthelvvolfus Saxonum Occid. Rex.*

Ad num. V. Æthelwolfus Occidentalium Saxonum Rex anno tantum ſequenti e vivis exceſſit; Annaliſta enim Bertinianus, qui matrimonium ejus cum Juditha accurate conſignavit, ad annum poſtea DCCCLVIII. ſcribit: *Edilvulf Rex Occidentalium Saxonum moritur: relictam ejus Judith Reginam Adalboldus filius ejus uxorem ducit.* Idem habet Annaliſta Mailroſenſis. Imo Aſſerus, qui hoc tempore vivebat ad annum DCCCLVIII. *Vixit ergo Aethelvulfus duobus annis, poſtquam a Roma pervenit* ( in Angliam ſcilicet ). *Aethelbald filius ejus duobus & dimidio annis poſt patrem regni gubernacula rexit.* Male itaque Alfordus cum aliquibus Hiſtoricis Anglicis Aethelwulfi Regis mortem hoc anno collocat.

IV. *Ejus filii Regnum inter ſe partiuntur.*

Ingulphus Bethelwulfi morte narrata ait: *Ethelbaldus* ( Adalboldus corrupte appellatus ) *& Ethelbertus filii ejus regnum paternum inter ſe partiuntur ſuccedentes. Ethelbaldus thorum patris ſui aſcendens ( quod nec inter Gentes uſquam eſt auditum ) propriam novercam Judithiam, quoniam quondam filiam Regis Francorum* ( nempe Caroli Calvi ) *ſumptam a patre Ethelvvlfo in conjugium, cum omnium comprovincialium ſcelus ſuum abhorrentium maximo ſtupore, duxit in uxorem, qui biennio in tam vili volutabro decurſo moritur, parſque ſua fratri ſuo Ethelberto integre adunatur.* Ubi Ingulphus annos ſolum duos Ethelbaldo aſſignat, neglectis nempe menſibus ab Aſſero enumeratis. De *Juditha* pluribus infra.

V. *Galliæ tribus Normannorum turmis afflicta.*

Quæ Gallia hoc anno a Normannis paſſa ſit, ſummarie perſtringit Annaliſta Bertinianus. *Pyratæ Danorum V. Kalendas Januarias, Lotitiam Pariſiorum invadunt, atque incendio tradunt.* Paulo poſt: *Dani Sequanæ inſiſtentes cuncta libere vaſtant, Lutetiamque Pariſiorum aggreſſi, Baſilicam Beati Petri & Sanctæ Genovefæ incendunt, & cæteras omnes, præter domum Sancti Stephani, & Eccleſiam Sancti Vincentii atque Germani, præterque Eccleſiam Sancti Dionyſii, pro quibus, tantummodo, ne incenderentur, multa ſolidorum ſumma ſoluta eſt. Alii Danorum emporium, quod Dorſtatum dicitur, vi capiunt, totamque Batavorum inſulam, & cætera loca contermina diripiunt. Frotbaldus Epiſcopus Carno-*

*lis annis trecentas denariorum mancuſas portari præcepit, qui taliter dividerentur ibidem, centum mancuſas ſcilicet in honorem S. Petri Apoſtolorum principis, ſpecialiter ad emendum oleum, quo implerentur omnia luminaria Eccleſiæ Apoſtolicæ in veſperis Paſchæ, & tantumdem in gallicantu. Et centum ibidem mancuſas in*

PAGIUS

*notum inſiſtentibus ſibi Danis in eadem civitate pedibus fugiens, fluviumque Anduram natatu petens, aquis interceptis moritur.* Hæc Normanni illi, quorum alii in inſulis Sequanæ aut locis circumvicinis, alii in Friſia ſedes habebant. Præter iſtos erant alii Normanni ſeu Dani, qui Namnetis ad Ligerim morabantur, & de iſtis idem Annaliſta ſcribit: *Hi vero, qui apud inferiora Ligeris morabantur, Turones & omnia circumquaque loca uſque ad Bliſum* (Gallice Blois) *caſtrum deprædantur.* Bollandus ad diem III. Januarii Vitam Sanctæ Genovefæ Virginis, cujus corpus Pariſiis in Eccleſia ejus nomini dicata aſſervatur, ab antiquo Auctore ſcriptam refert, cui ſubjunguntur miracula hujus Sanctæ Auctore Anonymo ſcripta. Ibidem relatis miraculis, quæ in prima Normannorum in Urbem Pariſienſem incurſione anno DCCCXLV. facta contigerunt, narrantur poſtea miracula facta in ſecunda, diciturque Beatam Virginem ad villam Pariſiacam deportatam fuiſſe, eamque in ea profectione multis claruiſſe miraculis. Tum ait Anonymus: *Beatiſſima Virgo Genovefa per quinque annorum curricula manſit extra propriam ſedem populantibus Normannis omnem regionem Sequanæ adjacentem. Quibus ad ſua revertentibus, reduximus ad locum ſanctum ſuum Dominam noſtram.* Quibus ex verbis, aliiſque in ea narratione contentis intelligimus, Anonymum iſtum hoc ipſo tempore vixiſſe. Loquitur etiam de Lugubri ædis San-Genovefianæ per Normannos combuſtione Stephanus Tornacenſis in Epiſt. CLXIV. Ad Epiſcopum Londinenſem data: *Inter alias*, inquit, *quod ſine ſuſpirio ac ſingultu referre non poſſumus, aut debemus, Eccleſiam Apoſtolorum Petri & Pauli, in qua B. Virgo Genovefa requieſcit in corpore, Regali ope & opere conſtructam Muſivo intus & extra, ſicut Reliquiæ adhuc teſtantur, ornatam & depictam miſerabili concremarunt incendio, nec ſacro loco parcentes, nec B. Virgini, aliiſque Sanctis, qui ibi requieſcunt, venerationem exhibentes.*

VI. Ermentarius, qui anno DCCCLXIII. Abbas erat Monaſterii Herienſis, & præerat Monachis, qui poſt Sancti Filiberti hujus monaſterii fundatoris & primi Abbatis corpus hinc inde ad tutiora loca delatum, certas ſedes non habebant, ſcripſit libros duos de Hiſtoria Tranſlationis hujus Sancti ex Monaſterio Herienſi in varia loca, Sæc. IV. Benedict. part. I. recitatos, & in fine libri primi ait: *deinde poſt aliquantulos annos innumerabilis pene multitudo navium Nortmannorum ingreditur Sequanam fluvium. Nihil enim illis in partibus minus graſſatur malum. Invadunt Rotomagenſium civitatem, populantur, incendunt: Pariſiorum perinde, Belvacenſium, atque Melduorum capiunt civitates, nec non Melidunenſium devaſtant caſtellum: capitur Carnotis: Ebroicas populantur; atque Baiocas, reliquaſque undique ſecus civitates invadunt. Nullus pene locus, nullum intactum remanet monaſterium, omnes fugam arripiunt: rarus eſt qui dicat, State, ſtate, reſiſtite, pugnate pro patria, liberis & gente. Sicque torpentes atque invicem diſſidentes, quod defendere debuerant armis, tributis redimunt, ac Chriſtianorum peſſumdatur regnum. Hiſpanias inſuper adeunt, Rhodanum intrant fluvium, Italiam populantur. Dum vero tanta ubique domeſtica & peregrina dæſeviunt bella, Incarnationis Chriſti octingenteſimus & quinquageſimus ſeptimus defluxerat annus.* *Varia Normannorum incurſiones ſummatim narrata.*

VII. *Eriſpoius* Dux Minoris Britanniæ & filius Nomenoii hoc anno occiſus eſt, ut tradit Auctor Chronici Sancti Michaelis apud Labbeum in Tom. I. Biblioth. cui ſuffragatur Annaliſta Bertinianus, qui ait: *Reſpogius Dux Britonum a Salomone & Albaro Britonibus contra ſe diſſidentibus interimitur.* Addit Chronographus Sancti Michaelis: *Tempore hujus Salomonis delatum eſt corpus B. Mathæi Apoſtoli in Minorem Britanniam.* [1] [2] *Salomon fit Dux Minoris Britanniæ.*

VIII. *Ludovicus* filius Rotrudis Caroli M. filiæ, Abbas San-Dionyſianus in Francia, quem Normanni Lutetiam invadentes cepere, ut legitur in Chronico de Geſtis Nortmann. in Francia, expoſuit Benedicto III. Papæ Monaſterium San-Dionyſianum varia bona in Anglia poſſidere, & *cum ſuprema ſorte funguntur Reges, & alii ſuccedunt in regno*, multos per inſolentiam eo præſertim tempore ſibi & Monachis injurias impor- *Privilegium Monaſterio S. Dionyſiano conceſſum.*

NOTÆ

[1] EDitum eſt a Martenio in Collectione ampliſſima Anecdotorum tom. 1. pag. 147. Diploma *Salomonis* minoris Britanniæ Ducis, pro Monaſterio Prumienſi, cujus exordium eſt: *In nomine Domini &c. Salomon gratia & beneficio Dei Dux & Princeps Britonum omnibus Epiſcopis Abbatibus, & Comitibus, Centenariis, & Vicariis omnibus, qui ſub noſtra dominatione & regno judiciaria conſiſtunt poteſtate.* In fine: *Actum villa publica Sedis noſtræ Bedulcampo, ſub die Nonas Octobris, anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſexageſimo, Indictione VIII. regni vero noſtri tertio in Dei nomine feliciter.* Itaque A. D. 860. menſe *Octobris*, *tertius* Dynaſtiæ *Salomonis annus* in curſu erat, ex quo fit, ut poſt menſem *Octobris* anni 857. *Salomon* factus fuerit Britanniæ regulus At infra ad an. 868. n. XVIII. Pagius docet, anno dumtaxat 868. *Salomonem* ob Normannicum bellum a *Carolo Calvo* regem Normannorum dictum fuiſſe. Vide Mabillon. Annal. Bened. lib. XXXVI. §. CV. & Eccardum rer. Francic. Lib. XXXI. n. XXVIII. GEORGIUS

[2] SAlomonis hujus extat diploma in favorem Monaſterii Prumienſis, quo Prumienſibus aſſeruntur bona omnia in ditione ejuſdem Salomonis conſtituta. Subſcribitur ab eodem Salomone, qui ſe Principis titulo donat, dein a Winbrit coniuge, & Riwali filio eorum, aliiſque quampluribus. Denique ſequitur temporis adſcriptio iſta: *Actum Villapublica Sedis noſtræ Bedulcampo, ſub die nonas Octobris, anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſexageſimo, Indictione VIII. Regni vero noſtri tertio.* Ex his inferas mortem Patris ejuſdem Salomonis ſi anno 857. contigit, ſerius tamen quam poſt eam diem Octobris conſignandam eſſe. Extat Diploma in Collectione Monumentorum *Martenii tom. 1. col. 147.* MANSI



*in honorem ſancti Pauli iiſdem de cauſis. Centum præterea mancuſas Univerſali Papæ præcepit exhiberi, ad ſuas eleemoſynas ampliandas.* Hæc ipſe, & alia de aliis legatis teſtamento relictis, & de ejus obitu poſt teſtamentum hoc anno ſecuto.



PAGIUS

portare. Quare Pontifex anathemate inſolubili damnat hujuſmodi invaſores, & omnia Privilegia Monaſterii Sancti Dionyſii confirmat Epiſtola ordine III. Tom. VIII. Concil. in cujus fine legitur: *Scriptum per manum Theodori Notarii Regionarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Majo, indictione ſeptima. Datum per manum Megiſti Epiſcopi & Bibliothecarii Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, quinto Idus Maii, imperante domino piiſſimo perpetuo Auguſto, a Deo coronato magno Imperatore, Conſulatus ejus anno octavo, indictione ſeptima.* Labbeus recte obſervat, loco *indictione ſeptima*, legendum eſſe, *indictione quinta*; ſed nec ipſe nec ullus alius animadvertit, annum Conſulatus Ludovici II. Aug. mendoſe etiam a Librario deſcriptum fuiſſe, quia ſcilicet Conſulatus perpetui parum hactenus fuere cogniti. Quare cum Ludovicus anno DCCCL. menſe Decembri Imperium & Conſulatum uno eodemque die, ut moris erat, ſuſceperit, & *Benedictus* III. anno ſequenti ante menſem Majum obierit, ea Epiſtola ſerius quam currenti anno Indictione V. & Conſulatu ſeptimo Ludovici II. Aug. notato dari non potuit. Porro *Ludovicum* Aug. anno DCCCL. non vero antecedenti, quo a patre Imperator deſignatus eſt, Conſulatum iniiſſe, liquebit ex dicendis anno DCCCLXVIII. num. V.

IX. Hoc vel ſequenti anno *Hincmarus* Remenſis Archiepiſcopus compoſuit ingens Volumen plures *libros de Prædeſtinatione Dei & Libero Arbitrio* continens. Opus illud dicavit Carolo Regi, ut liquet ex ejus Præfatione apud Flodoardum lib. 3. cap. 15. quæ ſola ſupereſt. Edidit autem Volumen illud contra *Gotheſcalcum* & *Ratramnum* Corbeienſem Monachum, & etiam contra quoſdam Epiſcopos, a quibus ipſe reprehendebatur occaſione illorum, quæ contra eoſdem in lucem emiſerat. *Hincmarus ſcribit adverſus Gotheſcalcum.*

X. Cum Divus Ignatius Patriarcha Conſtantinop. hoc anno, non vero inſequenti, ut ibi demonſtrabimus, dignitate motus fuerit, & Photius in ejus locum intruſus, quod narrat de Photio Anaſtaſius Præfatione in Concilium Conſtantinopolitanum IV. ſerius quam hoc anno accidere non potuit: *Ante annos aliquot*, inquit Anaſtaſius, *Photius idem duarum unumquemque hominem animarum conſiſtere prædicabat. Qui cum a Conſtantino Philoſopho, magnæ ſanctitatis viro fortiſſimo ejus amico, increpatus fuiſſet, dicente: Cur tantum errorem in populum ſpargens, tot animas interfeciſti? Reſpondit. Non ſtudio quemquam lædendi, talia, inquit, dicta propoſui; ſed probandi, quid Patriarcha Ignatius ageret, ſi ſuo tempore, qualibet hæreſis per Syllogiſmos Philoſophorum exorta pateſceret. Qui ſcilicet viros exterioris ſapientiæ repuliſſet: verum ignoravi me ſub hujus fomite propoſitionis tot animos fore læſurum. Ad quod ille: O ſapientia mundi, quæ infatuatur & deſtruitur! Jactaſti ſagittas in multitudinem copioſæ turbæ, & ignoraſti quemlibet ex his omnibus vulnerandum. Certe omnibus liquet, quia ſicut oculi quantumlibet ſint magni & aperti, ſi fumus palearum interiacuerit, videre ultra non poſſunt; ita oculi ſapientiæ tuæ quantumlibet ſint ampli & patuli, avaritia tamen & invidiæ fumo penitus obcæcati, tramitem juſtitiæ videre non poſſunt. Ac per id verum eſt, quod dicis, neminem ictu tuo putaſſe eſſe lædendum, eum ſic obcæcatum ſenſum prædictis adverſum Patriarcham paſſionibus habens, nec quid emiſeris pravidiſti.* Quod refert Anaſtaſius, ut oſtendat Photium perverſorum dogmatum cultorem fuiſſe, & inſidias Ignatio ſtruxiſſe. *Photius inſidiatur S. Ignatio Epiſc. Conſtantinop.*

XI. *Conſtantinus* iſte cognomento Philoſophus alius non eſt quam *Sanctus Cyrillus*, qui cum Sancto Methodio germano ſuo Slavorum gentem ad fidem Chriſtianam adduxit. In Hiſtoria de Regno Slavorum a Diocleate Presbytero compoſita id diſerte legitur: *Tunc vir Dei Conſtantinus*, inquit, *cui nomen poſtea Cyrillus a Papa Stephano impoſitum eſt, quando conſecravit eum Monachum, cœpit prædicare Regi Evangelium Chriſti, & fidem Sanctæ Trinitatis cujus prædicationem Rex* (ſcilicet Slavorum) *Sphetopelek credidit Chriſto & baptizatus eſt cum omni regno ſuo.* Antea vocaverat eum *Philoſophum*, ſed in eo errat, quod ſcribat *Cyrilli* nomen illi a Stephano Papa datum fuiſſe; Cyrillus enim uſque ad Stephani V. tempora vivere non potuit. Ex laudato autem Anaſtaſii loco manifeſte patet, *Conſtantinum* hoc anno nondum *Cyrillum* appellatum fuiſſe, imo nec anno DCCCLXIX. quo Synodus Conſtantinopolitana Oecumenica IV. celebrata eſt; alioquin Anaſtaſius in Præfatione ad eamdem Synodum Hadriano II. Papæ dicatam eum *Cyrillum*, non vero *Conſtantinum* Philoſophum vocaſſet. Quare veroſimilius eſt quod in priori Vita SS. Cyrilli & Methodii legitur: *Hic* (nempe Conſtantinus) *quinquageſimo die ante obitum ſuum ex licentia ſummi Pontificis impoſuit ſibi nomen Cyrillus aſſerens ſibi nomen hoc divinitus fuiſſe revelatum.* *Floret S. Cyrillus antea Conſtantinus dictus.*

XII. Mortuus eſt hoc anno *Drogo* Archiepiſcopus Metenſis, juxta Catalogum Epiſcoporum Metenſium ex Codice Monaſterii Sancti Symphoriani deſcriptum; in quo legitur: *Drogo Archieps ſedit annos XXXIV. menſes V. dies VII. Obiit VI. Id. Decemb.* In editione quidem ejuſdem Catalogi curata a Marco Dominicio lib. de Ansberti familia rediviva, loco, *annos XXXIV.* leguntur *anni XXXII.* Verum ex dicendis in morte *Vvalæ* an. DCCCLXXXII. liquebit, editionem Ansberti corruptam eſſe. Quare *Drogo* hoc anno vivere deſiit die octava menſis Decembris, poſtquam a menſe Julio anni DCCCXXIII. Sedem illam occupaſſet. Dies ejus ordinationis detegi non poteſt, quia numeri quoad dies corrupti ſunt, ſed annus certus eſt. Baronius anno DCCCXLIV. num. IX. de eo loquitur, ſicuti & in Appendice ad illum Chriſti annum, ubi eum paulo poſt obiiſſe credidit; quod forte non interfuerit alicui ex tot Synodis, quæ poſt illum annum celebratæ fuere. Verum cum Galliarum Epiſcopi eum tanquam Sanctæ Sedis Vicarium agnoſcere noluiſſent, huic quidem honori renunciavit, ſed nulli poſtea Synodo interfuit. *Drogoni* ſucceſſit *Adventius* anno ſequenti die ſeptima menſis Auguſti, in quam Dominica cadebat, ordinatus, ut in ejus morte videbimus. Accurate itaque *Adventii* initium in Brevi Chronico Metenſi S. Vincentii cum anno DCCCLVIII. alligatur. *Moritur Drogo Ep. Metenſis.*

I. Benedicti Pap. obitus.

OCtingenteſimus quinquageſimus octavus annus Redemptoris adeſt, ſexta Indictione ſignatus, quo Benedictus Papa moritur die decimaſexta Februarii, cum ſediſſet ſecundum Anaſtaſium annos duos, menſes ſex, dies decem, cujus obitus tempus ex eo etiam ſic deducitur: Cum dicat menſes quinque intercurriſſe ab ejus conſecratione uſque ad ſextam Januarii; utique demonſtratur ipſum conſecratum fuiſſe anno ſuperiori, die ſexta menſis Auguſti; cumque idem tribuat Sedi ipſius (ut dictum eſt) annos duos, menſes ſex, & dies decem, utique perveniſſe tantum oportuit ad decimamſextam Februarii anni hujus. Quod autem alii conſecrationis ejus tempus, ex quo incipiunt anni Pontificatus numerari, reiiciunt ad tertium Kal. Octobris, unde acceperint non invenimus, cum prorſus his, quæ ex Anaſtaſio hujus temporis ſcriptore recitavimus, adverſentur.

II. Antequam autem ad ſucceſſoris creationem veniamus, quæ ab eodem Benedicto Romano Pontifice, incerto tamen anno, facta inveniuntur, hic ex more ſimul deſcribamus. Anaſtaſius relegens ornamenta, ab eo diverſis donata Eccleſiis, ita ſingula quæque deſcribit: *In Eccleſia Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Dominæ noſtræ donavit veſtem in altare majori de chryſoclavo, habentem hiſtoriam Aſſumptionis ejuſdem Dei Genitricis. Obtulit etiam in monaſterio ſancti Chriſti martyris Anaſtaſii, quod vocatur Aquæ Salviæ, gabatham ſaxiſcam ex argento puriſſimo, penſantem libras tres.*

III. *Necnon & in baſilica beatæ Dei Genitricis, quæ olim Antiqua vocabatur, nunc autem ſita eſt juxta Viam ſacram, fecit veſtem de chryſoclavo, habentem hiſtoriam Nativitatis Domini noſtri JESU Chriſti ſecundum carnem.*

*Similiter in monaſterio beati Martini fecit caniſtra duo ex argento puriſſimo, penſantia libras quatuor & ſemis.*

*Idem venerabilis Pontifex fecit in Eccleſia beati Cypriani martyris, quæ ponitur Via Oſtienſi, veſtem de fundato cum griphis.*

IV. *Et in titulo beati Chryſogoni martyris fecit calices ex argento puriſſimo quinque penſantes ſimul libras undecim & uncias ſex.*

*In titulo Calliſti fecit hamam unam ex argento puriſſimo, penſantem libras undecim: ibidem fecit gabathas quatuor penſantes libras novem & ſemis, ſimiliter caniſtra novem penſantia ſimul libras undecim. Fecit & Evangelium argento auroque perfuſum penſans libras quindecim. Item ibi fecit caniſtrum unum, & arcum cum duabus gammadiis ex argento puriſſimo, penſantibus ſimul libras quadraginta. Et in Eccleſia beatæ Balbinæ martyris obtulit Evangelium ex argento puriſſimo.*

*Verum etiam in baſilica Doctoris mundi beati Pauli Apoſtoli, fecit veſtem de chryſoclavo miræ magnitudinis, & pulchritudinis.*

*Et in Eccleſia beati Petri principis Apoſtolorum nutritoris ſui præ nimio amore ad cooperiendum umbilicum Confeſſionis, fecit operculum ex auro puriſſimo, penſans libras tres.*

*Et in monaſterio Sanctorum Chriſti martyrum Sergii & Bacchi, qui appellantur Callinici, fecit calices de argento puriſſimo duos, & patenam unam, colatorium unum, cantharum unum, thymiamaterium unum, penſantia ſimul libras quatuordecim.*

V. *Item Apoſtolorum Principi, polique Janitori obtulit miræ pulchritudinis veſtem ex auro textam, miroque decore fulgentem, habentem hiſtoriam Annuntiationis & Hippopanti & JESU Chriſti, in medio Doctorum diſputantis.* Fe-

PAGIUS

SÆC. IX. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6351.

Anno Eræ Hiſp. DCCCXCVI. ☉ 27. B. ☽ 4. P. 3. April. Indict. 6.

An. Hegiræ CCXLIV. JESU CHRISTI 858.

inchoato die 19. April. fer. 3. NICOLAI PAPÆ 1.

LUDOVICI II. IMP. 10. 9. & 4.

MICHAELIS IMP. 17.

A. C. 858. I. *Nicolaus Benedicto III. ſuccedit.*

ANum. I. ad XIII. Benedictus tertius *ſedit annos duos, menſes ſex, dies decem,* inquit Anaſtaſius: cui ſuffragantur Codices in fine editionis Regiæ laudati, & duo Catalogi Vaticani a Scheleſtratio in Appendice ad Antiquitatem Eccleſiæ pag. 644. & 650. recitati, Luitprandus ac Ordericus lib. 2. niſi quod loco, *annos duos*, mendoſe habet annum I. In aliis Catalogis & Scriptoribus error eſt modo in annis, modo in menſibus, modo in diebus. Sed cum certum ſit ex pleriſque Catalogis eum *annos II. & menſes VI.* Eccleſiam Romanam rexiſſe, & *Nicolaum* natione Romanum ordinatum eſſe die vigeſima quarta menſis Aprilis, in quam hoc anno Dominica incidit, de diebus dubium eſſe non debet; cum in Catalogis noſtris IV. VI. & VII. in Codice Regio Anaſtaſii, & in Hiſtoria Platinæ dicatur, Sedem ceſſaſſe *dies quindecim*. Quare *Benedictus* III. die octava Aprilis e vita exceſſit, poſtquam ſediſſet annos duos, menſes ſex & dies decem. *Ludovicus* II. Aug. Legatos ſuos, qui Nicolai Ordinationi intereſſent, non miſit, quia cum Roma diſceſſiſſet, Benedicti III. morte



*Fecit & in baſilica Pauli Apoſtoli regnum de auro puriſſimo ſpanocliſtum, quod pendet aſſidue ſuper idem altare, penſans libras duas & unciam unam.*

*Obtulit & in eadem baſilica cantharum de argento mundiſſimum, penſans libram unam & uncias novem.*

*Item cruces argenteas ſeptem, quæ per olitana tempora per omnes catholicas Eccleſias procedebant, nimia vetuſtate confractas, noviter reſtauravit, & in priſtinum ſtatum erexit, penſantes ſimul libras quinquaginta unam, & ſemis.*

*Nec non in baſilica beati martyris Sebaſtiani in loco, qui dicitur Fraſcata, obtulit veſtem de fundato, habentem in medio crucem cum gammadiis de quadraplo.*

*Item in baſilica Pauli Apoſtoli obtulit veſtem rubram Rodinam cum chryſoclavo.*

*Et in titulo beati Cyriaci martyris obtulit veſtem de fundato unam, & in baſilica beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui obtulit pharum ex argento miræ magnitudinis, penſans libras......*

*In Eccleſia beati Laurentii foris muros, fecit veſtem de fundato cum chryſoclavo mira pulchritudine decoratam.*

*Sarta tecta Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui, ideſt, navem majorem, & aliam navem, quæ ſupra corpus ejus eſt, magnis trabibus impoſitis numero ſeptem, perſpicaci artificio elevatis renovavit.*

*In titulo beati Cyriaci martyris obtulit Evangelium unum ex argento puriſſimo in laudem & gloriam ipſius Eccleſiæ.*

VI. *His peractis, reſtauravit abſidem majorem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Dei Genitricis Tranſtyberim poſitæ, feneſtras vitreas coloribus decoravit, & pictura ex muſivo ornavit, nec non porticum, baptiſterium cum ſecretario omnia in omnibus ſarta tecta renovavit.*

*Cœmeterium beati Marci Confeſſoris, atque Pontificis, quod eſt foris portam Appiam, in ruinis jam poſitum renovavit.*

*Nec non in Eccleſia beatorum Petri & Marcellini martyrum tectum jam ob vetuſtatem vicinum ruinæ reſtauravit.*

*In baſilica ſæpius dicti Doctoris mundi beati Pauli Apoſtoli idem ſanctiſſimus Benedictus Præſul pulcherrimi decoris obtulit veſtem factam miro opere, totam gemmis albis & rubris, & bullis aureis conclusam, etiam auropetias in ſe habentem ſmaltitas, videlicet majorem numero xxi. & alias pariter minores, nec non amingdolas aureas numero undecim, & gemmas e chryſoclavo pendentes numero decem, quam ſuper ſacroſanctum altare ad honorem Apoſtoli offerens, pendere juſſit aſſidue. Itemque ibi obtulit volumen, in quo erant epiſtolæ Pauli, & aliorum Apoſtolorum, & Prophetarum Lectiones, quæ a ſubdiaconibus leguntur per cunctas Eccleſiarum ſtationes more ſolito ſurſum in ambone, quod raptum, & perditum a ſancta Eccleſia fuiſſe proſpiciens, magna ac vehementi ſolicitudine tale dignum volumen reparare ſtuduit, in quo & Græcas & Latinas lectiones, quas die Sabbato ſancto Paſchæ ſimul & ſancta Pentecoſte ſubdiaconi legere ſoliti ſunt, ſcriptis adjungere præcepit, miræque operationis tabulis argenteis decenter adornans, ſanctæ Eccleſiæ Romanæ libenter obtulit.* Et inferius.

VII. *In baſilica Regni cœlorum clavigeri & nutritoris ſui pharum cantharum argenteum ſtans in quatuor pedibus, a Sarracenis olim ablatum, in quo ad decus ipſius baſilicæ in diebus feſtis, & Dominicis lucernæ ſimul, & cerei ponuntur juxta lectorium, mirifico opere fecit, ac renovavit, penſans libras......* Et de conſtitutis ab ipſo ſic:

Conſtitutio Benedicti Papæ.

*Hic conſtituit, ut cum Epiſcopus vel presbyter, aut diaconus moritur, Pontifex una cum omnibus Epiſcopis & presbyteris & diaconibus, necnon & reliquis clericis ad ejus ſepeliendum corpus, & commendandum Deo animam conveniret. Similiter etiam ipſi facerent, cum Pontifex ab hac luce migraſſet. Quod non ſolum docuit, ſed & fecit. Cujus juſtitiam ſequens ſucceſſor ejus in cauſa pietatis ejus ſicut & in cæteris, tamquam hæres devotiſſimus imitatus eſt.* Ita quidem ubi defunctus eſt Benedictus, (ut teſtatur Anaſtaſius in Nicolao) diaconorum humeris delatus eſt ad ſepulturam, inter quos fuit ipſe Nicolaus diaconus, qui & ei ſucceſſit in Pontificatu. Ad poſtremum de eo: *Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem, creans presbyteros ſex, diaconum unum, Epiſcopos per diverſa loca ſexaginta ſex: ſepultus vero eſt in baſilica beati Petri Apoſtoli.*

 Quan-

PAGIUS

te accepta ad eamdem Urbem rediit, & Nicolaus *præſente Cæſare conſecratus eſt*, inquit Anaſtaſius. *Coronatur denique, Urbs exultat, Clerus lætatur, Senatus & populi plenitudo magnifice gratulatur VIII. Kalendas Maii*, ſubdit idem Anaſtaſius juxta editionem Labbei Tom. VIII. Concil. & eam, quam ſecutus eſt Baronius num. XI. In editione tamen Regia, & in variis lectionibus in fine ejuſdem Operis recitatis character ille temporis *VIII. Kalendas Maii* non legitur. Sed *Nicolaum* eo die, ſeu die XXIV. Aprilis conſecratum fuiſſe certum eſſe debet, licet Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ejus ordinationem cum die XXV. Menſis Martii, Feſto Annunciationis Dominicæ ſacro, conjunxerit, quod in hujus Sancti Pontificis morte refellemus.

VIII. Nicolai pueritia & educatio.

Quantum autem temporis vacarit ſedes, apud Anaſtaſium non legitur, ſed de ſucceſſore tantum iſta habentur: *Nicolaus natione Romanus ex patre Theodoro Regionario, Benedicto ſucceſſit. Hujus inſignes beatiſſimi actus omnibus a primordio pueritiæ ſuæ fulſerunt, ſanctiſque moribus claruerunt: tanta enim ſacrorum comptus erat pulchritudine operum, ut nihil ludi, nihilque (ut pueri ſolent) inhoneſti eum delectaret. Vacabat autem patientiæ atque ſobrietati, flagrans humilitate, puritateque præcipua. Pater vero ejus cum liberalium fuiſſet amator artium, & nobiliſſimo polleret ſtemmate, caſtis eum alimentis, almificiſque ritibus imbuens, litterarum ſtudiis optime nati mentem perornabat, ita ut nulla ſacrarum ſpecies remaneret diſciplinarum, quam internis conceptam viſceribus ſuæ cognitioni * traductam non haberet. Creſcit igitur membris, creſcit & ſapientia, clarus modeſtia, ſpiritu, & ſcientia decoratus. Probabilium * nempe morum quoſcumque viros conſpiceret, illis concitus inhærere ſtudebat, illiſque congratulabatur * opinione.*

* traditam. * namque * opime

IX. De Nicolai prædictio.

*Cumque cum prudentiſſimo patre ad quemdam beatiſſimum virum accederet, qui ſancti Spiritus illuſtratione plura Fidelibus prædicabat, amplo eum aſſerebat culmine aſcenſurum: decoris enim animi magnitudinem intuens, mentis ſenſit acumine coruſcare, ejuſque hortatu ad clericatus perductus eſt ordinem, ut quod divino præſenſerat nutu, futuris temporibus impleretur. Sergius porro Præſul cum ſummæ actionis culmen eum conſcendiſſe audiret: parentum eum deducens ab ædibus, in Patriarchio collocavit, & in ſubdiaconatus per benedictionis gratiam conſtituit gradu. In quo mirificis obſervationibus degens, cœleſti fruebatur * ardore.*

* odore

X.

*Sergio vero Papa ab hac corruptibili vita ſubtracto, Romanæ Eccleſiæ gubernacula Præſul Leo ſuſcepit, qui tantæ ſæpiſſime videns perſeverantiæ fructus, ingenti illum diaconum conſecravit dilectione. In hoc quippe ordine eo miniſtrante, tanta illi deſuper conceſſa fuit gratia, ut ſummæ actionis a cunctis cerneretur perfectionibus rutilare. Amabatur autem a Clero, a nobilibus laudabatur, a plebe magnifice habebatur, Leone Papa defuncto, Benedictus miræ beatitudinis, vir & ſanctiſſimus Pontifex in ſupremo proſpectu Romanæ præponitur Sedis, ſuæque Nicolaum adminiſtrationi conjunxit, ita ut per nullum horæ momentum ſine illo eſſe delectaretur. Quidquid Eccleſiaſticarum rerum utilitatibus intuebatur congruere, cum eo communicans definitioni ipſius tradebat, prudentiſſimas contemplans illius * arbitrii opes, ſenſuſque virtute clareſcere, utriuſque enim obſervantia ſemper utiliora ſuo * moderamine faciebat. Ad extrema tandem vitæ Benedictus perductus, pretioſæ mortis calicem ſumpſit: ſuiſque eum humeris, cum adhuc diaconus eſſet, cum aliis diaconibus geſtans propriis manibus tumulo collocavit, dilectionis præmium pendens, quam erga eum habebat, & amoris integritatem.*

Nicolaus Pontificibus gratus & utilis.

* arbitrandi. * conamine.

XI. Nicolaus creatur Pontifex.

*Eo autem tempore invictiſſimus Ludovicus Cæſar Roma diſceſſerat, qui cum Benedicti tranſitum cognoviſſet, condolens, concitus reverſus eſt ad eam Urbem. Romani quippe tanto paſtore amiſſo, mœſtiſſimo gemitu lacrymas effundebant. Cumque Clerus, proceres, & optimatum genus congregarentur, jejuniis, & orationibus, atque vigiliis inſiſtebant, inceſſabili Dominum conamine obſecrantes, ut qualem amiſerant, talem illis dignaretur oſtendere virum, quem Pontificatus culmine ſublevarent. Hæc vero dum gererentur, in baſilicam beati Dionyſii Confeſſoris atque Pontificis cum univerſo populo convenerunt. In quo per aliquod ſpacium * conferentes: ſidereo accenſi fulgore, unanimes Nicolaum Apoſtolicæ Sedis Præſulem eſſe ſuaſerunt, & celeri greſſu ad principis Apoſtolorum Petri continuo aulam properavere, in qua ipſe fugiens latitabat. Dicebat enim indignum ſe eſſe tanti regiminis gubernacula ſuſcipere. Impetum vero qui aderant facientes, viribus illum de eadem baſilica abſtrahentes, ſacris acclamationibus in Patriarchium Lateranenſe introduxerunt, Apoſtolicoque ſolio impoſuerunt. Poſtmodum vero nobiliſſimorum cœtibus, cunctoque etiam populo in baſilicam beati Petri Apoſtoli deductus, Cæſare præſente, conſecratus eſt, Apoſtolicaque ſublimatus in Sede, factus eſt Pontifex, & Miſſarum ſolemnia ſupra ſacratiſſimum corpus Apoſtoli beatifice celebravit. Qui denſis optimatum populique agminibus cum hymnis & canticis ſpiritualibus in Patriarchium iterum Lateranenſe perductus eſt. Coronatur denique, Urbs exultat, Clerus lætatur, Senatus, & populi plenitudo magnifice gratulatur, octavo Kalend. Maii.*

* confabulantes.

XII.

*Tertio conſecrationis ejus die cum Auguſto conveſcens, ſapienti famine reſplendebat, charitateque plenus epulabatur in Chriſto, finitoque convivii apparatu conſurgit, Cæſaremque ſpiritualem, & veluti chariſſimum deoſculatus filium, immenſo circumdedit amore. His ita geſtis, ſereniſſimus Imperator ab Urbe diſceſſit, ſedemque in loco qui dicitur, Quintus, collocavit. Beatiſſimus autem Præſul hoc audiens dilectionis ejus compulſus plenitudine atque amoris, ad eumdem locum cum proceribus & optimatibus properavit.*

Ludovici Imp. humillima obſequia erga Rom. Pont.



*Quem cum vidiſſet excellentiſſimus Auguſtus, obvius in adventum ejus occurrit, frenumque Cæſareis ſuis manibus apprehendens, pedeſtris more, quantum ſagittæ jactus extenditur, equum traxit. Cum quo Imperiale ingreſſus tentorium, ſalubribus ad invicem fruebantur colloquiis, menſiſque epulis perornatis, ſpirituali alacritate cibum pariter ſumpſerunt. Cibis vero, & menſis remotis, ſereniſſimus Cæſar beato Præſuli plura contulit dona. Quibus ſuſceptis, æquum conſcendens, conabatur reverti. Auguſtus ejus amore fretus, Imperialis equi ſuperaſcendens cathedram, ovanti cum eo incedebat animi voluptate. Ad quemdam quidem cum perveniſſent ſpecioſiſſimum itineris locum, Imperator equo deſcendit, equumque Pontificis iterum (ut memoravimus ſupra) traxit, dulciſſimiſque oſculis ad invicem propinquantes latiflue gratulati ſunt. Cæſar vero ad tentorium remeans, cœptum arripuit iter: Præſul autem nobiliſſimorum cœtibus, quibus proſecutus fuerat, ſeptus Romam ingreſſus, almifica eſt comitatione magnificatus.* Hæc Anaſtaſius de humilibus obſequiis, quibus Imperator Ludovicus proſecutus eſt Nicolaum Pontificem, ut plane loco miraculi habendum fuerit, ut qui ab ejus Imperii exordio faſtu tumens ſeſe adverſus Romanos Pontifices protervum, & contumelioſum exhibuiſſet, quique haud pridem adverſus Benedictum electum Pontificem evexiſſet per Legatos ſuos excommunicatum atque depoſitum hominem ſceleſtiſſimum Anaſtaſium Antipapam, modo ex leone agnus redditus & ex truculento dracone manſueta columba, non ſolum ſe non immiſcuerit liberæ Cleri electioni Romani Pontificis, nec aliquo prætextu turbarit eam, ſed ab eis electum Pontificem magnopere ſit veneratus, & tot tantiſque fuerit obſequiis proſequutus. Ut plane in tali Chriſti, tantoque Petri ſucceſſoris triumpho, illud fuerit fauſtis vocibus acclamatum: *Hæc mutatio* (a) *dexteræ Excelſi.* Ut plura atque majora opera ſint exhibita, quam prophetico fuerint (b) ſermone prædicta: *Adorabunt veſtigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi.* Iſaiæ hoc fuerat vaticinium de Eccleſia Gentium. At parva viſa ſunt Chriſtianiſſimo Imperatori, univerſalis Eccleſiæ Chriſti Vicario, ſucceſſorique Petri iſta præſtare, ſed ſe ejus vectori jumento ipſum freno ducens humillimum exhibuit famulum. Divinæ ſapientiæ luſus (c) eſt iſte in orbe terrarum, ut ſublimes deorſum humiliet, humiles vero elevet in ſublime: & ſervis ſervorum faciat ſervire dominos dominorum.

(a) Pſal. 76. (b) Iſa. 60. (c) Prov. 8.

XIII. Bremenſis Eccleſiæ unio cum Hamburgenſi.

Hoc ipſo anno Nicolaus Papa ſui Pontificatus exordio, nempe menſe Majo, univit Eccleſiam Bremenſem cum Hamburgenſi, cui ſumma cum laude præerat ſanctus Anſgarius. De his enim hæc apud Adamum antiquum chronographum iſtis (d) verbis habentur: *Interea quæſtio magna ſurrexit in Regno Francorum de Bremenſi Epiſcopatu, ad invidiam ſancti Anſgarii conflata. Ea contentio dire per Regnum gravi & ancipiti diſſenſione profligata, multis partium ſtudiis collidebatur. Tandem orthodoxus Cæſar Ludovicus compoſitis hinc inde contradicentium voluntatibus, præcipue Gunthari Colonienſis Archiepiſcopi, cujus ſuffraganea prius erat Brema, ſuper his Romam direxit ad ſanctiſſimum Nicolaum Papam. Ille quod Eccleſiaſtica neceſſitas perſuaſit, & quod Patrum conciliis rationabiliter fieri poſſe comprobatum eſt, facile conſenſit. Ergo Bremenſem, & * Hamburgenſem Epiſcopatum auctoritate Apoſtolica copulari, & deinceps ſanxit pro uno haberi. Cujus rei privilegia diligenter aſſervantur in Bremenſi Eccleſia: quibus etiam additum eſt, quod idem Papa Nicolaus tam ipſum Anſgarium, quam ſucceſſores ejus Legatos & Vicarios Apoſtolicæ Sedis conſtituit in omnibus gentibus Danorum, Sueonum, & Slavorum: quod & antea Gre-*

(d) Adam. chron. l. 1. c. 27.

* al Hamaburgenſem

PAGIUS

II. *Geſta quædam S. Anſcharii ad ſuos annos revocata.*

A num. XIII. ad XVII. Baronius, ut videre eſt num. XV. Acta *Sancti Anſcharii* Archiepiſcopi Hamburgenſis primi a S. Remberto ejus diſcipulo & Succeſſore ſcripta, deperdita credebat, indeque illorum jacturam reſarcire conatus eſt. Sed poſt ejus mortem *Philippus Cæſar* abjurata hæreſi ſacræ Theologiæ Doctor primum ea e tenebris eruit, & poſt eum eadem correctiora Henſchenius ad diem III. menſis Februarii & Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. denuo publicarunt, & Notis illuſtrarunt. Horum Actorum, & Notarum ope hæc obſervavi. Jam anno DCCCXXXII. num. VIII. oſtendi, *Anſcharium* anno DCCCXXXI. Archiepiſcopum Hamburgenſem creatum eſſe, deceptumque Baronium; qui ejus Præſulatum in annum DCCCXXXII. diſtulit. Secundo, anno DCCCLIV. narravi ex Remberto cap. 54. *Horicum* Juniorem patri in Regnum Daniæ ſucceſſiſſe, religionis Chriſtianæ exercitium prohibuiſſe, tandemque *Horici* Senioris patris veſtigia ſecutum eſſe; ideoque quæ Baronius hoc anno num. XV. ex Adamo Bremenſi de eadem re refert, ad illum Chriſti annum revocanda. Tertio, infra videbimus, *Anſcharium* uſque ad annum DCCCLXV. vitam produxiſſe, quem tamen Baronius n. XIV. anno DCCCLXIV. mortuum credidit.

III. *Anno DCCCXLIX. Epiſcopatus Bremenſis cum Hamburgenſi unitus.*

Hic nobis cum Baronio agendum de unione Epiſcopatus Bremenſis cum Archiepiſcopatu Hamburgenſi, qui nullas Eccleſias ſuffraganeas habuit ante Ottonis Primi tempora, ut prodit Adamus in lib. 2. cap. 1. Bremenſis enim ei non tam ſubdita fuit quam unita. *Brema* Civitas in maritima Saxoniæ Inferioris parte ad dextram Viſurgis fluminis ripam poſita Epiſcopatu tempore Caroli M. primum a Sancto Willehado adminiſtrato nobilitata fuit, ut ſuo lo-

*Gregorius Papa conceſſit. Igitur Bremenſis & Hamburgenſis parochiæ adunatio facta eſt ultimo tempore ſancti Anſgarii. Vitæ annum non ponit, præceptum autem Regis ponit annum XXI. Privilegium Papæ notat annum Domini DCCCLVIII. qui eſt ab ordinatione Archiepiſcopi XXIX.* Hæc ipſe.

XIV. Sane hic annus inchoatur vigeſimus quartus Regni Ludovici a tempore, quo facta eſt a patre Ludovico Imperatore diviſio regni anno octingenteſimo trigeſimooctavo, ut vetus Chronicon a Pithœo editum habet. Cui concordat chronographia anni Domini in privilegio deſcripti, octingenteſimi quinquageſimioctavi. Ex quibus corrigas apud Crantzium notam numeri Indictionis ad finem privilegii poſitæ, duodecimæ. Nam ſi ex ipſius & aliorum ſententia ſeptem annos poſt unionem ſupervixit Anſgarius, qui & mortuus æque ab omnibus affirmatur anno octingenteſimo ſexageſimo quarto; utique non niſi hoc anno jam factam eſſe oportuit a Nicolao Pontifice unionem. Extant (*a*) ipſæ litteræ Apoſtolicæ Nicolai, quarum eſt exordium: *Quiſquis Dominum.* In quibus de Gregorii Papæ Quarti litteris mentio habetur iſtis verbis: *Annuente, ac ſolemnia Sedis Apoſtolicæ privilegia præbente prædeceſſore noſtro beatæ memoriæ Papa Gregorio, cujus etiam auctoritate in ſupradicto Nordalbingorum populo ſedes conſtituta eſt Archiepiſcopalis in caſtello ſuperius memorato Hammeburg, & in eadem quoque ſede Archiepiſcopus, accepto a Sede Apoſtolica pallio, primus eſt ordinatus Anſgarius. Cui a præfato Pontifice delegata eſt cura ſeminandi verbum Dei, & animas lucrandi Deo. Cujus delegationis, & auctoritatis, & pallii acceptionis pagina nobis eſt a præfato filio noſtro Ludovico Rege per jam dictum Salomonem ſanctiſſimum Epiſcopum deſtinata, juxta morem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ebullata, per cujus paginæ tenorem hæc ita fuiſſe comperimus, ſicut pietas nobis præfati Regis per fidelem virum Salomonem ſcilicet Epiſcopum intimavit. Unde nos veſtigia tanti Pontificis & prædeceſſoris noſtri Gregorii ſequentes, omnemque ibi ſtatutam providentiam Deo dignam agnoſcentes, magnorum Principum votum, Ludovici videlicet divæ recordationis Auguſti, & æquivoci ejus filii excellentiſſimi Regis, tam hujus Apoſtolicæ auctoritatis præcepto, quam etiam pallii datione, more prædeceſſorum noſtrorum, roborare decrevimus, quatenus tanta fundatus auctoritate prænominatus Anſgarius primus Nordalbingorum Archiepiſcopus, & poſt ipſum ſucceſſores ejus lucrandis plebibus inſiſtentes, adverſus tentamenta diaboli validiores exiſtant, ipſumque filium noſtrum jam dictum Anſgarium in omnibus circumquaque gentibus Sueonum ſive Danorum, necnon etiam Slavorum, vel etiam ubicumque illis in partibus conſtitutis divina pietas oſtium aperuerit, publicam evangelizare tribuimus auctoritatem, ipſamque ſedem Nordalbingorum, Hamaburg dictam, in honorem S. Salvatoris, atque intemeratæ Genitricis ſemper Virginis Mariæ conſecratam Archiepiſcopalem eſſe decernimus, &c.* In fine autem: *Scriptum per manum Zachariæ notarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Majo Indictione duodecima. Bene valete. Data pridie Kalend. Junii per manus Tiberii primicerii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, &c.*

(a) apud Crant. Sax. l. 1. cap. 38.

XV. Auctoris admonitio. Videant itaque & conſiderent modo Dani, Sueones, & alii circumpoſiti populi unde acceperint Evangelium, nempe a Sede Apoſtolica per Gregorium, atque Nicolaum ſanctiſſimos Pontifices Anſgario traditum, & quanta benedictione in animarum proventum, & operatione virtutum in oſtenſione ſignorum? Quod bene plantatum, & cœlitus irrigatum, proh ſcelus, Novatores ſuffoderunt temporibus noſtris. Quis Anſgario ſanctior, vel ſapientior, aut miraculorum editione ſublimior ſuaſit hoc vobis, vel a quo miſſus, & quibus eſt notis ejus pſeudoapoſtolatus expreſſus? *Videant, & confundantur* (*b*) *zelantes populi.*

(b) Iſa. 26.

Res

PAGIUS loco diximus. Huic ſubſtitutus eſt *VVillericus*, & iſti *Leudericus*, quo anno DCCCXLIX. demortuo utrique Eccleſiæ præfectus eſt Sanctus Anſcharius. Ad annum enim DCCCXLIX. in Chronico Saxonico MS. legitur: *Anno Dominica Incarnationis DCCCXLIX. Leudericus Bremenſis Eccleſiæ tertius Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Anſgarius monachus Hammaburgenſis primus Archiepiſcopus, ſub quo coadunatio facta eſt Bremenſis & Hammaburgenſis Parrochiæ.* Huic Chronographo conſentit liber Donationum ab Adamo citatus in lib. 1. cap. 24.

IV. De hac utriuſque Epiſcopatus unione eo anno peracta Rembertus cap. 36. loquitur, aitque Ludovicum Germaniæ Regem, ut Anſcharius majori fructu Legationis ſuæ mandatum perficere poſſet, de Epiſcopatu Bremenſi tunc Paſtore viduato Hamburgenſi uniendo cogitaſſe, eamque in rem Concilium Epiſcoporum coactum fuiſſe, *qui multis præcedentibus exemplis probaverunt bene poſſe fieri, ut quia diœceſis illa, ad quam ipſe ordinatus fuerat, admodum parva erat (nam nonniſi quatuor baptiſmales habebat Eccleſias) & hæc ipſa multoties jam Barbarorum incurſibus devaſtata, iſta ei cauſa ſolatii adjungeretur*, inquit Rembertus qui cap. 38. ſubdit: *Porro cum hæc agerentur, Colonia civitas, ad quam Bremenſis Parochia ſuffraganea erat, eo tempore abſque benedictione Epiſcopali degebat; quod quia diuturnum extitit, illud etiam ſine illius loci Pontificis præſentia neceſſario decernendum fuit. Poſtea tamen conſecrato ad eum lo-*

*Anno DCCC. LVII. in Conventu VVormatienſi de ea unione tractatum.*



Res præclare geſtas Anſgarii ſcriptis mandavit æque ſanctus ejus ſucceſſor Rembertus, qui de vita ejus librum conſcripſit, ſed magna jactura deperditum querimur. Ex eo tantum illa ſunt nobis nota, quæ idem qui ſupra Adam ſuo Chronico (*a*) intexuit, ubi poſt acceptum a Sede Apoſtolica per Nicolaum Antiſtitem privilegium, ſubiicit miranda iſta de cæde Danorum, qui tunc reſtiterunt Evangelii prædicationi: *Tanta cæde mactati utrimque ſunt Dani, ut vulgus omne caderet, de ſtirpe autem regia nemo omnino remaneret præter unum puerum, nomine Hericum. Iſte mox, ut Danorum Regnum ſuſcepit, ingenito furore ſuper Chriſticolas efferatus, ſacerdotes Dei expulit, & Eccleſias claudi præcepit. Ad quem ſanctus Dei Confeſſor Anſgarius venire non trepidavit. Comitante gratia divina, crudelem tyrannum ſic placatum reddidit, ut Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet, ſuiſque omnibus, ut Chriſtiani fierent, per edictum mandarit, & inſuper in alio portu Regni apud Ripam extruxerit Eccleſiam in Dania ſecundam. Et his Eccleſiaſtico ordine compoſitis, beatus Pater noſter Eccleſiam illam Remberto commendavit presbytero, & reverſus eſt ad Hamaburg, ubi de venditione Chriſtianorum Nordalbingos correxit. Inde Freſos adiens, caſtigavit eos pro labore Dominici diei, pertinacius vero agentes igne cœleſti multavit. Et alia, quæ antiquis miraculis non imparia, leguntur in vita ejus.*

(a) Ad lib. 1. c. 28. 29. 30.

Anſgarii Apoſtolatus inſignis.

XVI. *Et quoniam totum ſtudium ejus erat pro ſalute animarum; ſi quando a prædicatione Gentilium foris liber erat, domi congregationum ſuarum curam egit. Quarum primam, quæ ab Hamaburg olim barbarica incurſione depulſa eſt, ipſe (ut prædiximus) ad Ramſolas tranſtulit. Secundam in Bremis habuit ſanctorum virorum, qui habitu quidem uſi canonico, regula vivebant monaſtica uſque ad noſtri fere temporis ætatem. Tertiam ſanctarum virginum congregationem in Luximon adunavit, ubi devota Chriſti matrona totum patrimonium ſuum offerens, cœleſti ſponſo, magnum chorum caſtitatis ſuo ducatu nutrivit. Ad curam autem pauperum, & ſuſceptionem peregrinorum multis locis hoſpitalia præparavit. Unum autem quod præcipuum habuit Bremæ, ubi per ſe ipſum quotidie veniens, infirmis non erubuit miniſtrare, quorum plurimos dicitur verbo, vel tactu ſanaſſe. Ipſe tranſtulit corpus ſancti Vuillehadi in matricem Eccleſiam beati Petri Apoſtoli ab illo auſtrali Oratorio, quo deportatum eſt a Villerico. Et tunc facta ſunt miracula, quæ per merita ſancti Vuillehadi populo oſtenſa ſunt ab anno Domini octingenteſimo ſexageſimo primo, qui eſt ab ordinatione Epiſcopi trigeſimus. Ipſe enim qui tranſtulit, & vitam & miracula ejus ſingulis libris comprehendit. Sique temporum ſeriem diligenter computemus, ipſum eſt tempus, quo in Saxoniam tranſlatio Sancti Alexandri contigit. In qua illud mirabile videtur, Confeſſorem noſtrum cum advena Martyre certaſſe, quis eorum videretur eſſe major, & in gratia ſanitatum populis acceptior. Eginhardus in geſtis Saxonum hæc dulci calamo proſequitur.* Hæc ibi.

Hoc

PAGIUS *locum venerabili Præſule Gunthario, hoc ipſum Domnus & Pater noſter ei ſuggerere ſtatuit, ut ſua quoque auctoritate firmaretur; cui tamen rei ipſe admodum contrarius extitit. Qua de cauſa poſtmodum in VVormacia civitate poſitis duobus Regibus, Ludovico ſcilicet & Lothario, & coram multa Epiſcoporum utriuſque Regni frequentia, præſente venerabili Patre noſtro hæc eadem res expoſita eſt.* Annis itaque fere decem Sedes Colonienſis vacavit; cum Guntharius Colonienſis Epiſcopus anno ſuperiori de iſta unione primum litem movere cœperit.

V. *Eaque in Synodo Moguntina confirmata.* In Annalibus enim Fuldenſibus ad annum DCCCLVII. habetur: *Rex Ludovicus menſe Februario colloquium habuit in Confluente caſtello cum Lothario nepote ſuo; tempore vero Quadrageſimæ Placitum habuit apud Vangionum civitatem*, quæ eadem eſt cum Wormatia. Paulo poſt: *Habita eſt Synodus apud Moguntiacum circa Kalend. Octob. præſidente Carolo Archiepiſcopo, ubi inter alia, quæ ventilata ſunt de jure Eccleſiaſtico, præſentata eſt Epiſtola Guntharii Colonienſis Archiepiſcopi ad Altfridum Epiſcopum directa.* Altfridus autem Epiſcopus erat Hildensheimenſis, ut liquet ex Chronico ejuſdem nominis. Utroque Rege & Epiſcopis ibi aggregatis rogantibus Guntharium ut huic unioni conſentiret, *reſpondit, ſi Apoſtolica auctoritate firmaretur, ex ſe quoque ratum eſſe. Quo reſponſo accepto, cum etiam omnes Suffraganei ejus hæc eadem conſenſiſſent, piiſſimus Rex jam dictus Ludovicus, cupiens & patris ſui eleemoſinam in omnibus augmentare, & quod ipſe diſpoſuerat, per omnia ratum fieri, Reverendiſſimum Salomonem Conſtantiæ civitatis Epiſcopum pro hoc ipſo ad Sedem direxit Apoſtolicam; cum quo etiam Domnus & Pater noſter Anſcharius, quia ipſe per ſe non poterat, filium ſuum fratrem noſtrum Nordfridum miſit Presbyterum, qui officioſiſſime a Sancto ſuſcepti Papa Nicolao, legationis ſuæ mandatum ei plane & dilucide retulerunt.* Recitat poſtea Rembertus partem literarum Nicolai Papæ, quibus Anſchario Legationem Septentrionalium Regionum concedit, & Eccleſiam Hamburgenſem Archiepiſcopalem deinceps eſſe decernit. Has literas integras recitat Henſchenius citatus §. XVIII. cum Epiſtola Nicolai Papæ ad Horicum Daniæ Regem, Juniorem ſcilicet, qui Chriſtianis favebat, eumque hortatur, ut idola colere deſiſteret, & vero Deo totam ſervitutem impenderet. Adamus cap. 28. teſtatur hunc Principem *Chriſtianitatem ſuſcepiſſe, ſuiſque omnibus, ut Chriſtiani fierent, per Edictum mandaſſe;* quod tamen neque in Vita Sancti Anſcharii, neque in Vita Sancti Remberti ejus Succeſſoris legitur.

Geſta in Synodo Moguntina a Nicolao Papa hoc anno confirmata eſſe docet Chronicon Sa- VI.

xo-

XVII. *Hoc eodem anno perſeverante infeliciſſimo ſtatu Galliarum, de quo ſuperius dictum in litteris Caroli Regis, cum omnia prædonibus factioſiſque hominibus plena eſſent, nulluſque locus legibus Eccleſiaſticis, vel civilibus eßet, ſcelerata licentia ſibi omnia vindicante; Edelbartus Abbas, & Otho Comes venerunt in*

**PAGIUS** *Confirmata & a Nicolao Papa.*

xonicum MS. *Eodem anno Bremenſis atque Hammaburgenſis Parochia coadunatio facta eſt ultimo tempore Sancti Anſgarii ex auctoritate Nicolai Papæ, qui tam ipſum, quam ejus ſucceſſores Legatos & Vicarios conſtituit in omnibus gentibus Sueonum, Danorum, atque Sclavorum: quod & ante Gregorius Papa conceſſit*, Gregorius nempe hujus nominis IV. Adamus cap. 27. idem aſſerit, aitque; *In Privilegio Papæ notatur annus Domini DCCCLVIII. qui eſt ab ordinatione Archiepiſcopi XXVIII.* non XXIX. ut perperam apud Baronium num. XIII. legitur [1]. Porro etſi Hamburgi primum Anſcharii Sedes Archiepiſcopalis fuerit, tamen poſt ejus Urbis direptionem a Danis anno DCCCXLV. ex Annal. Fuldenſibus, & poſt unionem Eccleſiæ Bremenſis, Collegio Canonicorum Hammaburgenſium Ramſolas (Monaſterium eſt Bremenſis Diœceſis tranſlata, *Anſcharius* ipſiuſque Succeſſores Bremæ ſedere ſoliti ſunt, ſeque identidem Bremenſes Epiſcopos appellare, ut refert idem Adamus cap. 29. Hæc Bremenſis & Hamburgenſis Eccleſiæ unio a Formoſo Papa dein abrogata, ac demum ab ejus Succeſſoribus reſtituta.

VII. A num. XVII. ad XLVIII. Hic annus ob fraterna Regum diſſidia Francis pene funeſtus fuit. ter-

NOTÆ [1] Nicolai Papæ bullam pro utriuſque Epiſcopatus Hamburgenſis, & Bremenſis conjunctione recitat Hermannus Cornerus in ſuo Chronico ad annum uſque 1435. perducto, vulgatoque ab Eccardo in Corpore Hiſtoric. tomo II. col. 465. In eo autem omnia leguntur quæ Chroniſta Saxo hic *num. 6.* a Pagio relatus, expreſſit. Conſignatur autem manu *Zachariæ Notarii S. Romanæ Eccleſiæ, in menſe majo, Indictione XII. imperante Ludovico Imperatore anno ſuo* (ſic) *quinto*. Hæc utique temporis adſcriptio mendoſa eſt, cum indictio duodecima cum anno quinto Ludovici cum nulla ejus epocha concurrat. Cum vero illud *anno ſuo* inſolens, & novum ſit, ſuſpicio oritur, ibi errorem cubare, & illud *ſuo* forte in autographo exprimere numerum aliquem annorum, *quinto*, qui dein notatur, anno addendum, puta *decimo quinto*. Sane annus Ludovici decimus quintus ab anno 849. quo in Imperii conſortium a Patre adſcitus fuit, ſaltem poſt Majum inceptum, congruit, cum menſe majo Indictionis duodecimæ, ſignatque annum 864. quo & S. Anſcharius & Ludovicus adhuc in vivis agebant. Noſtram hanc conjecturam non evertit Adami Bremenſis apud Pagium hic authoritas; quanquam enim aſſerit in Bulla Nicolai notatum fuiſſe annum DCCCLVIII. cum tamen id novum eſſet & inſolens in bullis Pontificiis hujus ſæculi, ab aliquo ſciolo id additum fuiſſe oportet. Igitur non ſine fundamento aſſereremus hanc unionem Pontificia authoritate nonniſi anno 864. roboratam fuiſſe, atque errare Hiſtoricos, qui privilegium illud anno 858. conſignant; cum præſertim Chroniſta Saxo apud Pagium hic aſſerat hæc omnia peracta fuiſſe *ultimo tempore* S. Anſcharii, qui anno 865. deceſſit. Hanc conjecturam indubitatam reddit reſponſio Nicolai Papæ ad legationem Salomonis Epiſcopi Conſtantienſis, a Ludovico Rege miſſi, quam in tomo V. Miſcellaneorum Baluzius vulgavit. Salomonem iſtum Romam directum fuiſſe a Ludovico, ut de confirmanda unione Epiſcopatus Hamburgenſis & Bremenſis, ac de utriuſque erectione in Archiepiſcopatum tractaret, tam notum eſt Eruditis teſtante Remberto Vitæ S. Anſcharii cap. X. quam inexploratum, eidem pariter Salomoni ea ipſa occaſione injunctum fuiſſe, ut de reconciliatione Lotharii cum Pontifice, & de reſtitutione Theodgaudii & Gunthari tractaret. Utrumque vero munus illi demandatum ex eodem Nicolai reſponſo diſcimus. Utrique huic poſtulationi reſpondit Pontifex, Ludovicum rogans ut una ſecum Lotharium ad pellicem deſerendam inducere laboret. Quoad Epiſcopos vero ait, ſe illos cum S. Synodo ita depoſuiſſe, *ut ſi aliquid de miniſterio ſacro auderent contingere, nullo modo liceret eis in alia Synodo reſtitutionis ſpem habere*. Quibus verbis indicari cenſeo Synodum Romanam anni 863. in qua primum utrumque Epiſcopum damnatum fuiſſe ex Annaliſta Bertiniano Pagius ibidem, num. III. docet. Sed *nunc*, pergit Nicolaus, *audivimus Guntharium interdictum ſibi miniſterium uſurpaſſe*. Quod ab eo præſtitum die Cœnæ Domini anno 864. aſſerit Annaliſta Bertinianus apud eundem Pagium ad eundem annum num. VI. Ex his autem verbis *nunc audivimus*, intelligimus ſcriptum illud exaratum fuiſſe anno 864. menſe Aprili, cum dies Cœnæ Domini anno illo in diem 30. Martii inciderit. Poſtquam vero Pontifex potiſſimis legationis hujus poſtulationibus ita ſatisfecit; dein in capite IV. ita negocium Bremenſis Archiepiſcopatus expedit: *Ut Epiſcopus Bremonenſis, licet a Gunthario hac non potuerit dari licentia, nec ab eo tale quid peti debuerit, tamen pro amore Domini Regis, quia pia eſt ejus petitio, cum noſtra authoritate in prædicto loco Bremon poteſtatem & honorem Archiepiſcopatus ſuper Danos & Suevos habeat, & ſimili modo ſui ſucceſſores per tempora futura perpetualiter teneant atque poſſideant*. Hæc Nicolaus poſtulationibus Ludovici per Salomonem reſpondit, eademque occaſione Bullam ea de re ſupra a nobis indicatam expediit. Ex his autem patere arbitror confirmationem hanc Pontificis non prius quam anno 864. datam fuiſſe, nec de illa agi in Concilio Moguntino anni 857. potuiſſe. Nec ſane quiſquam ex Antiquis in eo Concilio de controverſia hac tractatum prodidit, non Fuldenſis Annaliſta, qui a Patribus Moguntinis diſcuſſa quædam Eccleſiaſtici juris argumenta prodidit; ſicut & lectam in eo fuiſſe aſſerit epiſtolam quandam Guntharii narrantis mala, quæ procella ſubito oborta Colonienſibus intulit. Ex quo diſcimus Guntharium Synodo huic non adfuiſſe. Non Rembertus qui cauſam unionis utriuſque Epiſcopatus ventilatam fuiſſe aſſerit coram utroque Rege, Wormatiæ exiſtentibus Lothario & Ludovico, & in *frequentia Epiſcoporum* ex utroque Regno addit, rogatumque ab Epiſcopis *ibi aggregatis* Guntharium (qui proinde hic præſens aderat) ut junctioni illi conſentiret, quo reſpondente ſe præſto eſſe, dummodo Apoſtolica confirmatio intercederet, Rex Ludovicus Salomonem ad Nicolaum deputaſſe. Ex hac Remberti narratione intelligimus male a Pagio ſcribi hanc delegationem factam a Ludovico fuiſſe ex decreto Concilii Moguntini, & anno 864. quo illa ſuſcepta fuit, Concilium quoddam Wormatienſe aſſignandum eſſe. MANSI



Legatio ad Ludovicum Regem Germaniæ adverſus Carolum.

*in Germaniam ad Ludovicum Regem, poſtulantes, ut populo periclitanti, & in anguſtia poſito ſubveniret: quod niſi celeriter fieret, & hac tanta ſpe liberationis privarentur, a paganis cum periculo Chriſtianitatis quærere deberent, quæ a legitimis, & orthodoxis dominis invenire non poſſent. Tyrannidem enim Caroli horum omnium cauſam ſe diutius ferre non poſſe teſtati ſunt, &c.* Hæc totidem ferme verbis vetus Francorum Chronicon ab auctore hujus temporis ſcriptum, a Pithœo autem editum. Ubi pariter inſinuatur, quod Ludovicus diu anceps quid agere deberet: tandem ſuorum conſilio venerit in Regnum Caroli fratris, ut tot malis mederi poſſet. Primumque omnium non armis experiendum adverſus germanum ducens, ſed pietate; convocat concilium Epiſcoporum ad octavum Kalend. Decembris, hoc eodem anno celebrandum. Qui igitur in Regno Caroli erant Epiſcopi, ſuſpectum habentes Ludovici adventum, timentes, ne occaſione optimi regiminis diſponendi, meditaretur tyrannidem: venire ad Synodum indictam, detrectarunt, juſtaſque excuſationes prætexentes, ſeorſim convenerunt, atque ad eum ſcripſerunt epiſtolam, ſeu potius admonitionem ad Regem tantis Epiſcopis dignam, qua de pluribus ad eum ſpectantibus ſacerdotali auctoritate monuerunt. Hanc numquam hactenus cuſam hic tibi reddendam putavimus ex ſcripto codice Antonii Auguſtini: complura enim habet ſcitu digna, quæ ſtatum tum Regni, tum Eccleſiæ Francorum temporis hujus inſinuent, & qualiter cum Regibus agere Epiſcopi debeant, exacte demonſtrent. Epiſtolæ autem ejuſmodi inſcriptio præpoſita legitur:

XVIII. Epiſtol. Epiſcoporum regni Caroli ad Ludovicum Regem Germaniæ.

*Hæc, quæ ſequuntur, Capitula miſerunt Epiſcopi provinciarum Rhemenſis, & Rothomagenſis a Cariſſiaco palatio, quo convenerant, per Wenilonem Rothomagenſem Archiepiſcopum, & Exchanraum Catalaunenſem Epiſcopum Hludovico Regi in Attiniaco palatio conſiſtenti.*

*Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quinquageſimo octavo, in menſe Novembris, domno Hludovico Regi glorioſo, Epiſcopi Rhemorum diæceſeos, atque Rothomagenſis, qui adeſſe potuimus.*

*Litteras admonitionis veſtræ quique noſtrum habuimus, quibus juſſiſtis, ut vobis octavo Kal. Decembris Rhemis occurreremus, quatenus ibi nobiſcum, & cum cæteris fidelibus veſtris de reſtauratione ſanctæ Eccleſiæ, de ſtatu, & ſalute populi Chriſtiani tractaretis. Sed nos ad placitum illud occurrere non potuimus, & propter incommoditatem, & brevitatem temporis, & propter inconvenientiam loci, & (quod eſt lugubrius) propter compaſſionem tumultus exorti: ſed & divinis legibus, quas & vos obſervaturos cum fratribus noſtris, nobis denuntiaſtis, cautum eſſe dignoſcitur: quia ſicut nec Archiepiſcopi ſine Epiſcopis, ita nec Coepiſcopi ſine Archiepiſcoporum litteris nos valuimus de conventu habere ſermonem. Quapropter noverit veſtra ſublimitas, quia mandatum veſtrum noſtra non contempſit humilitas. Sed (ſicut longe eſt ante nos dictum) qui jubet impoſſibile, facit ſe contemptibilem.*

Excuſatio Epiſcoporum.

XIX. *Sed & tractatum de reſtauratione ſanctæ Eccleſiæ, & ſtatu & ſalute populi Chriſtiani, quod nunc vos nobiſcum habere velle dicitis: juſtius, & rationabilius illud haberi potuiſſet, ſi noſtris, quin potius divinis conſiliis, & obſervationibus,* at-



**PAGIUS** *Adverſus Carolum Calvum ſubditi rebellant.*

Carolus Calvus ignavia & crudelitate Procerum animos a ſe averterat, & Normannis Regnum lacerantibus ſegnius reſiſtere accuſabatur. *Menſe Julio collectis & ordinatis exercitibus Legati ab Occidente* (ad Ludovicum Germaniæ Regem) *venerunt Edalhartus Abbas & Otto Comes, poſtulantes eum, ut populo periclitanti & in anguſtia poſito præſentia ſua ſubveniret. Quod niſi celeriter fieret & ex parte ejus ſpe liberationis privarentur, a Paganis cum periculo chriſtianitatis quærere deberent defenſionem, quam a legitimis & orthodoxis dominis invenire non poſſent. Tyrannidem enim Caroli ſe diutius ferre non poſſe, teſtati ſunt*, &c. Ludovicus *precibus Legatorum favens, votis populi præſentiam ejus deſiderantis, cum divino adjutorio ſe adfuturum promiſit. Mediante autem menſe Auguſto Wangioni collecto comitatu per Aliſatiam profectus, venit in Galliam ad villam Regiam, in regno Caroli, qua vocatur Panticona, ubi occurrerunt ei fere omnes Primates partium illarum, exceptis eis quos tunc Carolus ſecum in præſidio habuit, pugnans contra Normannos ſupra Ligerem fluvium, qui ut audivit Ludauvicum eſſe intra terminos Regni ſui, dimiſſa obſidione cum exercitu occurrit in loco, qui vocatur Briacus, viſaque multitudine Orientalium ſimul & eorum, qui e ſuis contra tyrannidem ejus conjuraverant, cum ſe virtute cerneret imparem, nec poſſe ſine grandi periculo ſuorum cum fratris copiis in acie congredi, depoſito tamen, & quaſi ad pugnandum milite ordinato, ipſe quidem cum paucis latenter abſceſſit. Exercitus vero in loco certaminis derelictus, cognito ducis abſceſſu ad Ludovicum tranſivit. Ille vero ſedato impetu populi Karlum perſequi cupientis, ad diſponenda regni negotia, quaſi libera utens poteſtate, diligentiam curamque convertit*, inquit Annaliſta Fuldenſis.

VIII. *In Synodo Cariſiacenſi Epiſcopi, ut jura Eccleſiæ ſervet illum hortantur.*

*Carolus Calvus* ante Ludovici Regis Germaniæ adventum, cum ſuos non immerito ſuſpectos haberet, iteratis invicem ſacramentis illorum animos placare, & ſibi obſtringere conatus eſt. Inter Capitularia enim Caroli Calvi tit. 26. leguntur ſacramenta apud Cariſiacum, quorum ibidem hic titulus eſt: *Acta ſunt hæc ſequentia apud Cariſiacum Palatium anno Incarnat. Dom. DCCCLVIII. regni autem Domni Caroli XVIII. Indict. VI. XII. Kal. April.* Et poſtea refertur tam ſacramentum fidelium quam ſacramentum Regis, quibus ſubſcribunt aliqui Epi-

atque obteſtationibus ſuperno reſpectu obtemperare voluiſſetis, quia non noſtra ſcripſimus, mandavimus, diximus, ſed quæ dictante charitate, quæ Deus eſt, in litteris ſacris invenimus, & quæ naturæ inſita recognoſcimus. Cæterum quæ contra illa quæ ſcripſimus, mandavimus, diximus, acta ſunt, vel aguntur: naturalis legis morbus, & vitium etiam animis ſapientibus eſſe dignoſcitur. Qua de re prudens quiſque reſpiciat, & ſapiat, quam granditer Deus offenditur, quando in ſic grandibus & apertis non ignoranter peccatur. Unde ſcriptum eſt (a): Deſcendant in infernum viventes, id eſt, labantur in peccatum ſcientes: quæ divina permiſſione merito mundi patientis propter communia peccata noſtra, paſtorum ſcilicet & gregum, propter delicta Regis eveniunt, ſicut ſcriptum eſt: (b) Immiſſiones per angelos malos, viam fecit Dominus ſemitæ iræ ſuæ. Tamen ſicut Dominus proteſtatur, non erit ſine ultione vindictæ, nec ipſa virga furoris Domini. Sic legimus, ſic audivimus, ſic vidimus, & pro certo ſic cito videbimus. Quoniam licet peccatores ſimus, ſed pœnitentes, & in divina clementia fortiter confidentes, miniſterium ſacrum, operante Spiritu ſancto, ſuſcepimus, ſine quo ſacra non miniſtramus. Nam nobis dictum a Veritate veraciter ſcimus (c): Non vos eſtis, qui loquimini, Sed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.

(a) Pſal. 54.
(b) Pſal. 77.
(c) Matt. 10.

XX. Apud Lupum ep. 99. Hildegarius Meldorum. Æneas Pariſiorum ep. 98.

Et licet dominatio veſtra melius noverit, de quibus ſcriptis, mandatis, & dictis dicamus: tamen non ab re eſt, ſi etiam & nos illa ad memoriam veſtram reducamus. Primo quidem, quod per Hildegarium venerabilem Epiſcopum ſcriptis, & dictis: ſecundo per Æneam Pariſiorum Epiſcopum litteris, & verbis: deinde per Hincmarum Rhemenſem, & Vvenilonem Rothomagenſem Archiepiſcopos, item per eoſdem cum aliis, quos ipſi vocaſtis, ea quæ ſaluti fuerint congrua, ſufficienter audiatis, quando, ſicut & ante, petivimus, ut frater veſter, & omnes fideles illius, ante veſtram, fideliumque veſtrorum præſentiam in rationes loco, & tempore congruo veniſſemus, & quæ male geſta fuerunt, veſtro conſilio, & auxilio cum Dei adiutorio fuerint emendata. Pro quibus omnibus non obaudientibus valde timemus quod dicitur (d): Si ſermonem meum ſervaverunt, & veſtrum ſervabunt, & reliqua, quæ Dominus comminatur. Et ſi illa non ſunt exaudita, putari poteſt quod nec iſta, quæ vos dicitis apud nos velle quærere, & audire, exaudientur. Videturque quibuſdam, ut ſicut (e) Dominus quando quæſivit ficus in ficulnea, cui maledixit, cum non eſſet, teſte Evangelio, tempus ficorum aliud voluerit ſignificare: ita & in hoc citato, & incongruo conventu, remota dominationis veſtræ ſinceritate, de qua nihil contra puritatem volumus autumari, haud alia quædam poſſunt intelligi. Et quia beatus (f) Petrus omnem monet Epiſcopum, ut paratus ſit ad ſatisfactionem omni petenti ſe rationem, quæ nunc videmus, pro tempore damus fideliter dominationi veſtræ conſilia.

Cur vocati Epiſcopi a Rege.
(d) Joan. 15.
(e) Matt. 21.
(f) 1. Pet. 3.

XXI.

Primo quidem in ipſa radice cordis adventum veſtrum in hoc Regnum inſpicite, & coram oculis Domini, cui ſecundum (g) Pſalmiſtam, cogitatio hominis confitetur, ſtatera æquitatis ponderate, & quidquid hortatores, & conſiliarii, ac laudatores veſtri vobis dicant, ad cor reducite; & quidquid ad commendationem adventus veſtri invenire, & dicere poteritis, veſtram conſcientiam interrogate; & ſi talia ſuſtinere vultis qualia facitis, judicate. Et illam horam, qua certi eſtis, quia nullo modo poteritis effugere, quando anima veſtra de corpore exierit, ante mentis oculos ponite; quando totum mundum, & omnem poteſtatem, & omnes divitias, & ipſum corpus derelinquet, & ſine adiutorio uxoris, ac filiorum, & ſine ſolatio, & comitatu Drudorum, atque Vaſſorum nuda ac deſolata exibit; & quicquid cogitavit, & ordinare diſpoſuit in-

(g) Pſ. 75.
Regi mortis tempus ob oculos ponunt Epiſcopi.

PAGIUS

Epiſcopi, & aliqui Comites. *Ludovicus*, ut mox ex Annaliſta Fuldenſi diximus, menſe Auguſto in Galliam cum exercitu venit: cui ad Breonam *Carolus* occurrens maxima ex parte derelictus a ſuis pridie Idus Novembris, ut Hincmarus in Epiſtola quinta notat, gradum referre coactus eſt. Tertio poſt menſe redintegratis copiis ad Ludovicum rediit, qui pene jam ab omnibus deſtitutus de pago Laudunenſi exceſſit, atque in patriam reverſus eſt. Quo vero tempore in Gallia hæſit *Ludovicus* partem in Attiniaco Palatio exegit, quod & titulus 27. Capitularium Caroli Calvi, & ejus proclamatio adverſus *Vvenilonem* tit. 30. cap. 7. declarant. In eo igitur Palatio erat cum ab Epiſcopis Caroli partium ſtudioſis in Cariſiaco Palatio coactis ſcripta eſt eodem ipſo Novembri, ut docet idem tit. 27. aurea Epiſtola ab Epiſcopis Diæceſeos Remorum atque Rotomagenſis, quam Baronius integram recitat.

IX. *In ſuam Epiſtolam inſerunt fabulam de Caroli Martelli damnatione.*

Meminit hujus Epiſtolæ Hincmarus ad Carolum Regem, ſcribens: *Et nolite negligere illa Capitula, quæ Synodus de Cariſiaco per Vvenilolem* (Archiepiſcopum Rotomagenſem) *& Erchenraum* (Epiſcopum Catalaunenſem) *tranſmiſit ad hunc Attiniacum præterito anno Hludovvico fratri veſtro, & me tranſmittente Hincmarus filius meus vobis dedit, quando vobiſcum in Burgundia fuit. Sed relegite illa diligenter, quia, mihi credite, plus pro vobis, quam pro illo facta fuerunt*. Capitulo VII. & apud Baronium num. XXV. & ſeqq. aiunt Epiſcopi: *Et ſi Eccleſiam Dei ſicut nobis ſcripſiſtis quæritis reſtaurare, debita Epiſcopis, & ſibi commiſſis Eccleſiis Privilegia intemerata, ſicut divinitus conſtituta ſunt, cuſtodite. Præcepta & immunitates & honores earum, ſicut avus & pater veſter conſervaverunt, conſervare curare*. Et pluribus interpoſitis pergunt: *Quia vero Carolus Princeps, Pippini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Eccleſiarum ab eis ſeparavit atque diviſit, pro hoc ſolo maxime eſt æternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianenſium Epiſcopus, qui in monaſterio S. Trudonis requieſcit, in oratione poſitus ad alterum eſt ſæculum raptus, & inter cætera, quæ Domino ſibi oſtendente conſpexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri*; quam fabulam pluribus narrant, & fidem ei adſtruere enixe nituntur, quod ipſam magis ſuſpectam facit, quamque Baronius, & nos cum illo ſæculo præcedenti exploſimus.



infectum, dimittet ſicut dicit Scriptura: (a) In die illa peribunt omnes cogitationes illorum & videbit omnia peccata ſua & ſentiet, videns diabolos ſe conſtringentes & coarctantes, quidquid contra charitatem, & fidem debitam cogitavit, parabolavit, & fecit in iſto ſæculo, & per dignos pœnitentiæ fructus non emendavit, ante oculos ſemper habebit, & effugere volet, & non valebit. Nam certum eſt, quia ad omnes homines quando egrediuntur e corpore, veniunt diaboli, & ad juſtos, & ad peccatores, ſed & ad ipſum Chriſtum venit, in quo ſuum nihil invenit, ſicut ſcriptum eſt (b): Venit princeps hujus mundi, & in me non habet quidquam. Et crede nobis veraciter Rex utinam ſemper bone, & Chriſtiane, nec longe eſt, ſed ſatis & pluſquam ſperatur præpropera ineſt illa hora: propterea non te ſeducant iſta, quæ vides.

(a) Pſ. 145.
(b) Joan. 14.

XXII. Miniſtri Regum quærunt tantum quæ ſua ſunt.

In tempore quippe patris veſtri vidimus per aliquos incœpta & facta, quæ in tempore iſto, per iſtos, qui iſta conficiunt, videmus fieri & per alios videbantur compleri. Et quando tibi adveniet hora exitus tui, ſicut rident nunc quando per te obtinent quæ volunt: in hora voluntatis ſuæ ſic ridebunt in hora exitus tui, & quærent quomodo per alium teneant, quæ per te obtinuerunt. Quomodo & fieri poteſt, ut quidam etiam pereant in tempore ſuo. Sed & illi, niſi dignam pœnitentiam egerint, miſerabiliter ad illam horam venient exitus ſui, ſicut venerunt & illi qui defecerunt a patre tuo cum fratre tuo. Nam ut illi ordinantes ſeditiones in paternam reverentiam, ſic & iſti vos excitantes in fraternam dilectionem, nomen pacis, & ſtatum Eccleſiæ, & ſalutem, & unitatem populi obtendere ſtuduerunt: ſed latebat ſub melle venenum. Et completum eſt in illis Pſalmiſtæ dictum (c): Qui loquebantur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum & quæ ſequuntur. Et receperunt illi in ſæculo iſto quæ nota ſunt, ſicut & receperunt in ſæculo altero, quæ in Judicio plenius cognoſcentur. Quorum iſti intuentes exitum, timere debuerant actionem. Quid facient, ſi illos reſpexerit Dominus, qui reſpicit humiles, & cuſtodit parvulos? Et ſic peſtilente flagellato ſapientior erit parvulus, ut ſcriptum, (d) eſt, & ſapiet: Quia non repellet Dominus plebem ſuam, nec obliviſcetur in finem: quoniam propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam (e), dicit Dominus. Alioquin ſicut tunc illis dixit, ita & nunc dicit Dominus iſtis (f): Tacui, numquid ſemper tacebo? quaſi parturiens clamabo: (g) Nondum venit hora mea, ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem (h) abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia venient dies in te. Roga tibi, quæſumus, in tali loco, ubi bene poſſis intendere, afferri homiliam ſancti Gregorii, legere in lectione Evangelii, quæ incipit (i): Videns JESUS civitatem, flevit ſuper illam.

(c) Pſ. 84.
(d) Prov. 19.
(e) Pſ. 11.
(f) Iſai. 42
(g) Luc. 22.
(h) Luc. 19.
(i) S. Gregor. hom. in Evang. 39.

XXIII. Judicium venturum ob oculos Regis ponunt Epiſcopi.

Precamur vos, domine, ut diem ante mentis oculos habeatis, quando cum omnibus hominibus animam veſtram proprium corpus recipiet, & venietis ante faciem æterni Judicis in conſpectu omnium Angelorum & hominum. In qua die) ſicut dicit ſanctus (k) Paulus) judicabit Dominus unumquemque non per aliud teſtimonium, ſed occulta uniuſcujuſque per cogitationes accuſantes, aut etiam quando recipiet unuſquiſque proprii corporis prout geſſerit, ſive bonum, ſive malum. Et non deſpicientur tunc noſtra verba quæ ſcripſimus, ab eis, qui nunc illa contemnunt, quando ſine dubio re-

(k) Hebr. 10.



PAGIUS

X. *Normanni Gallias infeſtant.*

Annaliſta Bertinianus hoc anno ſcribit: *Berno Dux partis Pyratarum* (nempe Normannorum) *Sequanæ inſiſtentium ad Karlum Regem in Vermeriæ Palatio venit, ejuſque ſe manibus dedens fidelitatem ſtatim jurat. Pars altera eorumdem Pyratarum Ludoicum Abbatem monaſterii S. Dionyſii, cum fratre ipſius Guazleno capiunt, eiſque redemptionis ſuæ graviſſimam mulctam imponunt: ob quam multi theſaurorum Eccleſiarum Dei ex regno Karli ipſo jubente exhauſti ſunt. Sed his minime ſufficientibus ab eodem Rege, & omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, cæteriſque viris potentibus multa ad ſuppletionem prædictæ ſummæ certatim conlata ſunt*. Poſt pauca interpoſita ſubjungit: *Karlus Rex inſulam Sequanæ vocabulo Oſcellum* (vulgo a ſimilitudine Roſtrum aſini, Gallice *Liſle de Bedaſne* alias *Oiſſel*, ut notat Hadrian. Valeſius in Not. Galliarum) *Danos in ea commorantes obſeſſurus menſe Julio aggreditur. Ubi ad eum Carolus puer filius ejus ab Aquitania pervenit. Cum quo Pippinum jam laicum ſuſcipit, & ei Comitatus ac monaſteria in Aquitania tribuit. Lotharius etiam Rex ad eamdem inſulam menſe Auguſto properat, avunculo* (ſeu patruo) *adjutorium conlaturus. Ubi uſque IX. Kalend. Octob. abſque profectu obſidionis demorantes, tandem ad propria remeant*.

*plicata erunt in teſtimonium in ipſo tremendo Judicio. Et nullus illorum te nunc adiuvabit, qui nec ſeipſum adiuvare ſufficiet, quando ibunt qui talia agunt (qualia audimus & ſentimus, atque dolemus ſi in talibus perſeveraverint) in ignem æternum, & juſti, qui injuſta patiuntur in vitam æternam.*

Mala ab exercitu Ludovici patrata.

*Qui tanta & talia crudelia, & abominanda fieri per parochias quas pertranſitis, audivimus, & quædam ſentimus, & quædam ſentire retinemus (& illis, qui perſenſerunt & ſentiunt, dolemus) quæ calamitatem & miſeriam, quam a paganis patimur, ſuperant, quoniam a Chriſtianis in Chriſtianos, a parentibus in parentes, a Rege Chriſtiano in Regem Chriſtianum, a fratre in fratrem contra omnes leges divinas & humanas aguntur. Contra quos clamat Eccleſia a paganis afflicta (a): Et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Et nos omnes cunctique patientes (b) ſuſtinuimus pacem, & non venit, quæſivimus bona, & ecce turbatio.*

(a) Pſal. 17.
(b) Jerem. 14.

XXIV. Quale Regis palatium eſſe debeat.

*Propterea talia cohibete, compeſcite, & ſedate: quoniam palatium veſtrum debet eſſe ſacrum, & non ſacrilegum. Palatium enim Regis ſacrum dicitur, propter rationabiles homines inhabitantes, & non propter parietes inſenſibiles, ſive macerias; & Rex a regendo dicitur, ut ſe ſub Deo, & bonos cum Deo puritate cordis, veritate oris, firmitate ſtabilitatis regat, & pravos a pravitate corrigat, & in rectitudine dirigat: & ſi quæ male facta ſunt, emendare veniſtis pejora, quæ vidimus a Chriſtianis in Chriſtianos fieri, ingerere non debetis. Illam charitatem, quam Chriſtus per Paulum docuit, monſtrare debetis. Ait enim (c): Charitas non eſt ambitioſa, non agit perperam, non quærit quæ ſua ſunt, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, quæ eſt de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta, quæ operatur per dilectionem, non per poteſtatem, vel indebitam cupiditatem; ſine qua charitate etiamſi quis tradiderit corpus ſuum ita ut ardeat, nihil illi prodeſt, quoniam omnibus Dominus in ſignum dedit, ut ſciant, ſi quiſque eſt Chriſtianus, aut ſi intrabunt in Regnum Dei. An non dicit: In hoc cognoſcent homines, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem? Namque in primordio Fidei, Diſcipuli, appellabantur, nunc Chriſtiani dicuntur: Et ipſa eſt veſtis nuptialis, quam qui non habuerit, e nuptiis cæleſtis convivii in futuro judicio eiicietur in tenebras exteriores, & in ignem æternum, ubi fletus & ſtridor dentium. Ipſa charitas vos contra paganos accendat: & qui tunc moti non ſunt ad pietatem, ut nobiſcum irent contra eos, qui de iſto Regno amplos habebant, & habent honores (quod ſi facerent & zelo recto accenſi unanimiter vellent, expelli, aut diſperdi pagani, adjuvante Domino, poterant) vel nunc quacumque intentione a dominatu illorum per veſtram ordinationem ſancta liberetur Eccleſia, & Regnum, quod contra eos redimetur, a tributo indebito eripiatur. Sed & qui fugiunt a facie paganorum, cum in illas partes venerint, in quibus degitis, refugium tranquillum inveniant, & non talem deprædationem, ut nec incolæ vivere, nec fugientibus ſolatium poſſint præbere, quia nunc, peccatis noſtris exigentibus, completur quod olim dictum eſt per Prophetam (d): Qui fugerit a facie leonis, irruet in urſum, & cum intraverit domum, & innixus fuerit ſuper parietem, mordebit eum coluber: & cum fugerit arma ferrea, irruet in arcum æreum. Sic omni ex parte miſeri afflictionem inveniunt.*

(c) 1. Cor. 8.

Mala quæ patiantur ſubditi.

(d) Amos 5.

XXV Tam perſonæ quam res Eccleſiarum a Regibus cuſtodiendæ.

*Et ſi Eccleſiam Dei, ſicut nobis ſcripſiſtis, quæritis reſtaurare; debita Epiſcopis, & ſibi commiſſis Eccleſiis privilegia intemerata, ſicut divinitus conſtituta ſunt, cuſtodite, præcepta, immunitates, & honorem earum, ſicut avus veſter conſervavit, conſervare curate. Et quæ frater veſter, dominus Carolus ſcilicet, qui & paterna donatione, & vobiſcum cum veſtris veſtrorumque fidelium cum ſuis firmitatibus Regni partem accepit, pro cultu & honore Eccleſiarum egit, ſimiliter conſervate, & rectores & paſtores Eccleſiarum, ut Patres & Chriſti vicarios colite, ſicut Scriptura ſancta præcipit, dicens (e): Sacerdotes Dei ſanctifica, & magnatibus humilia caput tuum, eorumque ſpiritualia conſilia obaudite. Et item (f): Interroga ſacerdotes meos legem meam, & dicent tibi. Et Dominus per Malachiam prophetam (g): Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt. Eoſque tempore incongruo, & inopportuno nolite inquietare, ſed liceat eis miniſterium ſacrum, ad quod ordinati ſunt, in populi ſalutem peragere, ſibique domeſtica cura ſubjectos nolite concutere, & non ſinatis dehoneſtare, ſive opprimere. Ut presbyteris honor congruus & jura debita, quæ Canones & Capitula avi & Proavi veſtri ſtatuerunt, conſerventur, ſatagite. Ut Epiſcopi quietam libertatem ſuas parochias circumeundi & prædicandi, ac confirmandi, atque corrigendi habeant, ordinate. Ut Miſſus Reipublicæ, id eſt, miniſter Comitis cum ipſis, ſi juſſerint, eat, qui liberos homines inceſtuoſos, ſi per admonitionem presbyterorum venire ad Epiſcopum noluerint, eos ad Epiſcopi placitum venire faciat, commendate. Ut ſi Epiſcopus pro quacumque neceſſitate Eccleſiaſtica ad vos direxerit, ad quem ſuus Miſſus veniat, per quem rationabiliter pe-*

(e) Eccl. 4.
(f) Agg. 2.
(g) Malac. 2.

Quid curare debeant Regii Miniſtri.



Quid curare debeant Regii miniſtri.

*petierit, obtineat in palatio veſtro, ſicut Comes palatii eſt in cauſis Reipublicæ, miniſteria. Congruum conſtitutum habete, ut temporibus a ſacris regulis conſtitutis comprovinciales Synodos cum Epiſcopis, & ſpeciales cum presbyteris habere qui poſſint, annuite.*

XXVI. Regem inſurgere debere adverſus invaſores rerum Eccl.

*Res & facultates Eccleſiaſticas, quæ ſunt vota Fidelium, pretia peccatorum, ſtipendia ancillarum & ſervorum Dei, deprædari, & ab Eccleſiis diſcindi, nolite ſuſtinere; ſed fortiter, ut Rex Chriſtianus & Eccleſiæ alumnus, reſiſtite, & defendite. De quibus conſecratis Deo rebus, quod habent liberi homines Eccleſiis ſervientes per diſpoſitionem rectorum ipſarum Eccleſiarum, ideo conſtituerunt Apoſtolorum ſucceſſores hoc ordinari, ut quia creverunt Fidelium vota, & increbuerunt infidelium mala, augeretur per diſpenſationem Eccleſiaſticam Regni militia ad reſiſtendum malorum nequitiæ, quatenus ipſi defenſionem Eccleſiæ haberent & pacem, & Chriſtianitas obtineret tranquillitatem. Quapropter ſicut illæ res & facultates, de quibus vivunt clerici, ita ut illi ſub conſervatione immunitatis ſunt, de quibus debent militare vaſalli, & pari tuitione a regia poteſtate in Eccleſiarum uſibus debent muniri.*

XXVII. De Carolo Martello exemplum adducitur.

*Quia vero Carolus Princeps Pipini Regis pater qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Eccleſiarum ab eis ſeparavit atque diviſit: pro hoc ſolo maxime eſt æternaliter perditus. Nam ſanctus Eucherius Aurelianenſium Epiſcopus, qui in monaſterio Sancti Trudonis requieſcit, in oratione poſitus, ad alterum eſt ſæculum raptus, & inter cætera, quæ ſibi, Domino oſtendente, conſpexit, vidit illum in inferiori inferno torqueri: cui interroganti ab Angelo ejus ductore reſponſum eſt, quia Sanctorum judicatione, qui in futuro Judicio, cum Domino judicabunt, quorumcumque res abſtulit, & diviſit, ante illud judicium anima, & corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, & recepit ſimul cum ſuis peccatis pœnas propter peccata omnium, qui res ſuas & facultates in honore, & amore Domini ad Sanctorum loca in luminaribus divini cultus, & alimoniis ſervorum Chriſti ac pauperum, pro animarum ſuarum redemptione tradiderunt. Qui in ſe reverſus, ſanctum Bonifacium, & Fulradum Abbatem monaſterii S. Dionyſii, & ſummum Cappellanum Regis Pipini ad ſe vocavit, eiſque talia dicens, in ſignum dedit, ut ad ſepulcrum illius irent, & ſi corpus ejus ibidem non reperiſſent, ea, quæ dicebat, vera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad prædictum monaſterium, ubi corpus ipſius Caroli humatum fuerat, ſepulcrumque illius aperientes, viſus eſt ſubito exiiſſe draco, & totum illud ſepulcrum interius inventum eſt denigratum, ac ſi fuiſſet exuſtum. Nos autem illos vidimus, qui ad noſtram uſque ætatem duraverunt, & nobis viva voce veraciter ſunt teſtati, quæ audierunt, & viderunt.*

XXVIII. Pipini pietas commendata.

*Quod cognoſcens filius eius Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum ſancto Bonifacio Legatus Apoſtolicæ Sedis Gregorius nomine. Nam & Synodum ipſam habemus, & quantumcumque de rebus Eccleſiaſticis, quas pater ſuus abſtulerat, potuit, Eccleſiis reddi procuravit. Et quoniam omnes res Eccleſiis, a quibus ablatæ erunt, reſtituere propter concertationem, quam cum Vvaifario Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit: precarias fieri ab Epiſcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad reſtaurationes tectorum, & de unaquaque caſata duodecim denarios ad Eccleſiam, unde res erant beneficiatæ (ſicut in libro Capitulorum Regum habetur) dari conſtituit, uſque dum ipſæ res ad Eccleſiam revenirent. Unde, & dominus Carolus Imp. adhuc in regio nomine conſtitutus edictum fecit, ut nec ipſe, nec filii ejus, neque ſucceſſores hujuſmodi res agere attentarent, quod manu propria firmavit, cujus plenitudinem habemus, & de quo capitulum excerptum, in libro (a) Capitulorum ejus quicumque librum illum habet, & legere voluerit, invenire valebit. Hanc etiam relationem & in Scripturis habemus, & quidam noſtrum etiam viva voce dominum Hludovicum Imp. patrem veſtrum referre audiverunt. Sed & ſacri Canones Spiritu ſancto dictante, eos, qui facultates Eccleſiaſticas diripiunt, & res Eccleſiaſticas indebite ſibi uſurpant, Judæ traditori Chriſti ſimiles computant. Et Sancti, qui cum Deo in cœlo regnant, & in terris miraculis coruſcant, divino judicio, tamquam necatores pauperum, ab Eccleſiæ liminibus, & cœleſtis Regni ſecludunt. De quibus ſacrilegis in prophetico Pſalmo dictum eſt (b): Qui dixerunt, hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei: Deus meus pone illos, ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti, & ignis, qui comburit ſilvam, & ſicut flamma comburens montes, ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos: imple facies eorum ignominia.*

(a) Lib. 1. c. 83. & l. 1. c. 58. quia cum.
(b) Pſal. 82.

XXIX.

*Monaſteria etiam religioſa, atque præcipua canonicorum & monachorum atque ſanctimonialium habitacula, quæ ab antiquo tempore parentes veſtri ſub religioſo habitu conſtituerunt, & in eis rectores, & rectrices fuerunt, & quando parentes veſtri Primatum Regni tenuerunt, & etiam quando ſanctus Remigius Francos*

Qua occaſione ſint data laicis monaſteria.

*eos ad Fidem, cooperante Domino, convertit, & cum Regem ipſorum baptizavit, & frater veſter dominus noſter, innuente partim fragilitate, partim aliorum callida ſuggeſtione, etiam & animarum neceſſitatè, quia dicebant petitores, niſi eis illa ſacra loca donaret, ab eo deficerent, & ipſe aliquando per vos, ſicut nunc patet, aliquando per fratrem veſtrum Regno deſtitutus, ab eis penderet; talibus ſicut ſcitis perſonis commiſit: debito privilegio reſtituite. Nam idem frater veſter & divina inſpiratione, & ſacerdotali redargutione, & etiam ab Apoſtolica Sede admonitus, ex aliqua parte quæ peregit, correxit, quæ autem incorrecta erant, quomodo emendare poſſet, gemebundus quærebat.*

XXX. Quid Rex præſtare debeat pro rebus Eccleſiæ.

*Abſit autem ut vos, qui pro reſtauratione ſanctæ Eccleſiæ huc veniſtis, aut illa, quæ ipſe emendavit, deterioretis, & ſicut ille offendit, & vos offendatis: aut quod ipſe necdum emendare potuit, inemendatum ſinatis. Qui ſæpe (ſicut, & nos teſtes ſumus) fratres veſtros de talibus monuiſtis, & in omni annuntiatione, quam communiter faciebatis, promptiſſime inde diſputabatis, ſicut & ſecus, Theodonis villam, in loco, qui Juliacum dicitur, capitula, quæ habemus, cum veſtris fratribus acceptaſtis, & in chirographo apud Marſnam manu propria confirmaſtis; contra quod ſi forte aliquis egit, non propterea vos immunes eritis, ſi illud, quod teſte Domino pepigiſtis & confirmaſtis, obſervare (quod abſit) non ſtudueritis. Neminem quippe adjuvat, qui aliena mala reprehendit, niſi & ipſe illa caveat. Quod demonſtrat Paulus dicens (a): Putas o homo quod tu evades judicium Dei, qui eadem agis, quæ judicas?*

(a) Rom. 2.

XXXI.

*Rectoribus etiam monaſteriorum, quibus monaſteria committitis, firmiter & obnixe præcipite, ut ſecundum ordinem & habitum & ſexum, quo inhabitantes conſtituti ſunt, ſolicite & ſolerter prævideant, ut ſecundum ordinem debitum, ſervi & ancillæ Domini vivant, & neceſſaria ſtipendia in victu, & veſtitu, & cæteris quibuſcumque habeant, & domos ac ſervitores habeant, prout competit, ſicut religioſi & habitus & converſationis Rectores ejus provideant; ſuſceptionem etiam hoſpitum ac pauperum nullo modo negligant; quin & inconvenientes perſonæ, & res tales quæ religioni non congruunt, in monaſteria non introducantur, non dicimus quoniam religioſi Rectores providentiam & curam debitam inde ſumere debere non ignoramus. Hoſpitalia peregrinorum, ſicut ſunt Scotorum, ac quæ tempore anteceſſorum veſtrorum Regum conſtructa & conſtituta fuerunt, ut ad hoc, ad quod deputata ſunt, teneantur, & Rectoribus Deum timentibus ordinentur, cuſtodiantur, ne diſſipentur, obtinete.*

*Sed & Rectoribus monaſteriorum, & xenodochiorum, id eſt hoſpitalium præcipite, ut ſicut canonica docet auctoritas, & capitula avi & patris veſtrè præcipiunt, Epiſcopis propriis ſint ſubiecta, & monaſteria & hoſpitalia ſibi commiſſa ipſorum regant conſilio. Quoniam Epiſcopi paternam ſolicitudinem eis ſecundum miniſterium illorum ſtudebunt impendere. Et quia ſæpe unicuique in omni ordine competentem legem, & juſtitiam una cum fratribus veſtris frequenti annuntiatione perdonaſtis, Eccleſiaſtici, & religioſi habitus viri, & feminæ atque peregrini, & pauperes, in quibus Chriſtus ſpecialiter ſuſcipitur, per donationem veſtram ſibi ſentiant ſemper adeſſe.*

XXXII. Rex a ſeipſo incipiat bonum regimen.

*Et quia de ſtatu & ſalute populi Chriſtiani, ſicut nobis ſcripſiſtis, vultis quærere: primo a vobis ipſis incipite, qui alios debetis corrigere, ſicut ſcriptum eſt (b): Medice cura te ipſum. Et munda debet eſſe manus a ſordibus, quæ alienas ſordes curat detergere: & quæ in aliis debitis corrigere, nemo in vobis juſte valeat reprehendere. Super quanto ſiti eſtis in Regni culmine, tanto moribus ſervire debetis, & ſicut lucerna ſuper candelabrum poſita in domo, bonitatis exempla monſtrare: quia omnium oculi in vos debent intendere: quos ſi malo exemplo deſtruxeritis, qui per vos, & a vobis in bonum debuerant ædificari, ſub tantis ſine dubio in futuro ſæculo pœnis vos neceſſe eſt torqueri.*

(b) Luc. 4.

XXXIII. Ut Rex ad Deum ſemper intendat.

*Præterea oportet, ut qui Rex eſtis, & Dominus appellamini, in illum ſemper ſuſpenſo corde ſuſpiciatis; a quo videlicet Rege Regum, & Domino dominorum nomen Regis & domini mutuatis. Ut ſicut ille diſponit orbem terræ in æquitate: & ad hoc (ſicut in libro Sapientiæ dicitur (c) conſtituit hominem, ut ipſe ſimiliter faciat: imitamini illum, ſi vultis regnare cum illo. Quia qui dicit ſe (d) in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare, qui dicit: (e) Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Et ſi dixeritis, quonam modo poſſum eſſe perfectus, cum alia Scriptura dicat: (f) Si quis in verbo non offendit, ille perfectus eſt vir: non cadit a perfectione, qui non peccat malitiæ cupiditate. Septies (g) enim cadit in die juſtus, & conſurgit, impii autem corruunt in malum. Et (b) juſtus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Qualitercumque vero quis peccet, cupiditatis voluntate, aut fragilitatis neceſſitate, nemo illi melius prævalet indicare ut conſcientia ſua, quæ non poteſt latere oculis inſpectoris ſui. Propterea*

ita

(c) Sap. 7.
(d) 1. Joan. 2.
(e) Matth. 5.
(f) Jac. 3.
(g) Prov. 24.
(b) Pſ. 36.



*ita oportet vos vivere, judicare, & agere etiam in occulto, quaſi ſitis ſemper in publico: quia ſi de vobis irreprehenſibilia judicabit, ſæpe etiam illa, quæ vobis, & in vobis laudaverit apud alios, de vobis irreprehenſibilia judicabit.*

XXXIV. Quæ Rex vitare debeat.

*Sic autem, ut dicimus, adjuvante Domino, vivere, judicare, & agere prævalebitis, ſi vos non ſtimulaverit amor privatus; ſi vos non inflammaverit cupiditas gloriæ, divitiarum, poſſeſſionum, & potentatus; ſi non plus credideritis alienæ linguæ, quam propriæ conſcientiæ; ſi vos non roſerit tinea adulationis; ſi vos non arſerit livor alienæ felicitatis; ſi vos non vexaverit neglectus animæ, & amor carnis; ſi credideritis Regem Chriſtum non pro ſe, id eſt, non pro ſua neceſſitate mortuum, ſed pro nobis, ut viveremus, qui mortui eramus; & vos plus ſtudeatis aliis vivere in ſalutis ſuæ utilitatibus, quam vobis ipſis in propriis voluntatibus; ſi ſcientes, vos eſſe morituros, & vos credideritis de factis propriis rationem Domino reddituros, & quæ digne receperitis, ſine fine & commutatione aliqua habituros.*

XXXV. Domus Regia qualiter diſponenda.

*Domum veſtram domeſticam ſic nutrite, regite, & diſponite, ut quando Regni populus ad vos convenerit, in vobis, & in domeſticis veſtris videant qualiter ſe atque domum cum quanta humilitate atque caſtitate, quam ſobrie, quam juſte, quam pie nutrire, diſponere debeant, & gubernare. Quia ſicut quidam ſapiens dixit: ſecundum mores domini erit familia cuſtodita. Et ideo domus Regis ſchola dicitur & diſciplina, quia non ſcholaſtici, id eſt, diſciplinati & bene correcti ſunt ſicut alii, ſed potius ipſa ſchola quæ interpretatur diſciplina, id eſt, correctio dicitur, quæ alios habitu, inceſſu, verbo, & totius bonitatis continentia corrigat. Et vos ſi caput illius non bene infixi in Domino virtutum, inimici forte fueritis: & vos cadetis, & qui a vobis pendent, labentur. Quapropter ſicut Dominus ſub poteſtate conſtitutos, ex tentatorum occaſione, docuit reddere quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo; ita & vos qui ſub Deo eſtis, & ſuper homines eſtis, reddite quæ ſunt Dei Deo, & ſicut Cæſar æquus, quæ ſubditorum ſunt, ſubditis reddite.*

XXXVI. Quæ Rex pius præſtare debeat.

*Reddite Deo puram, & immaculatam fidem & ſinceriſſimum cultum in ſacerdotibus, in Eccleſiarum privilegiis, in ſacris locis, in Eccleſiaſticis & religioſis viris ac feminis, in defenſione Eccleſiæ & Chriſtianitatis, in æquitate, & juſtitia populi Chriſtiani, in ſublevatione & tranquillitate, & conſolatione omnium indigentium, ſicut præmiſimus; reddite illi quotidianum penſum in quotidiana oratione, in juſtis & aſſiduis eleemoſynis. Offerte illi devotionem veſtram in ſacris oblationibus, & lachrymis, ſecundum multitudinem ac magnitudinem quotidianorum peccatorum profuſis: reddite ſubditis judicium cum miſericordia, juſtitiam cum æquitate: ſtudete exaltare humiles, & debellare atque humiliare ſuperbos: ſtudete a bonis plus diligi, quam timeri: curate, ut mali ſi non propter Deum, vel ſaltem propter timorem veſtrum, malum agere metuant: non plus apud vos lingua doloſa manus plena, obſequium indebitum valeat, quam veritas, æquitas & ſinceritas, ſcientes ſcriptum (a): Qui excutit manum ſuam ab omni munere, iſte in excelſis habitabit; unde conſequenter intelligi debet, & non aliud: munus enim eſt a lingua favor; munus a manu donatio; munus ab obſequio indebita ſubiectio.*

(a) Iſa. 33.

XXXVII. Miniſtri Regis quales eligendi.

*Conſtituite miniſtros palatii qui Deum cognoſcant, ament, & metuant, qui maximam curam gerant, quatenus quicumque mœſtuoſi palatium adierint, & per quos perrexerint, patrem & conſolatorem mirantes gaudendo vos videre, occurrant, non qualiter dicere nolumus gemendo, & maledicendo refugiant. Conſtituite Comites & miniſtros Reip. qui non diligant munera, qui odiant avaritiam qui deteſtentur ſuperbiam, qui non opprimant neque dehoneſtent pagenſes, qui meſſes, & vineas & prata & ſilvas eorum nequaquam devaſtent, qui illorum pecora, vel fuſcinchas, vel quæcumque illorum ſunt, non prædentur atque diripiant, ac per violentiam & mala ingenia quæ illorum ſunt, nullo modo auferant. Qui Epiſcoporum ſuorum conſilio quæ Dei ſunt, & Chriſtianitati conveniunt, faciant: qui placita non pro acquiſitione lucri teneant, ſed ut caſæ Dei, viduæ & pupilli, ac populus juſtitiam habeant, & plus litigantes ad concordiam ſalva juſtitia revocare ſtudeant, quam committere, ut ipſi inde aliquod lucrum poſſint habere; quos ſi pacificare non potuerint, tunc ſicut rectum eſt, juſtum judicium decerni cum magna ſolicitudine faciant, ſcientes ſcriptum eſſe: (b) Indicabo tibi homo quid ſit bonum id eſt, facere judicium & juſtitiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo; id eſt, ut quod illi placet, & tibi placeat, & facias; quod illi diſplicet, tibi diſpliceat, & non facias: quod ſi fragilitatem feceris, non contumaciter vel pertinaciter in tuo malo facto perſeveres, ſed ſtatim pedem ſicut a ferro calido revoca, & in viam voluntatis Domini tui dirige. Et ſicut ſcriptum eſt (c): Quia ſunt viæ, quæ videntur hominibus bonæ, & ducunt ad interitum: fac ſicut Scriptura tibi præcipit: (d) Quicumque es, homo, interroga de via bona, & ambula per eam. Quia ſi creditur Evangelio (e), ampla via eſt*

quæ

(b) Mic. 6.
(c) Prov. 16.
(d) Jerem. 16.
(e) Mat. 7.

*quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per illam; & arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam. Propterea quicumque es, homo, audi Prophetam, & ora cum Propheta (a): Legem pone mihi Domine viam juſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. Et (b): Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum. Et (c): Viam iniquitatis amove a me, & de lege tua miſerere mei. Quia ſicut Jeremias propheta dicit (d): Non eſt hominis via ejus, nec viri eſt, ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos, ſed a Domino diriguntur greſſus viri, & viam ejus volet. Ipſi Comites ſimiliter quantum potuerint, ſimiles ſibi timentes Deum, & juſtitiam diligentes per ſe miniſtros conſtituant: quia ſicut ſeniores ſuos benignos & affabiles pagenſibus ſuis viderint, & ipſi pro modulo ſuo illos imitari in omni bonitate, & juſtitia certent.*

(a) Pſ. 26. (b) Pſ. 118. (c) Ibid. (d) Jer. 10.

XXXVIII. Potentes humiliandi, & Epiſcopis ſubiiciendi.

XXXVIII. *Homines etiam & potentes ſæculi, qui inter illas ſeditiones legis jugum & juſtitiam æquitatis refugiunt, & talia, & tanta fecerunt, pro quibus Eccleſiaſticam & ſpecialem excommunicationem meruerunt: ad legis & juſtitiæ tramitem revocate, & ut ad nos Epiſcopos humiliter, ſicut eis neceſſe eſt, veniant, jubete, vel cogite; & ut Eccleſiæ, in quam peccaverunt, aut cum debita ac neceſſaria humilitate ſatisfaciant, aut humiliter, & veraciter ſe excuſent, qualiter abſolvi a Domino per miniſterium Epiſcopale valeant, ſuadete, atque regia poteſtate præcipite. Et ſi forte vos, vel quicumque alii de eorum ſocietatis, & conjunctionis communicatione infecti, & condemnati ſunt: pœnitentiam quiſcumque ſe recognoſcendo faciat, quia teſte ſacra auctoritate, non poterit abſolvi a ſuis, qui peccatis damnabiliter gravatur externis: ſicut orans Deum ſanctus propheta David demonſtrat, dicens (e): Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſervo tuo.*

(e) Pſ. 18.

XXXIX. Judices villarum quales conſtituendi.

XXXIX. *Judices denique villarum conſtituite, qui non ſint cupidi, qui non diligant avaritiam, & uſuras nec ipſi faciant, nec pecunias regias vel ſuas ad uſuras dent, neque a ſuis ſubditis uſuras fieri ſinant. Quæ omnia per vos ſuper omnes miniſtros veſtros ordine exigant, neque per angarias in tempore congruo illos affligant, neque per dolos, aut mala ingenia, ſive inconvenientes precationes colonos condemnent, quia ſi per tales & alias hujuſmodi affectiones pondus argenti vel auri habueritis in arca; majus & gravius pondus erit peccati, quod habebitis in conſcientia veſtra & anima. Ædificent villas veſtras moderatis caſtellis, ut & honeſtas neceſſaria ſit, & familia non gravetur. Laborent, & excolant terras, & vineas in tempore cum debita ſolicitudine: ſolvant, & diſpenſent laborata cum fideli diſcretione: faciant nutrimenta congrua & neceſſaria: cuſtodiant ſilvas, paſtionem defendant, & excolant prata, unde habeant pabula, quatenus non ſit vobis neceſſe per quaſcunque occaſiones quorumcumque hortatibus circumire loca Epiſcoporum, Abbatum Abbatiſſarum, vel Comitum, & majores quam ratio poſtulat paratas exquirere, & pauperes Eccleſiaſticos & fidelium veſtrorum manſuarios in caricaturis & paraveredis contra debitum exigendis gravare, & peccatum de facultatibus indebite conſumptis in animam veſtram congerere.*

XL. *Neque a Comitibus vel fidelibus veſtris plus ſtudeatis, quam lex & conſuetudo fuit tempore patris veſtri de hoc, quod de Francis acciperent, exquirere: quin potius habeatis unde ſufficienter & honeſte cum domeſtica Corte veſtra poſſitis vivere & legationes palatium veſtrum adeuntes recipere: & ſicut ſcriptum eſt, (f) unde poſſitis de juſtis laboribus neceſſitatem patientibus tribuere, quia Rex & largus debet eſſe, & non quod largiatur,* dona ſcilicet accipiat, *de injuſtitia, vel iniquitate debet conquirere. Judices vero villarum colonos diſtinguant, ut non Eccleſiaſticos homines, vel Francos pauperiores, aut alienos ſervos propter privilegium regium opprimant, aut ſylvas, vel quæcumque aliorum ſunt in ſua vicinitate devaſtent, quia Rex juſtus qui juſtitiam debet diligere, miniſtros & colonos impios & iniquos non debet habere, ſed omnibus in ſe, & in ſuis debet imitationem debitam demonſtrare: quia ſi ipſe Deum dilexerit, omnes boni diligent eum: & ſi ipſe Deum timuerit, omnes mali timebunt illum, & Rex atque ſui miniſtri per amorem Dei bonum faciant; & omnes bona facere doceant, ut per timorem Dei mala fugiant, & omnes in illis mala fugere diſcant. Miſſos etiam tales per Regnum conſtituite, qui ſciant qualiter Comites, & cæteri miniſtri Reipub. juſtitiam & judicium populo faciant; qui ſicut Comitibus præponuntur, & in ſcientia, & in juſtitia, ac veritate eis præemineant.*

(f) Epheſ. 4.

Rex magis dare, quam accipere debet.

XLI. Excuſatio Epiſcoporum.

XLI. *Hæc, quia litteris veſtris ſignificaſtis, quod nobiſcum de reſtauratione ſanctæ Eccleſiæ, & de ſtatu & ſalute populi Chriſtiani tractare velletis, dominationi veſtræ ſcripto pandere curavimus, quia & pro inclementia aeris, & propter inconvenientiam temporis, & propter imminentem diem Domini noſtri Natalis venire ad præſentiam veſtram nequivimus. Operamini vos interim iſta, quæ cum fidelibus veſtris ſine noſtra corporali præſentia operari valetis. Et cum tempus congruum, & ſacris Canonibus deſignatum advenerit,*



*rit, quando & pro paganorum infeſtatione, & propter exorti tumultus ac deprædationum atque rapinarum miſerrimam nimis confuſionem nobis licuerit cum dominis ac fratribus & provincialibus Archiepiſcopis & Coepiſcopis Synodum, faciente Domino celebrare, quæ his ſunt reſidua, cum eis ſicuti cum magiſtris, & patribus tractare, & veſtræ dominationi debitum conſilium dare ſtudebimus. Et ſi Deus ſoliditatem & ſalutem Eccleſiæ atque Regni in manu veſtra adunare, & proſperare decreverit, quæ cum Archiepiſcopis & Coepiſcopis noſtris plus congruere divinis diſpoſitionibus viderimus, agere ſub famulatu recti regiminis veſtri ſtudebimus. Potens eſt enim Deus minus bonum initium, in perfecte bonum commutare proceſſum, cui noſcitur eſſe poſſibile, quod impoſſibile ſolent homines judicare. Si enim ſapientia veſtra dignum judicat loqui, & tractare cum vicino Rege, ejuſque fidelibus, ſuadente & de iſta parte Regni domino noſtro, fratre videlicet veſtro: multo magis oportet vos expectare tempus canonicum, ut cum fratribus, & comprovincialibus Archiepiſcopis & Epiſcopis loquamur, quia generalis cauſa imminet totius Ciſalpinæ Galliæ; maxime autem nobis neceſſe eſt loqui cum illis Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui conſenſu, & voluntate populi Regni illius, dominum noſtrum fratrem veſtrum unxerunt in Regem ſacro chriſmate, divina traditione, quemque ſancta Sedes Apoſtolica mater noſtra litteris Apoſtolicis ut Regem honorare ſtuduit & confirmare.*

XLII. Reges quamvis mali, tamen reverendi.

XLII. *Legite libros Regum, & invenietis, quanta reverentia reprobatum, & abiectum a Domino Saul ducere dignum duxit ſanctus Samuel, cujus locum in Eccleſia nos licet indigni tenemus; & attendite quam magnipendat ſanctus David in locum illius electus, & unctus a Domino, mittere manum in Chriſtum Domini, cum Saul non ſolum ex alia progenie, ſed ex alia tribu eſſet & illum ejectum, & ſe electum a Domino cognoſcebat, & nihil infirmitatis Sauli David fecerat, ſed primum adjutorium, & devotam ſervitutem ei impendebat, & neque bello auferre, neque ingenti dolo illi Regnum ſubripere attentavit. Et cum multos ad hoc ſuaſores, & conſiliarios habuiſſet, nulli aurem, ut hoc moliretur, accomodavit, quamvis multas perſecutiones & morti proximas ab eo ſæpiſſime ſuſtinuerit. Inſuper bene ſcitis, quid de illo juſſerit, qui licet mendaciter, pro illius tamen gratia acquirenda ſe manum miſiſſe in Chriſtum, id eſt, unctum Domini, nuntiavit. Nam ſi eſt aliquis, qui hæc ignorat, nos ei dicemus, quia gladio eum interfici juſſit. Sic & qui infideliter & contumaciter in unctum qualemcumque Domini manum mittit, Dominum Chriſtorum Chriſtum contemnit, & in anima proculdubio ſpiritalis gladii animadverſione perit.*

XLIII. *Hæc dicimus, non ut exaggerationes contra dominationem veſtram incongruas exquiramus, ſed ut evidentius pro qualitate noſtri miniſterii, quid excepta debita fide & beneficentia, nobis in fratre veſtro reverendum ſit, demonſtremus. Talem nempe vos debemus, & volumus credere, ut nec vos Regni augumentum cum animæ veſtræ detrimento velitis habere, & neque nos cum tali dedecore ad adjutorium Eccleſiaſtici regiminis & gubernationis recipere, ut ſine ſacerdotio ſimus, quo privati erimus, ſi contra Deum, & rationis auctoritatem nos Eccleſiaſque noſtras vobis ſtuduerimus committere. Eccleſiæ ſiquidem nobis a Deo commiſſæ non talia ſunt beneficia, ut ejuſmodi Reges, & pro libito ſuo inconſulte illas poſſint dare, vel tollere; quoniam omnia, quæ Eccleſiæ ſunt, Deo conſecrata ſunt. Unde qui Eccleſiæ aliquid fraudat, aut tollit, ſacrilegium ſecundum ſanctam Scripturam facere noſcitur. Et nos Epiſcopi Domino conſecrati, non ſumus ejuſmodi homines ſæculares, ut vaſſallatico debeamus nos cuilibet commendare, ſed ad defenſionem & adjutorium gubernationis in Eccleſiaſtico regimine, Eccleſiaſque noſtras committere; aut jurationis ſacramentum, quod nos Evangelica, & Apoſtolica, atque Canonica auctoritas vetat, debeamus quoquomodo facere: manui enim chriſmate ſancto perunctæ, quæ de pane & vino aqua mixto per orationem & Crucis ſignum conficit corpus & Chriſti ſanguinis Sacramentum, abominabile eſt quicquid ante ordinationem fecerat, ut poſt ordinationem Epiſcopatus, ſæculare tangat ullo modo ſacramentum. Et linguæ Epiſcopi, quæ facta eſt per Dei gratiam clavis cœli, nefarium eſt, ut ſicut ſæcularis quilibet, ſuper ſacra juret in nomine Domini, & Sanctorum invocatione, niſi forte (quod abſit) contra eum ſcandalum accideret Eccleſiæ ſuæ, & inde ſic temperanter agat, ſicut Domino docente, conſtituerunt Rectores Eccleſiæ ſynodali concilio. Et ſi quando ſacramenta ab Epiſcopis exacta aut facta fuerint contra Deum, & Eccleſiaſticas regulas, quæ Spiritu ſancto dictatæ, & Chriſti ſanguine ſunt confirmatæ, irrita ſanctæ Scripturæ paginis declarantur, & exigentes, atque facientes medicamento exinde ſalutaris pœnitentiæ indigent.*

Nihil ſibi juris vendicent Reges in Eccleſias.

Nullum juramentum Epiſcopi Regibus præſtare debent.

XLIV. *Propterea expectate, domine, patienter, ſicut Princeps Chriſtianus, & Eccleſiæ filius, & honorate Eccleſiæ ſanctæ Rectores, ut vos honoret qui nobis dixit (a): Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et (b): Hono-*

(a) Luc. 10. (b) 1. Reg. 2.

*Honorantes me, honorabo; & qui contemnunt me, erunt ignobiles. Et (a): Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et in Pſalmo (b): Nolite tangere chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari: Et: (c) Qui maligna agunt, exterminabuntur; ſuſtinentes autem Dominum, ipſi hereditabunt terram, hoc eſt Regnum Dei. Et cum venerit tempus & locus (ſicut ſuperius diximus) loquemur cum noſtris confratribus, & ſicut Domini juſtis diſpoſitionibus viderimus convenire, ſine dubio faciemus. Et non eſt rationabilis cauſa, quæ contra hoc, quod petimus, vos debeat ſtimulare, quia non ſumus hujuſmodi homines, ut cum cognoverimus voluntatem Domini, velimus, aut debeamus quoquo modo reſultare, rixas & diſſenſiones, ſeu ſeditiones, quas vulgus vuerras, modo guerras, nominat, debeamus commovere, & conſerere, & tenere, quos Dominus pacis prædicatores & ſectatores voluit ordinare, & peccata noſtra, & nobis commiſſi etiam totius populi conſtituit plangere, & curare, & bellum cum vitiis, pacem cum fratribus juſſit habere. Nos equidem pacem, & quietem, non rixas & bellum optamus & quærimus: quia, ſicut dixit (d): Apoſtolus, non ſunt nobis carnalia arma, ſed ſpiritualia potentia Deo, qui ſumus (e) calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, induti loricam juſtitiæ, & galea ſalutis tecti, accincti lumbos in veritate, habentes ſcutum Fidei, & gladium Spiritus ſancti: (f) quia non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem, ſed adverſus principes, & poteſtates, adverſus rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Et non militamus terreno Regi, ſed cœleſti, pro ſalute & noſtra & terreni Regis, & totius populi nobis commiſſi. Quorum officium eſt, nulli nocere, contra neminem infideliter agere, omnibus autem velle prodeſſe.*

(a) Zach. 2.
(b) Pſal. 104.
(c) Pſal. 36.
Epiſcoporum eſt paci conſulere.
(d) 2. Cor. 10.
(e) Epheſ. 6.
(f) Ibid.

XLV. Malos conſiliarios caveant Reges.

*Tandem domine noſter Rex, contra Deum, & contra animam veſtram non audiatis illos qui dixerint (ſi forte vobis dixerint) non tibi curæ ſit Rex, quæ tibi referant illi fellones atque ignobiles: hoc fac, quod tibi diximus; quoniam cum noſtris, & non cum iſtorum parentibus tenuerunt parentes tui Regnum. Nos autem obſecramus dominationem veſtram, attendite potius (ſi Chriſtianus Rex eſtis, ſicut & Deo gratias, eſtis, & in illum creditis, & per illum regnare vultis, per quem, ſicut ſcriptum eſt (g): per me Reges regnant, cujus eſt Regnum, immo orbis terræ & plenitudo ejus) quia idem Deus in carne veniens, qui ſolus Rex fieri potuit & ſacerdos, & in cœlum aſcendens, ſuum Regnum, id eſt, Eccleſiam inter Pontificalem auctoritatem & regiam poteſtatem gubernandam diſpoſuit, non elegerit ad hoc divites, & nobiles, ſed pauperes, & piſcatores, & ſicut ſcriptum (h) eſt, ignobilia, & contemptibilia mundi elegit, ut confundat fortia. Et fieri poteſt, ut tales vobis iſta dicant (ſi forte minus neceſſario Deum timentes vobis dixerint) cum quorum parentibus diabolus, qui ſecundum (i) Scripturam, eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, Regnum Chriſti (quod eſt Eccleſia) conturbaverit, & nunc eos in regno ſuo, id eſt, in inferno retineat, & ſecum in ſæcula retinebit: pro certo autem ſciatis, quia cum noſtris parentibus, id eſt, cum Apoſtolis Chriſtus Rex Regum Regnum ſuum, id eſt, Eccleſiam conquiſivit, ampliavit, & erexit: & per nos & nobiſcum (utinam non ad judicium veſtrum dicamus) eamdem Eccleſiam, id eſt, Regnum ſuum quotidie acquirit, auget, & gubernat idem Dominus JESUS Chriſtus, ſicut dictum eſt a Domino Eccleſiæ per Prophetam (k): Pro patribus nati ſunt tibi filii, id eſt, pro Apoſtolis creavit tibi Epiſcopos, qui te regant, & doceant. Cum qua Eccleſia nobis a Deo commiſſa, Rex Chriſtiane ac domine, ſicut litteris veſtris juſſiſtis, jejuniis ac orationibus & litaniis Dominum, ſummum gubernatorem in navi ſanctæ Eccleſiæ fluctuante in hoc mare, id eſt, ſæculo naufragoſo, peccatis noſtris communibus dormientem, pulſare, & excitare, & pro vobis deprecari ſtudebimus, ut quanto citius pro ſua ineffabili dignitate evigilet, & imperet ventis ac mari, id eſt, tentationibus diabolicis, & inquietudinibus ſæcularium hominum, ut redeat quantumcumque tranquillitas, gratia, & miſericordia ejuſdem Domini noſtri JESU Chriſti, cui eſt, & ſit poteſtas & honor & gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hucuſque Epiſcoporum epiſtola ad Ludovicum.

(g) Prov. 8.
(h) 1. Cor. 1.
(i) Job. 41.
(k) Pſ. 44.

At non quievit Ludovicus Germaniæ Rex, ſed quo minus licuiſſe ſibi vidit rem agere cum Epiſcopis, ſe ad arma convertit, atque adverſus Carolum venit cum exercitu valido ſatis, qui tunc in expeditione adverſus Northmannos ad ripam Ligeris fluminis erat. Cum vero ipſe Carolus ſe longe imparem viribus eſſe fratri cognoſceret, cum paucis clam a ſuis ſe copiis ſubduxit, quæ ita ſine Rege relictæ, defecerunt ad Ludovicum. Cumque ad res componendas Ludovicus adiiceret animum, dimiſſis ſuis, illic hiemare paravit; ſed interim importune renuntiata rebellione Sorabica, coactus eſt ad propria reverti, ſicque Carolus ut prius, ex inſperato, Regni habenas liberas nactus eſt. Hæc omnia idem vetus Francorum Chronicon. XLVI.

Ludovicus ſumma rerum potitus cogitur redire in Germaniam.

In-



XLVII. Querela Caroli ad Pontificem, & Imp. adverſus Ludovicum fratrem.

Interea vero ipſe Carolus rebus conſulturus, Legatos miſit in Italiam, tum ad Ludovicum nepotem Imperatorem, tum ad Nicolaum Romanum Pontificem, expoſtulans cum utroque de Ludovico fratre, qui non læſus, cum exercitu validiſſimo Regnum ſuum eſſet aggreſſus. Non defuit officio Imperator, ſed & Nicolaus præſtitit quod patris & paſtoris eſt: qui ambo datis ad Ludovicum Regem Germaniæ litteris, eum admonuerunt, ne quid in Regnum alienum præſumeret, abſtineretque a cœptis, & (ut decet Chriſtianos Principes) charitatis vinculo juncti, & pacis nexibus vincti, quæ juſta, quæ ſancta, Deoque grata, populiſque utilia, meditarentur. His acceptis litteris Ludovicus, legavit ad Ludovicum nepotem Imperatorem, & ad Nicolaum Romanum Pontificem Othonem Fuldenſem Abbatem qui apud utrumque ſuam rectam in omnibus intentionem notam faceret, litteris Apologeticis ſe purgans apud utrumque. Porro hujuſmodi legatio per Fuldenſem Abbatem mitti contigit anno ſequenti, ut vetus ſæpe citatum Chronicon docet. Sed antequam ad ea veniamus, jam modo quæ reliqua ſunt anni hujus rerum geſtarum Nicolai Papæ videamus, indeque ad res Orientalis Eccleſiæ orationem convertemus. Quæ enim hoc anno ipſo ſui Pontificatus exordio Nicolaus Papa diverſis Urbis Eccleſiis dona contulit, Anaſtaſius, qui res ab eo geſtas ſingulas ordine temporum eſt proſequutus, hæc ait:

XLVIII. *Hic beatiſſimus Præſul divina inſpiratione repletus, in Diaconia ſanctæ Dei Genitricis Dominæ noſtræ, quæ vocatur Coſmedin, fecit veſtem holoſericam unam de ſtauraci habentem leones majores duos; fecit velum rotatum album unum ornatum in circuitu de Tyrio miræ magnitudinis. Obtulit item in dicta Diaconia gabatham ſaxiſcam de argento puriſſimo deauratam, quæ penſat libras duas & uncias quatuor. Fecit autem in baſilica Salvatoris, quæ Cæſarea dicta (nomen ſumptum a Conſtantino) Cruces de argento puriſſimo, quæ pendent ante Sacramentum ſubſtantiæ carnis ejuſdem Domini noſtri JESU Chriſti, in quibus ad laudem ipſius feſtis diebus cereus ardere ſolitus, penſantes libras quatuor & ſemis. Et in baſilica quoque ſemper Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, quæ vocatur ad Præſepe, fecit cantharum de argento fuſilem, penſantem libras octo & uncias quatuor. Idem a Deo protectus & beatiſſimus Pontifex ſuperno favore plenus, obtulit in baſilica beati Petri nutritoris ſui gabatham de auro puro pretioſis gemmis ornatam, penſantem libras tres & uncias octo. Item fecit in Confeſſione ipſius ſanctiſſimæ baſilicæ * jugulum de auro mundiſſimo, penſans libras duas. Similiter vero in dicta Eccleſia fecit Cruces de argento mundiſſimo numero ſex, penſantes libras tredecim & uncias quinque. Item & in baſilica Doctoris Gentium B. Pauli Apoſtoli fecit Cruces ex argento puriſſimo, quæ penſant libras quatuor. Item & in baſilica S. Laurentii martyris, quæ eſt ſita foris muros, fecit Cruces duas de argento puriſſimo, quæ penſant libras quatuor.*

Oblationes Nicolai Pap. ad diverſas Eccleſias.

XLIX. *Primo quidem Pontificatus ſui anno, cum aurea quædam ipſius beatitudini pretioſiſſimis compta gemmis corona perducta eſt, librarum habens pondera octo & un-*



PAGIUS XI. *Eodem anno Theodora ex Aula & Ignatius e Sede Conſtantinop. ejecti.*

Ad num. XLIX. & ſeqq. Depoſitio *Sancti Ignatii* a Patriarchatu Conſtantinop. quam Baronius & omnes alii cum præſenti anno conjungunt, contigit anno ſuperiori, cum paulo antea Michael Imp. *Theodoram* matrem Aula abire juſſiſſet. Nicetas enim in Vita Sancti Ignatii refert *Bardam*, penes quem tota Imperii adminiſtratio erat, quique *nurus ſuæ amore* furebat, hortatum ab Ignatio, ut fœdum & enorme ſcelus expiaret, *ipſo Epiphaniæ die feſto in ædem ſacram, Euchariſtiæ myſteria percepturum*, impudenter eſſe progreſſum, ſed eum Patriarcham a ſacris arcuiſſe, indeque Bardam omnem contra eum lapidem moviſſe, ut eum apud Imperatorem criminaretur. Hic aggreſſus aliquando adoleſcentem, verbiſque inſidioſis captans: *quid, inquit, Domine, imperium matri & ſororibus permittis? Atqui non es amplius infans, ævique immaturus: imo, inquit, etiam uxore ducta* (nempe Eudocia, ſeu Eudoxia, ut eam Nicolaus Papa Epiſt. XV. vocat, Decapolitæ filia) *virum agis: debes ergo in poſterum virilem animum gerere. Itaque a Patriarcha accerſito matrem & ſorores tonderi, velarique jube*, &c. *Accerſit ergo illico venerandum Patriarcham, &c. Tunc igitur Michael, &c. matrem, inquit, meam ſororeſque e veſtigio arreptas attonde, & religioſa velatas veſte vitæ religioſæ addicito. At libere Patriarcha; hoc, inquit, a me fieri nefas: nam Eccleſiæ gubernacula ſedemque ſacram cum ſuſciperem, fidem jurejurando meam per ſcriptum adſtrinxi, &c. Hæc memorantem Patriarcham Bardas reum majeſtatis poſtulavit, &c. Patriarcha ergo Michaeli ſuſpectus, ſtatim ad Eccleſiam ſe recepit. Michael vero extemplo matrem cum ſororibus in Cariani ædes detruſam deportari tonderique imperat. Nec multo poſt ipſum quoque Patriarcham Ignatium pellit atque in inſulam Terebinthum eiicit.* Ibi erat magnificum Cœnobium a Michaele Imp. Ignatii patre conditum, in quo vixerat Sanctus Patriarcha, poſtquam Monachum induit. *Plate & Hyatros, ac Terebinthus, quas Principes appellant inſulas, illius cura & ſtudio inhabitatæ, in ædes ſacras & Monachorum domicilia ſunt converſæ*, inquit Nicetas, quando de Ignatii Monachatu ſermonem habet.

XII. Cum itaque juxta eumdem Nicetam Michael cum Theodora matre *annos XV. & menſes octo* imperarit, anno ſuperiori die ſacro Epiphaniæ

*Bar-*

*uncias quatuor, ad Dei gloriam ſupra ſacratiſſimum ejus altare baſilicæ aureis catenulis ingenti exaltavit amore. Verum etiam in dicta Eccleſia B. Petri Apoſtoli nutritoris ſui obtulit gabathas ex argento puriſſimo numero octo, quæ penſant ſimul libras duodecim & ſemis. Item fecit in monaſterio SS. Stephani & Silveſtri, quod noviter fundavit ſanctæ recordationis domnus Paulus quondam Papa in Eccleſia, quæ vocatur S. Dionyſii, vela quatuor de ſtauraci.* Hactenus de oblationibus primi ejus anni, reliquæ ſuis deſcribentur locis pro temporis ratione.

Ignatii Patriarchæ Conſtantin. depoſitio.

Ad poſtremum autem quæ in hujus anni fine, in Orientali Eccleſia luctuoſa valde contigere, hic ultimo loco narremus. Hoc namque anno, cum Ignatius Conſtantinopolitanus Patriarcha undecimum ſedis annum expleſſet, atque duodecimum ageret, factione Bardæ Patricii, penes quem ſumma erat adminiſtrationis Imperii, e throno inique deponitur, tyranniceque in carcerem horrendum detruditur, atque Photius eunuchus ex laico indigne ſufficitur, conſecraturque die Natalis Domini, & per ſæcularem potentiam retinetur. Hic initium magnæ tragœdiæ haud uno vel altero actu finitæ, quæ ad multorum annorum curricula propagata, & ſub pluribus Romanis Pontificibus ducta, cuncta gemitibus replevit atque doloribus. Præceſſiſſe autem concilium, quo ab iniquis, & excommunicatis Epiſcopis ipſe ſanctus depoſitus eſt Ignatius, teſtatur (*a*) Nicolaus Papa in prima epiſtola, ab ipſo ſcripta ad Imperatorem, quod & teſtificatione ejuſdem Imperatoris litterarum conſtat. Quin etiam ante concilium celebratum, nimiis adverſariorum fatigatum anguſtiis atque preſſuris, ipſum Ignatium ſponte deſeruiſſe thronum, & Eccleſiam reliquiſſe, declarant primæ litteræ Nicolai Papæ ad Michaelem Imperat. ſuo loco inferius recitandæ. Sed videamus quæ de his ſcripſere veteres Græcorum hiſtorici. Joannes enim Curopalates antiquus hiſtoricus rem geſtam ſic aggreditur:

(*a*) *Nicol. ep. 5.*

L. Ignatius ob excommunicatum Bardam graviſſima paſſus.

*Hic Ignatius ſanctiſſimus Patriarcha, Bardæ propter uxoris inſontis repudium, & cum cognata ſibi ſponſa conſuetudinem Eccleſiam interdixit, ſiquidem divinos Canones non curabat. Cui poſtquam multum ſupplicans Bardas, ut eum ſibi placaret, veniam impetrare non potuit, omnino deſperata re, ad injuriam & ultionem, animum adiicit, eumque ex Eccleſia expellendum curat.* Nicetas qui res geſtas Ignatii vitam ejus ſcribens proſecutus eſt, tradit ſæpe ab Ignatio redargutum Bardam ob eamdem turpitudinem cum cognata. Verum ille non declinans a ſcelere, ubi die Epiphaniæ anni hujus in Eccleſiam ſe conferret, Euchariſtiæ ſumendæ cauſa, rejecit eum Igna-

PAGIUS

*Utrumque anno DCCCLVII. factum.*

*Bardas Scholarum Domeſticus* ab Ignatio ob ejus impudicitiam Dominici corporis participatione indignus judicatus, menſe Septembri ejuſdem anni Theodora & ejus filiæ in Monaſterium detruſæ, *nec multo poſt* Ignatius relegatus, die ſc. XXIII. Novembris, ut mox dicemus. Quare ejectio *Theodoræ* ex Aula & depoſitio *Ignatii* ad diverſos annos non pertinent, ut hactenus creditum, ſed uno eodemque, antecedenti nempe, & *Theodora* in Monaſterium conjecta, & *Ignatius* in exilium miſſus. Incredibile enim, *Bardam* Ignatium læſæ Majeſtatis crimine accuſaſſe, huncque poſtea menſes quatuordecim adhuc Patriarchatum geſſiſſe. Alii Hiſtorici Byzantini aliter rem hanc non narrant, & quando Nicetas ab iis diſſentiret, quod tamen dici non poteſt, ei, utpote Auctori coœvo, major fides adhibenda eſſet. Idem Nicetas loquens de reſtitutione Ignatii Baſilii Imp. tempore facta, ait: *dies erat Dominica* (anno nempe DCCCLXVII.) *tertia & vigeſima Novembris, quo etiam anni tempore prius in exilium pulſus erat.* Ita verſio Raderi. Verum textus Græcus habet, Κυριακὴ μὲν τῶν ἡμερῶν ἦν, εἰκάδα δὲ καὶ τρίτην εἶχε Νοέμβριος, ὥσπερ καὶ ὅτε πρῶτον ἐξωρίζετο, quæ verba ita vertenda: *dies erat Dominica, tertia & vigeſima Novembris, ut cum prius in exilium pulſus erat.* Nicetas itaque non tempeſtatem, qua Ignatius abdicatus aut in Sedem reſtitutus, ſed diem & menſem abdicationis & reſtitutionis notavit. Quare cum Auctor Libelli Synodici, qui hoc tempore vivebat, referat Synodum Conſtantinopolitanam currenti anno in Templo Apoſtolorum habitam a Photio, in qua legitur, *Ignatium annos undecim, menſes quatuor, dies viginti* thronum Patriarchalem occupaſſe, manifeſtum eſt, non ſolum *Ignatium* anno DCCCXLVI. die quarto menſis Julii, in quam Dominica cadebat, ordinatum fuiſſe; ſed etiam anno octingenteſimo quinquageſimo ſeptimo die vigeſima tertia menſis Novembris e Sede pulſum eſſe; cum a die IV. præfati menſis Julii ad diem XXIII. menſis Novembris anni DCCCLVII. anni XI. menſes IV. & dies XX. intercurrant, & Ignatii ordinatio, quæ nonniſi in Dominica facta fuit, ab anno DCCCXLVI. removeri non poſſit, ſicuti nec ejus depoſitio ab anno DCCCLVII. Auctor Additamenti ad Chronicon Sancti Nicephori, qui Ignatio tribuit *annos XI. & menſes V.* & Nicolaus Papa in Epiſtola II. ad Imperatorem Michaelem, in qua ait, Ignatium *per duodecim fere annos Regiæ urbis* innocue ſacerdotium egiſſe, numero rotundo locuti ſunt, & ab Auctore Libelli Synodici non diſcrepant.

XIII. *Photius in locum S. Ignatii intruditur.*

*Necdum triduum a Patriarchæ diſceſſu fluxerat*, inquit Nicetas, *cum adſunt qui putabantur inter Epiſcopos primarii, Chirographum ſive Libellum abdicationis ob præſentium temporum iniquitatem ab eo petentes, &c. Verum ii re infecta reverterunt. Intra paucos autem dies Patricii, Judicumque clariſſimi cum iiſdem Epiſcopis egreſſi, omnibus machinis & pollicitationibus, comminationibuſque compellebant, ut Epiſcopatu ſe abdicaret, ſi in apertum nollet committere ſe periculum. Sed non minus firmus immotuſque ſtetit, quam maritima cautes altis in terram defixa radicibus, fluctuum inſultibus nihil cedens,* &c. *Poſtquam igitur Adminiſtri Regii ſæpe tentata re, non potuerunt flectere Ignatium ad id quod*



Cur e throno depoſitus Ignatius.

Ignatius a communione corporis ſacri, cujus rei cauſa in eum Bardas inſaniit, furitque: in invidiam & odium præterea Ignatius ductus eſt, quod non paruiſſet Imperatori, cum ei præcepit, ut matrem Theodoram in monacham invitam tonderet: nam facinus indignum deteſtatus, illud perpetrare noluit. Acceſſit ad hæc præterea, quod Bardas accuſavit eundem Ignatium, quod contra Imperatorem Gebum quemdam ſeduxiſſet. Erat Gebus iſte ſtupidus homo, & mente non valde ſibi conſtans, qui paucis diebus ante Dyrrachio venerat, habitu quidem Eccleſiaſtico indutus. Hic cum ſe filium Theodoræ Imperatricis ex alio viro diceret, ei plerique ex populo quaſi regnaturo inhærebant; tunc autem in inſula, Acuta dicta, pro cautela tenebatur cuſtoditus. Hæc erant quæ in virum ſanctiſſimum obiiciebantur a Niceta recitata, qui mox ſubdit, his de cauſis ipſum relegatum fuiſſe in inſulam, cui erat nomen Terebinthus, ubi poſt tres dies rogatus eſt ab Epiſcopis, ad hoc miſſis renuntiare Sedi Patriarchali, dareque libellum renuntiationis, quod impetrare nullo modo potuerunt. Sed iidem iterum rem tentantes, ad hoc ipſum miſerunt Patricios & magiſtratus cum Epiſcopis, ut libellum renuntiationis ab ipſo acciperent, quod facere omnimode recuſavit, quamvis multis minis ab illis tentatus eſſet. Comminationes autem ad effectum eſſe perductas, Curopalates tradit, hæc ſubiiciens: *Et poſt multas atque incredibiles vexationes & cruciatus ad extremum in Copronymi ſepulcro includitur, impoſitis ipſi gravibus crudeliſſimiſque cuſtodibus. Et profecto deceſſiſſet e vita ſanctiſſimus hic vir præ graviſſima vexatione, ſummoque dolore, niſi pius ac religioſus quidam vir, cum quibuſdam de cauſis neceſſariis inde abiiſſent cuſtodes, e ſepulcro eum eduxiſſet, & convenientem illi curam præſtitiſſet. Quem & poſt magnam vexationem in Mitylenem relegat. Sed & alii complures Epiſcopi ſimilia his atque adeo pejora pertulere, eo quod iis, quæ fierent, non aſſentiebantur, neque ſe alium recipere velle Patriarcham, (quodcumque accideret) exclamabant. Attamen poſtmodum cedentes alii minis, alii pollicitationibus Bardæ voluntati obſequuntur, cum virtute & gloria pecuniæ cupiditatem & defectionem permutantes.*

Relegatur in inſulam Ignatius.

LI.

*Bardas autem Photium virum ob ſapientiam clarum, cum primus a ſecretis tunc eſſet,*

PAGIUS

*quod inique petebant, ſuam illo dignitatem fortiter & conſtanter tuente, a ſe ipſi conſilium de cætero petiverunt; rebuſque inter ſe diu agitatis, omnemque in partem verſatis, tandem Photium Protoſpatharium & primum a Secretis, Patriarcham urbis Regiæ deſignant; hominem ſane minime obſcurum & ignobilem, ſed claris & illuſtribus oriundum natalibus, rerumque civilium & politicarum uſu, prudentiaque & ſcientia clariſſimum. Grammaticæ enim literaturæ, & carminis pangendi, dicendique laude, quin & philoſophiæ & medicinæ, & omnium prope liberalium diſciplinarum externarum ſtudio, cognitioneque tantopere florebat, ut ævi ſui facile princeps haberetur, imo & cum veteribus jam certare poſſet,* &c. *Ergo jactis Sacerdotii ſui improbandis fundamentis, extrema initiis conſentanea ſortitus eſt. Nec enim repudiavit Eccleſiam, tanquam a profanis magiſtratibus profane & ſacrilege ſibi demandatam; neque velut alteri viro nuptam, ſibi per adulterium deſponderi veritus eſt, &c. Eratque vere cernere, ut fertur adagio, extemporalem fictitiumque, ſeu perſonatum ſanctum. Nam primo die Monachus ex Laico, altero Lector, tum Hypodiaconus ac Diaconus, & Presbyter: ſexto deinde, qui fuit Chriſti Natalis, & ipſe ſacrum conſcendens tribunal, pacem populo, nihil vera pace dignum cogitans, nunciavit.*

XIV. *Photius a Gregorio Syracuſano Epiſcopo depoſito ordinatur.*

*Photium* itaque hactenus laicum *Gregorius Asbeſta*, Syracuſanus Archiepiſcopus ab aliquot annis a Sancto Ignatio dignitate ob improbitatem depoſitus, anno ſuperiori Decembris die XX. ſacris initiavit; eoque die Monachum, altero Lectorem, tertio Subdiaconum, quarto Diaconum, quinto Presbyterum, ſexto Decembris ſcilicet die XXV. Natali Chriſti ſacro conſecravit. *Præſertim vero Photio*, inquit Nicetas de Asbeſta, *Photianiſque gratiſſimus honoratiſſimuſque, magnus quidam homo Dei credebatur. Quare ab eodem Photius primum eſt initiatus; qui hominis auctoritate inductus, totum ex illo adverſus inſontem Ignatium furorem hauſit: perinde quaſi ad hoc ipſum Patriarcha eſſet conſecratus, ut omnibus conſiliis, modiſque omnibus innoxium iret perditum.* Et quia Epiſcopi nonniſi in Synodo de more tunc depoſiti, habita Synodus in Palatio, cujus meminit Auctor Libelli Synodici, aitque: *In Palatio etiam Synodo vili coacta, Photium, qui primus a Secretis fuerat, ſurrogarunt*, Epiſcopi nempe quidam & Monachi elati Ignatio infenſi.

XV. *Photius, Bardas, & Gregoriani S. Ignatii perſecutores.*

Hanc enim Ignatii exauctorationem non ſolum Bardæ & Michaeli; ſed etiam Gregorio, ejuſque ſociis, quorum conſiliis Bardas uſus, quorum ſtimulis Michael concitatus fuerat, adſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius qui hoc tempore floruit, in Hiſtoria Synodi octavæ: *Fama crebreſcit, Bardam Scholarem Domeſticum & Theodoræ Imperatiricis germanum, inceſtu nurum propriam uſu fœdare. Quem Patriarcha criminis redarguit, interminatus excommunicandum, niſi a tanto flagitio ceſſaviſſet. Cujus redargutionis modum ille non ferens, prænotatis ſchiſmaticis ac depoſitis* (Gregorio ſcilicet & Gregorianis) *jungitur, & verſutum in Patriarcham ſarcinat argumentum. Perſuaſit enim Imperatori Michaeli, ut Matrem & Theclam ſororem ſuam, quæ & ipſa cum matre ac fratre imperii fuerat ſceptra ſortita tondere Patriarchæ præciperet, & in monaſterio collocaret. Quod cum Patriarcha renueret, pro eo quod utraque Imperatrix hanc interim non eligeret ſponte profeſſionem, maxime quia his ſecundum morem, ſicut cæteris Imperatoribus, & Imperatricibus juraverat, non ſe ullo in tempore inſidiaturum: Heus, inquit, Imperator, ſaltem nunc non advertis, Igna-*

Photius Ignatio ſubrogatur.

*eſſet, Patriarcham deligit. Et ubi advenere etiam Papæ Legati contra Iconomachos miſſi, eiſdem quoque ſuadent, ut ſuæ voluntati conſentiant. Quare in SS. Apoſtolorum templo coacto concilio, publico interdicto condemnant Ignatium ab exilio accerſitum.* Hæc de his Curopalates, & totidem ferme verbis Cedrenus, & alii recentiores omnes. Verum non hoc anno cuncta hæc accidere, & quod ultimo loco de Legatis Apoſtolicæ Sedis dicit, id quando contigit, ſuo loco dicetur. Hæc autem mixtim & confuſe a Græcis Hiſtoricis citatis de Ignatii exauctoratione, quam diximus, & Photii ſubrogatione narrata, ſuo ordine, quo ſunt geſta deſcribuntur a Niceta in Ignatii vita diſtincte ſatis. De Photio autem in primis agens, qualis eſſet, & cujus ordinis ante Patriarchatum, enarrat nimirum nobilitate inſignem, Protoſpatharium dignitate, munere a ſecretis Imperatori inſerviſſe, divitiis pollentem, ſcientiis ſæcularibus diſertiſſimum, antiquis etiam hac ex parte comparandum, ſacrarum vero litterarum expertem, ſed qui ſero licet, ubi eum invaſit libido ſpiritalis præfecturæ, eas non qua decet animi ſummiſſione aggreſſus, nullo uſus magiſtro, magiſtrum, qui docere alios poſſet, ſtatim profeſſus eſt, homo gloriæ appetentiſſimus ſexque diebus ex laico transformatus in Patriarcham, nimirum (ut inquit ipſe Nicetas) *prima die ex laico monachus, ſecunda efficitur Anagnoſtes, tertio ſubdiaconus, quarto diaconus, quinto presbyter, ſexto denique Patriarcha, ſedem patriarchalem conſcendens, alta voce populo pacem annuntiavit, nihil pace dignum cogitans.*

Photius qui qualiſve fuerit.

LII. Conatus Gregorii Epiſc. Syracuſani.

*Erat autem ejus initiationis Gregorius ille Syracuſanus excommunicatus, atque e throno jam ante depoſitus miniſter, & in omnibus auctor, Ignatii perduellis. Quod enim facinoroſum hominem multis diffamatum criminibus Conſtantinopoli exiſtentem, Ignatius ſuæ ordinationi noluerit eſſe præſentem, ab eo tempore expertus eſt eum inimicum, & adverſarium; utpote qui tunc eo accedens, ceras in quibus ordinatio Ignatii ſcripta erat, e manibus abiiciens, in Ignatii converſus contumelias, non paſtorem ſed lupum ordinari, coram omnibus impudens exclamavit. In eodem odio perſeverans, ſui ſimiles ſibi jungens, Petrum Sardorum Epiſcopum cognomento Miſerum, & Eulapium Apameæ, iis uſus eſt in Photii initiatione comminiſtris. Quod igitur undecim annis, quibus Ignatius ſedit, magno labore machinatus eſt, hoc tempore eſt conatus explere, ipſo die Natalis Domini, quo Photius ab eo eſt conſecratus.* Iſta Nicetas. Qui pergit dicere, poſt duos menſes, nempe anno ſequenti, diram perſecutionem a Photio excitatam adverſus Metropolitanos Epiſcopos omnes, qui perſtantes in Ignatii communione, chirographum obedientiæ Photio non obtuliſſent petitum: inſuper eumdem Photium inſimulaſſe Igna-

PAGIUS *Ignatium tua ſpirare neci; & matrem imperii alii geſtire, futuro ſcilicet Imperatori, ſociare marito.* Paucis interpoſitis: *Tunc Imperator aure tanti præſtigii credulus & iratus, matrem cum ſororibus tonſam Palatio pepulit, & Ignatium, ſchiſmaticorum ac Bardæ ſuggeſtione a regimine Patriarchatus abegit.* Quibus verbis penitus etiam jugulatur communis opinio, quæ Theodoræ ex Aula ejectionem & Ignatii depoſitionem duobus diverſis annis accidiſſe tradit.

XVI. *Vexatus S. Ignatius ut throno Conſtantinop. ſponte cederet.*

Venio nunc ad ea, quæ a Photianis hoc anno adverſus Ignatium & Ignatianos geſta: *Licet eſſent ab eo* (nempe Photio, inquit Nicetas) *per Metropolitas ſuos, a quibus eſt receptus, exacta Chirographa, ut paternum Ignatio honorem tribueret, omniaque ex ejus voluntate gereret, nec ulla in re moleſtus eſſet; ipſe tamen vix poſt duos a creatione ſua menſes* (menſe ſcilicet circiter Martio hujus Chriſti anni) *juramento ſuo violato, primum Ignatii familiares conjecit in vincula, diriſque plagis & flagris mulctavit; deinde rurſus blanditus, muneraque & honores pollicitus, Chirographa petiit, & omnibus modis ſtuduit adverſus Ignatium exitii cauſam reperire: cumque nihil horum, quæ ipſe cupiebat, inveniret, ſcelerato Bardæ, perque Bardam Michaeli leviſſimo ſuggerit, ut mittat, qui in Ignatium velut imperio inſidiantem ſevere inquirant. Ergo crudeles Præfecti, atroceſque ſatellites extemplo Terebinthum petunt, omniaque genera quæſtionum inſtituunt, famulos Ignatii tormentis omnibus excruciant. Poſtquam vero defecerunt ſcrutantes ſcrutinia, nec quicquam deprehenderunt, quo jure in illum animadverterent, aperto ſcelere in illum graſſantur,* &c. *Deinde vectibus, geminis ferreis, latronum inſtar, pedes ſtrinxerunt, anguſtoque concluſum ergaſtulo, duobus duntaxat pueris adminiſtris illi conceſſis, reliquerunt. Tota autem vis & vexatio eo pertinebat, ut Ignatius abdicationis libellum ſcriberet, ſpontequ throno Patriarchatus cederet,* &c. *Deinde Auguſto menſe appetente, in navigium conjectum Mitylinen deportant.* Epiſcopi Sancto Ignatio addicti in libello, quem anno DCCCLXIX. Concilio Conſtantinopolitano legendum tradiderunt, ab Anaſtaſio in hujus Synodi Geſtis Actione II. repræſentato crudelitatem Photii adverſus Ignatium pluribus exponunt: *Nonne dentes ejus* (nempe Ignatii) *radicitus evulſit* (ſcilicet Photius) *faciens eum in facie percuti? Nonne pedes ejus ferreis vinculis munivit*, & cætera a Baronio num. LIII. recitata, qui tamen perperam hæc ad annum DCCCLIX. pertinere ſcribit, perſuaſus hoc tantum anno *Ignatium* Sede deturbatum eſſe, quæ omnium hactenus ſententia fuit.

XVII. *S. Nicolaus Studita cum Photio communicare non vult.*

Florebat hoc tempore *Sanctus Nicolaus* Archimandrita Studitarum Urbis Conſtantinopoleos, qui poſtquam *Naucratius*, Ignatio Eccleſiam Conſtantinopolitanam regente, in Domino obdormivit, ei in Præfecturam Ordinis Acæmetorum ſucceſſit, eamque poſt triennium abdicatam reſumere coactus fuit. Is viſis quæ a Pho-



gnatium apud Imperatorem, quod exul in Imperium res novas moliretur, ejuſque rei cauſa miſſos judices quæſtionem diram de Ignatii familiaribus habuiſſe, & cum nihil reperiſſent, tunc vinctum ipſum Ignatium inde abducentes, ad Sacram inſulam ex Terebinthi inſula tranſtuliſſe, ubi eum in Caprarum ſtabulo concluſerunt, inde vero deduxerunt ad loca, Promethi dicta, ubi Leo ille, ſacrarum largitionum domeſticus, Ignatii maxillam pugnis appetens, duos ex illa excuſſit molares dentes. Poſtea vero compedibus ferreis eum vincientes, in anguſto carcere concluſerunt. Hæcque omnia agebantur, ut ab eo libellum renuntiationis ſedis extorquere poſſent. Inde tranſtulerunt ita vinctum ad Numera; imminente vero Auguſti menſe, naviculæ imponentes, deduxerunt in inſulam Mitylenem. Amicos vero ejus affectos verberibus, proſcriptoſque in diverſa loca exules miſerunt. Tunc & Baſilio Chartophilaci propter ejus in dicendo libertatem lingua amputata. Hæc omnia Nicetas pluribus, quæ cœpta hoc anno in ſequentem, ut audiſti, ſunt propagata, ſuoque ordine, quo geſta ſunt recenſita ab ipſo, qui horum ſpectator erat.

LIII. Quæ paſſus S. Ignatius.

Porro iſta etiam ſynodalia Acta proclamarunt: nam in primis quæ paſſus eſt Ignatius, & qui illi cohærentes Epiſcopi, libellus Epiſcoporum, qui oblatus eſt ſacroſanctæ Oecumenicæ octavæ Synodo, in Actione ſecunda recitatus, hæc poſt alia contra Photium continet: *Nonne dentes ejus radicitus evulſit, faciens eum facie percuti? Nonne pedes ejus ferreis vinculis munivit? Nonne eum cum lapſis, & fugitivis ſervis in fœtoribus, & ſordibus damnavit, ut moreretur, tempore non parvo? Nonne denudans eum veſtimentis, quæ induebat, vel prima parvula tunica, hujus crura ſcidit, & in ſepulcro, quod in modum rogi factum eſt, illum deluſum collocari fecit, lampadum, quæ ibi ardebant, aquam profundendo, ne dum ſiti cruciaretur, vel ex illa aqua ad ſe refocillandum potare poſſet? Nonne hunc rectum ſtare facientes, abſtulerunt illi virgam, quam tenens in manibus ea fulciebatur, ſenectutis ſuæ imbecillitatem conſolando? Nonne ſine cibo & potu multos eum dies tranſigere fecerunt? Nonne exulem illum fecit, ubi fiunt frequentes incurſus Barbarorum, & rapiuntur homines, qui in illis locis habitant, & gladii efficiuntur impendium? Sed quæ ab eo ſuſtinuit, tantæ multitudinis ſunt, ut dinumerare, in vanum laborare ſit: neque enim ſermo valebit hæc enarrare. Et tum quis erat, qui talia ſuſtinebat? Imperatorum filius, & Imperatorum nepos: ipſe Ignatius, qui Angelicam vitam ſubiens, habitu monaſticæ conver-*

PAGIUS Photio adverſus Ignatium fiebant, illius communionem vitavit, & *una cum fratre e monaſterio diſcedens, in ejuſdem hoſpitio degebat, quod Præneti ſitum eſt*, inquit Monachus Anonymus Studita in ejus Vita, a Combefiſio primum publicata, & a Bollando ad diem IV. Februarii recitata. Erat autem *Pranete* emporium ſitum e regione Nicomediæ in Bithynia. Hoc cum didiciſſent Michael & Bardas, Virum Sanctum Præneti convenere, ut eum a ſententia revocarent. Sed cum nihil ab eo obtinere potuiſſent, aliquo poſt tempore alium in ejus locum Præpoſitum ordinarunt, nullumque non moverant funem, quo Sanctum caperent. Verum Nicolaus *locum ex loco, cum egeſtate, tum ſenio confectus mutabat*, nec niſi Michaele ac Barda jugulatis, ſub Baſilio Imperatore regimen reſumpſit, ut fuſe narrat idem Anonymus, qui ſerius Vitam illam ſcripſiſſe videtur; cum dicat, *Bardam* fuiſſe Cæſarem, quando *Ignatius* in exilium miſſus eſt; qui error etiam a pleriſque Byzantinis Scriptoribus admiſſus; certum enim *Bardam* tunc Scholarum Domeſticum extitiſſe, & ut habet Porphyrogenneta in Vita Michaelis, hic Imperator eum Curopalatæ dignitate affecit, *præmium ſcilicet ob ſummotam ſororem ei hoc largiens*. Leo quidem Grammaticus in Vita ejuſdem Michaelis affirmat, Michaelem, cum Imperium nullo conſorte gereret, *Bardam* Scholarum Domeſticum inſtituiſſe, ac poſtea Curopalatem & Cæſarem declaraſſe. Sed Nicetas, qui de rebus Ignatii melius edoctus fuit, aſſerit, ut vidimus, *Bardam* Scholarum Domeſticum extitiſſe, quo tempore præfata in Theodoram & Ignatium acta ſunt. In Epiſtolis Photii a Richardo Montacutio in lucem editis tertia & ſexta inſcriptæ ſunt *Bardæ, Magiſtro, Patricio & Curopalatæ*; octava vero *Bardæ Cæſari*, quæ duo priores cum a Photio paulo ante creato Patriarcha, ut ex earum lectione liquet, datæ ſint, veteres, recenteſque Hiſtoricos, qui *Bardam* jam Cæſarem fuiſſe prodiderunt, cum Theodora in Monaſterium conjecta, & Ignatius Patriarchatu ſpoliatus fuit, valide refellunt. Porro *Photius* in iiſdem Epiſtolis III. & VI. & in aliis ad Nicolaum Papam ſcriptis perſuadere conatur, ſe Patriarchatum animo penitus invito ſuſcepiſſe, & Heterodoxi aliqui literis mandare non verentur, *Photio* in ſua cauſa loquenti non minorem fidem adhibendam eſſe, quam Nicetæ Ignatii diſcipulo, aliiſque hujus ætatis Scriptoribus, qui pene omnes in Photium invehuntur; ſed hæc refutatione non indigent, cum ea referre refellere ſit.

XVIII. *Geſta circa tempus exilii S. Ignatii.*

Porphyrogennetus in Vita Michaelis Theophili filii num. VII. & ſeqq. narrat, *Michaelem* pueritia egreſſum adverſus Iſmaelitas expeditionem ſuſcipere voluiſſe, non a ſe, ſed a Barda Curatore inductum. Ingenti *Bardas* imperandi deſiderio flagrabat, & diſcordiarum aliquid *Manueli* cum *Theoctiſto*, qui ambo Curatores erant, interceſſerat. *Manuel* Majeſtatis inſimulatus, ut vim invidiæ ſuperaret, a Palatio paulo longius receſſit, indeque quotidie veniens, iis intererat, quæ a Tutoribus in Palatio adminiſtrabantur. Bardas vero, qui non ſua, ſed *Theoctiſti* opera Manuelem ſic Aula ſubmoviſſet, ſua ipſe opera *Theoctiſtum* procul depellere ſtatuit, & poſtea occidendum curavit. Ubi *Theodora* immane illud ſcelus accepit, filium Imperatorem &

*verſationis indutus eſt, qui Deo placabilis, & Angelis reverendus, & dæmonibus metuendus apparuit.* Hucuſque de his, quæ ſanctus Ignatius paſſus eſt ante, & poſt intruſionem Photii, anno ſequenti. Quæ autem in alios minoris conditionis Epiſcopos idem Photius ſceleſtiſſimus perpetrarit, iidem Epiſcopi in plena Synodo Oecumenica ita deplorarunt:

LIV. *Ex his quot exiguitatem noſtram ſeveritatibus ſubmiſerit, etſi dicere non poſſumus, vos colligere, & noſſe valetis. Si enim talibus ſummis ſacerdotibus, ſcilicet Papæ Nicolao, ac ſtudioſiſſimo Patriarchæ Ignatio, talia operatus eſt: nobis utique humilibus mentis munditia qualia fecerit, non ignoratis. Multi enim ex nobis cum infidelibus gentibus in Prætorio mulctati ſunt, fameque & ſiti ſeu cæteris miſeriis afflicti, ad ſecandum marmora pro lignis damnati ſunt. Alii autem pro eo ut aut lignis ferirentur, ſpatha percutiebantur, his qui feriebant non ut ſacerdotes, neque ut homines carnem ferentes, ſed ut inanimata corpora percutientibus. Illud vero, quos calcibus ſubmittebant, & huic pœnæ ſubjectis viſcera evellebant, ut leve tormentum habebant. Id præterea, quot monilibus ferreis afficiebat, & catenis vinciebat, fœnum poſt multos dies in eſcam præbens, humanitatem multam eſſe putabat. Quot autem in tenebris & umbra mortis, in fœtoribus mortiferis includebant; nec tegebant cum facerent, ſed gloriantes, & cachinnantes magna voce, neſcientibus cum feritate atque jactantia loquebantur ludentes: & rogati, ut talibus miſericordiam præberent, magis inſaniebant & deterius cauſabantur. Alios etiam in extremitates orbis, in alienigenarum loca fecit* (*) *exiliare. His atrocitatibus ſubmiſſi nos, & in ſummum Sacerdotem noſtrum, & viros, qui cum illo perſeverabant, pejora his committi videntes, afflicti & fatigati ſumus, tam in aliis fieri aſpicientes, quam ipſi talia patientes, &c.*

* al exulare

Audiſti carnificinam ad deſtruendam Eccleſiam ab eunucho paratam, ut merito comparari poſſit perſecutio iſta quibuſvis aliis, ſive a ſchiſmaticis, vel ab hæreticis, aut etiam a Gentilibus adverſus Eccleſiam excitatis. Sed illis eo iſta deterior, quod immaniſſimus perſecutor præcipuam verbis præſeferret ſanctitatem, & quo minus probe factis caruit, eo magis verbis ſcriptiſque ſeipſum commendans, juſtus ſanctuſque, totuſque Apoſtolicus affectaverit apparere, ut ex litteris ejus inferius recitandis intelliges. Mea quidem ſententia nullus deterior perſecutor ita proſtravit orientalem Eccleſiam ac Photius, utpote qui præter iſta inſuper manibus pedibuſque conatus ſit eam a communicatione Eccleſiæ Romanæ divellere, cujus damna in dies graviora in hanc uſque horam experiantur infelices Orientales. Hæc autem hoc anno cæpta, in ſequentem ſunt propagata. Ut enim iſta omnia certitudine temporum conſignata relinquamus: hæc de Ignatio in ordinem redacto, & ſubrogato Photio, hoc ipſo anno facta eſſe, quo un- LV.

Photius deterior omnibus perſecutoribus.

PAGIUS XIX. *Romani a Saracenis ſuperati.*

& Bardam fratrem diris devovit, & ejulatu Aulam implevit. Quare uterque de ea ex Aula eiicienda cogitavit, quod & ab eis anno ſuperiori peractum, ut mox narravimus.

His relatis Porphyrogennetus ſcribit, Michaelem, poſtquam Bardam Curopalatæ dignitate ornaſſet, (quod hoc anno contigit, ut eruitur ex Epiſtola ſexta Photii *Bardæ Magiſtro, Patricio, & Curopalatæ pro Clerico Blaſii in periculis conſtituto* data, qua de re loquitur Nicetas pag. 1202. dum narrat geſta hoc anno menſe Auguſto) adverſus Iſmaelitas, & eorum *Amerem*, præfectum eſſe, & poſtquam *Samoſatam* Urbem ad Euphratem ſitam perveniſſet, eam obſidione cinxiſſe. Agareni timore per triduum ſimulato, cum impetu vehementi Romanorum caſtra aggreſſi ſunt, *tertia obſidionis die, quæ prima dierum, ipſaque Dominica fuit*, (die nempe Paſchatis) *ipſa hora, qua myſteriis impartiendi erant*, tantumque eis terrorem incuſſere, ut omnes fuga ſalutem quæſierint; ipſeque Michael ægre *tandem ſervatus eſt, ſuis omnibus caſtrorumque impedimentis in hoſtium poteſtate relictis*, ait Porphyrogenneta. Hanc cladem hoc anno Romanis illatam ipſe inſinuat; cum eam referat poſt narratam ejectionem Theodoræ Aug. aſſeratque tunc Bardam Curopalatæ dignitate cohoneſtatum fuiſſe, quod munus Michael Imp. hujus anni initio, & non antea in eum contulit, ut ex citatis Photii literis colligitur.

XX. Anno Arabum CCXL, anno Chriſti DCCCLIV. inchoato, regnante in Hiſpania Mahomete, *Toletani* adverſus eum rebellarunt, & *Ordonium* Aſturiarum & Gallæciæ Regem in adjutorium vocarunt, qui eis multitudinem *Aſturum & Navarrorum* miſit. Tum *Mahomet* collecto exercitu *Toletum* perrexit, cumque Chriſtiani & Cives ignorantes inſidias, quæ latebant, prælium inchoaſſent, de Chriſtianis uſque ad octo millia, de Toletanis vero uſque ad ſeptem millia perierunt. Per ſubſequentes annos rebellio perduravit, & Mahumetani rebelles male ſemper habiti. Tandem cum *Mahomet* iterum exercitum congregaſſet, Toletani Ameræ potentiam non ferentes, ſe ejus Dominio reddiderunt, qui eos benigne excepit anno Arabum CCXLV. anno Chriſti ſequenti inchoato. Ita rem narrat Rodericus Toletanus in Hiſtoria Arabum cap. 26. indicatque Aſturiæ & Legionis Regem nullum ex hac rebellione emolumentum percepiſſe.

*Toletani rebelles Chriſtianorum auxilium implorant.*

XXI. Hoc anno corpora *Sanctorum VVandregiſili* Abbatis Fontanellenſis primi, & *Ansberti* Archiepiſcopi Rotomagenſis ob metum Nortmannorum, propriis effoſſa ſepulcris, ad quoddam prædium *Blædulfi villa* appellatum deportata ſunt, indeque ad emporium *Quentovicum* a Bononienſi Urbe haud diſſitum, ubi in Eccleſia Sancti Petri Reliquiæ repoſitæ ſunt in Vigilia Aſcenſionis Chriſti, quæ in *V. Idus Maji*, ſeu diem XI. ejuſdem menſis incidebat, qui currentis anni character certiſſimus eſt, annique Caroli Calvi XVII. in Libello de Miraculis Sancti Wandregi-

*Furentibus Normannis Corpora SS. VVandregiſili & Ansberti in varia loca transferuntur.*



Schiſma in Eccleſia Conſtantinop.

undecimus expletur annus ſedis Ignatii, & inchoatus eſt duodecimus per plures menſes, tum teſtificatione Nicetæ conſtat, tum etiam ex Nicolai Papæ epiſtolis ita colligitur, quod cum ſæpe teſtetur, ipſum Ignatium throno privatum, cum jam duodecim prope annis in eo ſediſſet, huncque duodecimum annum ſedis ejus ſit numerare ab obitu S. Methodii, cui ſucceſſit anno Redemptoris octingenteſimo quadrageſimoſeptimo, menſe Junii: hoc ipſo utique anno Ignatium ſedere deſiiſſe, & Photium ſedem invaſiſſe certum eſt. Reliqua inferius.



PAGIUS

giſili a Mabillonio Sæc. II. Benedict. publicato, memorati. Ex portu Quentovico delatæ ſunt ad Urbem Bononienſem in ora Picardiæ poſitam. Tum *anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo nonageſimo quinto* utriuſque Sancti corpus ad Urbem Carnotenam delatum, ne in *Normannorum* manus veniret, ut eo anno videbimus. Vide quæ de hac Tranſlatione SS. Wandregiſili & Ansberti anno DCCC. num. II. ex eodem Libello in medium attulimus.

I. S. Eulogii Martyrium. ANno Redemptoris octingenteſimo quinquageſimonono, ſeptima Indictione, undecima menſis Martii, magnus ille promotor Martyrum, Chriſti præco, debellator Mahometanæ impietatis, Dei ſacerdos S. Eulogius deſignatus olim Toletanus Antiſtes, presbyter vero exiſtens Eccleſiæ Cordubenſis, de impietate diu oppugnata triumphans, martyrio coronatus migrat in cælum, addita ad palmam Leocritia, Mahometanæ gentis ſobole, ſed in Chriſto renata, & prædicatione ejuſdem Eulogii enutrita, atque ad martyrium roborata. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ab Alvaro ejus temporis rerum geſtarum ſinceriſſimo Scriptore accipiamus, qui in Eulogii vita hæc habet, ubi incipit ab ejus vinculis hiſtoriam recitare: *Nam eo die, neſcio cujus inſtinctu, quorumve inſidiis, & proditione locus Præſidi latibuli indicatur, & a militibus ad hoc miſſis, ex improviſo omnis illa eorum habitatio circumdatur. Actumque eſt, ut electus & prædeſtinatus Martyr præſentialiter adfuiſſet. In cujus præſentia jam dictam* Leocritiam *virginem educentes, eumque una pariter comprehendentes, verberantes, multiſque contumeliis affligentes, iniquo Præſidi & ſcelerato judici præſentarunt. Quem mox judex per flagella occidere cogitans, truculento vultu, & impatienti animo, vehementi furore accenſus, furioſis verbis interrogat; virginemque cur domo retinuerit minitando, diſquirit.*

II. *Cui libentiſſime & patientiſſime, more locutionis ſuæ ſplendide rei veritatem hoc ordine pandit: Præſes, ordo nobis prædicationis injunctus eſt, & noſtræ hoc fidei convenit, ut diſquirentibus a nobis lumen Fidei porrigamus, nullique ad vitæ itinera properanti, quæ ſancta ſunt, denegemus. Hoc ſacerdotibus competit, hoc religio vera depoſcit, hoc etiam Chriſtus Dominus noſter nos docuit, ut quiſquis ſitiens Fidei haurire flumina voluerit, in duplo potum inveniat, quem quæſivit.*

*Et quoniam hæc virgo Fidei ſanctæ regulam a nobis inquirere viſa eſt: neceſſarium extitit, ut illi noſtra eo ſe libentius applicaret intentio, quo ejus in amplius incenderetur affectio: nec decuit talia deſiderantem reiicere, præſertim illi, qui ad hoc Chriſti electus eſt munere: unde & ut poſſe mihi extitit, illuſtravi, & docui, & Fidem Chriſti viam Regni eſſe cœleſtis expoſui. Quomodo & tibi, ſi me diſquirendum putaſſes, libentiſſime facerem. Tunc Præſes turbido vultu virgas inducere juſſit, eum minitans flagellis perimere. Cui ſanctus dixit: Quid iſtis virgis exercere cupis? Animam (inquit) tuam per has educere volo. Gladium, ait, acue, & compone, pro quo animam a vinculo corporis expeditam ei reddas, qui dedit: nam flagellis membra diſſecare non æſtimes. Et mox clara invectione, & ſufficienti eloquio, falſitatem Vatis ſui & legis improperans, & prædicationis verbum ingeminans, ſub omni velocitate palatium ducitur, & ad Regis Conſiliarios uſque pertrahitur. Ubi unus ex ipſis illi familiariſſime notus, compatiendo inſiluit:*

III. *Si ſtulti, inquit, & idiotæ in hanc mortis deflendam ruinam devecti ſunt: tu ſapientiæ decore præcinctus, & vitæ*



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCC-XCVII. An. Hegiræ CCXLV. inchoato die 8. April. fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6352.

☉ 28. A. ☽ 5. P 26. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 859.

NICOLAI PAPÆ 2.

LUDOVICI IMP. 11. 10. & 5.

MICHAELIS IMP. 18.

A. C. 859. I. *S. Eulogius Cordubæ Martyrium facit.* ANum. I. ad VI. Nuſpiam magis Saracenorum graſſata eſt procella, quam in Hiſpania, ubi Chriſtianorum ac præcipue Monachorum magna ſtrages facta. Eorum defenſionem *Eulogius* Presbyter Cordubenſis Scriptis aggreſſus eſt adverſus nonnullos, etiam Chriſtianos, qui Martyres illos agnoſcere non ferebant, propterea quod ſeſe ultro Martyrio obiicerent. *Documentum Martyriale uno libro compoſuit*, cum Epiſtola ad Vuilleſindum Epiſcopum Pampilonenſem, lectu ſane digniſſima, in qua Seraſienſium & Legerenſium Monachorum mores egregie commendat. Ipſe tandem morte affectus pro Chriſto hoc anno, die Martii undecima; *Alvarus* enim Cordubenſis, intimus & maxime ejus a juventute amicus, & geſtorum conſcius in ejus Vita, a Bollando ad diem XI. Martii relata, ait: *Complevit Martyrium ſuum quinto Idus Martii, die Sabbato, hora nona*, ideoque hoc Chriſti anno, quo Sabbatum in diem XI. Martii incidit. Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. 2. loquens de Monachis hoc ſæculo Martyrium paſſis memoriæ lapſu ſcribit, *Alvarum* ſeu *Alvarium* ipſius Eulogii fratrem extitiſſe; in laudata enim Vita ſe tantum ejus amicum *Alvarus* appellat; recte autem oſtendit Mabillonius *Eulogium* Monachos ſummopere dilexiſſe, ſed ipſum fuiſſe Clericum, & Virginum Cœnobia Hiſpanica, quorum meminit Eulogius, duplicia fuiſſe, uti erant in Gallia & Anglia: Virginum Conventui Abbatiſſam, Virorum Cœtui Abbatem præfuiſſe, qui utriſque ſuperior erat, & denique duplicia apud Eulogium Monaſteria extitiſſe, *Tabanenſe*, *Cuteclarienſe* & *Pinnamellarenſe*.





*moribus illuſtratus, quæ te dementia huic mortifero caſui, obliterato naturali vitæ amore, committere compulit? Audi me, obſecro, & ne præcipiti caſu corruas, rogo. Dic tantum verbo in hora hujus tuæ neceſſitatis, & poſtea tua, ubi ubi potueris, utere fide. Promittimus te nuſpiam inquirendum. Cui beatiſſimus Martyr ſubridens: O, inquit, ſi ſcire potuiſſes, quanta Fidei noſtræ cultoribus maneant repoſita, aut ſi poſſem, quod meo retineo, tuo committere pectori: tunc jam non me a propoſito revocare conareris, ſed libentius te ab hoc mundiali honore amovere cogitares: & cœpit eis Evangelii æterni verbum porrigere, & prædicationem Regni conſtanti libertate infundere.*

*Qui illico, eum nolentes audire, gladio jubent transfigi. Cumque duceretur, unus ex eunuchis Regis alapa eum percuſſit; cui ille alteram faciem præparans, obſecro, inquit, ut hanc iterum verberando priori coæques: quam cum ſecundo feriret: ille patiens & mitis iterum priorem paravit. Sed impetu militum ad locum occiſionis deducitur. Ubi genua in oratione curvans, & manus ad cœlos extendens, ſignoque Crucis totum ſe muniens, paucis verbis intra ſe orans, cervicem mucroni extendit, & celeri ictu, mundum contemnens, vitam invenit. Complevit martyrium ſuum quinto Idus Martii, die ſabbato, hora nona.*

IV. *Et o felicem & admirabilem noſtro ſæculo virum, qui & præmiſit in multis ſui operis fructum, & reliquit in virgine ſe ſequendum. Secum victoriæ vexillum manibus elevans, & manipulum laboris ſui pro ſe Domino libans, oblationem puram & pacificas hoſtias offerens, & in ſe quæ alios docuerat, Chriſto rerum Domino repræſentans. Mox vero ut projectum eſt cadaver e loco eminentiori in ductum alvei, columba miro candore niveſcens, videntibus omnibus, ſecans aera pennis, ſuper corpus Martyris aligerans ſedit: quam omnes miſſilibus petris hinc inde abigere conantes, & nihilominus conſiſtentem repellere non valentes, manibus voluerunt cominus effugare. Sed illa in circuitu corporis non volans, ſed ſaliens, ſuper turrim corpori imminentem proprius reſedit, & ad corpus beatiſſimi viri vultum convertit.*

*Nec ſilendum eſt miraculum, quod ad laudem ſui nominis Chriſtus eſt ſuper corpus Martyris operatus. Etenim unus Aſtigitanæ civitatis incola, dum inter cæteros palatinum lunatim manſionis ſervitium ageret, ibique curſum ſuum vigiliis expediret, nocte aquam potare deſiderans ſurrexit, & ad prominentem canalis ductum, qui ſupra illa loca producitur, pervenit. Ubi vidit deſuper ſuper corpus ejus, quod deorſum jacebat, ſacerdotes miro candore niventes, luminaria coruſcantia retinentes, & pſallentium more Pſalmos gnaviter recitantes. Qua viſione perterritus, ad manſionis locum magis fugiens, quam rediens, repedavit, & ſocio omnia renuntians, cum eo iterum ad locum revertere voluit, ſed jam ſecundo cernere illud non valuit. Cujus beatiſſimi caput alio die curioſitas Chriſtianorum redemit, corporis vero reliquias tertio die collegit, & ſub umbra beatiſſimi martyris Zoili tumulavit.* V.

*Beatiſſima vero virgo Leocritia multis oblectationibus delinita, multiſque promiſſionibus impulſata: tandem divino munere ſoliditate fidei roborata, quarta poſt ejus martyrium die extitit decollata, ac in flumine Betis projecta. Sed aquis nec ſubmergi potuit, nec celari: erecto enim corpore pergens, mirum omnibus viſum præbuit, & ſic a Chriſtianis educta, in baſilica S. Geneſii martyris, quæ ſita eſt ad locum, Tertios, extitit tumulata.* Hactenus de ſanctis Martyribus, quibus Cordubenſis Eccleſia eſt mirifice illuſtrata. Nam cum toto ferme orbe terrarum dominarentur impii Mahometani, nullo alio loco (quod ſciatur,) niſi Cordubæ ita enituit frequens in perferendo martyrio Chriſtiana conſtantia, reliquis alibi non audentibus adverſus Sarracenorum obloqui impietatem, ſatis habentibus, ſi inter illos Chriſtianos eſſe liceret.

Quod ad res Francorum ſpectat, hoc eodem anno Ludovicus Rex Germaniæ perterritus litteris Epiſcoporum eum re- VI.



PAGIUS II. *Geſta a Francorum Regibus.* A num. VI. ad XXXIII. Quæ geſta ſunt hoc anno in Gallia inter tres Francorum Reges, his verbis narrat Annaliſta Bertinianus: *Karlus* (nempe Calvus) *Rex recuperatis viribus fratrem ſuum Ludoicum* (Germaniæ Regem) *nec opinantem aggreditur, & de regni ſui finibus pellit. Lotharius Rex ad Karlum patruum ſuum feſtinat, & die Dominico initii Quadrageſimæ in Arca Palatio publice ſacramentis viciſſim per ſe ipſos datis ſe ſe iterum confirmant.* (Arcæ olim villa Regia, vel potius Arcus, vicus eſt hodie in agro Macerienſi ad flumen Moſam in Neuſtriæ Regnique Lotharii, ſeu Auſtriæ confinio alias poſitus, Gallice *Arches*) *Karlus quædam Monaſteria, quæ antea Clerici habere ſolebant, laicis diſtribuit.* Paulo poſt: *Karlus Rex per diverſa loca Conventus Epiſcoporum agit, ſed quarto a Tullo Leucorum milliario in villa Saponarias* (locus erat una amplius leuca ab ea Civitate diſparatus, ubi ſupereſt hodie exigua tantum Eccleſia, ut obſervat Mabillonius lib. 4. de Re Diplom. pag. 322.) *cum Lothario & Karlo nepotibus ſuis Regibus Synodo Epiſcoporum aſſiſtens, libellum accuſationis adverſus Guanilonem Agendici Senonum Metropolitanum Epiſcopum porrigit. Qua tamen actio pro-*

De legatione Epiſcoporum ad Ludovicum Regem German.

darguentium, quas anno ſuperiori miſſas recitavimus, ab eorumdem Legatis expetiit, ut venirent, & quæ pacis eſſent, tractarent, & quidquid ea de re ipſe peccaſſet, abſolverent; ſe autem eſſe paratum, omnem quamvis duram ſubire conditionem potius, quam a Deo excidere, & ab Eccleſia fieri per reatum extorrem. Quamobrem iidem Epiſcopi, qui litteras ſcripſerant, minime officio defuere, ſed nobilem ad eum ornaverunt legationem Vvormatiam, ubi erat; immo & ex eis aliqui ejuſdem ſuſcepere onus legationis. Cujus quod extat ad ipſos Legatos datum tunc Commonitorium (ita vocabant Legatis inſinuata præcepta) hic tibi reddemus, ne adeo digna, niſi edantur, pereant monumenta antiquitatis; ſic enim ſe habent ex antiquis codicibus (a) accepta:

(a) Ex vet. manuſcrip. cod. Marc. Ant. Mureti, & alio Ant. Aug.

Commonitorium datum legatis Epiſcopis.

*Dilectis in Chriſto fratribus & conſacerdotibus noſtris, Legatis videlicet divinæ pacis ac noſtræ unanimitatis Hincmaro, Gunthario, Eveniloni Ærchiepiſcopis, & venerabilibus Coepiſcopis noſtris Herluino, Hildegaro, Advento, Hebboni, Hincmaro, Erchanrao, Epiſcopi quorum nomina ſubter habentur adſcripta. Qui favente Domino, & annuentibus glorioſis Principibus noſtris Carolo & Lothario, in Mediomatricum civitatem anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quinquageſimonono, Indict. ſeptima, quinto Kalend. * Junii ſynodali decreto convenimus.*

* al. Julii.

VII. *Nota, & (proh dolor) nimis eſt diſcordia, atque calamitatis pernicies, quæ factione quorumdam ſeditioſorum hominum nuper inter fratres Reges noſtros Hludovicum & Carolum accidit. Unde talia & tanta in Eccleſia nobis ad regendum divina dignatione commiſſa, & in hoc Regno perperam ſunt admiſſa, ut ipſo etiam auditu horribilia cognoſcantur. Et ſi hæc diſcordiæ peſtilentia diutius, operante humani generis antiquo hoſte, duraverit, quam exitialis & mortifera exiſtet, ipſi ſcitis. Qua de re memores, quid veritas miſſis prædicatoribus juſſerit, & divinus Paulus dicit: (b) Legatione fungimur pro Chriſto: reconcliamini Deo, legatione pro Chriſto fungentes vos fratres chariſſimi Legati Dei amatæ pacis: quoniam exinde jam vos ad glorioſos Principes noſtros Carolum & Lotharium Epiſcopali auctoritate, non minus ad Dominum Hludovicum Regem glorioſum, mediante Domino, ordinavimus, ſicut Salvator (c) dicit: In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui, & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra; ſin autem, ad vos revertetur, qua aut erit quiſque prædeſtinatus ad vitam, & cœleſte verbum ſequetur, quod audiet, aut ſi nullus audire voluerit, ipſe prædicator ſine fructu non fuerit.*

(b) 2. Cor. 3.

(c) Luc. 10.

VIII. *Poſt prædictam vero, & poſtulatam pacem legatio veſtræ paternitatis hujuſmodi erit conditionis, ut idem Rex nobis, & utinam Deo ſemper amabilis, admiſſorum indulgentiam conſequatur; videlicet, ſi ſeſe de omnibus, quæ cum malitioſorum hominum perſuaſione atque ſeductione in parochiis noſtris, fratrumque noſtrorum perpetrata ſunt, veraciter recognoverit, ſicut ſcriptum eſt: (d) Juxta eſt Dominus iis, qui tribulato ſunt corde, &: (e) Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, quoniam cor contritum, & humiliatum Deus non deſpiciet. Et ſicut hi, qui ficte Deum quærunt, minime inveniunt; ita (f) prope eſt Deus omnibus invocantibus eum in veritate. Et ſi poſt veram recognitionem, * pariter confeſſus fuerit: quia dicit Scriptura: (g) Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Et ſi (h) confiteamur peccata noſtra; fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, ac emundet nos ab omni iniquitate.*

(d) Pſ. 33.

(e) Pſ. 50.

(f) Pſalm. 144.

* al. puriter

(g) Prov. 28.

(h) 1. Joan. 1.

IX. *Poſt puram autem confeſſionem ſi promiſerit quæ male geſta ſunt, per dignos pœnitentiæ fructus, præveniente, adiuvante, & ſubſequente divina gratia, ſe pro viribus emendaturum; quia ſcriptum eſt (i): Facite fructus dignos pœnitentiæ, ut tanto majora quærat bonorum quiſque lucra, quanto graviora ſibi in-*

(i) Luc. 3.

PAGIUS *pter abſentiam ejuſdem Guanilonis Epiſcopi delata eſt. Inde ad conloquium fratris ſui Ludoici Regis in inſula Rheni inter Autumnacum & Confluentes properat. Cujus conloquii effectus differtur uſque ad VIII. Kalendas Novembris apud Baſiliam civitatem. Quo Ludoico adveniente Karlus propter Lotharii abſentiam ab itinere cœpto revertitur. Aquitani ad Karlum puerum* (Caroli Calvi filium) *omnes convertuntur. Pippinus Rotberto Comiti & Britonibus ſociatur.* Paucis interpoſitis: *Lotharius fratri ſuo Ludoico Italorum Regi quandam regni ſui portionem attribuit, ea videlicet quæ ultra Juram montem habebat,* (id eſt Genuam, ſeu Genevam a Scriptoribus modo Jenuam, modo Januam, alias Genuam, alias Gennavam, vel Jenebam appellatam) *Lauſonnam & Sedunum civitates, cum Epiſcopatibus, monaſteriis, & Comitatibus: præter Hoſpitale, quod eſt in monte Jovis, & Pipincenſem Comitatum. Guanilo Epiſcopus Senonum abſque audientia Epiſcoporum Karlo Regi reconciliatur.*

III. Annaliſta Fuldenſis, poſtquam dixit Placitum ad Urbem Baſileenſem condictum fuiſſe, ſubdit: *Interea vero cum ſuis habita, locutione, Thiothonem Fuldenſis cœnobii Abbatem ad Ludovicum Regem Italiæ nepotem ſuum & ad Nicolaum Apoſtolicum Apologitica intentione Romam miſit* (nempe Ludovicus Germaniæ Rex) *reſponſa eorum, ſi eſſet poſſibile, ad condictum Regale Pla-*

*Legatio Ludovici Germaniæ Regis ad Nicolaum PP. & Ludovicum Aug.*



*intulit damna per culpam. Quoniam & illi beati (a), quorum tecta ſunt peccata; & ut ſcriptum eſt, quia peccavit, & populum peccare fecit: tanta ſint bona, quæ tanta operiant mala. Deinde ſi ſpoponderit, ad pacem & concordiam præſentialiter, & in toto corde & ore, quanto citius rationabiliter & poſſibiliter, atque convenienter ex communi conſenſu fieri poterit, etiam præſentia corporis ad pacem & concordiam cum fratre ſuo Carolo ſe rediturum, & in pace & charitate Deo placita cum præfatis Principibus noſtris Carolo atque Lothario, ſi ipſi eamdem pacem, & concordiam erga eum ſervaverint, permanſurum: & in ſe peccantibus debita ita dimiſerit, ſicut ſua debita a Deo ſibi cupit dimitti: quia itidem Scriptura dicit (b): Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum & mala cuncta bonis ſequentibus deleantur. Tantum eſt diſcordiæ malum quæ niſi extincta funditus fuerit, bonum nullum ſequi, Evangelio teſte, permittat (c). Et charitas eſt, quæ operit multitudinem peccatorum, ſine qua etiam ſi quis corpus (d) ſuum tradat ad ignem, nihil ei niſi ad damnationis judicium proderit. Et Dominus dicit (e): Si non dimiſeritis hominibus peccata eorum, nec Pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra.*

(a) Pſal. 31.

(b) Hebr. 12.

(c) 1. Pet. 4.

(d) 1. Cor. 13.

(e) Matt. 6.

X. *Poſt hæc ſi promiſerit, quod jam ulterius tale vel ſimile ſchiſma in hac ſancta Dei Eccleſia, atque in iſta Chriſtianitate non iteret. Nam ſcriptum eſt (f): Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lavatio ejus? Baptizatur quippe a mortuo qui mundatur fletibus a peccato; ſed poſt baptiſmum mortuum tangit, qui culpas poſt lachrymas repetit. Et iterum (g): Canis reverſus ad vomitum ſuum, ſus lota in volutabro luti: Quia qui peccatum poſt pœnitentiam repetit, quaſi in lutoſa aqua ſus, ſemetipſum volvit, vitæ munditiam ſubtrahit, ipſas etiam lachrymas ante Dei oculos ſordidas facit.*

(f) 1. Cor. 15.

(g) 2. Pet. 2.

XI. *Tunc demum promittat ſe ab illorum perditorum hominum tuitione, atque favore per quos tam graviter Deum offendit, diſiungere. Et qui quaſi ad ejus fidem, ſed potius infideliter ad eum venerunt: ad rectam rationem in proximo placito ante fratrem ſuum Carolum, & nepotem ſuum Lotharium, ſicut Deo teſte apud Marſnam propria manu firmaverit, venire ſi potuerit: faciat, & quæcumque illorum recta ratio ſignificaverit, digne honore ſuo fruatur. Et qui per rectam rationem ante ſeniorem ſuum juſtificari non potuerit, rationabilem miſericordiam illi obtineat. De illo vero, quem recta ratio, & juſtum judicium condemnaverit, & Rex Chriſtianus cum Rege Regum Chriſto condemnet, & alienæ perditioni ſe non commiſceat; quia, ut Paulus dicit (h): Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui male facientibus conſentiunt, digni ſunt morte. Unde ſanctus Innocentius dicit quia non multum intereſt inter committentis animum, & conſentientis favorem. Addo amplius: plerumque dediſcit errare, cui nemo conſentit. Et iterum S. Paulus (i) cum talibus hominibus nec cibum ſumere permittit. Et S. David, dum totum ſe ad fœdera pacis internæ conſtringeret, teſtatur quod cum malis concordiam non teneret, dicens (k): Nonne qui te oderant Domine, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi. Inimicos enim Dei perfecto odio odiſſe eſt, ad quod facti ſunt, diligere, & quod faciunt increpare. Mores pravorum premere, eſt vitæ prodeſſe. Hinc Phinees peccantem civem coeuntem cum Madianitide (l) perculit, & iram Dei ipſe iratus placavit. Et Joſaphat, qui tot de anteacta vita præconiis attollitur, de Æchab Regis amicitiis pene periturus inculpatur, cui a Domino per Prophetam dicitur (m): Impio præbes auxilium, & iis, qui oderunt Dominum, amicitia jungeris: & idcirco iram quidem Domini merebaris; ſed bona opera inventa ſunt in te. Hinc ſacri Canones promulgati a Spiritu ſancto dicunt, ut hi, qui poſt excommunicationem, vel*

(h) Rom. 1.

(i) 1. Cor. 5.

(k) Pſal. 138.

(l) Num. 25.

(m) 2. Par. 19.

PAGIUS *Placitum perlaturum; a quibus honorifice ſuſceptus, cum de geſtis præteriti anni Regem per omnia rationabiliter excuſaret infamia* (id eſt, excuſando liberaret infamia), *Apoſtolica fultus Epiſcopus* (loco Epiſcopus, legendum, *Epiſtolæ* ex MS. Cæſareo apud Lambecium Tom. II. Biblioth. Cæſ. pag. 349. ubi locus iſte purus eſt) *rediens, juxta lacum Briganticum ad Regem venit, de loco prædicto Placiti jam tunc reverſum, quia ad condictum diem vel locum Placiti neuter ſibi Regum occurrerat. Qui cum de legatione ſua Regi per omnia ſatisfeciſſet, accepta licentia ad proprium rediit monaſterium.* Placitum itaque Baſileenſe habitum non fuit.

IV. Ex his lucem accipiunt quæ Baronius ex Capitularibus Caroli Calvi hoc anno refert. Reverſo in Regnum ſuum Germanicum *Ludovico*, & operam dante, ut Caroli Calvi fratris, ac Lotharii nepotis animos expeditione anno ſuperiori ab eo ſuſcepta offenſos ſibi reconciliaret, decreta eſt ad illum ex Synodo Metenſi Legatio Epiſcoporum novem cum mandatis, ut indulgentiam illi certis legibus offerrent. Ea Synodus Metenſis in Capitularibus Caroli Calvi tit. XXVIII. legitur, diciturque habita *anno Incarnationis Dominicæ* DCCCLIX. *indictione VII. V. Kal. Junias.* Literæ ibi datæ, ſeu Commonitorium de indulgentia Ludovici Regis referuntur a Baronio a numer. VI. ad XIV. In iis *Hincmarus* Remenſis, *Guntharius* Colonienſis, & *Vvenilo* Senonenſis Archiepiſcopi, & ſex Epiſcopi nominantur, qui ad Ludovicum Re-

*In Concilio Metenſi agitur de indulgentia Ludovici Regis Germaniæ.*

vel interdictum cum excommunicatis communicaverint, condemnati habeantur. Et S. Cyprianus Regis miniſterium eſſe dicit, impios de terra perdere, homicidas, perjuros, adulteros, veneficos, ſacrilegos non ſinere vivere. Et in libro Regum ſcriptum eſt, dicente Domino per Prophetam (a): Qui dimiſerit reum morte dignum, erit anima ſua pro anima illius, & populus ſuus pro populo illius. Et quam noxia ſit indebita erga iniquos miſericordia, monſtratur in opere Saul ac (b) Samuelis quoniam cui Saul pepercit offendens Dominum, Samuel propheta in fruſta conſcidit. Nam ſicut quiſque in ſe peccantibus debet propter Deum dimittere, ita in peccantes in Deum, & Eccleſiam conculcantes, & Regni pervaſores, & Chriſtianitatis depopulatores, & pacis perturbatores, & patriæ proditores debet miniſter Domini Rex debitam vindictam propter Deum exercere. Quapropter ſciat Rex nobis amabilis, quia ſicut infirmus * lavari non poteſt qui a medico coquitur, quamdiu ferrum ignitum in illius tenetur corpore: ita & nemo ſanari poteſt a peccato, quamdiu ei, qui in peccato manet, ſcienter, & libenter communicaverit.

(a) 3. Reg. 20.
(b) 1. Reg. 15.
Quæ Rex in delinquentes præſtare debeat.
* locus corruptus.

XII. Tandem ſi ſe promiſerit adiutorem, & cooperatorem Dei pro viribus de cætero & rationabiliter futurum, qualiter Eccleſia Dei, quæ in ſuo Regno, ac Regnis noſtrorum Principum una eſt, ſicut & unum Sacerdotium, ſecundum qualitatem periculoſi temporis in unoquoque ordine reſtituatur, & Sacerdotes Dei debita privilegia, & Eccleſiaſticum vigorem obtineant, & populus juſtitiam habeat & pacem: congregatis vobis & noſtro, immo divino Spiritu, qui eſt remiſſio omnium peccatorum, per Eccleſiaſticam Apoſtolicæ auctoritatis poteſtatem, illi peccata in noſtris parochiis, per illum & ab illo commiſſa, Eccleſiaſtica pietate, & canonico more dimittite, eique indulgentiam poſtulanti donate: atque illum ſacræ communioni, qua ſe ipſe privaverat excommunicatis communicans, reſtituite. Et licet multorum annorum ſecundum præfixos a ſacris Canonibus gradus pœnitentiæ hæc perpetrata facinora indigerent: tamen confiſi de Dei miſericordia, apud quem non ſic acceptatur menſura temporis, ut doloris, nec abſtinentia ciborum ſicut mortificatio vitiorum: non præjudicantes Patrum ſententiis, quæ de hujuſmodi decreverunt; ſed potius ſequentes eorum humaniorem definitionem hæc ſcribimus. Ait ſancta Synodus Africana: Pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora diſcernantur. Et ſanctus Leo Apoſtolicæ Sedis Pontifex: His inquit, qui in tempore neceſſitatis, & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera confeſſio, dicente Dei Spiritu per (c) Prophetam: Cum converſus ingemuerit, tunc ſalvus erit, & alibi (d): Dic iniquitates tuas prior, ut juſtificeris. Item propheta David inquit (e): Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. In diſpenſandis itaque donis non debemus eſſe difficiles, nec ſe accuſantium gemitus lachrymaſque negligere, cum ipſam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente Apoſtolo: (f) Ne forte det illis Deus pœnitentiam, ut reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem. Et ſanctus Gregorius in homilia dicit: Veniat foras mortuus, id eſt, confiteatur peccator; venientem vero foras ſolvant diſcipuli; ut paſtores Eccleſiæ ei pœnam debeant admovere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit.

(c) Ez. 33.
(d) Iſ. 43.
(e) Pſ. 129.
(f) 2. Tim. 2.

XIII. His perpetratis, fratres chariſſimi (ſicut diximus) jam dictum Regem nobis amabilem ſi ita contemperatum divinæ voluntati & ſacræ auctoritati inveneritis, ſecundum miniſterium vobis a Deo traditum cum noſtra unanimitate abſolvite. Sin alias, vos nullo modo cum eo, quem abſolvere non poteritis, ligare nolite: quoniam nec coram Deo, nec in Synodo nos in eo auctores habebitis. Si agere aliter (quod abſit) præſumpſeritis, vos & in Synodo, & coram Deo pro facto irrito dabitis rationem. Et ſi ipſe (quod Deus longe faciat) ea, quæ egit, unde illum nunc commonere vos mittimus, reiteraverit, omnia & ante divinos oculos, & ante Eccleſiaſtica judicia redivivo vulnere curanda, & amputanda noverit revenire. Si quid contra ſanctam auctoritatem præſumptum, & ſubreptum, ſive extortum fuerit: non ſolum in divinis examinationibus, verum nec in divinis legibus quidpiam prævalebit. Et non ſit de cætero immemor idem Rex glorioſus, quod dicit S. Gregorius: Sciendum eſt (inquiens) quia quiſquis illicita nulla commiſit, huic jure conceditur, ut licitis utatur, ſicque pietatis opera faciat, ut tamen ſi noluerit, ea quæ mundi ſunt, non relinquat. Quilibet vero tanto a ſe licita debet abſcindere, quanto ſe meminit & illicita perpetraſſe. Neque enim par fructus eſſe boni operis debet ei qui minus, & ei qui amplius deliquit, aut ei qui in nullis, & ei qui in quibuſlibet facinoribus recidit, ſed tanto quiſque majora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto graviora ſibi intulit damna per culpam. Unde a vobis noſtra, quin potius Dei voce commoneatur, ut ſic ſtudeat præteritorum pœnitens, & imminentia atque futura cavens, Deo militare in Regno terreno, quatenus mereatur conregnare Chriſto in Regno cœleſti. Hucuſque Epiſcoporum ad Legatos admonitio. Sequitur in codice eorumdem Legatorum de iis, quæ apud eumdem Regem geſta ab eis eſſent, ſcripta relatio iſtis verbis:

XIV. De indulgentia ſua nobis Hludovicus Rex pridie Nonas Junii in Vvormatia dixit: Volo vos precari, ut ſi in aliquo veſtros animos offendi, ut hoc mihi perdonetis; ut in antea ſecuri vobiſcum loqui poſſimus. Ad hæc Hincmarus, qui primus in ordine in ſiniſtra parte illius ſtetit, prædicens: Iſta cauſa cito ad effectum pervenire poteſt, quia quod nos offerimus, hoc vos petitis. Et monente Grimoaldo & Theodorico Epiſcopis, iterum Hincmarus dixit: Nihil contra me feciſtis, unde rancorem in mente contra vos teneam: quia ſi facerem, ad altare, ut Domino ſacrificarem, accedere non auderem. Iterum monentibus iiſdem Grimoaldo, & Theodorico ac Salomone, dicente ipſo Theodorico: Hæc verba facite, ſicut Senior noſter precatur, parcite illi. Reſpondit ipſe Hincmarus hæc eadem verba: Quod in me, ideſt, in meam perſonam offendiſtis, & peperci, & parco. De hoc autem quod in Eccleſia mihi commiſſa, & in populo male eſt factum, voluntarie vobis dono conſilium, & ſecundum Deum præſto auxilium, ut inde ſalvi ſitis, ſi vobis placet.

Relatio Epiſcoporum legatorum.

XV. Et præfati viri reſponderunt: Certe bene dixit, & cæteri fratres noſtri in hæc verba & ſenſerunt, & proſequuti ſunt. Tanta & talis indulgentia illi largita fuit, & non altera, neque amplius. De ſcripto autem, quod confirmatum nobis eſt traditum, nec ipſi quidem quæſivimus, nec nos illi aliquid diximus, quoniam necdum cum illo ex hujuſmodi in ratione eramus. Ipſe autem prius hæc, & alia nos egiſſe ſuggeſſit, quod non egimus. Ex hoc materiam ſumens, quod Gunthaius illi familiariter ut eum inſtrueret, & ad ſatisfactionem provocaret, ſcriptum relegit, ita inquiens: Vos mihi tranſmiſiſtis veſtram epiſtolam, cum capitulis vos veniſtis, cum cauſa facta: nos non ſumus hic, niſi duo, vel tres, qui ſine aliis huc exilivimus. In illas cauſas intrare non poſſumus, antequam cum noſtris Epiſcopis inde tractemus, quia, Deo gratias, nihil ſine conſilio eorum feci, ut poſtea inde reſpondeam. Nos autem expectabamus, ut conſilium a nobis de ſua ſalute oblatum ipſe quæreret; & tunc ei ſecundum

PAGIUS

Regem miſſi renunciarunt, ſe pridie Nonas Junias in Vvormatia literas præfatas Ludovico Regi reddidiſſe, ipſumque petiiſſe, ut ſibi parceretur, ſed nihil concludere poſſe quoad alia, niſi cum ſuis Epiſcopis. Ejus reſponſum extat loco laudato Capitularium integrumque refertur a Baronio num.XIV. & ſeq.

V. Synodi Lingonenſis & Tullenſis ad Saponarias.

Quoad Concilium in Lingonenſi territorio habitum, idque XIII. Kal. Maii XVIII. Caroli Regis, indictione VII. ut eruitur ex literis Jonæ Epiſcopi Æduenſis Tom.VIII. Concil. pag. 673. recitatis, de eo loquitur Baronius n.XVII. in Synodo Tullenſi, de qua mox, ejuſdem mentio eſt, illiuſque Acta in eam inſerta; indeque intelligimus Synodum Tullenſem menſe Junio aut circiter, congregatam fuiſſe. Agit de ea Baronius num.XVIII. & ſeqq. Eidem interfuere Carolus Calvus & filii Lotharii Imperatoris, Lotharius nempe, qui regionem univerſam, quæ ab eo poſtea Regnum Lotharii dicta eſt, obtinebat, & Carolus, qui Provinciam inter Rhodanum & Alpes cum Burgundia ſortitus erat. Hac in Synodo tredecim Canones conditi, in quorum primo Patres de pace inter Carolum Calvum & frarem ejus Ludovicum Germaniæ Regem conſtituenda egere. In ſexto dicitur, Carolum Calvum libellum Proclamationis adverſus Vvenilonem Archiepiſcopum Senonenſem, qui ab eo defecerat, Synodo porrexiſſe, & ejus cauſam ab electis Judicibus cognoſci ac finiri poſtulaſſe, &c. & demum Regis accuſationem Vveniloni per certos Epiſcopos, & Synodicas literas ſignificatam fuiſſe, dataſque inducias. Sed & Commonitorium ad eumdem Wenilonem dedit Herardus Turonenſis Archiepiſcopus unus e Judicibus ad cauſam illius diſcutiendam electis, ut Epiſcopis negotium ſuum exponeret, Regemque placare ſatageret. Alii Judices cum Herardo electi, fuere Remigius Lugdunenſis, Vvenilo Rotomagenſis, & Rodulfus Bituricenſis, omnes Metropolitæ. Libellum Proclamationis refert, & Wenilonis cauſam exponit Baronius an. XXV. ad XXXIII. quam ſopitam fuiſſe, aut Vvenilonem purgatum, & Regi reconciliatum docet Annaliſta Bertinianus citatus, & ex eo patet, quod anno ſequenti Synodo II. Tullenſi interfuerit, nec ulla deinceps ejus cauſæ in Synodis, aut in monumentis publicis mentio fiat. Legenda Epiſtola Lupi CXXIV. ad Guenilonem Epiſcopum data, ad ejus cauſam faciens, ut oſtendit Baluzius in Notis ad eamdem.

VI. Relecti quidam Canones adverſus Gotheſcalcum editi.

De Canonibus VIII. & IX. in cauſa Britonum Epiſcoporum editis mox agetur. In Decimo relecta dicuntur in Synodo quædam Capitula dogmatica, circa quæ Epiſcopi plurimi diſſentiebant, ſcilicet ſex priores Valentinæ, Synodi Canones, qui paucis ante diebus in Synodo Lingonenſi confirmati, in hac etiam Tullenſi, proferente Remigio Lugdunenſi, relecti ſunt: quatuor item Synodi Cariſiacæ contra Gotheſcalcum. Diſſidentes Epiſcopos, quorum præcipui erant Remigius Lugdunenſis & Hincmarus Remenſis, hortatur Synodus, ut ſimul conveniant, & prolatis Sanctarum Scripturarum, atque Catholicorum Doctorum ſententiis, quæ ſaniora ſunt, concordi unanimitate ſequantur.

*dum illud ſcriptum donaremus conſilium. Ipſe autem de ſuo gradu reſpondit, quod in illud ſcriptum non intraret, antequam cum Epiſcopis conſideraret. Et ſic quidquid in generali cauſa Eccleſiæ & populi egit, penes illum remanſit.* Hucuſque relatio.

XVI. Cæterum annuiſſe apparet & in eo Epiſcopis Legatis, ut ad mutuum colloquium conveniret cum Carolo atque Lothario: teſtatur id quidem vetus Pithœi ſæpe citatum Chronicon, in quo iſta conſentientia iis, quæ dicta ſunt, leguntur his verbis: *Anno octingenteſimo quinquageſimo nono, Ludovicus Rex quaſi inchoante verno tempore, de Galliis rediens, Vvormatiam venit. Cum frequentibus Legatorum ſuorum diſcurſibus fratris ac nepotis ſui animos ſibi reconciliare ſtuderet, eorumque reſponſa per internuntios reciproca relatione ſuſciperet: tandem condicto tempore ſinguli cum æquo numero Principum ſuorum ex adverſa parte nominatim expreſſorum juxta Æternacum Caſtellum, in quadam inſula Rheni fluminis navigio vecti convenerunt, reliquo ſingulorum comitatu ſuper litus ex utraque parte fluminis conſiſtente. Ubi cum diu varia & anceps actarum ſimul, & agendarum rerum agitata eſſet diſputatio, condicto placito autumni tempore juxta Baſalam communiter habendo, ſinguli cum ſuis ad propria reverſi ſunt. Ludovicus tamen eis, qui priori anno a Carolo deficientes, ſui effecti ſunt, honores, quos prius habuerant, impetrare non potuit: res enim dilata eſt in futuro placito definienda.* Hucuſque Chronicon. Cæterum iſtiuſmodi placitum dilatum eſt uſque in ſequentem annum, quando rurſum iidem Principes convenientes, inter ſe invicem conciliati ſunt. Quomodo autem ea tractata fuerint, ſuo loco dicturi ſumus.

XVII. Fuit autem curæ Carolo Calvo, & nepoti Lothario Regi, ut ex omnibus ſibi ſubjectis provinciis Galliarum hoc anno celebraretur apud Tullum Concilium, ad quod convenerunt Epiſcopi ex duodecim provinciis, appellatumque eſt ab ipſis Concilium generale; cujus cogendi cum multæ cauſæ præceſſerint, proditio Wenilonis Archiepiſcopi Senonenſis, qui defecerat a Carolo ad Ludovicum, potiſſima fuit, adverſus quem Carolus ipſe Rex libellum Synodo obtulit, ut ejus Acta declarant, hactenus nuſquam edita.

Porro ante omnia, ex more, quæ ad Fidem Catholicam ſpectabant, in hac Synodo pertractata fuerunt: nam primum omnium agente Remigio Archiepiſcopo Lugdunenſi, capitula quædam, haud pridem ſcripta in conventu Lingonienſi, oblata ſunt legenda Synodo; quæ ubi lecta, juſſa ſunt eadem deponi apud ipſam ſanctam Synodum. Quibus auditis, mirum in modum commoti ſunt Epiſcopi orthodoxi, videntes innovatam in eis hæreſim Prædeſtinatianorum, paratique cum eſſent publice reclamare, cohibiti ſunt a Remigio, aſſerente, ut quæ eſſent Catholicæ Fidei proferrent ipſi. Sed & Carolus Rex idipſum injunxit Hincmaro, qui meminit hujus Synodi hoc anno celebratæ in epiſtola nuncupatoria ad tres libros ab eo editos contra errores Gotheſcalci hæretici Prædeſtinatiani: aitque in hac Synodo oblata a Remigio Archiepiſcopo Lugdunenſi capita quædam de erroribus Gotheſcalci Carolo Regi, ipſum vero dediſſe illa Hincmaro, ut reſponderet, quod egregie præſtitit tribus libris eo argumento conſcriptis. Sic igitur in tribus Conciliis adverſus eumdem hæreticum tractatum eſſe apparet, nempe Moguntino, Valentino, atque Tullenſi. Habentur apud (*a*) Frodoardum in Rhemenſis hiſtoriæ libro tertio duæ epiſtolæ Hincmari ad Carolum Regem ſcriptæ eodem argumento de erroribus Gotheſcalci, eædemque nuncupatoriæ præfixæ libris, quibus ejuſdem hæretici confutavit errores: tu eas legere poteris: hic autem recitari prætermiſſæ ſunt ob nimiam earum prolixitatem.

(*a*) Frod. *l.* 3. *c.* 15. & 16.

XVIII. Tullenſe univerſale Conc. Quæ autem præter hæc pertractata fuerint in ipſo Tullenſi Concilio, ex Actis ejuſdem, quod numquam ea hactenus cuſa ſciamus, quæ nobis tria exemplaria ſuppeditarunt, hic prodemus in lucem, quibus ejuſmodi præpoſita inſcriptio legitur (*b*):

(*b*) Cod. *Ant. Aug.* *l.* 1.

*Hæc ventilata, definita, atque obtenta ſunt in Synodo duodecim provinciarum, quæ habita eſt anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quinquageſimonono, Indictione ſeptima, in territorio Tullenſi, ſub Principibus Carolo, Lothario, & item Carolo.*

*Ut charitas fraterna, & concordia pacis reformetur inter fratres Principes, ſcilicet ac glorioſos Reges noſtros Ludovicum ac Carolum.*

1 *Qualiter ſchiſma, quod ortum eſt nuper in Eccleſia, ad unitatem benignitatis valeat reintegrari, ſtatus Eccleſiæ pene collapſus reſtitui, & pax & juſtitia in populo Chriſtiano valeat procurari; & qui a fidelitate debita defecerunt, judicio & juſtitia per rectam rationem, & rationabilem miſericordiam poſſint ſalvari, & a perverſo conamine ad ſalubriorem converti.*

XIX. 2 *Epiſcopi namque ſecundum illorum miniſterium, ac ſacram auctoritatem uniti ſint, & mutuo conſilio atque auxilio Reges, Regumque primores, atque populum ſibi commiſſum in Domino regant, & corrigant, & nemo ſe ſolatio mutuo ſubtrahat, ſed ſynodales conventus ſecundum juſſionem canonicam frequentare procurent, quatenus ordo Eccleſiaſticus, qui* quaſi *obliteratus jam fuerat (quoniam Synodi propter diſcordiam Regum frequentari non poterant) Epiſcopali collatione ad neceſſarium ac debitum ſtatum reduci prævaleat: unde etiam conſenſum apud Reges expetitum obtinuerunt.*





3 *Reges nihilominus ac Principes noſtri Carolus, Lotharius, atque item Carolus ad Dei voluntatem, atque ſanctæ Eccleſiæ ſtatum, ſuamque ſalutem, & populi ſublevationem, gratias Deo uniti & in eadem ſalutari unitate firmati ſint.*

XX. 4 *Perventum eſt ante conventum Epiſcoporum, quemdam diaconum, cui Tortoldus nomen eſt, Epiſcopalem dignitatem in urbe Bajocenſium occupaſſe, & pollicitationibus, atque minis ſolicitare multos, ac perturbare. Unde definivit ſancta Synodus, ut Vvenilo Senonum Archiepiſcopus, cujus diaconus fuit, adiunctis ſecum tribus aliis, memoratum diaconum evocatum audiant, & ſecundum auctoritatem canonicam de eo definiant. Si autem refugerit eorum cognitionem, annitente principali poteſtate, venire ad audientiam compellatur. Quod ſi hanc quoque declinaverit, anathemate feriatur.*

5 *De quodam etiam ſubdiacono Anſcario, qui vivo & incolumi Epiſcopo, civitatis Lingonum ſedem pervaſit, ſimili eſt ſententia definitum. Sed intervenientibus Legatis ejuſdem ſubdiaconi humanior eſt prolata ſententia. Videlicet ut ſacramento confirmet, ſe numquam talia bujuſmodi præſumptione facturum, cujus ſacramenti tenorem huic capitulo ſubnectere dignum exiſtimavimus.*

XXI. *Ego Anſcarius ſubdiaconus confiteor coram Domino, & ſanctis Angelis ejus, reverentiæ ſanctæ paternitatis veſtræ, contra Dei voluntatem, & contra canonica ſtatuta temere me feciſſe in Iſaac venerabilem pontificem, uſurpando ſedem Eccleſiæ ſanctæ ſibi commiſſæ Lingonicæ, & ſolicitando clericos, & vaſſallos ejus, omnemque familiam. Atque ideo pro tantæ præſumptionis exceſſu, per ſacri miniſterii veſtri vobis largitam a Domino poteſtatem, veniam mihi pœnitenti largiri ſuppliciter deprecor. Deinceps vero nec in eumdem Antiſtitem, nec in alium quemlibet, nec in illa, nec in alia Eccleſia bujuſmodi præſumptionem facere tentabo. Et neque illi, aut alicui ſuorum clericorum, aut laicorum in aliqua re impedimentum faciam pro hac cauſa: quia me graviter deliquiſſe confiteor. Nec inſidias eis ullius inquietudinis parabo, neque per me, neque per aliquem meorum propinquorum, neque per quemcumque hominem; ſed adiutor pro viribus, & intelligentia ipſi, ſuiſque ero, prout ſibi placuerit. Et qui ſibi pro boc ipſo inimici ſunt, quos ipſe voluerit, ſi potuero, colligare eidem procurabo. Sic me Deus adjuvet, & iſtæ ſanctæ Sanctorum reliquiæ.*

6 *Statuit etiam ſancta Synodus, ut numquam ad eamdem Lingonienſem Eccleſiam, ſive ad Lanuacenſem, quam jam pridem pari modo afflixerat, debeat adſpirare. Et ſi ita, ut præmiſimus, juſſis Epiſcopalibus obedire refugerit: ſententiam ſuperius diacono datam incurrat.*

7 *Deinde glorioſus Rex dominus Carolus ſacræ Synodo libellum appellationis, electorumque judicium inter ſe, & Vvenilonem Senonum Archiepiſcopum, qui ab eo defecerat, & damnationis diploma porrexit. Unde ſecundum ſacram auctoritatem & induciæ, & dierum prolatio per Epiſcopos, & ſynodicas litteras præfato Archiepiſcopo eſt intimata, atque conceſſa ſecundum regulas divinitus promulgatas.* XXII.

8 *Mota eſt etiam quæſtio de Attone Virdunenſium Epiſcopo, quod oblatione regulari (unde petitio ibidem eſt præſentata) in monaſterio S. Germani Antiſiodorenſium extiterit, & contra regulas Eccleſiaſticas, inde diſcedens, minus proviſe, quam ſacra auctoritas doceat, ad ordinem Epiſcopalem pervenerit. Unde etiam definitum eſt dari ſibi commeatus veniendi ad aliam Synodum, ſicut ſacra ſanxit auctoritas.*

9 *Ad Epiſcopos ſiquidem Britonum, qui ſe contra auctoritatem a Metropoli ſua moliuntur diſcindere, Synodus litteras ſecundum auctoritatem ſacram direxit, quatenus ad ſuam Metropolim redeant, eique debito jure ſe ſubdant; nec a canonica & Epiſcopali congregatione ſe ſegregent. Excommunicatis etiam, ſicut ſacræ decernunt regulæ, Britones communicantes, ipſi ſe ſacra communione non privent.*

10 *Ad memoratos quoque excommunicatos ſancta Synodus litteras direxit, eiſque uſque ad futuram proximam Synodum corrigendi ſpacium tribuit, monens Eccleſiaſtica pietate, ut convertantur, & vivant. Quia niſi ſe correxerint ad futuram Synodum, generali unanimitate anathemate terribili ferientur.*

11 *Relicta ſunt denique in eadem Synodo quædam capitula, ſuper quibus quorumdam fratrum ſenſus diſſentire probantur. Unde convenit inter Epiſcopos, ut Deo favente, pace & tranquillitate impetrata, ſimul conveniant, & prolatis ſanctarum Scripturarum, atque Catholicorum Doctorum ſententiis, quæ ſaniora ſunt, concordi unanimitate ſequantur.* XXIII.

12 *Tandem poſtulavit humiliter Synodus generalis, ſe ad terram uſque proſternens ante Carolum Regem, & Rodulphum Biturigum Archiepiſcopum, obſecrans, & adiurans per Crucem & Chri-*

*ſti ſanguinem, ut privilegium monaſterii S. Benedicti, quod annuente Rege præfato firmaverat, quodque idem Rodulphus ſubſcripſerat, inconvulſum ſervare ſtuderent. Quod ſi Abbas negligens, & ſacris regulis inconveniens per directos Miſſos inventus fuerit, ab eadem paternitate removeatur, & alius, qui dignus repertus fuerit, ſubſtituatur, & privilegii regularis auctoritas in eodem monaſterio quacumque occaſione non deſtituatur.*

XXIV. 13 *Hæc de præcipuis in eadem ſacra Synodo fuere ſtatuta. Cæterum ſpecialia de quibuſque parochiis, prout viſum fuit, ſecundum Eccleſiaſticam auctoritatem definita, & Epiſcopis in propriis parochiis ſunt ad exequendum commiſſa.*

Pia conventio inter Epiſcopos atque Abbates in communicatione precum.

14 *Placuit omnibus (ut creditur) inſtinctu divino, qui ad univerſale Concilium in Viciniam Tullenſium confluxerunt, quoniam calamitatum tædio laborabant, quo invenirent aliquid, ubi conſolationis gratia reſpirarent. Statuerunt itaque ut pro ſe invicem omnes dum adviverent, preces in ejuſmodi frequentarent, ſcilicet ut ſinguli pro cunctis per ſingulas hebdomadas feria quarta Miſſam celebrarent. Poſt vocationem autem cujuſlibet eorum, ſuperſtites obtineant, ut pro eo, qui deceſſerit in ſedibus ſeptenæ Miſſæ, totidemque Vigiliæ Domini perſolvantur. A presbyteris autem monaſteriorum ſive villarum totidem Vigiliæ dependantur. Exitus autem uniuſcujuſque viciſſim piis currentibus litteris innoteſcat. Præſentes etiam Abbates in tam profutura ſocietate recepti, eadem ſe conditione junxerunt.* Hucuſque ſummatim de rebus in Synodo geſtis. Quibus plura, memoria quidem digna, annexa leguntur. In primis vero libellus Caroli Calvi adverſus Vvenilonem Senonenſem Archiepiſcopum ſanctæ Synodo oblatus, (ut ſuperius dictum eſt in Actis) in quo plura, quæ ad hujus temporis res geſtas pertinent, continentur. Sic enim ſe habet ejus inſcriptio:

XXV. *Libellus proclamatorius Caroli Regis adverſus Vvenilonem Archiepiſcopum Senonum electis judicibus Remigio, Erardo, Vveniloni, & Rodulpho Archiepiſcopis in ſancta Synodo apud Tullenſem parochiam propria ipſius manu porrectus.*

Libellus proclamatorius Caroli Reg. adverſus Vvenilonem.

*Quia ſicut dicit ſanctus Gregorius, & conſuetudine olitana cognoſcitis, in Francorum Regno Reges ex genere prodeunt: mihi a Domino, & genitore meo piæ memoriæ Hludovico Auguſto pars Regni inter fratres meos Reges divina diſpoſitione eſt tradita. In qua parte Regni vacabat tunc paſtore Metropolis Senonum quam juxta conſuetudinem prædeceſſorum meorum Regum, Vveniloni tum clerico meo, in capella mea mihi ſervienti, qui more liberi Clerici, ſe mihi commendaverat, & fidelitatem ſacramento promiſerat, conſenſu ſacrorum Epiſcoporum ipſius Metropolis ad gubernandum commiſi, & apud Epiſcopos (quantum ex me fuit) ut eum ibidem Archiepiſcopum ordinarent, obtinui. Poſt hæc de diviſione Regni inter me, & fratres meos * ratio eſt exorta notiſſima. Unde partem diviſionis cum mutuis, noſtris ſcilicet, noſtrorumque fidelium ſacramentis, ſicut jam priores totius Regni invenerant, tenendam, & gubernandam ſuſcepi. Quam diviſionem inter me & fratres meos de cætero a me ſubſtantialiter tenendam ſicut & alii, qui affuerunt Epiſcopi, Vvenilo mihi fratribuſque meis propria manu juravit. Pacem etiam, & mutuum adjutorium inter me, & fratrem meum Hludovicum VVenilo ſacramento firmavit.*

*al altercatio.

XXVI. *Sed & poſt hoc electione ſua, aliorumque Epiſcoporum, ac cæterorum fidelium Regni noſtri voluntate, conſenſu, & acclamatione cum aliis Archiepiſcopis & Epiſcopis Vvenilo in diœceſi ſua apud Aurelianos civitatem in baſilica ſanctæ Crucis me, ſecundum traditionem Eccleſiaſticam, Regem conſecravit, & in Regni regimine chriſmate ſacro perunxit, & diademate, atque Regni ſceptro in Regni ſolio ſublimavit. A qua conſecratione, vel Regni ſublimitate ſupplantari, vel projici a nullo debueram ſine audientia, & judicio Epiſcoporum, quorum miniſterio in Regem ſum conſecratus, & qui throni Dei ſunt dicti, in quibus Deus ſedet, & per quos ſua decernit judicia quorum paternis correptionibus, & caſtigatoriis judiciis me ſubdere fui paratus, & in præſenti ſum ſubditus.*

Quantum deferat rex Epiſcopis.

*Denique cum ſeditiones in Regno noſtro per homines irreverentes cœperunt crebreſcere, conſenſu Epiſcoporum, & cæterorum fidelium noſtrorum chirographa invicem conſcripſimus, qualiter ego erga eos cooperante Domino, agere vellem: & qualiter mihi conſilio, & auxilio iidem fideles noſtri ab inde poſtmodum ſolatium ferre debuiſſent. Cui ſcripto Vvenilo apud Bajernam Villam propria manu ſubſcripſit, ſicut in præſenti videre poteſtis. Deinde cum contra paganos ad Inſulam loci, qui Oſcellus dicitur, cum fidelibus noſtris, & terreno itinere, & navigio ſicut ſcitis, perrexi, quidam a nobis deficientes fuga lapſi ſunt. Vvenilo autem ſe pro infirmitate ſua illuc ire non poſſe dicens, ad Sedem ſuam reverſus eſt. Dum autem in procinctu nos & infirmi degeremus, frater noſter Hludovicus, ſicut ſcitis, cum manu hoſtili, & ſeditioſis hominibus ex Regno ſuo Regnum noſtrum invaſit, ad cujus colloquium ſine mea voluntate atque licentia Vvenilo venit; quem ſupplantatorem meum eſſe co-*



*cognovi, quod nemo Epiſcoporum ex Regno noſtro alius fecit.*

XXVII. *De cætero cum contra prædictum fratrem meum, & inimicos meos, ac vaſtatores Eccleſiæ, & depopulatores Regni qui cum illo erant cum fidelibus Dei ac noſtris perrexi, nec per ſeipſum, nec per debitum ſolatium quod anteceſſores mei Reges, & ego ipſe ex Eccleſia illi commiſſa habere ſolitus eram aliquod adiutorium præbuit, præſertim cum hoc devote ab illo petierim. Cum autem ratio, & neceſſitas mihi accidit, ut de Villa Breona, ac a prædicto fratre meo ſecederem: & ipſe frater meus Hludovicus ad hoc rediit in partem Regni mei, ut mihi meum nepotem ſubriperet, & homines meos mihi ſubtraheret, & fideles meos vaſtanter imprimeret: Venilo cum quo potuit ſolatio, ad prædictum fratrem meum Hludovicum in meam contrarietatem venit, cum quo erant excommunicati iſtius Regni & ſeditioſi. De quorum excommunicatione Coepiſcoporum ſuorum litteras accepit, & Miſſas publicas fratri meo, cum quo ipſi ſeditioſi erant, in palatio meo Attiniaco, & parochia, & provincia alterius Archiepiſcopi fidelis noſtri ſine ſua licentia, ac Coepiſcoporum conſenſu Vvenilo excommunicatis, vel excommunicatorum participibus celebravit, & in concilio atque conſilio fuit, quo nepos meus Lotharius per mendacia, quantum ex ſeductoribus fuit, ſubriperetur, & debitum, ac ſacramento promiſſum ſolatium, atque adiutorium ex illo mihi ſubtraherent.*

XXVIII. *Prædictis nihilominus fratris mei conſiliariis, & publicis ac ſecretis tractatibus Venilo cum ſpecialibus familiaribus, & inter priores ejus familiariter cum Epiſcopali judicio, ut diximus, excommunicatis, & judicio Regni interfuit, quatenus partem Regni, quam idem frater meus, & Vvenilo mihi juraverant, & in qua Vvenilo me Regem ſacraverat, ſæpeſatus frater meus obtineret, & ego illam perderem. Vvenilo in eo conſilio, & contractu fuit, ut Epiſcopi, qui mihi ob fidem promiſſam debitores erant, & conſilium atque auxilium manu propria confirmatum ferre debuerant, deficerent, & ad fratis mei Hludovici obſequium, & ſubditionem ſe verterent.*

*De Abbatia ſanctæ Columbæ, & rebus & Honoribus Regni mei apud Hludovicum fratrem meum præceptum obtinuit, & litteras ad Miſſos, quo eamdem Abbatiam revocaret, Ethardum & Theodoricum impetravit. Sed & in eiſdem litteris ad præfatos Miſſos juſſionem fratris mei Hludovici Venilo obtinuit, ut de muro Caſtelli Meliduni, quod jus eſt regiæ poteſtatis, petras haberet licentiam prehendere. Unde conſtat, quod in plebe ipſius Regni mihi a Deo collati cum*



*ſtudebat colere, & ſatagebat tenere. Vvenilo in eo conſilio & tractatu cum præfatis excommunicatis fuit, ubi conſideratum eſt, quatenus ille homines, qui mihi fideles erant, & mihi juramento fidelitatem promiſerant, ſive volentes, ſive nolentes, fratri meo Hludovico contra meam fidelitatem, quam mihi promiſit ſacramento, donavit.*

*Vvenilo per ſe, & per familiares ſuos ſupradictos ſcilicet excommunicatos, apud fratrem meum Hludovicum obtinuit, ut vacans Epiſcopatus Bajocenſis ſcilicet civitatis, propinquo ſuo Clerico, meo nomine, Tortoldo, qui mihi ſe commendavit, & fidelitatem ſacramento promiſit, donaretur, qui eumdem Epiſcopatum in mea infidelitate, & contra fidelitatem mihi promiſſam, conſenſu Hludovici fratris mei accepit. Tandem poſtquam mihi Deus vires recuperandi per ſolatium fidelium meorum contra fratrem meum donavit, perrexi propere de civitate Vvenilonis, qui me contra fratrem meum ad recuperandum Regnum meum pergere ſcivit, & nullam adiutorium vel per ſe promiſſum, vel ſubſcripto conſilio, vel per militiam, quæ ex Eccleſia ſibi commiſſa ſolet exire, adiutorium aliquod præſtitit.* Hucuſque Caroli libellus (ut inſcribitur) proclamatorius adverſus rebellem & proditorem Vvenilonem, diſtinctus capitibus quatuordecim. XXIX.

Porro Wenilo iſte tanta ob perpetratum ſcelus ignominiæ labe aſperſus eſt, ut ubique locorum Venilo publice proditor acclamaretur; quin etiam infame adeo fuit redditum nomen ejus, ut nomine Vvenilonis, proditores inſignes nominari ſolerent. In quo illud advertendum quod quem in his Actis Conciliorum VVenilonem appellatum legimus apud Lupum Ferrarienſem, cujus multæ extant epiſtolæ ad eum ſcriptæ, non Vvenilo, ſed Guenilo ſemper ſcriptus reperitur, vulgo Ganelo, quod nomen uſurpatum invenitur in Turpini fabulis. Unde ſcies, auctorem illum poſt iſta tempora vixiſſe, ubi jam Ganelonis nomen ex auctore Guenilone mutatum, inſignibus proditoribus commune redditum erat. Sequor igitur non invitus de Guenilone, ſive Ganelone Papiri Maſonis judicium, quo Turpini ſeu Tilpini (ut ait) nomine vulgatus libellus fabuloſus jure contemnitur. Sed ad ejuſdem Acta redeamus. XXX. Vvenilonis nomen infame redditum.

Ubi ſanctiſſimi Patres Concilio præſidentes libellum illum porrectum a Carolo acceperunt, judicium adverſus accuſatum Vvenilonem, ſeu Guenilonem auſpicaturi, eum litteris ſynodalibus ad Concilium ad dicendam cauſam, ex ſacrorum præſcripto Canonum vocavere, quæ ſic ſe habent: XXXI. Epiſt. Synodalis ad Vvenilonem Senonenſem Archiepiſc.

*Dilecto ac venerabili Vueniloni Senonum Metropolitano.*

*Remigius Lugdunenſis Metropolitanus Epiſcopus.*
*Rodulphus Biturigum Metropolitanus Epiſcopus.*
*Guntharius Agrippinenſium Metropolitanus Epiſcopus.*
*Ardoicus Viſontionum Metropolitanus Epiſcopus.*
*Hincmarus Rhemorum Metropolitanus Epiſcopus.*
*Teutgaudus Trevirorum Metropolitanus Epiſcopus.*
*Vuenilo Rothomagenſis Metropolitanus Epiſcopus.*
*Ermenfridus Bellovacenſis Epiſcopus.*
*Adventius Metenſis Epiſcopus.*
*Abbo Antiſiodorenſis Epiſcopus.*
*Æneas Pariſienſis Epiſcopus.*
*Ratoldus Argentarius Epiſcopus.*
*Erpuinus Silvanectenſis Epiſcopus.*
*Gilibertus Carnotenſis Epiſcopus.*
*Guntbertus Ebroicenſis Epiſcopus.*
*Ratbertus Valentinenſis Epiſcopus.*
*Franco Tungrenſis Epiſcopus.*
*Ajus Aurelianorum Epiſcopus.*
*Hildegarius Meldenſis Epiſcopus.*
*Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus.*
*Rotbertus Cenomannenſis Epiſcopus.*
*Erardus Turonum Metropolitanus Epiſcopus.*
*Himmo Noviomagorum Epiſcopus.*
*Jonas Æduorum Epiſcopus.*
*Ungerus Trajectenſis Epiſcopus.*
*Ebbo Gratianopolitanus Epiſcopus.*
*Fredebertus Baſilienſis Epiſcopus.*
*Arnulphus Tullenſis Epiſcopus.*
*Rhotadus Sueſſionum Epiſcopus.*
*Erloinus Conſtantiæ Epiſcopus.*
*Abbo Maurogenſis Epiſcopus.*
*Hildebrandus Sagienſis Epiſcopus.*
*Aicardus Luxovienſis Epiſcopus.*
*Vualtbertus Abriventenſis Epiſcopus.*
*Godelſadus Cabillonenſis Epiſcopus.*
*Iſaac Lingonenſis Epiſcopus.*
*Erchempertus Bajocenſis Epiſcopus.*
*Gilmeradus Ambianenſis Epiſcopus.*

*Et multi alii, qui ad univerſale Concilium in ſuburbano Tullenſi convenerunt, in Domino ſalutem.*

XXXII. De judicibus in cauſa Vvenilonis electis.

*De inſtauratione pacis, totiuſque ſtatus Eccleſiaſtici redintegratione, conferentibus nobis, glorioſus Rex Dominus noſter Carolus decimo octavo Kalend. Jul. ſubmiſſe unanimitatem noſtram adiit, implorans, ut quæ a vobis vehementer indebite paſſus eſſet, cognoſceremus, & maculam noſtri ordinis juſto judicio tergeremus, &c.* Enumerant ſingula accuſationum capita, in recitato Caroli libello poſita, quibus recenſitis, hæc in epiſtola ſubiicuntur de judicibus a S. Synodo delectis, qui cauſam cognoſcerent, & judicarent: *Elegit autem terminandæ querelæ judices me Remigium Lugdunenſem, & Vuenilonem Rothomagenſem, & Erardum Turonum, & Rodulphum Biturigum Epiſcopos, cæteris noſtrum judicium ſua ſponte approbaturis. Proinde, frater chariſſime, a tempore, quo litteras has acceperis, poſt diem triceſimum quocumque evocatus fueris, ita canonice inſtructus occurreris, ut defenſionis tempore ac loco accepto, ſi conſcientiæ (quod plurimum optamus) confidis, ſuffragante veritate, probabiliter objecta diſſolvas. Sin autem in defenſione defeceris, ſententias a majoribus inſtitutas accipias, &c.* Subiiciuntur diverſorum Conciliorum antiqui Canones, de accuſationibus Epiſcoporum editi.

XXXIII. Poſt hæc ſancta Synodus cupiens congregare diſperſos, ſynodalem epiſtolam aliam ſcripſit ad Epiſcopos Britanniæ, qui ſchiſmate ſe diviſerant a ſuo Metropolitano, quæ ſic ſe habet:

Synodalis epiſtola ad Britanniæ Epiſc. ſchiſmaticos.

*Synodus univerſalis collecta ex Gallia & Germania in ſuburbio Tullenſi, villa Saponarias, Remigius Lugdunenſium, Vuenilo Rothomagenſium, Erardus Turonum, Rodulphus Biturigum, Hincmarus Rhemorum, Guntharius Agrippinenſium, Ardoicus Veſontionum, Metropolitani Epiſcopi, cum multis aliis Epiſcopis, Faſtiniano, Vuarnario, Garnobrio, Felici, in Domino ſalutem.*

*Quo plura emergunt in populo Dei noxia & Epiſcopali diligentia recidenda, ad hoc plures, & frequentius neceſſe eſt convenire Pontifices, ne miniſterii ſacerdotalis*

PAGIUS VII. *Actum de cauſa Britonum Epiſcoporum.*

A num. XXXIII. ad LI. In Canone VIII. & IX. Synodi *Tullenſis* legitur, eam ad *Britonum* Epiſcopos, qui a Metropolitani ſui Turonenſis Archiepiſcopi Juriſdictione & obedientia, ſe ſe ſubtraxerant, literas dediſſe, eoſque monuiſſe, ut illi ſe ſubderent, nec excommunicatis communicarent. Sed & *Salomonem* Britonum Ducem hortarentur, ut promiſſam *Carolo Calvo* fidem ſervaret. In Canone IX. narratur, Synodum ad *Britones* ob varia crimina excommunicatos literas alias ſcripſiſſe, eiſque ad proximam uſque Synodum inducias dediſſe, ut ſe emendarent, ſub pœna generalis graviorisque Anathematis. Utræque literæ Synodicæ recitantur hic a Baronio, qui fuſe etiam agit de eorumdem Britonum Epiſcoporum cauſa, & inſtitutione Archiepiſcopatus Dolenſis, ut Canon VIII. & IX. melius intelligantur. Verum cum Baronii tempore Indiculus *de Britonum Epiſcoporum Depoſitione*, Vita Sancti Conwoionis Abbatis Rotonenſis in Minori Britannia, ac libri tres de Geſtis Sanctorum Rotonenſium, Conwoionis & aliorum, non extarent, hanc Hiſtoriam non parum obſcuram ſatis declarare non potuit, ideoque quæ de eadem ex iiſdem Monumentis anno DCCCXLVIII. & inſequenti in medium protulimus, legenda.



*talis nomen fruſtra comprobentur gerere. Hac intentione confluximus ad memoratum locum, ut fida collocutione, quid nobis in tantis periculis & tribulationibus agendum, ſolicite quæreremus, & ſancto Spiritu demonſtrante, inveniremus. Ad hanc collocutionem vos præſertim evocatos non concurriſſe, moleſtius tulimus. Decuerat enim, ut quorum unum eſt officium, par ſtudium probaretur. Sacris inſtructi Canonibus non ignoramus, Metropolitano veſtro, chariſſimo fratri noſtro Erardo, competentem reverentiam vos debere, ita ut præter ejus præſentiam, & conſenſum, nullus in regione veſtra canonice poſſit ordinari Epiſcopus; nec vos generale aliquid ſine ejus aſſenſu poſſe ſancire. De qua reverentia ſalubriter a vobis, & a gente veſtra Metropolitano impendenda, noſtro nomine plura & Reverendiſſimi Papæ Leonis, & ſucceſſoris ejus Benedicti ſcripta docuerunt, & refragantibus Apoſtolica auctoritate dignam excommunicationis protulerunt ſententiam. Monet etiam nos, quod his, quos veſter Metropolitanus cum aliis Epiſcopis propter diverſa crimina excommunicavit, indifferenter vos communicare competit. In Canonibus autem divinitus inſtitutis ſocii excommunicatorum eorumdem ſententia feriuntur.*

XXXIV. *Proinde monemus ſanctam, nobiſque amandam fraternitatem veſtram, ut ab his exceſſibus ulterius temperetis, & veſtra inſtantia, opitulante Dei gratia, gentem veſtram ad olim traditam diſciplinam, ac totius Eccleſiaſticæ religionis obſervantiam invitetis, & unanimiter & conſtanter abſque dilatione reducatis. Siquidem etiam illis eſt obſervandum, ne damnatorum illicita ſocietate certam ſententiam damnationis incurrant. Quæ autem a nobis diligentiore tractatu reperta, & decreta ſunt, venerabilis Epiſcopi Erardi relatione diſcetis. Verum ſi (quod non optamus) ab ejuſdem Metropolitani ſolicitudine ulterius reſilieritis, & noſtris ex charitate manantibus exhortationibus vos conſtiterit reluctari: miniſterii neceſſitate canonicam in vos cogimur proferre ſententiam. Bene valete, & orate pro nobis.* Poſthæc iiſdem litteris hanc addiderunt appendicem:

XXXV. Quæ Salomoni referenda eſſent.

*Placuit univerſali Concilio, ut Salomoni, qui Britannorum tenet regionem, ſuggeratis, ut quæ pro ejus ſalute mandamus, obedienter audiat, ſi Deum vult habere propitium, & noſtræ unanimitatis tenere conſortium.*

*Ut permittat totius Britanniæ Epiſcopis debitam reverentiam Metropolitano deferre.*

*Ut conſideret quanto animæ ſuæ periculo Britannorum dominationem invaſerit, cum domino noſtro Regi Carolo fidelitatem prius juraverit.*

*Ut recordetur gentem Britannorum Francis ab initio fuiſſe ſubjectam, & ſtatutum dependiſſe tributum: ac per hoc diligenter ad nuper omiſſam reverti debeat conſuetudinem.*

*Ut proprietates a parentibus relictas, vel quolibet modo rationabiliter acquiſitas, juſtos poſſeſſores habere permittat, Niſi enim ſe ab hac audacia, & impietate retraxerit, & divina pœnitudine deleverit, quod deliquit: noſtræ auctoritatis affectu vobis admonentibus, cito ei Deus uſurpatam auferet poteſtatem, & debitam inferet ultionem.*

*Pro diverſis criminibus excommunicatos ne recipiat, ſuadete, oſtendentes divino judicio, ſi id præſumpſerit, pari eum vindicta conſtringi.* Hæc ad Salomonem referenda ſancta Synodus.

Hæc autem haud modici momenti, utpote ventilata judicio etiam Apoſtolicæ Sedis per plura annorum centenaria, ut plenius aſſequaris, Lector, hic tibi res ipſa, ab ovo (ut ajunt) eſt repetenda, eademque ad umbilicum uſque perducenda, quam maxima licuit brevitate. XXXVI.

Dolus civitas in ea Britanniæ minoris ora ſita eſt, quæ Northmannos contingit, Maclovienſi, ſive ut olim vocabant, Alethenſi finitima. Primum in illa Epiſcopum ſediſſe beatum Samſonem, omnes conſentiunt, quem narrant Britonicarum rerum ſcriptores, cum ex Anglia profugus in eam oram veniſſet, munuſque Pontificium in Dolenſi Eccleſia exercere cœpiſſet, pallium, ac reliqua Archiepiſcoporum inſignia, quæ Eboraci geſſerat (ibi enim Archiepiſcopum antea fuiſſe volunt) retinuiſſe: Inde porro factum, ut ejus quoque ſucceſſores pro Archiepiſcopis ſe gerentes iiſdem uſi ſint: quorum etiam ex numero Beſtovaldum a Severino, Junemenum ab Hadriano Primo pallium obtinuiſſe contendunt: quod tamen ut incertum, ſuſpectæque fidei refellitur in epiſtola Innocentii III. de qua mox dicendum eſt.

Quare veriſimilius alii Archiepiſcopi, nomen a Dolenſibus Antiſtitibus uſurpatum negant ante Nomenojum Principem Britannorum. Hunc enim ſub annum Chriſti octingenteſimum quinquageſimum, cum proprium ſibi, excuſſo Francorum jugo, Regnum conſtituiſſet, Alethenſi, Briocenſi, Trecorenſi, cæteriſque adeo, qui in ejus ditione forent, Epiſcopis, Dolenſem Metropolitani jure præpoſuiſſe, Britannis ut in eadem eſt epiſtola, volentibus novum Archiepiſcopum, ſicut novum Regem creaverant, ſuſcitare, cum ante id tempus omnes Britanniæ Epiſcopi, Archiepiſcopo Turonenſi, tamquam Lugdunenſis tertiæ Metropolitano paruiſſent. Utut ſit, conſtat certe poſt hæc primum tempora natam, agitatamque XXXVII.

que de pallio, & Archiepiſcopatus jure controverſiam fuiſſe inter Turonenſem, & Dolenſem Epiſcopos, quæ poſt varias multorum Pontificum deciſiones, ſub judice adhuc erat temporibus (a) Innocentii, quoad illam ipſe ſummo tandem judicio, & ſententia definivit anno Chriſti milleſimo centeſimo nonageſimonono.

(a) Innoc. III. l. 1. Regiſtr. ep. 168. & l. 2. ep. 79.

XXXVIII Primum ergo, id ipſum eſt, quod Landranus Turonenſis, & cæteri Epiſcopi in ſuis ad Nomenojum litteris quæ apud (b) Lupum Abbatem leguntur, voluerunt, cum ab eo B. Martini diœceſim, ex qua ſe ac ſuos eſſe negare non poterat, violatam fuiſſe queſti ſunt. Leo autem, & Benedictus Pontifices, de reverentia Turonenſi, a Britonum Epiſcopis impendenda, litteras dederunt, quarum fit mentio in Synodo Tullenſi. Et quamvis (c) Baldricus Archiepiſcopus Dolenſis, qui Paſchalis II. ætate vixit, ſcripſitque inter alia hiſtoriam Eccleſiæ ſuæ Dolenſis, auctor ſit in pacis fœdere, quod a Carolo Calvo ictum eſt cum Heruſpeo filio, & ſucceſſore Nomenoji, inter eos conveniſſe, ut Dolenſes in poſterum Archiepiſcopi titulo ac prærogativa gauderent: Salomonis tamen, qui Heruſpeo ſucceſſit, tempore hoc ipſo anno Synodus (d) duodecim provinciarum, in ſuburbio Tullenſi coacta, dictas litteras iterum dedit ad * Faſtinianum, Vvarnarium, Garnobrium, & Felicem Britonum Epiſcopos, quibus docet eos Erardo Turonenſi, ut Metropolitano ſuo reverentiam debere; monetque, ut Salomoni, qui Britannorum tenebat regionem, ſuggerant, ne reverentiam hanc impediat. De qua etiam Nomenoji ducis tempore a Leone Papa, & ſucceſſore ejus Benedicto ſcriptum fuerat, ut jam dictum eſt. Nicolaus (e) item Papa Salomoni eidem binis litteris ſcribens, idem aſſeruit ax antiquis monumentis; & Feſtiniano Dolenſi Antiſtiti per litteras vetuit, ne ſe Metropolitanum appellaret. Extant quidem Hadriani II. litteræ ad Salomonem, in quibus pallium Feſtiniano ſe mittere ſignificat; & pallium illi ab Hadriano conceſſum aſſerit idem Baldricus. Cæterum litteras illas, quatenus de pallio agunt, a Petro (f) quodam Dolenſis Epiſcopi clerico, falſatas fuiſſe, deprehenſum eſt Gregorii VII. temporibus in Synodo Santonenſi.

(b) Lup. Ferrar. ep. 84.
(c) Citatura recentioribus hiſt. Britonum.
(d) Edit. Pithœi inter xii. coætan.
* f. Feſtinianum
(e) Ep. Innoc. III. l. 2. 79.
(f) Epiſt. Innoc. III. eadem.

XXXIX. Joannes (g) VIII. anno ſalutis octingenteſimo ſeptuageſimooctavo epiſtolam Maheno Dolenſi, & cæteris Epiſcopis Britannicis ſcribens, graviter eos arguit, quod a Turonenſis Archiepiſcopi, cui ſecundum antiquam conſuetudinem ſubditi ſemper fuerint, juriſdictione & obedientia ſe ſubducerent, præcipitque, ut eidem pareant (h). Idem præterea Salomoni Regi de cauſa Epiſcoporum, qui depoſiti fuerant, reſcribens, oſtendit Britannos in regione ſua Metropolitanum numquam olim habuiſſe, ſed Turonenſis Archiepiſcopi ſuffraganeos omnes fuiſſe. Delata lis (i) fuerat ad Leonem IX. qui cum Dolenſem pſeudo archiepiſcopum cum ſuis ad Synodum Rhemenſem, de ea reſponſurum venire juſſiſſet, cum parere detrectaſſet, illum omneſque adhærentes Epiſcopos excommunicavit.

(g) Edit. Roman. epiſt. 124.
(h) 3. q. 6. Hæc quippe
(i) Innoc. III. ep. 79.

XL. Gregorius (k) vero VII. cum Jvonem Romæ in Archiepiſcopum Dolenſem conſecraret, anno Domini milleſimo ſeptuageſimoſexto, conditionem adiecit, ut cum Rodulpho Turonenſi, Sedi Apoſtolicæ ſe ſiſteret, ad decidendam ejus de negata ſibi ſubiectione querimoniam. Poſtea (l) anno ſalutis milleſimo ſeptuageſimo nono, ſynodaliter cauſa cognita, definivit, penes Turonenſem jus videri: ſummam tamen deciſionem rejecit ad Synodum Santonenſem, præſidente Legato Apoſtolico, qui ſimpliciter pronuntiavit, omnes Britanniæ Epiſcopos Turonenſi obedientiam debere, ut eſt in eadem epiſtola Innocentii.

(k) lib. 4. ep. 4. 5. 13. & 17.
(l) Greg. VII. l. 7. ep. 15. omnibus Epiſcopis Britanniæ

Idem ſancitum eſt, redintegrata cauſæ cognitione, ab (m) Urbano II. deinde a Lucio II. cujus ſententiam confirmarunt Eugenius, & Anaſtaſius ſucceſſores, idemque ab Alexandro III. non obſcure judicatum. Anno autem milleſimo centeſimo nonageſimonono (ut ſuperius dictum eſt) denique Innocentius III. retractato judicio, omnibus, quæ ab utraque parte a prima origine producta fuerant, recognitis, & examinatis, auctoritate item Apoſtolica ſanxit, ut Dolenſis Eccleſia cum ſuis Turonenſi perpetuo ſuffragetur. Qua de re, prolixa extat (n) epiſtola ipſius Innocentii, quæ ſuperiora ferme omnia Pontificum reſcripta, & alia multa ad hanc quæſtionem ſpectantia commemorat omnem in poſterum de ea re diſceptationem interdicens; adeoque hic finis videtur fuiſſe ancipitis diuturnæque inter Epiſcopos controverſiæ. Sed jam, quæ ſint reliqua Tullenſis Synodi, videamus.

(m) Ep. Innoc. III. l. 2. 79.
(n) Innoc. Regiſtr. l. 2. epiſt. 79.

XLI. Præter recitatam epiſtolam ſynodalem ad Epiſcopos Britanniæ, extat ibidem alia ſynodalis epiſtola, tunc pariter a Patribus ſcripta ad ſeditioſos, factioſorumque principes, quorum effreni licentia omnes provinciæ turbarentur, quæ ſic ſe habet:

Synodalis epiſt. ad factioſos.

*Univerſalis Synodus ex diverſis partibus in nomine Domini ad vicinum locum Tullenſi urbi, qui dicitur Saponarias, congregata.*

*Utinam bonis filiis Rotberto, Odoni, Heriveo, Truardo, Ingelboldo, Fortmundo, item Heriveo, Magenardo, Cadelori, & cæteris in noſtra ſocietate conjunctis ſalutarem converſionem.*



*Propter diſſenſiones, & diverſas contentiones, quæ in noſtris regionibus exortæ ſunt, longum tempus eſt, quod voluimus venire in unum, & dolorem noſtrum oſtendere, quod propter veſtram omnium perverſitatem talem vindictam ponit Deus, qualis non eſt audita ante nos, poſtquam Deus ſua gratia poteſtatem dedit Regibus, & genti Francorum. Ipſe Deus nos in unum ad hoc adduxit, ut vel flagellati diverſis tribulationibus recogitemus peccata noſtra, & nos primum convertamus ad ipſum, & alios ad eum noſtra prædicatione & exemplo adducamus. Et oramus omnes cum gemitu & nimio dolore, & quibus poſſumus cum lachrymis, ut reſpiciat nos ultimos ſervos ſuos, ad ſe volentes redire, & dignetur nobis præſtare, ut quod aliis prædicamus, ipſi quoque faciamus. Quia ſic dicit ipſe Salvator noſter (a): Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum cœlorum. Hæc eſt noſtra intentio.*

(a) Matt. 7.

XLII. *Vos nolite attendere quod reprehenſibiles ſumus, ſed quod miniſtri Dei ſumus. In his, quæ bene vobis dicimus, audite Dominum præcipientem: Quæ dicunt, facite. In his, quæ male facimus, audite iterum ipſum præcipientem: (b) Quæ faciunt, facere nolite. Doctrina enim Dei a nobis indignis bene vobis annunciata, ſi obedieritis, proderit vobis, quaſi ex B. Petro principe Apoſtolorum eam audieritis, & erit vobis ſalvatio. Nobis autem, ſi non obſervaverimus, quod aliis præcipimus, erit damnatio. In commune deſeruimus cultum Dei. Quidam ex nobis mandata Dei, & minas, & promiſſiones cognoſcimus, ſed non timemus, neque amamus. Quidam neque cognoſcere dignamur; & utrique ſumus in magno periculo, niſi convertamur, antequam moriamur. Mors noſtra incerta eſt cuique noſtrum, & certa eſt vindicta Dei, & in proximo, niſi converſio, & pœnitentia nobis ſubvenerit. Propterea nos humiliamus (licet tales omnes non ſimus) ut vos nobiſcum ad Deum attrahamus.*

(b) Matt. 23.

XLIII. *Fratres audite & intelligite quid Deus dicat omnibus ſuis Fidelibus (c): Vigilate, quia neſcitis diem neque horam. Quod propterea dixit, ut ſuſpectam ſemper habeamus mortem, quam effugere non valemus, & ad eam vincendam ſemper præparemur, quam ſcimus nulli eſſe præcognitam, & omnibus adventuram. Peccata noſtra quotidiana ſunt, unde quotidie dicimus (d): Dimitte nobis debita noſtra, ſed non debent eſſe mortifera, id eſt, criminalia. De quibus dicitur per Prophetam: Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur: & per Apoſtolum Paulum: Quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non conſequentur.*

(c) Matt. 24.
(d) Matt. 6.

*Fratres, & filii, audite nos nunc pie monentes, ut in judicio Dei quando non erit pœnitentiæ locus auditis, (quod ipſe Dominus avertat,) non audiatis juſte & veraciter accuſantes. Primo cognoſcite, quia in diſcordia eſtis, & diſcordia tam grande malum eſt, quod oblatio, quæ ſolet alia peccata delere, non recipitur a Deo, donec diſcordia deponatur, & ad bonum concordiæ redeatur. Hoc vobis notum eſt ex Evangelio. Etiam ſapientes mundi intellexerunt, & bene docuerunt, quia parvæ res per concordiam creſcunt, & maximæ per diſcordiam corruunt. Quod verum eſſe, probatur in nobis, qui Regnum Francorum, cum in concordia eſſet, magnum vidimus, & nunc cum eſt in diſcordia, jam pene nullum videmus. Chariſſimi videte, ne de tanto malo vos ſitis capita, ut pro eo cogamini debita ſuſtinere tormenta. Deus dicit in Evangelio (e): Quiſquis ſcandalizat unum ex puſillis, melius erat ei, ut alligata mola, mergeretur in profundum maris. Vos qui ſcandalizatis innumerabilem multitudinem, in quanto, & in quam incomparabili eſtis periculo, & judicio Dei, qui alios inquietatis, & opprimitis? In præſenti vita non habetis quietem, nec ullam ſecuritatem: in futuro autem habebitis inevitabilem damnationem.*

(e) Matt. 18.

XLIV. *Quæritis quæ ſit illa damnatio? Ignis eſt æternus, quo omnes impii punientur; ſic enim dicit Deus ſe dicturum impiis: (f) Ite in ignem: et non ſtetit, ita, ut finiret ſententiam, ſed addidit, æternum. Ut quem non terret tanti ſupplicii atrocitas, mittat eum in pavorem numquam finienda ſupplicii perpetuitas. Per Iſaiam prophetam de impiis Deus dixit: (g) Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et per aliam Scripturam (h): Vindicta carnis impii ignis & vermis. Anima impiorum (credite nobis auctoritatem divinam vobis explanantibus) patietur vermem, id eſt, morſum infructuoſæ pœnitentiæ, & corpus impiorum ad augmentum tormenti patietur vermis corporalis morſum, & ignem ipſum corpus ſemper ſuccendentem, & numquam finientem.*

(f) Matt. 25.
(g) Iſa. 66.
(h) Eccl. 7.

XLV. *Attendite actus veſtros. Nulla lege vivitis, nec illa quam homines ad conſervandam præſentem pacem præfixerunt, nec illa quam ad tenendam præſentem juſtitiam, & ad promerendam cæleſtem gloriam, divinæ litteræ docuerunt. Omnes abſ-*

abſque reverentia rapinam facitis. Et Apoſtolus Paulus dixit (a): Quia rapaces Regnum Dei non poſſidebunt. Et (b) dives purpuratus non propterea ardet in inferno, quod Salvator eum referat aliena rapuiſſe, ſed miſericorditer propria indigenti non tribuiſſe. Unde exiſtimate, quanta pœna cruciabitur, qui aliena diripit, ſi ad inferni ignem damnatur, qui petenti propria denegavit. Plurimi veſtrum, abiecto timore Dei, templa violant, vaſa Dei, & in diverſis ſpeciebus theſaurum auferunt, & depoſita, id eſt, commendata propter paganorum incurſionem ab aliis Eccleſiis in ſuos uſus transferunt, & ſacrilegium jam publice, & ſine timore committunt. Poſſeſſiones Eccleſiæ, id eſt, villas, quæ datæ ſunt Deo, ab his qui ante vos Chriſtiani fuerunt propter redemptionem animarum, & propter templorum Dei inſtaurationem, & eorum victum, & veſtimentum, qui ſine ceſſatione laudes Deo perſolvunt, & propter ſtipendium pauperum & ſi opus eſſet, redemptionem captivorum, vos Deo aufertis: & quia ſtatim non vindicat, quaſi cum ſecuritate poſſidetis, Domini (c) eſt terra, & plenitudo ejus. Et quicumque Deo aliquid obtulit, nihil ei dedit, niſi quod ab eo accepit. Ut tamen ſciamus eum noſtram devotionem non faſtidire, quaſi noſtrum accipit, quod ipſe dedit. Sic enim dignatur promittere ſe dicturum pietatem impendentibus proximis (d): Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me: Nudus, & operuiſtis me: Eſurivi, & dediſtis mihi manducare: Sitivi & dediſtis mihi bibere; quaſi ea ex ſuo largiantur, qui hæc manifeſte divino munere perceperunt.

(a) 1. Cor. 5.
(b) Luc. 16.
(c) Pſal. 23.
(d) Matt. 25.

XLVI. Tam nefarium ſcelus, quo præſentibus & futuris nocetis, jam vindicaret, quia juſtus eſt, niſi eſſet & patiens. Sed utinam omnes talia agentes ejus patientia ad pœnitentiam adducat, quia in præſenti tempore ſecundum Apoſtolum Paulum (e): Patientia Dei ad pœnitentiam nos invitat. Sed ſi in his & ſimilibus facinoribus perduraverimus: quanto nunc eſt mitior patientia, tanto erit durior poſtea inflexibilis vindicta. Dei vox eſt (f): Tacui, numquid ſemper tacebo? id eſt, in hac vita quieſco, in altera vindicabo. Vindictam illaturus, quid eſt dicturus? Audiſti me præcepiſſe (g): Non concupiſces rem proximi tui. Rem proximi veſtri ſi concupiſtis, quia non auſi eſtis, aliquando non abſtuliſtis; mea non ſolum concupiſtis, ſed ad meum contemptum audaciſſime vobis vindicaſtis, & plus timuiſtis ſervum, quam Dominum. Ergo meus contemptus, & veſtra, quæ radix eſt omnium malorum cupiditas vos mergit in tartarum. Non permittat Deus, ut hæc audiatis in futuro, ſed potius audiatis in præſenti, nobis dicentibus, auribus veſtris, Deum dicentem in cordibus veſtris (h): Convertimini ad me, & ſalvi eritis.

(e) Rom. 2.
(f) Iſai. 42.
(g) Exod. 20.
(h) Iſ. 43.

XLVII. Plurimi veſtrum fornicationes, & adulteria ſine timore divino, & ſine humana verecundia faciunt. Audi Apoſtolum Paulum dicentem (i): Fornicatores & adulteros judicabit Deus, id eſt, damnabit. Audiant etiam eumdem dicentem (k): Horrendum, id eſt, tremendum eſt, incidere in manus Dei viventis. Homicidia crudeliſſime exercent, & creaturam diſſipant quæ facta eſt ad imaginem Dei, ad ejus injuram, qui creavit. Sancti Dei, qui ante nos Eccleſiam rexerunt, eos, qui voluntarium homicidium fecerunt, pœnitentiam quamdiu viverent, facere ſtatuerunt: & ut numquam acciperent ſanctam communionem niſi in fine pro viatico decreverunt. De uno homicidio hoc ab illis eſt confirmatum: nobis quid faciendum eſt, quibus nuntiatur, multos a ſingulis trucidatos?

(i) Hebr. 13.
(k) Hebr. 10.

XLVIII. Incendiarii Chriſtianorum villas incendunt; & plurimorum damnis atque mortibus faciunt ſe dignos incendio ſempiterno. Epiſcopos ad matrem Eccleſiam revocantes non auditis, miniſtros eorum affligitis, monachos & ſanctimoniales penuria opprimitis, agricolas quorum labore vivitis, fame torquetis. A Deo, & bonis hominibus his & aliis inauditis ſceleribus vos ſeparatis: ſed videte, cui vos jungatis. Deus dicit (l): Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Si pacifici eſtis: filii Dei eſtis, & eritis. Si pacifici non eſtis, manifeſtum eſt, quia nec filii Dei eſtis. Salvator dicit: (m) Qui eſt ex Deo, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Si aure corporis verba Dei auditis, & aure mentis percipitis, ut opere compleatis, ex Deo eſtis, ex Deo autem non eſtis, ſi iſta negligitis. Abſit ut inter eos numeremini, quibus ipſe Dominus dicit (n): Vos ex patre diabolo eſtis. Deus ſibi obedientibus dabit ſeipſum ut intelligatur, & habeatur, & ſit gaudium ſempiternum in Regno cælorum. Diabolus ſibi obedientibus hoc præſtabit, ut cum eo mergantur in ignem æternum.

(l) Matt. 5.
(m) Joan. 7.
(n) Joan. 8.

XLIX. Chariſſimi, dum tempus eſt, fugite ſeductorem, & ſequimini Salvatorem. Sitis illius, qui vos fecit, non illius, qui vos decepit. Dominus dicit, (o): Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, ſeipſum autem perdat, & detrimentum ſui faciat? quod propterea dicit, quia nihil prodeſt homini, ſed multum nocet, ſi acquirat totum mundum, & perdat ſeipſum. Quod ſine offenſione Dei habere non poſſumus, ut Dei amatores habere nolimus. Iſta quæ in hoc ſæculo videntur, ſecundum auctoritatem divi-

(o) Matt. 16.



divinæ (a) Scripturæ, temporalia ſunt. Quæ autem non videntur, æterna. Ne peccemus in ſuperfluo: dilectione temporalium ne amittamus beatitudinem æternorum. Unicuique noſtrum Deus dicit: (b) In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. Si imparati fuerimus ab his, quæ illicite amamus, inviti abſtrahemur, & quæ ſuavia nobis ſunt, erunt aſperrima. Nihil proderit pompa ſæculi, nihil adiuvabunt propinqui, nec ulli carnales amici. Et magna peccata, quæ non deleverimus per pœnitentiam, compellent nos ſuſtinere æternam vindictam. Paterna pietate minas Dei, & promiſſiones vobis proponimus, ut ab omnibus vitiis, quæ pacem præſentem, & futuram gloriam tollunt, cum feſtinatione recedatis, & ad Deum ex toto corde converſi, faciatis opera bona, quibus ſpem ſalutis habere poſſitis.

(a) 2. Cor. 4.
(b) Eccl. 7.

L. Pro criminibus, quæ ſuperius expoſita ſunt, vos excommunicatos a quibuſdam Epiſcopis comperimus; ſed piis intercedentibus, damus ſpacium, ut ad noſtram piam admonitionem deponatis mortiferam ſocietatem, & peccatorum conſuetudinem, ne forte ſi in veſtra contumacia perſtiteritis, cogamur vos anathemate generali contra noſtram voluntatem, propter miniſterii neceſſitatem ferire. Explicit. Hæc Patres, nihil prætermittentes, ut miſeri errantes, & in errorem ducentes converterentur ad pœnitentiam.

LI. In eadem quoque Synodo ſtatuti ſunt Canones ſexdecim, ex quibus ſeptem priores mutuati noſcuntur ex Concilio



Valentino, reliqui ſuperadditi, inter quos ſaluberrime inſtitutos ille hic a nobis eſt recenſendus, qui de ſcholis litterarum inſtituendis eſt conditus, cum necdum impletum eſſet, quod haud pridem in Concilio (c) Valentino de eadem re fuerat inſtitutum. Ipſe autem Canon ſic ſe habet (d):

(c) Conc. Valent. c. 18.
(d) ex cod. Ant. Mureti B. 1. can. 10.
De ſcholis litterarum inſtituendis in Gallia.

Ut ſcholæ ſanctarum Scripturarum, & humanæ quoque litteraturæ, unde annis præcedentibus per religioſorum Impp. ſtudium magna illuminatio Eccleſiæ, & eruditionis utilitas proceſſit, deprecandi ſunt pii Principes noſtri, & omnes fratres, & Coepiſcopi noſtri inſtantiſſime commonendi, ut ubicumque omnipotens Deus idoneos ad docendum, id eſt fideliter & veraciter intelligentes donare dignatur, conſtituantur ubique ſcholæ publicæ, ut utriuſque eruditionis, & divinæ videlicet & humanæ in Eccleſia Dei fructus valeat accreſcere. Quia (quod nimis dolendum eſt, & perniciosum maxime) divinæ Scripturæ verax & fidelis intelligentia jam ita dilabitur, ut vix jam ejus extrema veſtigia reperiantur. Et idcirco ingenti cura, & ſummo ſtudio remedium procurandum eſt. Hæc Canon, quo cum prædeceſſorum commendetur in ea re ſtudium Imperatorum; Lotharium Auguſtum poſt Carolum & Ludovicum bene meritum fuiſſe de viris doctis, teſtatur Angelomus in præfatione in commentarium tunc a ſe editum in Cantica Canticorum.

LII. Porro eodem ferme tempore contigit bonarum litterarum ſcholas aperiri Conſtantinopoli, opera Bardæ tunc Cæſa-



PAGIUS VIII. Carolus Calvus literas promovet. Ad num. LI. Quantum debeant literæ Carolo Calvo, dicimus ex Herrico, vel Herico Monacho Altiſſiodorenſi, in Præfatione ad Vitam Sancti Germani Verſibus a ſe conſcriptam, & dicatam Carolo Calvo, cum jam Auguſtus eſſet. In ea enim hæc inter alia ſcribit; Id tibi ſingulare ſtudium effeciſti, ut ſicubi terrarum magiſtri florerent Artium, quarum principalem operam Philoſophia pollicetur, hos ad PUBLICAM ERUDITIONEM undecumque tua Celſitudo conduceret, comitas attraheret, dapſilitas provocaret. Luget hoc Græcia novis invidiæ aculeis laceſſita; quam ſui quondam incolæ jamdudum cum Aſianis opibus aſpernantur, tua potius magnanimitate delectati, ſtudiis allecti, liberalitate confiſi. Dolet, inquam, ſe olim ſingulariter mirabilem & mirabiliter ſingularem a ſuis deſtitui. Dolet certe ſua illa Privilegia, quod nunquam hactenus verita eſt, ad climata noſtra transferri. Quid Hiberniam memorem contempto pelagi diſcrimine pene totam cum grege Philoſophorum ad littora noſtra migrantem! quorum quiſquis peritior eſt, ultro ſibi indicit exilium, ut Salomoni ſapientiſſimo famuletur ad votum. Itaque, Cæſar invictiſſime, pene eſt, ut univerſus Orbis novas in te ſtruat controverſias, novis adverſum te declamationibus invehatur, qui dum te, tuoſque ornamentis ſapientiæ illuſtrare contendis, cunctarum fere gentium Scholas & Studia ſuſtuliſti. Sublatis enim Præceptoribus conſine & conſequens eſt, facile omnium ingenia otio congelaſſe. Ita namque ſpretis cæteris in eam mundi partem, quam veſtra poteſtas complectitur, univerſa optimarum Artium ſtudia confluxerunt; ut veriſimile habeam jam dudum eas humanæ peroſas inertiæ terris penitus exceſſiſſe, niſi tuæ integritatis amplitudine tenerentur, in quo etiam nuncium ſuæ profeſſionis culmen ac faſtigium, ut palam eminet, mirabiliter collocarunt. Hinc licet modo bella civilia, modo externa, & Normannorum irruptiones Carolum ſæpe diſtinuerint, & huc illucque diſtraxerint, parum tamen inde damni ceperunt literæ, & floruere in Galliarum Regno, Hincmarus, Lupus, Rabanus, & complures alii literarum amantiſſimi.

IX. Bardas anno ſequenti dictus Cæſar. Ad num. LII. Symeon Logotheta in Vita Michaelis Theodoræ filii, num. XXIII. ait: Ejus imperii anno tertio, Michael Imperator Antigonum Bardæ filium Scholarum Domeſticum præficit, alterumque ejus filium, locata ei uxore, qua cum illi turpis rei ſuſpicio erat, ſupremum Ducem Occidentalium turmarum conſtituit. Quo illic brevi extincto, hebdomadæ Paſchæ quarta feria, Michael Bardam avunculum Cæſaris infulis ornavit. Quare cum annus tertius Michaelis ſolius imperantis a menſe Septembri currentis Chriſti anni exordiatur, Bardas anno ſequenti juxta Symeonem Logothetam Cæſarea dignitate exornatus.

Scholæ in Oriente pariter reſtitutæ per Bardam. ſaris, de quo ita Joannes Curopalates: *Solus Bardas omnia moderabatur, & omnia ſuſtinebat, & crebro ab Imperatore honores conſequebatur, pervenitque ad Cæſaris quoque honorem, & gloriam, Michaele nihil de rebus publicis curante, quam theatra, & certamina equorum, & (quod deterrimum eſt) non cupiebat ſolum eſſe ſpectator, ſed etiam ipſe aurigare, omnibus ludibrio, & riſui eſſe, & ille in his verſabatur. Bardas autem omnia ad Remp. ſpectantia obibat, & de Imperio cogitabat, quomodo ipſum opportuno tempore ſibi adſciſceret. Externæ quoque ſapientiæ rationem habuit, quæ jam pridem effluxerat, & ad nihil prorſus reciderat Imperatorum principum ruſticitate, ac ruditate; definitis unicuique ſcholæ doctrinæ ſcholis, aliis quidem ubicumque contigerat, ſupernæ vero philoſophiæ in ipſa Regia, in Magnaura: atque ita ex eo tempore doctrinæ refloreſcere cœperunt. Hoc opus pulcherrimum, & celeberrimum haud potuit alias maculas, quibus infectus erat Bardas, abſtergere. Philoſophiæ igitur dux, & magiſter erat Leo ille magnus philoſophus, ex fratre nepos Joannis Patriarchæ, qui etiam Theſſalonicæ thronum conſecutus eſt, & paulo ante ejectis Iconomachis, ipſe quoque ejectus fuerat.* Hæc Curopalates, ſubiiciens magnam penuriam fuiſſe doctorum hominum, ut opus fuerit eos hinc inde in angulis latentes, & paupertate egentes ſumma quærere diligentia, ut plane compertiſſimum ſit, nullum eo tempore extitiſſe veſtigium Athenarum ſcholarum, in quibus fabulantur indocti imaginariam feminam illam Joannam philoſophiam didiciſſe. Leo Philoſophus. Subiicit idem Curopalates de eodem Leone unico in Oriente philoſoho iſta: *Grammaticam aſſerebat ſe Leo & Poeticam Conſtantinopoli didiciſſe, reliquas vero doctrinas cum in inſula Andro commoraretur. Ibi enim cum ſtudioſo quodam homine Michaele Pſello verſatus, & ab eo perceptis elementis atque rationibus quibuſdam & principiis, quando non quantum voluit comprehendit, obibat monaſteria, &c.*

Ex

PAGIUS tus. Leo Grammaticus annum non exprimit, ſed narrata Antigoni ad dignitatem Domeſtici Scholarum evectione, ejuſque fratris conjugio, ſubdit: *Modico poſt feria Paſchatis quarta Michael Bardam avunculum promovet Cæſarem: qui curru per mediam Urbem vectus munera ſparſit in populum*, Conſulum ſcilicet more, ὅς ἔπι ἅρματος ἐποχηθεὶς ἔδωκεν ὑπατείαν τῇ μέσῃ. A Symeone Logotheta Porphyrogennetus in Vita Michaelis num. XXIV. & ſeq. non diſcrepat. Nam pôſtquam narravit, cladem hoc anno a Michaele Imp. a Saracenis acceptam, a qua Manuelis opera ſervatus vix evaſit, refert aliam expeditionem ab eodem Imperatore adverſus Amerem, ſeu Ducem Saracenorum ſuſceptam, cum *alter vix annus tranſierat*, ideoque tertio Imperii ejus anno. Tum num. XXVI. ſcribit: *Sed & Bardas nullo fixus munere, alias ex aliis continue dignitates, profuſa Principis largitate mutabat; haud ſecus ac juvenis quidam ac ambitioſus, vario ad luxuriam cultu mutat veſtes. Mutata itaque functione, ad Cæſaris dignitatem gloriamque aſcendit; cum Michael nulla alia Reipublicæ cura teneretur, quam ut theatris ludiſque Circenſibus vacaret.* Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis verba faciens de familia Michaelis Balbi Aug. tempus Bardæ collatæ Cæſaris dignitatis colligit ex Charta, data *anno XXIV. imperii Michaelis, & II. Bardæ Cæſaris, XV. Januar. indict. XIV.* anno ſcilicet Chriſti octingenteſimo ſexageſimo ſexto. Verum error in numeros irrepſit; alioquin Bardas anno tantum DCCCLXIV. eo honore affectus fuiſſet, quod omnibus Scriptoribus Byzantinis adverſatur. Loco itaque *II. Bardæ Cæſaris*, legendum, *VI. Bardæ Cæſaris*. [1]

X. Bardas literas Conſtantinopoli reſtituit. Porphyrogennetus poſt ſuperius narrata ſubdit: *Interim negotia publica adminiſtrabat* (nempe Bardas) *ac ſibi ipſe imperium animo deſtinabat, cujus quandoque ſibi ipſe compos fore videretur. Cæterum hæc quidem in futurum illi repoſita: interim vero ſæcularis ac profanæ ſapientiæ cura ſuſcepta (cum jamplura luſtra humaniores literæ Imperatorum barbarie ac inſcitia obſolevisſent,*

NOTÆ [1] NEmo accuratius annum, & menſem collatæ in Bardam Cæſareæ dignitatis definit ac Geneſius, qui in exitu hujus ſæculi ſub Conſtantino Paleologo res Conſtantinopolitanas ſcribebat, prodiitque in Collectione Hiſtoriæ Bizantinæ editionis Venetæ Tom. XXIII. Narrat igitur poſt fuſum fugatumque a Saracenis Michaelem in obſidione Samoſatæ, quod in annum 858. Pagius ibid. num. 19. optime refert, Saracenos quieviſſe biennio. Tum iterum arma moviſſe; commiſſoque cum Michaele prælio, ſuperiores evaſiſſe; adeo ut obſeſſus in monte quodam Imperator vix tandem evaſerit. Poſthæc iterum biennii quies. *Duobus annis præterlapſis, rurſus &c.* Saraceni fines Imperii invadunt, quibus coercendis miſſus Petronas, Theodoræ matris Imperatoris ac Bardæ frater, inſignem de illis victoriam retulit. Tum ſubdit idem Geneſius pag. 46. *Etiam Bardus poſtquam cum fratre hoſtes viciſſet, tunc Cæſar acclamatus fuit, in diebus Paſchatis Indictione decima.* Belle hæc omnia congruunt cum anno 862. quem etiam annum indicat duplex cum Saracenis pugna, quæ duplex biennium ab obſidione Samoſatæ ſignat. Ex his patet Logothetam qui hæc refert anno tertio Michaelis res in plures annos geſtas ſub uno eodemque conſignaſſe. Patet inſuper Pagium non ſatis apte textum Porphyrogeniti explicaſſe, apud quem illud *cum alter vix annus tranſierat* ſonat, biennium jam effluxiſſe ab infelici Samoſatæ per Michaelem obſidione. Liquet id ex Textu Græco, ita ferente δεύτερος ἢ χρόνος παρέδραμε. *Secundus jam annus tranſierat*. Denique pugna, quæ victoriam Petronacis præceſſit, non ad annum 859. ſed ad 860. pertinere cenſenda eſt, cum ex Geneſio contigerit ab obſidione Samoſatæ biennio. Demum Petronacis expeditio a Pagio ad annum 860. conſignata, ad annum 862. promovenda eſt. MANSI



LIII. De Pſello & Metaphraſte. Ex his pariter habes, Lector, quo tempore vixerit Pſellus, qui fuit magiſter Leonis philoſophi: ex quo pariter addiſces quo tempore vixerit Metaphraſtes, in cujus laudem Pſellus ipſe orationem habuit, qua oſtendit haud pridem eſſe defunctum, dum (a) ait de ejus obitu audiſſe eos, qui viderunt ejus ad Deum tranſitum. Sunt hæc ejus verba: *Non enim eum veluti abſciſſum, aut diviſum fuiſſe dicunt ii, qui viderunt, ſed videbatur veluti a quodam vinculo liberari, & hilari nutu ſe extendere ad ducentes Angelos, & quodammodo ſeipſum tradebat illorum manibus, ut cito emigraret de corpore.* Hæc Pſellus. Cæterum quod inter vitas Sanctorum poſitas in tomis ab ipſo collectis reperiantur aliqui Sancti, qui poſt hæc vixerunt tempora, id factum aliena putamus opera, qui ſuis diebus & menſibus allegerunt Sanctos ſingulos, qui poſtea vixerunt, ne viderentur extra claſſem vagari; ſicut & de eo monendum putamus eſſe Lectorem, ſæpe accidere in vitis Sanctorum, ut ſcriptores earum illis vixiſſe temporibus declarentur; ut ſit neceſſe errore labi, ſi quis eum eſſe putaverit Metaphraſtem, & eum illo vixiſſe tempore dixerit, cum ſcire debeat vitas Sanctorum non fuiſſe, ut plurimum a Metaphraſte conſcriptas, ſed collectas tantum, ordineque per ſingulos menſes diſpoſitas. Ex tempore igitur Pſelli, melius intelliges tempora Metaphraſtis. Quod & ſi plures Pſellos fuiſſe dixeris: iſto nullum celebriorem, nec antiquiorem invenimus.

(a) Apud Sur. die 27. Novemb.

LIV. Quod autem occaſione ſcholarum a Francis ad Græcos ſe convertit oratio: jam miſerrimum ſtatum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ anno ſuperiori ob oculos poſitum proſequamur. Dictum autem eſt in fine anni præcedentis, quomodo S. Ignatius Bardæ Patricii factione e throno depoſitus fuit, & in locum ejus Photius ſubrogatus. Sed nec hic finis impoſitus malis: nam poſtquam idem Ignatius plurimis afflictus eſt pœnis, ut abdicationis ab ipſo libellum extorquerent, cujus rei cauſa ipſa Eccleſia Conſtantinopolitana ſchiſmate ſciſſa fuit: ipſe Photius (ut ait Anaſtaſius Bibliothecarius in præfatione hiſtorica ad octavam Synodum) videns quampluri mos adhuc ſtare pro Ignatio, perſuaſit Imperatori, miniſterio Bardæ, ut congregaret concilium ſibi adhærentium Epiſcoporum, quo eumdem Ignatium damnaret, ut hac arte Epiſcopos, atque populum ab Ignatii affectione divelleret. De iſto conciliabulo, & conventiculo ſatanæ agens Nicetas in Ignatio, hæc ait: *Dum vero Mytilene Ignatius exul ageret, Photius congregata ſua iniquorum caterva in ſacro templo glorioſorum Apoſtolorum, privationem promulgat adverſus Ignatium abſentem, necnon illum anathemate damnat: ipſe ſcilicet accuſator factus, & judex, & quoſcumque videbat huic animo ſuo, & iniquæ huic actioni adhærentes, & rebus, quæ fiebant, ſubſcribentes, inter præcipuos amicos, & charos commiſtros habebat: qui vero huic judicio inique habito ſe obiicientes, hæc approbare nolebant; hos prætorio, & carceribus variis modis puniendos tradebat.* Conciliabulum adverſus Ignatium.

LV. *Cum igitur multi murmurarent, & hæc injuſta acta Photii reprehenderent, quinimmo a propris operibus, necnon a ſuamet conſcientia redargueretur: conſilium iniit Photius, pravum magis, quam ſapiens: non enim bono malum, ſed malo ma-*



PAGIUS *ſent, ac prope extinctæ eſſent) Mathematicarum diſciplinarum ſcholis ad Magnauram* (Palatium a Conſtantino M. conditum, de quo Ducangius lib. 2. Conſtantinopolis Chriſt. cap. 5. num. 2.) *conſtitutis, magnifice rurſus florere, ac velut repubeſcere eam fecit. Nec tamen hoc Bardæ facinus, quamquam ſummam præferret honeſtatem, gloriaque celeberrimum eſſet, ejus noxas reliquas eluere valuit. Praerat huic ſcholæ ac Doctor Philoſophiæ erat, magnus ille ac Philoſophus Leo, ſanguinis quidem proſapia Jannis Patriarchæ patruelis, gradu vero Theſſalonicenſis quondam Epiſcopus. Tunc autem ceſſare juſſus atque amotus, quod Iconomachorum hæreſis cultor erat, huic negotio præpoſitus, opera ſua ac induſtria inſcitiam procul abigebat atque fugabat.* Paulo poſt: *Theodorus ejus diſcipulus, Geometriæ ludo præſidebat: Theodegius Aſtronomiæ, Cometas, linguæ Græcæ, Grammaticæ. Iis Bardas dum large ſumptus ſuppeditat, ac quo ſcientiarum deſiderio accenſus videbatur, ſæpe ipſe quoque ſcholas frequentans, diſcipulorumque animos confirmans, intra juſti temporis moras, velut alas doctrinis addidit, eiſque plumeſcendi (ut ſic dicam) ac profectus maximi compendium fecit.*

XI. *Michael Pſellus Senior Præceptor Leonis Philoſophi.* Ad num. LIII. Quod *Leo Philoſophus* Rhetoricam, Philoſophiam, Arithmeticam & reliquas ſcientias in *Antro* inſula didicerit, ut tradit Cedrenus; Baronius ait inde colligi poſſe, quando vixerit *Pſellus*, quando item *Metaphraſtes*, quem vita functum Pſellus laudavit; indeque Metaphraſtæ ætatem ad præcedentes annos revocat. Verum Allatius in Diatriba *de Pſellis*, & in Diatriba *de Symeonibus*, Metaphraſtæ ætatem antea ignotam, certam atque indubiam primus ſignavit, demonſtravitque eum ſæculo tantum ſequenti floruiſſe, & *Michaelem Pſellum* Leonis Philoſophi Præceptorem, qui hoc tempore vixit, alium eſſe a Michaele Pſello Juniori, qui Symeonem Metaphraſtem longe poſt ejus mortem laudavit. Sed quia tam Scriptores Catholici, quam Heterodoxi, in Metaphraſte obtrectando profuſi fuere, & in ejus geſtis peregrini, nobis fuſe de illo ſæculo ſequenti agendum erit, ideoque hic de eo plura in medium non afferemus.

XII. Ad num. LIV. & ſeqq. cum *Photius* die natali Chriſti anni DCCCLVII. Patriarcha Conſtantinopolitanus conſecratus fuerit; quæ Baronius

Legationis Photii cauſa quæ fuerit.

*malum ſanare cogitat, quin potius majori majus addere: quemadmodum enim qui viam virtutis conſcendunt, per bona opera tamquam per ſcalas ad Deum aſcendunt; ita illi, qui rectam viam dimiſerunt, per mala opera iniquitatis patri accedunt, & malum malo addentes, non deſinunt, quouſque in malorum operum profundum ſe ipſos præcipites dent. Init itaque conſilium Photius Legatos mittendi ad antiquam Romam, & a Nicolao Papa Legatos petere, occaſione videlicet, ut Eccleſiam corrigeret, necnon ut illos, qui hæreſim Iconomachorum tuerentur, a Chriſtiano nomine omnino reſcinderet; revera autem id curabat, ut Romanorum manu, & auctoritate firmiorem redderet Ignatii depoſitionem. Mittit igitur Theophilum Epiſcopum Amorii, & Samuelem Epiſcopum* Chonorum ſub Laodicea exiſtentem, quem deinde Archiepiſcopali honore decoravit, & alios duos. Per hos etiam falſa ſcribere ad ſummum Pontificem non veretur. Scribit enim Ignatium propter ſenium, & infirmitatem, & corporis imbecillitatem Eccleſiæ renuntiaſſe præfecturam, & ab illa ſeceſſiſſe, & in quamdam inſulam profectum in monaſterio manere cum omni honore, & cultu, & obſequio tum ab Imperatoribus, tum etiam ab univerſa civitate habitum.* Hucuſque Nicetas rerum inſpector de conciliabulo, & legatione Photii ad Nicolaum Pontificem. Porro Photius etiam ſuaſit Imperatori, ut & ipſe eadem ex cauſa ad eumdem Papam legationem mitteret, ut omnia facilius impetraret. Quod & Imperator fecit, ut ipſe Nicolaus (*a*) teſtatur in epiſtola ad univerſos Fideles ſanctæ Eccleſiæ verbis iſtis:

*al. Chomarum

(*a*) *Nicol. ep.* 4.

LVI. *Quod igitur generali notitia extat univerſæ plebi Dei vulgatum, minime veſtræ ſanctitati habetur incognitum, qualiter præterito jam tempore ſanctæ Conſtantinopolitanæ urbis Eccleſiæ Clerus, immo Græcorum inclytus Imperator cum Chriſtianiſſima plebe, ſuæ ditioni ſubiecta, pro quibuſdam prævaricationibus in eadem Eccleſia pullulatis: ac variis diſſenſionibus in eodem populo ſuper Photio invaſore, & Ignatio Patriarcha nequiter obortis, Legatos proprios ad hanc ſanctam, & omnium Eccleſiarum matrem miſerunt Eccleſiam, diſcretiſſima videlicet poſtulatione conſulentes, qui definitionis calculus ſuper hujuſcemodi prævaricationibus noſtro judicio deberetur imponi; ſancta ſcilicet ac ſalubri diſcretione perducti, ab hac principali Eccleſia, quam veraciter intelligunt a Chriſto Salvatore percepiſſe ſui principatus privilegia, non immerito ob ædificationem religionis, & recuperationem pacis atque concordiæ, ſub canonica definitione ſibi dari poſcentes judicia.* Hæc de his ibi.

LVII. Quod autem eadem legatione ſua petiiſſet Imperator ab ipſo Romano Pontifice Legatos mitti a latere ad ſedandum conflatum ſchiſma, idem Nicolaus in Encyclica ad omnes Patriarchas, & Epiſcopos declarat his (*b*) verbis, rem geſtam ab exordio breviter repetens: *Poſtquam quidem invidiæ facibus accenſi, & ſuperbiæ faſtu arroganter elati more Judæorum contra paſtorem proprium inſurrexerunt, & Patriarcham ſuum, comminiſtrum videlicet noſtrum Ignatium ſanctiſſimum præfatæ urbis Antiſtitem ab Eccleſia ipſa, cui jure præſidebat, tyrannice projecerunt: Photium quemdam ex foro, ac ſæculari militia & habitu, atque a palatinis ædibus eductum, ac ſubito conſecratum eidem contra ſacros Canones Eccleſiæ præfecerunt. Tunc cœpit ſcandalum, & ſchiſma in jam dicta urbe, & in adiacentibus ſibi civitatibus non modicum oboriri, aliis quidem Photii promotionem defendentibus, aliis autem hanc, tamquam inconvicto, & ſuperſtite Ignatio, factam merito deteſtantibus. Tunc, inito conſilio, Imp. Michael, qui & ipſe Bardæ Patricii verſutiis ſuaſus, Photii parti favebat, ad Apoſtolatum noſtrum Legatis cum epiſtolis deſtinatis, accuſationes quaſdam adverſus Ignatium deferentibus, petiit, ut a Sede Apoſtolica Miſſos daremus, qui ſcandala ipſa ſedarent, & ſchiſmata diſſiparent.* Hæc de miſſa ab Oriente legatione Nicolaus.

(*b*) *Nicol. ep.* 1.

Mittitur Legatio ab Oriente ad Nicolaum Rom. Pont.

LVIII. Magnam hic conſidera, Lector, vim atque potentiam veritatis. Licet Imperiali niſus potentia Photius, & Epiſcoporum conſultu, ex congregato ad eam rem perficiendam concilio, ab ipſo Imperatore, Barda operante, in patriarchalem elevatus ſit thronum: quod tamen ſciretur omnis conatus Imperatoris eſſe irritus, niſi Ignatius e ſede depoſitus, auctoritate Papæ privatus eſſet, & ipſe Photius, quem evexiſſet Imperator in ſedem, manu Romani Pontificis firmaretur; judicium vel invitus cogitur implorare Apoſtolicæ Sedis. Sed & licet veriſimili conjectura exiſtimare potuiſſet, quæ a ſe tyrannice præter jus faſque eſſent in Ignatium perpetrata, minime probanda fore ab eadem Apoſtolica Sede, a qua ſciretur haud pridem excommunicatus Gregorius Syracuſanus Antiſtes in eumdem Ignatium inſurgens, eſſe damnatus: nihilominus, cogente veritate, contineri non potuit (licet ſciret in diſcrimen adduci exiſtimationem ipſius Imperatoriæ majeſtatis, ſi a Romano Pontifice reſcinderentur, quæ ab ipſo eſſent pro Photio in Ignatium pertractata) quin ad ſedandum ſchiſma, Sedis Apoſtolicæ judicium appellaret, ad quod impetrandum, legationem decerneret ad ipſum Nicolaum Romanum Pontificem, Barda non repugnante, nec ipſomet contradicente, quod ſciret omnino infirma, & penitus invalida eſſe, quæ Romanæ Sedis auctoritate carerent. Tantum ergo etiam apud nequiſſimos homines veritas ſibi vendicat poteſtatis. Sed quid cæca malitia meditatur? Quid iniquitas arte fraudulenta molitur? Ut omnino quod peteret de legatione mittenda a Pontifice obtineret: aliam quoque (quod tradit Anaſtaſius) prætexit Photius ſimulatam occaſionem, nempe cauſam ſacrarum imaginum, nimirum ut ſua auctoritate Pontifex pullulantem rurſus errorem evelleret.

Apoſtolicæ Sedis auctoritas ab adverſariis cognita.

LIX. Quinam vero hac functi ſint legatione, quæve munera per eos miſerit Imperator ad Nicolaum Papam, ab Anaſtaſio ea cuncta oculis ſpectante ſic accipe: *His temporibus Michael filius Theophili Imper. Conſtantinopolitanæ urbis Imperator, ob amorem Apoſtolorum miſit ad B. Petrum Apoſtolum dona per Epiſcopos, quorum hæc ſunt nomina, Methodius Metropolitanus, & Samuel Epiſcopus, & alii duo, qui depoſiti fuerant ab honore Epiſcopatus, Zacharias & Theophilus, & alius Imperialis miniſter laicus, nomine Arſa Prothoſpatharius: miſit ſcilicet patenam ex auro puriſſimo cum diverſis lapidibus pretioſis, albis, praſinis, & hyacinthinis. Similiter calicem de auro & lampadibus ornatum in circuitu, pendentibus per fila aurea &* * *repidis duabus in typo pavonum, & ſcutum aureum ex diverſis lapidibus pretioſis hyacinthinis, & albis, quod penſat ſimul libras ..... Similiter miſit veſtem de chryſoclavo cum gemmis albis, habentem hiſtoriam Salvatoris, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum cum arbuſtis & roſis, & litteris legentibus nomen Imp. miræ magnitudinis, & pulchritudinis; & alia multa dona porrigentes, legationis verba ſibi injuncta protulere. Præfatus Græcorum Imperator inventa pro imaginum depoſitoribus occaſione, Miſſos Apoſtolicæ Sedis per præfatos Legatos Conſtantinopolim dirigi poſtulavit, intentans ſcilicet cauſam Ignatii Patriarchæ, & Photii Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ pervaſoris, cupiens hinc eumdem ſanctum virum Ignatium judicio Sedis Apoſtolicæ callide per invidiam (ut poſtmodum patuit) condemnari.* Hæc de legatione, & muneribus Imperatoris Anaſtaſius.

Legati ab Imp. miſſi, & munera oblata.

*

LX. Meminit rurſum hujus legationis Nicolaus (*a*) Papa in epiſtola ad Orientales Epiſcopos, ſub Conſtantinopolitana Eccleſia conſiſtentes, his verbis: *Dum quod hinc a nobis fieri deberet, vel qualiter tanti rumoris certitudinem noſſe poſſemus, inceſſanter, & anxie cogitaremus: ecce repente cum epiſtola regia quidam Epiſcoporum, quorum unus erat Gangrenſium Metropolitanus, cum Arſa viro glorioſo Spathario, Auguſtalem ferentes legationem ad Sedem Apoſtolicam pervenerunt, accuſationem in ſcriptis adverſus jam fatum conſacerdotem noſtrum Ignatium, & in verbis excuſationes pro Photio deferentes, & ut a Sede Apoſtolica Miſſos daremus, &c.* Quatuor Epiſcopos Romam ad Nicolaum una cum Arſa miſſos eſſe, habet libellus Epiſcoporum apud Actionem ſecundam Octavæ Synodi, quorum Epiſcopatuum nomina recitantur ab Anaſtaſio Bibliothecario in notis ad eamdem Synodum appoſitis. Sunt

(*a*) *Nicol. ep.* 16.

PAGIUS

nius de eo, & de Sancto Ignatio hoc anno refert, partim ad ſuperiorem, partim ad currentem pertinent. *Barda* in Ignatium & Ignatianos graviſſime ſæviente, hi Ignatium tanto vehementius Patriarcham repopoſcere: *His ergo compertis*, inquit Anaſtaſius in Hiſtoria Synodi octavæ, *cœperunt nonnulli Metropolitani Antiſtites ac inferioris Sacerdotii, vel ordinis clerici, vel laici, Pontificis ſui tormentis compatientes, dejectionemque dolentes, Rectorem ſibi proprium reddi magnopere clamitare.* Epiſcopi in duas partes diſtracti erant, aliis Ignatio adſtantibus, aliis Photio accedentibus. Metrophanes Smyrnenſium in Jonia Metropolitanus, cujus Epiſtolam ad Manuelem Patricium datam Baronius anno DCCCLXX. num. XLV. & ſeqq. recitat, in quem ſtatum res redacta eſſet, his verbis narrat: *Cum primum vidimus univerſam Epiſcoporum multitudinem corruptam, operæ pretium fore duximus, noſtra etiam manuſcripta aſſenſione Photium noſtræ Chriſti Eccleſiæ filium declarare, & ſanctiſſimi ejus Præſulis Ignatii ſocium & collegam, ut hoc pacto Bardæ edicta nullo modo refragari deprehenderentur. Edixerat enim ille, ut noſtræ Chriſti Eccleſiæ Patriarcham conſtitueremus, licet coram nobis ſua ſcripſerit manu, ſe Ignatium ab omni culpa immunem Patriarcham exiſtimare; nec unquam adverſus illum aliquid ſe dicturum. Si quis vero dicat, Photium fuiſſe admiſſum Patriarchæ collegam; admiſſus certe fuit Photius a nobis tamen invitis, vi quidem atque ejus qui imperabat imperio. Qui paulo poſt quod ſua manu chirographum ſcripſerat, ipſe etiam delevit, & Ignatium depoſuit, quando coram univerſo Epiſcoporum cœtu Conſtantinopolitanæ Provinciæ ipſe anathemate fuit damnatus, & depoſitus, & ſegregatus a Patre & Filio & Spiritu Sancto declaratus.*

*Temperamentum a Photianis excogitatum.*

XIII. Excogitatum fuit temperamentum illud ad majora mala vitanda, ſed cum inutile eſſet, in Sanctæ Irenes æde Synodum per quadraginta dies celebrant, *Photium* damnant, eique Patriarchatum abjudicant. Photiani vero Concilium in Sanctorum Apoſtolorum Templo coegere, & *Ignatium*

*Photiani S. Ignatium anathemate percellunt.*

Sunt hæc: Methodius Metropolitanus Gangrenſium, Samuel Chomarum Epiſcopus, Theophilus * Jacenti, & Zacharias Tauromeniæ, qui omnes Legati Epiſcopi Photii litteras, detulerunt ad Nicolaum. Qui eos audivit in baſilica S. Mariæ, ad Præſepe nuncupata, non tamen ad communicationem cum reliquis Epiſcopis admiſit, licet ad audientiam recepiſſet eos per ſatisfactionem libelli & juramenti. Hæc habent Acta Octavæ Synodi teſtificatione Marini Apoſtolicæ Sedis diaconi in Actione quarta. Sed videamus ipſas Photii litteras dolo plenas, mendaciis refertas, quas cum aliis plurimis invenimus in Columnenſi bibliotheca, quæ fuit Cardinalis Sirleti, eaſque in Latinum reddendas curavimus a docto ac pio viro mei amantiſſimo Petro Morino Pariſienſi, quæ ſic ſe habent:

* al Zacynthi

*In omnibus ſanctiſſimo, ſacratiſſimo, reverendiſſimo comminiſtro Nicolao Papæ ſenioris Romæ, Photius Epiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ.*

LXI. Photii epiſtol. ad Nicolaum Pap.

*Cum mihi Pontificatus magnitudo in mentem venit, cumque cogito longe hominis utilitatem ab ea quæ illi ineſt, perfectione abeſſe, ac mearum virium imbecillitatem metior, ſubitque animum ſublimitatis talis dignitatis mecum enutrita conſideratio, quæ faciebat, ut eos admirarer, & obſtupeſcerem quotquot umquam ſæculi noſtri, ne dicam ſuperiorum ætatum tremendum Pontificatus jugum ſuſceperunt, cum homines eſſent, carnique & ſanguini devincti, periculoſe aggrederentur incorporeorum Cherubim opera peragere: Cum hæc ex animo, & curioſius perſcrutor, & quo in ſtatu alios videns perturbabar, eodem me nunc captum intueor: dici non poteſt, quibus doloribus inceſſar, quoque mœrore detineri perſeverem. Quamvis enim hæc mihi cogitatio & cura fuerit, a puero ſimul augeſcens, & comitans, liberum ab hujus vitæ negotiis ac tumultibus quiete, ac res meas contuentem perſeverare (nam oportet me, qui ad ſanctitatem veſtram ſcribere incœpi, verum dicere) regiarum dignitatum adminiſtrationes deorſum trahentes voluntatem, ad alia convertere cogebant. Verum me numquam inceſſit fiducia, quæ faceret, ut mihi eſſet tolerabile Pontificatus honorem ſubire. Erat enim mihi perpetuo venerabilis, & tremendus, præſertim recordanti principis Apoſtolorum Petri, qui quidem cum multa argumenta in Dominum noſtrum JESUM Chriſtum verum Deum noſtrum oſtendiſſet, ac multum undique ſpecimen dilectionis in eum dediſſet: quaſi coronidem rerum præclare ab eo geſtarum, & peractarum paſcendi miniſterium dignatione magiſtri ſuſcepit. Et vero ſervo ſcio concredi talentum, eumque propter metum dominicæ ſeveritatis occultantem, nec unde ſibi quod creditum erat, excidens diriperetur, ac propterea talentum ei, qui dederat, multiplicatum non reddidit, rationem ab eo repoſci, eumque ignis ac gehennæ condemnationem ſubire.*

LXII. *Verum cur hæc a me ſcribuntur, & gliſcit dolor, & moleſtia intenditur, & turbatio inveſtigatur? Nam memoria rerum anxiarum malum acrius efficit, ac ſublevari non ſinit * mœrorem. At enim hanc ob cauſam eorum, quæ acciderunt, tragædia quaſi in ſcena acta eſt, ut veſtris orationibus, neſcio quomodo creditum nobis gregem pulchre videntes agi, & gubernari, officientem nobis difficultatis nubem diſcutiamus, & inertiæ caliginem effugiamus. Novit enim, novit gubernatori ſecundo vento navis currens, ac egregie gubernaculis recta lætitiam afferre, & Eccleſiæ cœtus pietate, virtutibuſque exuberans præfectum & paſtorem afficere voluptate, & efficere, ut incertæ mentis, inopiæque conſilii nebulam abſtergat.*

* inertiam

*Nuper itaque cum is, cui ante nos ſacerdotio fungi obtigerat, eo honore abiiſſet: neſcio quomodo impulſi, magna me vi aggrediuntur, & qui cenſebantur in Clero, & Epiſcoporum Metropolitanorum conventus, & ante hos, cumque iis pietate præſtans Chriſtumque diligens Imperator, in omnes quidem benignus & æquus*

Photius egregie mentitur & adulatur.

PAGIUS *tium* abſentem & dignitatis Patriarchalis, & Eccleſiaſticæ communionis indignum declararunt, & in eum anathema dixerunt. Subdit enim Metrophanes: *Ita cum Epiſcopi omnes* (ſcilicet Sancto Ignatio addicti) *ſuffragiis conſentirent, ut ſe ipſos quoque damnarent, ſi quis unquam Photium Patriarcham confiteretur, & per dies quadraginta Synodum in æde Sanctæ Irenes celebrarent, illi* (nempe Photius) *adjutore Barda Concilium in Apoſtolorum Templum colligit & iterum repudiat Ignatium, & anathematizat. Quo etiam tempore nos ejus iniquitatem arguimus, & hac de cauſa in illo Conciliabulo iniquiſſimam depoſitionem nos itidem paſſi ſumus, & in fatidiſſimum carcerem apud Numeros* (erant longæ porticus *Magni Palatii*, in quibus excubabant Prætoriani milites ad Imperatoris cuſtodiam delecti, a numeris militaribus *Numeri* appellatæ, ut videre eſt apud Ducangium lib. 1. Conſtantinop. Chriſt. cap. 4. num. 32.) *multis diebus fuimus conjecti atque detruſi. Nobiſcum etiam fuit ipſe Patriarcha Ignatius ferreis vinculis devinctus, & cuſtoditus, & alii præterea multi in Prætorii carcere, qui deinde illinc educti, in exilium miſſi ſunt. Patriarcha quidem Mitylenem, reliqui vero alii alio. Photius interea ſeparatim ad beatiſſimum Papam Nicolaum quatuor Metropolitas Romam miſit, & per eos illi omnia ſignificavit, qua ad Ignatii damnationem faciebant.*

Hoc



*quus & humanus (quid enim? verum dicendum non eſt?) nec quemquam eorum qui ante ipſum imperarunt æquitate parem habens; mihi vero tum inhumanus quidem viſus ac violentus admodumque formidandus. Is enim una cum commemorato ſacerdotum cœtu nihil remittebat de vi, & impreſſione mihi facienda, ſed quamobrem me dimiſſurus non eſſet, excuſatione utebatur conſentientis ſacerdotum voluntatis & ſtudii; ſeque etiam, ſi vellet, non poſſe poſtulatum meum perficere. Ad ſacerdotes autem ac cæterum Clerum (magnus enim numerus convenerat) ne obſecrationis quidem meæ verba clare perveniebant: ſi quibus vero ea incidebant, non recipiebant; cum hoc unum & meditati eſſent, & dicere inſtituiſſent, me omnino vel nolentem hoc præfecturæ onus ſuſcipere oportere.*

LXIII. *Poſtquam vero omnes mihi viæ precum verbis faciendarum obſtructæ ſunt; proſiliebant lacrymæ, ac deſperationis caligo cum omnia interiora confuſione impleſſet, & in ipſos uſque oculos irrupiſſet, in rivum mutabatur. Nam cogitatio (deſperata ſemel ſalute verbis conſequenda) naturam ipſam ad ſupplicationem, & lacrymas excitabat, his ſperans auxilium, & opem nanciſci ſe poſſe, quamvis voluntate ac propoſito ſuo deciderit. Nec enim ſic remiſerant ſe, qui vim faciebant; quoad contra voluntatem meam, illorum vero ex ſententia res perfecta eſt. Sic in mediis de cætero tumultibus, iis judiciis, quæ ſcit qui novit omnia, toleranter dego: Sed ſatis quærens, tempeſtivum eſt dicere proverbium.*

*Quoniam vero omnium optima eſt Fidei communio, maximaque omnium cauſa veræ dilectionis: ut id cum veſtra ſanctitate purum, & inſolubile vinculum faciamus: cenſuimus noſtram, veſtramque fidem breviter tamquam in columna ſcribendam. Inde orationes veſtras fervidius, promptiuſque attrahentes, noſtrumque in vos affectum explicantes.*

Photii Catholicæ fidei profeſſio.

LXIV. *Credo igitur in unum Deum, perfectum, & perfectionis efficientem Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, non dividens perſonarum diſtinctione etiam naturam (dividat enim Arii diviſio) ſed in identitate naturæ perſonarum differentiam credo. Tollatur enim pariter & Sabellii contractio. Trinitatem ſanctiſſimam omnium opificem, omnipotentem, ipſam ſibimet ſimul exiſtentem ſine principio, ut omne temporale principium excedentem, & initio carentem, principii autem, & cauſæ rationem in Patre implente: ſic enim, & ſuper temporalem cogitationem pari honore Trinitas ſtabilitur; & ejuſdem ſubſtantiæ cum Patre, ex quo hic quidem ſine fluxione, & ineffabiliter genitus eſt, hic vero procedit theologice, hymnis celebrabitur. Trinitatem ſanctiſſimam, ſuperſubſtantialem ſubſtantiam, hoc quidem quod omnem ſubſtantiam Deo decenter ſupergreditur; hoc vero, quod inde omnibus entibus participatio eſt eſſendi ſuper omne bonum bonitatem, hoc quidem, quod fons bonitatis, hoc vero quod bonis illinc eſt, quod bona ſunt. Hoc nobis eſt (ut in brevibus) Theologiæ noſtræ inculpabilis diſciplina.*

LXV. *Filium vero & Verbum Dei & Patris in ultimis diebus ex ſemper Virgine & ſupergloriosa Domina noſtra Deipara proceſſiße cum carne animata anima intelligenti & rationali, id eſt, perfectum hominem aſſumpſiſſe veritate, non phantaſia: non perſonaliter, neque aliquem in ſingulis proprio ac determinato charactere circumſinitum, ſed totum hominem, quem in ſua hypoſtaſi individuum ſubſiſtere fecit, ut genus humanum ſalvaret. Servatas etiam in eodem & uno Chriſto naturas divinitatis, & humanitatis, unitas quidem unione ſecundum hypoſtaſim, ſed non confuſas ſubſtantias alterificatione; unam quidem hypoſtaſin, duas vero naturas; & utrique earum propriam tribuo voluntatem. Duas enim voluntates in Chriſto non minutas, quia & duæ operationes: eumdem paſſibilem & impaſſibilem; corruptibilem & incorruptibilem: circumſcriptibilem & incircumſcriptibilem: alia appropians divinitati, alia humanitati attribuens: crucifixum voluntarie pro nobis. Et qui nobis præbuit honorabilem & venerandam Crucem, deſtructionis mortis cauſam: ſepultum eumdem, ac in mortuis connumeratum. Qui tertio die juxta ipſius deiloquam vocem a mortuis reſurrexit: quique viſus eſt diſcipulis, & cum illis edendo ac bibendo, omnem ambiguitatem ac phantaſiæ opinionem ab eis ſummovit. Deinde & aſcendit una cum aſſumpta, ſive cum animata anima intelligenti & rationali ipſius*

*pro-*

PAGIUS XIV. *Conciliabulum Conſtantinop. & Legatio ad Nicolaum PP.*

Hoc Concilium *Conſtantinopolitanum* in Templo Apoſtolorum hoc anno congregatum, ejuſque meminere etiam Anaſtaſius in Hiſtoria Synodi octavæ, Nicetas in Sancti Ignatii Vita, aliique. Meminere & Legationis a Photio ad Nicolaum Papam miſſæ, *quatenus*, inquit Anaſtaſius laudatus, *ſicut ipſe ſperabat, approbante vel decernente mox omnia ora reſiſtentium obſtructa ſilerent, & aditus ſibi progrediendi, qua vellet, omnes omnino pateſcerent.* Sed de hac Legatione plura Baronius.

XV. *Variæ Normannorum graſſationes.*

Graſſationes Normannorum hoc modo ab Annaliſta Bertiniano narratæ: *Dani loca ultra Scaldem populantur. Vulgus promiſcuum inter Sequanam & Ligerim inter ſe conjurans adverſus Danos in Sequana conſiſtentes* (alii enim ad Ligerim fluvium, alii ad Sequanam fl. ſedes habebant) *fortiter reſiſtit; ſed quia incaute ſu-*

*ſce*

*propria carne. Et iterum pariter venturus eſt ad judicandum vivos & mortuos. Sic enim dicit divina Scriptura: Veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.*

LXVI. *Sic ſentiens, & confitens incommutabiliter eam Fidem, quæ in Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſtabilitur, & prædicatur, ſanctas & œcumenicas ſeptem Synodos recipio. Primam quidem, utpote quæ Arium, & eos, qui cum eo ſentiebant, una cum eorum abominanda creaturæ adoratione diſrupit, ac evertit. Secundam vero, quæ læſæ mentis Macedonium ab Eccleſiaſtica communione exterminavit, & abſcidit, qui pari atque Arius inſania laborabat: In creaturis enim hic quoque ſanctiſſimum, & omnium opificem ponens Spiritum, creaturam adorare non erubeſcebat. Verum enimvero & tertiam, quæ depoſuit impium Neſtorium, ac evertit innovatam ab eo Deo exoſam ſuperſtitionem: hic enim indiviſe, & ſecundum hypoſtaſin unitum Deo Verbo totalem hominem audacter, & dementer a divina Verbi abſtrahens hypoſtaſi, in propria eum hypoſtaſi eſſe, monſtruoſe dicebat, & imaginabatur; ac idcirco nudum hominem eum, qui carne apparuerat, Filium & Verbum Dei ſomnians, conſequenter hic infelix appellare ſanctiſſimam Dei Genitricem Deiparam proprie abnegavit. Quartam autem, ut quæ Eutychen, dyſtychen, id eſt, infelicem ac ſceleſtum Dioſcorum eliſit, atque anathematizavit una cum eorum imaginativa dementia, eorumque omni caterva. Domini enim carnem non eſſe nobis conſubſtantialem, delire aſſerebant, ſed ex duabus quidem naturis unionem factam eſſe, in unam vero naturam poſt unitionem conſumptam fuiſſe neutrius conſervantem proprietates, nec divinæ, nec vero humanæ. Quintam etiam, quæ excidit, ac penitus extinxit ea, quæ in perniciem auctorum ſuorum ſuſcitabantur, ſcelerata dogmata, & partus impii Neſtorii, qui regiæ urbis ſine Deo Pontifex fuerat, & Theodori, qui Mopſueſtiæ, magis etiam ſine Deo, Epiſcopatum geſſerat; tum eos, tum omnes, qui eadem, qua illi, vana ſententia ægrotabant; quin etiam & quæ dilaceravit, & demeſſuit Origenem, Didymum, Evagrium, qui ratione cum Gentilibus congruente, ac inſipiente ſententia in ultimum profundum Deo adverſariæ perſuaſionis inciderunt. Cum enim gradus, & inferiores ſedes Deitatis confinxiſſent, & animarum præexiſtentias, ac effluxus, & decidentias reſpectionis earum ad Deum in ſeipſis conſtituentes, eaſque in diverſa, & multiformia corpora tranſvaſantes, & tranſmutantes; & finem ſuppliciorum, ac dæmonum reſtitutionem, e ventre (ſicut dicitur) eructantes, libero & aperto, nullis clauſtris, ore fabulati ſunt, & commenta ſua conſuerunt. Sed & ſextam, ut quæ abiecit, ac demolita eſt * Honorium, & Sergium, & Macarium, monſtruoſi homines ſermonis ac dementes, unaque cum ipſis eos, qui eamdem impietatem ad ſe duxerunt, & expreſſerunt, cumque alienis eorum, & abſurdis commentis: unam enim voluntatem, & unam operationem Chriſto Deo noſtro, qui ex duabus inconverſis naturis eſt, male miſeri adſcribebant. Præterea & eam, quæ Nicææ iterum facta eſt, ſacram & magnam Synodum, quæ Iconomachos, id eſt, imaginum oppugnatores, ac propterea Chriſtomachos, id eſt, Chriſtum oppugnantes, & Sanctorum obtrectatores, ut purgamenta eliminavit, ac dejecit. Cum iis autem & deteſtandam æque Manichæicam eorum hæreſim: Domini enim noſtri JESU Chriſti conſubſtantiale nobis ſanctum corpus pingere in imagine abominabantur; pingi non poſſe, & incircumſcriptum eſſe debacchando aſſeverantes, ac ideo nobis conſubſtantiale non eſſe, inſano more concludentes. Has igitur ſanctas, & œcumenicas Synodos recipio, anathematizans, quos anathematizaverunt, & amplectens, & magnificans, quos laudibus celebrarunt.*

* Falſo accuſant Honorium: nec ſine dolo potuit prætermiſiſſe Pyrrhum & Paulum Conſtantinopolitanos Patriarchas hæreſis auctores, & propugnatores. De Honorio conſule quæ dicta ſunt octavo Annal. tomo.

*Hæc eſt Fidei meæ, & eorum, quæ ad ipſam pertinent, & circa eam ſubſiſtunt, confeſſio, & in ea ſpes; nec mihi vero ſoli, ſed & omnibus, quibus meditatum eſt pie vivere, quibuſque divinus amor innatus eſt puram & ſinceram Chriſtianorum ſententiam retinendi. Hanc igitur* LXVII.

in

PAGIUS *ſcepta eſt eorum conjuratio, a potentioribus noſtris facile interficiuntur. Pyratæ Danorum longo maris circuitu, inter Hiſpanias videlicet & Africam navigantes, Rhodanum ingrediuntur; depopulatiſque quibuſdam civitatibus ac monaſteriis, in Inſula, quæ Camarias dicitur, ſe diſponunt,* (legendum *ſedes ponunt*; nam ex eodem Annaliſta conſtat, eos ibi moratos eſſe, ut dicemus anno ſequenti). *Dani noviter advenientes monaſterium Sancti Vualarici & Samarobrigam Ambianorum civitatem, aliaque circumquaque loca rapinis & incendiis vaſtant. Alii quoque eorum inſulam Rheni Patavum ſimili furore invadunt. Hi vero, qui in Sequana morantur, Noviomum civitatem noctu aggreſſi, Immonem Epiſcopum cum aliis nobilibus tam Clericis quam Laicis capiunt, vaſtataque civitate ſecum abducunt, atque in itinere interficiunt. Qui etiam ante duos menſes Ermenfridum Belvagorum* (ideſt Bellovacorum Epiſcopum) *in quadam villa interfecerant. Sed & anno præterito Blatfridum Bajocaſſenſium Epiſcopum necaverant. Oſſa beatorum martyrum Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii metu eorumdem Danorum in pagum Mauripenſem, in villam ſui juris Novientum devecta ſunt, atque XI. Kalendas Octobris in loculis diligenter conlocata.*

Monachus vero Centulenſis Anonymus, qui XVI.

hoc



*in ſcriptis Fidei confeſſionem ſtatuentes, & veſtræ ſacratiſſimæ ſanctitati res noſtras ut in tabula exprimentes, & ſermone commemorantes; quod ſæpe petivimus, indigemus orationibus veſtris, ut Deum propitium ac benignum in his, quæ gerimus, inveniamus: omnem vero ſcandalorum radicem, & petram offenſionis ex Eccleſiaſtico ordine ſublatam intueamur, ac bene paſci ſubditos, nec multitudine noſtrorum delictorum, illorum in bono profectum ita retardari, ut inde nobis multiplex peccatum adſcribatur, ſed ego quidem ipſis faciam, & dicam in doctrina, quæ oportet; ii vero obedienter & tractabiliter ad ſuam ipſorum ſalutem ducantur, & Chriſto omnium capiti inhærenter coagmententur, ejus humanitate, & benignitate, cui gloria & imperium cum Patre, & ſancto Spiritu, vitæ principi & conſubſtantiali Trinitati, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hactenus Photii litteræ, diverſæ tamen ab illis, quarum argumentum ex Niceta audiſti ſuperius.

Porro his litteris fraudulentus Photius primum omnium communicationem Apoſtolicæ Sedis ſuffurari conatus, Ignatii abrogationem, & ſuæ ſedis ſtabilimentum molitus eſt. At quæ Romæ in his decernendis acta ſint, & quæ ad Photium, & ad Imperatorem Nicolaus reſcripſerit, dicentur anno ſequenti, quo litteræ ab eo datæ inveniuntur.

Photii doloſæ artes.



PAGIUS hoc tempore vivebat & libros duos de Miraculis Sancti Richarii Abbatis, Centulenſis primi, Sæc. II. Benedict. recitatos ſcripſit, in lib. 2. ait: *Anno Incarnat. Dominicæ DCCCLIX. indict. VIII.* (a Septembri inchoata) *depopulata eſt dira clades non minimam Franciæ partem. Nam mare eo tempore quamvis ſub quibuſdam aſſidue obſcuris ſignificationibus illud minime ceſſat exercere, nudum ſuum ſuis oſtendit vicinis affectum. Ea enim tempeſtate alumnos proprios, quos ſui tabo nutrierat fellis, velut parturiendo evacuit. Heu quam ſæva illius gemina parturitio, ideſt ſignificativa & detecta! Quarum prior ſuum conſtituit eſſe in rapiendis animabus, & ad infimum ſui ſævi fluminis mergendo; ſequens autem jura ſua tranſgreſſa eſt natura, & pro affectu pio utitur homicidiis cruentis. Nam quæ aliquando ſuavem ſolebat ſuis finitimis deferre paſtum, nunc mortis præſtat interitum. Et unde olim enormis educta fuerat ſaturitas, inde nunc nigra egreditur fames. Nam tempore ſupradicto dira Danorum manus, late maris æquora contexit ſuis de navibus, adeo ut fere ſilveſtres putarentur maris ſurſum porrectis: quorum popularitate monaſteria deſtructa, civitates diſſipatæ, villæ radicitus corruerunt: & (quod nequius eſt) ipſa hominum, nec minus popularium, quam ſervientium Deo multitudo turpibus traditur canibus: & ipſos partim trucidant, partim præda dirigunt ſuarum navium, partim etiam trucibus necant flammis. Qua peſtilentia contigit obvolvi, & monaſterium Sancti Richarii. Nam Monachi qui ibi theoricæ arripuerant iter, diſperſi ſunt velut oves præſentia torvi lupi. Qui huc illucque diffugiendo diverſas viarum ſuarum calamitates perpeſſi ſunt.* Subdit Anonymus, corpus Sancti Richarii, quod alio delatum fuerat, metu Normannorum ceſſante, in monaſterium *Centulenſe* relatum, variaque quæ tunc patrata ſunt miracula refert. Porro *Centulenſe* Monaſterium, hodie Monaſterium Sancti Richarii appellatum, poſitum eſt in Picardia ac in Ponticenſi Regione, non longe a Somona fluvio.

*Normanni in Monaſterium Centulenſe irrumpunt.*

I. CHriſti Redemptoris annus ſequitur octingenteſimus ſexageſimus, Indictione octava, quo poſt miſſam legationem tam ab ipſo Patriarcha intruſo Photio, quam etiam a Michaele Imperatore (ut vidiſti) anno ſuperiori, ſimulque a pſeudoſynodo, contra Ignatium habita Conſtantinopoli, auditis Legatis, lectiſque litteris, in conventu Patrum, ad hoc ipſum convocatorum, rebus cunctis quam diligentiſſime examinatis, communi omnium ſententia, petita legatio decernitur Conſtantinopolim, ad cauſam ipſam perveſtigandam, non autem dirimendam. Sic igitur Nicolaus rerum geſtarum penitus ignarus, ex petitione ipſorum decernens legationem Conſtantinopolim, delegit Legatos duos Epiſcopos, Rodoaldum Portuenſis Eccleſiæ, & Zachariam civitatis Anagniæ, ut de cauſa inter Photium, & Ignatium inquirerent, & referrent ad ipſum Nicolaum Pontificem: quibus & dedit ad Photium perbreves iſtas litteras (a), quas una cum aliis ejuſdem Pontificis litteris, facta cum diverſis exemplaribus diligenti collatione, quantum licuit, emendatas edimus; ſic enim ſe habent:

[Margin: Legatio miſſa a Nicolao Pap. Conſtant.]

[Margin: (a) Nicol. ep. 3. tom. 3. ep. Rom. Pont.]

II. *Omnis utilitas, & profectus animarum Catholica Fide munitur, & dilectione Evangelii tuetur: quæ omnes intra ſe concluſos ſalvat, extra ſe poſitos ſuos non exiſtimat. Unde dilectionis veſtræ ſcriptis apicibus, lætificati ſumus, quia vos Catholicum in eis cognovimus. Nam ibi prudentiæ veſtræ utilitatem intelleximus; ideoque multas gratias Deo omnipotenti retulimus, quia veſtrum ſcire de Catholico fonte manare, experti ſumus. Sed rectum vos ordinem minime continuiſſe, doluimus, eo quod non per gradus Eccleſiæ * ductus ad tantum honorem de laicali habitu vos proſiluiſtis, cum oporteret veſtram prudentiam ita canonice vixiſſe in clericali ordine, ut nihil extra canonica inſtituta agentes, tempore congruo, atque aſſenſu legitimo conſtitueretis Eccleſiæ paſtor. Vos itaque hoc prætermittentes, contra ſtatuta Patrum egiſſe, manifeſtum extitit. Nam Sardicenſe Concilium per omnia tantæ temeritatis præſumptionem vetuit: pariter & ſanctorum Pontificum Romanæ Sedis Cæleſtini Doctoris egregii, Leonis ſanctiſſimi, cujus laus in quarta Synodo clara fuit, ſeu Gelaſii doctrina & meritis æque beatiſſimi, horum videlicet inſtituta hoc prohibuerunt, ut talis ordinatio fieri non præſumeretur. Quapropter veſtræ conſecrationi conſentire nullo modo poſſumus, donec noſtri, qui a nobis Conſtantinopolim ſunt directi, revertantur, qualiter per eos cognoſcamus veſtræ obſervationis actus, & Eccleſiaſticæ utilitatis conſtantiam, & quo ſtudio circa Catholicæ Fidei defenſionem voſmet exerceatis. Et tunc ſi dignum fuerit, ut tantæ ſedis præſulem, ceu convenit, honorabimus, & fraterna dilectione amplectemur. Menſe Septembri die vigeſimaquinta, Indictione nona.* Tunc inchoante. Hæc ſcribens ad Photium Nicolaus in mandatis dedit Legatis, ne ullo pacto cum Photio communicarent, antequam id ipſe Pontifex decreviſſet, ut teſtatur ipſe Nicolaus in epiſtola (b) ad omnes Chriſti Fideles, quam, Encyclicam, nominare conſuevit, ubi ait: *Photii vero conſecrationem non ſolum minime admittendam eſſe decrevimus, verum etiam ipſis Legatis noſtris, ne cum illo, niſi quaſi cum laico uſque ad notitiam noſtram communicarent, frequenti, & omnimoda juſſione præcepimus: ſolum ſcilicet iiſdem de venerabilibus Domini noſtri JESU Chriſti, ejuſque Genitricis ſemper Virginis Mariæ ac Sanctorum ipſius imaginibus, quidquid quæſtio afferret, juſte ac pie defini-*

[Margin: Nicolai primæ litteræ ad Photium.]

[Margin: * al. ducti]

[Margin: (b) Nicol. ep. 1. t. 3. Quæ data Legatis in mandatis.]

---

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCXCVIII. Anno Hegiræ CCXLVI inchoato die 28. Martii fer. 5. A. C. 860. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6353.

☉ 1. G F. ☽ 6. P. 14. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 860.

NICOLAI PAPÆ 3.

LUDOVICI IMP. 12. 11. & 6.

MICHAELIS IMP. 19.

ANum. I. ad XIII. Nicolaus Pontifex Romanus, auditis Imperatoris Photiique Legatis, *Rodualdum* Portuenſem & *Zachariam* Anagninum Legatos ſuos in Orientem miſit, eis mandans, ut redivivam de cultu Sacrarum Imaginum quæſtionem ſecundum ſeptimæ Synodi decreta definirent, ac Iconomachorum reliquias auctoritate Sedis Apoſtolicæ comprimerent. Cauſas vero *Ignatii Patriarchæ diligenter inveſtigarent, & Sedi Apoſtolicæ plenis ac veracibus referrent indiciis.* Iiiſdem Legatis præcepit, ne cum Photio, *niſi quaſi cum laico* communicarent, ut ipſe teſtatur Epiſt. I. *ad univerſos Catholicos*, & Epiſt. X. *ad Epiſcopos diœceſeos Conſtantinopolitanæ.* Denique ſcripſit ad Michaelem Imp. & ad Photium. Epiſtola ad Michaelem Imp. dicitur *data menſe Septembrio die XXV. indictione IX.* ſicuti & Epiſtola ad Photium, ideoque hoc anno, quo Indictio IX. Kalendis Septemb. exorditur. Nicolaus ſolum iſtius negotii examen Legatis permiſit ultimumque ſibi Judicium reſervavit, quod *de Majoribus Eccleſiæ cauſis* hæc eſſet. Quæ fuſius Baronius exponit.

[Margin: *Nicolaus PP. judicium cauſæ S. Ignatii ſibi reſervat.*]



*finire licentiam dantes.* Sic igitur hæc inveniuntur Legatis data in mandatis, ut cauſam inter Ignatium, & Photium cognoſcerent tantum, non definirent: Et cum Photio ipſo, ut Epiſcopo non communicarent; quæſtionem, vero de ſacris imaginibus exortam, ſæpius judicatam iterum definirent.

III. Dedit autem id Nicolaus (a) Papa iiſdem Legatis litteras ad Michaelem Imperatorem, Apoſtolico throno dignas, quæ ſic ſe habent:

[Margin: (a) Nic. ep. 2. tom. 3. edit. Rom. collatione facta cum aliis exempl. Nicolai Papæ Epiſt. ad Michael. Imp.]

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Michaeli glorioſo Imperatori Græcorum.*

*Principatum divinæ poteſtatis, quem omnium Conditor electis ſuis Apoſtolis largitus eſt, ſuper ſolidam fidem Apoſtolorum principis, Petri videlicet ſoliditatem conſtituens, ejus egregiam, immo primam ſedem deliberavit. Nam voce dominica ipſi dictum fuerat (b): Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Petrus denique a firmitate petræ, quæ Chriſtus eſt ſtructuram univerſalis Eccleſiæ inconcuſſam, & fidei robore ſolidatam ita precibus ſuis munire non ceſſat, ut errantium veſaniam rectæ fidei norma reformare feſtinet: necnon intrepide eam conſocians eos * remunire procuret, quatenus portæ inferi, malignorum utique ſpirituum ſuggeſtiones, atque hæreticorum impetus non prævaleant ejuſdem Eccleſiæ unitatem infringere.*

[Margin: (b) Matt. 16.]

[Margin: * al reunire.]

IV. *Quapropter Deo omnipotenti multiplices referimus grates, qui veſtro pectori hoc infundere dignatus eſt, ut fautores Eccleſiæ Dei effecti, concordiæ ipſius deſideretis favere, ne quavis rubigine erroris conſumatur pulchritudo fidei, & frangatur intellectus Apoſtolicæ eruditionis. Ad ejus etenim (ſicut ipſi ſcitis) integritatem obſervationis multoties conventus factus fuit ſanctorum Patrum, a quibus & deliberatum, ac obſervatum extitit, qualiter abſque Romanæ Sedis, Romanique Pontificis conſenſu, nullius inſurgentis deliberationis terminus daretur. Igitur a vobis Conſtantinopoli congregatum Concilium (ut veſtris apicibus noſtris intimatum eſt auribus) hujus tenoris ſeriem parvipendens, ab inſtitutis prædictis manum conſiderationis ſuæ reflectere non trepidavit: adeo ut Ignatium ſupra jam nominatæ urbis Patriarcham ſine Romani conſultu Pontificis ibidem cœtus conveniens proprio * privaſſet honore. Quod quantum ſit reprehenſione dignum, teſtes illi, qui ei oppoſiti ſunt, manifeſtant; quia tales, quos in epiſtola veſtra legimus, canonica inſtitutio prohibet, & invidioſe datos manifeſte claret, quoniam nec ipſe proprio ore manifeſtavit (ut directionis veſtræ aſſerunt litteræ, illa, quæ ei obiiciebantur, neque accuſatores illius ſecundum ſacrorum Canonum inſtituta probaverunt.*

[Margin: IV. Apoſtolicæ Sedis ſuprema auctoritas.]

[Margin: * al. privarit.]

V. *Cæterum his etiam ſic injuſte peractis, ad deteſtabiliora inconſiderationis ſuæ votum ſupradictam populi catervam dirigendo, de laicorum habitu, qui ei præeſſet, delegit paſtorem: o quam præſumptuoſa temeritas! ille præponitur ovili divino, qui neſcit adhuc dominari ſpiritui ſuo. Nam qui ignorat diſponere vitam ſuam, per gradus Eccleſiæ minime ductus, quomodo corrigere quibuit vitam alienam ſubito electus? &c.* Ad hæc autem demonſtranda ipſe Pontifex citat divinam Scripturam, Conciliorum Canones, Pontificum Romanorum decreta, & inter illa, quod Hadrianus Papa indulgens tandem ob neceſſitatem temporis, ut Taraſius ex laico ordinaretur Conſtantinopolitanus Antiſtes, prohibuerit omnino ne ab ea Eccleſia id amplius tentaretur. His decurſis ad cauſam Ignatii deveniens, quid eſſet agendum inſinuat, ubi ait:

[Margin: Declamat Nicolaus Laicum eſſe factum Ep.]

VI. *Et ut in omnibus rectus ordo ſervari queat, volumus, o clemens Auguſte, ut Ignatius, quem ſedis ſupradictæ gubernacula propria ſpontaneaque voluntate deſeruiſſe, & totius plebis concilio congregato depoſitum eſſe, veſtris apicibus nobis intimare curaſtis, in conſpectum veniat noſtrorum Miſſorum, & univerſi Concilii, veſtris quidem Imperialibus inſtitutis, quatenus perquiratur, quamobrem ſpreverit traditam ſibi plebem, & inſtituta anteceſſorum noſtrorum, ſanctorum Pontificum, Leonis videlicet Papæ atque Benedicti parvipendendo contempſerit, ut ad hoc agendum ſubtili examine a noſtræ juſſionis Legatis depoſitionis ejus cenſura perquiratur: quatenus inquirentes invenire queant, utrum canonicus tenor in eadem obſervatus fuerit, vel non, ut manifeſtum exiſtat. Ac deinde cum noſtro Præſulatui ſignificatum fuerit; quid de eo agendum ſit, Apoſtolica ſanctione definiemus; ut veſtra Eccleſia, quæ tantis quotidie quatitur anxietatibus, inviolabilis deinceps, & inconcuſſa permaneat.* Hæc de cauſa Ignatii Nicolaus, de quo cum dicat recedendo e ſede contempſiſſe inſtituta Leonis & Benedicti Romanorum Pontificum prædeceſſorum, ad ea alludit, quæ dicta ſunt, nimirum quod cum accuſatus eſſet a Gregorio Syracuſano Epiſcopo apud eoſdem Pontifices, illi eum ſedere juſſiſſent. Poſt hæc ingerit, quæ expeti videbatur ſolida conſtanſque doctrina de cultu ſacrarum imaginum, præclare oſtendens inter alia numquam in Teſtamento veteri niſi in imaginibus cultum fuiſſe Deum, cum non ut eſt, ſed in diverſis aſ-

[Margin: In cauſa Ignatii quid agendum ſtatuit.]

ſumptis formis ſemper apparuerit ſervis ſuis. Quod autem de his ſuperiori tomo actum ſit pluribus, deſcribere ea omnia prætermittimus: illam tantum, quam ad finem habet epiſtolæ querelam redditurus, qua expoſtulat de juribus, & bonis aliis Romanæ Eccleſiæ, a Græcorum Imperatoribus injuſte detentis. Quænam autem iſta fuerint, accipe quæ de his ſic ſcribat:

VII. Jura Romanæ Eccleſiæ ab Orientalibus occupata.

*Oportet enim veſtrum Imperiale decus, quod in omnibus Eccleſiaſticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem noſtra Eccleſia habuit, veſtris temporibus reſtaurare dignemini, quatenus circa vicem, quam noſtra Sedes per Epiſcopos veſtris in partibus conſtitutos habuit, videlicet Theſſalonicenſem, qui Romanæ Sedis vicem per Epirum veterem, Epirum novum, atque Illyricum, Macedoniam, Theßaliam, Achajam, Daciam Ripenſem, Daciam Mediterraneam, Myſiam, Dardaniam, & * Prævalim, B. Petro Apoſtolorum principi contradicere nullus præſumat, quæ anteceſſorum noſtrorum temporibus, ſancti Damaſi, Syricii, Innocentii, Bonifacii, Cæleſtini, Sixti, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, atque Hormiſdæ ſanctorum Pontificum ſacris diſpoſitionibus regebatur. Quorum denique inſtitutiones, ab eis illis in partibus deſtinatas, per Miſſos noſtros, ut rei veritatem cognoſcere queatis, veſtræ Auguſtali potentiæ dirigere curavimus.* Hæc de his Nicolaus, quæ ut facilius innoteſcant, in memoriam revocanda eſſent, quæ ſæpe ſuperius ſuperioribus Annalium tomis ſunt dicta, & Actis œcumenicorum Conciliorum ingeſta, Romanum Pontificem, quamvis ſicut Urbis (ut ſæpe demonſtratum eſt) ita & totius ſit orbis Epiſcopus, ſpeciales tamen quaſdam provincias, eaſdemque ſuperius nominatas, uti peculiares ſuas, per Vicarium regere conſueviſſe, iiſque præfici moris erat Archiepiſcopum Theſſalonicæ ab eodem Romano Pontifice ordinandum. Accidit vero, ut ſuaſione ſchiſmaticorum Patriarcharum orientales Imperatores ſpoliaverint iſtis Romanam Eccleſiam, ſed majore ipſorum damno: ſiquidem ulciſcente numine, immiſſi ſunt in orientale Imperium (ut vidimus) Sarraceni, qui latiſſimis provinciis, iiſdemque non paucis orientale Imperium minuere, rebus in dies in deterius prolabentibus, donec Imperii totius ſub Turcarum dira tyrannide eſt facta cum Græcorum ſervitute jactura.

VIII. De patrimoniis Eccleſ. Rom. ſublatis.

Sed & de ſublatis per eoſdem bonis eidem Romanæ Eccleſiæ iſta ſubiicit idem Pontifex Nicolaus: *Præterea Calabritanum Patrimonium, & Siculum, quæque noſtræ Eccleſiæ conceſſa fuerunt, & ea poſſidendo obtinuit, & diſponendo per familiares ſuos regere ſtuduit; conceſſionibus reddantur: quoniam irrationale eſt, ut Eccleſiaſtica poſſeſſio, unde luminaria, & concinnationes Eccleſiæ Dei fieri debent, terrena quavis poteſtate ſubtrahatur, ſed domui Dei reſtituta meritum redditoris multiplicet, & ſuſcipientis votum ſpiritalis deſiderii lucris exerceatur. Inter iſta, & ſuperius dicta volumus, ut conſecratio Syracuſano Archiepiſcopo noſtra Sede impendatur, ut traditio ab Apoſtolis inſtituta nullatenus veſtris temporibus violetur.* Hæc de ordinatione Syracuſani Archiepiſcopi idcirco, quod depoſito ab Apoſtolica Sede (ut dictum eſt) Gregorio, in locum ejus alius ſuffectus, vel ſufficiendus eſſet.

IX. Commendatio legatorum.

Ad poſtremum vero Legatos comendans, finem imponit epiſtolæ: ait enim: *Deſtinavimus autem veſtræ ſerenitati reverendiſſimos & ſanctiſſimos Epiſcopos, Rodoaldum videlicet ſanctæ Portuenſis Eccleſiæ, atque Zachariam ſanctæ Anagninæ Eccleſiæ fungentes legatione Apoſtolatus noſtri, quos ut honorifice ſuſcipiatis, veſtram amplitudinem deprecamur. Quibus etiam frequens colloquium tribuatis: & eis quæ de Eccleſiaſtico ſtatu irreprehenſibiliter dixerint, credere non ambigatis. Et cum in conventu Eccleſiæ ſederint, pro Eccleſiaſticis definitionibus, nihil a vobis, aut ab aliis alicujus contrarietatis impetum ſentiant. Et cum fas illis fuerit revertendi, veſtros * conjungite Miſſos, & tales, qui in dromonibus congruis eos Romam incolumes, favente Deo, Apoſtolorum precibus ſtudeant referre: quatenus pro omnibus veſtris bonis devotionibus gratias Deo omnipotenti Patri, atque ejus unigenito Filio Domino noſtro JESU Chriſto, & Spiritui ſancto devotius agere valeamus, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Data menſe Septembri, die vigeſimaquinta, Indictione nona.* Quod ad alterum Legatorum Zachariam Anagninum Epiſcopum ſpectat, fuiſſe hunc præfectum monaſterio S. Gregorii in Clivo Scauri, tradit Joannes Diaconus in vita ſancti Gregorii Papæ ad finem, ubi ſæpe de eo. Sed reliqua proſequamur.

* concedite.

X. His datis litteris a Nicolao, Legati profecti ſunt Conſtantinopolim hoc quidem anno, ſed minus digne ſuſcepti, nec libere loqui permiſſi. Ubi enim innotuit Conſtantinopoli, non eſſe receptam a Romano Pontifice depoſitionem Ignatii, nec probatam Photii promotionem, immo & denegatum cum illo habere communionem: ejuſdem Photii arbitrio cuncta ſunt immutata, atque infenſo animo pertractata. Eſt de his querela ejuſdem Pontificis Nicolai in litteris ad eumdem Photium poſtea ſcriptis, ubi



(a) ubi de Legatis Roma miſſis hæc verba: *De Miſſis ſiquidem noſtris, quos petitos in ſervitio beati Petri principis Apoſtolorum pro utilitate ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ contra depoſitores imaginum, vel alias neceſſitates ingruentes, necnon pro cauſa ſolummodo depoſitionis ſæpefati viri Ignatii inquirenda, in illas partes direximus, ſilendum non eſt, quod cum eis (ſicut dicunt) per centum dierum ſpacium, omnium niſi ſuorum perſonis loquendi facultas fuiſſet denegata; ut Apoſtolicæ Sedis Miſſi non digne ſuſcepti ſunt, neque ut decuerat, retenti. Quod non pro alia geſtum putamus re, niſi ut inquirendi locum de depoſitione præfati viri non invenirent.* Hæc de Legatorum adventu, & Imperatoris illiberalitate Nicolaus. Quæ autem poſt hæc ſunt ſecuta, anno ſequenti, ſuo loco dicenda erunt.

(a) *Nicol. ep. 6.*

XI. Bardas & Photius potentiſſimi.

Hic in limine controverſiæ, ipſoque ingreſſu turbarum, monitum volumus Lectorem, omnes Imperatoris conatus reprehenſione dignos in Nicolaum Pontificem, non tam ipſi adſcribendos eſſe, quam perfido Bardæ (ut Græci conſentiunt hiſtorici) atque ſchiſmatico Photio. Hi vero duo unum eumdemque funem trahebant, & quidem validiſſime, utpote potentiſſimi ex propinquitate affinitatis cum Imperatore. Erat enim Bardas (ut dictum eſt) frater Theodoræ Aug. matris Imperatoris, cujus & neptis Irene una ex tribus filiabus ejuſdem Theodoræ Auguſtæ nupta erat Sergio Patricio Photii germano, ut Joannes Curopalates teſtatur, & alii poſt eum. Quæ igitur iſti non auderent, qui & ipſum Imperium viderentur habere ſubjectum? cum ejus habenis refuſis in Bardam, ipſe Imperator tantum quadrigis intentus publice agitandis in Circo, ab iis dimoveri nollet, etiam ſi omne ſimul periret Imperium: cujus rei haud dubium tunc ſignum edidit, cum (ut docet Curopalates) *nuntiato per ſignum factum Sarracenorum adventu a Protonotario, cum eſſet in curru ipſe Imperator agitans equos, colore indutus Veneto, pro Venetorum parte ſolicitus; torvo ac terribili aſpectu eum intuitus: Et quomodo auſus es, o ſceleratum caput, inquit, de iſtiuſmodi rebus me alloqui in hoc neceſſario ludo occupatum, neque aliud quicquam curantem, quam videre medii ſiniſtram partem converſam, pro qua re omne mihi certamen eſt inſtitutum? adeo erat demens, & mente captus.* Hæc Curopalates de Imperatore, alia plura ſubdens de indecoro, quo abuteretur Imperatoria majeſtate, ut hac ſaltem ex parte præſens ſæculum ingemuerit juniorem peperiſſe Neronem, aurigandi tantummodo peritum Imperatorem, licet aliis vitiis inferior haberetur, cum tamen illis non omnino careret.

Michael Socors & voluptuoſus.

XII. Nam quod ad ſævitiam pertinet, audi quæ idem prodat Curopalates, poſt recenſita alia ejuſdem Auguſti enormia facta: *Michael Imp. cum ſe vino ingurgitare conſueviſſet, quo tempore ebrius erat, abſurda multa fieri imperabat: alii enim aures amputari, alii nares, alii caput: quæ fieri Baſilius vetabat.* Sic igitur voluptuoſiſſimus homo, vel nihil curaret omnino regimen Imperii, vel temulentus quæcumque ageret, male ageret. Hic erat ſtatus miſerandus orientalis Imperii, ſatis ad infelicitatem, ſi tantum ebrioſum habuiſſet Imperatorem, ſecundum illud ſacrorum proverbiorum: (b) *Noli Regibus o Lamuel, noli Regibus dare vinum, ne forte bibant, & obliviſcantur judiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis.* Ex quibus intelligas, quid ex tali Imperatore poſſis ſperare de cauſa Ignatii innocentiſſimi Patriarchæ, urgentibus eum, & cornibus ſæcularis potentiæ ventilantibus Barda ſimul & Potio; pariterque cognoſcas quibus cum beſtiis fuerit Nicolao Papæ certandum, cum ea, quæ Petro per viſum oſtenſa ſunt cœlitus demiſſa in linteo animalia immunda atque ferocia, ipſe ſibi adverſantia coactus ſit pati. Sed confiſus in eo, qui dixit (c) Petro: Occide, & manduca, nihil timuit adverſus ejuſmodi truculenta monſtra pro defenſione juſtitiæ inire certamen. Qualenam autem fuerit, & quem progreſſum habuerit, & finem ſit conſecutum, quod cœptum vidiſti bellum, quæ inferius ſingulis dicentur annis oſtendent: jam vero ad res occidentalis Eccleſiæ convertamus orationem.

(b) *Prov. 31.*

(c) *Act. 10.*

XIII. Synodus Confluentana.

Hoc eodem anno ſancita tandem fuit mutua concordia inter quinque Francorum

PAGIUS II. *Synodus Confluentina.*

A num. XIII. ad XXXII. Annaliſta Bertinianus ad hunc annum habet: *Ludoicus, Karlus, & Lotharius Reges*, (ſc. Francorum) *Kal. Junias apud Caſtrum, quod Confluentes* (vetus Caſtrum ſitum ubi Moſella Rheno confunditur, vulgo Coblentz) *vocatur, conveniunt: ibique de pace inter ſe diu tractantes, tandem concordiam atque amicitiam ipſi per ſe juramento firmant. Ludovicus Imperator Italiæ ſuorum factione impetitur, & ipſe contra eos ac contra Beneventanos rapinis atque incendiis deſævit.* Hoc itaque anno inter quinque Francorum Reges pax & concordia in Concilio Confluentino ſancita, cujus Concilii Capitula referuntur in Capitularibus Caroli Calvi tit. XXXI. & a Baronio numer. XIV. Verum in iiſdem legitur: *Hæc ſunt nomina Epiſcoporum, qui anno Incarnat. Dominica DCCCLX. Non. Juniis in Secretario Baſilicæ ſancti Caſtoris conſideraverunt cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem quam glorioſi Reges*

no-

rum Reges Carolum & Ludovicum, fratres, nepoteſque ipſorum Lotharium, Ludovicum, & Carolum de qua vetus Chronicon a Pithœo editum habet hoc anno iſta: *Ludovicus & Rex Carolus frater ejus, nepoſque eorum Lotharius cum primatibus ſuis in Confluento caſtello convenientes, pacem inter ſe, & fidelitatem mutuam ſinguli juramento confirmaverunt, cujus ſacramenti ſeries hujuſmodi fuit: Amodo & quamdiu vixero, iſtum fratrem meum Carolum, & nepotes meos Ludovicum, & Lotharium, atque Carolum, ad Dei voluntatem, & ſanctæ Eccleſiæ ſtatum, & honorem, atque defenſionem, & ad noſtram communem ſalutem & honorem, & ad populi Chriſtiani nobis commiſſi ſalvamentum & pacem, & ad legis, & juſtitiæ & rectæ rationis conſervationem (quantum mihi Dominus ſcire, & poſſe donaverit, & ipſi me obaudierint) vero conſilio, & ſecundum quod mihi rationabiliter & ſalubriter poſſibile fuerit, recipiens, ſincero auxilio adiutor ero ad Regnum illorum continendum, & nec in vita, nec in membris, neque in Regno illorum eos * fors conſiliabo in hoc, ut ipſi erga me ſimilem promiſſionem faciant, & conſervent.* * Hactenus ibi. Verum ejuſdem conventus extant publica Acta apud nos in ſcripto codice Antonii Auguſtini, ex veteri Mureti exemplari deſcripto his verbis, de collecto conventu primum ſic poſita:

*inſcript. cod. habet forconciliabo.

*Inſcrip. cod. hæc amplius: ſic me Deus adjuvet, & iſtæ ſanctæ reliquiæ.

XIV. *Hæc ſunt nomina Epiſcoporum, qui anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſexageſimo, Nonis Junii, in Secretario baſilicæ S. Caſtoris conſideraverunt cum nobilibus laicis firmitatem, quamglorioſiſſimi Reges noſtri Ludovicus, Carolus, atque Lotharius inter ſe fecerunt octavo Idus Junii in eodem monaſterio, & qui hæc capitula ab omnibus obſervanda acceptarunt. Hincmarus, Juntherius, Alefridus, Salomon, Adventius, Atto, Theudericus, Leutbertus Gedebardus, Chriſtianus, Vulfadus Abbas, Vuitgarius Abbas. Hæc nomina laicorum, Conradus, Everardus, Vicarnarius, * Exſtangarius, Arnulphus, Berengarius, Luitharius, Luthardus, Hunfriardus, Adalbertus, Leuthulphus, Hernodulphus, Adalardus, Luitfridus, Giſlebertus, Huto, Matfridus, Boſo, Rithuenus, Bernoldus, Burchardus, Heſſi, Arnuſtus, Hynodulphus, Ratbotus, item Chuanradus, Sigeri, Harmainus, Vuigricus, Atto, Chriſtianus, Herimannus, Sigardus.* Poſt recenſita nomina ſequitur mutuo præſtitum juramentum, ex Chronico recenſitum. Poſt vero iſta ſunt ſancita capitula pacis initæ:

*Archangarius.

XV. Capita Synodi Confluentanæ.

*Ut omnium præteritorum malorum, & contrarietatum, & ſuplantationum, atque malarum machinationum, atque molitionum, ſeu nocumentorum invicem actorum abolitio ita inter nos & apud nos fiat, & a noſtris cordibus penitus avellatur cum omni malitia & rancore, & nec in memoriam ad retribuendum duntaxat mali, vel contrarietatis, atque exprobrationis, ſeu improperii de cætero exinde quidquam veniat.*

*Ut tanta inter nos, Domino cooperante veræ charitatis benignitas ab hinc in ante ſemper maneat de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta, ſine dolo, & ſimulatione, ut nemo ſuo fratri ſuum*

PAGIUS *noſtri Hludouvicus & Carolus, atque Hlotharius inter ſe fecerunt VII. Idus Junias in eodem monaſterio*, nempe Sancti Caſtoris. Quare Annaliſta Bertinianus ad initium Cœtus reſpexit, & Seſſiones ſequentibus diebus habitæ ſunt [1].

III. *Synodus Tullenſis II. ad Tuſiacum.* Hoc anno etiam congregata Synodus *Tullenſis II.* apud Tuſiacum, olim villam in Diœceſi Tullenſi ſitam, in qua interfuere Epiſcopi quatuordecim Provinciarum, Lugdunenſis ſcilicet, Rotomagenſis, Turonenſis, Senonenſis, Viennenſis, Arelatenſis, Veſontionenſis, Moguntinæ, Colonienſis, Trevirenſis, Rhemenſis, Bituricenſis, Burdegalenſis, & Narbonenſis. Dicitur habita *anno Incarnat. DCCCLX. indict. IX.* & in Diplomate, quo Privilegia monaſterii Sancti Martini confirmantur, legitur Epiſcopos conveniſſe *VII. Idus Novembris*. Quinque Canones in ea conditi, in quorum quinto ſtatuitur, ut Clerici & Monachi ad ovile volentes, nolenteſque reducantur, quia, ut ibi dicitur, *plurima loca Deo ſacrata incenſa & vaſtata ſunt, a perfidis Chriſtianis, & a crudeli etiam gente Northmannorum*, & ſub hac occaſione *multi laſcivi Clerici & Monachi relicto religionis habitu retro abierunt*. Synodicam Epiſtolam Patres ſcripſere, qua fideles univerſos docent, quam

NOTÆ [1] Circa hunc annum celebratum fuit Concilium quoddam Provinciale, quod Moguntinum II. ideo appellaremus, quia a Carolo Moguntino Archiepiſcopo ejuſque ſuffraganeis Epiſcopis novem, & Abbatibus III. habitum diſcimus ex literis Nicolai I. Papæ ad illos directis, quas in Collectione Monument. Martenii to. I. col. 149. legas. Abbo quidam uxorem duxerat quarto neceſſitudinis gradu ſibi conjunctam. Id reſciens Pontifex mandavit Epiſcopis illis ut Concilio habito rei hujus veritatem inveſtigarent, compertamque ad ſe referrent. Paruerunt illico Epiſcopi, & *ſynodali examine inquirentes*, reum Abbonem compertum ad Pontificem detulerunt, qui nuptias illas damnavit. Ex hac narratione conſtat non ſtatim in exordio Nicolai, qui anno 858. cœpit, Concilium illud haberi potuiſſe; ſed neque poſt annum 863. Caroli Archiepiſcopi emortualem reiiciendum eſt. In ea Synodo Patres tenere ſe Gregorii III. & Zachariæ Pontificum decreta quoad connubia profeſſi ſunt, ut ex iiſdem literis intelligimus. Concilium iſtud in Collectionibus deſideratur. Mansi



*ſuum Regnum, aut ſuos fideles, & quod ad ſalutem, ſive proſperitatem ac honorem Regum pertinet, diſcupiat, aut forconſiliet, aut per occultos ſuſurrones libenter compoſita mendacia, ſeu detractiones acceptet.*

XVI. *Ut unuſquiſque fideliter ſuum fratrem, ubicumque neceſſitas illi fuerit, & ipſe potuerit, aut per ſe, aut per filium, aut per fideles ſuos & conſilio & auxilio adiuvet, ut Regnum fidele, proſperitatem, atque honorem regium debite valeat obtinere; & veraciter unuſquiſque erga alterum certatim demonſtret, quia in fratris ſui adverſitate, ſi ſic venerit, fraterno modo contriſtetur, & in proſperitate illius lætetur, & talem fidem ſicut inter nos modo ab hinc in ante conſervaturos confirmatum habemus, ſic unuſquiſque infantibus fratris ſui, ſi obierit, qui ſuperfuerit, conſervabit.*

*Et quia per vagos, & tyrannica conſuetudine irruentes homines, pax & tranquillitas Regni perturbari ſolet: volumus, ut ſi ad quemcumque noſtrum talis venerit, ut in his, quæ egit, rationem ac juſtitiam ſubterfugere non poſſit: nemo ex nobis illum ad aliud recipiat, & retineat, niſi ut ad rectam rationem, & debitam emendationem perducatur. Et ſi rationem rectam ſubterfugerit: omnes in commune, in cujus Regnum venit illum perſequantur, donec ad rationem perducatur, aut de Regno deleatur. Similiter de eo agendum eſt, qui pro aliquo capitulo & publico crimine, a quolibet Epiſcopo corripitur & excommunicatur, aut de excommunicatione crimen faciens, Regnum, & Regis regimen mutat, ne debitam pœnitentiam ſuſcipiat, ut ſuſceptam legitime peragat; interdum etiam inceſtam propinquam ſuam, aut ſanctimonialem, & raptam, ſive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens ſecum duxit: hic talis cum Epiſcopus, ad cujus curam pertinebit, nobis notum fecerit, diligenter perquiratur, ne morandi, & latitandi locum in Regno alicujus noſtrum inveniat, & Dei ac noſtros fideles ſuo morbo inficiat, ſed a nobis, & miniſtris Reipubl. conſtringatur, ut & ſimul cum diabolica præda quam ſecum duxit, ad Epiſcopum ſuum redeat, & de quocumque crimine publico pœnitentiam ut ſuſceptam legitime peragat, compellatur.*

XVII. *Ut nemo Epiſcoporum hominem peccantem ab Eccleſia Chriſtiana alienet, donec illum ſecundum Evangelicum præceptum, ut ad emendationem & pœnitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccans ſi commonitus inobediens, & incorrigibilis permanſerit, & ad emendationem redire noluerit, regiam & Reip. poteſtatem per ſe ipſos, & per miniſtros ſuos adeant, ut conſtringatur, & ad emendationem & pœnitentiam peccator redeat. Qui etiam ſi ita ad correctionem perduci nequiverit, tunc ſecundum leges Eccleſiaſticas medicinali ſeparatione communionis Eccleſiaſticæ ſegregetur.* Ita cenſuerunt Patres qui huic Synodo interfuerunt, quod multi eſſent Epiſcopi ad excommunicandum potius, quam ad peccatorum correctionem procurandam proclives. Pergit:

XVIII. *Ut illis hominibus, qui in talibus perturbationibus (ſicut in his præteritis annis accidit) in Deum & in ſanctam Eccleſiam, atque in eos peccaverunt ſi ex veritate recognoſcentes veniam petierint, & deinceps vobis veraciter fideles eſſe voluerint, & in Regnis noſtris pacifici & quieti, & legibus ac juſtitiæ obedientes extiterint, rationabilis miſericordia impendatur, non ſolum in indulgentia commiſſorum, & in conceſſione proprietatum; verum etiam & in largitione bonorum ſecundum noſtram rationabilem poſſibilitatem.*

*Ut de rapinis ac deprædationibus, & de conſpirationibus ac ſeditionibus, & de raptis feminarum, ſicut Eccleſiaſticæ & Chriſtianæ leges, atque progenitorum Capitula continent, ita in omnibus & ab omnibus conſerventur.*

*Ut alia etiam Capitula eorumdem progenitorum noſtrorum de ſanctæ Eccleſiæ honore, & immunitate ac conſervatione, & de Regis etiam honore, & populi nobis commiſſi lege & juſtitia in omnibus & ab omnibus conſerventur.*

XIX. *Ut noſtri fideles unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu veraciter ſint de nobis ſecuri, quia nullum ab hinc in ante contra legem juſtitiam, & auctoritatem, ac juſtam rationem aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, & indebi-*

PAGIUS quam grave ſit crimen rerum Eccleſiaſticarum pervaſio & deprædatio, oſtenduntque pravum horum temporum morem pauperes deprædandi: *Rapinæ*, inquiunt, *& deprædationes, quæ in iſtis Regnis jam ex conſuetudine ſic ab omnibus pene tenentur, quaſi peccata non ſint, aut quaſi levia peccata ſint.*

IV. Ad camdem Synodum *Regimundus* Comes querimoniam detulit adverſus *Stephanum*, Virum illuſtrem, cui filiam ſuam nuptui dederat; Stephanus autem ea uti nolebat ut conjuge, quod cum ejus propinqua carnale quondam commercium habuiſſet. Viſum eſt Patribus cauſam illam ad Synodum Aquitaniæ remittendam; & *Hincmaro* juſſere, ut ad *Rodulfum* Bituricenſem, & *Frotarium* Burdigalenſem Aquitaniæ Metropolitas, totius Synodi nomine ſcriberet, ut ad cauſam illam definiendam ex Epiſcopis & Magnatibus illius Regionis Conventum cogerent: quoniam cauſa mixta erat, Eccle-

*Cauſa in ea agitata.*

*bitis machinationibus affligemus, ſed illorum ſcilicet veraciter nobis fidelium communi conſilio, ſecundum Dei voluntatem, & commune ſalvamentum ad reſtitutionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ad ſtatum Regni & ad honorem regium, atque pacem populi commiſſi pertinenti aſſenſum præbebimus in hoc, ut non illi ſolum non ſint nobis contradicentes & reſiſtentes ad iſta conſequenda; verum etiam ſic ſint nobis fideles, & obedientes, ac veri adiutores atque cooperatores vero conſilio atque ſincero auxilio ad iſta peragenda, quæ præmiſimus, ſicut per rectum in ſuo ordine ac ſtatu ſuo Principi & ſeniori eſſe debent.*

XX. *Ut ſic ſimul & conjuncti & nos fratres & nepos noſter ad invicem & nos cum fidelibus noſtris, & fideles noſtri nobiſcum & omnes ſimul cum Deo nos conjungamus, & ut nobis ſit propitius, illi pro devoto munere offeramus, & unuſquiſque omnium noſtrum abſque ſua propria excuſatione & juſtificatione recognoſcamus, in quibus aut ſigillatim, aut communiter, aut contra illius mandata, & decreta ſuorum Sanctorum fecimus, aut conſenſimus in ordine Eccleſiaſtico & ſtatu Regni, & per ſingula in medium illa producamus; & nemo noſtrum ſuo aut amico, aut propinquo & confœderato; immo nec ſibi ipſi ſæculariter parcat, ut ſpiritualiter & ſalubriter parcere poſſit, quoniam ſicut præmiſimus in præcedenti capitulo, vero conſilio & ſincero auxilio illa in commune certatim emendari totis viribus procuremus, quantocyus rationabiliter poterimus.*

XXI. *Et ſi aliquis de ſubditis in quocumque ordine & ſtatu de hac convenientia exierit, aut ſe retraxerit, & huic communi decreto contradixerit: ſeniores cum veraciter fidelibus ſuis hanc ſecundum Dei voluntatem, & legem, & juſtam rationem, velit, nolit ille, qui divino conſilio, & decreto, & huic convenientiæ reſiſtens & contradicens fuerit, exequantur. Et ſi aliquis de ſenioribus de hac convenientia exierit, aut ſe retraxerit, & huic communi decreto (quod abſit) contradixerit: complurium ſeniorum noſtrorum concilio, & Epiſcoporum judicio, ac communi conſenſu, qualiter de eo, qui debite admonitus, incorrigibilis perſeveravit, agendum ſit, favente Domino, decernatur, & ut obnixius ſupraſcripta Capitula a nobis, auxiliante Domino, inviolabiliter obſerventur, & nos illa obſervaturos ut certius credatur, manibus propriis ſubter firmavimus.* Poſt hæc ſequuntur in eodem codice iſta:

XXII. *Annuntiationes domni Ludovici Regis apud Confluentem, lingua Theotbiſca.*

*Vos ſcitis, quid in iſto Regno evenit. Et ideo huc convenimus, ut de Dei voluntate, & ſanctæ ejus Eccesiæ ſtatu, & de noſtra, ac veſtra communi ſalute & honore, & de pace populi Chriſtiani cum Dei adjutorio, & fidelium noſtrorum conſilio tractaremus. Et miſimus hoc ſuper Epiſcopos, & cæteros fideles noſtros, ut illi hoc invenirent, qualiter nos ad hæc quæ diximus, exequenda adunaremus. Et volumus, ut ſciatis, quia ſicut illi invenerunt, & ſcripto nobis nuntiaverunt, ad invicem adunati ſumus ſicut fratres * per rectum eſſe debent, & vos ſimul cum iſto nepote noſtro, & ille nobiſcum, & etiam ſuos fratres, & nepotes noſtros in hac adunationis firmitate nobiſcum recepimus, ita tamen, ut ſi ipſi hanc firmitatem erga nos fecerint & obſervaverint.* *

*Et ſciatis quia non volumus, ut ullus inter nos ab hinc in ante alia verba portet, niſi talia, quæ Deo ſint placita, & ad noſtram communem ſalutem, & ad noſtrum honorem pertineant: ut ſic ſimus ſicut fratres invicem, & patrui cum nepotibus, & nepotes cum patruis eſſe debent. Et ſi aliquis fuerit, qui hoc facere tentaverit, perducatur in medium ad rationem, & taliter inde caſtigetur, ut nemo alius ſimiliter agere tentet.*

XXIII. *Volumus ut Eccleſiæ, & Caſæ Dei, & Epiſcopi, & Dei homines, clerici, & monachi, & nonnæ talem mundeburdem & honorem habeant, ſicut tempore noſtrorum anteceſſorum habuerunt.*

*Et volumus, ut vos & cæteri homines fideles noſtri talem legem & rectitudinem, & ta-*

PAGIUS clesiaſtica ſcilicet ratione ſacramenti, de qua judicare ad Epiſcopos ſpectabat, civilis vero ratione contractus, ratione dotis, aliorumque effectuum civilium, quorum judicium ad Principe & Magiſtratus ſpectat. Synodus hæc poſt Baronii mortem a Sirmondo edita.

V. *Conciliorum Decreta ab abſentibus Epiſcopis quandoque ſubſcripta.*

Porro ex fragmento Tom. VIII. Concil. pag. 705 relato diſcimus, Epiſcopos duntaxat XL. Concilio *Tuſiacenſi* interfuiſſe, tametſi ei ſubſcribunt Epiſcopi octo & quinquaginta. Ut enim Mabillonius Tom. I. Analect. pag. 58. animadvertit, hoc accidit duabus ex cauſis, quia ſcilicet ejuſdem Sedis Epiſcopi duo interdum ſubſcripſere, Epiſcopi nempe Noviomenſes duo, *Rainelmus* & *Immo* ejus Succeſſor: duo item Autiſiodorenſis, *Chriſtianus* & *Abbo*. Adhæc ſubſcripſere etiam abſentes nonnulli, ad quos ejuſdem Concilii exemplar tranſmiſſum eſt. Moris quippe tum erat, ut in gravioribus negotiis Conciliorum Decreta ſigillo ſuo confirmarent, non ſolum præſentes; ſed etiam abſentes Epiſcopi; imo etiam ipſorum Succeſſores; cujus rei luculentum habemus exemplum in hoc Concilio Tuſiacenſi. Injuria proinde Critici nonnulli vetera Diplomata falſi poſtulant hoc nomine, quod iis duo ejuſdem Sedis Epiſcopi nonnunquam ſubſcripſiſſe deprehendantur. Hujus enim rei exempla varia Mabillonius laudatus in medium profert.

VI. Gallia a Normannis, uti anno ſuperiori, deva-



*& tale ſalvamentum in Regnis noſtris habeatis, ſicut anteceſſores veſtri tempore anteceſſorum noſtrorum habuerunt, & juſtitia & lex omnibus conſervetur, & pauperes homines talem defenſionem habeant, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum lex & conſuetudo fuit, & ſicut fideles noſtri communiter conſenſerunt, & ſcripto nobis demonſtraverunt, & nos cum illorum conſilio conſentimus, & communiter volumus. Et ſi aliquis hoc perturbare voluerit, a nullo noſtrum recipiatur, niſi ad rectam rationem, aut rationabilem indulgentiæ conceſſionem deducatur.*

*Sed de iſtis rapinis & deprædationibus, quas jam quaſi pro lege multi per conſuetudinem tenent, ab hoc die & deinceps de Dei banno, & noſtro bannimus, ut nemo hoc amplius præſumat, ſed unuſquiſque intra patriam cum pace, & ſine oppreſſione pauperum & circummanentium conſiſtat, & in hoſtem, & ad placitum, ſeu ad Curtem veniens de ſuo * Scuvarintæs, & de domo ſua moveat, ut cum pace venire, & nobiſcum ſtare, & ad domum ſuam redire poſſit. Et qui hoc tranſgreſſus fuerit, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum fuit, & in illorum Capitulis continetur, volumus, ut hoc in illis tranſgreſſionibus emendetur:*

XXIV. *Similiter & de conſpirationibus, & de raptis feminarum tam viduarum, quam puellarum atque nonnarum bannimus ex Dei & noſtro verbo, ut nullus hoc in noſtris * regulis agere præſumat, & ſi quis hoc præſumpſerit, ſecundum legem, & ſicut in Capitularibus progenitorum noſtrorum continetur, ſic hoc emendare cogatur.*

* al regnis

*Hæc eadem Carolus Romana lingua pronuntiavit, & maxima parte lingua Theotbiſca recapitulavit.*

*Poſt hæc Domnus Ludovicus ad Domnum Carolum fratrem ſuum lingua Romana dixit: Hoc ſi vobis placet, veſtrum verbum habere volo de illis hominibus, qui ad meam fidem venerunt: & Domnus Carolus excelſiore voce lingua Romana dixit:*

XXV. *Illis hominibus qui contra me fecerunt, & ſicut ſcitis, ad meum fratrem venerunt, propter Deum, & propter illius amorem, & pro illius gratia totum perdono, quod contra me nimis fecerunt, alodes de hæreditate, & de * conquiſima, & quod de donatione noſtri Senioris habuerunt, excepto illo, quod de mea donatione venit, illis concedo, ſi mihi firmitatem fecerint, quod in Regno meo pacifici ſint, & ſic vivant, ſicut Chriſtiani in Chriſtiano Regno vivere debent. In hoc ſi frater meus meis fidelibus, qui contra illum nihilo minus fecerunt, & me quando opus fuit, adjuverint, ſimiliter illorum alodes, quos in Regno illius habent, conceſſerit: ſed & de illis alodibus, quos de mea donatione habuerunt, & etiam de honoribus, ſicut cum illo melius conſiderabo, illis, qui ad me retornabunt, voluntarie faciam.* *

*Et Domnus Lotharius lingua Theotiſca in ſupra annuntiatis capitulis ſe conſentire dixit, & ſe obſervaturum illa promiſit. Et tunc Domnus Carolus iterum lingua Romana de pace commonuit, ut cum Dei gratia ſani & ſalvi irent, & ut eos ſanos revideret, oravit, & annuntiationi finem impoſuit.* Hucuſque Acta in conventu ad Confluentem habito. Sequitur in eodem codice edictum Caroli Calvi ad ſuos ſubditos datum, ubi rediit ad propria, quo cuncta in eo conventu ſtatuta propoſuit obſervanda. Accedit poſtea ſeries legum Regum Francorum ex Capitularibus ſæpe citatis, contra varie delinquentes, atque pacem publicam perturbantes, quæ ſubditis ſunt propoſitæ, ut ſervarentur.

XXVI. Cæterum Carolum non ſtetiſſe pactis conventis, immo de invaſione cogitaſſe alienorum, querelæ Ludovici fratris ejus, & Lotharii nepotis ad Nicolaum Pontificem docent. Regnandi cupido cui parcit? quæ cum ſemel hominis mentem occupat, in furorem convertit, ut nulla Dei, vel hominum, nec propriæ ſalutis habita ratione, eo feratur præceps in malum. Tanta autem & inopinata ejus mutatione perculſi iidem Reges, ad quem confugiant, neminem habent, præter Patrem omnium Romanum Pontificem, quem interpellant his litteris, hactenus numquam editis, quæ ſic ſe habent:

*Domino vere beatiſſimo ac ſanctiſſimo totiuſque ſanctæ Dei Eccleſiæ roſeo pie Re-*



PAGIUS vaſtata: *Karlus Rex*, inquit Annaliſta Bertinianus, *inani Danorum in Somna conſiſtentium pollicitatione pellectus exactionem de theſauris Eccleſiarum, & omnibus manſis, ac negotiatoribus etiam paupertinis, ita ut etiam domus eorum, & omnia utenſilia adpreciarentur, & inde ſtatutus cenſus exigeretur, fieri jubet. Nam iidem Dani promiſerant, ut ſi eis tria millia librarum argenti pondere examinato tribueret, ſe adverſus eos Danos, qui in Sequana verſabantur, ituros, eoſque inde aut expulſuros, aut interfecturos. Dani in Somna conſiſtentes, cum eis non daretur ſupradictus cenſus, receptis obſidibus, ad Anglo-Saxones navigant. A quibus profligati atque repulſi alias partes petunt. Hi vero Dani, qui in Rhodano morabantur, uſque ad Valentiam civitatem vaſtando perveniunt. Unde direptis quæ circa erant omnibus, revertentes, ad inſulam* (nempe Camariam, quam Rhodanus in tria ora diſperſus efficit) *in qua ſedes poſuerant* (anno præterito), *redeunt. Dani, qui in Rhodano fuerant, Italiam petunt, & Piſas civitatem aliaſque capiunt, deprædantur atque devaſtant.*

*Variæ Normannorum graſſationes.*

Ad

Vivum exemplar ſubjectionis Regum erga S. A.

*Regis Chriſti ſanguine acquiſitæ Pontifici & univerſali Papæ Nicolao, Hludovicus Magnus, & Lotharius, divina præveniente gratia, Reges, in Principe paſtorum Chriſto ſempiternam ſummæ felicitatis pacem, & gloriam.*

XXVII. *Nullus mortalium ſanctiſſimi Apoſtolatus veſtri ſoſpitatem largius audire, & uberius videre deſiderat, quam noſtra unanimis affectio; & ſicut ſpiritales ac devotiſſimi filii almifluam paternitatem veſtram toto cordis affectu amplexamur. Nos vero divina largiente clementia ſani & incolumes vigemus, & pro nobis omnipotentis Dei victrici dextera pugnante, ſopitis per omnia in Regnis noſtris paganorum infeſtationibus, in veſtris obſequiis, & utilitatibus paratiſſimi exiſtere deſideramus. Porro Chriſtus Dominus noſter, qui regium, & pontificale nomen ſolus ſibi vindicavit, quique ſanctæ matris Eccleſiæ fundamentum principis Apoſtolorum Petri fide, & nomine locavit, ſua nos gratuita bonitate reſpiciens veſtri Apoſtolatus apicem in omnibus mundi partibus ſalubriter profuturum præelegit, & uti dignum erat, almifluo virtutum diademate decoravit, cui generalem ſui gregis commiſit ſolicitudinem. Quippe jam periculoſis temporibus, in quos, ut ait Apoſtolus, fines ſæculorum devenerunt, * ſanctæ ſanctitatis Pontifex divina dignatione largitus, ut ea, quæ verbis docet, religioſiſſimis exemplis proſequatur. Unde nos modis omnibus congaudemus, & ſpiritali jucunditate lætamur, immo mente, & corpore veſtræ ſanctæ paternitati nos humiliter committimus, veſtriſque ſanctiſſimis precibus, apud illum, qui Pontifex eſt in æternum, commendabiles fieri ſuppliciter obſecramus. Poſtquam enim de veſtro pio ſtudio, & vigilantiſſima paſtorali cura ſemel aliquid hauſimus, noſtrum multipliciter flagrat deſiderium, ut ſi Deus omnipotens noſtris votis annuerit, quem abſentem mente veneramur, aliquando quidem præſentem divina largitione dulciter amplexemur, atque Chriſtianiſſimorum Principum more, ad veſtra ſacra veſtigia provoluti, de veſtro deſiderio recreari mereamur.*

* tantæ

*Et quidem ad notitiam Deo digni Pontificatus veſtri perferendum decrevimus, qualiter olim his præteritis annis per totius humani generis inimicum, ſuoſque miniſtros, operarios videlicet iniquitatis, nequiſſimos Chriſtianos, quædam ſimultas in Regnis noſtris orta fuit. Unde ſanctæ matris Eccleſiæ filii innumeras pertulerunt calamitates, deprædationes, vaſtationes, multiplicesque incommoditates. Sed hoc plurimum deteſtantibus Epiſcopis, monentibuſque Dei ac noſtris fidelibus, nos & Carolus major, ac primates Regnorum noſtrorum pariter convenimus, & de ſtatu ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque ſervanda inter nos pace, & Regnis, lege, ac juſtitia mutuo firmavimus. Immo hoc publice denuntiavimus, quod ſi aliquis pſeudochriſtianus contra has ſaluberrimas pacis conditiones, ſiniſtrum aliquid, & tantæ paci contrarium moliretur, ab omnibus inſecutus, aut ad emendationem veniret, aut certe illi nullum evadendi pateret latibulum.* XXVIII. De pace turbata relatio.

*Sed revera, quod non optabamus, & non ſine triſtitia ſcribimus, diabolus in membris ſuis ſæviens, præſcripta pacis indicia pervertere nititur, & per eos, qui incorrigibiles ſunt, ac denuntiati fuerant, eliminandi, cum ſint infideles, loco fidelium a quodam adoptati, redivivam inter nos, proh dolor, diſcordiæ peſtem ſeminant. Unde fit, & veriſimile cernitur, quod Carolus major, eorum inſtinctu fideles noſtros hinc inde ſolicitat, ut ſub prætextu, & occaſione poteſtatis indebitæ quædam non referenda præjudicans in Regno alteri a Deo conceſſo,* XXIX.

*præ-*

PAGIUS VII. *Normanni in monaſterium Sithivenſe irrumpunt.*

Ad hæc Auctor Anonymus, qui initio ſæculi ſequentis vixit, & a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. I. poſt Vitam Sancti Bertini Abbatis Sithivenſis in Morinis, refertur, in lib. 2. De Miraculis hujus Sancti cap. 1. ſcribit: *Anno Incarnationis domini Chriſti octingenteſimo ſexageſimo, immodica iterato coadunata manu* (anno enim DCCCXLV. ut legitur in Chronico Nortmannico apud Ducheſnium Tom. II Nortmanni Sithivenſe Monaſterium diripuerant) *plurima claſſe iter notum repetentes, ac toto niſu alio mari velificantes, ſpumantia certatim ſulcabant freta, pertinacique curſu applicuerunt in finibus Menapiorum in ſinu, qui vocatur Iſeraportus* (modo Neoportus, vulgo *Nieuport*, Oppidum ad Iſeræ fluminis oſtia): *& ibi proſilientes nulloque a publico pervio divertentes, incendiis quoque ac cædibus illius ergo indulgentes, ut ad famoſiſſimum locum pauſationis confeſſorum Audomari, atque Bertini furtim properarent, aviditate theſauros Eccleſiarum latenter ſubripiendi ac ſpe ſervos Dei improviſo inibi comprehendendi, brevibus noctium meatibus, ſcilicet ſabbato hebdomadis Pentecoſtes hora ſecunda pervenerunt ad locum quo tendebant. Sed proviſione jugiter in ſe confidentium tutantis Dei, nullos ex fratribus ibidem repererunt; verum monitu jubentis Domini obtemperantes, quo dicit:* Si vos perſecuti fuerint in una Civitate, fugite in aliam; *ſubduxerunt ſe ad tempus, ſervantes ſecundis & melioribus rebus, præter quatuor qui devoverunt ſe (ſi Deo placuiſſet) ibi Martyrio potius velle vitam finire, quam deſolationi ſui loci ſupervivere. Quod quia ex parte Deus aliter fieri diſpoſuit, ſubſequenti eventu patuit. Nomina autem illorum qui ſe taliter devoverunt hæc ſunt: VVorardus, & VVinebaldus Sacerdotes, Gervvardus & Raynardus Diaconi*, quorum poſtea hic Auctor Martyrium narrat.

Porphyrogennetus in Michaele Theophili filio, poſtquam narravit geſta anno ſecundo ejuſdem Michaelis ſolius imperantis, num. XXV. ait: VIII. *Saraceni a Romanis victi.*



*præcipitanter aſpiret. Cum Apoſtolus dicat, non eſt enim poteſtas niſi a Deo. Si enim hujuſmodi lamentabilis ceſſaſſet ambitio, & venena pullulantis invidiæ, ſaltem Apoſtolico antidoto mederentur, pura mente * diſponimus ſanctorum Apoſtolorum Limina, veſtramque deſiderantiſſimam ac ſanctiſſimam paternitatem humiliter, & reverenter viſitare. Præſertim, cum pugnante pro nobis, ut diximus, Chriſto, ex omnibus noſtræ ditionis finibus, paganorum infeſtatio viriliter ſit repulſa, & noſtri deſiderii votum ſola intercipiat pſeudochriſtianorum diſcordia.*

* diſponebamus.

XXX. Invitatur Nicolaus in Galliam.

*Oporteret præterea veſtræ auctoritatis jubar propter generalem ſolicitudinem noſtros inviſere fines, ut quos nulla pacis fœdera, nulla movent fraternæ charitatis viſcera, nulla nectunt conſanguinitatis ligamenta, Apoſtolica invectio ad cenſuram Eccleſiaſticam venire compellat. Et quidem ſanctiſſimi prædeceſſores veſtri per ſuam præſentiam, ac pium laborem, plurima correxerunt; immo per Legatos, ac litteras abſentes corpore, ſed Spiritu ſancto præſentes, innumera, quæ in abruptum perverſitatis lapſa fuerant, revocantes, ad rectum juſtitiæ tramitem reduxerunt. De cætero, ſi aliquis Regum, quod abſit, vel forte aliqua contumax perſona veſtræ beatitudinis admonitionem parvipendere præſumpſerit, latere non poterit, dicente veritate (a); Unaquæque arbor de fructu ſuo cognoſcitur. Nos ergo propriis limitibus ac terminis contenti, illi ſanctæ Sedi Apoſtolorum Principis, & veſtræ ab omnibus reverendæ auctoritati, humilem ſubjectionem unanimes modis omnibus obſervare decernimus, eique collatam divinitus immunitatem ſalubriter tueri præoptamus. Igitur quaſi ad veſtra ſacra veſtigia provoluti, propter amorem Dei, & reverentiam B. Petri multipliciter precamur, ut ex noſtra unanimitate nihil ſiniſtrum, nihilque falſidicum credere dignetur veſtra ſancta paternitas. Sed ſicut per Gudfridum fidelem noſtrum, atque illuſtriſſimum Comitem vobis dudum ſignificavimus, ita apud vos pariter, ac veraciter teneantur, quouſque auxiliante Deo, aut per nos ipſos, aut per ſtrenuos Legatos noſtros, viva voce veſtræ magnitudini ſatisfacere procuremus, & de incertis certum reddere valeamus. Omnipotens Deus tanti Pontificis ſanctiſſimum apicem ad conſolationem ſanctæ matris Eccleſiæ, ac filiorum ejus, noſtramque perpetuam pacem, diu incolumem cuſtodiat, pro nobis apud pium Judicem feliciter interpellando. Amen.*

(a) Matt. 7.

*Embolim. Pro parviſſimo temporis articulo, Epiſcopi præſentes, epiſtolam dominorum noſtrorum glorioſiſſimorum Regum noſtris litteris perſequi non potuimus. Unde etiam actum eſt, quod non juxta morem antiquum in tuncardo conſcripta cernitur, ſed in membranis. Aſſidua tamen orationum vota veſtro ſanctiſſimo Apoſtolatui humiliter intimamus, quæ ut credimus in conſpectu cuncta videntis oblata nos vobis commendabiles reddent, in veſtris ſanctiſſimis precibus multipliciter confidentes. Porro humiliter petimus, ut veſtros apices remittendo multimodas gratiarum actiones referatis domino Hludovico majori, quod tam indefeſſus operator exiſtit pro pace ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſalute populi Chriſtiani: niſi enim ille tam ineluctabiliter, ac fideliter iſtis in partibus laboraret, jam pene iſta Chriſtianitas periclitata fuiſſet.* XXXI. Embolimon Epiſcoporum

*Dominum etiam Hlotharium Regem veſtra pia ſolicitudo corroborare, & confortare dignetur, quia fidiſſimus defenſor eſt ſanctæ Dei Eccleſiæ contra paganorum infeſtationem, nec alicubi, protegente Chriſto in ſuo Regno ſancta mater Eccleſia de paganis aliquod diſpendium patitur.*



PAGIUS

ait: *Alter vix annus tranſierat, rurſuſque egreſſus Amer* (ideſt Dux Saracenorum) *cum quadraginta millibus, ſimul quidem Armeniacum tractum, ſimulque maritimam Amiſum depopulabatur ac diripiebat, eo quod militum præſidia deerant, quibus illis tuto ſatis proſpectum eſſet.* Subdit, Michaelem Imp. *Petronam* Theodoræ fratrem, qui tum Thracenſibus præerat, adverſus eum proficiſci juſſiſſe: Petronam vero in Monte Sancto, qui Epheſo adjacet, hæſiſſe, ſive deſponderet animum, & quaſi Imperium detrectaret, ſive ut divinam opem imploraret: *Eo porro illic morante, rumor quidam præcurrens Joannem illum Monachum famaque celeberrimum, procera virum ſtatura, nudis ſemper pedibus incedentem, & in Latro domicilium habentem ultro venire annunciat. Virum ſolitarium, nec unquam cella exeuntem, illa mirabatur ætas. Audiens itaque de illo Patricius, haud procul eum abeſſe aſello invectum, feſtinus illi occurrit, ac pedes ejus complectitur. Ad quem ſtatim Joannes*, Vade, *inquit*, contra Saracenos, „ Imperialibus „ parens literis: Vade, Deum enim liberato„ rem, tibique præeuntem habebis, ſi modo o„ mnis alterius amuleti loco, chariſſimum illi „ Joannem in omnium ſcutis depictum palam „ geſtaveris; *adjecitque hanc unam, nec aliam eſſe cauſam, cur hoc iter ſuſceperit.* [1]

IX. *Petronas* Sancti Viri precibus armatus ad *Lalacaonem* fluvium de Amere celeberrimam victo-

NOTÆ [1] HAnc Petronacis expeditionem ſerius conſignandam eſſe, ad annum ſcilicet 862. diximus in Nota ad annum ſuperiorem. MANSI

XXXII. Tyberis inundatio duplex. Non prætereundum, quod ad finem vergente præſenti anno ſexageſimo poſt octingenteſimum, in fine ſcilicet Octobris menſis, Roma paſſa eſt Tyberis alluvionem: quæ ab Anaſtaſio ita deſcribitur in Nicolao: *Hujus præclari Pontificis tempore, ideſt, menſe Octobris, die trigeſima, Indictione nona fluvius, qui appellatur Tyberis alveum ſuum egreſſus eſt, & ſe per campeſtria dedit, & cum intumuit inundatione aquarum multarum, ingreſſus eſt per poſterulam, quæ appellatur S. Agathæ, in Urbem Romam hora diei ſecunda, tranſcendenſque in aliquibus locis, ingreſſus eſt in Eccleſiam S. Laurentii, quæ vocatur, Lucinæ. Inde ſe extendit, & ingreſſus eſt in monaſterium S. Silveſtri, ita ut ex gradibus qui aſcendunt in baſilicam B. Dionyſii, præ multitudine aquarum, ne unus quidem videretur, excepto eo, qui ſuperior erat. Et exinde ſe extendit per plateam, quæ vocatur Via lata, & ingreſſus eſt in baſilicam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ ibidem eſt, tantumque intumuit aqua, ut etiam portæ ipſius Eccleſiæ non viderentur præ multitudine aquarum; & inde aſcendit per plateas & vicos uſque ad Clivum Argentarium. Et exinde redundans ingreſſus eſt per porticum, quæ eſt poſita ante Eccleſiam S. Marci. Inde impetum faciens, cœpit decurrere in cloacam, quæ eſt juſta monaſterium S. Laurentii martyris, quod vocatur Pallacini. Ab ipſo die cœpit deinceps aqua paulatim minui, & fluvius, multo damno facto, in ſuum alveum reverſus eſt: nam muros, & domos evertit, & agros deſertavit evellens ſegetes, & eradicans arbuſta.*

XXXIII. Alia Tyberis inundatio. *Simili modo in menſe Decembris, die vigeſimaſeptima, natali ſancti Joannis Evangeliſtæ, Indictione ſupra ſcripta, egreßus alia vice Tyberis alveum ſuum, omnia fecit, ut ſupra.* His ſubiicit ornamenta Eccleſiarum, & ædificia, quæ eodem tempore idem Nicolaus Pontifex fecit, nempe *in monaſterio S. Valentini Interamnæ, veſtem de fundato, habentem hiſtoriam leonum, & in circuitu * muzinum, & reſtauravit Formam aquæ, quæ vocatur * Avia, ex qua aqua per Centenarium decurrebat in Urbem. Fecit & in Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ vocatur Coſmedin, hoſpitium ad utilitatem Pontificum, ubi ipſe cum omnibus, qui ei famulantur, hoſpitaretur. Obtulit & vela per arcus presbyterii Eccleſiæ ſancti Petri Apoſtoli, habentia figuras leonum numero quadraginta, & catenam ex argento mundiſſimo, penſantem libras quatuor. Et in Oratorio ſanctæ Crucis intra Eccleſiam S. Petri fecit gabatham de argento penſantem libras duas. In baſilica vero Doctoris Gentium beati Pauli Apoſtoli fecit candelabrum argenteum, penſans libras duodecim & uncias ſex. Et in titulo beati Euſebii Confeſſoris Chriſti fecit ſuper Ciborium Crucem penſantem libras quatuor.* Iſta Anaſtaſius hoc anno. — Oblationes & ædificia Nicolai Papæ.

* al. muſivum

* Accia

Se-

PAGIUS *Hac clades a Joanne Solitario prænunciata.* ctoriam retulit; is enim deſperata ſalute, ac velut fulmine ictus, in medios ſe enſes primumque obvios inſerit; ubi tum ipſe triſti fato cadit, tum ſuos omnes, ne uno quidem cladi ſuperſtite perdit, ejuſque filius fugiens Petronæ traditur. *Sic ergo Petronas erectis de Amere tropæis, magna deinceps veneratione ac cultu Monachum proſequebatur, alium eum divinum vatem vocans.* Paucis interpoſitis: *Monachus cum ſe ad Deum emigraturum, divinitus cognoviſſet, Petronam rei admonet. Ad quem ille lugens,* ubi nam vero, *inquit,* tu paſtor meus ac amator, oviculam tuam humanis excedens vis relinquere? „ Num in hoc ſæculo? At vereor, „ ne in priora prorſus delicta diffluam, mihi- „ que poſteriora nihil meliora prioribus fiant. „ Num vero, *inquit Monachus,* tibi animo ce- „ det, ut me ſequaris? Ita Pater, *inquit,* lubentiſſime ſequar. *Morbo itaque & ipſe correptus, ſtatim ac domum rediiſſet, ea narrat quæ Abbati evenerant, viciſſimque refert, dixiſſe Mo-* „ *nachum,* Ipſum quoque *uti petierat* brevi mo- „ rientem eum ſecuturum. *Ac ſane paucis elapſis diebus, cum Monachus ad Deum evocatur, tum ſtatim Petronas velut ex condicto magnifice ſequitur. Ita nimirum, ut quamvis brevi ſic intervallo diſſiti erant, ambobus ſimul emigrantibus, alter alterius mortis nuncium audire nequiverit. Moritur vero & illo prior Manuel, morbo quodam detentus.* Ita Porphyrogennetus. Erat porro *Manuel* unus ex tutoribus Michaelis Imp. Elmacinus & Abul-Pharaiius, qui adverſos Saracenorum caſus ut plurimum tacent, iſtius etiam cladis non meminere. De *Joanne Solitario* ſpiritu Prophetico prædito, cum laude verba facit Symeon Logotheta in Michaele Theophili filio num. XXXIV. Porphyrogennetus autem verbis laudatis non aſſerit *Joannem*, alioſque, de quibus verba facit, hoc anno e vivis exceſſiſſe, ſed tantum eo tempore, quo ei moriendum fuit, illum de morte ſua proxime futura *Petronam* certum feciſſe. Quare cum is poſt terræ motum, quo Conſtantinopolis menſe Auguſto anni inſequentis concuſſa, adhuc in vivis fuerit, & *pretioſum geſtamen, quod ad ſinum Imperatoris pendebat*, Sancto *Ignatio* dederit, ut refert Nicetas in hujus Sancti Vita pag. 1211. liquet, *Joannem Solitarium* ſaltem uſque ad illud tempus ſuperfuiſſe.

X. *Moritur Aethelbaldus Saxonum Occid. Rex.* *Anno Domini Jeſu DCCCLX. nativitatis autem Aelfredi Regis duodecimo Aethelbald Occidentalium Saxonum Rex defunctus eſt. Aetherberet frater ſuus quinque annis regno pacifice gubernato univerſalem viam adiit*, inquit Aſſerus in Vita Aelfredi Regis, ubi annos illos quinque, non Aethelbaldo, ſed Atherbercto & Aethelredo ejus fratribus attribuit; jam enim ſcripſerat, *Aethelbaldum* annos duos cum dimidio regnaſſe, uti anno DCCCLVIII. vidimus. Ad quod cum varii Hiſtorici Anglici animum non advertiſſent, & cum eis Alfordus, annos illos quinque *Aethebaldo* perperam adſcribunt.



I. SEquitur Chriſti annus octingenteſimus, ſexageſimusprimus, nona Indictione, notatus, quo celebratum eſt Conſtantinopoli conciliabulum ſchiſmaticorum, in eoque iterum conclamata eſt damnatio Ignatii ſanctiſſimi Patriarchæ, Potii vero intruſio confirmata. Fuit plane numeroſum admodum idem concilium, adeo ut gloriaretur Michael Imp. impleſſe numerum Patrum, qui interfuerunt magno Nicæno Concilio, nempe trecentorum decem & octo. Teſtatur id quidem Nicolaus Papa in (*a*) epiſtola hoc anno reddita ad Michaelem his verbis: *Igitur quia ad inſtar Nicæni venerandi cœtum Concilii veſtrum, qui in depoſitione Ignatii Patriarchæ affuiſtis, totidem numerari fere dicitis, miramur. Et quid prodeſſe conſideramus ejus numeri collegium poſſe, ubi ipſius ſententiæ prævaricantur, cujus & numerus imitatur? Quod non laude magis, quam reprehenſione dignum ducimus, quia omnino magis peccatis eſt cumulus, ubi multiplex fuerit agmen prævaricatorum.* Ita plane Photius comparatur, ut quo minus veritate polleret, juſtæque cauſæ confideret, eo magis numero & vi regia prævaleret. Qui cum Synodum convocandam curavit, procuravit, ut per Imperatorem accirentur Legati Apoſtolicæ Sedis, fingens id eſſe neceſſe ob cauſam cultus imaginum, ut ſic latrocinium ſuum velamento poſſet magnæ Synodi honeſtare. Nominavit autem ipſe hanc ſynodum, ob numeroſitatem ſuam & præſentiam Legatorum Romani Pontificis, Oecumenicam. Ita apud Theodorum Balſamonem eam appellatam invenies, dum eam interpretatur. Cæterum ipſe Nicolaus Papa ſynodum hanc nec nomen Synodi habere voluit, in qua omnia, ut in ſilva per latrones, per vim, & metum ſunt acta, vim facientibus miniſtris Imperatoris Legatis Apoſtolicæ Sedis, ut depoſitioni Ignatii aſſentirentur. Quinimmo idem Pontifex conventum hunc ſatanæ, Latrocinalem Synodum appellare conſuevit, idque multiplici nomine. Primo quidem ob illa, quæ in ea Ignatius paſſus eſt; deinde quia Legati Apoſtolicæ Sedis minas & terrores perpeſſi ſunt, & litteræ Apoſtolicæ falſatæ a Photio in ſynodo illa ſunt recitatæ.

(*a*) *Nicol. ep.* 5. Conciliabulum ſchiſmaticorum dictum ab ipſis Oecumenicum.

De his ſingulis ut agamus, primum omnium, quæ ſanctus Ignatius paſſus ſit, videamus. Nicetas res ab eo geſtas proſequutus, ubi de exilii ejus Mitylenem atque ad Terebinthum, & in alia loca ablegatione tractavit, hæc poſtea reddens opportune ſingula ſingulis temporibus ſubiicit:

II. *Interea vero revertitur ab exilio athleta Ignatius, ſex menſes Mitylene commoratus; revertitur autem eorum conſilio, qui rerum potiebantur: ad Terebinthum inſulam conſtitutus, non ad honorem, quin potius ad dedecus; neque ad quietem, & ſolatium, ſed ad majus tormentum & dolorem. Quæ enim inimicus mala adverſus eum patravit, & quot tormenta Ignatio intulit, Nicetas regii exercitus Drungarius, Oryphas cognomento dictus quot moleſtias etiam, ut Photio rem gratam faceret, & Principibus, quis ſermone complere poſſet? quis ſingula poßet edicere? deportationes videlicet, injurias, damna & verbera, & quæcumque impuris manibus canis ille adverſus Ignatium fuerit machinatus. Acceſſit & alio ſancto viro calamitas: Eo enim tempore immaniſſimum Scytharum genus per Euxinum mare progreſſi ad Anguſtum, omnia loca,* — Quæ inſuper in ſuis paſſus Ignatius.

& mo-

PAGIUS SÆC. IX.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6354.

☉ 2. E. ☽ 7. P. 6. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 861.

NICOLAI PAPÆ 4.

LUDOVICI IMP. 13. 12. & 7.

MICHAELIS IMP. 20.

Anno Eræ Hiſp. DCCCXCIX. Anno Hegiræ CCXLVII inchoato die 17. Martii fer. 2. A.C. 861.

I. *S. Ignatius a Photianis exauctoratur.* ANum. I. ad XIX. Cum *Rodoaldus* & *Zacharias* Sedis Apoſtolicæ Legati Conſtantinopolim perveniſſent, centum dierum ſpatio ab Imperatore detenti ſunt, eiſque exilii & famis minæ intentatæ, niſi ratam haberent *Ignatii* depoſitionem, & *Photii* ordinationem, ut ipſi *Photio* exprobrat *Nicolaus* I. Epiſt. VI. Quare Legati minis concuſſi, & muneribus illecti, miniſterium ſuum fœda proditione dehoneſtarunt, & *Photio* patrocinium omne polliciti ſunt. Convocatur itaque *Synodus* in Templo Apoſtolorum, cui ingens Epiſcoporum Photio devotorum numerus interfuit, & *Ignatius*, qui ex inſula Mithilene in Terebinthum inſulam revocatus, & inde Conſtantinopolim adductus fuerat, Synodo ſe ſiſtere juſſus eſt, idque Legatorum Apoſtolicorum nomine. *Photius*, inquit Nicetas in Vita Sancti Ignatii, *cum ſua factione & miſſis ab Urbe Pontificis Legatis ſacram Apoſtolorum ædem occuparat. Aderant Imperatores*, παρῆσαν καὶ οἱ βασιλεῖς, ut Græcus textus habet, nempe Michael Auguſtus & Bardas Cæſar, qui ideo anno ſuperiori eam dignitatem conſecutus fuerat), *aderant & Principes cuncti, totaque prope civitas confluxerat. Frequentes ergo cum adeſſent, primum Baanem Prapoſitum cognomento Angoram, alioſque nonnullos ex vilioribus Romanis Apocriſarios ad Ignatium deſtinant*, &c. Ergo,

& monaſteria cum diripuiſſent, uſque ad ipſas inſulas Byzantio adiacentes pervenerunt: vaſa omnia & utenſilia prædantes, & omnes homines interficientes; Patriarchæ etiam Ignatii monaſterium barbarico more invaſerunt, magno cum impetu & furore omnem, quam invenerunt, ſupellectilem auferentes; viginti autem, & duos ejus familiares, qui illi intimi erant, cum tenuiſſent, omnes ſecuribus membratim conciderunt. Quas cum ipſe miſerias accepiſſet, unam in ore vocem hanc habebat: Dominus (a) dedit Dominus abſtulit, ut Domino placuit, ita factum eſt; & quæ ſequuntur, Deo gratias agendo, & orationibus ſine intermiſſione ad Deum intendens, ejus judicium, & auxilium implorabat, & vanam omnium ſalutem cenſebat, quæ ab his proficiſcitur, qui dominari videntur.

(a) Job. 1.

III. Illi vero quando acceperunt Ignatium tot calamitatibus circumdatum, tantum abeſt, ut ejus miſeriis mœrerent, & illum ſolarentur, ut potius mœroris ſui occaſionem duxerint, quod non ipſe etiam manu barbarica fuerit captus, & cum ſuis familiaribus non ſit interemptus; non magis gaudentes pro iis, qui fuerant interfecti, quam mœrore affecti pro ſalute Ignatii: nec mirum. Anima enim omnis a charitate ſegregata, & odio plena, & tamquam igne odii abſumpta, unum tantum habet ſuæ paſſionis ſolatium, interitum videlicet, & perniciem ejus, quem odio proſequitur. Nec multum temporis interceſſit, & iterum conciliabula, iterum Principum, & pontificum adverſus innocentem Ignatium concilia, & conventicula. Ipſe quidem ita ſe habebat, ut machinationes, quæ contra ipſum ſtruebantur, obſervaret.

IV. Vocatur ad Synodum S. Ignatius.

Photius vero ſuam Eccleſiam, vel potius Synagogam, cum eos, qui illuc venerant, Legatos accepiſſet, ſacrum Apoſtolorum templum occupat: aderant etiam Imperatores, aderant & omnes Principes, & tota fere urbs ibi aderat. Cum igitur conveniſſent, primum quidem Babanem Præpoſitum, Augurium, Cucumerum videlicet nuncupatum, & alios quoſdam Romanos abjectos homines ad Ignatium mittunt apocriſarios. Qui cum acceſſiſſent, ajunt illi: Magna & ſacra Synodus te vocat ad ſe: Veni quamprimum reſponſurus ad ea, quæ juſte, & injuſte tibi obiiciuntur. Tunc beatus Ignatius: Dicite, inquit, rogo vos, quomodo veniam, ut Epiſcopus, vel ſacerdos, vel famulus? Hi vero dixerunt, ſe neſcire quid ad hæc reſpondere deberent. Sed audi: Nunc diſcedentes, ad eos, qui nos miſerunt, revertemur, & certum reſponſum afferemus. Craſtina itaque die iidem accedentes dicunt: Legati antiquæ Romæ Rodoaldus, & Zacharias per nos indignos hæc ſignificant tibi, ut ad ſanctam, & generalem Synodum incunctanter venias, ut tua tibi dictat conſcientia.

V. Quam primum igitur ille pontificalibus indumentis ornatus, cum Epiſcopis, & ſacerdotibus, & magno numero monachorum & ſæcularium hominum diſceſſit, pedeſtris incedens. Cum vero appropinquaret templo ſancti Gregorii Theologi, ubi Crux in marmorea columna in media via publica erecta eſt: Joannes Patricius, cognomento Coxes illi obviam fit, inquiens, quod ab Imperatore miſſus fuerat illi comminando, quod niſi conſueto habitu monaſtico procederet, mortis illi pœna imminebat. Quod cum Ignatius feciſſet, illi revertentes concilio retulerunt. Et jam aderant ſeptuagintaduo falſi teſtes, quos multo antea paratos habebant, homines videlicet impios, & gregarios omnes, quibus præerat Leo ille Patricius, Creticus nuncupatus, necnon Theodotachius etiam ipſe Patricius, cui pro perjurio mercedem propoſuerunt Magiſtri dignitatem: cum quibus & alios ex omni genere hominum, præſertim pauperrimos cum collegiſſent, quin etiam ex iis, qui Anabaptiſtæ nuncupantur, & ex omni ordine (ut breviter dicam) turpiſſimos quoſque & ſordidiſſimos dignitatum pollicitationibus conduxerunt, ſingulos adducentes, ut jurejurando affirmarent, quod Ignatius ille videlicet, qui duodecim paulo minus annis Eccleſiæ præerat, nullo rite eligendi ordine conſecratus, Eccleſiam occupaverat.

Teſtes contra S. Ignatium quot, & quales.

VI. Quid igitur inſani iſtorum judices, & viri in quorum manibus iniquitates, & dextera eorum repleta eſt muneribus, fecerunt?

PAGIUS

go, (Ignatius) extemplo ſacrum Patriarchæ ornatum indutus, cum Epiſcopis & Clero, magnaque religioſorum frequentia, civiumque concurſu & comitatu, viam pedes ingreſſus, a Photianis exauctoratus eſt, ut fuſe ex eodem Niceta, aliiſque Baronius narrat.

II. Epocha Pſeudoſynodi Conſtantinop.

Hæc pſeudo-Synodus, cujus meminit Auctor Libelli Synodici, qui hoc tempore vivebat, poſt Paſcha currentis anni celebrata. Niceta enim, poſtquam Ignatium in Synodo Conſtantinopolitana depoſitum fuiſſe aſſeruit, de Photio ſubjungit: Suggerit Imperatoribus, ut Ignatius ad ædem Apoſtolorum deductus primus exauctorationem ſuam ipſe publice pro ambone legat, &c. Pentecoſte Sancta dies complebatur, cum ecce tibi armatorum manus domicilium in quo degebat, corona præter omnem expectationem repente cingit. Sed Ignatius vilem a ſervis ſumit veſtem, & deceptis cuſtodibus profugit, ut ex Niceta refert Baronius num.XX. & ſeqq. Quare cum Pentecoſtes Feſtum hoc anno in diem XXV. menſis Maii inciderit, menſe illo Synodus hæc celebrata.



Accuſatio & ſententia contra Ignatium.

runt? Iſti utique ſententiam hanc contra Ignatium promulgarunt, & triceſimum Canonem Apoſtolorum legerunt, qui ait: Si quis Epiſcopus mundanorum Principum favore uſus, per eos Eccleſiam obtinuerit, deponatur. Quod vero ſequitur ejuſdem capitis, quod ſcilicet etiam omnes, qui cum illo communicant, ſint deponendi, malitioſe & doloſe prætererunt. Oportebat autem omnino, ſi Apoſtolicam legem obſervare niterentur, non ex parte quidem, ſed perfecte illam obſervare. Et ſi vera eſſet accuſatio adverſus Ignatium, quemadmodum ipſe, ita alii omnes, qui ab eo fuerant ordinati, & cum ipſo communicaverant, erant deponendi: & ita in operibus manuum ſuarum peccatores aperte deprehendebantur, illud tantum iniquiſſime cogitantes, ut quem ipſi perſequebantur, lædere poſſent; quod vero reliquum erat Canonis, quoniam ipſos eidem pœnæ ſubiiciebat, ſilentio prætereunt; quod jam Patriarcha ipſe, illis tunc tacentibus ſatis congrue proclamavit. O iniquitatem! O ſtultitiam! Quis enim ignorat, quod Ignatius omnium Epiſcoporum calculis, ſimul etiam & tota Eccleſia approbante, canonice, & legitime fuit ordinatus; ipſe vero Photius Bardæ illius, & mundanorum Principum favore uſus & auxilio, illegitime potius, & tyrannice, quam Eccleſiaſtico more ſedem occupat? Sed non cognoverunt, neque intellexerunt illi, qui in tenebris avaritiæ & ambitionis ambulant, quod iis comprehenderentur laqueis, quos ipſi aliis tendunt. Hæc de accuſatione Photii in Ignatium Nicetas. Anaſtaſius vero Bibliothecarius in præfatione hiſtorica ad octavam Synodum addit, inſimulatum quoque fuiſſe Ignatium, quod in S. Methodium prædeceſſorem ſuum contumelioſus fuiſſet. Quod ipſe oſtendit fuiſſe falſiſſimum, cum potius Ignatius S. Methodium ſummis laudibus celebraſſet, & memoriam illius ſicut aliorum ſanctorum Patriarcharum in ſacris myſteriis agere conſueſceret, necnon etiam anniverſarium diem obitus ejus ſolemni ritu celebrare ſoleret. Pergit vero Nicetas narrare exauctorationem Ignatii tum factam rurſus in conventu illo ſatanico:

VII. Poſt multam igitur verborum contentionem, & moras, ſecundum nullam juſtitiæ legem, ſed ſola potentia furioſe utentes, exuunt Ignatium veſtibus, quas habebat, laceris & ſordidis, illum induentes pontificalibus indumentis: quibus deinde verſa vice expoliant. Erat autem ſubdiaconus quidam mente inſanus & vita profanus, quapropter Ignatius Patriarcha illum antea de gradu clericali dejecerat: hic primus auferens Ignatio ſuperhumerale, & reliqua indumenta pontificia clamabat, ut moris eſt, INDIGNUS. Zacharias autem & Rodoaldus, & alii quidam profani eaſdem mittentes voces, iniquæ illi ſententiæ ſimul ſubſcripſerunt. Hic finis damnationis Ignatii in latrocinali illa ſynodo factæ. Quæ autem hæc ſequuta ſint, ſuo loco inferius rerum geſtarum ſervato temporis ordine dicturi ſumus: ſatis modo hæc de damnatione ſanctiſſimi Patriarchæ, ex Niceta ejus temporis ſcriptore, non antea Latinis cognito, deprompſiſſe. Jam videamus, quæ de Legatis ſcripta ſint Apoſtolicæ Sedis.

Ignatii in Synodo facta degradatio.

VIII. Legati Nicolai Papæ quæ paſſi.

Præter illa, quæ paſſos diximus, cum Conſtantinopolim pervenerunt, cum centum dies fuerint cuſtoditi, ne quis ad eos accederet, neque ipſi ad alios; Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Imper. hæc addit (a): Pervenientes igitur iſti Miſſi noſtri Conſtantinopolim, minis Imperii tui (ſicut ipſi poſtea nonnumquam fatebantur) deterriti, & horrendis terroribus impulſi, ſpretis monitis noſtris, contemptis & epiſtolis ſibi a nobis coram tota Eccleſia noſtra datis, immo poſtpoſito timore Dei, ſicut poſtea claruit, in contrarium verterunt omnia, quæ ſibi fuerant imperata. Hæc ipſe. Inter alia autem terricula illud non leve fuit, quod miſſi ſunt aliqui nomine Imperatoris ſignificare iiſdem Legatis Apoſtolicæ Sedis, quod niſi in omnibus obſequerentur voluntati ejus, fore, ut in exilium longe longius ablegarentur, ubi ſic ageretur cum ipſis, ut fame coacti, ſuos cogerentur manducare pediculos. Habentur iſta in alia epiſtola ad Photium a Nicolao (b) Pontifice data. Cæterum aliquamdiu reſtitiſſe Legatos, ne damnaretur Ignatius, teſtatur idem Pontifex Nicolaus, qui illis in mandatis dederat, ut non conſentirent depoſitioni Ignatii, nec probarent promotionem Photii. Hæc ſunt tunc in latrocinali conventu tyrannice acta: ita namque & non alio nomine, & jure quidem merito ob manifeſtam tyrannidem inimicorum Epiſcoporum, qui tunc interfuerunt, idem Nicolaus Papa in epiſtola pariter ad Michaelem (c) Imp. data ſynodum hanc Latrocinalem appellat, utpote quod nihil in ea, niſi per minas atque terrores confectum ſit, nec quidquam ſecundum ordinem ſacrorum Canonum. Nam (ut ſæpe queritur Nicolaus) a ſchiſmaticis atque damnatis Epiſcopis eſt eadem ſynodus celebrata, a quibus quid boni ſperari potuit, præſidente illis Photio invaſore?

(a) Nic. ep. 9.

(b) Nic. ep. 6.

Latrocinalis jure dicta Synodus conventus iſte.

(c) Nic. ep. 8.

IX. De his enim in epiſtola ad Michaelem data quæ incipit: Propoſueramus quidem &c. Hæc habet: Illi qui tunc convenerunt contra jam dictum venerabilem virum, aut ſuſpecti, & ab hinc & nudius tertius inimici ejus erant, aut excommuni-

nicati, aut depoſiti, aut ſubiecti ipſius Photii, aut certe inferioris dignitatis extiterunt, quorum omnium nullus perſonam legitimorum judicum habere ſine dubio poterat. Et inferius aliquot ex ipſis qui primum locum tenere videbantur, nominat dicens: Quis de conſidentibus ibidem non de prædictis extitit hæreticis atque ſchiſmaticis? Nonne Gregorius Syracuſanus millies condemnatus? Nonne Eulampius Petrus, item Petrus, qui pro nefandis actibus ſuis & ore confeſſis, depoſitionem, deinde anathema inciderunt, & alii, quos enumerare longiſſimum eſt? Ecce quales inter cæteros erant qui contra præfatam regulam centum quinquaginta Patrum, os contra venerandum patrem ſuum aperire non ſunt veriti. Et cum eſſent ligati ligare, & cum eßent mortui, & in ſuis penetralibus jam fœtidi, virum per totum mundum redolentem mortificare conati ſunt, & malæ opinionis nidore aſpergere tentaverunt. Et poſt multa de Epiſcopis Photio tantum ſubjectis ita: Hic autem (ut de Patriarchis omittamus) nec unius Epiſcopus civitatulæ, aut quilibet ignotæ perſonæ adverſus tantum pontificem ſententiæ extitit promulgator, qui non de ſuffraganeis & ſubiectis ejus fuerit. Sed ea quoque ex parte Latrocinalis dicta eſt ſynodus illa, quod (ut queritur propterea Nicolaus in judicio ſacerdotum) contra Canones ipſe Imperator eidem voluit intereſſe. Nam ſubiicit ſcribens ad eundem Imperatorem: Congregaſtis concilium adverſus eum, & ad Imperii veſtri nutum cuncti ſunt famulati minores. Et ad votum ſæcularium (ut cum pace veſtra dicamus) de ſolio Imperiali deſcendentes, cathedram præſularem, ut ita fateamur, aſcendiſtis & pro deſiderio hoſtium ejus, Auguſtalium obliti ſceptrorum, quemdam Regem (a) Iſrael imitantes, adverſus illum ſacerdotalis miniſterii arripuiſtis officium; præſertim cum Imperium veſtrum ſuis publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus debeat eſſe contentum. Dicite quæſumus ubi nam legiſtis. Imp. anteceſſores veſtros in ſynodalibus conventibus interfuiſſe, niſi forſitan in quibus de Fide tractatum eſt quæ univerſalis eſt, quæ communis eſt, quæ non ſolum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos? Vos autem non ſolum Synodo in cauſa ſacerdotis collectæ interfuiſtis; verum etiam numeroſa ſæcularium millia ad videndum ejus opprobrium aggregaſtis, cum magis debueratis in hoc imitari Conſtantinum pium Auguſtum, de quo ſcriptum eſt: Quia ſi vidiſſem aliquem eorum qui religioſo circumamicti ſunt habitu, turpitudinem aliquam operantem, chlamydem meam explicuiſſem, & cooperuiſſem eum, ne videretur a quoquam. Sed in vero hoc omnia oblivioni traduntur. Fit plauſus de Domini ſacerdote ſcurris, & hiſtrionibus. Heu quomodo obſcuratum eſt aurum (libet cum Jeremia (b) clamare) mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum? Deinde vero contra ritum Eccleſiaſticum, contraque venerandas leges, de Imperialibus ædibus & cui imperari poteſt, ad falſum teſtimonium dicendum adhibetur, fiunt ſuſpecti Judices, & mercenarii & lupi cuſtodes, &c. Hæc Nicolaus ad Imperatorem.

(a) 1. Par. 16.

Imperatores quibus intereſſe non debeant Synodis.

(b) Thren. 4.

X. De falſatis a Photio Apoſtolicæ Sedis litteris.

Sed aliud accipe latrocinium, ex quo etiam Latrocinalis ſynodus dici meruit. Nam coacta Synodo, intromiſſis Legatis, oblatis ab eis litteris Apoſtolicæ Sedis, ex illis aliqua non ſunt recitata, & illa, quæ ſunt lecta, ab ipſis antea fuere falſata. Id teſtatur idem Nicolaus in epiſtola ad eumdem Michaelem Imper. noviſſime ſcripta, cujus eſt exordium (c): Quanto ſunt majora beneficia Dei, &c. Ubi hæc ploratu digna habet: Quia ſuperius de falſatæ epiſtolæ per jam dictos tunc Rodoaldum, & Zachariam Epiſcopos ad te directæ ſcriptura memoriam fecimus: reſtat, ut partim loca, in quibus falſata eſt, quantum inſpectis exemplaribus Græcis, quæ nobis per Leonem a ſecretis miſiſti, noſſe tribuitur, aperiamus. Aßerentes primitus, quomodo non ordo legitimus, nec a ſanctis Patribus uſitatus in lectione ipſius epiſtolæ fuerit obſervatus. Quandoquidem eadem epiſtola non ſolum de ſacris imaginibus, verum etiam de audiendo fratre & Coepiſcopo noſtro Ignatio ſententiam Sedis Apoſtolicæ continebat. Et vos eam in cauſa quidem Ignatii conſacerdotis noſtri, quæ prius ventilata eſt, neſcimus cujus uſi conſilio, ſilentio contexiſtis: ſolum hanc poſtea, quando pro veneratione ſacrarum imaginum Synodus collecta eſt, demonſtrantes; quamvis in iis, quæ ibidem ex ea lecta ſunt, nonnulla addita, multa mutata, plura ſubtracta reperiantur, & per omnia talis a vobis effecta, ut aut nihil, aut parum aliquid nos per eam de crebro dicti comminiſtri noſtri Ignatii diſpoſuiſſe cauſa videamur. Sed vere non ſic in Synodis pro ſuo tempore collectis, non ſic actum fuiſſe, nonnullorum geſta Conciliorum demonſtrant. In illis enim Apoſtolicæ Sedis ſcripta non ſub occulationis modio tegebantur, ſed ut omnibus, qui in domo erant Dei lucerent, in propatulo ponebantur. Et ut ſi qua turpitudo, vel macula in Fidei pulchritudine a quolibet tentaretur induci, facile pateſceret, ac ſi ſpecula, in omnibus habebantur, & quaſi quædam rectitudinis formula qua imprimi cæteri poſſent, poſita colebantur. In-

(c) Nic. ep. 9.



XI. Loca epiſt. Nicolai falſata.

(a) Nic. ep. 9.

Inferius vero in eadem ad Imperatorem epiſtola loca quædam majoris momenti recenſet in eadem ſua epiſtola depravata, atque in primis quod diceretur in epiſtola Nicolai ad Michaelem (a) prima: Si quidem cum nos inter alia commemoraſſemus, quod multoties conventus factus fuerit ſanctorum Patrum, a quibus & deliberatum, ac obſervatum extitit, qualiter abſque Romanæ Sedis, Romanique Pontificis conſenſu nullius inſurgentis deliberationis terminus daretur. Vos (inquit Nicolaus) eraſiſtis abſque, & interpoſuiſtis eum. Et alia addita, quibus, ut ait, ſignificaretur, ita deliberatum fuiſſe a ſanctis Patribus, ut cum Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ veſtræ conſenſu omnis rei finis debeat omnino proferri. Cum hoc, inquit, fieri nulla ratione valeat, nullo prorſus exemplo geſtum pateſcat, præſertim cum hæc Apoſtolica ſemper Sedes in ſana doctrina perſtiterit, veſtra vero Eccleſia, quantum ad præſulatum pertinet, infirmante capite, ſæpe languerit, ac per hoc iſta quiverit adſciſcere quovis modo conſenſum, cujus peſſimum execrabatur non immerito ſenſum.

XII. Locus huic proximus turpiter depravatus oſtenditur, qui dum Nicolaus invehitur in eos, qui Ignatium ſine conſultu Romani Pontificis privaſſent honore, & cætera hujuſmodi, ab illis in contrarium mutatus eſſet. Nam Nicolaus ad eumdem Michaelem: Vos hoc commutaſtis dicentes, quod id prius a vobis fieri non debuiſſe, nos ſcripſiſſemus, tamquam vel nos poſtea id fieri cenſuiſſemus, &c.

In quantis decurtata epiſt. Nicolai.

Quæ inſuper poſt hæc ſequebantur in eadem epiſtola in deteſtationem Photii, verſibus pluſquam centum exarata, omnia queritur fuiſſe ſuppreſſa. Nam audi ipſum Nicolaum: Poſt hæc autem quidquid de jam fati fratris, & comminiſtri noſtri Ignatii tyrannica expulſione, quidquid de inconſiderata, & invidiæ plena in eum prolata ſententia: quidquid de violatis paternis definitionibus, quidquid de Photii ſcripſeramus irregulari promotione, ſaltu quodam aſtutiæ tranſcendentes, etiam ſanctorum Patrum inſtituta, quæ ſancti Spiritus afflatu ſunt edita, ne ad concilii pervenirent notitiam, contexiſtis, & veluti in quodam ſilentii ſudario ligata, dum divinitus attributa talenta fuerint, abſcondiſtis. Uſque ad illa verba: In conſpectu Miſſorum noſtrorum, &c.

XIII. Qui vero tot & tanta ſuſtulerunt, vel ne legerentur, contexerunt, ad finem unam addentes illi periodum, contraria penitus iis, quæ Legatis dederat Pontifex in mandatis, videri voluerunt ipſum ſtatuiſſe: nam ait: Noviſſimus epiſtolæ locus, in quo nos quidem Legatos noſtros commendantes, amplitudinem tuam deprecati fueramus, de ipſis inter alia dicentes: & cum in conventu Eccleſiæ ſederint pro Eccleſiaſticis definitionibus, nihil a vobis, vel ab aliis alicujus contrarietatis impetum ſentiant. Vos vero protinus ſubintuliſtis, quaſi nos his continuatim ſubjunxißemus, perhibentes: A vobis enim quæ hujuſcemodi ſunt * diſpoſitionis, & ſtatuta ſint & definita. Hoc præcepto veſtra utinam Deo placens ſagacitas innuere volens, quæcumque a Legatis noſtris ſtatuta fuerunt, & definita, nos ſtatuiſſe, & definiſſe per omnia dignoſcamur, qui tamen ſcriptus verſiculus nec a nobis prodiit, nec eis præter quod ad ſacras imagines pertinet, & id quoque irreprehenſibiliter definiendum, ſive ſcripto, ſive verbo terminare quidquam, vel deliberare præcepimus. Ita eſſe quæ diximus ſuperius a nobis annotatis ſententiis, teſtificantibus exemplaribus ejuſdem epiſtolæ noſtræ, &c. Paulo poſt autem hæc de reliquis: Cætera vero, quæ ſuperſunt, per Legatos noſtros, quos ad divinitus protectum Imperium tuum ecce direximus, inſpectis immutilatis exemplaribus, quæ illis tranquillitati tuæ demonſtranda tradidimus, facillime potes agnoſcere. Et de auctoribus ſceleris iſta ſubinfert:

* al. depoſitionis

XIV. Et ſiquidem per veſtratum aliquem tantum nefas patratum eſt (quoniam apud Græcos, ſicuti nonnulla diverſi temporis ſcripta teſtantur, familiaris eſt iſta temeritas,) miramur, & modis omnibus obſtupeſcimus, ſi regius excellentiæ tuæ honor, qui judicium diligit, ad tantum potuerit dedecus incurvari, cum ad hoc magis divinitus ordinatus ſit, ut depravata corrigat, & falſata priſtinæ veritatis boneſtati reſtituat. Aut enim juſtæ fuerunt, quæ miſimus, ſicque conſequenter oportuit ea ſervari: aut ſi juſta putata non ſunt; in quo juſta non fuerint, per aliud ſaltem ſcriptum exponi, vel nobis referri, & ſumma ratione debuerant patenter oſtendi. In nullo tamen horum oportuit ea vel Eccleſiam quæ apud vos eſt, cognitione privare, vel aliqua falſitatis depravatione fraudari. Porro ſi tuæ manſuetudinis poſtpoſita notitia, hoc immane ſacrilegium geſtum eſt; nihilominus immenſa admiratione ducimur, & quia tantum Imperium illudi potuit, & tantam fraudem perferre, jure dolemus. Denique ſacrilegium non immerito commiſiſſe dicendus eſt, qui ſcripta pietatis Fidelium, atque pii Principis notioni vel ſubducit, vel a ſui veritate ſubmovens, velamento præſtigiorum ſuorum obnubilat. Verumtamen nos quomodocumque falſitati, vel depravationi eadem ſit epiſtola ſubmiſſa, grates innumeras agi-

*mus Deo, cujus inſpiratione, & fidelia ejus exemplaria penes nos retinuimus, & cujus permiſſu qui hæc, vel authenticam ipſam ſcripſere, ſupereſſe noſcuntur.* Hactenus de falſaris Apoſtolicis litteris Nicolaus ad Michaelem Imperatorem. Quis doli tantam fabricam intuens, non conſideret Photium architectum? manum ſcorpii non intelligat & diaboli comminiſtrum artificem non ſentiat ea omnia eumdem Photium operatum? Proh ſcelus! hæccine Synodus Nicænæ magnæ numero Epiſcoporum compoſita, & ab ipſo Oecumenicæ titulo prænotata? in qua nec veſtigium quidem oſtendi poteſt legitimi in Spiritu ſancto congregati conventus. Nam præter hæc tam patientia arte diaboli concinnata; nec in ipſa quidem proſecutione cauſæ aliquis a jure ſtatutus eſt ordo ſervatus, qui in aliis quibuſcumque cauſis, ſive ſacris, ſive profanis legibus eſt præſcriptus, ut vidiſti in his, quæ ex Niceta ſunt recitata.

XV. Siquidem ut idem Nicolaus teſtatur, ipſe Ignatius abſque interrogatione damnatus eſt; nam audi ejus verba: (a) *Ante omnem interrogationem idem Antiſtes pulſus Eccleſia. Verum etiam poſtea in damnatione ipſius (ſicut geſta illius Latrocinalis ſynodi, quæ nobis per Leonem illuſtrem a ſecretis miſiſtis, indicant) quod numquam, ni fallimur, vel aliquando fuit actum, primi & ante omnes ſcripſeritis in epiſcopum.* Hæc Nicolaus ad Imperatorem eum redarguens, quod in damnando Ignatium contra Eccleſiæ morem præceſſerit ipſius ſententia Imperatoris; idque tyrannice, ne quis eſſet, qui contraria ſentiendo, ipſi contradicere videretur.

(a) Nic. ep. 8.

Quæ Photius in Ignatium injuſte damnatum.

Præterea non Imperatoris tantum atque Bardæ in ea ſynodo eſt demonſtrata tyrannis, ſed Photii ipſius innotuit manifeſte crudelitas in perſecutione Epiſcoporum, qui juſtitiæ ſtudioſi faviſſent Ignatio. Nec his exſatiata eſt eunuchi infulati crudelitas, quæ rurſum in Ignatium ſede privatum humili loco jacentem inglorium inſiliens, diris eum tormentis exagitare perſeveravit. Nam audi, quæ de his ſcribit Nicolaus Papa in ſententia adverſus Photium ipſum Romæ in Concilio promulgata: *Poſtremo*, (inquit) *Epiſcopos, qui ei tamquam adultero, & pervaſori communicare noluerunt, exilio relegavit, & ſui ſceleris complices in eorum ſubrogare locis non timuit. Et uſque hodie Eccleſiam Dei diverſis perſecutionibus impugnare non deſinit, ita ut & fratrem & Coepiſcopum noſtrum Ignatium ſanctiſſimum Patriarcham inauditis pœnis, & horribilibus tormentis afficere non quieſcat, ſed & omnes quotquot pro veritate, & Fide cum eodem perſiſtere comprehenderit, quibus prævalet modis perdere imprætermiſſe moliatur.* Cujus crudeli animo cum ſumma potentia non deeſſet, quam acerbe ſit perſecutus Catholicos, vix dicere quiſquam ſufficiet. Ex quibus complures captaſſe fugam, extorreſque ob ejus tyrannidem factos, Romam tamquam ad portum confugiſſe, idem Nicolaus affirmat.

XVI. Sic igitur multiplici nomine, jure, meritoque ſynodus iſta Latrocinalis meruit (ut ſæpius dictum eſt) appellari. Porro quæ hic modo ſtatuta ſunt, poſtea (ut ſuo loco apparebit) repetita fuerunt in alio Photii conciliabulo, quod Octavum Concilium œcumenicum appellavit.

Hujus autem cum duæ fuerint Actiones, quarum altera habita eſt pro cultu ſanctarum imaginum, altera vero in cauſa Ignatii, eadem Synodus duplex dicta reperitur. Meminit de ambabus Nicolaus (b) in epiſtola ad Orientales: id quoque præſefert titulus duorum ejuſdem pſeudoſynodi canonum apud Theodorum Balſamonem his verbis præfixus: *Canones editi a ſancta & magna Conſtantinopolitana Synodo prima & ſecunda, quæ congregata eſt in venerabili templo ſanctorum, & benedictorum Apoſtolorum.* Hæc ibi: ubi Theodorus explicat, cur oportuit eos iterum convenire, ob dogmatum diverſitatem; nam in ſecunda tractatum eſt de cultu ſacrarum imaginum. Sed quæ novitas iſta? cur duplicem Synodum appellavit, & non potius more majorum, duplicem unius Synodi Actionem, cum eodem in loco, eodem anno ab iiſdem Epiſcopis Actiones ambæ fuerint celebratæ?

(b) Nicol. ep. 10.

De ſecunda Synodo.

XVII. At quid ad poſtremum Photius ipſe? Meditatus eſt opus, quod Nomocanon appellari voluit, continens collectionem ſacrorum Canonum, & ſanctorum Patrum reſponſiones, attexuitque poſt ſeptimæ Synodi Canones, alios numero decem, & ſeptem diverſorum argumentorum hujuſcemodi pſeudoſynodi canones, ultimoque loco illum de promotione laicorum, cujus reus erat, his verbis (c) conceptus ab ipſo Canonum perverſore:

(c) Can. 17. Syn. Conſt. ſub Photio.

Canon ſancitus, ne laici ordinentur Epiſcopi.

*In omnibus boni Eccleſiaſtici ordinis curam gerentes, hoc quoque definire neceſſarium duximus, ut nullus deinceps laicus, vel monachus repente ad Epiſcopalem altitudinem eveheretur, ſed in Eccleſiaſticis gradibus primum examinatus, ſic Epiſcopalis dignitatis ordinationem ſuſciperet. Etſi enim hucuſque quidam ex monachis & laicis, exigente neceſſitate, Epiſcopali honore ſtatim digni facti ſunt, qui & virtute excellenti fuere, & ſuam Eccleſiam in altum extulere: id tamen, quod raro evenit, Eccleſiæ legem ſtatuentes decernimus, ut deinceps minime fiat, niſi is, qui rite ordinatur, per gradus ſacerdotales proceſſerit, in unoquoque ordine tempus prædeſtinatum adimplens.* Iſta Photius poſt vulneratas facto ſuo antiquas Eccleſiaſticas leges, ne ulterius fiat, clamoribus Legatorum, & Catholicorum Epiſcoporum id deteſtantium coactus, emplaſtrum opponi patiens vulneri, quod ipſe tyrannice intulit. Meminit hujus Canonis Photius in epiſtola ſua hoc anno ad Nicolaum Pontificem data, cum ſe excuſat non innotuiſſe ſibi aliquem Canonem de non promovendis laicis ad Epiſcopatum, meminitque & alterius ibidem ſanciti Canonis adverſus ſchiſmaticos, qui ſic ſe habet (a):



(a) Can. 1. Conc. Conſt. ſub Photio.

XVIII. Alii canones latrocinalis ſynodi.

*Quæ de presbyteris, & Epiſcopis, & Metropolitanis conſtituta ſunt, multo magis etiam in Patriarchis conveniunt. Quamobrem ſi quis presbyter, vel Epiſcopus, vel Metropolitanus a ſui Patriarchæ communione recedere auſus fuerit, & nomen ejus, non ut in divini myſterii celebratione conſtitutum eſt, & ordinatum, referat: ſed ante ſynodale decretum, & perfectam ejus condemnationem ſchiſma fecerit: ſtatuit ſancta Synodus eum eſſe ab omni ſacerdotio alienum, ſi in hoc ſolum deliquiſſe convictus fuerit. Et hæc quidem conſtituta & obſignata ſunt de iis, qui aliquorum criminum prætextu, a propriis præſulibus recedunt, & ſchiſma faciunt, & Eccleſiæ unionem convellunt.* Iſta quidem Photius, quo ob conflatum ſchiſma eos, qui cum ipſo communicare nollent, quod non legitimus eſſet Epiſcopus, inſequi quovis digno prætextu poſſet. Cum alioqui cenſendi revera eſſent ſchiſmatici, qui cum Ignatio non communicarent legitimo Patriarcha, quo cum communicare ſciretur Romanus Pontifex Nicolaus. Quamobrem contra ſchiſmaticos lex ſancita in ipſummet Photium, & eos, qui eum reciperent, eſſet jure vertenda. Sed & alia ſtatuit, quibus ſuum labantem, & corruentem penitus firmare poſſet Epiſcopatum, ut cuique recte acuteque intuenti facile eſt pervidere. Sed de Latrocinali, quam appellat Nicolaus, ſynodo, hactenus.

XIX. Quæ poſt Conciliabulum paſſus Ignatius.

Jam ad Ignatium redeamus. Quæ autem in eum poſt ipſius exauctorationem impii adverſarii perpetraverint, Nicetas ſic pergit, inchoatam proſequens de ipſo orationem: *Quid vero ille Photius? num veritus eſt homines, vel juſtitiam? Deum judicium diligentem timuit? & ejus iram avertere ſtuduit? Nihil minus ſed potius invidiam invidiæ, & malum malo addere contendebat, omni ſtudio & arte non ſolum illum interimere, verum etiam quod pejus, tamquam morte dignum e medio tollere curans. Tunc igitur cum depoſuiſſent, & ejeciſſent eum, inhumaniſſimis & impiiſſimis hominibus eum puniendum tradiderunt, quouſque manu propria ſuæ depoſitioni ſubſcriberet, & confirmaret. Aderant autem qui ita illum affligebant, & moleſtiis afficiebant, ut duabus ſeptimaniis carcere detentum inedia omnino confecerint. Quinimmo illum attollentes, & ejus pedibus graves lapides alligantes, & valde inhumane eum percutientes, conterebant. Qui vero hæc & alia plura adverſus illum beatum contumelioſe gerebant: verbis & geſtis illum ſubſannantes, erant iniquitatis filii (ut ita dicam) & malum ſemen inſanus ille Theodorus, & Joannes Gortinæ, & Theoduli Nicolaus, qui Scatolaſpis dicebatur. Poſt tormenta autem, quæ iſti intulerunt Chriſti Confeſſori Ignatio, poſt minas, poſt vincula, quæ venerabilibus illis pedibus adhibuerunt, poſt verbera, & poſtquam ad modum Crucis ſuper marmora in faciem illum extenderunt per totam noctem, atque deinde vinculis devinxerunt, & ſuper pavimentum lanceis pupugerunt, & contriverunt, & terram ejus ſanguine madefecerunt: poſt hæc omnia vix ſpirantem Ignatium inſanus ille Theodorus vi accepta manu ejus & pagina, Crucem in illa, quaſi pro eo loco ſubſcriptionis ſignavit: quam efferens tradidit Photio. Hic vero accepto illo Crucis ſigno, ex ſeipſo deinde ita ſubſcripſit: Ignatius indignus Conſtantinopolitanus confiteor me ingreſſum eſſe ſine calculis, non canonice videlicet electum & his annis non ſancte me geſſiſſe, ſed tyrannice.*

Signum Crucis ſubſcriptionis extorquetur.

XX. *Hac ſubſcriptione miſſa Imperatori, dimittitur beatus Ignatius ab illa cuſtodia, qui maternam domum rediens, ibi parum a multis laboribus reſpirabat. Inimicus vero Photius non quieſcebat dolos corde machinari, & mala adverſus innocentem illum meditari. Suggerit igitur Principibus, ut iterum ad Apoſtolorum Eccleſiam illum deducant, & cogant, lecta prius ſua depoſitione, ſuper ambonem ſeipſum anathematizare. Poſtea vero (o conſilium atrox! o impietatem!) oculos illi eruere, & manum inſano quodam furore illi abſcindere cogitabant. Ita odium illos profunde obcæcaverat, ut juſtitiæ Dei nullus apud illos timor, ſed diaboli invidia illis tantum cordi eſſet. Ipſum ſanctæ Pentecoſtes feſtum peragebatur; & ecce militum armatorum manus, domum in qua detinebatur Ignatius, ex tempore circumdat. Sanctus igitur ille, cum mala, quæ ſibi imminebant, cerneret, & eorum inſaniam, ut fratrem ſuum interimerent, noſſet: conſilium iniit contrarium temporis iniquitati, ſua vero prudentia, &*

*eo, qui eum ducebat, ſpiritu dignum. Et quodnam eſt hoc conſilium? ſeipſum immutat, & laicalem famulorum indutus* Ignatii ſub mentito habitu fuga. *habitum, & duas ſportas ex uno pendentes ligno propriis humeris ſuſtollens, inſtar alicujus bajulantis aufugit, cuſtodes media nocte latens.*

XXI. *Feſtinabat autem una cum ſuo diſcipulo Cypriano verſus Sabaiticam regionem iter peragens, corde autem præ metu tremens, lachrymis madefactus, & nimis triſtis & mœſtus currebat, ut David ille fugiens a facie Saul. Divina vero providentia huic noctu ambulanti obviam fit vir quidam facie ſatis decora, & barba & coma recte ornatus, qui & alba induebatur veſte, & equo etiam vehebatur albo, & iter tenebat quaſi ad Blachernas. Ignotus autem vir ille, cum nec lumen uſquam adeſſet, nec aperte illum videre poſſet, tamen quiſquis ille fuerit, divino ſpiritu motus, inquit: Deus & ſanctiſſima Dei Genitrix te ab omni periculo, ſanctiſſime pater, & tuos cuſtodiat. Hoc verbum quaſi bonum omen deſuper ſibi adveniens, beatus ille Ignatius ſuſcipiens, alacrius procedebat; & cum habitu illo ſervili & paupere omnes latuiſſet, & in naviculam conſcendiſset, ad Principis & Proconneſi inſulas non ſolum, verumetiam Propontidis inſulas omnes navigat, aliam ex alia mutans & in ſolitudine errans, & montibus, & ſpeluncis, atque foraminibus terræ latens, Apoſtolorum more (ut ita dicam) afflictas, & male habitus vivendi rationem quærebat, per homines Chriſti dilectos mendicando.*

XXII. *Photius vero ſpe fruſtratus, omnia monaſteria, & omnem civitatem inquirebat ſicubi invenire poſſet Ignatium tamquam facem a conſpectu ignis avulſam. Dum igitur nihil eorum, quæ volebat, perficere potuiſſet, Imperiali mandato gravem illum Orypham deſtinat, ut cum ſex curſoribus inſulas omnes, & maritimam regionem percurrat. Et ſicubi Ignatium capere contigerit: quam primum occidant quaſi totius Imperii perturbatorem, & everſorem.* Sed quæ poſtea contigerunt cum nutu Dei eum habitu mutato latentem, quamvis aliquando proxime accedentes, invenire minime potuiſſent, reverſi præda vacui Conſtantinopolim, idem Nicetas ſic ſubdit:

XXIII. Terræmotus exagitat Conſt. *Menſis Auguſtus inſtabat, & tremoribus magnis Conſtantinopolitana civitas concutiebatur, & cum omnis domus agitaretur, omnes timor mortis occupabat, clamantes unam eſſe terræmotus hujus cauſam, unum peccatum, & impietatem, quæ adverſus Patriarcham Ignatium exercebatur. Quadraginta vero diebus cum duraſſet terræmotus, ita eorum ſævitiam repreſſit, ut Principes, Michael ſcilicet & Bardas, juraverint, quod neque ipſe ſacer vir Ignatius exul neque ii, apud quos latebat, ſi manifeſtaretur, malo ulli forent obnoxii, ſed illi liceat abſque moleſtia ad ſuum reverti monaſterium. Hæc igitur cum audiſſet Chriſti athleta Ignatius, ſeipſum manifeſtat quamprimum Patricio illi Petronio, qui cum Imperatoris avunculus eſſet ex matre, torquem ipſam Imperatoris cum attuliſſet, obſidis inſtar præbuit Patriarchæ. Hic vero eam collo ſuſpendens, & ad Bardam illum delatus ſtetit. Cui ille: Cur, inquit, inſtar fugitivi cujuſdam ad aliam ex alia regione percurrens peregrinaris? Hic vero inquit: Chriſtus Rex & ſalvator noſter præcepit, ut ſi vos perſecuti fuerint, ex hac civitate fugite in aliam. Ille itaque victus virtute illius viri, illæſum & immunem præcepit in ſuo manere monaſterio, & ita terræmotus quievit.* Hucuſque de Ignatio, quæ contigerunt hoc anno, Nicetas. Redit Ignatius ad ſuuum monaſterium.

XXIV. Theognoſti libellus ad Nicolaum Pap. Hic modo ſubiiciendus eſt libellus Ignatii nomine ante fugam ejus ſcriptus a Theognoſto, delatuſque ab eodem Romam, & oblatus Nicolao Papæ nomine pariter ejuſdem Ignatii Patriarchæ, quo deplorans mala, quæ a Photio paſſus eſt, appellat ejuſdem Pontificis judicium. Extat in eodem antiquo codice Columnenſi poſt encomium Pſelli in ſanctum Ignatium, poſitum ad finem vitæ ipſius a Niceta conſcriptæ. Eſt ejuſdem libelli hæc inſcriptio:

*Libellus, qui continet omnia magni Ignatii geſta, miſſus ad Nicolaum Papam Romanum, ſcriptus a Theognoſto monacho & Archimandrita antiquæ Romæ ex Exarcho Conſtantinopolitano, nomine Ignatii Patriarchæ.*

XXV. *Ignatius tyrannidem paſſus, & multis tentationibus agitatus, necnon qui mecum ſunt, & horum temporum iniquitatem experti didicerunt, decem Metropolitæ & alii, qui adſunt Epiſcopi, & Præpoſitorum, & presbyterorum, & aliorum monachorum infinitus numerus domino noſtro ſanctiſſimo, & beatiſſimo Præſidi & Patriarchæ omnium ſedium, & Principis Apoſtolorum ſucceſſori, & Univerſali Papæ, & ſanctiſſimis ejus Epiſcopis, & univerſæ doctiſſimæ Romanoram Eccleſiæ in Domino ſalutem.*

XXVI. Quæ paſſus S. Ignatius. *Quis dabit capiti meo aquam (ut ait (a) Scriptura) & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo ea, quæ mihi contigerunt, mala, & perſequentium me barbaram immanitatem? In frigore enim, & nuditate, & fame, & omnibus aliis malis, inſtar furiarum me exagitarunt, quindecim quidem diebus in frigidiſſimo loco, & tempore brumali ſecreta videlicet apud ipſos parte clauſum detinuerunt & vinctum, rebus neceſſariis, & omni conſolatione privatum, præſertim cum gravi morbo jam detinerer, immaniter nihilominus me trahentes etiam membra omnia mihi fuſtibus comminuerunt.* Malorum origo narratur. *Qua vero de cauſa hæc mihi contigerunt? ecce jam aperio. Fuit mihi paucis ante diebus magna concertatio cum avunculo Imperatoris, cui nomen Bardas, qui hæc omnia adverſum me tyrannice procuravit. Hunc Bardam frequenter ego ſancti Spiritus ſermonibus percutiebam; qui me contra comminationibus, & calumniis percutere nitebatur. Noſtræ vero concertationis hujus cauſa fuit Herodianum peccatum, & inceſtus. Cumque Bardas reſipiſcere minus vellet, illum ab Eccleſia ejeci. Imperator hoc audito, aliquando precibus mecum agebat, aliquando graviſſimis minis, niſi avunculum ſuum recipere voluiſſem. Conſilio præterea Bardæ Imperator eo adducitur, ut voluerit matrem, & ſorores e Regia eiicere; & propterea mihi præcepit, ut ipſas tonderem: quod ego facere recuſavi, cum mulieres illæ nullo pacto ſe tonderi permitterent.*

(a) Jerem. 9.



*Hac igitur de cauſa ab Eccleſia ejectus fui, vapulavi etiam, & exilio mulctatus fui, & vinctus, & clauſus ante veſtrorum judicum adventum, ii etiam, qui nobiſcum ſunt eadem paſſi ſunt mala. De quibus omnibus cum litteris vos edocuiſſemus, quas presbytero Laurentio, & duobus Stephanis, alteri videlicet Subdiacono, alteri ſæculari Epiſcoporum Legatorum famulis tradidimus, quos & juramento obſtrinximus, ut veſtræ ſanctitati illas traderent: nihil horum factum eſt.*

XXVII. *Cum vero nobis mandatum fuit, ut coram tribunali illo nos conſtitueremus, clamavimus, appellantes ſanctitatem veſtram, ut ab ea judicaremur. Sed nullus erat, qui nos audiret. Iterum vocati petiimus ab eis, ut nobis dicerent, quomodo accedere ad eos deberemus, ut monachi & condemnati, vel ut judicandi? & mihi reſponderunt, ut eo pacto, accederemus, ut digni ſumus; quapropter ſacris induti veſtibus, proceſſimus ad Concilium, vel potius conciliabulum. Cumque non procul eſſemus, quos miſiſſet tyrannus, in ipſa via publica ſacris veſtibus me ſpoliant. Cum vero ad templum compulſi ſumus; mittuntur ad nos præfati tres famuli Legatorum, Laurentius, & duo Stephani, & dixerunt mihi. Quanam de cauſa cum damnatus ſis, Ignati, tot de cauſis, & depoſitus, ſacris veſtibus indui non dubitaſti? Avellentes igitur me vi ab his, qui mecum erant, ſolum ſtiterunt Imperatori, qui ſtatim contumeliis me onerat. Ego vero cum dixiſſem, quod contumeliæ ſunt mitiores tormentis, paululum mitior factus eſt, & mihi præcepit, ut ligneo ſcamno ſederem. Et interea colloquio habito, petii, ut mihi liceret ſalutare Rodoaldum, & Zachariam tuos Legatos. Quare mihi conceſſa, illos ſalutavi. Interrogavi etiam de cauſa illorum adventus. Qui dixerunt: Legati ſumus Papæ Nicolai, & miſſi ſumus, ut res tuas judicemus. Iterum interrogavi: an litteras haberent ſanctitatis tuæ. Qui reſponderunt, non habere, quoniam non veniebant ad Patriarcham, ſed ad eum, qui a propria Synodo jam fuerat damnatus, & parati erant ea facere, quæ Canones præcipiunt. Ad hæc ego: Adulterum igitur Photium primum e medio tollite: ſi vero hoc facere non poteſtis; nec judices eritis. Ipſi autem iterum reſponderunt: Ita vult ille, Imperatorem videlicet indicantes.*

*Poſt hæc qui circa Imperatorem erant,* XXVIII. *venerunt, ut conſolarentur me, hortantes, ut reſignarem Patriarchatui, idque tum blandis verbis, tum comminationibus facere nitebantur: ſed nullo pacto, ut id facerem, adducere potuerunt. Quapropter ad Metropolitas ſe converterunt, alios aliis de cauſis calumniantes, ut quod ipſi ratam habuerint reſignationem meam, & quomodo iterum peterent me in Patriarcham? Quibus reſponſum dederunt Metropolitæ, quod cum duo mala fuiſſent propoſita, Imperatoris videlicet indignatio, & populi tumultus, levius elegimus tunc temporis. Sed vos, qui aſſiſtitis Imperatori, reſtituite Patriarchæ Ignatio ſedem ſuam, & de nobis nulla vos angat cura. Sed interea iterum qui circa Imperatorem erant, ad comminationes convertebantur, aperte petentes a me ſpontaneam abdicationem, ut ita adulter Photius abſque metu Eccleſiam occuparet. Cum vero id facere omnino repugnarem, ita dies illa tranſiit, & concilium diſſolutum. Et hoc idem multis diebus faciebant. Cum autem quæ ipſi voluerunt, non ſunt aſſecuti, ad aliud thecnæ genus convertuntur. Et cum miſiſſent prædictos Legatorum miniſtros, vocant me ad concilium. Ego vero dixi, quod illuc non accederem: Neque enim videram judices illos, Legatos ſcilicet, aliquid juxta Eccleſiaſticas regulas facere, cum adulterum, & intruſum Photium ab Eccleſia non eiicerent, ſed potius cum illo comedebant, & cujus munera jam diu acceperant: (nam apud * Rhædetum, urbem illis obviam miſſæ ſunt veſtes ſacræ multæ:) quapropter tales judices nullo pacto ego accipio, ſed ad Papam me adducite, & inde judicium libenter accipio. Hæc eadem qui mecum erant, alta voce clamarunt. Proinde præfatas epiſtolas, ut nobis legerent petimus: canonicæ enim demonſtrationes, & decreta in ipſis inſerebantur Innocentii Papæ pro S. Joanne Chryſoſtomo; quod videlicet non oporteret*

*teret Joannem ad judicium vocari, antequam ipſe ad ſuam reſtitueretur ſedem. Canon etiam Sardicenſis quartus hæc habet: Quod ſi quis Epiſcopus depoſitus fuerit, & dixerit ſe iterum habere quæ dicere poſſit ad ſui defenſionem, non antea in ejus ſede conſtituatur alius Epiſcopus, quam Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ hac de re aliquid decernat. Alia etiam multa his ſimilia in epiſtolis ſcripta leguntur, quæ te rogamus, ut quæras, o præſidum reverendiſſime, & fratrum tuorum ſtudioſiſſime, ac tu illa legas.*

XXIX. *Cum igitur adhuc inſtarent, quærentes, ut nos ad illos accederemus; hoc illis nos reſponſum dedimus. Ut videmini, fratres mei, neque Canones legiſtis, neque regulam Eccleſiaſticam ſcitis. Hæc eſt regula: Ut Epiſcopus, qui a Synodo vocatur, per duos Epiſcopos vocetur, & hoc bis, & ter fiat: vos vero ab altero quidem diacono, altero vero ſæculari me vocari vultis. Nos igitur talia reſpondimus. At illi in medium attulerunt teſtes qui dicebant, ſe paratos eſſe jurare, quod ego non rite præpoſitus, & electus fui, neque legitime ordinatus. Ad quæ ego iterum reſpondi: Quinam ſunt iſti? Et quiſnam ipſis fidem adhibebit? & quiſnam Canon præcipit, ut Imperator teſtes adducat? Si igitur ego non ſum Epiſcopus, neque mœchus, & adulter Photius: omnes vos indignarum manuum mearum creaturæ eſtis. Si ex Eccleſia eſſet mœchus Photius, annuiſſem fortaße libenter. Nunc vero quomodo alienum ab Eccleſia paſtorem illum conſtituam Chriſti ovium? Multa quidem ſunt, quæ illi ſunt impedimento. Unum quidem, quod ex iis eſt, qui excommunicati ſunt & anathematizati, neque hoc ſolum a nobis paſſi ſunt, ut excommunicatione & anathemate damnarentur, & ab aliis ſedibus Patriarchalibus, verumetiam a veſtra poteſtate; damnati videlicet propter ſceleſtum illum Zachariam, ita ut non haberent facultatem neque ſacrum facere, neque communicare, neque alios ordinare; qui nihilominus omnia ea confecerunt, antequam abſolverentur. Alterum vero impedimentum, quod ſæcularis ordinis erat, & ordinatus eſt paſtor Photius, antequam ovis eßet. Præterea quoniam ab anathemate damnato ac depoſito fuit ordinatus, necnon quando Metropolitas adduxit, ut ſibi adhærerent, petierunt illi ab eo proprium chirographum de me, quod ſcripſit, adhibito etiam juramento, ſe nihil videlicet facturum contra me tamquam eorum patrem. Neque jam quadraginta tranſierunt dies ab ejus ordinatione, quando publice me depoſuit, & anathemate damnavit licet abſentem. Fregerunt præterea digitos Archiepiſcopi Cyzici Photii mandato, & abripuit ab eo Photius exemplum proprii chirographi, ac eumdem ipſum præterea depoſuit, & alios quidem malis & minis adducebat, ut chirographum, quod ſcripſerunt, conculcarent, alios vero muneribus lucratus eſt. Tyrannus vero nihil reſpondens ad ea, quæ dixeram, venit, ut introducerentur illi, qui parati erant jurare, quod non rite & legitime ordinatus fui. Ego vero coram præſentibus Epiſcopis alta voce dixi: O Patres, accipite unam mei humilis petitionem, & venite ad nos.*

Quæ contra Photii ordinationem allata eſſent.

XXX. *Cum igitur me ſolum accepiſſent & judices Legati, & tyranni, & ab aliis me ſegregaſſent, iterum rogabant me de his rebus, de quibus antea rogaverant, ut reſignarem ſcilicet. Cum nihil profeciſſent, ad minas iterum convertebantur. Deinde reliquerunt Epiſcopos carnifices illi qui mecum erant, & receſſerunt. Et Epiſcopi iterum ea tractare aggreſſi ſunt. Ego vero dicebam quod oportet eos diſcere res meas, & tunc petere a me quæ petunt; & a quonam poſſunt diſcere, præterquam a me ſolo? alius enim nemo audet ex tanto numero præpoſitorum & pontificum & laicorum ita libere & ingenue loqui. Viderunt enim illi Metropolitam Ancyræ veritatem clamantem & dicentem in Concilio; & quomodo barbarus homicida enſis vagina caput ejus percuſſit, & ſanguine ejus veſtes cruentavit, & quot alia mala præterea aliis fecit. Hæc ego dixi. Et cum illi poſtridie convenißent venire ad me, ſegregati ſumus ab invicem in diverſas domos. Poſt decem vero dies tribunali, & conciliabulo Caiphæ tractum me ſtiterunt, & eos, qui falſum teſtimonium dicebant, quod videlicet nec rite nec legitime electus fui, adduxerunt. Et quot plagas tunc mihi inflixerunt, quid opus eſt dicere? ſeptem enim diebus cum me ſatis ſuperque male tractaſſent, ſine cibo, ſine ſomno, ſine quiete perdurare coegerunt.*

XXXI. *Hæc brevibus tibi manifeſtavi. Tu vero ſanctiſſime domine, oſtende in me viſcera miſericordiæ, & juxta illum magnum Paulum dic etiam: (a) Quis infirmatur, & ego non infirmor? In mentem revoca prædeceßores tuos Patriarchas Fabianum inquam, Julium, Innocentium, Leonem, & (ut breviter dicam) omnes qui pro veritate adverſus injuſtitiam viriliter ſe geſſerunt; & hos imitare, & ad vindictam noſtri, qui tot injuſta paſſi ſumus, exurge ......* Cætera deſunt. Porro Theognoſtus iſte, qui hunc deferebat libellum, ſerius Romam venit, quam Legati redeuntes in Urbem, & legatio ab Imperatore miſſa ad Nicolaum Papam pervenit; adeo ut non potuerit niſi ſero de veritate rerum geſtarum Ni-

(a) 2. Cor. 11.



colaus Pontifex certior reddi, Legatis ipſis omnia mendaciis obvolventibus. Meminit autem eorundem Legatorum reverſionis Nicolaus Papa in epiſtola ad Orientales iſtis verbis: (a) *Miſſi*, inquit, *præterea noſtri tandem reverſi nihil aliud renuntiavere, niſi depoſitum Ignatium, & Photium in ſede Conſtantinopolitana firmatum. Poſt duos vero dies Legatus a nobis Imperialis nomine Leo a ſecretis ſuſceptus, duo volumina obtulit, quorum unum depoſitionis Ignatii geſta continebat, alterum vero de ſanctis imaginibus habebat Acta. Per quæ videlicet cognovimus, quia nec Imperator epiſtolam noſtram, qua fratrem & Coepiſcopum noſtrum ad ſolam audientiam ante conſpectum Miſſorum noſtrorum accerſiri decreveramus in depoſitione ipſius conſacerdotis noſtri, quæ prius, ſicut putabatur facta, oſtendit: nec iidem Miſſi noſtri parilem ejus ac per omnia conſimilem, quam eis in Epiſcoporum conventu recitare juſſeramus, demonſtrare curaverunt. Sed nec quantum in eiſdem voluminibus in Latinum ſermonem ex Græco tranſlatis reperitur, ordo legitimus, & a ſanctis Patribus uſitatus in lectione ipſius epiſtolæ extitit obſervatus; quamvis ex his, quæ in conventu, qui poſterius pro ſacris imaginibus collectus eſt, ex ea lecta ſunt, nonnulla edita, multa mutata, plura ſubtracta reperiantur: & per omnia talis effecta ſit, ut aut nihil, aut parum aliquid nos per eum de crebro dicti comminiſtri noſtri Ignatii diſpoſuiſſe cauſa videremur. Quidquid enim de ipſius receſſu, vel præjudicio, quidquid de ſententia non a Romano Pontifice ſecundum morem in eum prolata, quidquid de violatis paternis definitionibus, quidquid de Photii ſcripſeramus irregulari promotione, ſaltu quodam calliditatis tranſcendentes, etiam ſanctorum Patrum inſtituta, quæ ſancti Spiritus afflatu ſunt edita, ne ad Concilii pervenirent notitiam more ſuo, falſidici tranſcenderunt, & cum divinitus tributa talenta fuerint, velut in quodam ſudario ligata, ſub terra penitus abſconderunt. Quo comperto, moleſte tulimus; & quid ſine miniſtris noſtris actum fuerit, confeſtim intelleximus, qui talia cum Miſſis noſtris perpetraſſet, patenter agnovimus. Aut enim juſta fuerunt, quæ juſſimus, ſicque conſequenter oportuit ea ſervari, aut ſi juſta putata non ſunt; in quo juſta non fuerunt per aliud ſaltem ſcriptum exponi, & nobis referri, & ſumma ratione debuerunt pariter oſtendi. In nullo tamen horum oportuit ea vel Eccleſiam, quæ apud vos eſt, cognitione privari, vel aliqua falſitatis depravatione fraudari.*

(a) Nic. ep. 10.

De reditu Legatorum Romam.

XXXII. *Detulit præterea idem Leo Imperialis Legatus Auguſtales litteras deprecantes, quatenus in depoſitione Ignatii, & in confirmatione Photii conſenſum præberemus, & ſubſcriberemus. At nos divina docente gratia, dum idem adeſſet Miſſus, convocata tota, quæ apud nos eſt, Eccleſia decrevimus, & ſtatuimus, atque profeſſi ſumus coram ipſo, & coram ſancta Eccleſia, ſicuti & nunc per eamdem, ac per vos profitemur coram univerſali ſancta Chriſti Eccleſia, pro dejectione Ignatii, vel conſecratione Photii numquam miſiſſe, neque miſſuros eſſe, & in depoſitione Ignatii, & promotione Photii numquam conſenſiße, numquam conſenſuros eſſe. Ex his ſæpius dictis, & palam renuntiatis, atque Apoſtolatus noſtri epiſtolis taliter inſertis & eidem Leoni a ſecretis tam Imperatori, quam Photio ad deferendum datis, hunc a nobis remiſimus.*

*Igitur cum hæc gerebantur, nondum Rodoaldus & Zacharias Epiſcopi, quos (ut præmiſſum eſt) Conſtantinopolim miſeramus, confeſſione propria, vel ſynodali examine convicti erant, aut patenter oſtenſi, quod ipſi depoſuiſſent Ignatium, vel communicaſſent adultero Photio: quamvis hoc & illa concilia, quæ imminentibus illis Conſtantinopoli celebrata ſunt, videlicet tam id, quod adverſus Patriarcham Ignatium, quam id quod pro ſacris imaginibus collectum eſt, patenter innuerint, & Imperialis epiſtola clare denuntiaverit, atque præfatus Leo a ſecretis regius Legatus iis negantibus in facie ſæpiſſime atque conſtantiſſime coram nobis, & primoribus Eccleſiæ noſtræ jam dixerit.*

*Sed procedente tempore murmur multorum ab illis partibus Romam venientium, quinimmo perſecutiones a fautoribus Photii commotas fugientium ſenſim eoſdem cœpit Epiſcopos muneribus, fuiſſe corruptos diffamare: & quod communicaſſent Photio & depoſuiſſent Ignatium divulgare. Quo audito &c.* Pergit dicere de congregato adverſus Legatos concilio. Sed antequam de eo agamus, de litteris per Leonem Legatum Imperatoris ad Nicolaum Papam Romam allatis, dicendum eſt. XXXIII.

Conſtat quidem (ut modo vidimus) perlatas fuiſſe litteras Michaelis Imp. ad Nicolaum Pontificem, eaſque ejus argumenti fuiſſe, ut cum de rebus geſtis Conſtantinopoli eum certiorem redderent, preces continerent ejuſdem pro confirmatione Photii promotionis, & depoſitionis Ignatii. At non extant illæ ſed ex reſponſione ejuſdem Pontificis, quales fuerint, perſpicue dignoſcuntur. Attulit inſuper ad eumdem Nicolaum Papam litteras ab ipſo intruſo Photio, & quidem ejuſmodi, ut miretur, ſi quis eas

De litteris miſſis ad Nicolaum Pap. ab Imp. & Photio.

eas legat, hominem perſecutorem Catholicorum, invaſorem alienæ ſedis, ſpirantem undique furorem, tam copioſe, tamque ornate loqui de mutua charitate: plane dixerit alterum Saulem prophetantem * inter prophetas, qui tamen haſta ſtudeat confodere innocentem. Extant ipſæ quidem in ſuperius citato codice Columnenſi, quas ab eodem viro diſerto Petro Morino Latinitati traditas, ſumus hic tibi integras deſcripturi; de quibus eſt, ut mireris hominis ſicut ingentem vafriciem, ita in dicendo facundiam, utpote qui in ſcribendis litteris apprime verſatus eſſet, cum antea fuiſſet a ſecretis eidem Imperatori. Sic autem ſe habent:

XXXIV. *In omnibus ſanctiſſimo, ſacratiſſimo fratri & comminiſtro Nicolao Papæ ſenioris Romæ Photius Epiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ.*

*Charitate vere nihil venerabilius eſſe, nec pretioſius, & communibus ſententiis confeſſum eſt, & ſacris eloquiis teſtatum. Per eam enim ſeparata conjunguntur, & pacificantur pugnantia, & juncta, domeſticaque magis conſociantur, ſeditionibus, contentionibuſque aditum non præbentia. Ipſa enim non cogitat malum, ſed omnia ſuffert, omnia ſperat, omnia ſuſtinet; nec umquam (juxta bonum (a) Paulum) excidit. Ipſa & famulos, qui offenderunt, dominis reconciliat, naturæ eumdem honorem ad defenſionem lapſus opponens. Ipſa & dominorum ſævientem furorem leniter ferre miniſtros edocet, fortunæ imparilitatem conſolans ex eorum, qui eadem patiuntur, ſimilitudine. Et patrum in filios iracundiam mitigat atque exhilarat; & muſſitationem filiorum in parentes, ſine dolore accipere hortatur: naturalem habitum, & affectum mutuum armans contra eam diſiunctionem, quæ a natura abhorret: & amicis rixam incidentem facile repellit, ut communes ſales æque ac naturam revereantur adhortans, & eos, qui in eadem de Deo, rebuſque divinis ſententia ſunt, quamvis ſint locorum intervallo diſiuncti, & oculis inter ſe numquam viderint, conjungit, & ſententiis conglutinat, & veros facit amicos, ac ſi forte alteruter ad incuſationes inconſiderantius venerit, caſui illi medetur, omniaque redintegrat, firmum conjunctionis vinculum conſervans.*

(a) 1. Cor. 13.

XXXV. Captat benevolentiam. *Hæc & noſtræ mediocritati perſuaſit, non graviter objurgationes ferre, quæ a veſtra paterna ſanctitate, jaculorum inſtar emiſſæ ſunt; ac fecit, ut arbitrarer, perturbati animi hos fœtus non eſſe, nec mentis offenſionum & inimicitiarum cupidæ verba; ſed potius affectus veri ac nihil fingentis, & Eccleſiaſticum ordinem ſubtiliter examinantis, atque ad ſummum accurata diligentia ducere nitentis. Nam ſi propter ſummam benignitatem non concedit malum ut malum cogitare, quomodo ſinet, malum eſſe, pronuntiare? ea enim ratio benignitatem eſſe novit, quæ eouſque progreditur, ut eos, etiam, qui dolorem dant, beneficio afficiat. Quoniam vero nihil prohibet, quominus & fratres cum fratribus, & cum patribus filii in vero dicendo libertatem obtineant (nihil enim amicius veritate) licet & nobis libero ſermone ut ac ſcribere, non contradicendi ſtudio, ſed defendendi voluntate.*

XXXVI. Elicit commiſerationem. *Oportuiße nempe veſtram in virtute perfectionem, ante alia omnia conſiderantem invitos nos ad hoc jugum tractos eße, non increpare, ſed miſereri, nec deſpicere, ſed condolere. Miſericordia enim, & humanitas iis, quibus affertur vis, debetur, non obiurgatio, aut contemptus. Vim enim ſubiimus: quantam autem, Deus, cui omnia etiam occulta aperta ſunt, ipſe ſimul ſcit. Inviti detenti ſumus: in cuſtodia æque ac ſontes habiti, cuſtodiis obſervabamur: ſuffragium de nobis, nobis renuentibus, latum: creati ſumus flentes, quærentes, ipſi noſmetipſos ferientes, & affligentes. Sciunt hæc omnes; non enim in angulo facta ſunt; at impreſſionis & (ut ita dicam) obtrectationis magnitudo hiſtoriam ad omnes pertulit. Quid igitur oportet in eos, qui multa gravia & acerba paſſi ſunt, invehi, obiurgare, conviciis appetere potius, quam miſereri, & pro viribus conſolari? Decidi e vita pacem habente; decidi a tranquillitate dulci & placida; decidi de gloria (ſi tamen quibuſdam mundanæ gloriæ amor eſt) excidi e chara quiete, e pura illa & jucundiſſima cum iis, qui mihi proximi erant, conſuetudine, e converſatione doloris experte & doli, & reprehenſionis. Nemo erat, qui me incuſaret, nec alium quemquam ego accuſavi vel advenarum vel indigenarum, nec vero hominum minus familiarium, nedum amicorum. Non ego ſic umquam dedi alicui dolorem, ut contumeliam in nos exſpueret: niſi forte velit quis ſuſcepta pro pietate pericula intueri; nec quiſquam in me ita peccavit, ut uſque ad contumeliam in ipſum lingua laberetur. Adeo erant omnes erga nos benigni: noſtra vero ratio, quæ fuerit, illi, quamvis taceam, clamant. Me amici magis diligebant, quam conſanguineos ſuos: at vero cognatis meis exiſtimabar & cognatorum chariſſimus, & cognatus omnium amantiſſimus.*

XXXVII. Deflet priſtinam felicitatem. *Fama vero ſtudii erga me proximorum meorum, ignotos quoque ad divinum amorem trahebat, & ad amicitiæ vinculum; nec eos fortaſſe laudum de me habitarum umquam pœnitebit. At hæc quomodo ſine*





*lacrymis commemorari poſſunt? Nam domi manentem grata voluptatum complectebatur oblectatio, cum diſcentium laborem intuerer, ſtudium interrogantium, alloquentium exercitationem, quibus rebus informatur ſententia, ne facillime poſſit decipi: eorum præterea, quorum mens ſcholis Mathematicis exacuebatur, vel qui Logicis methodis verum inveſtigabant, vel quorum ſenſus divinis eloquiis ad pietatem dirigebatur, qui aliorum omnium laborum eſt fructus: talis enim chorus, domus meæ chorus erat.*

*Ad regiam rurſus aulam ſæpe adeunti præſto erant proſequentium vota, hortatio ne morarer: nam præterea, qui ſatisfacere animo meo omnes vellent, hic honor mihi habebatur eximius, ut voluntatem haberem, modum in Regia commorandi. Redeunti rurſus ante portas ſtans chorus ille ſapiens occurrebat: quibus propter virtutis præſtantiam major, quam cæteris fiducia conceſſa erat, alii contenti erant ſalutem dixiſſe, alii oſtendiſſe tantum expectationem ſuam. Atque hoc in orbem fiebat, nec occultis conſiliis prohibitum, nec invidia intermiſſum.*

XXXVIII. *Ecquis nam tali vita ſummotus libens mutationem, ac ſine lamentis ferat? His omnibus excidi, ſuper his ingemiſcebam. Hæc cum abſtraherentur, fontes lacrymarum profluebant, ac doloris caligo circumfundebatur. Sciebam enim, cum nondum eſſem expertus, multiplicem hujus ſedis turbationem & ſolicitudinem: ſciebam faſtidium, & contumaciam promiſcuæ turbæ, lites inter ipſos, invidiam, ſeditiones, mutuos impetus, contumeliam in præfectos, & muſſitationem, ſi quando quibus egent, qui petunt, non adipiſcuntur, & quando ad horum voluntatem illi ſe non conformant, nec accommodant: deſpicientiam rurſus & contemptum, cum ad poſtulatum adduxerint, & detraxerint ad voluntatem ſuam, non enim voluntariæ gratia, ſed in violento juſſu deputant optati ſui eventum, ac vulgus poteſtatem nactum Imperii, in eum qui rerum potitur, tum ſibi, tum rectori perniciem creat. Navis etenim facile mergetur, cum nautæ gubernatore depulſo, ſimul omnes gubernant. Et exercitus funditus interibit, cum eorum quiſque nulli Duci obtemperans, ſibi adverſus alterum officium Ducis arrogat. Cur autem quis ſingula proſequatur? Nam ſæpe neceße eſt, perfectum colorem oris ſui in triſtitiam mutare, cum non ita afficiatur animus: ac rurſus interdum animo dolente lætum præbere os: & iraſci nonnumquam cum iratus non ſit; & ſubridere, dum angitur; talis enim ſcena eorum eſt, qui multitudinis præfecturam ſuſcipere adjudicati ſunt. Antea vero qualis eſt? amicus amicis non gravis: qualis affectio eſt, talis ſpecies.*

XXXIX. *Nunc autem eſt, ubi acerbe neceſſe eſt increpare amicos, & propter mandatum cognatos ſpernere, & peccantibus apparere gravem. Invidia undique, licentia diuturnitate temporis confirmata. Quid me oportet cætera commemorare? qualia perpetior inſectans Simonem? quales quotidie tentationes ſuſtineo, mundanam licentiam ſermonis a ſacro conventu prohibens, & contemptum potiorum rerum, & diligentiam vanarum? hæc providebam, & animus mordebatur, nec vero meæ eſt opis, hæc convellere: fugiebam ſuffragium, deprecabar creationem, præfecturam ingemiſcebam. Verum declinari non potuit, quod erat præfinitum.*

XL. *Sed cur hæc ſcribo, & ſcripſi prius? ac ſiquidem credita ſunt, nunc injuriam accipio, a miſericordia deſertus. Sin iis non eſt creditum, rurſum afficior iniuria, qui vera ſcribam, nec fidem faciam. Sic undique miſer ſum. A quibus ſperabam doloris nacturum me ſublevationem, inde increpor: a quibus exhortationem, & conſolationem, inde ad dolorem dolor adiungitur. Te non oportebat, inquiunt, affici injuria, hoc dicito iis, qui intulerunt. Non oportuit tibi afferri vim. Egregia ſane lex; ſed qui obiurgandi? nonne qui vim fecerunt? miſericordia quinam digni? nonne ii, qui vim ſubierunt? at ſi quis eos ſinit, a quibus eſt illata vis; increpat autem eum, qui vim paſſus eſt: ſperabam tuæ juſtitiæ poſſe me in eum judicium implorare. At Canones, inquit, violati ſunt, quod ad pontificatus faſtigium e laicorum ordine aſcendiſti. Sed quis violavit? is, qui vim irrogavit, an qui per vim & invitus attractus eſt? ſed reſiſtere oportuit. Quouſque? reſtiti enim, & pluſquam oportuit. Quod ſi ſic non providiſſem infeſtorum ventorum procellas ſæviores fore, reſtitiſſem etiam uſque ad ipſam mortem. Quales autem Canones hi, quorum aſſeritur prævaricatio? quos ad hunc uſque diem Conſtantinopolitanorum Eccleſia non accepit. Illorum dicitur tranſgreſſio, quorum tradita eſt cuſtodia; quæ vero tradita non ſunt, ea non cuſtodita, tranſgreſſionis non inferunt crimen.*

XLI. *Satis erant quæ jam expoſui, ac multo etiam plura, quam conveniebat. Nec enim ad hæc adductus ſum, ut me juſta defenſione commendarem. Quomodo enim aliter eſſe poſſet, cum optabile mihi eſſet omnimodis hac procella liberari, & hoc levari onere? ſic ergo ſedis appetens ſum, ſic vehementer eam retineo. Non enim a principio quidem oneri thronus fuit, progreßu vero temporis expetitus eſt: ſed quemadmodum ingreſſus ſum invitus, ſic invitus ſedeo. Quod autem initio mi-*

*hi vis facta ſit, cum ex aliis, tum ex hoc demonſtratur, quod a principio uſque adhuc velim cedere hac ſede. At ſi mihi grata ſcribenda erunt, non oportuit benigna, cæteroqui & laudabilia ſcribi: Accepimus, lætamur, & gratias agimus ſapientiſſimo Deo, qui Eccleſiam gubernat. Hoc vero ex laicorum ordine, laudabile non eſt: idcirco ambigui adhuc ſumus, & perfectum aſſenſum, in Apocriſariorum noſtrorum reditum diſtulimus. Verum ſcribi debuit: omnino non aſſentimur, non probamus, non accipimus, nec vero umquam accipiemus: qui accurrit, qui præſulatum nundinatus eſt, qui non eſt juſtis ſuffragiis factus: in omnibus improbum: Abi hac ſede, & de paſtoris munere. Qui ita ſcripſiſſet: mihi ſcripſiſſet jucunda, quamvis falſa pleraque. An vero oportebat, qui in ingreſſu affectus erat iniuria, in egreſſu itidem iniuriam accipere? & qui aliena protervia invitus ad hæc inciderat: magis etiam præciſe ac proterve expelli? Qui ſic affectus eſt, quique hæc cogitat, non valde curat, nec laborat de calumniis propulſandis, quarum hæc poteſtas ſola eſt, ut ei thronus adimatur. Satis ergo, ut dixi, hæc fuerant.*

XLII. *At quoniam propter nos nobiſcum qui ante nos fuere, ſancti ac beati Patres periclitantur in calumniam & crimen venire, ut Nicephorus & Taraſius: (nam hi quoque ex ordine laico ad pontificatus faſtigium pervenerunt, qui memoriæ noſtræ clariſſima lumina, pietatiſque egregii præcones, veritatem & vita & verbis confirmarunt; exiſtimavi quæ reſtant, orationi oportere adiungi; dum oſtendo beatos illos viros crimen omne vincere, & calumniam omnem ſuperare. Quod ſi ne alii quidem hos in crimen vocare audent, quod autem e laicis ad pontificatum aſcenderint, in offenſione & ſcandalo ponunt, reprehendunt ſane quos nec reprehendunt, nam hi quoque laici ſunt producti, quos rurſum in honore habent & admiratione, eorum non fugiunt vituperationem. At hi, Taraſius, & Nicephorus in ſæculi vita aſtrorum inſtar, conlucentes, in ſacerdotum ordinem allecti contra regulam & formam Eccleſiaſticam Eccleſiæ præfuerunt. Abſit a me ut hanc emittam vocem, aut alium hæc dicentem audiam. Hi enim regularum accurati fuere cuſtodes, propugnatores pietatis, impietatis accuſatores, orbis terræ lumina, ex divinis eloquiis verbum obtinentes vitæ. Quod vero regulas, quas non norunt, non ſervarunt: nemo eos jure reprehendere poteſt. Sed quod eorum quæ accepere, cuſtodes fuerunt, idcirco a Deo glorificati ſunt. Nam ea, quæ tradita ſunt, conſervare, ſtabilis eſt mentis, ac novitatis ſtudium repudiantis. At de iis, quæ non acceperis legem, uſu non hortante, ferre, aut cuſtodiam inducere præproperum ſtudium eſt animi res novas molientis, atque errabundi. Propria enim quiſque menſura ac regula continetur, & dirigitur. Multi Canones aliis traditi ſunt, aliis, ne noti quidem ſunt. Qui accipit, & violat dignus qui in judicium inducatur: qui vero non novit nec recipit, quo modo obnoxius eſt? Multæ quoque leges ab iis, quibus impoſitæ erant, cuſtoditæ ſunt, ac demonſtrarunt Dei famulos eos eſſe, qui cuſtodierunt: qui vero non acceperunt, ideoque animum ad ea non adverterunt, nihilominus Deo amabiles eſſe cogniti ſunt.* XLIII.

*Atque in manibus ſunt exempla. Abraham circumciſus, incircumciſus Melchiſedech, qui ad ſimilitudinem Filii Dei, & principium ortus ſui, & finem habuit incognitum. Enim vero Abrahæ cuſtodiam circumciſionis probans Deus, nuſquam apparet ipſi Melchiſedech tranſgreſſionis inferens exprobationem. Nec vero quiſquam hunc legis violatæ umquam accuſavit, aut illum, quod facinus circumciſionis auſus ſit, qui eos inſimulare velit, redarguetur. Atque prognatis ex Abraham, qui eam legem in ſinum acceperat ſuum, mortis pœna propoſita erat, ſi quis tranſgreſſus eſſet, quæ non ab hominibus modo inferebatur, ſed etiam vehementi ipſorum Angelorum interminatione. Et cum in eo Abraham & Melchiſedech diſſiderent, gratam in communem Dominum mentem ac pietatem & conſimilem inter ſe cultum ſervabant. Ex quibus neutri ab altero vituperatio impingebatur; ſed in potiſſimis rebus conſtantiſſima inter eos, & in rerum novarum ſtudio aliena ſocietas non ſinebat cæterarum rerum diſcrimen curioſius intueri. Nam revera communia omnibus ſunt, quæ omnes cuſtodire neceſſe eſt, & ante alia, quæ de Fide habemus, ubi vel paulum declinare, eſt mortifero ſe piaculo obſtringere. Quædam proprie alios conſequuntur, quorum prætermiſſio eis mulctam affert, quibus illa tenenda data ſunt; qui vero non acceperunt, hi propterea quod non obſervaverint, minime condemnantur. Et quæ œcumenicis & communibus præcepta ſunt ſuffragiis, convenit ab omnibus cuſtodiri: quæ vero Patrum aliquis expoſuit, auctoralis definivit Synodus, eorum qui ſervant, non efficit ſuperſtitioſam mentem: qui autem non acceperunt, ea prætertire ſine periculo poſſunt. Sic tonderi aliis patrium eſt, aliis ſynodica etiam definitione abiiciendum.*

*Bonis enim verbis hæc dici oportebat, ut & nos diximus. Quod ſi eum Canonem, qui in † Sida, propoſuiſſemus: graves* XLIV.

† *Videtur obſcure orare, ut miſericordi indulgentia & diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ Epiſcopi nomen obtineat & dignitatem, cum ſuſpicaretur Ignatium reſtitutum iri. Sic Concilium Epheſinum de Euſtachio ad ſacram quæ eſt in Pamphylia Synodum Sida collectam: Sida quidem Pamphyliæ eſt Metropolis, vel (quod non minus veriſimile eſt) ex eo orat, ne reſtitueretur Ignatius, ſed tantum ſit contentus nomine Epiſcopi frui, dum viveret, ſic aſtutus homo, quod maxime velit, haud admodum ſe curare demonſtrat.*



*ves atque importuni fuiſſemus, ita præter unum, alia Sabbata obſervare, nobis reprehenſione non caret, aliis vero plura uno jejunantur, ac traditio putat ſe effugere vituperationem, quæ conſuetudine Canonum pervicit, eoque potior fuit. Legitimis nuptiis presbyter Romæ uxori conjunctus non invenitur; nos vero eos, qui unico conjugio vitæ ſuæ moderati ſunt, edocti ſumus in presbyteri gradum efferre, eoſque, qui hoc in diſcrimine ponunt, ac ſe ſecernunt, ne ab his Domini corporis participationem capiant, undique excludimus, eodem loco ducentes eos, qui legem aut fornicationis ſanciunt, aut nuptiarum tollunt. Item ſi quis apud nos presbyterii conſecrationem præteriens, Epiſcopi honore diaconum effecerit, utpote qui maxime deliquerit, condemnatur, quibuſdam vero pari ducitur loco, e presbytero provehere Epiſcopum, & e diacono, medium tranſilientibus ordinem, ad Epiſcopi abripere dignitatem. Et quidem inter hæc quantum intereſt? Alia enim in unoquoque ordine & gradu orationes, aliæ cerimoniæ, alia item miniſteria, aliæ & obſervationes temporum, & morum probationes. Verum quod quis in legis loco non accepit, ejus non obſervati defenſionem hanc obiiciens, quod non receperit, ab eo ratio nulla poſcetur. Sin quis apud nos convinceretur hoc feciſſe, nemo ei ullam veniæ guttam inſtillaverit: minorum enim legum inulta violatio, tritiores homines ad majorum contemptum facit. Aliis ſemel factis monachis eſus carnium non execrantibus, ſed ſe exercentibus uſque interdicitur: ab aliis vero non diu hoc obſervatur. Ego & hominum audivi ſermonem, veritatem magno in honore habentium, cum nempe occaſione ejus, qui Alexandrinorum Eccleſiæ præſul futurus erat, hanc rationem ſubire cogi: quod ex aliquo iis in locis caſu conſtitutum eſt: ſe numquam ab eſu carnium abſtinere. At apud nos monachi habitum nemo umquam in clerici commutarit: nonnulli autem, cum voluerint monachum ad Epiſcopi faſtigium attollere, eum orbiculariter tondentes, priorem habitum immutant. Ita ubi nulla eſt prævaricatio Fidei, nec communis, & Catholici decreti everſio, cum aliis apud alios mores, & leges cuſtodiantur, nec cuſtodes injuſte agere, nec eos, qui non acceperunt, contra legem facere, is, qui recte judicare norit, definiat.*

XLV. *Et vero quod a nobis in crimine ponitur, ſi cum nonnullis, quæ admemorata ſunt conferatur, recti & veri exiſtimationem habebit; & alia quidem nefariorum & execrabilium loco ducuntur, hoc vero laudi eſt & putatur eſſe pulcherrimum, hoc uſque adhuc & factum eſſe, & fieri libera voce, & ſententia, & vultu prædicatur. Quomodo enim non ſummis laudibus quis efferatur, quod nondum ſacerdotum ordinem aſſecutus, ita vitam ſuam moderatus eſt, ut & aliis quibus ſacerdotium obtigit, & ab omni reliquo cœtu ad Pontificatum aliis præferatur? Quædam vero ne ab iis quidem, qui delinquunt (quod quidem ſciam) quod fiunt, laudantur ob ſummam fortaſſe abſurditatem, aut neſcio quid dicam iis, qui fecerunt, inficiationem veritati anteponentibus. Quis enim Sabbatiſſare, qui in Chriſtianis cenſeatur, etiam ſi millies his ſuccumbat, non ejuret? Qui ſe conjugium execrari legitimum, niſi quis impiorum ac ſine Deo hominum ſententiam opifici proponat, & ei hypoſtaſi, quæ inde per bonitatem extitit? Quis autem Dominicorum, & paternorum, & ſynodalium decretorum (ne ſigillatim dicam) non revereatur confiteri, ſe moliri contemptum? Ex laicis ſane eum, qui ſacrum vitæ genus ſuſceperit, ad Pontificatum promoveri, valde conſequens eſſe divinis Patribus, non verbis pronuntiatum, ſed reipſa geſtum, magnæ utilitatis ſponſæ Chriſti Eccleſiæ cauſa, in pluribus demonſtratum eſt.*

*Ad hæc, aſpice, ſi vis, & miniſteriorum varietates, quæ in orationibus, quæ in invocationibus, in ordine, & conſequentia, in temporis diuturnitate & brevitate, in multitudine & paucitate.* XLVI. *Et quidem in iis (o miraculum) communis panis in corpus Chriſti mutatur, & commune vinum ſanguis ejus ſit, qui eum in redemptionem nobis de proprio latere cum aqua effudit. Et horum diſcrimen ac varietas uniformem, Deificamque Spiritus gratiam multipliciter, & invariabiliter ſuſcipi ab iis, propter quæ hæc geruntur non prohibuit. Quin etiam teſtes apud nos & regulis noſtris ad tres numeramus: qui ſi cæteroqui vitio careant, ſatis ſunt ad fidem veritati faciendam quamvis in Epiſcopi crimen adſciſcantur: apud alios vero niſi teſtium numerus ſuperet ſeptuaginta quaſi populum, qui accuſatur, quantumvis in re ipſa fuerit deprehenſus, omni crimine liber abſolvitur. Satis quæ dicta ſunt eſſe duco hominibus æquis, quique non malint, quam intelligere, redargui. Quid autem figura capillorum, ac temporis prorogatio ad ſacerdotium ſuſcipiendum poteſt? mores enim hominem ante ſacerdotii figuram dignum oſtendunt, tametſi nondum quis ei manum imponat, nondum didicit preces. Multi vero; quos mores fugiunt, habitu venerandi, in habitu conſiſtunt: Etenim capillorum reſecatio ſignum eſt converſationis a mortuis operibus puræ. Et qui ita eſt, quamvis ſigni tuba nondum inſonet, vitam ejus*

prædicans puram, hic in nihilo mihi eo inferior virtute eſt, qui ſignum gerit.

XLVII. Atque hæc dicemus non nos ipſos commendantes. Abſit: æque enim nos a moribus, atque ab habitu abfuimus, tantumque abeſt, ut hæc de me ipſo dicam ut verius, ſi qui nos velint riſu, ac dicteriis inceſſere, poſſint magis ex moribus ſacerdotio, dignis, quam ex figura in nos inſurgere. Non igitur pro nobis hæc, ſed pro iis, quos ante diximus, ſcribuntur. Patribus enim male audientibus pro iis non decertare metuo: nam tacere, cum defendendi poteſtas ſit, & comœdiis inceſſere, non multum diſtat: a parricidii vero crimine ipſa quoque natura abhorret. Non igitur Taraſius aut Nicephorus in crimen adducendi, qui vitam throno etiam ante habitum præbuerant dignam. Neque Ambroſius male audiet, quinimmo Latinis (ſat ſcio) incutiet pudorem: niſi forte alius exoriretur Ambroſius, Latinitatis decus, quique Latino ſermone multa, eaque utiliſſima ſcripſit. Nec vero Nectarius in reprehenſionem incidet, cui Synodus univerſalis confirmavit Epiſcopi dignitatem; cuique ſi quis obtrectare conatur, non eum, ſed Synodum potius in jus vocat. Et quidem eorum uterque non e laico ſolum ad Epiſcopatus progreſſus eſt conſummationem, ſed cum nondum eſſent initiati, ſimul & baptiſmatis munus ad pontificalem gratiam meruerunt. Quod ſi horum neutrum quiſquam ad reddendam rationem accerſere audet, etiam valde confidens, non Taraſium quidem noſtrum proavunculum, nec Nicephorum illius, & generis, & ſedis, & morum dignum ſucceſſorem. Prætermitto in præſens, & Theologi parentem Gregorium, & Cæſareæ Thalaſſium, & pontificum vitam reliquorum, qui conſimili ordine & ritu, ſuſcepto præſulatu Eccleſiarum, omni vituperatione & calumnia caruerunt.

XLVIII. De ſancitis canonibus affert rationem.

Atque hæc, pro quibus dici conveniebat, dicta ſint. De nobis autem unum dictum eſt, ac dicetur. Inviti huc adducti ſumus: uſque adhuc retinemur, & ſedemus. Demonſtrantes autem nos obtemperare paternæ veſtræ charitati, aperteque oſtendentes, non contentionis cauſa hæc dicta eſſe, ſed beatorum noſtrorum Patrum purgationis: aſſenſi ſumus, ut (a) ſynodice promulgaretur, ne poſthac ad Epiſcopatus ſublimitatem confeſtim extollerentur qui e laicis, vel monachis crearentur, niſi per ſacros deinceps gradus procederent. Nam ubi offenſionis morbus Patribus exoritur, niſi forte medicina lædat (quandoquidem nonnullos vitio ſuo offendi ſumus edocti, cum ſponte propter invidiam cæcutiunt) parati ſumus occaſionem tollere offenſionis, & ſcandali, facillimamque præbere, ſublato eo quod turbabat, ægritudinis curam. Quamobrem de rebus præteritis conſilium accipere, & poſtulare, ut ea quæ apud vos eſt, regula teneat, Patribus erat contumeliam admetiri, & ab iis, qui nihil deliquiſſent, pœnas expetere. In poſtremum vero id concedere, & permittere multorum judicio, nec Patribus contumeliam affert, nec cuiquam pœnam injuſtam, ac ne damnum quidem irrogat. Quæ enim conſtituta ſunt, cuſtodire oportet; & patribus filios jus faſque eſt obedire.

(a) Can. 17. repetitus in Octava Synodo Photiana inferius ſub Joan. Papa Octavo habita.

XLIX. Idcirco alterum quidem non accepimus ſed repulimus, & aliis ut repellerent, ſuaſimus, atque ſuadebimus: alterum vero & adſcivimus, & Synodaliter egimus.

Munus Epiſcoporum.

Atque utinam pridem Conſtantinopolitana Eccleſia regulam hanc ſervaſſet. Sic enim fortaſſe intolerabilis violentiæ, & influentium in me opprimentiumque incommodorum turbam effugiſſem. Verum aliis quidem ob ſalutem & curarum liberationem regula ea ſcripta eſt: mihi vero crebri laborum, ægritudinumque influxus quæ liberatio, quæve ratio & via inveniri poterit? Quod inſtabiles ſtabilire oporteat, ignaros edocere, ineruditos erudire, & ratione ac ſermone eos aggredi, qui ægre convertuntur, & flagris protervos reprimere, ignavos excitare, avaris perſuadere pecuniarum deſpicientiam atque pauperum amorem; refrenare ambitioſos, itaque aſſuefacere, ut honorem expetant qui honorabiliorem, diviniorem que animam efficiat: ſuperbos deorſum trahere, eoſque ad modeſtiam hortari, & ad modice de ſe ſentiendum; impuros ac libidinoſos, & fornicarios comprimere, & ad temperantiam conformare, prohibere injurias, homineſque ad juſte agendum adducere; lenire, & manſuefacere iracundos, puſillanimes conſolari; ac ne cætera ſigillatim enumerem, conſuetis paſſionibus, & improbitate & nequitia, quæ tum animas in ſervitutem redigunt, tum corpora ſordidant, ſtudere, vel invitos eos liberare, qui iis tenentur, eoſque Chriſto veros famulos offerre. Et qua ratione quiſquam, cui tot, tantarumque rerum cura ſit impoſita, non ademptionem magis, quam adminiſtrationem hujus Principatus requirat.

L. Hæreſis quæ vigerent adhuc in Oriente.

In circuitu rurſus impii: Alii imaginem Chriſti conſpuentes, & ipſi Chriſto in ea obtrectantes: Alii naturas in eo confundentes, aut abnegantes, & alii novæ naturæ inductione priores exterminantes, & Quartam Synodum innumerabilibus maledictis inceſſentes, adverſum quos nobis bellum excitatum, & multo tempore geſtum, multos in obedientiam Chriſti captivavit. Ecquis mihi det, ut omnes captivos videam? Vulpes rurſus ex latibulis ſuis prodeunt, eoſque, qui multis ſimpliciores ſunt & prave faciles,



per fraudem ut pullos devorant. Schiſmaticas dico vulpes, quarum abſcondita eſt malitia, multo iis infeſtior, qui aperte inſidiantur. Nam ingredientes in domos, juxta divinum (a) Apoſtolum decipiunt mulierculas oneratas peccatis, quæſtum ſibi eſſe ducentes ingluviei, & vanæ gloriæ, & cæteræ omnis voluptatis, atque impuræ libidinis, artificioſam in ſanctam Eccleſiam inſurrectionem.

(a) 2. Tim. 3.

LI. Solent enim, ut plurimum, vulgi mores propter infirmitatem & inſtabilitatem mentis novitatibus, noviſque factionibus magis ſtudere, quam bonis inſtitutis niti. Quorum omnium quamvis audaciæ & contumeliæ flamma extincta ſit, ſynodico (b) decreto paternæ veſtræ religionis ſententia in eos ſua per venerabiles Vicarios ſuos opitulantis: attamen fumus eos adhuc mordet & angit, qui gregi accommodate præeſſe volunt, ac exiguum eorum, qui paſcuntur, peccatum, magnum ſuum damnum eſſe ducunt. Ac fortaſſe his Canonibus conſtitutis, quibus integra Romanorum Eccleſia conſervata eſt inſanis ſchiſmatibus non diviſa, diſſipabitur fumus, & caligo diſcutietur, ac nobis mœroris præbebitur conſolatio. Non enim tantum Canon præfatus juxta exhortationem veſtram cuſtodiri juſſus eſt; ſed & alii, veſtris Vicariis aſſentientibus, ſunt traditi, quorum vis & robur, & multam Eccleſiæ pacem afferet, & debitum honorem gloriamque iis dabit, qui dudum quidem acceperunt, nunc vero impertiverunt. Nec ulla regularum a beatiſſima in Deo paternitate veſtra definitarum quin ſanciretur prætermiſſa eſſet, niſi quædam Imperatoria refragatio pluſquam voluntas noſtra pollens, de reliquis non ſanciendis interceſſiſſet. Idcirco una cum venerabilibus Vicariis in rem eſſe arbitrati, nondum omnes Canones expetuntur, ſummam rei amittere, complures obtinendo reliquorum damnum in præſens ſubiimus. Optimum enim eſt quidem eorum, quæ quis expetat, nullo excidere: at deſperantis eſt, nec ſatis ſanæ mentis, cum plura dantur de iis, quæ non dantur, nimis eſſe curioſum, ac de his contendentem, omnibus ſeipſum privare. Ideoque eos, de quibus ſententiæ conſonæ dictæ ſunt, ſynodaliter expoſuimus, unaque in litteris cum iis, quæ a nobis prius expoſita fuerant, ſubiecimus.

(b) Can. 15 Oct. Synod. ſub Photio.

LII. * hos Græci αὐτοχειροτονήτους. De ordinatis ab Ignatio.

De iis vero, * qui ordinationes ex ſe, & arbitrio ſuo pridem accipiunt, nobiſcum communicarunt ſanctitatis veſtræ Vicarii; oportere eos reverti, & ad propriam recurrere eam, quæ prius fuit, matrem. Verum ſi quod volebamus, in noſtra fuiſſet poteſtate ſitum, nec negotium cum Imperio diviſum fuiſſet, dicenda cauſa non eſſet, ſed ipſa res, quæ cauſæ dictione ac omni defenſione eſt potior, eſſet exhibita. Quoniam vero Eccleſiaſtica, & maxime jura, quæ de regionibus ſunt, & finibus, ſolent cum Reipubl. poteſtate ac adminiſtratione mutari: veſtræ religionis æquitas, noſtram ad concedendum aſſenſionem probans, id non obtinuiſſe, Reipublicæ adminiſtrationis, non noſtrum putet eſſe crimen. Ego enim non modo, quæ pridem in aliorum ditione erant, cum jure, & amica parte ſtudeo reddere; ſed etiam ex iis, qui antea huic ſedi dicata erant, aliquis viribus pollens procurationem depoſceret, paratus eram petenti potius cedere, quam plura retinere. Nam qui mihi aliquid eorum, quæ non habeam, addit, is plus imponit oneris; curam enim, & ſolicitudinem a me poſtulat: qui vero eorum, quæ mihi erant, aliquid in ſe transfert, gratiam a me init; levius enim mihi præfecturæ pondus facit. Quod ſi, qui mea cum charitate accepit, ei gratiam habeo; ei, qui propria quærit, quomodo non dabit, quis lætus, ſi modo nemo impediat? tanto præſertim Patri, quique hoc per tales, & per Deo amabiles optimoſque viros poſtulavit. Hi enim re vera veſtræ paternæ perfectionis Vicarii prudentia, & virtute, & multa rerum experientia fulgent, nec propria converſatione minus, quam Chriſti diſcipuli eum, qui miſit, honorant. Quibus complura eorum, quæ dici ac ſcribi debuerant, expoſuimus, cum perſuaſum nobis eſſet, & dicere eos poſſe, quæ vera eſſent, ac multo magis, quam alios dignos eſſe, quibus fides haberetur.

Doloſa Photii exhibitio.

Commendatio Legatorum.

LIII. Ac volueram quidem nihil de nobis ſcribere, cum præſertim paterna veſtra religioſitas non per litteras, ſed per proprios Vicarios ſe certiorem fieri oportere decreviſſet. At ne principio, nihil velle ſcribere, negligentia exiſtimaretur: ideo per excurſum res noſtras expoſuimus: cum multa ſint, ac multum ocium requirentia, quæ prætermiſſa ſunt. Cum autem Dei cultores Vicarii complura ipſi viderint atque audierint, poſſunt aperte docere, ſi prudentia veſtra, magno prædita ingenio, velit percontari.

LIV. Quod autem dici oportet, ac pene me effugit, hoc cum addidero, finem faciam. Canonum cuſtodia a quovis bono debetur: magis vero ab iis, qui divinæ providentiæ dignatione alios regunt; omnium ſane maxime, quibus in horum numero primatus obtigit: quanto enim aliis præſtant, tanto diligentiores legum cuſtodes debent eſſe; nam celerius illorum delictum, utpote in ſublimitate poſitorum, omnibus nuntiatur, atque inde alios oportebit ad virtutem reduci, vel ad vitia retrahi, ac peſſumdari. Quare veſtra debet amabilis beatitudo Eccleſiaſticam di-

Ne recipiantur Romæ profugi ab Oriente.

*diſciplinam ac modeſtiam in omnibus curæ habens, & canonicam tenens rectitudinem, eos qui ſine commendaticiis litteris ad Romanam Eccleſiam hinc proficiſcuntur, non temere ac fortuito recipere, nec ſinere hoſpitalitatis ſpecie odii fraterni jaci ſemina. Nam quotidie ad veſtram paternam ſanctitatem eos, qui velint, adire, & pretioſis ejus frui veſtigiis, hoc mihi valde amabile eſt, ac multis aliis rebus anteponendum: at ſine noſtra ſcientia, & abſque commendaticiis litteris peregrinationes nullo ordine ſuſcipi: id nec nobis, nec Canonibus, nec vero veſtro integerrimo judicio eſt acceptabile. Omitto enim alia, quæ evenire ſolent iis, qui hinc diſcedunt, iter ac peregrinationes non juxta Canonem habentibus, pugnas, ſeditiones, rixas, contentiones, calumnias, inſidias, inſurrectiones. Sed quod nunc videtur, ac fit, dicam. Cum enim hic nonnulli per impuram nequitiam vitam contaminarint ac ſordidarint: ſit vero expectatio, de iis criminum pœnas expetitum iri: ſpecioſa nuncupatione fugitivi fiunt, orationis ac voti nomen fugæ ſuæ indentes, ac turpe flagitium appellatione proba contegentes. Quorum alii aliena conjugia perfoderunt, alii furti damnati ſunt, aut vinolentiæ ſe propinarunt, aut laſciviæ, libidini, & intemperantiæ ſervierunt; alii vero tenuiorum hominum percuſſores & homicidæ deprehenſi ſunt; alii aliis paſſionibus immunditiæ ſe immerſerunt. Qui cum in ſe ipſos jus emitti, ut diximus, perſentiſcunt: ſimul omnia miſcentes, & conturbantes, flagitiorum ac facinorum ſuorum pœnas fuga amoliuntur, nec objurgationibus caſtigati, nec ſuppliciis curati, nec ſe a lapſu erigentes; ſed ſibi atque aliis uſque pernicioſi. Ex quibus ei, qui velit, paſſionibus delicias facere, lata exitii porta ſubaperitur. Habent enim pœnæ effugium, Romam ſub orationis obtentu proficiſci. Quorum male artificioſa molimina conſiderans, veſtrum paſſiones interficiens & Deo gratiſſimum caput, inutilem iis & vanum, & ſine effectu oſtendat dolum, & voluntatem multa nequiter machinantem, & varie conſuentem, eos, qui ſine commendaticiis litteris adveniunt, diligenter illuc redigens, unde male, ac nullo ordine effugerunt. Sic enim & illorum ſalus procurabitur, & regularis modeſtia & ordo cuſtodietur, & firmabitur amor fraternus, & communis ſolicitudo omnibus ad ſalutem animæ, & corporis impendetur.* Hucuſque Photii epiſtola ad Nicolaum Pontificem data per Legatos redeuntes in Urbem.

LV. In qua quidem quam ipſe ſummus artifex contexendi dolos, eoſque involucro verborum ornandi fuerit, egregium plane ſpecimen edidit. Nam quod ad poſtremum hoc, quod adeo exaggerat, pertinet, non præſtari dolet ab ipſo Nicolao Romano Pontifice cuſtodiam Canonum, cum abſque litteris commendaticiis obnoxios diverſis criminibus recipiat fugitivos Conſtantinopoli Romam venientes, colorato prætextu, ut ait, pietatis, cauſa orationis, viſitandi ſacra Limina Apoſtolorum: Sciendum quod erant hi, qui communicare nolebant cum ipſo ſchiſmatico Patriarcha Photio ſedis alienæ invaſore, quique cum diram illic perſecutionem paterentur (ut idem ſuis litteris Nicolaus Papa teſtatur) e perſecutoris manibus dilabentes, Romam ſe conferebant; per quos Nicolaus didicit, quæ perperam facta eſſent Conſtantinopoli a Legatis Apoſtolicæ Sedis, cum illi cuncta negaſſent. Quis ergo commendaticias requirat litteras a ſchiſmatico præſule, ab intruſo & incubatore Eccleſiæ alienæ? ſed omittimus hic reliqua omnia redarguere, quæ violator ſacrarum legum in ſui excuſationem accumulat. Satis ad redargutionem, & increpationem reddita ad ipſum epiſtola Nicolai, unum illud brevitate conſtringens: hac ſua Apologia Photium omnes expleſſe numeros Phariſæorum, quos Dominus in Evangelio (*a*) acriter increpat, quod mundent quæ foris ſunt, & illa omittant, quæ ſunt graviſſima crimina; cum totus ſit in excuſatione, & commendatione ſui, quod invitus ſit coactus ſedere ex laico in ſede Epiſcopali, nullum prorſus verbum faciens, quod ſanctiſſimus Ignatius ſit ejectus, & ipſe per excommunicatos ſuffectus. Sed præteriit iſta ipſe, cum, licet eloquens, quomodo excuſaret, non haberet.

(*a*) *Mat.* 23.

LVI. Quæ vero poſt hæc ſequuta ſunt, ubi Nicolaus Papa has litteras a Photio, & alias ab Imperatore per Leonem Legatum accepit, jam enarremus. De his enim idem Pontifex, in epiſtola ad Ignatium (*b*) data habet iſta: *Dum apud nos idem Leo Imperatorius Miſſus adeſſet: convocata tota, quæ apud nos eſt, Eccleſia, profeſſi ſumus coram ipſo, ſicut & profitemur, pro dejectione veſtra & confirmatione Photii numquam miſiſſe, numquam miſſuros eſſe: & in depoſitione veſtra, vel promotione Photii numquam conſenſiße, numquam conſenſuros eſſe. Et hæc ſæpius dicta, & palam annuntiata, atque in Apoſtolatus noſtri epiſtolis taliter inſerta tam excellentiſſimo Imp. Michaeli, quam Photio deſtinatis præfato Leoni a ſecretis decretis deferenda tradidimus.* Hæc Nicolaus, qui ubi dicit id factum ab Eccleſia coram ipſo Leone, per Eccleſiam ſignificari collectionem omnium Cardinalium, per ſacrum Conſiſtorium, aliæ ejuſdem Nicolai literæ docent; idemque eſſe apud eum, Eccleſiam colligere, quod olim (ut eſt apud S. Cyprianum) colligere presbyterium, ac modo apud nos, Conſiſtorium convocare, cum & proximi aſſiſtentes intereſſent Epiſcopi. Quæ autem reſcripſerit Nicolaus ad Imperatorem & Photium, per eumdem Leonem Legatum dicentur anno ſequenti, quo illæ ſunt datæ literæ.

(*b*) *Nicol. ep.* 13.



LVII. Hoc pariter anno ſexageſimoprimo ſupra octingenteſimum, celebrata habetur Synodus Lateranenſis in cauſa Joannis Epiſcopi Ravennatis, licet alii in annum ſequentem rejiciant, ſed huic anno monumenta Ravennatis Eccleſiæ conſentiunt. (*a*) Meminit & hujus Synodi Petrus Diaconus Caſſinenſis, hujus temporis ſcriptor in rebus geſtis S. Athanaſii Neapolitani Epiſcopi, aitque ipſum a Nicolao Pontifice ad hanc Synodum ſpecialibus litteris vocatum fuiſſe, tertioque loco ſediſſe, injunctumque ei ab eodem Nicolao Pontifice, ut legeret cautiones quaſdam, ab eodem Joanne Ravennate contextas. Præter illa, quæ apud Burchardum in libris Decretorum extant tribus actionibus Acta diſtincta, eadem narratione altius repetita ab Anaſtaſio Bibliothecario, qui interfuiſſe potuit, ita narrantur (*b*): *Interea multi Ravennatum, qui a Joanne ejuſdem urbis Archiepiſcopo in rebus & juris ſui proprietatibus incommoda ſuſtinebant, ad hunc beatiſſimum Papam, ut a tantis oppreſſionibus eruerentur, veniebant. Quorum pie clamores audiens, ipſum Legatis ſuis, & litteris ſæpius Archiepiſcopum, quatenus talibus cederet actibus, commonuit. Sed ille mente confuſa, monita pii Patris contemnens, pejora prioribus addere minime contemnebat. Quanto autem benigna inſpectio ſummi Præſulis illum, ut reſipiſceret, admonebat, eo magis ad deteriora ſe divertebat, & ſuper iniquitatem iniquitatem addere non deſinebat. Nam quoſdam temere excommunicabat, quoſdam autem a viſitatione Sedis Apoſtolicæ avertebat, & quorumdam res ſine legali judicio occupabat, necnon & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ plurima prædia auferebat: Miſſos illius ſpernebat, & gloriam beati Petri Apoſtoli, quantum in ſe erat, evacuabat: præcepta etiam juris ſancti Petri, ſi apud quoſcumque inveniebat, frangebat, & ad jus ſancti Apollinaris transferebat. Nam presbyteros, & diaconos non ſolum ſibi ſubiectos, ſed etiam per Æmiliam conſtitutos ad Apoſtolicam Sedem pertinentes, ſine canonico judicio deponebat, & alios carceri, alios autem fœtidis ergaſtulis retrudi faciebat; alios crimen, quod non fecerant, conſiteri cogebat. Conſtituta præterea Eccleſiaſtica abſque Sedis Apoſtolicæ conſenſu deprimebat. Et vocatus a ſummo Pontifice Romam, ſe ad Synodum non debere occurrere jactitabat. Nec mirum, cum poſtea iſta fecerit, qui cautiones, & indiculos, quæ ſolita ſunt ab Archiepiſcopis Ravennatibus in Scrinio fieri initio conſecrationis ſuæ, more Felicis deceſſoris ſui falſavit, & quædam barbara ſcripta, quædam vero falſa compoſuit.*

(*a*) *Hier. Rubr. hiſt. Rav. poſt edit. hoc anno.*

(*b*) *Anaſt. in Nicol. Pap.*

Concilium Romanum in cauſa Joannis Epiſcopi Ravennatis.

LVIII. *Eodem tempore Papa prædictus ter ad Synodum ſuis litteris eum vocavit, & ille venire contemnens, a ſancta Synodo communione privatus eſt. Deinde Papiam pergens, Imperatoris auribus Ludovici Cæſaris moleſtiam intulit, ſolamenque mundanum quæſivit. Tunc largiente ei Auguſto Legatos præcipuos, cum illis ſuperbiæ repletus tumore, Romam pervenit: ſed Pontifex almus, quia contra ſacrorum Canonum regulas excommunicato ipſi Legati communicaverunt, benigne eos redarguit. Illis autem quæ egerunt deflentibus eidem Archiepiſcopo a Domino conſervandus Papa mittebat, ut in Kalendis Novembribus ad Synodum, a qua fuerat excommunicatus, accurreret, plenamque ſatisfactionem oſtenderet, necnon & tantis prævaricationibus finem imponeret. Ille autem noluit, ſed retrorſum abiens receſſit.*

LIX. *Et ecce Æmilienſes & Senatores urbis Ravennæ venere cum innumero populo ad veſtigia Præſulis hujus beati Romani cum lacrymis properantes, rogabant, ut ad imitationem Domini noſtri JESU Chriſti, pro recuperatione eorum, non dedignaretur proficiſci Ravennam, qualiter inſpectis omnibus, ad ſummam eam perduceret libertatem. Itaque per ſemetipſum beatiſſimus Papa Ravennam proficiſcens, cum de ejus adventu Joannes Archiepiſcopus cognoviſſet; uſque Papiam continuo ad Imperatoris aures, denuo moleſtandas iter arripuit. Tamen Præſul optimus omnibus Ravennenſibus, Æmilienſibus, & Pentapolitanis, res, quas Joanne Archiepiſcopo & Gregorio fratre ejus rapientibus, amiſerant, clementer reſtituit ex præceptionis ſuæ decreto, quod tradidit, & confirmavit. Præfato autem Archiepiſcopo, ut prædictum eſt, perveniente Papiam, concives ejuſdem urbis una cum Luithardo Epiſcopo ſuo conſecrato cum audiſſent, quod a ſummo Pontifice excommunicatus idem eſſet Archiepiſcopus: in tanta ſe cuſtodiæ circumſpectione dediderunt, ut nec in ſuis domibus eum reciperent, nec hominibus ejus paterentur aliquid venundari, ne per tale commercium ſaltem locutionis eorum viderentur eſſe participes, ac per hoc excommunicationis notam incurrerent. Potius autem cum de aſſiſtentibus ipſius Archiepiſcopi aliquos per plateas incedent-*

dentes vidiſſent, clamabant: iſti de illis excommunicatis ſunt; non licet nobis cum illis miſceri.

LX. Tunc videns ſe idem Archiepiſcopus voluntatis ſuæ non poſſe per hoc machinamenta perficere: idem ſe ab Imperatore adjuvari popoſcit. Cui ad hæc per internuntium Auguſtus dixit: Vadat, & faſtu elationis depoſito, tanto humiliet ſe Pontifici, cui & nos, & omnis Eccleſiæ generalitas inclinatur, & obedientiæ, & ſubjectioni colla ſubmittat; quia qui cupit aliter, minime conſequi poterit. Cumque Archiepiſcopus hæc audiſſet: anxiari cœpit, & iterum importunis precibus Legatos Imperatoris expetens, Romam pervenit, quo contra beatiſſimus Papa hæc cognoſcens, omnem illius arrogantiam tamquam aranearum telam deſpiciens, in qua prius ſententia fuerat, perſeveravit, atque immobilis fuit. Tamen eiſdem Auguſtalibus Miſſis Papa ſanctiſſimus, cum magna manſuetudine agens, hujuſcemodi locutus eſt: Si dilectus filius noſter Domnus Imperator iſtius Joannis Archiepiſcopi actus, & bene mores cognoſceret: & ipſe non ſolum pro illo nos minime flagitaret, ſed etiam ut ſe corrigeret, ad nos etiam eum, ipſo nolente, dirigeret.

LXI. Tunc ſicut ipſe egregius Papa decreverat, multis in unum Epiſcopis provinciarum convenientibus, eidem Archiepiſcopo deſtinavit, ut coram veniens, de ſe pleniſſimam ſatisfactionem oſtenderet, & quæ prævaricatus fuerat, ſatius emendaret.

Quod Archiepiſcopus per ter audiens, & ſe a nemine adjuvari poſſe conſpiciens, in anguſtiæ lamenta & nimiæ tribulationis ſe contulit intus, & quos poterat cum lacrymis implorabat, dicens: miſeremini mei peto, miſeremini mei, & clementiam ſummi Præſulis, ut mei miſereatur, expoſcite. Quod nonnulli videntes, & audientes, ſummo referebant Antiſtiti, & reſponſionis illius, quas lamentabili voce dabat ſuggeſtiones, ad liquidum exponebant. Tunc compatientiſſimus Papa Dominum, qui mortem non vult peccatoris, imitatus, miſericordia motus, præfatum Archiepiſcopum ad humilitatis viam tamdem converſum ſuſcipere decrevit.

LXII. Tunc ille confeſtim, apprehenſa charta repromiſſionis, & juramenti ſui, ſcripturas, quas tempore conſecrationis ſuæ imperfectis, confuſiſque (ut in eis videbatur) repleverat dictionibus, propria manu ſcribens, juxta conſuetudinem anteceſſorum ſuorum compoſuit. Et domum, quæ dicitur Leoniana, in qua beatiſſimus Præſul cum Epiſcopis, presbyteris, proceribus, & optimatibus, multis adſtantibus reſidebat, conſcendit, prædictaſque ſcripturas, quas fecerat, ſuper vivificam Crucem Domini noſtri JESU Chriſti atque ſandalia ejus, & ſuper ſacrum quatuor Evangeliorum codicem poſuit, & has manu tenens, innumeris, qui convenerant, audientibus, clara voce ſponte juravit, ſe omnibus diebus vitæ ſuæ obſervando integriter tenere atque perficere, ſicut in ipſis * ſanctis reſponſionis continebatur atque legebatur ſcripturis. Quas etiam in conſpectu omnium ore proprio legit, ſummoque Præſuli tradidit. * al. ſuis.

LXIII. His ita peractis, ipſe inſignis & præcipuus Pontifex in baſilicam Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, cum omnibus Epiſcopis, & cuncto Clero, altero die deſcendit: ubi a ſummo Pontifice juſſus prænotatus Archiepiſcopus affuit, & de crimine hæreſeos, quo imputabatur, ſe expurgavit. Quem communioni ipſe Papa reſtituit, & ut ſacrarum Miſſarum ſolemnia celebraret, licentiam ei benignus indulſit.

Sequenti vero die, præſidente eodem ſummo & univerſali Papa, in eadem domo Leoniana, & juxta morem reſidente ſanctiſſimo ſacerdotum & Coepiſcoporum collegio, affuit idem Archiepiſcopus, & juſſu ſummi Præſulis reſedit. Tunc Æmilienſes aſtitere Epiſcopi, dantes querimoniam in libellis ſuper eumdem Joannem Archiepiſcopum, dicentes, ſe multa præjudicia & ſuperimpoſita ab ipſo Archiepiſcopo ſuſtinere. Nam nonnulli Ravennates & Æmilienſes eadem fatebantur, ſicut in geſtis, quæ in Bibliotheca jacent, quiſquis inveſtigaverit, poterit reperire. Quæ audiens a Deo protectus Pontifex una cum ſancta Synodo, contra Eccleſiaſticæ regulæ normam talia eſſe prædixit, & ut omnes iſtæ tranſgreſſiones corrigerentur, acclamante ſancta Synodo, ita debere fieri, dulci affatu ſtatuit: Ne ſibi principaliter grex commiſſus Dominicus per deſidiam lupinis lacerandus morſibus relinqueretur. Verumtamen, o Joannes Archiepiſcope, inquit, ut cuncta, quæ dicuntur, ſpeciali poſſint correctione amodo facilius corrigi: præcipimus tibi, ut remota omni excuſatione, præter gravem corporis moleſtiam, quæ te venire omnino prohibeat, ſemel in ſingulis ad ſedem Apoſtolicam properare ſtudeas annis, niſi forte remorandi licentiam ab Apoſtolica Sede percipias.

LXIV. Item ſancimus, ut Epiſcopos per Æmiliam non conſecres, niſi poſt electionem Ducis, Cleri, & populi, per epiſtolam Apoſtolicæ Sedis Præſulis acceperis eos conſecrandi licentiam. Ipſos autem Epiſcopos, quotieſcumque ad Apoſtolicam Sedem accedere voluerint, nequaquam prohibeas, ſed & nullam dationem, quam ſacri Canones non præcipiunt, ab eis aliquando exigas.

Præcipimus etiam, ut ipſos Epiſcopos, illam malam conſuetudinem, quæ a qui-



buſdam Trigeſimalis dicitur, nullo modo Ravennati exhibere, aut * exercere compellas Eccleſiæ. Nec ullum morem, qui contra Epiſcoporum privilegium ſit, ab eis exigere quoquo modo tentes. Nihilominus præcipimus tibi, ut numquam res cujuſcumque perſonæ, qualicumque ingenio vel chartula exquiſitas, & poſſeſſas olim, modo occupes, aut titulum ſuper imponas, donec in præſentia Apoſtolica, vel Miſſi ejus aut veſtrorum Ravennæ, legali ordine * illos in judicio convincas. * exſolvere.

Cumque hoc a beatiſſimo Papa obſervandum Archiepiſcopo Joanni fuiſſet injunctum, ac imperatum: ſurrexit ſancta Synodus, & tribus vicibus acclamavit. Rectum judicium ſummi Præſulis. Juſta definitio paſtoris totius Eccleſiæ. Salubris conſtitutio Chriſti Diſcipuli. Omnibus placet, omnes eadem dicimus: omnes eadem ſapimus: omnes eadem judicamus.

LXV. Ornamenta oblata diverſis Eccleſ. a Nicolao Papa. Tunc tam eodem Archiepiſcopo, quam omni ſancta Synodo ſacri verbi pabulo refectis, dulciſſimique ſaporis a beatiſſimo Præſule nectare ſatiatis: unuſquiſque ad propria, licentia accepta Pontificis, exivit. Hucuſque de cauſa dicti Joannis Archiepiſcopi Ravennatis Anaſtaſius. Qui his ſubiicit diverſa ornamenta ab eodem Nicolao diverſis donata Eccleſiis, videlicet Calicem de argento puriſſimo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Coſmedin, penſantem libras quinque, & uncias duas. In titulo Veſtinæ expreſſæ figuræ beati Vitalis martyris fecit iconam argenteam, penſantem libras quatuor & ſemis. In baſilica beati martyris Anaſtaſii in circuitu Altaris vela quatuor cum pericliſi de blatti. In baſilica beati Petri Apoſtoli, in Oratorio S. Gregorii Papæ fecit veſtes de fundato, per circuitum ornatas de holoſerico. Et in Eccleſia Doctoris Gentium beati Pauli Apoſtoli fecit veſtem auro textam miræ pulchritudinis, in circuitu gemmas habentem hyacinthinas, albas, & praſinas, ſimul & carbunculos lapides, ſimul & duo vela auro texta cum gemmis. Similiter ſanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, quæ primitus Antiqua vocabatur, nunc autem Nova, quam Domnus Leo Papa Quartus a fundamentis conſtruxerat, ſed picturis minime eam decorarat, idem beatus ſimul Præſul pulchris, & variis fecit depingi coloribus, augens decorem, & pluribus corde puro ornavit ſpeciebus. Hæc de rebus anni hujus Anaſtaſius.

LXVI. Alfonſus Magnus regnat in Hiſpania. Eodem anno Redemptoris octingenteſimo ſexageſimoprimo, vita functo Ordonio Gallæciæ in Hiſpania Rege, ejus filius Alfonſus, ſive Aldefonſus cognomento Magnus ſucceſſit, quem hoc anno regnare cœpiſſe, vetus inſcriptio docet,



PAGIUS III. Moritur Ordonius Gallæciæ Rex. Ad num. LXVI. Alphonſus Magnus in Chron. mortem Ordonii patris ſui, (Gallæciæ & Legionis Regis hujus nominis Primi his verbis refert: Supra fatus Rex poſt XVI. anno completo morbo podagrico correptus Oveto eſt defunctus, & in Baſilica Sanctæ Mariæ cum prioribus Regibus eſt tumulatus. Quare cum Ordonius die prima menſis Februarii anni DCCCL. Ramiro patri in Regnum ſucceſſerit, Baronius mortem ejus quinquennio anticipavit, eaque uſque ad annum DCCCLXVI. differenda, uti demonſtrat Sandovallius in Ordonio I. pag. 241. ex ejus Epitaphio in quo dicitur Ordonius die viceſima ſeptima menſis Maii era nongenteſima quarta, anno ſc. Chriſti DCCCLXVI. vita functus. Hunc excepit Alphonſus Magnus hujus nominis III. in quo Sampirus Aſturicenſis Epiſcopus Chronicon ſuum exorditur, quod uſque ad annum CMLXXXV. quo extinctus eſt Ranimirus III. Sanctii filius continuavit, de quo Scriptore legendus Nicolaus Antonius lib. 7. Veteris Hiſpanæ Biblioth. cap. 1.

IV. Normanni Pariſios & Tarvanam affligunt. Annaliſta Bertinianus clades Francis a Normannis hoc anno illatas, his verbis narrat: Dani menſe Januario Lutetiam Pariſiorum & Eccleſiam Sancti Vincentii Martyris & Sancti Germani Confeſſoris incendio tradunt. Negotiatores quoque per Sequanam navigio ſurſum verſus fugientes, inſequuntur & capiunt. Alii quoque Danorum Pyratæ Tarvanenſem pagum adeunt, & devaſtant. Aimoinus Monachus Pratenſis, qui hoc tempore floruit, in Hiſtoria Miraculorum Sancti Germani Epiſcopi Pariſienſis lib. 2. num. 10. tradit, Normannos in Sequanæ inſula, quæ Oſcellus dicta, ſæpe Pariſios navali excurſu veniſſe, & omnibus vicinis Monaſteriis, ne illorum ſævitia cremarentur, ſe ſe redimentibus, eos magnas pecuniarum ſummas a Monachis accepiſſe. Pariſiis Monachis S. Germani paſchalis ſacroſanctæ feſtivitatis officium celebrantibus, Normanni cunctos ut erant in Eccleſia circumcinxere pſallentes, ſed omnes ſe ſe in quæque latibula vel puteos immergentes abſconderunt, & præter unum meritis S. Germani ſervati ſunt. Monaſterium tamen penitus crematum diſperiit, inquit Aimoinus citatus, cujus relatio Hiſtorica legenda in Actis Sanctorum Bollandianis ad diem XXVIII. menſis Maii, & in Sæc. III. Benedict. part. II. Quare erravit Annaliſta Bertinianus, qui hoc excidium Monaſterii San-Germanenſis menſe Januario accidiſſe ſcripſit; Aimoinus enim ejuſdem Monaſterii Monachus ea in re eo minus falli potuit, quo ibidem referat hymnum in laudem Sancti Germani decantatum, cum corpus ejus Pariſios revectum eſt, in quo diſerte dicitur, hanc cladem Monaſterio illatam, dum illuceſſit Paſchæ dies ſplendida.

V. S. Hunfridus de Epiſcopatu Tarvaſi abdicando cogitat. Quoad devaſtationem Tarvanæ, quæ Urbs erat Epiſcopalis in Morinis poſita, quæque in odium Gallorum a Carolo V. anno MDLII. deſtructa fuit, ejus Epiſcopatum hoc tempore adminiſtrabat Sanctus Hunfridus, primum Monachus Prumienſis, & poſtea Morinenſis ſeu Tarvanenſis Epiſcopus. Is hoc anno a Normannis ex ea Civitate fugatus, abdicandi in perpetuum Epiſcopatus conſilium ſuſcepit, eamque in rem conſuluit Nicolaum Papam, liceret ne ſibi quod reliquum eſſet ætatis peragere in Monaſterio: ad quem Nicolaus hæc reſpondit: Sciſcitaris per Guldagarium Presbyterum, utrum, cum a Normannis de Epiſcopio depellaris, debeas

ſuo loco inferius recitanda. Potens armis, & religione potentior, Magni eſt cognomentum duplici jure, tum pietate, tum bellica fortitudine conſecutus: qui ſui Regni exordio inter cætera opera pietatis, theſauros, (a) quos pater ſuus ſibi reliquerat, pauperibus, & Eccleſiis erogavit, Eccleſiamque ſancti Jacobi, quæ

*(a) Roderic. Tolet. lib. 4. c. 16.*

PAGIUS *beas de cætero in Monaſterio converſari. In quo ſcias, chariſſime frater, quod ſi pernicioſum eſt proretam in tranquillitate navem deſerere, quanto magis in fluctibus? Ubi non dicimus, quod perſecutorum non fugiamus (maxime Paganorum) inſidias, cum ad tempus ſæviunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorum, nocendi facultatem divinitus aſſequuntur: præſertim cum eis prodire ultro non debeamus, & multos Prophetas & Apoſtolos, ipſumque Dominum hujuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius conſtet: ſed quod præcipue nos, qui tanquam arietes Ducatum gregibus præbemus, imo qui & eorum Paſtores ſumus, Deo auctore, cum eis in periculis pro viribus perſiſtere pro certo conveniat: & cum tranquillitas reddita divina fuerit pietate, ſopitaque furentium infeſtatio, mox gregem requirere & in unum colligere, & ejus animos cœleſtis patriæ pace ac potiſſimum ſecuritate prædicata, rurſum erigere debemus. Et tandiu ſuper eorum cautela oportet nos eſſe ſolicitos, ut ſi Dei judicio præſentis temporis commoda fortaſſis amittunt, futuræ vitæ ſe ſperent gaudia abſque ambiguitate percipere ſempiterna.* Extat hoc Nicolai reſponſum apud Gratianum in Decreti part. 2. Cauſa 7. quæſt. 1. c. 7.

VI. *Aliæ ſtrages a Normannis illatæ.* *Dani*, proſequitur Annaliſta Bertinianus, *qui pridem Morinum civitatem incenderant* (nempe Tarvanam, Morinorum caput) *de Anglis revertentes duce VVelando, cum ducentis & eo amplius navibus per Sequanam aſcendunt, & caſtellum in inſula, quæ Oſcellus dicitur, a Nortmannis conſtructum, & eoſdem Normannos obſident. Ad quorum obſidentium videlicet locarium quinque millia libras argenti* (ideſt pretium conductionis ſeu locationis, ut videre eſt in Gloſſario Ducangii) *cum animalium atque annonæ ſumma non modica, de regno ſuo, ne deprædaretur, exigi Carolus præcepit, & Sequanam tranſiens Meidunum ſuper Ligerim adit, Rodbertum cum placitis honoribus recipit. Qua occaſione Guntfridus & Gozfridus, quorum conſilio Carolus præfatum Rodbertum receperat, cum ſuis complicibus gentilitia nobilitate & inolita conſuetudine a Carolo ad Salomonem Britonum Ducem deficiunt. Interea Danorum pars altera cum ſexaginta navibus per Sequanam in fluvium, Tellas aſcendunt, indeque ad obſidentes caſtellum perveniunt, & eorum ſocietate junguntur. Obſeſſi autem famis inedia & miſeria omni ſquallore compulſi, ſex millia libras inter aurum & argentum obſidentibus donant, eiſque ſociantur: & ſic per Sequanam uſque ad mare deſcendunt. Quos imminens hyems ingredi mari prohibuit. Unde ſe per ſingulos portus ab ipſo loco Pariſios uſque ſecundum ſuas ſodalitates dividunt. VVelandus autem per Sequanam uſque ad caſtrum Milidunum* (ſeu Melodunum in Sequanæ inſula a Lutetia paucis leucis diſſitum) *cum ſociis ſuis aſcendit. Caſtellani vero cum VVelandi filio Foſſatis monaſterium* (in Epiſcopatu Pariſienſi poſitum) *occupant.*

VII. *Ruſſi fidem Chriſtianam recipiunt.* *Ruſſi*, ſeu, ut tunc vocabantur, *Rhoſſi* hoc anno Chriſtianam fidem amplexati ſunt. Porphyrogennetus enim iis narratis, quæ hoc anno adverſus Ignatium a Photianis geſta, num. XXXIII. ſcribit: *Exinde factum, ut Roſſi (Scytica illa gens immitis ac fera) Romanos agros vaſtaret; ipſumque Pontum (haud ſane etiam Euxinum) igni deſolarent, ac quaſi indagine, Regiam ipſam urbem (Michaele in expeditione adverſus Iſmaelitas occupato) cingerent. Verum hi quidem abunde Dei ira exſaturati, Photio, qui ad Eccleſiæ gubernacula ſedebat, Deum exorante, Urbique propitium reddente, domum rediere; nec multo poſt Legatis in Urbem miſſis, divinum efflagitantes Baptiſmum, etiam impetravere. Partim itaque hæc Roſſorum vaſtabat incurſio; partim Cretenſium advecta claſſis, ad viginti lintres, (cimbaria vocant) galeas ſeptem, ac onerarias quaſdam adducens deprædabatur, infeſtabatque: modo quidem Cycladas Inſulas, modo maritimam omnem regionem ad Preconneſum uſque pervagans: partim denique continui terræ motus labefactabant, & ſolo tenus diruebant. Horum unus, quo die Domini ac Salvatoris noſtri in Cœlos recepti ſolemnis memoria agitur, Exacionii tertiam partem ſolo proſtravit*, &c. Exacionium, ſeu Exotionium pars erat muri a Conſtantino Magno conditi, quo diruto manſit *Exotionii* appellatio, ut videre eſt apud Ducangium in Conſtantinop. Chriſt. lib. 2. cap. 16. num. 38. Narrat Baronius hunc terræ motum anno ſequenti num. IV. ex Niceta in Vita Sancti Ignatii, eoque revera anno contigit; cum Nicetas, ubi locutus eſt de iis, quæ in Feſto Pentecoſtes facta fuerant, poſtea recitet magnum illum terræ motum, qui die Aſcenſioni Chriſti ſacra accidit. Porphyrogennetus itaque hæc omnia uno tenore narravit.

VIII. *Poſtquam in Romanos graviter ſævivere.* Idem Nicetas, antequam ſermonem habeat de Pſeudo-Synodo Conſtantinopolitana, in qua Ignatius depoſitus, ait: *Ea tempeſtate Rhoſſi gens Scytharum, a Ponto Euxino ad Stenum* (ideſt fretum Conſtantinopolitanum, quod eo nomine appellabatur, ut ſupra oſtendimus, *excurſione facta, omnem circa regionem, omniaque monaſteria deprædati ſunt: Inſulanorum quoque Byzantinorum per populationem vaſa omnia diripuerunt, argentum abſtulerunt, captos ad unum omnes trucidarunt. Ipſius denique Patriarchæ* (nempe Sancti Ignatii) *cœnobia* (in Mitylene inſula ædificata) *barbarico furore & impetu incurſantes, tota ſupellectili direpta, ſpoliarunt, duoſque ſupra viginti ex familiariſſimis captos, in uno navigii trochantere omnes ſecuribus trucidarunt.* Cum vero *Ruſſi* vaſtiſſimam regionem habitarent, non facile eſt divinare, qui ex illis hoc tempore Chriſto nomen dederint; cum ſæculo ſequenti, quando Ruſſis Evangelium prædicatum, nulli eſſent in Ruſſia Chriſtiani.

IX. *In fide non perſeverant Ruſſi.* Denique Photius in Epiſtola ad Patriarchales Sedes Orientis apud Baronium anno DCCCLXIII. num. XLI. poſtquam de Bulgarorum baptiſmo verba fecit, de Rutenis, ſeu Ruſſis ſcribit: *Non ſola gens iſta a priore ſua impietate ad Chriſti fidem converſa eſt; verum etiam quod apud multos ſæpe numero eſt dictitatum, gens illa, quæ crudelitate, ac cædibus omnes ſuperat, qui Ruteni dicuntur, quique infinitos populos ſibi ſubjecerunt, & propterea multum elati adverſus Romanum Imperium manus injecerunt, nihilominus etiam iſti puram & immaculatam Chriſtianorum religionem, depoſita ſua illa Ethnica & impia ſuperſtitione, quam antea ſequebantur, noſtram fidem ſuſceperunt: ſubditorum loco & clientum humane nobiſcum ſe habentes, pro illa ſua priore adverſus nos deprædatione, & pro magna illa ſua audacia, ita eos fidei deſiderium & zelus accendit, ut iterum Paulus clamare videatur;*



quæ terrea erat, quadratis lapidibus erigens, & columnis fulciens, reddidit auguſtiſſimam, aliaſque multas Eccleſias fabricavit. His jactis ad bene inſtituendum regimen fundamentis, multis victoriis adverſus impios Arabes eſt illuſtratus,



PAGIUS *tur; Benedictus Deus in ſæcula. Epiſcopum enim & Paſtorem receperunt, & Chriſtianorum ſacra magno ſtudio & diligentia venerantur.* Verum Rutheni, qui hoc tempore Chriſto nomen dedere, ad idololatriam anno incerto rediere; cum exeunte ſæculo ſequenti, quando rurſus Evangelium Ruſſis annunciatum, & baptiſma ab eis ſuſceptum, nulli in Ruſſia Chriſtiani inventi fuerint præter *Helenam* Reginam, ut ibidem videbimus.

X. *Annus & occaſionis Bulgarorum.* *Bulgaros* etiam hoc anno Chriſtianam religionem ſuſcepiſſe, diſerte aſſerit Nicetas; poſtquam enim verba fecit de tremoribus horrificis, quibus a menſe Auguſto Conſtantinopolis totos quadraginta dies concuſſa eſt, & quidem hoc anno, quo Baronius num. XXIII. de illo terræ motu agit, inquit: *Victus innocentia & virtute viri* (nempe Ignatii) *Bardas, innoxium liberumque in monaſterium remitti ſuum jubet, ſtatimque moveri terra deſiit, & Bulgari providentia Dei, fame urgente, muneribuſque ab Imperatore deliniti, armis poſitis, cœleſtis Baptiſmatis unda ſunt luſtrati.* Symeon Logotheta *anno* Imperii Michaelis ſolius regnantis *quarto*, Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato, num. XXV. rem magis explicat, & non ſolum tempus rei geſtæ, ſed occaſionem nos edocet: *Ejus imperii anno quarto Michael Imperator cum Cæſare, terra marique adverſus Goborem* (quem alii Bogorem rectius appellant) *Bulgarorum Principem copias educit. Bulgari apparatu audito, ac cum alias fame conficerentur, quaſi tacti e Cœlo obrigeſcentes, omnique abjecta victoriæ ſpe ante etiam agones & prælia, nomen Chriſto dare depoſcunt, ac Romano ſubeſſe Imperatori. Michael vero in Urbem inductos, ſalutari omnes lavacro donavit; eorumque Principem ex ſuo nomine Michaelem appellavit. Ille ad ſuos reverſus, Methodii pictoris manu ac penicillo, judicium, futuramque retributionem in ſuis ædibus depingi curavit. Quamobrem etiam omnes ejus populares magis in eum accinſi tumultuantur: in quos ille cum paucis conſerta pugna, victor, divinaque Crucis collare ſignum* (ſeu pectorale) *circumferens, omnes palam Chriſtianos fecit.*

XI. *Terra Bulgaris a Romanis data.* *Imperatori quoque de agro ſignificavit: nempe arctari ſuis finibus ſubjectam tantæ multitudinis plebem, præterquamquod animis conſtitutum ſit, ejuſdem fidei ſenſum in perpetuum tenere, ac charitatis inſoluta vincula in æternum ſervare. Annuit placide Imperator ac tunc temporis incultam regionem a Sidera* (ideſt, Ferrea) *quæ tunc Romanæ ac Bulgarorum ditionis limes erat, ad Debellum uſque* (vernacula lingua Zagoram illis nuncupatam) *agrorum partem eis tribuit.* Porro *Debellum*, ſeu melius, ut habet Porphyrogenneta, *Debeltum*, aut, ut Ammianus, *Dibaltum*, aut denique, ut Ptolomæus lib. 3. cap. 11. *Develtus*, Urbs erat Thraciæ ad fines Myſiæ & Pontis Euxini ſita. Leo Grammaticus pag. 462. poſtquam narravit *Bardam* feria quarta Paſchatis Cæſarem renunciatum fuiſſe, de *Bulgarorum* Converſione eadem fere quæ Symeon Logotheta refert. Quamobrem certum videtur, *Bardam* anno ſuperiori dictum eſſe Cæſarem & præſenti *Bulgaros* ad fidem Chriſtianam adductos, quod utrumque hactenus ignoratum fuerat. [1] Denique Photius in Epiſtola ad Michaelem Bulgariæ Principem, *de Officio Principis*, quæ ordine prima eſt, *Michaelem* modo *dilectum filium* appellat, modo *partus ſui ſpiritualis verum & genuinum genema*, ideoque, non *Methodio* Eccleſiam Conſtantinopolitanam regente, ſed Photio in illam intruſo, Bulgari ſacro baptiſmate tincti, & quidem ab eodem Photio, ut rurſus anno DCCCLXVII. dicetur. Huc revocanda quæ anno DCCCXLV. num. II. & ſeqq. de eadem Converſione in medium adduximus.

XII. *Moritur S. Prudentius Epiſc. Tricaſſinus.* Memoranda hic etiam mors *Sancti Prudentii* Epiſcopi Tricaſſini, de quo Annaliſta Bertinianus hæc ad hunc annum habet: *Galindo cognomento Prudentius Tricaſſinæ civitatis Epiſcopus, natione Hiſpanus, apprime literis eruditus, qui ante aliquot annos Gotheſcalco Prædeſtinatiano reſtiterat, poſt felle commotus contra quoſdam Epiſcopos ſecum hæretico reſiſtentes, ipſius hæreſis defenſor acerrimus: indeque non modica inter ſe diverſa & fidei adverſa ſcriptitans, moritur. Sicque licet diutino languore fatigaretur, ut vivendi, ita & ſcribendi finem fecit.* Verum ex iis quæ anno DCCCLIII. num. XXIII. diximus, liquet hujus Annaliſtæ judicio ſtandum non eſſe, Prudentiumque in quæſtione tunc obſcura ancipitem tantum fuiſſe ac dubium. Camuzatus in Sanctis Tricaſſenſibus teſtatur: *Reliquias ejus, capſula ligneæ incluſas, in primaria Tricaſſium æde aſſervari; in eaque feſtum ejus die ſexta Aprilis peragi cum Officio novem lectionum, in quo omnia de Communi.* Scripta ejus enumerat Oudinus in Supplem. de Script. Eccleſiaſt. quæ omnia lucem viderunt. [2]

XIII. *Martyrium S. Meginradi Eremitæ.* Mortuus eſt hoc anno *Sanctus Meginradus* Eremita & Martyr apud Helvetios, licet in ejus Vita ab Auctore Anonymo ſæculo XI. ſcripta, & tam a Bollando ad diem XXI. Januarii, quam a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. II. recitata, legatur: *Paſſus eſt Sanctus Martyr XII. Kalendas Februarii anno ab Incarnatione Domini* DCCCLXIII. *regnante Ludovico Regé in Orientalibus Francis, anno XXVIII. regni ejus.* In brevi enim Chronico Monaſterii Sancti Galli, in Annalibus Hepidanni Monachi Sancti

NOTÆ

[1] QUod hic ait Pagius de Bulgarorum converſione anno huic illiganda, ac de Cæſarea dignitate anno 860. Bardæ collata, utrumque falſum eſſe demonſtravimus; illud quidem in Nota ad A. 866. I. hoc vero in Nota ad A. 859. 9. MANSI

[2] HOc anno celebratum fuit Romæ Concilium a Nicolao, de quo Baronius hic agit; ſed integra ejus Acta MSS. Codicibus a Cl. Blanchinio eruta exhibentur tom. 2. p. 1. fol. 104. Rerum Italicarum. In ejus fronte legas: *Pontificatus Domini Nicolai anno IV. Imperii piiſſ. Aug. Ludov. an. XI. die octavo decimo menſ. Novemb. Indi. X.* (a Septembri cœpta.) Ex his temporum caracteribus habes confirmatam opinionem Pagii, qui unam Ludovici epocham ducit ab anno 850. ab exordio menſis Decembris Synodo huic ſubſcripta leguntur nomina Epiſcoporum Italorum 70. MANSI

tus, quas qui fuſius res Hiſpanas ſunt proſecuti, deſcribunt. Dicendum rurſus de eo inferius opportuno loco ac tempore. Hic modo finis anni.

An-

PAGIUS cti Galli, in Chronico Mariani Scoti, & in utroque Chronico Hermanni Contracti juxta editionem Urſtiſii hoc Martyrium cum præſenti anno illigatur, iiſque Auctoribus longe major fides adhibenda. *Meginradus* nobiliſſimis & ditiſſimis parentibus natus Augiæ Monachum induit, ubi Scholis præfectus eſt, poſteaque ſeceſſit in *Eremum Deiparæ Matris* in Nigra Silva poſitam, ibique tandem, incertum qua de cauſa, a duobus prædonibus occiſus. Mos autem horum temporum obtinebat, ut quiſquis cruenta morte vitam finiret, Martyr appellaretur, ſi alias moribus & vita integer fuiſſet, cujus rei complura habemus exempla. Porro annus ille XXVIII. Ludovici Germaniæ Regis, ab Auctore Vitæ hujus Sancti deducitur ab anno DCCCXXXV. quo *Ludovicus Pius* Regni ſui Ditiones tres in partes pro totidem filiis, *Pippino*, *Ludovico*, & *Carolo* ſeparavit, ut videre eſt apud Cointium anno DCCCXXXV. num. XXXIV. Locus ille Fidelium concurſu, ac religione Monachorum, qui ibi numero centum degunt etiamnum percelebris eſt, vocaturque vulgo *Enſidlen*, ſeu Einſidlenſe Monaſterium. Inſcribitur Sanctus Meginradus ad diem XXI. Januarii in Martyrologio Romano. Cella S. Meginradi poſt ejus mortem annis pene ſexaginta vacavit, donec Decanus quidam ſummi Collegii Argentinenſis, *Eberhardus* nomine, anno circiter DCCCCXXIII. in hanc ipſam eremum ingreſſus collapſam cellam reparavit, & mediocre delubrum ibi conſtruxit. *Ad Eberhardum* venit, elapſis aliquot annis *Gregorius* quidam, Eduardi Angliæ Regis filius, Edithæ quæ Ottonis M. prima conjux fuit, germanus frater, quem Imperator Otto primum loci Abbatem inſtituit, & Monaſterium ampliſſimis proventibus dotavit. Legendi Annales Eremi Deiparæ Matris Monaſterii in Helvetia anno MDCXII. Friburgi Briſgoviæ editi a Chriſtophoro Hartmanno ibidem Monacho, ubi plura de Sanctis Abbatibus Eberhardo & Gregorio, qui ultimus vixit uſque ad annum DCCCCXCVI.



I. Incendium templi S. Sophiæ, & terræmotus.

ANnus Redemptoris octingenteſimus ſexageſimus ſecundus, decima Indictione notatus incipit, quo incendio conflagravit Conſtantinopoli baſilica ſanctæ Sophiæ, atque Aſcenſionis Domini die rurſus magno terræmotu civitas Conſtantinopolitana concuſſa eſt, hæcque omnia in ultionem ſcelerum ibidem ad ſummum culmen excreſcentium. De incendio primum agens Nicetas hæc habet: *Eodem etiam tempore incendium magnum in templo ſanctæ Sophiæ fieri contigit: Dici autem nullo pacto poteſt, quot damna vicinis attulerit.* Nihil tamen horum ad pœnitentiam agebat eos, qui impie ſe gerere decreverant. Quodnam autem ingens, præter alia recenſita, Conſtantinopoli tunc vigeret jam antea cœptum, cum imperaret cum filio Theodora, neque umquam correctum ſcelus in contemptum ſacrorum, idem Nicetas paulo inferius ſic enarrat: *Michael Imp. juvenilibus concupiſcentiis tota mente corruptus, ludibrio habebat res ſacras, ludibrium videlicet ipſe factus omnis incontinentiæ & peccati, necnon peccatorum patris diaboli. Etenim ſordidiſſimos quoſdam homunciones & profaniſſimos & ſcurras cum delegiſſet a Spiritu ſancto alienos, ſicut e contra adverſario ſpiritu plenos, agens ipſe Imperator, ſacerdotes & Pontifices ſine ulla religione & reverentia ordinavit. Inter quos Theophilum quemdam Protoſpatharium hominem ridiculum, & hiſtrionem, & omnium impurorum impuriſſimum quaſi Patriarcham illis præponendo nominavit, riſum ſibi ipſi & cachinnum impurum execrabilis Imperator comparando, & riſu dignus propter ea, quæ ab ipſo patiebatur ſancta Dei Eccleſia, & Dei nomen blaſphemabatur inter Gentes.*

Sacrorum deriſus per Imp. introductus.

II. Photius canis mutus.

*Ita vero gaudebat hac ſua inſania & gloriabatur imperator, ut neque eum puderet hæc publice dicere, quod mihi quidem Patriarcha eſt Theophilus, Photius vero Bardæ, Chriſtianis vero Ignatius. Eo ſcilicet dementiæ & impietatis adductus eſt. Prædictus itaque Theophilus helluo ita publice in aula regia comam gerens, ſuis nefandis omnibus impuritatibus & ſcurrilitatibus ſacra myſteria, imitatione quadam deludendo, repræſentabat, quod ne impiiſſimi quidem Gentilium agere auſi ſunt. Photius vero dum hæc ante ejus oculos turpiter gererentur, non reprehendit rem adeo abſurdam, neque huic impietati refragatus eſt, neque parvam, neque magnam vocem edidit, dum res ſacras tanta contumelia affici cerneret. Nec mirum quidem: mercenarius enim erat, non paſtor: quapropter nulla de perditis ovibus illi cura erat, ſed ad duo tantum ejus mens dirigebatur: alterum quidem, ut per omnia illis, qui imperare videbantur, gratifica-*

PAGIUS SÆC.IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCC. Anno Hegiræ CCXLVIII. inchoato die 6. Martii fer. 6. A.C. 862.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6355.

☉ 3. D. ☽ 8. P. 19. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 862.

NICOLAI PAPÆ 5.

LUDOVICI IMP. 14. 13. & 8.

MICHAELIS IMP. 21.

I. *Geſta in cauſa S. Ignatii & Photii.*

ANum. I. ad XX. Hoc anno *Rodoaldus* & *Zacharias* Legati Nicolai Papæ Romam rediere, poſt quos ſtatim Leo Imperatori a Secretis, ejuſque ad *Nicolaum* Pontificem Orator profectus eſt, & *Michaelis* Photiique literas detulit. Legati nihil aliud renunciarunt, niſi depoſitum *Ignatium*, & *Photium* in Sede Conſtantinopolitana firmatum, intellexitque Pontifex Legatos ſuos in contrarium vertiſſe omnia, quæ ipſis fuerant imperata, cum Photio communicaſſe; & Ignatii exauctorationem ſuffragiis ſuis confirmaſſe. Parte alia idem *Leo* Michaelis Orator, hujus literas Nicolao Papæ obtulit, quibus ipſum rogabat, ut *Ignatii* depoſitioni & Photii confirmationi ſubſcriberet. Tradidit & *Photii* literas, quibus mentitur, ſe invitum ac reluctantem in Sede Patriarchali conſtitutum fuiſſe. Convocatis itaque Epiſcopis, qui Romæ tunc aderant, præſente præfato Imperatoris Oratore, nunquam ſe pro dejectione *Ignatii*, vel conſecratione *Photii*, miſiſſe aut miſſurum eſſe, palam conteſtatus eſt. *Zacharias* vero Legatus, prævaricationem confeſſus, depoſitus eſt, cauſa *Rodoaldi*, qui moras in Galliis trahebat, alteri Synodo reſervata. Hæc conſtant ex Epiſtolis Nicolai I. VII. X. & XIII. [1]

Poſt hæc Pontifex *Leonem* Oratorem remiſit cum literis ad Imperatorem & ad Photium, a II.

Ba-

NOTÆ [1] HIc annus exhibet Concilium Schirachavenſe in Urbe ejuſdem nominis majoris Armeniæ celebratum, præſente Aſciut Pacratide Armenorum Principe. Id autem coegit Zacharias Catholicus Armeniæ, qui literis a Photio Conſtantinopolitano acceptis pro Concilio Chalcedonenſi, Epiſcopos ditionis ſuæ colligens Synodum celebravit, in qua canones 15. editi ſunt contra errores Neſtorii, Eutychetis, Dioſcori, Theopaſchitarum & Manichæorum, confirmata etiam verbis ſubobſcuris (ob metum populi) Synodo Chalcedonenſi. Vide tom. 19. Collect. Concilior. Venetæ col. 213. &c. ex Galano Conciliat. Eccl. Arm. par. 2. tom. 1. pag. 139. MANSI

*caretur, ut ita Patriarchalem dignitatem ſtabiliorem ſibi redderet: alterum vero quomodo etiam vita ipſa ſi fieri poſſet, privaret Ignatium. Quod autem hæc revera ſint, nec verba inania, res ipſa clamabat. Quis enim audiens apparatum illum non agnovit quamprimum Photii mentem interficiendi Ignatii?*

III. *Una enim die hoſpes quidam, eo uſque omnibus ignotus, monaſtico habitu indutus, Euſtratius nomine, patriarchalem domum ex tempore ingrediens, binas fictas litteras in conſpectu omnium attulit, quas ſapientiſſimus ille Photius (ut deinde apertum omnibus fuit) doloſe formaverat; alteras quidem ex perſona Ignatii ad Nicolaum Papam, quibus illum docebat fuſius de novitatibus, quæ contra ipſum geſtæ fuerant, & de iniquitate Imperatoris, quas litteras ut iſte dicebat, cum Papa ipſe nec intueri voluiſſet, inde illas iterum reportabat, alteras ad Photium ipſum a Nicolao Papa, Apologiæ vim habentes, pro contentione, quæ inter eos interea orta erat, in poſterum pacem, & communionem quaſi firmantes. Has cum ille Photius turbarum magiſter accepiſſet, quamprimum Imperatori, & Bardæ contra innocentem Ignatium oſtendit, & illos adverſus eum irritat, hæc addens: Ignatius nequiter ſe habet adverſus veſtrum Imperium, & cum extraneis vos accuſat, & calumniatur, & injuſtos nuncupat: quapropter juſtum eſſet, ut nec vivere permitteretur, dum talia adverſus ſerenitatem veſtram meditatur: horum vero eſſe apertam demonſtrationem, litteræ ipſæ docent, quibus nihil nos quidem offendit, ſed adiuvit potius, cum ſatis ſuperque Papa ſciverit veritatem, & pacem, & unionem nobiſcum confirmarit. Non puto autem juſtum eſſe, ut veſtrum Imperium ita ab ipſo vituperetur. Hæc quidem ſycophanta ille Photius. Quamprimum vero cuſtodes & carcer Ignatio accuſato, & innocenti præparantur: magna etiam fit inquiſitio an hæc ita ſe habeant. In medium igitur tabellarius ille adducitur, & ab eo petebatur, ut indicaret, a quonam accepiſſet litteras ad Papam. Hic vero cum primum dixiſſet, quod Cyprianus ille Ignatii ſocius & litteras & viaticum ſufficiens illi dediſſet: qui per menſem quæſitus, ut illum oſtenderet, quiſnam ſcilicet Cyprianus eſſet, nec umquam inveniſſet, quem non cognoverat: tandem deprehenſus fuit tabellarius, quod neque Cyprianum, neque alium hominem Ignatii cognoviſſet. Cum itaque hoc pacto fraus ipſa deprehenſa fuiſſet, graviſſimis verberibus tabellarius a Barda mulctatus fuit, quem cum ſæpius Photius liberare contendiſſet, minus potuit. Hac iniquitate aperta jam facta, nullus erat, quin odio proſequeretur horum malorum auctorem Photium.* Hæc Nicetas, qui pergit dicere de terræmotu, quem tunc Conſtantinopoli hoc anno contigiſſe diximus ait enim:

De falſis Litteris a Photio commentis.

Ignatius in carcerem detruditur.

IV. *Præterea Aſcenſionis Dominicæ feſtivitas agebatur, & veſpere terræmotus ſequutus eſt omnium, qui umquam fuerunt, maximus qui totam ſequentem noctem duravit. Vox etiam & ſonus inarticulatus e terra, & mari emittebatur, qui cordibus hominum metum, & horrorem iniiciebat, præſertim cum Juſtini columna e genibus conciſa decidiſſet. Tunc etiam Baſilius ille Cretæ antea Epiſcopus, ſed propter Agarenorum, incurſionem Theſſalonicam tranſlatus, auſus eſt adire Michaelem Imp. & illum ſimul admonere, eum orans, ut abſtineat a ſacris muneribus, & ab illa turpi, & impia ſacrarum rerum imitatione, & ſcurrili miniſterio; hinc enim ille affirmabat, irritari Dei furorem. Ille vero monitionibus hujuſmodi graviter offenſus, validis pugnis verberando illius faciem, ſeni illi dentes radicitus excuſſit, necnon terga ita flagris oneravit, ut parum abfuerit, quin mortuus fuerit. Hæc autem non curabat mercenarius Photius, quin ipſe gaudebat iis, quæ fiebant; & una cum mimis frequentius conveniens, & convivans neque ab illorum exercitio & contemptu procul aberat.* Hæc quidem quæ breviter perſtringit Nicetas de Photio mimis hujuſmodi inhærente, eſſe veriſſima, Acta probant (ut dicemus ſuo loco) Octavæ œcumenicæ Synodi, ubi ſæpe clamatur Photius mimorum ejuſmodi res ſacras eludentium Patriarcha, ut intelligas hominem omni ex parte turpiſſimum, enervatum penitus, roboris virilis eunuchum, totum effeminatum, & emollitum, in iſtiuſmodi ſacrilegos ludos cum Im-

Terræmotus ingens Conſtantinopoli.

Baſilius Epiſcopus Theſſalonicæ quæ paſſus a Michaele Imp.

Favet turpitudini Photius.

PAGIUS

*Nicolaus PP. Conſtantinopolim ſcribit ſe Photium Patriarcham non agnoſcere.*

Baronio recitatis, & in Epiſtola ad Michaelem Imp. quæ eſt ordine V. ſignificavit, ſe nullatenus *Photium* recipere; cum Photio vero ſeu cum laico egit, Epiſtolamque ad ipſum, quæ eſt ordine VI. ſcribit *Prudentiſſimo viro Photio.* Quæ omnia præſenti anno geſta eſſe demonſtrat Nicolai ad Michaelem Imp. Epiſtola V. quæ dicitur *data menſe Mart. die XIX. indictione IX.* ubi legendum, *indictione X.* ut oſtendit Epiſtola ejuſdem Pontificis ordine IV. *ad omnes fideles*, qua docet Orientalem Eccleſiam ſine ullo ſuo conſenſu a Legatis Sedis Apoſtolicæ Ignatium depoſitum, & Photium ſubſtitutum. Hæc enim dicitur data *menſe Martio, die XVIII. indictione X.* currenti ſcilicet anno, quo etiam die Epiſtola ordine VI. ad Photium, a Nicolao ſcripta dicitur *data menſe Martio, die XVIII. indictione X.* Hæc omnia fuſius a Baronio pertractata.



Imperatore pariter defluxiſſe, illi in iſtis etiam, quod probe faceret, turpiter adulatum.

V. Sed quæ perfidus poſt hæc in eundem ſanctum Patriarcham Ignatium ſit molitus, ab eodem Niceta ſic accipe: ait enim: *Cura autem illi hæc in primis erat, ut contra Ignatium aliquid moliretur; & lætabatur contra ipſum quidquam audire. Et ſi quid convicıantem aliquem videret, & vanam adverſus Ignatium calumniam proferentem, hunc ſibi tamquam amicum fidelem conciliabat, & magna cum lætitia audiebat: Nihil enim adeo oblectat animam odio male affectam, ut murmuratio adverſus eos quos, odio habemus. Semper igitur Patriarchæ Ignatii amicos & familiares, quibus poterat, muneribus & dignitatibus ſuffurando, & ſibi conciliando, per eos inveſtigabat, ſi quid adverſus juſti illius Ignatii animam patrare poſſet. Horum unus ille fuit Ignatius itidem nomine, ſancti diſcipulus, qui juxta Demam (a) illum antiquum, cum ſæculum præſens in primis dilexiſſet, Photio adhæſit, & dominus primum conſtituitur monaſteriorum, quæ ſunt in Propontide, deinde Metropolita Hierapoleos a Photio efficitur. Hic pro dignitate accepta hanc illi reddidit gratiam: O Domine, inquit, quomodo mirabilis illa te latuit Ignatii abſurditas & ſine correctione neglecta fuit? In media enim inſula, quæ Plata, id eſt, lata dicitur, templum quadraginta Martyrum conſtructum erat, & ibi Dei Genitricis Oratorium, cujus altare antea Scythæ inſulam depopulantes, humi ſtraverunt: Ignatius vero hoc denuo erexit.* Erat iſta illius accuſatio, quaſi Ignatius exauctoratus, abſque licentia petita a Photio, qui Patriarcham agebat, altare auſus eſſet erigere. Pergit auctor.

(a) 2. Tim. 4.

Ignatii famuli in Dominum proditio.

VI. *Quid igitur ille? num hanc rem quaſi parvam, & nihil abſurdi in ſe habentem ratus ſilentio præteriit? Nequaquam, ſed potius Principibus ipſis, quaſi magnam rem & gravem detulit, & ſuæ Eccleſiæ cum rem geſtam ab Ignatio communicaſſet, Amphilochium Cyzici, & Theodorum Patarorum Metropolitas necnon Pantaleonem Senatorem, cognomento Bophron, ad dictam inſulam cum deſtinaſſet, profanorum hominum manibus ſacram illam aram deturbavit: præcepit iis etiam ut aliam prope litus maris erigerent.* Hæc Nicetas, acerrima apoſtrophe, & invectiva perſtringens beſtiam illam femineo vultu virum agentem, atque ſacerdotali ſpecie perſtrepentem, ſed ſatis ſuis factis ipſe proſcinditur abſque alicujus linguæ mucrone ad omne malum comparatus homo, lues poſtrema Orientalis Eccleſiæ.

Nova accuſatio in Ignatium.

VII. Cum autem ſic ſederet Photius, tale quid inſuetum accidit, quod loco prodigii habitum eſt, narratque ita Nicetas: *Cum enim nondum hæc quidem ab Orthodoxis fuiſſet congregata Syodus, Octava ſcilicet œcumenica, eademque legitima, nec ſpes quidem ulla foret; bubali quidam cum per mediam urbem agerentur, repentino quodam motu incitati, huc atque illuc diſſipantur. Unus vero ex ipſis verſus magnam Eccleſiam recto curſu incitatus, intra ſacrum templum ingreſſus, uſque ad ambonem progreſſus eſt. Erat autem hora diei nona, & hoc non bonum nuntium apud illos fuit, qui hæc talia judicare norunt.* Hæc Nicetas, interpretatus ipſe bubalos Photianos male exceptos (ut ait) in Eccleſiam. Sed concinne magis ipſi aptatur Photio, bruti inſtar bubali eam Eccleſiam invadenti, & occupanti, niſi quod longe minus iſta eſt comparatio, quam exprimat omne malum, quod ex Photii invaſione paſſa eſt illa infelix Eccleſia, qui primum ventilans eam atque proſcindens ſuperbiæ cornibus, & diſcindens, ſaniorem partem Ignatium amplectentem, atque communicatione Catholica Romanæ Eccleſiæ inhærentem perdidit atque diſperdit; deteriorem vero, atque funeſtiorem ſchiſmate a Catholica unione diviſam fovens & colens, ſic roborare conatus eſt, ut non ſolum ſibi, ſuiſque æternæ vitæ diſpendium ſimul intulerit, ſed in ſucceſſores propagans, perpetui jecerit ſemina ſchiſmatis, quod altis radicibus fixum, numquam amplius eſſet in poſterum evellendum: adeo ut quod effecit terræmotus hoc anno, concutiens omnem illam Eccleſiam, quod incendium eam abſumens, id ipſum perpetuo peragendum ibi reliquerit: adeo ut licet defecerit ipſe, non tamen ceſſaverint commotiones excitatæ ſemel ab ipſo, nec incendium, Ætnæ inſtar, flammarum globos jugiter vomens, umquam finem acceperit; nam etſi ad modicum temporis ſpacium ſit aliquando intermiſſum, rurſum tamquam vi repreſſum vehementiori erumpere impetu, & graviori damno viſum eſt cuncta depaſcere, ita ut voracibus flammis cuncta jam appareant eſſe conſumpta, in cineremque redacta.

Quanta mala ab uno Photio.

VIII. Sed quid inter hæc Romæ? laborat indefeſſe vindex juſtitiæ Nicolaus, exactor obſervantiæ Canonum vigilat, atque defenſor innocentium, ut eos de manu potentium liberet, fortiter agit. Apoſtolica in eo conſtantia vigens adverſus conatus omnes Michaelis Imperatoris aſſurgit, inſurgitque in omnia, quæ ejus voluntate atque potentia adverſus Patriarcham ſanctum Ignatium per ſceleſtiſſimum Photium facta eſſent, qui illius ſedem eiiciens, tyrannice ſuam erexit.

Nicolai Papæ certamen adverſus Imp.

Quam

Quam male munitam Imperatoria auctoritate, & inaniter roboratam numeroſo Concilio inſtar Nicænæ Synodi œcumenicæ, uti peſtilentiæ cathedram ſui infirmitatem nutantem atque labentem Nicolaus ejecit; thronum vero Ignatio ſtatuit, ac ſtabilivit. Hic tu lector, tanti certaminis ſpectator aſſiſte, cui victoria cedat, dum quod Imperator ædificat, Pontifex deſtruit; quod ille erigit, iſte diſiicit, & quod diſſipat ille, reparat iſte. *Sed abſorpti* (a) *ſunt enim juncti petræ judices eorum*, petræ utique illi, de qua dictum: (b) *Super quem ceciderit petra conteret eum*. Hic tu de fine ſecurus, & de certaminis exitu certus, interim quæ ſunt geſta, ſic accipe.

(a) *Pſ.* 40. (b) *Matt.* 21.

IX. Leo Imp. Legatus ab urbe dimiſſus. Hoc eodem anno Nicolaus Papa dimiſit Leonem Legatum Imperatoris, qui cum in Urbe hiemaſſet, jam veris tempore adventante, ſolvit Conſtantinopolim verſus. Decima quidem Indictione ſe dediſſe litteras eidem Nicolaus ipſe teſtatur (c), ſed & litteræ ipſæ ſignificant, quæ datæ in fine leguntur decimaoctava menſis Martii, decima Indictione. Extant enim ipſæ litteræ a Nicolao Papa redditæ ad Imperatorem (d) & aliæ ſeorſum ad Photium, (e) necnon aliæ ad univerſos (f) Chriſti fideles, & univerſæ Eccleſiæ, quæ inique in S. Ignatium geſta eſſent, nota fierent; quo ſcirent omnes quibuſcum ſibi communicandum, & quorum cavenda communio. Datæ omnes hoc (ut dictum eſt) anno, die decimaoctava vel nona menſis Martii, decima currente Indictione. Ex quibus ne nimia prolixitate fatigem Lectorem, ſatis ſi una ex ipſis, nempe reddita Photio Nicolai epiſtola hic deſcribatur, cum ſi quis alias cupit, cuſas habeat, quas legat: & ad hiſtoriam ſatis, ſi Nicolai ponatur epiſtola, qua reſpondet ad prolixam Photii ſuperius recitatam epiſtolam: quas ſi conferas ſimul, illam pollere aſſeres eloquentia, ſeu potius verboſitate; hanc autem niti tantummodo veritate ut decet Romanæ Eccleſiæ majeſtatem non aliunde petere ornamenta: quæ ſatis ex divinis impertito ſibi decore, ſatis ex ipſa veritate niteſcit. Sic enim ſe habet:

(c) *Nic. ep.* 30. (d) *Nic. ep.* 5. (e) *Nic. ep.* 6. (f) *Nic. ep.* 4.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei prudentiſſimo viro Photio.* Ita inſcriptio, uti laico homini, nulloque ſacro initiato legitime ordine, quamvis ſe gereret Conſtantinopolitanum Patriarcham:

X. Nicolai Pap. ſecunda epiſt. ad Photium. *Poſtquam beato Petro Principi Apoſtolorum Dominus ac Redemptor Noſter JESUS Chriſtus ex utero Virginis pro noſtra redemptione, ut erat verus Deus ante ſæcula, verus homo in fine ſæculorum apparere dignatus eſt, ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra poteſtatem tribuit, & januas Regni cœleſtis reſerendas conceſſit, ſupra ſoliditatem fidei ſuam ſanctam dignatus eſt ſtabilire Eccleſiam, ſecundum illius veridicam vocem dicentis* (g): *Amen dico tibi: tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves Regni cœlorum: Et quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Ad quam promiſſionem ſanctæ Apoſtolicæ inſtitutionis cœmento cœperunt hujus fundamenta ex pretioſis ſuccreſcere lapidibus, & annuente divina clementia, per ſtudium ſtructorum, & Apoſtolicæ auctoritatis ſolicitudinem uſque ad culmen inſolubiliter perducta, perpetualiter manſura ſine ſiniſtræ auræ impulſu conſiſtere. Cujus primatum, (ſicut omnibus Orthodoxis manifeſtum eſt viris, & in ſuperioribus præmodicum declaratum eſt) beatus Petrus princeps Apoſtolorum, & janitor Regni cœleſtis merito promeruit. Poſt quem & hujus Vicarii ſinceriſſime Deo famulantes, carentes nebularum denſitatibus, quæ recto ab itinere impedire aſſolent, dignius perceperunt, & in cura regiminis, quam pro Dominicis ovibus ſuſceperant, ſolicite permanſerunt, inter quos & noſtram parvitatem omnipotens Dei miſericordia connumerare dignata eſt, pro quibus tantum conſiſtimus pavidi, quantum conſideramus in æterno examine pro omnibus & præ omnibus, qui Chriſti cenſentur nomine, rationem redituros.*

(g) *Matt.* 16.

*Et quia univerſitas credentium ab hac ſancta Romana Eccleſia, quæ caput omnium eſt Eccleſiarum, doctrinam exquirit, integritatem Fidei depoſcit, criminum ſolutionem qui digni ſunt, & gratia Dei redempti, exorant, oportet nos, quibus commiſſa eſt, ſolicitos eſſe, & ad ſpeculationem Dominici gregis tantum ferventius anhelare, quantum hunc avidi lupi ad dilaniandum hinc inde patenti ore exquirunt, quod & audiendo cognovimus, & experiendo comprobamus. Et quos per corporalem ob longinqua terrarum ſpacia, aut tumentes marinos fluctus, nequimus viſitare præſentiam; ſaltem ſeries apicum quaſi viva voce declarent, ut nec a nobis ſilentii exquiratur culpa; nec audituris de ignorantia excuſandi tribuatur facultas, quia & illud a nobis cavendum eſt, quod per Prophetam dicitur* (h): *Canes muti non valentes latrare: Nam & Apoſtolus ait:* (i) *Inſta opportune, importune. Conſtat enim ſanctam Romanam Eccleſiam per B. Petrum principem Apoſtolorum, qui Dominico ore primatum Eccleſiarum ſuſcipere promeruit, omnium Eccleſiarum* XI.

(h) *Iſai.* 56. (i) 1. *Tim.* 4.





*caput eſſe; & ab ea rectitudinem atque ordinem in cunctis utilitatibus, & Eccleſiaſticis inſtitutionibus, quas ſecundum canonicas & ſynodicas, ſanctorumque Patrum ſanctiones inviolabiliter atque irrefragabiliter retineret, exquirere ac ſectari. Et ideo conſequens eſt, ut quod ab hujus Sedis rectoribus plena auctoritate ſancitur, nullius conſuetudinis præpediente occaſione, proprias tantum ſequendo voluntates, removeatur, ſed firmius atque inconcuſſe teneatur.*

XII. *Nam in hoc, quo noſter Apoſtolatus veſtram prudentiam commonuit, quia ex laicali ordine ſine canonica approbatione ad Patriarchatus dignitatem ſubito tranſcendere contra Patrum promulgationem non recuſaſtis, ſed temere atque impudenter ad tanti honoris culmen accedere præſumpſiſtis, aſſumpſiſtis vobis quaſi a ſanctiſſimo Viro Nectario occaſionem, quem Sancta ſecunda Synodus non ob aliud ad ſacerdotalem eligere atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, niſi quia magnæ neceſſitatis contritione anxiabatur, eo quod in ſancta Conſtantinopolitana Eccleſia nullus clericorum inveniri poterat, qui peſſimæ hæreſis nimboſa caligine non fuerit impeditus. Et ob id, ne diu jam dicta Eccleſia ſub deſtitutione paſtoris quaſi viduata maneret, prædictum Nectarium expugnatorem hæreticorum, & defenſorem, atque gubernatorem Eccleſiarum ad Eccleſiaſticam curam, & dignitatem ſacerdotalem jam dicta ſecunda Synodus elegit; ſed ut hoc iterum fieret, non confirmavit, neque ſanxit, aut inſtituit. Et ideo licet contra Patrum atque canonicas inſtitutiones, quod per neceſſitatis fieri eventus comprobatur, non in auctoritate tenendum eſt, ſed ne iterum talis proveniat neceſſitas, magis magiſque cavendum: quia omne, quod ab aliis reprehendi poterit, convenientius ac decentius videtur exiſtere, ſi antequam fomes reprehenſionis accreſcat, emendationis cura ſuccedat.*

XIII. *De Taraſii ſiquidem promotione, qui ſimiliter ex laicali cœtu ad Patriarchatus extemplo culmen promotus eſt, quam & vos quaſi in auctoritatem veſtræ defenſionis aſſumere vultis; ſi ſanctam, quæ apud vos tempore ſanctiſſimi viri Domini Hadriani Papæ celebrata eſt, Synodum diligentius ſcrutati fueritis, atque attentius intenderitis, invenietis, quid in ea idem ſanctiſſimus vir conſultus decreverit. Et quod dum ejus conſecrationis reprehenderet actus, & mœrorem ſe pro tam præſumptiva factione nimium ſuſtinere profiteretur (dicit enim: Quod niſi in erigendis imaginibus ferventius contra illarum depoſitores atque conculcatores, ut verus miles Chriſti reſiſteres, nequaquam veſtræ conſecrationi aſſenſum præberemus, aut in ordine Patriarchatus veſtram dilectionem ſuſciperemus) quæ tantum declaratur inordinate promota, quantum comprobatur contra Apoſtolica decreta enormiter præſumpta.*

*Beatiſſimum quoque Ambroſium, clariſſimam & ſplendidiſſimam lucernam Eccleſiæ, quia ex cathecumeno, divino præſagio ad Epiſcopalem per continuos gradus promotus eſt dignitatem, cur nobis pro veſtro tutamine opponitis, & ad veſtram illicitam promotionem antefertis, qui non inſtinctu hominum, ſed divina vocatione per miraculorum prodigia electus eſt? Nam cum in infantiæ cunis ſub nutricis cura dormiens ſolicite verteretur: aperto ecce ore, examen apum ſubito affuit, quod faciem ejus & ora complevit, ita ut ingrediendi & egrediendi vices frequentaret. Quod pater cum matre vel filia deambulans, ne abiiceretur ab ancilla, quæ curam nutriendi infantem ſuſceperat, prohibebat: ſolicita enim erat, ne infanti nocerent. Expectabat tamen patrio affectu, quo fine illud miraculum clauderetur. At illæ poſt aliquandiu volitantes, in tantam aeris altitudinem ſublevatæ ſunt, ut humanis oculis minime viderentur. Quo facto, territus pater ait: ſi vixerit infantulus iſte, aliquid magni erit. Poſthæc vero adultus puer, liberalibus artibus imbutus, Mediolanum perrexit, ubi Auxentius Arianorum Epiſcopus cathedram non regendam, ſed dilaniandam tenebat Epiſcopalem. Quo defuncto, cum ad electionem Epiſcopi popularis fieret in Eccleſia conglobatio: ecce quidam infans acclamabat, dicens, Ambroſium Epiſcopum. Ad quam vocem & omnis illa conventio ſimiliter acelamabat Ambroſium Epiſcopum. Quod non humanis id fieri credendum eſt voluntatibus, ſed divinis, ad ſalvationem, & ereptionem Fidelium de adverſarii noſtri faucibus, qui tamquam leo rugiens quærit quem devoret, inſpirationibus. Qui dum ſe multis voluiſſet occultare argumentis, & a tanto honore deliteſcere; tandem ſuperatus, ad ſacerdotalem ab omni populo, & Clero divinitus eſt dignitatem electus, & e catechumeno per ſingulos gradus Eccleſiaſticos proficiſcens, octavo die ab omni Catholicorum, divina annuente clementia, conſenſu eſt conſecratus Epiſcopus. Attendat igitur prudentiæ veſtræ dilectio, & intimo cordis proſpiciat oculo; ſi debentur ea, quæ per miraculorum ſigna Fidelibus proveniunt, his æquari, quæ proprio tantum libitu ad dignitatis gloriam percipiendam peraguntur; & ſic ad auctoritatis veſtræ excuſationem præfatos aſſumite viros. Ecce propter neceſſitatem, & inopiam clericorum aſſumitur* XIV.

*Nectarius: ecce propter Eccleſiaſtica dogmata, & hæreticorum expugnationem, qui venerandas deponere imagines præſumpſerunt, Taraſius: ecce per miraculorum ſigna Ambroſius ad regendas Eccleſias promoti ſunt.*

XV. *De vobis autem, quibus perplures auctoritates Conciliorum, atque decreta ſanctiſſimorum Pontificum reſiſtunt, quid aliud eſt ſentiendum, niſi inopinatam a vobis conſuetudinem adoleviſſe credendum, & ſecundum ſanctorum Patrum ſententiam non ſolum quia ex laicali ordine contra canonicas auctoritates ad regendam Conſtantinopolitanam Eccleſiam ſubito tranſvolaſtis; ſed etiam quia vivente viro, & incolumi perſiſtente, videlicet religioſiſſimo Ignatio Patriarcha, cathedram illius, ſcilicet Conſtantinopolitanam Eccleſiam, ut mœchus, ſurripuiſtis, & invadere præſumpſiſtis, poſtponentes illud, quod ſcriptum eſt (a). Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris: & ideo veſtræ conſecrationi, æquitatis libamina tenentes, aſſenſum præbere quia enormiter, & contra ſanctorum Patrum inſtitutiones peracta eſt, minime præſumimus.*

(a) Matth. 7.

*Quod vero dicitis, neque Sardicenſe Concilium, neque Decretalia vos habere ſanctorum Pontificum, vel recipere; non facile nobis credendi facultas tribuitur: maxime cum Sardicenſe Concilium, quod penes vos in veſtris regionibus actum eſt, omnis Eccleſia recipit: qua ratione convenerat, ut hoc ſancta Conſtantinopolitana Eccleſia abiiceret, & ut dignum eſt, non retineret? Decretalia autem, quæ a ſanctis Pontificibus primæ Sedis Romanæ Eccleſiæ ſunt inſtituta, cujus auctoritate atque ſanctione omnes Synodi & ſancta Concilia roborantur, & ſtabilitatem ſumunt, cur vos non habere, vel obſervare dicitis, niſi quia veſtræ ordinationi contradicunt, & ex laico ad culmen Patriarchatus tranſvolare reſiſtunt? contra illud Apoſtolicum: (b) Nemini cito manum impoſueris. Quod ſi ea non habetis, de neglectu atque injuria eſtis arguendi: ſi habetis, & non obſervatis, de temeritate eſtis corripiendi & increpandi.*

Omnes Synodi auctoritate Rom. Eccl. firmantur.

(b) 1. Tim. 5.

XVI. *Quod violenter vos ad ſacerdotalem dignitatem promotos aſſeveratis, atque proteſtamini, veſtræ conſecrationis tempore: non ita eſſe declaratur, qui poſtquam in Patriarchatus throno ſtabiliti eſtis, non ut pater in filios blandum, ſed ut immitem in depoſitione Archiepiſcoporum & Epiſcoporum per ſeveritatem vos demonſtraſtis, & in damnatione innocentis Ignatii, quem vos ut depoſitum habetis immoderate exarſiſtis. In cujus depoſitione, niſi prius veraciſſime illius cognoverimus tranſgreſſionem vel culpam, inter depoſitos illum non numeramus, neque damnamus. Quia valde cavendum eſt, ne ſine cauſa innocens damnetur. Et ſicut illum in priſtino honore manſurum, ſi ei damnationis crimina non comprobantur, ſancta Romana retinet Eccleſia; ſic vos, qui incaute, & contra paternas traditiones promoti eſtis: in Patriarchatus ordine non recipit, neque ante juſtam damnationem Ignatii Patriarchæ in ordine ſacerdotali vos manere conſentit. Quod non ideo veſtra arbitretur dilectio, contra vos invidiæ cauſa, aut exoſos vos habendo, nos agere, atque incongrue contra veſtram ordinationem exardeſcere; ſed ducti zelo paternæ traditionis, volentes ſanctam Conſtantinopolitanam Eccleſiam, quæ pro ſui ſtabilitate atque firmitate, cenſura ſanctorum patrum, ad hanc ſanctam Romanam Eccleſiam ſolito more percurrit, ſine macula, ſine reprehenſione, aut aliqua tranſgreſſione illæſam conſiſtere, & ea, quæ Eccleſiaſticis regulis obviant, reſecare. Et maxime hoc, quod omni auctoritate canonica revincitur, & tali conſecrationi contraitur, quod jam per longam conſuetudinem quaſi regulariter actum defenditis, omnimodis amputare. A qua, quia vos ſicut nos diligimus, per increpationem paterni affectus providentiam veſtram proculdubio volumus revocare, imitantes Apoſtolum dicentem: (c) Filium, quem diligit pater, flagellando caſtigat & corripit.*

(c) Hebr. 12.

XVII. *De conſuetudinibus quidem, quas nobis opponere viſi eſtis, ſcribentes per diverſas Eccleſias, diverſas eſſe conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtit auctoritas, pro qua eis obviare debeamus, nil judicamus, vel eis reſiſtimus: tamen cavere volumus, ne hæc veſtra conſuetudo, quæ omnium ſanctorum Patrum promulgatione convincitur, ut ex laico non ſubito ordinetur Epiſcopus, vires accipiat, aut in veſtra Eccleſia magis pullulet, operam dare minime ceſſamus: quam etiam noſtra Apoſtolica tantum abigit cenſura, quantum hanc temere recognoſcit præſumptam.*

XVIII. *De Miſſis ſiquidem noſtris, quos petitos in ſervitio B. Petri Principis Apoſtolorum pro utilitate ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ contra depoſitiones imaginum, vel alias neceſſitates ingruentes, necnon & pro cauſa ſolummodo depoſitionis ſæpefati viri Ignatii inquirenda illas in partes direximus, ſilendum non eſt: qui, cum eis, ſicut dicunt, per centum dierum ſpacium, omnium niſi ſuorum alloquendi facultas fuiſſet denegata, ut Apoſtolicæ Sedis Miſſi non digne ſuſcepti ſunt, atque ut decuerat retenti. Quod non pro alia geſtum putamus re, niſi ut inquirendi locum de depoſitione præfati*



*ti viri non invenirent: quia ceu in Apoſtolica noſtra inſertum fuit epiſtola (quæ neſcimus cujus illuſione, ſicut in Synodo a nobis miſſa reperimus, fraudata extitit) non illius promotionem, aut ingreſſionem, ſed tantummodo depoſitionis exitum per noſtros audire, vel cognoſcere (ſicut nunc volumus) Miſſos volebamus. Quibus ſecundum horum relationem, longa exilia, & diuturnas pediculorum comeſtiones, ſi in tali intentione perſiſterent, quibuſdam nuntiantibus, quod illis a nobis injunctum fuit, clam vobis cum ſequacibus veſtris reſiſtentibus, perficere minime potuerunt; aut depoſitionem jam dicti Ignatii utrum juſta, vel injuſta fuerit, invenire valuerunt. Qua cognita, ſecundum ſui modum canonica atque Apoſtolica cum eo cenſura extenderetur. Data menſe Martio, die decimaoctava, Indictione decima.* Iſta Nicolaus ad Photium.

XIX. Scripſit & (ſicut diximus) per eumdem Leonem (a) ad Imperatorem, incipit epiſtola: *Sereniſſimi Imperii veſtri gloria &c.* Aliam autem, quam ad univerſam Eccleſiam miſit Encyclicam epiſtolam, ſic exorditur: (b) *Quod igitur generali notitia extat univerſæ plebi Dei vulgatum, &c.* In qua ad finem has ſpeciatim habet ad Patriarchas, & alios Epiſcopos Apoſtolicas juſſiones.

(a) Nicol. ep. 5.

(b) Epiſt. 34.

Quid jubeat omnibus Patriarchis, & Epiſcopis Nic. Pap.

*Igitur, dilectiſſimi fratres ſanctitati veſtræ, qui Catholicas Alexandrinorum Antiochenorum vel Hieroſolymorum gubernatis Eccleſias ſeu cunctis Orientalibus Metropolitis, atque Epiſcopis luce clarius, expreſſiuſque ſignificamus, quoniam Sedes Apoſtolica nullo pacto venerabilem Ignatium Patriarcham dignitatis propriæ nudari privilegio tam improvide patitur: ſed magis repulſo a ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ ſacro Eccleſiæ viſcere pervaſore conjugis (ut ita dixerimus) viri viventis, ſceleſtiſſimo videlicet Photio, ſanctiſſimum Patriarcham Ignatium in ſui ſacerdotii dignitate manere ſicut olim ſtatuit, iterum quoque canonico, & legali examine judicat, & decernit. Et ut vos hujus Sedis privilegium ſervantes rite, pari religione Catholici, pari etiam nobiſcum ſuper venerabilis Ignatii Patriarchæ ſacerdotii recuperatione, & Photii pervaſoris expulſione eadem ſentiatis, Apoſtolica auctoritate vobis injungimus, atque jubemus. Et ut hujus præſulatus noſtri paginam in cunctis parochiis veſtris ad omnium faciatis notitiam pervenire, atque de hac re juxta Apoſtolicæ Sedis definitionem prædicari curetis aliis, ipſique ſimiliter incommutabiliter teneatis, paterno amore præcipimus.* Data habetur epiſtola eodem anno, & menſe, die tamen decimanona ejuſdem menſis Martii, eadem decima Indictione. Miſſas literas per eumdem Leonem Legatum Imp. ad ipſum Imperatorem, teſtatur idem Nicolaus in alia epiſtola ad Michaelem & Baſilium (c) Impp.



(c) Nicol. ep. 70.

XX. Hoc anno ab eodem Nicolao Papa Synodus Romæ habita eſt, in qua occaſione quorumdam Orientalium damnata eſt Theopaſchitarum hæreſis iterum pullulans, adverſus quam duo capitula ſeu Canones ſtatuti ſunt. De hac Synodo idem Nicolaus ait: (d) Inſuper *autem quid in alia Synodo a nobis olim collecta decreverimus adverſus eos, qui Divinitatem Domini noſtri JESU Chriſti cum Valentino, Marco, Apollinari, & Eutyche ſectatoribus eorum contra primum paſtorem & Apoſtolum, qui Chriſtum carne paſſum dicit paſſibilem ore ſacrilego in quibuſdam regionibus veſtris prædicare dicuntur, ſubter annexis capitulis declaratur.* Quæ ſunt:

Synodu adverſus Theopaſchitas hæreticos.

(d) Nicol. ep. 7.

*Veraciter quidem credendum eſt, & omnimodis profitendum, quia Redemptor noſter & Dominus noſter JESUS Chriſtus Deus & Dei Filius paſſionem Crucis tantummodo ſecundum carnem ſuſtinuit, Deitate autem impaſſibilis manſit, ut Apoſtolica docet auctoritas & ſanctorum Patrum lucidiſſima doctrina oſtendit.*

XXI. *Hi autem, qui ajunt, quia Redemptor noſter & Dominus JESUS Chriſtus Deus & Dei Filius paſſionem Crucis ſecundum Deitatem ſuſtinuit (quod impium eſt, & Catholicis mentibus execrabile) anathema ſint.* Hæc ibi. Sed & de hoc Concilio, & alio paulo poſt collecto poſt acceptas litteras Orientalium per Leonem, hæc alibi idem (e) Nicolaus: *Deinde bis facto Concilio, & lectis profanis geſtis, quæ prædictus Leo a ſecretis detulerat &c.*

(e) Nicol. ep. 70.

Ita quidem frequentia erant ſub Nicolao Papa Concilia, quod ingruerent undique magni momenti negotia non ab Oriente ſolum, ſed etiam ab Occidente ut proxime dicturi ſumus; idemque ſanctiſſimus Pontifex, quantumlibet doctus & ſapiens, nihil tamen inconſultis fratribus agere conſuevit, probe ſciens, quod ubi congregari contigit conventus Patrum promiſſione Domini inter eos aſſiſtat Deus, dicente ipſo: (f) *Ubi congregati fuerint duo vel tres in nomine meo, ego in medio eorum ſum.* Secundum illud Davidicum: (g) *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Sed quæ nubes multiplicium negotiorum ex Galliis uno tempore ſeſe in Urbem infuderit, & ad Apoſtolicum thronum pervenerit, unde adverſus Reges fuerit Eccleſiaſticis cenſuris agendum, & uſque dum idem Pontifex vixit, plurimum laborandum, jam dicamus.

(f) Matth. 18.

(g) Pſalm. 81.

XXII. Hoc eodem anno novæ tragœdiæ paratur argumentum a Lothario Francorum Rege, dum juvenili ardore concupiſcentiæ frena laxans, amore exæſtuans VValdradæ, quam a pueritia conſuetudine puerili junctus amavit, ut eam acciperet in uxorem, in animum induxit. Quomodo autem id perficere poſſet, cum ſuis Epiſcopis conſilium captare cœpit. Quod enim leges Eccleſiaſticæ ejuſmodi facinori vehementer obſtarent, eo quod Theutpergæ Reginæ legitimo matrimonio junctus eſſet: quomodo id diſſolveret, cum ſuis agere quam ſtudioſiſſime non ceſſabat. Regi volenti aſſentatores aſſurgunt, cui & aſſurgere jura cogunt atque in Regis ſententiam, renitentia licet torquent. Quid actum? ex Regis arbitrio, conſilio vero ſuorum Epiſcoporum Aquiſgrani indicitur Synodus, fingitur caſus, componitur ſtropha, Concilium cogitur Epiſcoporum, quot præſules, tot Philippo Demoſthenes: nullus tamen quod lugendum ob temporis hujus boni penuriam) Joannes inventus qui Regem errantem corripiat, & alios in errorem trahentem arguat, canes muti effecti omnes, non valentes latrare, immo conſpirantes cum lupo, ejuſque voracitati faventes, facti ſunt & ipſi ſimul lupi rapaces, de quibus appoſite apud Jeremiam (a): *Sacerdotes non dixerunt, ubi eſt Dominus: & tenentes legem, neſcierunt me, & Prophetæ prævaricati ſunt in me, prophetaverunt in Baal, & idola ſecuti ſunt.* Quid autem actum ſit in hac Synodo, quæ hic ſubiiciuntur capita docent, haud hactenus edita, accepta autem ex ſcripro codice pervetuſto Trevirenſi ad nos una cum aliis ad hæc ſpectantibus egregiis monumentis miſſa a P. Chriſtophoro Broverio Societatis JESU profeſſore, cui mecum bene precentur omnes Eccleſiaſticæ antiquitatis ſtudioſi. Sic enim ſe habent:

(a) Jer. 2.

XXIII. *Deccl xii. Cap. I. *Anno * DCCCLXI. Indictione decima, die tertia Kalendarum Majarum ex vocatione domini Hlotharii glorioſiſſimi Regis, Archiepiſcopi, eorumque Coepiſcopi Aquis convenerunt, videlicet Guntharius Agrippinenſis Archiepiſcopus & ſacri palatii Archicapellanus, necnon & Theutgaudus Trevirenſis Archiepiſcopus, Adventius Mediematricorum Epiſcopus, Atto Virdunenſis Epiſcopus, Arnulphus Tullenſis Epiſcopus, Franco Tungrenſis Epiſcopus, Ungarius Epiſcopus, Ratholdus Argentorienſis Epiſcopus, ut divina auxiliante clementia, pro utilitate ac neceſſitate ſanctæ matris Eccleſiæ, apud memoratum ſereniſſimum Principem, fideliter ac ſalubriter paſtorali proviſione intervenirent. Unde noſtris jam periculoſis temporibus, ſaltem ſero paſtoralis tuba inſonare prophetica admonitione debuerat, ubi dicitur (b): Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Ergo multipliciter, & fideliter malefidis Dei diſcrimina, & ſeneſcentis mundi pericula replicantes, non ſine gravi gemitu noſtro, Chriſtianiſſimo Principi ad memoriam reduximus, ut non immemor vocationis ſuæ, quod nomine cenſetur, opere compleat, ut Rex Regum Chriſtus, qui ſui nominis vicem illi contulit in terris, diſpenſationis ſibi creditæ dignam remunerationem reddat in cœlis. Ad hæc ille, ſicut verus Dei cultor, noſtræ puriter, ac veraciter annuit unanimitati per omnia irrefragabiliter promittens noſtris ſe obedire velle conſiliis, & rationabilibus obtemperare monitis. Et ut ita dixerimus, ultra quam credi poteſt, ita nobiſcum ſuum benigniſſimum informavit affectum, ut proculdubio pateret, quod ſuum cor illius amplexatur dextera, in cujus manu corda ſunt Regum.*

Aquiſgranenſis Synodi Acta.

(b) Iſ. 58.

XXIV. Cap. ii. *Interea de his, quæ ad ſtatum ſanctæ Dei Eccleſiæ, & utilitatem Regni, atque ſalutem populi ſibi commiſſi pertinent, ſalubribus reſponſis, & ſpiritualibus conſiliis, noſtram conſolatus eſt unanimitatem, ſe in omnibus paratiſſimum eſſe affirmans, ut verus adiutor, atque indefeſſus auxiliator noſtri ordinis, & totius ſanctæ religionis exiſtat.*

Cap. iii. *Poſt hæc humiliter, ac devote paſtorale conſilium requiſivit, libellum proclama-*

PAGIUS III. *Injuſtum divortium Lotharii Regis cum Teutberga.* A num. XXII. ad XXXII. *Lotharius* Rex: Caroli Calvi etiam Regis nepos, & Lotharii Imperatoris filius *Teutbergæ* legitimo matrimonio junctus, *VValdradæ* amore impotenti eo perductus eſt, ut de *Teutbergæ* repudianda, & *VValdrada* ſibi copulanda ſerio cogitarit. Eam in rem crimen confinxit in Reginam, eamque velut inceſtus ream traduxit, occultique flagitii cum *Haberto* fratre ſuo perpetrati, ex quo, licet contra naturæ ordinem concubuiſſent, concepiſſet, atque hauſta potione fœtum extinxiſſet. Contigit id anno DCCCLX. ad quem Annaliſta Bertinianus ſcribit: *Lotharius Reginam ſuam Teutbergam irrevocabili odio habitam .... ut ipſa coram Epiſcopis confiteretur, fratrem ſuum Hucbertum ſibi ſodomitico ſcelere conmixtum. Unde & pœnitentiæ continuo addicta eſt, atque in monaſterium retruſa.* Regina in Epiſcoporum Procerumque Conventu flagitium negavit, & laicorum nobilium Judicio Epiſcoporum conſilio ac Regis aſſenſu, Procuratorem miſit ad Judicium aquæ ferventis, ut ſuam innocentiam Deo probandam ac vindicandam permitteret. Ex aqua ferventi homo illæſus exivit, ideoque Reginæ innocentia conclamata, eaque Regio conjugio ac thoro digna renunciata, uti refertur in libro Hincmari Remenſis Epiſcopi *de Divortio Lotharii & Teutbergæ* Interrogatione prima. Quare hoc purgationis genus adhuc hoc tempore in uſu erat; quod & ſequentibus ſæculis uſurpatum conſtat.

IV. Triplex de *Lotharii & Teutbergæ* conjugio Synodus Aquiſgrani habita. Priores duæ anno DCCCLX. in quarum altera Regi renunciarunt Epi-



*mationis, & ſuæ ſummæ neceſſitatis in manibus noſtrorum fratrum imponens, ubi ſatis lugubriter divinum, & paſtorale conſilium expetiit, ſuæque imbellicitatis cauſas queruloſis vocibus retractavit, qualiter in quadam femina, Theutperga nomine, factioſis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus, immo non mediocriter repetebat, quod judicio Epiſcoporum diſſidii ſententiam pertuliſſet. Quam, ſi idonea fuiſſet coniugali thoro, & peſtifera inceſtus pollutione fœdata non eſſet, & vivæ vocis confeſſione publice condemnata, ſponte retineret. Porro ſe incontinentem eſſe profeſſus eſt, & ſine coniugali copula juvenilis ætatis ardorem ferre non poſſe aſſeruit, proculdubio replicans, quod illi Theutpergam inceſtuoſam diximus, & ab omni concubina abſtinere præcepimus, & quod illi perdifficile eſt in juvenili ætate taliter permanere. Hinc vero teſtis affuit Theutgaudus Archiepiſcopus, quod juxta divinum, atque ſuum conſilium, ſi aliquid in adhibita ſibi concubina deliquit, Eccleſiaſtico medicamine adiutus, ſecretis jugibus, qui hoc lacrymis, & vigiliis, ac ſpiritalis continentiæ macerationibus, inſuper eleemoſynarum largitionibus ſalubriter delevit. Et ut de multis pauca dicamus, ſi læta caro illum traxit ad culpam, afflicta, ut credimus, reduxit ad veniam.* †

† niſi error ſit in numero, quartum cap. deeſt.

XXV. Cap. v. *Igitur paſtoralis regiminis cura, ac divinorum eloquiorum documenta, noſtrorum fratrum animos ſolicitare cœperunt, quid nobis agendum, quidve tractandum eſſet, atque pro hujuſmodi querula proclamatione rationaliter definiendum, illudque ante omnia formidantes, ne forte, quod abſit, poſt dignam ſatisfactionem, & ſaluberrimam reconciliationem fragilitatis noxam tantus Princeps incurreret, reverſus ad vomitum, & quaſi ſus in volutabro luti illicitos aliquoties repeteret amplexus.*

Cap. vi. *Inde actum eſt, quod pia fratrum ſolicitudo retractare decrevit, qualiter Eccleſiaſticæ auctoritatis cenſuram in præſcripta femina Theutperga, ſua publica confeſſione exigente, complevit.*

Cap. vii. *Allato quoque diverſorum Conciliorum volumine ex Concilio * Hilardenſi capitulum quartum recitari fecimus, ubi ita ſcribitur: De his qui ſe inceſti pollutione commaculant, placuit, ut quouſque in ipſo deteſtando, & illicito carnis connubio perſiſtunt, uſque ad Miſſam tantum cathecumenorum in Eccleſia admittantur, cum quibus etiam, nec cibum ſumere ulli Chriſtianorum, ſicut Apoſtolus juſſit, oportet.*

* Ilerdenſi

XXVI. Cap. viii. *Hinc quoque ſancti Ambroſii in expoſitione Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios, capite trigeſimotertio hos alloqui qui matrimonio juncti ſunt ore Dominico uxorem a viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere innuptam. Hoc Apoſtoli conſilium eſt, ut ſi diſceſſerit, propter malam converſationem viri, jam innupta maneat; quod ſi continere ſe non poteſt, quia pugnare non vult contra carnem, ſuo viro reconcilietur. Non enim permittitur mulieri, ut nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, aut apoſtaſiæ, aut illicita impellente laſcivia. Vir uſum quærat uxoris, quia inferior omnino non hac lege utitur, qua potior. Si tamen apoſtata vir non uſum quærat uxoris invertere, non alteri poteſt nubere mulier, nec reverti cauſa fornicationis ad illum. Et virum uxorem non dimittere, ſubauditur autem excepta cauſa fornicationis. Et ideo non ſubiecit, ſicut de muliere dicens, quod ſi diſceſſerit, manere ſic: quia viro licet ducere uxorem, ſi dimiſerit uxorem peccantem. Non enim ea lege conſtringitur vir, ſicut mulier. Caput enim mulieris vir eſt. Nam cæteris, inquit, ego dico non Dominus, hoc dixit ut oſtendat, quid proprio ore Dominus juſſit, & quid hujus auctoritate conceſſit: quia & per iſtum Dominus loquitur, qui ait (a): An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus?*

Non eſt S. Ambroſii expoſitio in Epiſt. Paul.

(a) 2. Cor. 13.

XXVII. Cap. ix. *Ex Concilio Agathenſi cap. LXII. de inceſtis conjunctionibus, nihil prorſus veniæ reſervemus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtos vero nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam*

PAGIUS *Duæ Synodi Aquiſgranenſes de hoc divortio habitæ.* Epiſcopi, adulteram ipſum uxorem retinere non poſſe: in altera publicam *Teutbergæ* pœnitentiam decreverunt. In tertia hoc anno congregata *Lothario*, ut aliud iniret conjugium permiſerunt. Prioris meminit Hincmarus loco laudato, aitque: *Convenerunt Principis juſſu, anno Incarnat. dominicæ DCCCLX. & regni ejus V. indictione VIII. V. Idus Januarii, Aquis Palatio, Guntharius ſummus Capellanus*, &c. qui nunciaverunt Regi, *quod ad uxorem non liceret illi eam habere.* Poſterioris initium erat: *Anno ab Incarnatione Domini DCCCLX. indict. VIII. mediante Februario menſe, decernentibus glorioſis Regibus Hludovvico, Carolo, atque Hlothario*, &c. Hæc hujus Synodi Aquiſgranenſis ſententia fuit: *Lugendam inceſti pollutionem in publicum exhalatam publica pœnitentia ſatisfactione purgandam decrevimus.* Et de hac Synodo intelligenda verba laudata Annaliſtæ Bertiniani. Neutrius Synodi Baronius meminit. Ad hanc tamen ſecundam pertinet Epiſtola Epiſcoporum Regni Lotharii ad Nicolaum Papam data, & a Baronio num. XLIV. recitata, in qua exponunt Epiſcopi quid in ea ſecunda Synodo actum ſit, orantque ne calumniantibus aures præbeat, priuſquam Lotharii Regis Legati in Urbem veniant. Ex his apparet, *Lotharium* omnes Regni ſui Epiſcopos aſſentatores habuiſſe, nullumque qui eidem diceret, uti alter Joannes, *Non licet tibi.*

V. Hoc vero anno *III. Kal. Maias* tertium Concilium apud Aquiſgranum a Lothario eadem de cau-

*tiam deſignare, funeſtam eſt; ibique poſt aliqua ita ſcribitur: Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.*

Cap. x. *De cætero his atque hujuſmodi canonicis ſanctionibus, & ſancti Patris Ambroſii oraculis liquido perſpectis, credimus, non illam fuiſſe idoneam, aut legitimam coniugem, neque a Deo præparatam uxorem, quæ publica) ut dictum eſt) confeſſione, inceſtuoſo fornicationis crimine denotata probatur. Quocirca glorioſo Principi noſtro, pro ſua in divino cultu devotiſſima affectione, atque victorioſiſſima Regni tuitione, cui non ſolum nos, verumetiam canonica auctoritas inceſtuoſum conjugium interdicit: legitimum atque idoneum coniugium a Deo illi conceſſum non denegemus, juxta indulgentiam dicentis Apoſtoli* (a) *; Melius eſt nubere, quam uri.* Hactenus Acta Synodi Aquiſgranenſis.

(a) 1. Cor. 7.

XXVIII. Pæter hæc autem, ad corroborandam Lotharii Regis cauſam, eſt novum excogitatum commentum ab uno Epiſcoporum, qui eidem Synodo interfuit, Adventio nomine, qui oblato libello longam texuit fabulam, qua probare conatus eſt, Waldradam pellicem Lotharii, ei conjunctam matrimonio jam a tenera ætate ab ejus patre Lothario Auguſto, Teutpergam vero poſtea ipſi invito Regi minis fuiſſe conjunctam. Ac proinde non ipſam, ſed Waldradam legitimam eſſe dicendam conjugem ipſius Regis. Extat ipſe libellus Adventii junctus dictæ Synodo Aquiſgranenſi in eodem codice Trevirenſi, ex quo deſcribens idem Brouerius, prætermiſſo longiſſimo exordio de Regum, atque ſacerdotum auctoritate, iſta dumtaxat, quæ ad rem, de qua agitur, ſpectare putavit, inde exſcripſit. Quæ ſic ſe habent:

XXIX. Narratio Adventii Epiſcopi. *Auguſtus divæ recordationis Hlotharius per electionem populi Regni Romanorum creatus eſt Imperator, arcemque Regni Francorum regens, inter reliquias geſtorum ſuorum deliberationis filio ſuo domino Hlothario virginem nobilem, nomine Vvaldradam, ſub nomine divinæ Fidei tradidit, ut eam in Dei Fide, & ſua, futuro tempore cuſtodiret, & obtineret. Et ut hæc copula juſta eſſe pateſceret, in prætitulatione dotis, centum manſos glorioſiſſimo puerulo tradidit: qui necdum ſuæ libertatis erat, licet futurus hæres patris: ſed ſub tutoribus, & actoribus manebat, ſicuti de talibus loquitur Apoſtolus, dicens* (b): *Quanto tempore heres parvulus eſt, nihil differt a ſervo, cum ſit Dominus omnium, ſed ſub tutoribus, & actoribus eſt, uſque ad præfinitum tempus a patre. Verum quamdiu prædictus Imperator Regni Francorum ſublimitatem obtinuit, præfatus puerulus datæ ſibi puellæ paterno munere inhæſit; quod non in angulo patratum fuit, quia veritas non habet angulos, ſed in publico pontificum, & optimatum ſpectaculo, ſicut pædagogi ejus teſtantur, etiam & avunculus ejus Leutfridus. Domino Imperatore Hlothario migrante, in ipſis diebus paterni luctus,* * *Hucbertus Acefala cum ſuis complicibus, ſororem ſuam, nomine Teutpergam domino Regi Hlothario clariſſimo adoleſcentulo adduxit, & fraudulenter eam ſibi ſociavit, minans Regis eſſe periculum de ſtatu Regni ſui, ſi ſuis non faveret hortamentis. Acquievit Rex, licet nolens, ſicut ipſe teſtatus eſt.*

(b) Gal. 4.

* Hubertus Acephale

*Fama peſſimæ turpitudinis Theutpergam ſequitur, & de inceſtuoſo concubitu fratris ſui Hucberti rea acclamatur, affertur ſchedula confeſſionis, ubi ſponte confeſſa legitur, judicio Conſulum damnatur, miſericordia præſulum ſalvatur, fugam capeſſit. Hujus facti notitiam, per illuſtres viros piiſſimus Rex Dominus Hlotharius Romam mittit, & cauſas rei pandere ſtatuit. Beatiſſimus Papa Nicolaus ratione comperta delicioſos Miſſos Rodoaldum ſcilicet Portuenſem, Joannem* * *Ficulenſem in Franciam mittit, & in urbe Metica, generale Concilium celebrare decernit. Ubi præſentiam ſuam glorioſiſſimus Rex Hlotharius, cum univerſo* XXX.

*al. Ficodenſem.

PAGIUS cauſa convocatum. *Lotharius* libellum Proclamationis Epiſcopis obtulit, licentiamque alterius ineundi conjugii rogavit, quoniam *Teutbergam* in conjugali thoro retinere non poſſet. *Theutgaudus* Archiepiſcopus Aulicus Regem deguſtatas cum Waldrada concubina voluptates lacrymis, vigiliis, macerationibus, eleemoſynis eluiſſe mentitus eſt. Ab Apoſtolica Traditione & ab Evangelica doctrina immaniter aberrarunt Epiſcopi illi, ideoque Nicolaus Papa Adoni Viennenſi ipſum de Lotharii & Teutbergæ cauſa conſulenti, Epiſtola LIX. recte reſpondit: *Requiritis, ſi dimiſſa uxore, quam legitime ſponſatam quis duxerit, quia nomen malum poſtmodum ei impoſuit, abſque decreto generalis Synodi, liceat ei aut aliam accipere contra auctoritatem Evangelicam, aut illa ſuperſtite, pro uxore concubinam habere. Quibus nos Apoſtolicæ auctoritate fulti, ſecundum Evangelicam ſanctionem omnino reſiſtimus, & nec aliæ uxoris copulam eis qui talia agunt, dimiſſa ſuperſtite habere concedimus, neque concubinam habendi licentiam tribuimus.*

VI. *De hoc divortio Hincmarus librum ſcripſit.* Inter priores duas Synodos Aquiſgranenſes & tertiam, ideſt, inter annum DCCCLX. & DCCCLXII. *Hincmarus* Archiepiſcopus Remenſis ab Epiſcopis Regni *Lotharii* conſultus, illarumque Synodorum acceptis Actis, librum ſcripſit *de Divortio Lotharii & Teutbergæ Reginæ*. Conſtat is reſponſionibus viginti tribus ad totidem Interrogationes. Interrogatio I. erat de occulto flagitio uxoris *Lotharii* & de libello



*ſo primatum ſuorum, nobiliumque conſiliorum comitatu oſtendens, in ſancta Synodo reſedit, ibi cauſas ſuæ actionis in conſpectu Legatorum Romanæ Sedis expoſuit, quomodo in Fide Dei genitor ſuus excellentiſſimæ memoriæ dominus Hlotharius perpetuus Auguſtus, & virginem prænobilem manu propria tradiderit, & reliqua, quæ ſupra enumeravimus. Quod vero Theutperga reatus ſui culpam publice confeſſa fuerit, in prædicto Concilio, quod Metis civitate patratum eſt, ſenatores univerſi Regni Francorum perficere ſe acclamaverint. In quibus prudentia tam temporalis, quam ſpiritalis, refulget, quorum patres, proavi, & atavi Romanorum conſilii maturitate rexerunt Imperium, quorum ſtirpem, tempore Auguſtorum domini Hludovici Imperatoris, & magnificentiſſimi Hlotharii ſemper titulo Conſulatus exornatam intuitus ſum. Horum ſpecialem conſilii prærogativam nequaquam abiiciendam univerſitas populi acclamavit: quippe cum nec criminum eis damnoſitas obiiciebatur, ſed probitatum ingenuitas laudibus efferebatur. Quapropter quia paſſim plurimi varie de his opinantur, & multiplicia definitionum genera ponunt, quo affectu ſuper his tractaverim, ac ſenſerim, reverentiæ fidelium elucidari curabo. Quando Imperator piiſſimus filio ſuo æquivoco, puellam nobilitate carnis inſignitam dedit, nondum eram Epiſcopali onere prægravatus, nec his interfui actibus. Theutperga cum introducta fuit, & ſecundum coniugium patratum eſt, niſi auditu penitus ignoravi. His rebus ita excurſis, expetitus a Clero, & electus a plebe, Epiſcopus canonice conſecratus in his factis taliter ſenſi: Chriſtianiſſimus Imperator in Fide Chriſti, & ſua, virginem filio dedit. Fides Dei ſcortum non donat, ſed repudiat, dicens* (a): *Non mœchaberis. Et Pſalmiſta* (b: *Perdes omnes, qui fornicantur abs te. Paulus, qui Fide Dei præcinctus erat, clamat, hoc* (c) *inquiens: Scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hereditatem in Regno Chriſti, & Dei, qui portans ſtigma JESU in corpore ſuo, hoc eſt, vexillum Fidei, non fovet adulteros, ſed cuſpide ſacri faminis terebrat, dicens:* (d) *Neque adulteri Regnum Dei poſſidebunt. Dominus, qui fidelis eſt, & dat ſancta David fidelia & orthodoxo Imperatori Hlothario non abſtulit poteſtatem conjungendi filium ſuum cum quacumque puella decreviſſet, in Evangelio dicit:* (e) *Qui dimiſſa uxore, alteram duxerit, mœchatur. Unde oportet, ut hæc audientes, pio & devoto ſtudio paternos Canones audiant, ac ſervent, quia terminos Patrum numquam tranſgredi oportet. Nam ſacri Canones paterno munere mulierem datam culpa carere proclamant. Imperator, qui culturæ divinæ deditus erat, fornicationis deteſtabili facinore filium uti non permiſit Hlotharium Regem, cujus profeſſio, & omnium ſenatorum talis extitit, de copula Vvaldradæ, quod eam genitor in Fide Dei ſibi dederat.*

(a) Exod. 20.
(b) Pſ. 72.
(c) Epheſ. 5.
(d) 1. Cor. 6.
(e) Matt. 19.

XXXI. *De Teutperga vero, quod ſceleris ſui malum de horrendo* * *impudendi fratris amplexu confeſſa, & comprobata fuerit, ſimiliter omnino proteſtati ſunt, quæ non pavidis a nobis minis territa eſt, nec amœnis confota blanditiis. Ipſe autem ſecundum Apoſtolum faciens, ubi dicit:* (f) *Si fieri poteſt, cum omnibus hominibus pacem habete, & Conſulum nobilium voces audiens, ſicut ſupra per ſuccedentia tempora exemplis annotavimus, quod audita & approbata ſunt ſenatorum conſilia, in omnibus ſubſcriptionibus, & definitionibus noſtris hoc modo cenſuimus, ut ſi Teutperga confeſſa prædictum fuiſſet reatum, regia ſocietate indignam eſſe cenſui. Et ſi Vualdrada in Fide Dei munere patris juncta eſſet Regi, Fidem Dei non auſus fui blaſphemare, ne forte perfoderet me Scriptura verbi jaculo, dicens* (g): *Blaſphemos ne patiaris vivere. Apoſtolus* (h) *licentiam dat, ut unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.* Hucuſque libellus Adventii, unius ex illis, qui poſtea comperta fraude, meruere a Nicolao Romano Pontifice excommunicari, verum non ut alii, nempe Colonienſis, & Trevirenſis, obſtinatione obduruit, ſed peccati pœnitens, ſeipſum accuſans, & veniam petens, obtinuit illam ab eodem Nicolao Pontifice, ut ſuo loco dicemus. Porro Guntharium Colonienſem Archiepiſcopum atque Archicapellanum pariter ejuſdem Regis deceptum

*f impudici.
(f) Rom. 12.
(g) Levit. 24.
(h) Rom. 14.

PAGIUS lo Capitum octo Conventus Aquiſgranenſis, in quo per ſecretam confeſſionem, dimiſſionem a Regio thoro & conjugio *Teutbergæ* poſtulaſſe dicebatur. Reſpondit *Hincmarus*, multiſque probavit, de his, quæ nos latent, judicare nos non poſſe, & quæ ſecreta confeſſione ſciuntur, ſecreto ſananda eſſe conſilio. Regi confeſſam ſecundum leges a laicis judicandam fuiſſe, & ſi poſtea ad Epiſcopale judicium veniſſet, ſecundum leges Eccleſiaſticas medicinalem ſubire debuiſſe ſententiam. Alias interrogationes & ad eas reſponſa accurate exhibet Natalis Alexander part. II. ſæculi IX. & X. Diſſert. IX. Poſtea Hincmarus *ſeptem quæſtiones* ad ſe tranſmiſſus & ejuſdem cauſæ judicium ſpectantes breviter ac dilucide ſolvit, ut ibidem apud Natalem Alexandrum videre eſt. Annaliſta Bertinianus de Lothario & Waldrada ejus concubina ſcribit: *Cæco amore illectus, faventibus ſibi Luitfrido avunculo ſuo, & Vultario, qui vel ob hoc maxime illi erant familiares, quod nefas eſt dictu, quibuſdam etiam regni ſui Epiſcopis conſentientibus,* co-

ptum ab ipſo Lothario fuiſſe promiſſione illa, quod ſi diſſolveret connubium cum Teutperga, fore ut ejus neptem acciperet in uxorem, vana hac ſpe elatum in ſuam ſententiam adduxiſſe Theutgaudum Archiepiſcopum Trevirenſem, teſtatur Regino, eamdem breviter proſecutus hiſtoriam.

XXXII. Sed his auditis, quæ in approbationem coniugii falſo aſſerti Waldradæ, quæve in rejectionem legitimi coniugii Theutpergæ ad Legatos Metim ad Synodum miſſos Nicolaus Papa ſcripſerit, ſuo loco dicetur. Jam enim in ſui defenſionem Lotharius Rex, de his omnibus, quæ audiſti ex Adventii libello, Nicolaum Pontificem per commonitorium certiorem reddendum curavit.

His autem, & aliis novis motibus contigit exagitari Gallias, quibus non ipſos tantum Francorum Reges nonnihil oportuit commoveri, ſed etiam ipſum Nicolaum Romanum Pontificem; quem alii ut primarium Chriſtiani orbis judicem, interpellarunt; alii autem ad veniam impetrandam, pulſantes fores Eccleſiæ, adivere. In primis autem querelæ multorum adverſus Lotharium Regem, Caroli Calvi nepotem, Romam ad Nicolaum Pontificem perlatæ ſunt, quod nulla habita ratione divini, vel humani, juris, contemptis etiam ſancitis nuper inter ipſos Francorum Reges de ſervanda concordia legibus, idem Lotharius in ſuo Regno nefarios homines diverſorum criminum reos reciperet contra litteras Pontificias, cum iidem jam denuntiati eſſent ab Eccleſia alieni. Ad hæc autem emendanda primum omnium evigilavit ſtudium ejuſdem Romani Pontificis Nicolai, cujus videretur eſſe læſa nonnihil auctoritas, cum contra ejus mandata litteris Apoſtolicis ſignificata, idem Lotharius deliquiſſet; ſicque datis denuo litteris, juſſit in Galliis haberi conventum, ad quem ipſi una ſimul Francorum Reges convenirent cum ſuis Epiſcopis. Cum igitur ea de re allatæ

Concilium ad Sablonarias.

ſunt Sedis Apoſtolicæ litteræ, ab iiſdem Regibus conventus indictus eſt in Gallia celebrandus, in villa Sablonarias dicta, tertio Nonas Novembris, ad quam convenerunt tres Francorum Reges Ludovicus & Carolus fratres, & Lotharius nepos, ſimulque conſiliarii Epiſcopi, Abbates, & ex laicis Comites, & alii viri clariſſimi, numero fere ducenti. Quæ autem ibidem fuerint pertractata, hic in primis ſummatim ſunt referenda.

XXXIII. Acciderat enim, ut cum nobiliſſima natalibus femina, nomine Engeltrudis, ſed moribus ignominioſiſſima, nulla ſuæ famæ habita ratione, atque animæ contempta ſalute, dimiſſis penitus honeſtatis habenis, ſe totam effrenato animo furenti, cæcæque libidini tradidiſſet: ejus impetu, eo prolapſa infelix eſt, ut nullo parentis inter Francos primarii habito reſpectu, (hic erat Mattefridus Comes) contemptoque Boſone Comite, cui juncta erat vinculis conjugalibus, œſtro impudentiæ percita, & furore agitata infamis concupiſcentiæ, recedens a viro ſuo, alienis inhæreret, hinc inde per Gallias, tamquam ſcenica aliqua, & perditiſſima moribus, vulgaris femina errabunda vagans, jam (quod dici nefas) ſeptennium in ejuſmodi infamiſſimo vitæ genere perſeverans, inſumpſiſſet. Cum non defuerit omne ſtudium viri ſui ad revocandam eam ad meliorem frugem, pollicitus etiam veniam, ſi reſipiſceret; ſed & vitæ ſpopondit ſecuritatem, ſi ad jugalem thorum, quem fœdaverat, pœnitens redire vellet. Verum oblita illa penitus ſuæ ſalutis, & honeſtatis, virum contemnens in Regno Lotharii Regis, accepta ab eo ibi manendi licentia, in eadem ſemel male cœpta obſcena vita perſeveravit. Cum interea idem vir ejus Boſo Comes, ne quid intentatum omitteret, quo uxoris ſaluti, & honeſtati conſuleret, Romam ſe contulit ad Nicolaum Romanum Pontificem, Apoſtolicam omnibus reverendam interpellans auctoritatem, & querelas ingeſſit adverſus Lotharium Regem, quod ſuam conjugem in viri contemptum in ſuo Regno conceſſerit habitare: effecitque, ut idem Pontifex excommunicationis litteras in eam ad Francorum Epiſcopos daret, ſi in peccato obſtinata perſiſtens, reverti ad virum paratum eam recipere, recuſaret. Alias rurſum idem dedit Apoſtolicas litteras ad Francorum Reges, qui-



PAGIUS

*coronat, & quaſi in conjugem & Reginam ſibi, amicis dolentibus atque contradicentibus copulat.*

VII. *Tres Franciæ Reges inter ſe diſcordes.*

A num. XXXII. ad LX. *Carolus Calvus* a Lotharii nepotis colloquio abſtinebat triplicem ob cauſam, ob *Engeltrudis* adulterium, *Judith* raptum, & *Teutbergæ* repudium, ut videre eſt apud Baronium, & ex parte apud Annaliſtam Bertinianum, qui hoc anno ſcribit: *Carolus per Remis civitatem Sueſſionis venit, ubi non incerto nuncio comperit, quia filia ejus Judith, relicta ſcilicet Edelvoldi Regis Anglorum (quæ poſſeſſionibus venditis, quas in Anglorum regno obtinuerat, ad patrem rediit, & in Silvanectis civitate debito Reginæ honore ſub tuitione paterna & Regia atque Epiſcopali cuſtodia ſervabatur, donec ſi ſe continere non poſſet, ſecundum Apoſtolum, ſcilicet competenter ac legaliter, nuberet) Balduinum Comitem,* (nempe Flandriæ) *ipſo lenocinante, & fratre ſuo Ludoico conſentiente mutato habitu eſt ſecuta. Sed & quia Ludoicus filius ejus a præfatis Guntfrido & Gozfrido* (de quibus locuti ſumus anno ſuperiori) *ſo-*



bus eoſdem commoneret, ut apud Lotharium agerent, ne detineret, ſed procul a Regno ſuo ejuſmodi nobile ſcortum abiiceret; quo ſic illa repulſa, rejecta ab omnibus, cogeretur redire, unde male egreſſa fuerat, domum viri. Scripſit & ad Lotharium ipſum idem Pontifex Nicolaus, monens, & terrens cenſuris Eccleſiæ, niſi in omnibus Apoſtolicæ Sedis mandatis obſequens eſſet. Scripſit de his & ad Carolum Regem hanc nunc primum editam ex ſcripto codice Pariſiis miſſam a Fabro epiſtolam:

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Carolo glorioſo Regi, ſpiritali filio noſtro.*

XXXIV. *Veſtram regiam dignitatem condecet, de pietatis fonte juſtitiæ diſcreptionem haurire. Nemo itaque juſtius operari debet, quam cui commiſſa videtur legum ordinabilitas. Ecce etenim Reges Regibus * ſuadere ſolent. Sed convenit, ut in his, quæ ratio docet juſtitiæ, invicem alternent: quæ * autem improbitas, vicaria vice ſe ſubtrahere non ceſſent. Unde veſtram exhortamur regiam magnitudinem, uti corrigatis Hlotharium Regem nepotem veſtrum, ne tantum piaculum permittat manere in Regno ſuo: hoc eſt, non conſentiat fugitivam uxorem Boſonis Comitis tam diu remanere, ut non reddatur viro ſuo, remiſſa quidem negligentia, quam ei fecit. Cæterum vos etiam monere volumus, ut ſi in veſtro Regno contigerit devenire, ſimiliter peragatis. Quoniam juſſimus omnibus Archiepiſcopis, ſeu Epiſcopis Regni veſtri, ut eam, indulta ſibi culpa, ſi noluerit reverti ad ſupradictum virum ſuum, excommunicent a corpore, & ſanguine Domini noſtri JESU Chriſti, & ſocietate omnium Fidelium: quoniam condecet, ut in Regno veſtro tantum malum non oriatur, & ſi ortum fuerit, citius extinguatur. Adeo ut omnes conſentientes malo ipſius ſupradicta excommunicatione * nodamus. Optamus excellentiam veſtram in Chriſto bene valere.* Scripſit eodem argumento alias plures, quæ deſiderantur epiſtolæ.

* favere

* locus ſubobſcurus

* nectamus



XXXV. Judith vidua rapta.

His acceſſit, quod Balduinus quidam nobilis, vaſſallus tamen Caroli Calvi, ejus filiam viduam, Judith nomine, rapuit, ut eam in uxorem haberet; qui & in Lotharii Regno pariter ſecurus degebat.

His igitur de cauſis, donec corrigerentur errata, ipſe Carolus ſe ab ejus amicitia ſegregavit. Sciens autem hæc Ludovicus Rex, ut eos conciliaret ſimul, admodum laboravit: cujus rei gratia, iſtum, quem diximus, conventum cogi curavit, in quo promittente Lothario ſe ſecundum divinas leges ex Caroli ſententia cuncta eſſe impleturum, pax eſt feliciter conſequuta. Extant harum omnium rerum geſtarum Acta, quæ ex vetere ſcripto codice hic depromimus. In quibus iſta in primis ſummatim deſcripta leguntur (a), quæ in eodem ſunt geſta conventu.

*(a) Cod. Ant. Aug. ex cod. Mar. Ant. Muret. deſcript. pag. 56.*

XXXVI. *Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſexageſimo ſecundo, quando Ludovicus Carolo mandavit, ut cum eo ſimul & Lotharium reciperet, & ad oſculum, atque colloquium; miſit Carolus per eum & per Alefridum, atque per Salomonem, & per Adventium, & per Ottonem Epiſcopos Lothario hæc, quæ ſequuntur, capitula, dicens: quia pro his cauſis ei non auderet communicare, niſi ita perficeretur, ſicut ibidem ſcriptum eſt. Renuntiantibus autem ex parte Lotharii, Ludovico, & præfatis Epiſcopis, Carolo, & Hincmaro, itemque Hincmaro, & Odoni, atque Chriſtiano Epiſcopis, quod ita velle ſe, & ſe facturum eſſe profeſſus fuerat Lotharius; ſub hac convenientia receperunt eum ad oſculum, atque colloquium Carolus, & Epiſcopi, qui cum eo fuerunt.* Hæc ſumma rerum. Sed audi primum ſcriptam a Carolo ad Ludovicum fratrem denuntiationem, ſeu adverſus Lotharium conteſtationem. Sic enim ſe habet:

XXXVII. *Poſteaquam proxime apud * Confluentem nos invicem mutua indulgentia, annuente Deo, communi fidelium noſtrorum conſilio reconciliavimus, & ſacramento de obſervanda inter nos pace, & de præ-*

* Confluentes



PAGIUS

*ſolicitatus, relictis fidelibus patris, cum paucis noctu aufugit, & transfuga ad ſe ſollicitantes pervenit. Unde Carolus Epiſcopos, & cæteros regni ſui Primores conſulens, poſt mundanæ legis judicium Canonicum in jam dictum Balduinum, & Judith, quæ cum fure cucurrit, & adulteri portionem ſe fecit, ſecundum edicta beati Gregorii, Ut ſi quis viduam in uxorem furatus fuerit, & conſentientes ei, anathema ſint, depromi ſententiam ab Epiſcopis petiit.*

VIII. *Inter ſe reconciliantur.*

Paulo poſt idem Annaliſta habet: *Ludoicus Rex Germaniæ, directis Miſſis blandiloquis ad fratrem ſuum Carolum, obviam ſibi in territorium Tullenſem venire petit. Et quia Carolus cum Lothario ante alloqui noluit, quam fratri ſuo cauſas diceret, quæ ei in Lothario diſplicebant, non mediocri querela inde ſermonibus eſt conflictum. Tandem Carolus cum Epiſcopis qui ſecum erant, Ludoico & Epiſcopis qui erant cum eo, ſcripto capitulatim oſtendit, pro quibus Lothario communicare nolebat, niſi profiteretur quod inde aut certam redderet rationem, aut ſecundum auctoritatem dignam oſtenderet emendationem. Poſtquam profeſſionem ſub hac convenientia Carolus & Epiſcopi, qui cum eo erant, in communionem Lotharium receperunt, & ſcriptas, ac Conſiliariis recitatas Adnunciationes, quas de illorum Conventu debuerunt populo nunciare, uſi concilio præcipue Ludoicus & Lotharius Chiunradi ſui Conſiliarii, Caroli autem avunculi, qui ſu-*

ſtando in alterutrum adiutorio nos confirmavimus, & capitula a communibus fidelibus noſtris dictata, & nobis relecta nos obſervaturos promiſimus: & publice communibus fidelibus noſtris annuntiavimus: vobis, unice & chariſſime frater reputare non volo, ut illa, quæ invicem nobis promiſimus, hactenus erga me obſervata non habeam. Quod ſi quis fuerit paratus inde nobis certam reddere rationem, & dignam facere ſatisfactionem, qualiter autem ea, quæ mihi promiſit, erga me ille obſervata habeat, non ſolum ego, ſed & plures alii ſciunt. Sed & ſicut nobis tunc ibi convenit, ut tempore ſtatuto ad locum condictum cum primoribus Regnorum noſtrorum conveniremus, ut ibi quæque in Regnis noſtris emendatione digna & neceſſaria erant, & in ſancta Dei Eccleſia, & in noſtro, ac populi ſalvamento tractaremus. Et nos erga fideles noſtros, & fideles noſtri erga nos emendaremus, & obſervanda de cætero ſtatueremus, & ſemel, & ſecundo ad hæc exequenda paratus fui, & ad hoc etiam nunc conveni, ſicut ſæpe mihi per communes fideles noſtros mandaſtis. Pro quibus autem cauſis, cum præfato nepote noſtro antea colloqui non volui, quam vobiſcum inde accipere conſilium: quædam volo hic deſignare, quædam vero poſtea congruo loco, & in convenienti modo innoteſcere.

XXXVIII. Quando altera vice pro iis, quæ dixi, tractantes ad Tuſſiacum veni, apportavit mihi & Epiſcopis Regni noſtri Boſo ex parte domni Apoſtolici epiſtolas quaſdam nepoti noſtro, & Epiſcopis Regni ſui mittendas, quas illi ſecundum mandatum domini Papæ tranſmiſimus: quaſdam autem nobis legendas, & obſervandas, quarum & hic textum habemus. In quibus invenimus nos increpatos, cur fornicarios in Regno noſtro immorari permitteremus. Et non ſolum ipſam feminam, ſed omnes faventes facinori ejus corpore, & ſanguine Chriſti excommunicatos, uſque dum ipſa mulier ad virum ſuum rediret. Et ſcimus, ſicut ſanctus dicit Gregorius, quoniam qui reſecanda ſi poteſt, non corrigit, ipſe illa committit. Hos autem audivimus prædictam feminam in Regno nepotis noſtri commorari. Et hanc ſententiam poſtea non audivimus immutatam. Et qui gravamur noſtris, timemus alienis etiam communicare peccatis, communicando excommunicatis. Filiam noſtram Judith viduam ſecundum leges divinas, & mundanas ſub tuitione Eccleſiaſtica, & regionum de Burge conſtitutam Balduinus ſibi furatus eſt in uxorem: quem poſt legale judicium Epiſcopi Regni noſtri excommunicaverunt ſecundum ſacros Canones, & definitionem ſancti Gregorii Papæ, qui dicit: Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, ipſe & conſentientes ei anathema ſint. Quæ & verbis & litteris nos, & Epiſcopi Regni noſtri nepoti noſtro Lothario innotuimus; nos etiam ſicut ſcitis, conſilio, & conceſſu fidelium noſtrorum communiter confirmavimus, ut nemo noſtrum hujuſmodi hominem in Regno ſuo recipiat, neque immorari permittat, ſed ad rectam rationem reddendam, & ad pœnitentiam agendam, ſicut ſtatutum eſt, illum redire cogat. Qualiter autem nepos noſter Lotharius, non ſolum erga nos & conſanguinitatem, verum etiam contra Deum, & ſacram auctoritatem, & communem Chriſtianitatem inde egerit, ſpero, quia vos non latet, quod eſt plurimis cognitum, & ſanctus Paulus, per quem locutus eſt Chriſtus, dicit: (a) (a) Rom. 1. Non ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte.

Nota eſt vobis cauſa de uxore nepotis noſtri Lotharii: unde a nobis, & ab Epiſcopis Regni noſtri, & ab aliis Epiſcopis, præſentibus nobis quæſivit conſilium, & audivit, ſed ſecundum illud conſilium exinde non fecit. Scimus etiam quia ad domnum Apoſtolicum pro hoc tranſmiſit, & ab illo exinde epiſtolas recepit. Negare quoque non volumus, nos ſcire, quod domnus Apoſtolicus, & illi, & quibuſdam Epiſcopis exinde mandavit. Et ſcimus quod negare non poſſumus ne- XXXIX.

PAGIUS ſuperciliosa, ſed frivola, & nec ſibi adeo nec pluribus proficua more ſueta ſcientia nitebatur, ne innoteſcerentur populo cauſa, quas Carolus Lothario reputabat, penitus rejecerunt. Verum Carolus contra eorum vota omnibus pleniter notum facit, quia pro uxore contra Evangelicam & Apoſtolicam auctoritatem relicta altera ducta eſt; & quia uxoris Boſonis (Engeltrudi nempe) & Balduino, qui filiam ejus furatus fuerat in uxorem (nempe Juditham excommunicatis communicaverunt, Lothario ante prædictam profeſſionem communicare nolebat.

IX. Tres itaque Francorum Reges & Epiſcopi in villa ad Sablonarias dicta hoc anno Conventum egere, ibique pax inter tres illos Reges conſtituta, uti narrat Baronius ex Tit. XXXV. Capitularium Caroli Calvi, cujus inſcriptio eſt; quando Hlotharius ad oſculum receptus eſt, ubi poſt recitata decem Capitula ibidem condita, ſequuntur Adnunciationes quas ore, Reges apud Sablonarias adnunciare debuerunt; & in fine Adnunciatio Caroli dicitur adnunciata apud Sablonarias anno Incarnationis Dominica DCCCLXII. indictione XI. III. Nonas Novembris, ubi Indictio illa XI. a menſe Septembri hujus anni repetitur, quamvis in pleriſque Caroli Calvi Diplomatis Indictio cum anno Incarnationis Chriſtique Natali inchoetur; adeo verum eſt quod ſupra aſſeruimus, Indictionum per hæc tempora, certum non fuiſſe in Galliis initium, ſed eas modo a Nativitate Chriſti, modo a Kalendis Septemb. initium ſumſiſſe. Ea reconciliatio in villa ad Sablonarias facta.

Idem



neque volumus, quoniam non debemus, quia domni Apoſtolici * commendatio ab Evangelica veritate, & ab Apoſtolica atque canonica auctoritate in nullo diſcordat, & ſecundum mandatum illius de hoc facto executum non audivimus, nec videmus. Illa etiam ſancta, & prima in toto orbe terrarum Sedes per divinum Paulum, cœleſtem ſcilicet tubam qui ad tertium cœlum, & ad paradiſum raptus, hoc quod ab ipſo Domino didicit nobis & omnibus Chriſtianis ſemper in omni mundo clamat (a): Cum hujuſmodi nec cibum ſumere: & per beatum Joannem Apoſtolum, qui de æterno, & vivo Chriſti pectoris fonte in cœna, quando ſacramenta Redemptionis noſtræ ſunt celebrata & tradita, ſuper eo recumbens, hauſit, quod redemptis omnibus propinavit, manifeſtiſſime eadem Sedes Apoſtolica interdicit, hujuſmodi hominem non debere quemquam in domum ſuam recipere (b), nec Ave ei dicere: quia qui dixerit ei, Ave, communicat operibus ejus malignis. Et per beatum Gregorium Papam in homiliis Ezechielis dicit: quia ſicut ille, qui Fide a Deo recedit, apoſtata eſt; ita ille qui a Deo recedit opere, ſine dubio apoſtata eſt, quoniam ſicut dicit Apoſtolus (c): Fides ſine operibus mortua eſt. Et item ſicut alius dicit Apoſtolus (d): Sunt qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et ipſe Dominus dicit de ſemel; de ſecundo, de tertio legaliter commonito, & non correcto, ſit (e) vobis ſicut Gentilis, & publicis criminibus implicatus: cum quo & Apoſtolica & canonica auctoritas, nec cibum ſumere (ut præmiſimus) nobis concedit. Propterea unice & chariſſime frater, a nobiſmetipſis accipite, & mihi conſilium date & ipſi nepoti noſtro viæ ſalutis & honoris date conſilium & præſtate auxilium, quia & ego hoc quantum mihi Dominus ſcire & poſſe donaverit, ſum paratus ſimul vobiſcum agere, ſi voluerit, ipſe recipere.

* condemnatio.
(a) 1. Cor. 5.
(b) 2. Joan.
(c) Jac. 2.
(d) Tit. 1.
(e) Matt. 18.

XL. Quod autem conſilium ego cum Epiſcopis, & cæteris fidelibus noſtris ſolicitus, & pro natura communi, veſtra ſcilicet & mea, ſed & pro ipſius nepotis ſalute, honore, & pro communi fidelium noſtrorum indemnitate, & ſalvatione nunc proxime & in Synodo, & in placito noſtro accepi vobiſcum nullum bonum negare, ſed omne bonum meum paratus ſum participare: dico ſi placet, & ſi ita vobis bene viſum fuerit, accipiamus illum communiter; & ſi melius vobis per rationem & auctoritatem divinam & humanam noſtræ ſalvationi, & Chriſtianitati congruentem oſtenderitis: paratus ſum illud cum omni devotione accipere, & vobiſcum, Deo cooperante, & communi fidelium noſtrorum conſilio, & auxilio adminiculante, libentiſſime ſequi, & exequi: quia ſcriptum eſt: (dicente bono Rege (f), qui tamen deliquit ut homo, recognovit ſe ut felix) Ex voluntate mea confitebor illi. Profiteatur idem nepos noſter coram nobis, & coram Epiſcopis qui nobiſcum fuerint, & remandet nobis per vos, & per illos, quia vult ſecundum domni Apoſtolici & Epiſcopale, immo divinum conſilium ad placitum convenire cum Epiſcopis & fidelibus atque amicis Dei & noſtris ac ſuis, quoniam hæc cauſa generalis eſt omnibus Chriſtianis, & aut cauſam oſtendere, quia ſecundum legem divinam & humanam Chriſtianis congruam, hoc factum de uxore ſua habeat executum; aut ſecundum Dei conſilium, & legem Chriſtiano Regi convenientem hoc, & illa duo, quæ præmiſimus, emendare velit, & debeat: & paratus ſum cum tali charitate & honorabilitate illum recipere, ſicut Chriſtianus Rex Chriſtianum Regem, & ſicut diligens patruus dilectum nepotem debet recipere, & in illius amicitia, ad illius ſal-

(f) Pſalm. 27.



PAGIUS X. Synodus Piſtenſis. Idem Annaliſta Bertinianus Synodi Piſtenſis hoc anno habitæ, & a Baronio prætermiſſæ mentionem his verbis facit: Carolus omnes Primores Regni ſui ad locum, qui Piſtis dicitur, ubi ex una parte Andellæ, & ex altera Andura Sequanam influunt, circa Junii Kalendas cum multis operariis & carris convenire facit, & Sequana munitiones conſtruens, aſcendendi vel deſcendendi navibus propter Nortmannos aditum intercludit, &c. Ipſe ad Piſtis, quo Placitum ſimul & Synodum ante condixerat, redit, & inter operandum de Sancta Eccleſia ac regni negotiis cum fidelibus ſuis tractat. Ubi Rothadus Sueſſorum Epiſcopus, homo ſingularis amentiæ in Synodo provinciali regulariter Epiſcoporum communione privatus, cum ſua ſe contumacia quatuor provinciarum Concilio præſentavit. Quem fraternus Conventus, ne deponeretur penitus, ſub appellatione Sedis Apoſtolicæ ſervare diſpoſuit. Sed iiſdem poſt ejus Concilii judicium inde appellaverat, &c. Annaliſta Bertinianus, ſicut Prudentio Tricaſſino, ita & Rothado Sueſſionenſi, iniquior eſt, uti de Prudentio jam oſtendimus, & anno ſequenti de Rothado exponemus, quia Baronius de eo itidem agere incipit.

XI. Valde numeroſa fuit. In Synodo Piſtenſi Capitula V. condita, quæ referuntur in Capitularibus Caroli Calvi Tit. XXXIV. & in Præfatione dicitur Carolum Regem, Epiſcopos, Abbates & Comites conveniſſe ex diverſis provinciis ſuper fluvium Sequanam, in locum qui Piſtis dicitur, ubi aliquandiu Sedes fuit Normannorum, anno Incarnat. Dominica DCCCLXII. anno vero XXIII. regni Caroli Regis, indictione X. Synodus itaque poſt diem XX. menſis Junii, quo annus XXIII. Caroli Calvi auſpicatur, congregata, quæ Regis appellatur in Privilegio de libertate Sancti Dionyſii, recitato Tom. VIII. Concil. pag. 755. quia Rex aderat, & univerſalis, quia ex quatuor Provinciis convenerant Epiſcopi, qui Privilegio eidem ſubſcribunt, numero amplius triginta.

*ſalvationem & honorem ſi ita fecerit, permanere.*

XLI. *Et conſtituatur tempus congruum, & locus opportunus, quando ſimul pacifice conveniamus, & hanc cauſam ſicut de nobis ipſis* (a) Geneſ. 2. *(quia ſicut dicit (a) Scriptura os noſtrum & caro noſtra eſt) ad communem noſtram & fidelium noſtrorum ſalvationem & honorem definimus; ne qui fidelibus noſtris, & omnibus Chriſtianis in bono exemplar eſſe debemus, perditionis exemplum demus; & qui omnium malorum correctores eſſe debemus, caput malorum, quod abſit, fiamus. Sed & ea quæ ut prædiximus, ad confluentes promiſimus nos tractaturos, & obſervanda conſtituturos, tractemus, & ſtatuamus. Et qui undique propter peccata noſtra, & malum diſcordiæ, quod in Regnis noſtris manet percutimur, placato Deo, miſericordiæ illius ſolatium conſequi mereamur. Et non ſit nepoti noſtro hoc agere* (b) Prov. 25. *in mente ſua durum, quia ſcriptum eſt (b): Qui mentis eſt duræ corruet in malum. Sed timeat Deum, & compeſcat iſtud ſcandalum, quod tam grande in iſta Chriſtianitate ſine ulla neceſſitate eſt generatum & propagatum, cum per rationem, & auctoritatem potuiſſet ad debitum effectum perduci, quod multis hominibus videtur ſine plena ratione & auctoritate debita* (c) Prov. 28. *executum. Et quia ſcriptum eſt (c): Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus.* (d) Prov. 8. *Et Dominus dicit (d): Diligentes me diligo: pro amore & timore Dei honoret ſe & ſuam Chriſtianitatem & ſuum nomen regium, & exuat ſe, & nos omnes ab iſta calumnia quæ illum ſequitur, & per illum, & propter illum nos propinquos illius: & honoret inde Deum, ſciens* (e) 1. Reg. 2. *Dominum dicere (e): Honorantes me honorificabo, & qui contemnunt me, erunt ignobiles. Et ſi noluerit, faciat quod judicaverit faciendum.*

XLII. *Ego in veſtra amicitia & debita fraternitate perſiſtere & omni debito obſequio illam promereri cupiens, qui non quæro quæ ſunt illius, ſed illum: ſi eum ſalubriter habere non poſſum: me a Deo pro illius amicitia tollere nolo; nec ad malum alicui auxilium præſtare volo; quia legimus in Scripturis, Dominum* (f) 2. Par. 19. *dixiſſe cuidam Regi (f): Impio præbes auxilium, & iis, qui oderunt me, amicitia jungeris; idcirco iram Domini merebaris quidem. Et ſic ut ibidem in reliquo ſcriptum eſt: Et idem legimus, quia de quacumque impietate quicumque* (g) Ezech. 3. *impius converſus (g) fuerit, & ex corde ſe converti velle dixerit: jam non inter impios computatur: ſed a piis pie recipi debet, & ſalubriter poteſt, dicen-* (h) Prov. 22. *te Scriptura: (h) Converte impios, & non erunt; non quia non erunt in eſſentia, ſed non erunt in impietatis culpa. Hæc autem dicimus, non ut nepotem noſtrum numero impiorum computari cupiamus, quem piorum numero ſociari, a Domino exoptamus.* Hucuſque Caroli denuntiatio, ſeu conteſtatio. In codice autem ſubiiciuntur de rebus geſtis in dicto conventu, denuntiationes trium Regum, Ludovici, Caroli atque Lotharii, de conſervanda inter ſe mutua pace atque concordia, beneque conſulendo rebus publicis, in omnibus juſtitiam miniſtrando: quæ brevitatis cauſa hic prætermittimus recitare. Ubi autem auditæ illæ in eo conventu fuere, ut evulgarentur, ſunt retentæ, ob illa, quæ in eis de Lotharii crimine ſcripta erant. In fine vero Actorum iſta leguntur, quibus tempus ejuſdem conventus ita conſignatum habetur:

XLIII. *Quoniam iſtas, quæ præcedunt denunciationes, Ludovicus & Lotharius cum illorum ſequacibus, poſtquam coram omnibus qui affuerunt, trium Regum conſiliariis fere ducentis, tam Epiſcopis, quam Abbatibus & laicis relectas penitus rejecerunt ne populo legerentur, ut cauſa Lotharii penitus taceretur: hanc quæ ſequitur, annuntiationem domnus Carolus iſtis ipſis verbis jam veſperi annuntiavit apud Sablonarias anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſexageſimoſecundo, Indictione undecima, tertio Nonas Novembris, ab ipſa caſa, ubi relictæ ſunt præcedentes annuntiationes, in quam pauci alii intraverunt, quam qui antea fuerunt; quoniam fere plena de ipſis erat: Sic: Cum ego verbis & ſcriptis per fratrem meum & per Epiſcopos nepotē meo mandavi, & illi de ſua parte mihi renuntiaverunt, ſic illi amicus eſſe, & illum ſalvare volo, ſicut avunculus rectum nepotem ſalvare debet; & ſicut ille nepos per rectum, avunculum ſuum ſalvare debet, me & meos ſalvaverit.* Hactenus Acta conventus ad Sablonarias.

Ita res verbis tranſacta, pollicente Lothario ſe præſtiturum, quod juſte fuerit judicatum. Qui tamen, ut eluderet Carolum, Romanum pontificem appellavit Nicolaum, interpellans ac rogans, ut Synodum in Galliis celebrandam indiceret, ad quam Legatos mitteret, qui una cum Epiſcopis cauſam ſuam cognoſcerent ac judicarent? fiduciam habens in Trevirenſi & Colonienſi Archiepiſcopis, quos jam in ſuas partes pertraxiſſet. Viſa eſt Lotharii petitio ſancta, ſed non æque ſancto propoſito, ut exitus declaravit, verum (quod diximus) ut ita eluderet Carolum Regem, paratum in eum ulciſci, poſtea vero ipſum etiam Nicolaum deciperet. Lotharius appellat Apoſt. ſedem, & petit mitti Legatos.

XLIV. Scripſerunt etiam tunc ad eundem Nicolaum Pontificem Epiſcopi Galliarum

ſub



ſub Regno ejuſdem Lotharii conſtituti, cum ea de cauſa profecti ſunt Romam Theutgaudus & Atto Epiſcopi. Epiſtola autem ſic habet, accepta ex ſæpe dicto codice Trevirenſi:

Epiſtola ab Epiſcopis Regni Lotharii, ad Nicolaum Pap. *Domino vere ſanctiſſimo ac beatiſſimo totiuſque ſanctæ matris Eccleſiæ pii Regis Chriſti ſanguine acquiſitæ Pontifici, & univerſali Papæ Nicolao, Archiepiſcopi, & Coepiſcopi in Regno domini ac glorioſiſſimi Regis Hlotharii conſiſtentes in Chriſto paſtorum principe, fidelia orationum vota ſummæque felicitatis, & pacis gaudium.*

XLV. *Apoſtolicis documentis, & Pontificalibus decretis multipliciter informamur, ut veſtri ſanctiſſimi Apoſtolatus apicem, Principis Apoſtolorum Fide, & nomine conſecratum, quoties ſancta Eccleſia aliqua novitate pulſatur, humiliter adeamus: ibique veri conſilii ſaluberrima inſtituta ſinceriter hauriamus, ubi mitis magiſter Chriſtus, & ſummum caput noſtrum fundamentum Eccleſiæ poſuit. Et quia omnipotens Deus noſtris jam periculoſis temporibus, miſericorditer nobis noſtræ auctoritatis jubar fauſtiſſimis divinæ ſapientiæ floribus, & ſanctiſſimis virtutum ſtudiis inſignitum prævidit, illum laudamus, qui præſtitit, ejuſque clementiam votis imploramus aſſiduis, ut talem, ac tantum patrem nobis incolumem cuſtodiat temporibus diuturnis. Quippe ſi temporum opportunitas arrideret, veſtræ ſanctitati multum deſideraremus noſtram unanimem exhibere præſentiam; ſed hoc ne fiat, maleſidis Dei fluctuoſa tempeſtas intercipit, ac multiplex rerum varietas impedire non ceſſat. Ille tamen (a) qui duobus mœſtis in via apparuit,* (a) Luc. 24 *amplitudinem veſtræ charitatis * illo dilatare dignabitur, ut tamdem aliquando de veſtra deſiderabili præſentia conſolemur. Enimvero, nec verbis fari, nec juſtæ æſtimationis poterit compendio ponderari, quanta divinæ legis inſtituta, quantave diu optatæ pacis incrementa a ſuo paulatim recto tramite exorbitantia, reſtaurari poterant, ſi veſtræ dignationis viſitatione frui mereremur.* * f. ita

XLVI. *Revera totius humani generis inimicus zizaniorum ſator, tanto amplius ovile Chriſti lupina rapacitate circuire non ceſſat, quanto citius Sanctorum gloriam appropinquare conſiderat: eoque largius venena ſuæ perfidiæ ſpargere ſatagit, quo abundare iniquitatem, & multorum charitatem refrigeſcere ſerpentino aſtu intelligit. Hinc eſt, quod virulenta, ac nefaria vitiorum germina olim divina animadverſione ſubverſa, immo lethæo, ac flammivomo barathro juſto Dei judicio deputata, quaſi redivivis radicibus, heu heu, frondeſcunt in frutice. Porro quod nos non ſine gravi mœrore deſcribimus, funeſta vulnera divinis oraculis, atque Apoſtolico antidoto in cæca gentilitate ſalubriter procurata, jam male fœtentia ad veſtras iterum redeunt manus; impleturque illud propheticum:* (b) Jer. 51. *(b) Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata. Sed unde modo pauca ſcripſimus, per fratres noſtros Theutgaudum Trevirenſis Eccleſiæ venerabilem Archiepiſcopum, atque Attonem Coepiſcopum latius exponere procuravimus. Per illos ergo veſtræ celſitudini pura & viva voce, verbis, ac ſcriptis fideliter, ac veraciter ſignificare deſideramus, de quibus veſtram ſanctitatem conſulendam noſtra decrevit unanimitas.*

XLVII. *De cætero prævios noſtræ humilitatis apices veſtris ſacris optatibus perferendos direximus qui a quorumdam relatione comperimus, quod veritatis æmuli, noſtrique ſenioris domini Hlotharii evidentiſſimi inimici, admodum adverſari velint in cauſa uxoris ſuæ, & hoc argumento falſitatis non modicas ordiri ſatagunt ſimultates, ſuoſque Legatos ad veſtram ſanctam dignoſcentiam mittere non verentur, & noſtram nondum definitam ſententiam ſiniſtra interpretatione pervertere conantur. Præſertim cum noſtra unanimitas de uxore noſtri Principis (ſi forte uxor dici debeat, quæ ſe germano inceſtu maculaverat) nihil aliud hactenus determinaverit, niſi quod perſpecto ſuæ confeſſionis libello publice confitenti, remedio pœnitentiæ ſubvenire decrevimus. Inter hæc illa fuga lapſa. Unde humiliter petimus, ut veſtræ paternitatis, veræque charitatis anchoram ſolido figatis in litore, nullaque mendoſi flatus impulſione veritatis & juſtitiæ libra vacillet, ſed * fidiſſimus almifluentis affatus, præſcriptos Legatos domini ac ſenioris noſtri Hlotharii glorioſi Principis, & dilecti filii veſtri præſtoletur, ut fucata mendacia nullis ſe gaudeant delituiſſe latibulis. Oramus ſanctiſſimam paternitatem veſtram, ſummo Pontificatus apice cœlitus ſublimatam, ad cuſtodiam gregis Dei feliciter vigere, ac proſperato temporum curſu æternam nanciſci remunerationem multum venerande, ſemperque deſiderande pater. AMEN.* * (c) Nicol. ep. 17. t. 3. ep. Rom. Pontif. collatione facta cum duobus aliis exemplaribus manuſcript.

XLVIII. His acceptis Nicolaus Pontifex litteris, ad Lotharium in primis iſta reſcripſit (c): Epiſt. Nicolai Pap. ad Lotharium Regem.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Lothario Regi.*

Legati mittuntur a Nicolao Pap. *Regalis excellentia veſtra nuper Apoſtolatui noſtro direxit, ut pro perficienda Synodo Miſſos e latere noſtro dirigere dignaremur. Quod nos ante litterarum veſtrarum preces, & poſtmodum facere ardenti deſiderio cogitavimus. Sed quia multis ſanctarum Dei Eccleſiarum utilitatibus hactenus fuimus occupati, tam*

ce-

*celeriter ( ut volebamus ) eos deſtinare nequivimus. Nunc autem, Domino noſtro JESU Chriſto favente, Legatos ſanctæ noſtræ, cui, Deo auctore, deſervimus Eccleſiæ, duos reverendiſſimos, & ſanctiſſimos Epiſcopos Rodoaldum ſanctæ Portuenſis Eccleſiæ, & Joannem ſanctæ Ficodenſis Eccleſiæ, delicioſos noſtros, quorum adventu atque præſentia, Dei ſacerdotum Synodus congregetur, tranſmittimus; ſicut noſtris vobis jampridem direximus litteris, quibus magnitudini veſtræ intimatum eſt, binos Epiſcopos de Regno Ludovici patrui veſtri & Caroli Regis veſtri fratris ad ipſam Synodum convenire debere. Nunc autem volumus, atque litteris noſtris directis jubemus, ſimiliter duos de Regno Caroli Regis glorioſi patrui veſtri ibidem ſine aliqua ambiguitate adeſſe. Quas ſane litteras nobilitati veſtræ dirigentes, petimus, ut eas Carolo Regi de præſenti per veſtrum fidelem hominem traſmittatis, quatenus & duo Regni iſtius Epiſcopi, ut diximus, ad prædictam Synodum, quæ auxiliante Domino congreganda eſt, cum noſtris pariter Legatis valeant convenire. Quos ſane Apoſtolatus noſtri Legatos excellentia veſtra digno honore ſuſcipiat, & familiaritatis ejus locum concedat, ut Domino auxiliante, cum ad nos fuerint reverſi, digna nobis de parte veſtra nuntiantes, maximas Deo gratias referre, & Apoſtolicæ vos benedictionis munere ditare poſſimus, congaudentes ſane in veſtræ humilitatis devotione Fidei. Dextera vos ſupernæ majeſtatis illæſos conſervare per tempora longa dignetur. Datum nono Kal. Decembris, Indictione undecima.* Quo pariter die, & anno datæ leguntur ejuſdem Pontificis litteræ eodem argumento ad Carolum Regem ſcriptæ, quæ ſic incipiunt: ( *a* ) *Sedes hæc ſancta atque Pontificia, &c.* Et aliæ ad Hludovicum Imp. quarum eſt exordium: ( *b* ) *Auguſtæ ſerenitatis magnitudinis veſtræ, &c.* Quæ, quod cuſæ habeantur, liberum eſt cuique volenti eas inſpicere; cum tamen ad exactam rerum geſtarum cognitionem, quæ ſunt poſitæ, & modo ponentur, ſufficere poſſe videantur. Dedit alias ad Epiſcopos, qui ad eamdem Synodum ſe conferre deberent, quæ ſic ſe habent ( *c* ):

(a) Nicol. ep. 18.
(b) Ibid.
(c) Nicol. ep. 21.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis per Galliam & Germaniam conſtitutis.*

XLIX. Nicolai epiſtola ad Gallos, & Germanos Epiſcopos de Synodo Metenſi.

*Incognitum vobis eſſe non credimus, qualiter pro duabus feminis Lotharius Rex Eccleſiæ Dei faciem illiciti connubii nævo aſperſit, vel qualiter una repulſa, idem Rex alteram ſibi ſceleratiſſime copulavit. Quarum prior Theutperga nomine pro ſui repudio acriter dolens, per emiſſam legationem ſuper hoc negotio Sedis noſtræ expetivit judicium. Ex qua re quia unius partis cauſam ſine alterius judicare, canonice fieri minime duximus: ſtatuimus fraternitatem veſtram Meti collectam pariter cum Legatis noſtris ejuſdem Lotharii cauſam audire, & canonice communi ſententia definire. Itaque juxta ſtatutum noſtrum cum duos illas in partes fratres noſtros deſtinaremus Epiſcopos, accidit ad noſtram notitiam pervenire, quod Lotharius legitima & prima repulſa muliere, ſecundam ſibi adſciverit conjugem, neque Sedis noſtræ petitum, ac promiſſum judicium expectans, neque canonico judicio uſpiam ſuccumbens. Qua ex re quid aliud datur intelligi, niſi quia ubi plurimorum judicium prævenit, ibi ſuo judicio prævaricatorem ſe judicavit? Et ideo univerſaliter hanc fraternitati veſtræ Apoſtolicæ auctoritatis epiſtolam deſtinavimus, ut Chriſtianæ religionis zelo accenſi, pariter cum Miſſis noſtris Metim proficiſcamini, illucque Lotharium convocantes audiatis, & in eum canonicum judicium proferatis. Quod ſi venire diſtulerit, & a præſentia ſe ſynodali, præſentibus Legatis noſtris, ſubduxerit, & ad pœnitentiam & ſatisfactionem repedare minime curaverit, ita ut præſentialiter ad Synodum coram Miſſis noſtris ſatisfacturus, & a ſcelere receſſurus occurrat: illum de cætero excommunicatum reddemus, & quamdiu in hoc permanſerit, a totius Eccleſiæ conſortio faciemus * exortem.* Hæc ad dictos Epiſcopos Nicolaus.

* al. extorrem L.

Dedit inſuper idem Pontifex iiſdem Legatis aliam epiſtolam ad ipſam Synodum, ubi conveniſſet, legendam coram omnibus, quæ eo quod ipſius Nicolai de rebus in ea agendis mentem declaret, hic eam deſcribendam putavimus. Sic ſe habet ( *d* ):

(d) Nicol. ep. 23.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus reverendiſſimis & ſanctiſſimis Archiepiſcopis confratribus noſtris, & Epiſcopis in Concilio reſidentibus.*

Nicolai Pap. epiſtola ad Synodum Metenſem

*Reverentiæ ſacerdotali tunc debitus honor impenditur, cum eos in omnibus, quæ ab illis ſub æquitatis libramine geri debentur, trutinam miſericordiæ, cum lance rectitudinis tenere conſpicimus; & tenendo nullius favore retenti, aut quomodocumque terroribus permoti, vel etiam numeratis pecuniis, aut honorum amplitudinibus, a tramite juſtitiæ quoquo modo inclinati permutantur; ſed quantum eis erga proximos in diſcutiendo curare conceditur, tantum his ſine perſonarum acceptione ad ſui cuſtodiam pavor cum zelo rectitudinis proculdubio adhiberi debet, ne immemores illius Apoſtolicæ ſententiæ videantur, dicentis ( e ): Unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum laborem. Nam cum inter multarum*

(e) 1. Cor. 3.



*Eccleſiaſticarum rerum, quæ ad ſalutem, & fidei ſoliditatem populi Dei pertinere videntur, noſter Apoſtolicus animus cauſas extenderetur: de quarumdam feminarum controverſia, Theutpergæ ſcilicet atque Vualdradæ, admodum, ſicut quorumdam referentium, quia paſtoralis nos cura ad audiendum commoneat, relatio intentos reddidit; & ne aliquo violentiæ morbo per deſidiam grex fatigetur Dominicus, ad medelam recuperandæ ſanitatis ardore charitatis ferventius invitavit.*

LI. *Prædicta quippe Theutperga multis vicibus Sedem Apoſtolicam lacrymoſis litteris ſtuduit appellare, in quibus affatur flebili puram ſe quo accuſatur crimine, inquit, atque inſontem. Ad quod negotium, & judicii diſcretionem, ſicut jam veſtram fraternitatem nuper per Apoſtolicos apices commonere decrevimus, Apoſtolico vos hortamine adeſſe volumus; quatenus a Pontificii latere venientibus Miſſis, ſynodicam illic celebrationem, Apoſtolica fulti auctoritate, cum fraternitate veſtra præſidentibus adunare debeatis, & una cum eis vigilantius ſine doloſitatis macula, vel fomento invidiæ, aut odii nutrimento, quæ poſſunt homines a via veritatis pervertere, & a calle rectitudinis, proh dolor, declinare, ſemper Deum præ oculis habentes, perſonas Principum, & terrores, qui ad tempus inſurgunt, & in tempore finiuntur, contemnentes, quid in his juſtius, quidve veracius cum ſatis noſtris Miſſis invenire valueritis: horum conſenſu definire & ſtatuere proculdubio ſtudeatis. Caventes hoc, quod per Prophetam dicitur ( a ): Væ his, qui dicunt bonum malum, & malum bonum; qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, & dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Nam & Evangelica, inter cætera, quæ nos ad bene vivendum inſtruit, ſententia admonet, dicens ( b ): Nolite judicare ſecundum faciem, ſed juſtum judicium judicate. Pſalmiſta ( c ) quoque ait; Si vere juſtitiam loquimini, recte judicate filii hominum. Igitur cum multa ſint, quibus veſtram fraternitatem non oblivionis, aut ignorantiæ cauſa de vobis judicantes, ſed charitatis ſtudium amplectentes, commonere poſſimus, hæc ideo ſufficere credimus, quia ad plura vos & Evangelicæ, atque Apoſtolicæ, Propheticæque lectionis dogmata in talibus memoria tranſcendere non dubitamus. Tantum eſt, ut cum æquitatis juſtitia in præſenti examinatione ſine aliquo dolo, vel invidiæ macula ( ſicut præfati ſumus ) quia Deo præſenti aſſiſtitis, proximorum cauſas cum jam Miſſis noſtris ita juſte & irreprehenſibiliter cum Dei timore definire ſatagatis, ut illorum in omnibus veſtræque ſanctitatis conſenſus atque judicium æquitate fulgere videatur. Nam ſi vos, vel illos in aliquam partem pro cujuſcumque favore a canonicis & ſanctorum Patrum inſtitutionibus ( quod non optamus ) declinare perſpexerimus, arguere non dubitamus. Si vero aliarum Eccleſiaſticarum utilitatum in eodem Concilio res acciderint: digno examine pertractantes cum Dei timore definire ſatagite. Si autem aliqua in eo fuerit contentio orta, in qua definitiones ponere nequiveritis fortaſſe, cenſuram noſtro eam judicio reſervare ſancimus.*

(a) Iſai. 5.
(b) Joan. 7.
(c) Pſalm. 57.

LII. *Statuimus etiam, ut cuncta, quæ in eodem Concilio peracta fuerint ac definita, noſtro Apoſtolatui geſtorum ſerie incunctanter ſignificetis: ut ſi ea juſtitiæ pulchritudine, probabilique ſanctione definita perſpexerimus, Deo omnipotenti gratias referamus. Si vero injuſtitiæ ( quod nolumus ) & contrarietatis fuerint acta intentione; ea renovari ſummopere jubeamus. Miſſos quidem noſtri Pontificii ( ut in prima epiſtola veſtræ dilectioni ſignificavimus ) pro quibuſdam Eccleſiaſticis utilitatibus, quibus fuimus occupati, deſtinare ante nequivimus. En Chriſto juvante, ſtrenuitatis pollentes, ſcientia atque doctrina reverentiſſimos nunc dirigere Miſſos decrevimus, Rodoaldum ſcilicet, atque Joannem Epiſcopos delicioſos atque conſiliarios noſtros, qui prædictum cum veſtra ſanctitate Concilium, ut prætulimus, ſtudeant celebrare. Omnipotens Deus, qui vos ſacri regiminis culmine perornavit, veſtræ beatitudinis corda rectitudinis & juſtitiæ claritate repleat atque decoret, ut in omnibus veſtris actibus æquitatis videamini plenitudine rutilare. Data Nono Kal. Decembris. Indictione undecima.* Dedit igitur ſanctiſſimus Pontifex has omnes de Concilio cogendo, ad Reges & Epiſcopos litteras. Quid autem actum ſit, ſuo loco ſequenti anno dicturi ſumus.

LIII. Balduinus ad Nicol. Papam.

Dedit eiſdem Legatis Nicolaus Papa litteras alias ad Carolum Calvum pro Balduino, qui ( ut ſuperius dictum eſt ) ejus filiam Judith rapuit, ut ſibi aſſumeret in uxorem. Hic enim gemens & dolens, Romam ad Nicolaum Pontificem ſe contulit interpellans, eum ut ſuis precibus conciliaret ſibi Carolum, quem juſta cauſa infenſiſſimum pateretur, antequam deſperatione victus, cogeretur confugere ad Northmannos. Præſtitit Nicolaus miſericordis patris officium, prodigi filii peccatis ſuis in deterius prolabentis commiſeratus, eaſque, quas diximus, litteras per Legatos ad Carolum Regem ſcripſit ( *d* ). Incipiunt litteræ: *Beato ac pretioſo Chriſti Dei noſtri Cruore, &c.* In quibus hæc de cauſa ipſius: Ad beatiſſima ſanctorum Apoſtolorum principum Petri & Pauli limina noſtrumque

(d) Nicol. epiſt. 2.

que Pontificium Balduinus vaſſallus veſter ardenti animo accedere ſtuduit. Qui veſtram ſe habere indignationem, eo quod Judith filiam veſtram illum præ cæteris diligentem ſine veſtræ voluntatis conſenſu in conjugium elegerit, eamque volentem acceperit, ore proprio retulit. Hæc ad ipſum: ad Reginam autem Judithæ matrem eodem argumento per eoſdem quoque Legatos ſcribens, ab eo raptam affirmat. Eſt epiſtola brevis, dignaque memoria, quæ ſic ſe habet (*a*):

(a) *Nicol. ep.* 21

LIV. Nicolai ep. ad Hermentrudam Reginam de Balduino.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Hermentrudæ Reginæ.*

*Fidelium univerſitas gentium ex variis mundi partibus, cujuſque ſint ordinis vel ætatis, ſi qua forte criminis noxa vel ſeniorum ſuorum formidine detinentur, ad hanc ſanctam omnium terrarum matrem Eccleſiam Romanam, ut ſalutare percipiant remedium, recurrunt, & ab ea non ſolum animæ, ſed & corporis ſalvationem, (ut omnibus patet) humili prece ſuſcipere precantur. Quibus multis divinitus fulta auctoritatibus, & ſanctorum Patrum roborata documentis, materno amore ſolamina ſubminiſtrat, & ſugenda ubera conſolationis compatiendo inferre minime recuſat. Et quia hic Balduinus, qui chariſſimam filiam veſtram contra divinarum legum ſanctiones rapuit de his ſe eße recognovit: Liminibus ſanctorum Apoſtolorum lacrymoſis & mœſtis precibus lugubriter ſe obtulit, ut pro tanto crimine Apoſtolicam opem acciperet, noſtroque Apoſtolatui nihilominus flendo ſe præſentare quæſivit. Cujus cum lamentabilem, & tanto ſcelere plenam cognoviſſemus petitionem, ad mentem rediit, quod per Prophetam Dominus dicit: (b) Miſericordiam volo, & non ſacrificium: miſerti fuimus, & hos veſtræ in Chriſto dilectæ induſtriæ Apoſtolicæ ſolicitudinis apices fieri ſtatuimus, Miſſoſque etiam Rodoaldum & Joannem reverentiſſimos & ſanctiſſimos Epiſcopos, delicioſos noſtros pro eo veſtræ charitati direximus, per quos obnixius deprecamur, ut prædictus Balduinus, qui veſtram per Apoſtolorum interceſſiones deſiderat beneficentiam obtinere; pro Dei amore gratiam percipere valeat, & de ſui affectione noſtri Præſulatus oraculis conſolationem reſumat, quatenus ut qui ſe per infelicem culpam a norma æquitatis declinaſſe non ambigit medelam Apoſtolorum agnoſcat, & apud veſtrum Seniorem venialem, nobis juvantibus, vigorem obtineat. Dextera vos ſupernæ protegat Majeſtatis, & ab omnibus ſemper adverſitatibus maculiſque cuſtodire dignetur. Data octavo Kal. Decembris, Indictione undecima.* Hactenus Nicolai ad Reginam epiſtola. Porro quod ad hanc ipſam ejuſdem Balduini cauſam ſpectat, de eadem rurſus inferius ſuis locis dicendum erit.

(b) *Oſe.* 6.

LV. Commonitorium Legatis datum.

Hæc omnia (ut dictum eſt,) idem Nicolaus Pontifex per Legatos hoc anno in Gallias miſſos Rodoaldum atque Joannem Epiſcopos agebat, quibus & de rebus per ipſos gerendis mandata dedit, quæ ſervare in omnibus, & tranſgredi nullo modo deberent; quod genus ſcriptionis antiquitas Eccleſiaſtica, Commonitorium appellare conſuevit. Non extat illud quidem ſicut & reliqua monumenta, eo quod mala fide occultatum fuiſſet illud, nec patefactum, ne ipſius Romani Pontificis quæ eſſet in rebus gerendis ſententia innoteſceret. Quæ autem contineret, idem (*c*) Nicolaus in litteris ſcriptis ad Concilium Silvanectenſe declarat: nimirum ut ſi Lotharius Rex monitis Apoſtolicis non acquieſceret, Waldradam dimittens, excommunicatione omnino plectendus eſſet una cum omnibus, qui ipſi faverent. Quæ omnia ſignificanda forent antea ipſi Lothario. Quin etiam poſt datum eis dictum commonitorium ipſe Nicolaus iterum ipſis ea quæ illo continebantur, ut quam exactiſſime cuſtodirent, in memoriam revocavit, & ne quid ab ipſis prætermitteretur valde ſolicitus, perbrevem hanc ad ipſos ſcripſit epiſtolam quam cum aliis ejuſdem Pontificis litteris acceptam Pariſiis ex Bibliotheca Nicolai Fabri mihi amicita coniunctiſſimi, hic ſuo loco cudendam putavimus. Sic enim ſe habet:

(c) *Nicol. ep.* 82. *prope fin.*

*Reverentiſſimis & ſanctiſſimis Rodoaldo & Joanni Epiſcopis.*

LVI.

*Quemadmodum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fideles eſtis, & Apoſtolicæ Sedis columnæ exiſtitis, ita cuſtodientes omnia ſecundum priorem præceptionem noſtram peragere feſtinate, & Metis Apoſtolica auctoritate Synodo evocata, noſtra juſſa perficite. Quod ſi Synodus Epiſcoporum ſe illuc minime collegerit, aut Hlotharius venire diſtulerit, tunc vos ad eum pergere ſtudete, & noſtra juſſa atque inſtituta declarate. Et deinde, cum pro cauſa Balduini ad Carolum perrexeritis, eidem glorioſo Regi epiſtolas ſynodicas, & has, quas nunc vobis dirigimus, pariter cum commonitorio præſentibus cunctis oſtendite: Et non ſolum ei, ſed & omnibus Epiſcopis, & univerſis fidelibus hoc notum facientes, palam legere, & denuntiare ſtudete. Præterea ſcitote a nobis veſtræ ſanctitati duas dirigi epiſtolas, vice ablatarum, unam Carolo Regi, ſecundam vero uxori. Epiſcopis autem Galliæ & Germaniæ alteram cum hac ipſa ad vos deſtinata mandamus.* Hactenus ad Legatos Nicolaus.

LVII.

Addidit autem huic poſteriori commonitorio ad Legatos alia plura ſecundum ea, quæ ſuperius per Adventium narrata



ta vidimus de prætextibus, quibus Waldradæ mœchiam in matrimonium transferre ſatagerent Lotharii defenſores Epiſcopi, & e contra matrimonium legitimum Theutpergæ improbare curarent. Ipſe autem Nicolaus de his omnibus eoſdem miſſos a ſe Legatos ad Metenſe Concilium Rodoaldum atque Joannem Epiſcopos quam citius admonendos putavit, iſta ſcribens, quæ ab (*a*) Ivone recitantur, atque etiam (*b*) Gratiano his verbis:

(a) *Ivo p.* 8. *c.* 334.
(b) *c.* 31. *q.* 2. *c. Lotharius.*

*Idem Nicolaus Rodoaldo Portuenſi & Joanni * Ficolenſi Epiſcopis in Commonitorio.*

* Ficodenſi.

LVIII.

*Lotharius Rex profitetur Vualdradam ſe a patre accepiße, & ſororem poſtmodum admiſiſſe Huberti. Ubi primum diligenti inveſtigatione inquirite, & ſi eumdem glorioſum Regem prædictam Vualdradam præmiſſis dotibus coram teſtibus ſecundum legem & ritum, quo nuptiæ celebrari ſolent, per omnia inveneritis accepiſſe, & publica manifeſtatione eadem Vualdrada in matrimonium ipſius admiſſa eſt, reſtat ut perſcrutemini, cur illa repudiata ſit, vel filia Boſonis admiſſa. Sed quia idem glorioſus Rex metu Theutpergam admiſiſſe ſe dicit: Vos illud Evangelicum recolite, quo Dominus: (c) Nolite, inquit, timere eos, qui corpus occidunt. Et iterum ait: (d) Quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? In quibus Dominicis ſententiis conſiderandum eſt, quod ſi occiſores corporum timendi non ſunt, contra juſtitiam hominem impellentes, & lucrum totius mundi non proſit homini, anima perdita: quanto minus metu unius hominis, tantus Rex debuit contra divinum præceptum in immane præcipitium mergi? In hoc certe ſe magis reprehenſibilem oſtendit, in quo amori mundi amorem Dei poſtpoſuit. Ubi nihil vobis aliud præcipimus, manifeſtatione ſua eodem Rege convicto, niſi ut ſecundum canonicam auctoritatem, noſtra vice freti, cauſam illius definiatis. Sin vero minime probatum fuerit, Vualdradam uxorem fuiſſe legitimam, neque nuptiis ſecundum morem celebratis, per benedictionem ſcilicet ſacerdotis filio noſtro Lothario extitiſſe conjunctam: ſuggerite illi, ut non moleſte ferat legitimam ſibi, ſi ipſa innocens apparuerit, reconciliari uxorem, nec in hoc carnis voci obtemperet, ſed potius divinis præceptis obediens pudeat eum, immo pertimeſcat in luxuriæ ſtercore putreſieri, & voluntatem propriam ſequendo, ante tribunal Chriſti diſtrictam ponere rationem.*

(c) *Matt.* 10.
(d) *Ibid.* 16.

LIX.

*Præterea vos ſcire volo, quia præfata Theutperga Apoſtolicam Sedem bis, & ter appellavit, & ſe a præfato Rege glorioſo, queſta eſt, injuſte fuiſſe dejectam, & vi coactam, falſum contra ſe compoſuiſſe piaculum. Nam eo tempore ad Apoſtolicam Sedem libellum appellationis ſuæ miſit, in quo non quidem adhuc confeßam, ſed ut contra ſe falſum diceret crimen, cogi ſe ſe, innotuit. Inſuper ſubjungens: Quod ſi amplius compulſa fuero: ſcitote, non veritate ſed timore mortis, & evadendi ſtudio (quia aliter non poſſum) quod voluerint, dicam; vos autem memores eſtote mei hæc vobis inſinuantis. Unde præcipimus vobis, ut cum eadem Theutperga ad condictam Synodum, ſicut ſtatuimus, advenerit, cauſam ejus diligenti examinatione tractetis. Et ſi ei obiicitur, quod illa crimen ſe aliquod admiſiſſe confeſſa fuiſſet, & contra illa violentiam ſe pertuliſſe proclamaverit; vel ſi inimicos ſibi judices fuiſſe teſtata fuerit: tunc illud renovetis judicium, ſecundum æquitatis normam, ut injuſtitiæ mole non opprimatur.* Hactenus Nicolaus ad Legatos.

LX.

Quomodo autem iſta omnia nihilominus ab ipſis fuerint prætermiſſa, & iidem Legati in tranſverſum acti, ſeducti a quibuſdam Epiſcopis Lothario Regi faventibus, anno ſequenti ſuo loco dicturi ſumus. De his modo ſatis.

Quid autem, cum iſta pararentur pro Concilio Metis habendo, ſecreto ſcripſerit Adventius Epiſcopus, de quo ſuperius, ex ejus epiſtola accipe, accepta ex ſæpe dicto codice Trevirenſi:

Adventius Theutgaudo Metrop.

*Reverendiſſimo ac ſanctiſſimo nobis per omnia deſiderando Patri Theutgaudo Adventius devotus filius, & aſſiduus orator, ſummæ felicitatis pacem, & gloriam.*

*Præſentes apices, per Deum, & propter Deum humiliter precamur, ut nullus alius mortalium videat, ſed Vulcanus edax perſpectos conſumat. Veſtræ antiquæ gravitatis, & maturum conſilium, ac vice fidei anchoram prudentiæ tutelam figat in ſapientiæ * firmamento, ne ali-*

* fundamento



PAGIUS XII. *Moritur S. Svvithunus.*

Ad num. LX. mortem *Sancti Svvithuni* Wintonienſis Epiſcopi in annum ſequentem differunt Malmesburienſis lib. 2. de Pontif. & Chronographus Mailroſenſis, ſed Wigornienſis, Weſtmonaſterienſis aliique Scriptores Anglici eamdem cum anno præſenti illigant; imo Vigornienſis diem, feriam, & Indictionem notavit ſcribens: *Sanctus tranſivit Svvithunus & aſtra petivit, indictione decima, ſexto Nonas Julii, feria quinta*, ideoque hoc anno, quo dies ſecunda Julii in feriam V. incidit. Præceptor fuit *Svvithunus* Ethelwolfi Merciæ Regis, qui in Magiſterii præmium eum infulis donavit: *Latis ergo incrementis*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Pontiff. pag. 242. *fundamenta bonorum in regno jacta per Regem, pullulabant per Pontificem: dum iſte bonum urgeret, quod ille ſuis præſertim admonitionibus inciperet. Et erat quidem virtutum omnium promptuarium; ſed adgaudebat duabus maxime clementia & humilitate.* De hu-

*aliquid noſtro ſeniori ſiniſtrum, vel dextrum iſto tempore nuntietis, quouſque in Purificatione ſanctæ Mariæ, ſicut pro certo vocati ſunt omnes noſtri confratres, Metis conveniant: quia pro certo ſcitis, quod noſter Senior modis omnibus deliberatum habet, ut illorum communi conſilio, quidquid illis ſecundum Deum melius viſum fuerit, in omnibus ſe paratiſſimum eſſe promittat, aut eorum monitis, atque conſiliis parens, nihil ulterius aliter agat. Quapropter oportet vos, dilectiſſime pater, modo caute agere, ne, quod abſit, aliqua vana ſpe a via Dei, & Evangelicis, atque Apoſtolicis documentis deviando, laqueum incurrat Averni. Certi enim eſſe poteſtis, quia ſi noſtra culpa, aut aliqua vana fiducia modo erraverit, illud implebitur (a) Propheticum, ſanguinem ipſius de manu tua requiram. Iſta quippe ideo ſcribimus, quia Vvaltharium noſtri Senioris fidelem hodie excepimus de palatio remeantem, qui nobis prædictam deliberationem in ſua fide, ex parte noſtri Senioris, ita ut prædiximus, affirmavit, immo multoties deprecatus eſt, ut propter amorem Domini, iſta vobis ſignificaremus, modiſque omnibus conſuleremus, ne ex veſtra parte, vel veſtra viva voce aliquid tale audiat, unde a ſua ſalute vacillet. Aptius enim nobis cernitur ſimulari infirmitas, quam ut præparatam a Deo medicinam languens ſtomachus reiiciat. Bene vos valere optamus dilectiſſime Pater.* Hæc ipſe, cum rem ſerio agit.

(a) Ezech. 3.

Eodem anno, ſexto Nonas Julii ex hac vita migravit vir omni genere virtutum ornatus, a Deo multis miraculis illuſtratus ſanctus Suvithunus Epiſcopus Vvintonienſis in Anglia; cujus res præclare geſtæ ſcriptæ extant a Gothzelino (b) Morinenſi.

(b) Apud Sur. die 2. Julii c. 4.

Chri-

PAGIUS XIII. hujus S. Tranſlatione ſæculo ſequenti ſermo fiet. Anno Hegiræ CCXLVIII. obiit *Almontaſer* Calipha Babylonienſis *die Solis, Rabia poſterioris quinto*, inquit Abulo-Pharaius, ideoque menſe Junio hujus Chriſti anni. Ei ſucceſſit *Almethadi Bellahi*.

*Obitus Calipha Babylonienſis.*



I. Romanum Concilium in cauſa Legatorum prevaricatorum.

CHriſti Redemptoris annus octingenteſimus ſexageſimus tertius, Indictione undecima incipit, cujus exordio, ſumma hieme celebratum eſt Romæ Concilium; cœptum ipſum quidem in baſilica Vaticana, conſummatum autem in baſilica Conſtantiniana. ☞ Hujus quidem Concilii meminit ipſe Nicolaus Papa in brevi epiſtola data ad Adonem Archiepiſcopum Viennenſem, nuper creatum, atque pallium petentem (a):

(a) Bibl. Floriac. a Boſco caleſt. in fin. pag. 53.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Reverendiſſimo, & Sanctiſſimo Adoni Viennenſi confratri noſtro Archiepiſcopo.*

*Sanctioni, & inſtitutioni canonicæ obtemperantes, veſtræ dilectionis apices deſtinare curaſtis: quibus cordi Apoſtolico lætitiam dedimus, licet, eiſdem perlectis, mœrore affecti fuerimus: eo quod quatuor Synodos obſervantes, Quintam, & Sextam prætermiſeritis. Nam in petitione pallii vobis annuimus. Verumtamen iſtiuſmodi occaſione nacta, non fuerat poſtulatio veſtra implenda, niſi recenſita intentione directæ ſcripturæ, cognoviſſemus vos per omnia tenere velle, quod ſancta dogmatizat Eccleſia. Ideoque volumus, pariterque ſanctitatem veſtram rogamus, ut ſub omni celeritate dirigatis, qualiter vos de ipſis v. & vi. Synodis ſentiatis. Gratia ſancti Spiritus adhortante, atque adiuvante, in menſe Martio pro diverſis Eccleſiæ utilitatibus Synodum Romæ celebravimus. Ubi etiam quædam capitula ſtatuimus, ipſaque veſtræ ſanctitati cuſtodienda, ſeu confratribus veſtris Archiepiſcop. per vos tranſmittenda direximus: & ſuffraganeis veſtris ut hoc inſtruatis, obſervare hortamur.* Hoc namque anno Adonem ſedere cœpiſſe, vel ex eo collige, quod cum annos ſexdecim ſediſſe, perveniſſeque ad annum Domini octingenteſimum, ſeptuageſimum nonum omnes affirment, ipſiuſque Chronicon illuc uſque conſcriptum oſtendat: neceſſe ſit ab hoc anno ejus Archiepiſcopatus exordium incipere numerare. Sed de ipſa Romana agamus Synodo, hoc anno habita ☜. Hujus autem celebrandæ Synodi inde manavit occaſio, quod, cum tandem certis nuntiis Romam perlatis, & ipſius Ignatii ſcriptis per Theognoſtum (quæ ſuperius ſunt recitata) ad Nicolaum Pontificem datis, ad liquidum cognita, exploratàque in omnibus haberetur prævaricatio Apoſtolicæ Sedis Legatorum Rodoaldi atque Zachariæ Conſtantinopolim ante annum miſſorum: ut in eos vindicaret zelus Apoſtolicus inſurrexit. Haud enim ejuſmodi ſcelus erat, ut diſſimulari aliquo modo poſſet, cum multipliciter ab eis peccatum eſſet, quod limites mandatorum pontificiorum tranſgreſſi eſſent, inconceſſa tentaſſent, innocentem Ignatium condemnantes, & nefandiſſimum invaſorem in ſede firmantes, ipſique Nicolao Pontifici mentientes, omniaque fraudibus involventes, ne Papa veritatem aliquando rei geſtæ conſequi poſſet. Quamobrem tanto judicio dignum parans tribunal, aſſeſſorum multiplicium corona cingendum: Concilium convocat plurimorum Antiſtitum ex diverſis Italiæ provinciis vocatorum. In eo autem quæ ſint geſta, ſic accipe ex ejuſdem Pontificis litteris:

II. *Tunc (b) convocato multarum provincialium occidentalium regionum ſanctiſſimorum Epiſcoporum cœtu, & collecta ſancta Synodo in Eccleſia Dei, ubi beatus Petrus Apoſtolorum Princeps corpore floret, & virtutibus emicat: deinde propter frigidiorem locum in Eccleſia ſancti Salvatoris, quæ ab auctore vocatur Conſtantiniana, & quæ prima in toto terra-*

(b) Nic. ep. 7.



PAGIUS SÆC. IX. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6356.

Anno Eræ Hiſpan. DCCCCI. ☉ 4. C. ☽ 9. P. 11. April. Indict. 11.

An. Hegiræ CCXLIX. inchoato die 24. Febr. fer. 4. JESU CHRISTI 863.

NICOLAI PAPÆ 6.

LUDOVICI IMP. 15. 14. & 9.

MICHAELIS IMP. 22.

A.C. 863. I. ANum. I. ad XVIII. Nicolaus Papa Concilium Romæ hoc anno celebravit, quod in Libello Synodico his verbis memoratur: *quod cum Sanctus Papa Nicolaus percepiſſet* (nempe Conciliabulum Conſtantinopolitanum adverſus S. Ignatium Patriarcham Conſtantinop. habitum), *neque enim latere poterat orbem tantum maleficium publice commiſſum: in locumtenentes ſuos accurata inquiſitione facta cum ex propria eorum confeſſione reperiſſet, munera ipſos accepiſſe, perpetuæ depoſitioni Rodoaldum & Zachariam ſubjecit: divinaque & ſacra congregata Synodo Photium ut adulterum & invaſorem anathemate notavit, quaque ab eo & ſub eo acta eſſent, minime recipienda eſſe definivit: quin & omnibus, qui ei communicarent Michaeli ipſi Imperatori ſubditis, Principibus, & reliquis Sanctis Patriarchis depoſitionem denunciavit.* Baronius, qui pluribus narrat quæ Romæ adverſus Photium acta ſunt, num. XVI. ad hunc annum refert Epiſtolam Photii ordine ſextam in editione Montacutii, cujus titulus: *Bardæ Magiſtro, Patricio, & Curopalatæ, pro Clerico Blaſii in periculis conſtituto*, in qua invaſor iſte fingit, ſe

*Concilium Romanum adverſus Photium & duos Legatos Nicolai PP.*

*varum orbe conſtructa eſt: ibique recitatis omnibus ſcripturis de Græco ſermone in Latinum converſis, tam videlicet nefanda ſynodo, quæ Conſtantinopoli per Photium celebrata, quæ per fatum Leonem Legatum Michaelis Imperatoris Romam miſſum (de quo ſuperius dictum) Apoſtolicæ Sedi delata eſt, quam etiam Imperialibus epiſtolis, in quibus omnibus depoſitio Ignatii continebatur. Et deductus in medium Zacharias Epiſcopus (quia Rodoaldus propter abſentiam haberi ad præſens non poterat) & diſcuſſus, & diligenter examinatus, inventus eſt, in depoſitione Ignatii, & communione Photii omnino culpabilis. In quo idem Zacharias tunc Epiſcopus, nunc autem honore, & communione privatus, ſe obnoxium recognoſcens, proprio ore, ac proprio ſcripto, ſe Conſtantinopolim a Sede Apoſtolica directum eſſe, & quæ ſibi a nobis agenda fuerant, injuncta neglexiſſe, ac quæ fuerant prohibita peregiſſe, confeſſus eſt. Ignatium ſcilicet ſine juſſione Apoſtolicæ Sedis deponendo, & Photio contra noſtri Apoſtolatus præceptionem communicando.*

Res geſtæ in Rom. Concilio.

III. *Tunc decernente nobiſcum ſancta Synodo, depoſitionis & excommunicationis ſuæ ſententiam præfatus Zacharias accipiens, in foveam, quam alii præparavit, incidit: alterius, id eſt, Rodoaldi, examinatione propter abſentiam uſque ad aliam Synodum protelata.* De rebus autem in eadem Synodo geſtis ſubiicit mox iſta capitula, quorum titulus: *Quæ autem in eadem venerabili, & ſancta Synodo, unanimiter & conſtanter de fratre & conſacerdote noſtro Ignatio Patriarcha, vel de invaſore, & uſurpatore Eccleſiæ ipſius Photio, atque fautoribus ejus, necnon & de ſacris imaginibus ſtatuimus, & promulgavimus, hæc ſunt:*

IV. Cap. I. Sententia contra Photium.

*Photius, qui ex ſchiſmaticorum, & ſe a ſanctæ communionis participatione avertentium parte eſſe dignoſcitur; & ex ſæculari adminiſtratione, atque militia, & ex foro ſubito tonſuratus a Gregorio Syracuſano dudum Epiſcopo in Synodo damnato, & ab Apoſtolica Sede convicto Epiſcopus ordinatus eſt; & vivente ac ſuperſtite conſacerdote noſtro Ignatio ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Patriarcha, ſedem ipſius invaſit, & ſponſam, quam a Chriſto ſponſo immaculatam cuſtodiendam velut amicus ſponſi perceperat, non per oſtium, quod Chriſtus eſt, ſed aliunde ex adverſo in ovile Dominicum more furis atque latronis ingrediens, ac ſic violentus, rapax & ſceleratus adulter, irrupit: deinde cum damnatis & anathematizatis, atque cum iis, qui ne ſacerdotale officium ante audientiam præſumerent, a prædeceſſore meo beatæ memoriæ Benedicto Papa fuerant obligati, quotidie & indifferenter communicans, & converſans contra fidem promiſſam, contraque ſuam profeſſionem, qua pollicitus eſt, ſe adverſus jam fatum Patriarcham nullum ſiniſtrum conſilium eſſe facturum, congregavit Concilium, & una cum ſequacibus ſuis depoſitis & damnatis, excommunicatis, & anathematizatis, & aliis ſine ſedibus, atque cum his, a quibus vel ille irregulariter & illicite provectus fuerat, vel quos ipſe temere & indebite provexerat, contra eumdem fratrem & comminiſtrum noſtrum Ignatium depoſitionem facere, & anathema dicere auſus eſt. Deinde Apoſtolicæ Sedis Miſſos, quos pro cauſa ſanctarum imaginum, & pro inquirenda, & nobis renuntianda jam fati Patriarchæ dejectione, & ob inveniendum modum promotionis hujus neophyti deſtinaveramus, quibus potuit argumentis a noſtris mandatis avertere, more Acatii quondam Conſtanti-*

PAGIUS ſe deplorare Patriarchatum initum a ſe coacto & invito; verum cum Bardas feria quarta Paſchatis anno DCCCLX. Cæſar a Michaele Imp. renunciatus fuerit, ea Epiſtola alterutro ex præcedentibus annis data, quibus Bardas *Curopalata* tantum erat. [1]

II. Porro quia Nicolaus Papa de Concilio a ſe Romæ habito literas dedit ad *Adonem* Viennenſem in Gallia Archiepiſcopum, Baronius aliis etiam conjecturis fultus hunc Sanctum Præſulem ad eam dignitatem hoc anno evectum fuiſſe autumavit. Verum Mabillonius Tom. I. Analect. pag. 103. antiquum Catalogum Epiſcoporum Viennenſium exhibet, in quo legit, *anno Domi-*

*Ado ante triennium Archiep. Viennenſis dictus.*

NOTÆ [1] Ex Synodo Romæ habita hoc anno, de qua hic Pagius, ultra vulgatos quinque alios ſeptem Canones in lucem publicam extraxit Cl. Muratorius Rerum Italicarum tom. II. part. II. fol. 128. Canon ejus primus editus eſt in Joannem Archiepiſcopum Ravennatem, cujus contumacia in deſpiciendis invitationibus ſæpe factis ut Synodo intereſſet punitur excommunicatione. Canones alii ſpectant ad aſſerendam impaſſibilitatem Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Divinitatem. In Canone ſupplementi huius ſexto anathema dicitur in eos qui repugnare præſumpſerint. *Sacerdotibus ſeu Primatibus nobilibus, ſeu cuncto Clero Sanctæ Romanæ Eccleſiæ electionem Romani Pontificis, ſicut in Concilio Beatiſſimi Stephani Papæ ſtatutum eſt.* His verbis innui videtur decretum illud de electione Romani Pontificis, quod Gratianus Diſt. 33. cap. 28. recitat. Quæ ſi vera ſint, recte notat Muratorius optime decretum illud a Baronio adſcriptum fuiſſe Stephano IV. vulgo V. & male a Pagio ad annum 897. 4. ad Stephanum V. vulgo VI. referri. MANSI



*tinopolitani hæretici Patriarchæ præſumpſit. Et ad proceſſionem, quæ cum paribus ſuis habebatur (ſicuti eorum profeſſione patefactum eſt, & ſancto Spiritu revelante, ſanctæ Synodo, quæ a vobis collecta eſt, claruit) ad damnatorum & ſchiſmaticorum communionem, contempta legatione, quæ vel Gentilium more ſervari debuit, pertraxit: & in illuſionem beati Petri Apoſtoli, a cujus Sede profecti fuerunt, non ſolum inefficaces redire fecit, ſed etiam impugnatores omnium, quæ fuerant mandata, moſtravit. Poſtremo Epiſcopos, qui ei tamquam adultero, & pervaſori communicare noluerunt, exilio relegavit. Et ſui ſceleris complices in eorum ſubrogare locum non timuit: & uſque hodie Eccleſiam Dei diverſis perſecutionibus impugnare non deſinit, ita ut fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Ignatium ſanctiſſimum Patriarcham inauditis pœnis, & hoſtilibus tormentis afficere non quieſcat, & omnes quot quot pro veritate & fide cum eo perſiſtere comprehenderit, quibus prævalet modis perdere imprætermiſſe moliatur.*

V. *Hæc & his ſimilia contra Evangelica, Apoſtolica, Prophetica, atque canonica inſtituta afferens: ſit Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum principum Petri & Pauli, & omnium ſimul Sanctorum, atque venerandorum * ſex univerſalium Conciliorum auctoritate, necnon & Spiritus ſancti per nos judicio, omni ſacerdotali honore, & nomine alienus & omni clericatus officio prorſus exutus. Ita ut ſi poſt notitiam hujus ſanctionis, quam divina inſpiratione depromptam eſſe credimus, cum unanimitate, & concordia ſanctæ Synodi proculdubio promulgatam, tentaverit in Conſtantinopolitano throno præſidere, aut ſæpefatum venerabilem Coepiſcopum noſtrum Ignatium, quo minus Eccleſiam ſibi commiſſum ſine quavis inquietudine regere poſſit, impedierit; vel ſi ulterius auſus fuerit aliquid de ſacro miniſterio, more ſacerdotis contingere; juxta præcedentem conſuetudinem, nullo modo liceat ei communionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed anathematis vinculis innodatus una cum communicatoribus ſuis atque fautoribus perpetuo, Dei, poſt noſtram mediocritatem judicio ac ſententia ſacrum corpus, & ſanguinem Domini noſtri JESU Chriſti, non niſi vicino mortis periculo omnino percipiat. Ut hæc unuſquiſque diſcens, nequaquam de cætero temeraria præſumptione ex laico ſubito in Dominicis caſtris ex inſperato quodammodo impetu irrepere audeat, & principatus amore, ante ducatum præſtare velit, quam tyronis conſummet officium, & ante tentet docere, quam diſcere, ſicut in eadem Conſtantinopolitana Eccleſia ſæpe præſumptum eſſe comperimus, & rurſum contemptis clericis, quorum, utpote in tam magna urbe copioſa multitudo eſt, quique ab ipſis (ut diximus) cunabulis impræterminiſſo labore, in Eccleſia Chriſti deſudant, & indeſinentia Domino ſervitutis obſequia exhibent, is, qui deforis eſt, alterius ovilis Chriſti repente principatum arripiat, & nitatur quos eſſe ſuos non recognoſcit, diſcerpere, & grex Dominicus incipiat eum extraneum, & improviſum omnino contemnere, præſertim cum perſpiciat, nihil ſibi ſtipendia profeciſſe meritorum, & alienum ſuorum cernat conſumere fructus laborum.* Hæc in Photium lata ſententia.

* Cur tam Nicolaus hic, quam ejus ſucceſſor Hadrianus in epiſtola ad Carolum Regem, ſex tantum œcumenicas Syndos nominet, inferius ab auctore alia occaſione dicetur.

VI. In qua cum audiſti, nonniſi ſex œcumenicas Synodos prædicari, omiſſa Septima, Nicæna ſecunda dicta, cujus tamen decreta recepta in univerſa Eccleſia eſſent uſui: unde id acciderit, accipe, atque illud primum: In reliquis omnibus Eccleſiis patriarchalibus Orientis, Conſtantinopolitana excepta Eccleſia, ſex tantum œcumenicas Synodos in publicis confeſſionibus, & profeſſionibus nominari conſueviſſe, ſicut in decreto Synodali nuper recitato factum legimus: teſtatur ſane id ipſe Photius in Encyclica epiſtola ad omnes patriarchales Orientis ſedes data, hoc ipſo anno inferius ſuo loco recitanda, cum hoc ipſum ille conatus apud eos eſt; ut non ſex tantum, ut Nicolaus feciſſe viſus eſt, ſed ſeptem æqua probatione, titulo œcumenico Synodos prædicarent. Sic igitur quod hic vides Nicolaum feciſſe, a cæteris antiquis patriarchalibus ſedibus factitatum, teſtificatione etiam adverſantis Photii, certum, atque exploratum habetur. Cujus rei cauſa, ſicut de patriarchalibus illis ſedibus ea aſſeritur quod ejus Synodi Acta (ut ibi habet Photius) ad eas non pervenerint: ſimilem cau-

Cur ſex & non ſeptem Synodos œcumenicas Nicolaus numerarit.

PAGIUS *minicæ Incarnationis DCCCLX.* obiiſſe *Agilmarum* Archiepiſcopum Viennenſem, & in ejus locum ſubrogatum eſſe Archiepiſcopum Sanctum *Adonem*; quod confirmat Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Elogio Hiſtorico Sancti Adonis, ubi eum Ordinem Sancti Benedicti profeſſum eſſe, & nomen ejus in variis Martyrologiis legi oſtendit; is enim Tuſiacenſi Synodo anno DCCCLX. habitæ ſubſcripſit ſub die IX. Kalendas Novembris, & in Synodo Viennenſi anno DCCCLXX. congregata, quam refert Mabillonius ex Viennenſi Chartario, in fine legitur: *Actum Viennæ publice menſe Aprilis, Epiſcopatus domni Adonis anno X. indictione III.* ideoque anno DCCCLX. poſt menſem Aprilem *Ado* Archiepiſcopus Viennenſis ordinatus eſt; cum anno DCCCLXX. menſe Aprili adhuc Epiſcopatus ſui annum X. numeraret. Ubi de *Adonis* morte ſermo erit, omnibus dubiis Baronii de eo motis faciemus ſatis.

cauſam de Romana Eccleſia accidiſſe, Anaſtaſius *Bibliothecarius* affirmare videtur, nimirum quod ea quæ ejuſdem Synodi extarent Romæ Acta, ita ex Græco male reddita haberentur, ut probata licet, & confirmata ab Hadriano & ſucceſſoribus eadem Synodus eſſet: poſteri tamen non eodem præconio, nempe titulo œcumenico, fuerint eamdem proſecuti, quouſque fidelioribus adhibitis exemplaribus, eadem, ex puriſſimis fontibus Latinitati daretur; quod præſtitit ipſe Anaſtaſius Bibliothecarius, ut idem præfando demonſtrat. Sic igitur Nicolaus, dum tacuit, judicium ſuſpendit ſuum, ex dicta cauſa; numquam tamen negavit œcumenicam eſſe dicendam. Cæterum in deteriorem partem accipiens rem hanc calumniator Photius, eidem Nicolao (ut videbis) negotium faceſſit, quod non niſi ſex tantum reciperet Synodos œcumenicas, cum tamen eam Nicolaus ſemper ab Eccleſia Romana receptam, atque ſervatam, univerſalique Eccleſiæ ſervandam eſſe propoſitam, ſuis redditis litteris edocuerit, ut ſuo loco plenius apparebit. Sed ad Synodum.

Placuit ſanctæ Synodo, in Gregorium Syracuſanum antea depoſitum Epiſcopum malorum horum omnium auctorem iterare ſententiam, his verbis:

VII. Cap. II. Damnatio Gregorii Syracuſani. *Gregorium ſane, qui Syracuſanæ Eccleſiæ irregulariter atque Deo contempto præeſt, eo quod & ipſe ex parte ſchiſmaticorum ſit, & poſtquam a Synodo Epiſcopatus officio privatus, & a deceſſore meo ſanctæ memoriæ Papa Benedicto obligatus eſt, & Photium laicum ſubito conſecrare in Epiſcopum non formidavit, & de ſacro miniſterio auſus eſt multa contingere, juxta præcedentem conſuetudinem ſancimus, & juxta canonicam deliberationem Apoſtolica auctoritate definimus ac ſtatuimus, omni ſacerdotali carere atque privatum fore miniſterio: ita ut nullo modo liceat ei in qualibet Synodo reſtitutionis ſpem aut locum habere ſatisfactionis. Quod ſi de reliquo præſumpſerit in ſacro officio more ſacerdotis, quovis tempore miniſtrare, anathema ſit. Sed & ſi contra fratrem & Coepiſcopum noſtrum Ignatium turbas excitaverit, vel ab ejus communione fideles averterit, anathema ſit. Et omnes communicantes ei ab Eccleſia eiiciantur, ſed & ipſi anathema ſint.*

VIII. Cap. III. *Eos vero, quos Photius neophytus, & Conſtantinopolitanæ Sedis invaſor in quolibet Eccleſiaſtico ordine provexit, quoniam manifeſtum eſt, eos in omnibus conſecrationis ſuæ pravitatibus conſenſiſſe, atque ei poſt invaſionem communicaſſe: omni clericali officio privamus, & Apoſtolica atque canonica auctoritate, & Synodali decreto eos penitus ſequeſtramus.* His damnatis, ſancta Synodus ad reſtitutionem Ignatii ſe convertit, cujus cauſa ejuſmodi decretum conſcripſit:

*Reverentiſſimum & ſanctiſſimum fratrem Coepiſcopum noſtrum Ignatium ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Patriarcham, qui primo quidem Imperialis violentiæ terrore proprio throno privatus eſt, & poſtea a Photio adultero prævaricatore ac pervaſore ſedis Conſtantinopolitanæ, & ab ejus complicibus excommunicatis videlicet, & anathematizatis atque damnatis, & ſine Epiſcopalibus ſedibus, & a deceſſore meo ſanctæ recordationis Benedicto Papa obligatis hominibus anathematizatus eſt; & poſtremo ab Apoſtolicæ Sedis Miſſo contra noſtram præceptionem, ut ſanctæ Synodo Spiritus ſanctus revelavit, & dudum Zacharias Epiſcopus, qui unus de iiſdem duobus Legatis extitit, propria confeſſione manifeſtavit, infulis eſt ſacerdotalibus deſpoliatus: auctoritate ſummi Judicis Domini noſtri JESU Chriſti, promulgamus, ſancimus atque decernimus, unquam nec fuiſſe nec eſſe depoſitum, vel anathematizatum, tamquam qui ab Imperiali potentia ſit abſque ulla canonica auctoritate pulſus Eccleſia, & tamquam qui ab alligatis nullo poſſit haberi vinculo colligatus, & ab eis qui nullam eum judicandi poteſtatem, vel ab Apoſtolica Sede auctoritatem habuerint, ut nullum ſui honoris diſcrimen pati debuerit. Et ideo illum, id eſt, eumdem fratrem & conſacerdotem noſtrum Ignatium Patriarcham, omni vinculo anathematis ab eo remoto, per poteſtatem divina voce in beatiſſimo Petro collatam & per auctoritates ſacrorum Canonum, & Decretalium conſtitutionem, more ſanctorum Patrum prolatarum, priſtino honori, priſtinæque dignitati & ſedi, priſtino gradui, & Patriarchio, ac priſtinis & pontificalibus infulis atque officiis reſtituimus, ſtatuimus, & confirmamus. Ita ut quicumque poſt notitiam hujus Apoſtolicæ atque ſynodicæ ſanctionis, quo minus omnia, quæ præmiſimus, inſignia Pontificatus recipiat, eum impedierit, & non in omnibus huic decreto obedierit, vel ſe ab ejus communione ſeparaverit, vel ulterius contra eum aliquod judicium perferre tentaverit, abſque Sedis dumtaxat Apoſtolicæ præmiſſo conſenſu: Siquidem clericus fuerit ab omni clericatus officio coram Deo & hominibus ſit alienus, atque perenni pœna, tamquam qui magiſtrum prodiderit, cum Juda traditore conſtringatur: & niſi a prava intentione receſſerit, perpetuo anathemate maneat condemnatus. Si vero laicus extiterit ille (quiſquis eſt) huic noſtræ conſtitutioni contraire tentans, & eum ſedem & omnem priſtinam dumtaxat di-* IX. Cap. IV. Reſtitutio S. Ignatii Patriarchæ.



*dignitatem recipere non permiſerit; vel ſi poſt receptam priorem ſedem denuo illum impellere, & a Patriarchio expellere tentaverit; vel perſonæ ipſius ſeu ſacerdotali honori aliquam moleſtiam ſine primæ hujus Sedis conſenſu intulerit: omni benedictione paterna privetur, & maledictione Cham patris Chanaam* (a), *qui verecundiam patris ſui videns non cooperuit, ſed irriſit, mulctetur, & cum parricidis æterna pœna, Domino judicante, percellatur, & nexibus anathematis, nonniſi reſipiſcens, penitus eruatur.* Hæc de reſtitutione Ignatii Patriarchæ ſancta Synodus. Quæ ad reſtitutionem aliorum Epiſcoporum per Photium damnatorum deveniens iſta conſtituit:

(a) Geneſ. 9.

Cap. V. XI. *Eos autem Epiſcopos, ſeu cujuslibet ordinis clericos, qui per injuſtam dejectionem fratris & Coepiſcopi noſtri Ignatii, vel in exilio relegati, vel miniſterio & gradu invidioſe privati ſunt: ſtatuimus, ut exilio diſſoluto, proprias ſedes atque gradus recipiant. Quod ſi quiſquam huic decreto noſtro contraire præſumpſerit, & ut ſedes vel gradus reſumant impedierit, quouſque non obtemperaverit, anathema ſit. Sane ſi qui ex eis ab aliis criminantur, decernimus eos antea ſedes quidem & proprios gradus recipere; judicari autem niſi a Sede Romana non patimur. Sed ſi quæ præter regulam forte egiſſe dicuntur; noſtro eos decreto judicandos reſervari ſtatuimus, juxta quod & ſacri præcipiunt Canones.* Hactenus de judicio perſonarum. Poſt hæc autem ad dogmata ſacra tranſiens, hæc de venerando cultu ſacrarum imaginum ſancta Synodus omnium conſenſu decrevit:

Cap. VI. Adverſus Iconoclaſtas. *Quod oportet nos majorum noſtrorum ſtatuta immoto mentis intuitu conſervare, & in omnibus ſanctorum Patrum ſemper dogmata venerari: definimus de ſacris venerandis imaginibus Domini noſtri JESU Chriſti, ejuſque ſemper Virginis Genitricis Mariæ, omniumque Sanctorum, qui Deo ab Abel juſto placuiſſe creduntur, quas Eccleſia ſancta in univerſo orbe diffuſa antiquitus accepit: quæque Sedis Apoſtolicæ Præſules pro eis decreverunt ac ſtatuerunt, illibata perſiſtere, atque intemerata manere. Quapropter Joannem quondam Conſtantinopolitanum Antiſtitem, & ſequaces ipſius, qui eas frangendas atque calcandas eſſe, ore polluto aſſeverant, quamdiu de his nobiſcum non ſenſerint, & juxta ſanctiſſimorum Pontificum Romanorum decreta, & aliorum Catholicorum Patrum inſtituta non ſapuerint: ſancimus eos a Chriſto, & ab Eccleſia Catholica atque Apoſtolica eſſe anathema.* Hucuſque hujus ſanctæ Synodi decreta, quæ hoc anno habita eſſe (licet Acta ipſa anno careant atque die) ex eo colligitur, quod facta noſcuntur; cum abſens eſſet Rodoaldus legatione fungens in Gallia, & hiemis tempore; nec ad aliud tempus referri poſſunt.

Quæ autem hæc ſint ſequuta, ita Nicolaus (b) edocet: *Reverſo autem Leone a ſecretis Conſtantinopolim, Michael Imperator comperiens per epiſtolam noſtram, quam per ipſum tranſmiſimus, quod nec depoſitionem Ignatii, nec promotionem Photii ſuſcepiſſemus: mox quemdam Legatum ſuum Michaelem Protoſpatharium cum epiſtola injuriis plena ad nos direxit: & ut ſententiam noſtram ad votum ipſius commutaremus, vehementer hortatus eſt. At nos injurias quidem noſtras non curantes, licet circa Eccleſiæ injurias non tacuiſſemus, ſcripſimus epiſtolam noſtram, & hanc Indictione quartadecima prædicto Imperatori per jam nominatum Michaelem Protoſpatharium Legatum ſuum direximus, tam videlicet a noſtra Eccleſia falſas objectiones repellere cupientes, quam ipſum Imperatorem cum ſequacibus ſuis ſuper hoc negotio ad rectum juſtitiæ perducere tramitem anhelantes.* At de illa epiſtola ſuo loco dicendum. XII. (b) Nicol. ep. 70. Secunda legatio Michaelis Imp. ad Nic. Pap.

Quæ autem perpetrata ſunt a Photio, ubi audivit ſe damnatum a Romano Pontifice, ſic accipe ab Anaſtaſio Bibliothecario in præfatione hiſtorica ad Octavam Synodum, cum hæc ait: *Cujus Romani Papæ cenſuræ Photio minime parente, ſacratus Fidelium catalogus magis inflammatur, & ab ejus ſe communione catervatim ſequeſtrat, horreſcens, quod nec a tanta Sede perculſus corrigi conſenſerit, quippe cum durior ſilice etiam verbera dura impudenti fronte contempſerit. Quod Photius moleſtiſſime ferens, acriter indignatur.* Et paulo poſt, quid in illos ſit machinatus, ſubdit his verbis:

*Alios quidem privatione bonorum & dignitatum, alios vero proſcriptione facultatum damnat: hos exilio longo, & carceribus relegat, illos tormentis diverſis afficit, atque (ut breviter omnia comprehendantur) nulla profeſſio, ſexus, vel ætas, ab eo impunita deſeritur, niſi conſors ſuæ communionis inventa: adeo ut communionem ejus declinantium nonnullos, quibuſdam exceptis, qui contemplationi operam dantes, clauſi habebantur, abſtraxerit, alios vero in monte Olympo eremiticam vitam ducentes fugaverit, eorumque tuguria ſeu ſpeluncas igne perdiderit: quemdam autem ſibi communicare renuentem etiam vivum ex inferiori parte uſque ad dimidium corporis ſepelierit.* XIII. Photius perſequitur Catholicos.

*Et quod horribilius eſt, conciliabulum, præſidente Michaele, collegit. Falſos homines quaſi Vicarios orientalium ſedium for-* Photius aliud Conciliabulum colligit Schiſmaticorum.

*formatt, accuſatores muneribus armat, & mendaciis inſtruit, teſtes eos adſciſcit, quos & accuſatores opponit, judices nonnumquam & in accuſati perſonam admittit. Exceſſus quoſdam quaſi præfati ſummi Pontificis fingit, eique impingit, & ſicut putabat, damnatione ſimul, & anathemate punit. Cunctis, qui aderant, exceptis perpaucis, & his fautoribus impietatis, clamantibus non eſſe juſtum in ſummum & primum Pontificem, & præcipue ab inferiori quolibet ſententiam proferri, cum id nec Canon quiſquam admittat, nec aliqua Eccleſiæ conſuetudo fieri doceat. Verum iſte falſarius falſorum exceſſuum adverſus inſontem, abſentem, & invictum, mendacem codicem compilat.*

Quid in Rom. Pont. inſanus audet.

*Mille circiter Antiſtitum ſubſcriptiones falſas interſerit, ſibi nemine prorſus conſentiente, vel conſcribente ex illa numeroſa Epiſcoporum multitudine, niſi uno & viginti præſulibus. Unde jam profuſius ſancti habitus viri eum fugiunt, & quaſi ſqualorem quemdam declinant: alterum Dioſcorum hunc appellantes, & præcurſorem Antichriſti, immo ipſum Antichriſtum exiſtimantes, quem ſcilicet, hominem peccati, filium perditionis Apoſtolus (a) appellaſſet, qui profecto extolleretur ſuper omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.*

(a) 2. Theſſ. 2.

XIV. Photii ſubdolæ artes.

*Cæterum conſtruit & aliam techam hic perverſorum dogmatum cultor & perſuadet Imperatori præcipere, neminem teſtamentum facere, vel per alterius, niſi per Photii manus ſuas eleemoſynas erogare. Quod non ob aliud adinvenit inventor, niſi ut dum acciperet, & erogaret ſubſtantias divitum, proprias animis curioſis erogaſſe putaretur, ac per hoc a cunctis quaſi dapſilis & munificus amaretur; ſimul etiam ut ſaltem per hoc omnes ei coacti communicarent, quandoquidem conſpicerent, nec ipſos ſe animarum ſuarum remedia poſſe, niſi per manus ejus ſaltem in ipſo mortis articulo poſitos operari. Præterea & aliud iniquitatis ſuæ retiaculum, quo mentes ſimplicium caperet texens, quotquot ad exteriorem ab eo diſciplinam inſtruendi veniebant, proprio ſcripto ſpondere cogebat, ſe ſecundum fidem Photii de cætero credituros, quaſi duæ fides eſſent, una ſcilicet Chriſti, altera Photii. Et hoc nihilominus callide mollitus ut communioni ſuæ quouſque, vel quomodocumque laqueis irretiret, & eſſet impoſſibile, ſe umquam evelli, quem nimirum conſtaret, tot fixis hærere radicibus, dum his nec aliam fidem, niſi quam ipſe teneret, habere quoquo modo licuiſſet, quod maximum ſcandalum mortalibus excitavit, dicentibus: Ita ne Photius ſi hæreſiarches fuerit debent filii noſtri aut Fidei Catholicæ deſertores eſſe, aut eſſe juramenti, vel ſui chirographi tranſgreſſores? Erant enim inter eos nonnulli clariſſimis oriundi natalibus.*

XV. Photii de duabus animabus error.

*Nam & ante annos aliquot idem Photius duarum unumquemque hominem animarum conſiſtere prædicabat. Qui cum a Conſtantino Philoſopho magnæ ſanctitatis viro fortiſſimo, ejus amico increpatus fuiſſet, dicente: Cur tantum errorem in populum ſpargens, tot animas interfeciſti? reſpondit: Non ſtudio quemquam lædendi talia, inquit, propoſui, ſed probandi quid Patriarcha Ignatius ageret, ſi ſuo tempore quælibet hæreſis per ſyllogiſmos philoſophorum exorta pateſceret, qui ſcilicet viros exterioris ſapientiæ repuliſſet. Verum ignoravi me ſub hujus fomite propoſitionis tot animas fore læſurum. Ad quod ille: O ſapientiam mundi quæ infatuatur & deſtruitur! Jactaſti ſagittas in multitudine copioſæ turbæ, & ignoraſti quemlibet ex his omnibus vulnerandum? Certe omnibus liquet, quia ſicut oculi quantumlibet ſint aperti, ſi ſemel quid palearum intra jacuerit, videre ultra non poſſunt; ita oculi ſapientiæ tuæ, quantumlibet ſunt magni, & patuli, avaritiæ tamen, & invidiæ fumo penitus obcæcati, tramitem juſtitiæ videre non poſſunt, ac per id verum eſt, quod neminem ictu tuo putaſti eſſe lædendum, cum ſis obcæcatum ſenſum prædictis adverſus Patriarcham paſſionibus habens, nec quid miſeris prævideris.* Hæc Anaſtaſius.

XVI. At quid præter hæc accidit? Cum Photius in eos, quod ſibi adverſarentur, adeo ferus atque crudelis eſſet: mitis tamen voluit videri, atque benignus, & qui apud magiſtratus potius pro illis intercederet, quam ſupplicium daret; nam audi epiſtolam ab ipſo ad Bardam eundem cum ipſo funem trahentem. Accepimus eam una cum aliis ex bibliotheca Sfortiana, in Latinum a Petro Morino noſtro tranſlatam, quæ ſic ſe habet:

*Photius, Bardæ, Patricio & Curopalatæ.*

*Sciebam equidem, vel antequam experirer, indignum eſſe me Pontificali gradu & paſtorali munere. Ideoque cum ducerer ac traherer, retinebar, ac ægerrime ferebam. Atque utinam me mors antequam comprehenderer, ac circumvenirer, vel potius ante illam intolerabilem vim, rapuiſſet. Non enim tot tantorumque malorum fluctus miſerrimam animam quotidie inundantes opprimerent, quorum ſpes & expectatio (facile enim natura hominum impendentes proſpicit difficultates, cum præſertim in eas infeſta vis ingruit) tum me valde perturbabat. Itaque perculſus & acerbo dolore confectus flebam, deprecabar, omnia potius faciebam, quam iis qui eligebant, ac vim afferebant, aſſentiebar, tranſire a me poculum multarum, variarumque curarum & tentationum exoptans. Nunc vero ipſæ me res docent, meamque arguunt indignitatem; nec jam metus expectationis eſt, ſed dolor fixus in præcordiis & gemitus, & in præſentibus malis inopia conſilii ſummæque difficultates.*

XVII. *Cum enim ſacerdotes, qualeſcumque tamen ſint, unius caſu affligi video, verberari, proſcribi, duci in carcerem iiſque linguam præcidi (ignoſce Domine peccatis noſtris) quomodo non præ me beatos judicabo mortuos? Quomodo non onus hoc impoſitum exiſtimabo ad redarguenda peccata mea? Homo egens, ab omni ope auxilioque deſertus, cuique ne mens quidem ſana & integra eſt (quæ res miſericordiam potius, quam indignationem movent (tot ſimul mala perpeſſus eſt, venditus eſt, cæſus, in carcerem incluſus ac ei, quod inconſolabile eſt) abſciſſa lingua, idque cum ſacerdotio præditus eſſet. Pro quo ſæpe precatus ſum; pro quo ſæpe oravi, pro quo ſæpe vanus ego verba feci, quaſi nihil paterer. Quippe viderunt, ſciunt, ſi vero obliti ſunt, Deus non eſt oblitus. Quæ ſpes incertis rebus ſupereſt, cum in certis, iiſque quæ ſub oculis poſitæ ſunt, adeo nihil proficio, adeo illudor? Quomodo pro peccatis populi ac noſtris deprecans exorabo, & placabo, cum vos pro uno precatus, ita decidi, ita repulſus ſum? Hæc ſcripſi ſanguine lacrymarum. In te uno ſitum eſt, ut aut primam, aut poſtremam hanc epiſtolam accipias. Ego enim coram Deo dico. Si hoc decretum eſt, in rationabilibus ſupplicationibus, ac precibus meis, repellere nos, ac dimittere: Si nulla neque miſero mihi conſolatio erit & exhortatio, nec ſcribam, nec ullo modo moleſtus ero: ſed quieſcam, meipſum conſiderans, reſque meas lamentans. Nam ſi una cum iis, quæ quotidie in nos conflantur tentationibus & incommodis miſeram quoque perdidero animam, omnium hominum ſum miſerrimus.* Hucuſque Photius. Qui ſane cum adverſus lupum gregem dominicum invadentem ita manſuete egit & placide, plane ſe lupi conſortem, non paſtorem abigentem baculo lupum oſtendit, lupus & ipſe ingreſſus in ovile ovium, non (a) ut furetur & mactet, circumdatus tamen ad decipiendum ſimplices indumentis ovinis: ex fructibus ejus, qualis revera eſſet, optime cognitus. At de eodem Photio alia occaſione rurſus inferius agendum erit.

(a) Joann. 10.

XVIII. Metenſis Synodus dicta proſtibulum.

Hoc eodem anno (ut Anaſtaſius eſt auctor) Ludovicus Imper. Romam ad baſilicam Apoſtolorum dignas Chriſtiano Imperatore miſit oblationes. At quænam fuerint, non refert.

Hoc namque anno, quæ fuit indicta anno ſuperiori (ut vidimus) habita eſt Metenſis Synodus, in cauſa repudii Theutpergæ Reginæ a Lothario Rege facti. De quo primum quæ a Reginone ſcripta habentur, in medium adducamus; ſic enim ait: *Quid plura facta ſunt omnia, quæ huic commento videbantur eſſe neceſſaria. Concilium Metis convocant. Reginam quaſi canonice evocatam in medio ſtatuunt, teſtes producunt una cum ſcriptis: quæ valde gravia crimina inponebant: Inter alia proteſtati ſunt, quod eadem * Theoperga confeſſa fuiſſet, ſemetipſam fratris germani inceſtuoſo concubitu eſſe pollutam. Continuo ſtatuta Patrum de inceſtuoſis recitantur. Et non ſolum a legitimo viro ſeparatur, verum etiam omni copula maritali inhibetur. Pœnitentia juxta modum culpæ indicitur. Et tali nefaria machinatione diu exoptata Regis voluntas adimpletur. Non multo poſt interiecto tempore, iterum, conventum ſynodalem Aquiſgrani coadunant. Ubi Rex libellum ſuæ proclamationis obtulit, ubi continebatur, qualiter in quadam femina, Theoperga nomine, factioſis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus: immo non modiocriter repetivit, quod judicio Epiſcoporum diſcidii ſententiam pertuliſſet. Quæ ſi idonea eſſet conjugali thoro, & peſtifera inceſtus pollutione fœdata non fuiſſet, nec vivæ vocis confeſſione publice condemnata ſponte eam retineret. Porro ſe incontinentem ipſe profeſſus eſt, & ſine copula juvenilis ætatis ardorem ferre non poſſe. Allatis itaque diverſorum Conciliorum voluminibus multa de inceſtuoſis replicata ſunt. Quibus recitatis, hanc definitivam ſententiam protulerunt. Credimus illam non fuiſſe idoneam ac legitimam conjugem, neque a Deo præparatam eſſe uxo-*

* al. Theutperga. Theutperga damnata.

Synodus Aquiſgrani habita.

Sententia pro VValdrada.



PAGIUS III. *Synodus Metenſis in cauſa Teutbergæ & Lotharii.*

A num. XVIII. ad XXXI. *Teutberga* Regina a *Lothario* Rege repudiata, ad Nicolaum Papam appellavit, iſque ad hujus cauſæ judicium Synodum in Urbe Metenſi celebrandam indixit, de qua Annaliſta Bertinianus ſcribit: *Carolus Miſſos Domni Apoſtoli Nicolai, Raduoldum ſcilicet Portuenſem Epiſcopum* (ſeu Rodoaldum, de quo mox locuti ſumus) *& Joannem Ficoclenſem Epiſcopum ſatis honorifice Sueſſionis in monaſterio Sancti Medardi recipit. Quos aliquandiu ſecum retinuit, & conceſſa Balduino, qui ad Limina Apoſtolorum confugium fecerat, indulgentia; pro cujus obtentu venerant, cum Epiſtolis ad Apoſtolicam Sedem redire, muneratos abſolvit. Iidem autem Apoſtolicæ Sedis Legati Mettis adeunt, Synodum habituri ex delegatione Apoſtolica circa medium menſem Junium pro divortio, quod inter Lotharium & uxorem ſuam Theotbergam acciderat, & pro ſuper inductione concubinæ VValdradæ, quam contra leges Eccleſiaſticas & mundanas in uxorem ſibi aſciverat. In qua Synodo præfati Miſſi corrupti muneribus Epi-*

*xorem, quæ publica confeſſione inceſtuoſo fornicationis crimine denotata probatur. Quocirca glorioſo Principi noſtro pro ſua in divino cultu devotiſſima aſſertione, ac victorioſiſſima Regni tuitione; cui non ſolum nos, verum etiam canonica auctoritas interdixit inceſtuoſum conjugium, legitimum matrimonium a Deo illi conceſſum non denegamus, juxta indulgentiam dicentis Apoſtoli;* (a) *Melius eſt nubere, quam uri. His ita patratis, Vualdrada in publicum procedit, ſtipata obſequentium multitudine: omniſque regia aula reſultat, VValdradam Reginam eſſe.* Hæc abſque Legatis Apoſtolicæ Sedis, qui poſtea advenerunt, quos diximus, Rodoaldus atque Joannes, de quibus ita paulo poſt Regino:

(a) 1. Cor. 7.

XIX. Legati Apoſtolicæ Sedis auro corrupti.

*In Franciam venientes, pecunia corrupti, magis faverunt iniquitati, quam æquitati. Tandem ad Regem pervenientes cum ei declaraßent legationis ſuæ cauſas, tale reſponſum ab eo acceperunt: Se nihil aliud egiſſe, niſi quod Epiſcopi ipſius Regni in generali Synodo ſibi agendum præmonſtraſſent. Dederunt autem iidem Legati conſilium Regi, ut illos Epiſcopos, qui illi Synodo præfuerunt, ad Sedem Apoſtolicam deſtinaret, qui verbis ac ſcriptis univerſali Papæ ſatisfacerent. Legati immenſis ditati opibus Romam regreſſi ſunt: nuntiaveruntque Præſuli, quæ in Galliis viderant, & audierant, adiicientes, ſe nullum ſapientem Epiſcopum in Regno Lotharii inveniſſe, qui ad liquidum canonicis eßet inſtitutus diſciplinis.* Hæc omnia Regino, ſed male anno octingenteſimo ſexageſimoquinto: nam hæc quidem, (quod in primis ad tempus ſpectat) hoc anno habita eſſe, ipſius Synodi quæ reperiuntur Acta ſignificant, nempe coactam eſſe Metenſem Synodum hoc anno, menſe Junii, Indictione undecima. Sicut & Synodum Aquiſgranenſem antea celebratam oſtendimus. Sed quæ hæc ſecuta ſint, rem geſtam compendio tractans habet vetus Chronicon Francorum, ab auctore hujus temporis ſcriptum, a Pithœo in lucem proditum verbis iſtis:

XX. Tempus & Acta Synodi Met.

*Hoc anno octingenteſimo ſexageſimotertio, in Regno quoque Lotharii, pro eo quod dimiſſa uxore legitima alteram duxit, Synodus in Metis congregata eſt omnium Epiſcoporum ejus præter Hungarium Trajectenſem, quem ægritudo detinuit. Aderant & Miſſi Nicolai Romani Pontificis ob eandem cauſam diligenter inveſtigandam directi. In quo negotio ventilato Rex factum ſuum propter quod arguebatur, conſilio & auctoritate Epiſcoporum ſe feciße teſtatus eſt. Quod illi non inficiantes, quaſdam aſſertiones rationum veriſimilium, quibus geſtæ rei qualitatem munire niſi ſunt, oppoſuerunt, eaſque litteris comprehenſas, ut Legati Apoſtolici ſuggeſſerunt, per Guntharium Agrippinæ Coloniæ, & Theutgaudum Trevirenſem Galliæ Belgiæ Archiepiſcopos Apoſtolicæ Sedis Pontifici probandas tranſmiſerunt. Qui convocato Romanæ Sedis Epiſcoporum Concilio, & Metenſem anathematizavit Synodum, & ad ſe miſſos Epiſcopos depoſuit, & communione privavit, juſte quidem & canonice, ut ſcriptis ſuis ipſe teſtatur; injuſte vero, ſicut illi ſcriptis & aſſertionibus firmare conantur. Propterea partis utriuſque ſcriptorum ſeriem his Annalibus inſerendam eſſe judicavi, diſcernendæ rei veritatem lectoris arbitrio relinquens.*

XXI. Certa Acta Metenſis Synodi.

At in dubium revocanda non ſunt, quæ Synodus judicavit, & Epiſcopi, qui interfuerunt, veniam petentes confeſſi errorem ſuum, juſte judicatum a Romano Pontifice demonſtrarunt. Sed & terri-

PAGIUS *Epiſtolas Domni Apoſtolici occultantes, nihil de his quæ ſibi commendata fuerunt, ſecundum ſacram auctoritatem egerunt. Ut autem aliquid viderentur egiſſe, Guntharium Colonienſem Archiepiſcopum & Theutgaudum Treverenſem aeque Archiepiſcopum, cum veniis, quas in eadem Synodo ſubſcripſerunt Epiſcopi, Romam ire juſſerunt, ut judicio Domni Apoſtolici ipſa cauſa definiretur. Domnus Apoſtolicus quæ acta fuerant plene cognoſcens, & Rodoaldum ſimiliter cupiditate in Conſtantinopoli cum Zacharia ſocio ſuo Epiſcopo nuper corruptum damnare volens, Synodum convocavit. Quod ſentiens Rodoaldus noctu fuga lapſus diſparuit. Guntharius vero & Theutgaudus Romam pervenientes primum in Synodo, & poſtea in Eccleſia S. Petri, ſicut habetur in ſubditis, ab Apoſtolico ſunt damnati.* Ita Annaliſta Bertinianus. [1] Cluverius lib. 1. Italiæ Antiq. cap. 28. putavit, *Ficoclen* ſeu *Phycoclen* Urbem eſſe fictitiam, quod Anaſtaſius, qui hoc tempore vixit, in Vita Theodori Papæ ſcribat, decollatum fuiſſe Mauricium Charularium *juxta Civitatem Ravennatem* in loco, *qui dicitur Ficuclas, duodecimo milliario a Civitate*, ubi Ficoclen ſimpliciter *locum* appellat. Verum Anaſtaſius aut Auctor libri Pontificalis ipſi attributi, ac Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis Oppida & Civitates quandoque *locum* appellant; & Theodori Papæ tempore, *Ficocle* forſan nondum Urbs Epiſcopalis erat. Denique Joann. VIII. Papa literis ordine CCCVIII. datis *XIII. Kalend. Auguſtas, Indict. XIV.* anno ſci-

NOTÆ [1] Metenſi huic Synodo nec Ludovicum Germaniæ Regem, nec Ludovici Regno Epiſcopum adfuiſſe quemquam aſſeruit ipſe Ludovicus Nicolao Papæ, ut colligitur in Capitulis reſponſionis ad Legationem Salomonis a Ludovico miſſam apud Baluzium Miſcell. tom. V. pag. 489. de qua legatione Vide Notam ad A. 858. VI. MANSI



ribili tamdem vindicta (ut oſtendemus) Deus eos inſecutus, quam graviter peccaſſent, ſatis perſpicue omnibus notum fecit. Anaſtaſius bibliothecarius in Nicolao Papa de his agens, addit ejuſmodi delicti Archiepiſcoporum complicem fuiſſe Haganonem Bergomenſem Epiſcopum una cum aliis Epiſcopis, qui Lothario Regi auctores fuerant dimittendæ Theutpergæ, & in conjugium ſumendæ Waldradæ; ſed & diſſolverunt ſententiam latam in Engeltrudem, quæ per ſeptem annos reliquerat virum Boſonem Comitem. At præſtat, antequam ulterius progrediamur, audiamus iſta ab Anaſtaſio, qui præſens in Urbe erat, qui cuncta geſta breviter narrans hæc ait: *Ecce ſuperna dirigente clementia idem Theutgaudus & Guntharius Archiepiſcopi Romanam Eccleſiam adeuntes, veſtigiis hujus Præſulis ſe ſacris præſentari petierunt. Quibus benigne a Præſule præſtantiſſimo ſuſceptis, libellum ei obtulerunt dicentes, ſe nihil, vel plus, vel minus egiſſe, niſi ut libellus ipſe cantabat. Quo diligentiſſime ſcrutato, non pauca in eo reperta ſunt, profani & multis inauditi ſermonis turpitudinem habentia, quæ Epiſcopalem excedentia ordinem, ipſos ſicut phreneticos ligarent Archiepiſcopos. Denique convocata Synodo in Lateranenſi poſtea palatio ſub Apoſtolis, inventi ſunt iidem (ut dictum eſt) Archiepiſcopi, unde damnationis notam incurrerent, præcipue vero quia auctores ſe tanti divortii fuiſſe clamabant: & ſententiam quam in Engeltrudem uxorem Boſonis, quæ eumdem virum ſuum Boſonem per ſeptenne tempus reliquerat (utque excommunicata etiam, & a ſummæ Sedis Pio Papa ligata, & anathematizata extiterat, & ad eum reverti curaverat) communicantes, & converſantes, cum ea item loquentes, diſſolviſſe ſe non negabant, ſed altiſone publicabant, & epiſtolam Pii Pontificis (ſicut in illis ab ipſis male compoſitis geſtis in ſcrinio hujus Sedis repoſitis declaratur) ad libitum falſavere, &c.* Reliqua inferius ſuo loco. Eadem habet Regino, qui addit eoſdem damnatos Archiepiſcopos ab Urbe recedentes, profectos Beneventum ad Ludovicum Imperatorem, qui tunc ibi erat, acuiſſeque in blaſphemias linguas ſuas, eorumque Guntharium auctorem malorum omnium, ſpreta ſententia lata ſummi Pontificis, non abſtinuiſſe a vetito & interdicto miniſterio ſacerdotali, Theutgaudum autem abſtinuiſſe narrat. Sed hæc poſtea. Modo reddamus hic epiſtolam Nicolai Papæ, ex ipſa Romana Synodo tunc habita, quæ continet ejus Acta, a citato Francorum Annalium auctore ita deſcriptam:

Synodus Romana.

XXII. Nicolai Pap. epiſtola ad Germaniæ Epiſcopos.

*Nicolaus ſervus ſervorum Dei reverentiſſimis ac ſanctiſſimis fratribus noſtris Archiepiſcopis in Regno Ludovici Regis Germaniæ conſtitutis.*

*Scelus, quod Lotharius Rex (ſi tamen Rex veraciter dici poſſit, qui nullo ſalubri regimine corporis appetitus refrænavit: ſed lubrica enervatione magis ipſius illicitis motibus cedit)* * *Theutperga ſcilicet & Vualdrada commiſit, omnibus manifeſtum eſt. Sed, & dudum Epiſcopos* * *Theogaudum & Guntharium in tali facto eum habuiſſe tutores & fautores, pene totus nobis orbis undique ad Limina, ſeu Sedem Apoſtolicam confluens referebat, abſentibus quoque id ſcribentibus Apoſtolatui. Quod nos tanto credere renuimus, quanto de Epiſcopis tale quid audire nullatenus ſperabamus, donec ipſi Romam tempore Concilii venientes, coram nobis, & ſancta Synodo tales inventi ſunt, quales fuerant a multis ſæpe prædicati; ita ut ſcriptura, quam ſuis ſtipulaverant manibus, quamque volebant,*

* deſunt aliqua

* Theutgaudum.



PAGIUS ſcilicet DCCCLXXXI. Joanni Epiſcopo *Ficoclenſi* viſitationem Faventinæ Eccleſiæ Paſtore deſtitutæ committit. *Faventia*, ſicut *Ficocle*, in Æmilia poſitæ, & utraque Archiepiſcopo Ravennati ſubiicitur. Denique *Ficocle* adhuc Urbs Epiſcopalis erat anno MCXIX. ut patet ex Diplomate eo anno a Gelaſio II. Archiepiſcopo Ravennenſi conceſſo apud Rubeum in Hiſt. Ravenn. lib. 5.

IV. *Errores Reginonis in ea cauſa narranda.*

Geſta in cauſa *Lotharii & Theutbergæ* refert Baronius ex Reginone, qui tamen ſicut Annaliſta Metenſis, quem Regino exſcripſit, in hac narratione multipliciter erravit, ut animadvertit Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. in Diſſert. IX. Primo enim Metenſe Concilium Aquiſgranenſi præponit ordine præpoſtero, & primam accuſationem *Teutbergæ* in Metenſi factam commemorat. Secundo, falſum eſt quod aſſerit, *VValdradam* a Lothario non ante ductam, quam Synodus Metenſis celebrata eſſet. *VValdradam* enim eum jam ſibi ſociaſſe cum Concilium Metenſe coactum eſt, & Synodi ipſius Acta probant, & *Nicolai* Papæ Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ & Germaniæ, in qua ait, *Lotharium* legitima repulſa conjuge, ſecundam ſibi adſciviſſe, neque Sedis Apoſtolicæ judicium expectaſſe. Tertio, in eo errat, quod Legatos Apoſtolicos *Rodoaldum* & *Haganonem* anno duntaxat DCCCLXV. peracta jam Synodo Metenſi, quam & perperam figit an. DCCCLXIV. in Gallias miſſos a Nicolao Papa aſſerit, quos Metenſi Concilio adfuiſſe certum eſt ex ejuſdem Nicolai Epiſtolis, & ex Anaſtaſio in ejus Vita. Quarto, quod *Haganonem* cum Rodoaldo miſſum in Gallias teſtetur ad obeundam Legationem pro cauſa Lotharii & Teutbergæ; cum Anaſtaſii etiam teſtimonio conſtet, *Haganonem* ante in Galliis fuiſſe, quam Legati mitterentur, & celebraretur Metenſis Synodus; neque illum inter Legatos hanc ob cauſam miſſos *Nicolaus* Papa affirmat, in cujus Vita Anaſtaſius totam hanc Hiſtoriam accurate narravit, & narrationem Reginonis funditus evertit.

bant, ut noſtro roboraremus chirographo, caperentur, & dum muſcipulam innocentibus apponere ſatagerent, inſidiis ſuis illaqueati ſunt ipſi. Sicque completum eſt, Deo auctore, quod in Proverbiis legitur: (a) Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum. Siquidem ipſi (b) obligati ſunt, & ceciderunt; nos vero, qui in hoc flagitium falſo cecidiſſe dicebamur, favente Domino, cum juſtitiæ propugnatoribus ſurreximus, & erecti ſumus. Igitur decernente nobiſcum ſancta Synodo in præſentia depoſiti, & ab officio ſacerdotali excommunicati, atque a regimine Epiſcopatus alienati indubitanter exiſtunt. Unde noſtra fraternitas Canonum normam cuſtodiens, & decretorum ſanctiones obſervans cavet, ne eos quos nos abjecimus, *recipere in ſacerdotum catalogo quis præſumat. Depoſitionis autem ſententia, quam in prædictos Theutgaudum, & Guntharium protulimus, cum cæteris capitulis, quæ ſancto Concilio nobiſcum ſanciente promulgavimus, inferius annexa monſtratur. Incipiunt Capitula, ſeu decreta Romanæ Synodi.

(a) Prov. 1.
(b) Pſalm. 19.
* retinere

XXIII. De Synodo in Metenſium urbe a Theutgaudo & Gunthario Archiepſcopis congregata penitus abolenda.

Cap. I. Aboletur Synodus Metenſis.

Synodum, quæ nuper, id eſt, ſub piiſſimo Imperatore Ludovico per Indictionem undecimam menſe Junio in Metenſium urbe ab Epiſcopis, qui noſtrum prævenerant judicium, collecta eſt; quique Apoſtolicæ Sedis inſtituta temere violarunt, ex tunc & nunc & in æternum judicamus eſſe caſſatam; & cum Epheſino latrocinio reputatam, Apoſtolica auctoritate in perpetuum eſſe ſancimus damnandam, nec vocari Synodum, ſed tamquam adulteris faventem, Proſtibulum appellari decernimus.

Depoſitio Theutgaudi & Guntharii Archiepiſcoporum.

Caput II. Sententia contra Guntharium & Theut. Archiep.

Theutgaudum Trevirenſem primatem Belgicæ provinciæ, & Guntharium Agrippinæ Coloniæ Epiſcopos, nunc coram nobis & ſancta Synodo, ſub Geſtorum inſinuatione, qualiter cauſam Lotharii Regis, & duarum mulierum ejus, Theutpergæ ſcilicet, & Voaldradæ ſe cognoverint, & judicaverint, ſcriptum ſuper hoc propriis roboratum manibus offerentes; nihilque ſe plus, vel minus, aut aliter egiſſe, ore proprio, multis coram poſitis affirmantes. Sententiam, quam a Sede Apoſtolica in * Ingeltrudem uxorem * Buſonis ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis Archiepiſcopus Tudo, & cæteri Epiſcopi noſtri petierant emittendam, & nos divino ſuccenſi zelo ſub anathematis obteſtatione canonice protuleramus, publice viva voce ſe violaſſe confitentes, in quibus omnibus invenimus eos Apoſtolicas atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normam, nequiter temeraſſe: omni judicamus ſacerdotii officio permanere penitus alienos Spiritus ſancti judicio, & beati Petri per nos auctoritate omni Epiſcopali exutos regimine conſiſtere definientes. Quod ſi juxta præcedentem conſuetudinem tamquam Epiſcopi auſi fuerint aliquid de ſacro miniſterio contingere, nullo modo liceat eis nec in alia Synodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis. Sed communicantes eis omnes abiici ab Eccleſia, & maxime, ſi poſteaquam didicerint adverſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentaverint.

* Engeltrudem.
* Boſonis.

De cæteris Epiſcopis.

Cap. III. XXIV. Quid in reliquos Epiſcopos decretum.

Cæteri autem Epiſcopi, qui complices horum, Theutgaudi ſcilicet & Guntharii, vel ſectatores eſſe feruntur; ſi cum his conjuncti ſeditionem, conjurationes, & conſpirationes fecerint: Vel ſi a capite, id eſt, a Sede beati Petri illis hærendo diſſenſerint; pari cum eiſdem ratione teneantur aſtricti. Quod ſi cum Sede Apoſtolica, unde eos principium Epiſcopatus ſumpſiſſe manifeſtum eſt, ſapere de cætero per ſemetipſos, vel miſſos ad nos Legatos ſuos cum ſcriptis ſuis profeſſi extiterint: noverint ſibi a nobis veniam non negandam, nec amiſſionem honorum ſuorum pro retroactis præſumptionibus aut ſubſcriptionibus, quas pro inſanis fecerunt geſtis, per nos ullo modo formidandam.

De Engeltrude.

XXV. Cap. IV. In Engeltrudem iterata ſententia.
* al. Boſone
* al. fautoribus

Engeltrudem filiam quondam Mattefridi Comitis; quæ a * Boſſone proprio viro relicto, ecce jam per ſeptem circiter annos hac atque illac vagabunda * nuper cum * factoribus ſuis regulariter anathematizavimus: ſed propter contumaciam iterato anathematis vinculo duximus innodandam. Sit igitur a Patre, & Filio, & ſpiritu ſancto uno & vero Deo, ab omnibus ſanctis Patribus, & ab univerſa Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, & a nobis penitus anathema, cum omnibus complicibus, & communicatoribus atque auxiliatoribus ſuis, ita ut ſicut jam decrevimus, ſi quis ei communicare, vel favere in aliquo præſumpſerit, ſiquidem clericus fuerit, in eodem vinculo conſtrictus, officium clericatus amittat: monachi vero, & laici ſi inobedientes decreto præſenti fuerint, ſimiliter anathematizentur. Sane ſi eadem mulier ad virum ſuum reverſa fuerit, vel ad Apoſtolicam beati Petri Sedem properans; veniam ei poſt dignam ſatisfactionem proculdubio non negabimus. Verumtamen ſub priori vinculo anathematis, quo illam prius & nunc obligavimus, interim conſtricta permaneat. Si quis autem eidem Engeltrudi ad Apoſtolicam beati Petri Sedem Romanam properanti, vel occurren-



ti neſcius communicaverit, aut ſciens opem in veniendo præſtiterit, nullo pro hoc vinculo teneatur innexus.

☞ Hæc in Engeltrudem filiam (ut audiſti) Mattefridi, dicendi potius, Matfridi, ut eſt apud Agob. Archiep. Lugdun. qui ad ipſum epiſtolam dedit, cujus hic eſt titulus (a): Ad Matfridum procerem palatii deploratoria de injuſtitiis. Meminit ejuſdem & Moduinus, ſive Modoinus in carmine ad Theodulphum Aurelianenſem, & eſt apud Aldovaldum libro primo miraculorum. Qui quidem feliciſſimus in Curia, infeliciſſimus in filia, quam genuit omnium feminarum ſceleſtiſſimam Engeltrudem. Pergunt Acta ☜:

(a) Agob. pag. 198.

Cap. V. De ſententiis, antiquis interdictis Sedis Apoſtolicæ,

XXVI. Si quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, vel decreta pro Catholica Fide, pro Eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione Fidelium, pro emendatione ſceleratorum, vel interdictione imminentium, vel futurorum malorum a Sedis Apoſtolicæ Præſule ſalubriter promulgata contempſerit, anathema ſit. Hactenus decreta in Romano Concilio. Damnatio autem Rodoaldi & Joannis Legatorum dilata eſt in ipſorum adventum. Sciens enim ipſe Rodoaldus Apoſtolicæ Sedis ſententia damnatum fuiſſe Zachariam Epiſcopum Anagninum collegam ſuum atque ab Epiſcopatu depoſitum, male ſibi conſcius, & novi criminis perpetratione paveſcens, ut alter Caim, vagus & profugus fuit ſuper terram. Quando autem & ipſe eandem ſententiam damnationis exceperit, ſuo loco dicturi ſumus.

Quid damnati Epiſcopi poſt Concilium.

Guntharius autem & Theutgaudus ubi damnationis ſententiam acceperunt, vehementi agitati furore, exeuntes ab Urbe, ad Ludovicum Imperatorem Beneventum (ut dictum eſt) perrexere; quem innumeris calumniis in Nicolaum jactatis, in eum magnopere commovere; qui & cum ei ſuis litteris perſuadere non poſſet, ut eos abſolutos redderet ſuis Eccleſiis: in Urbem ipſe cum ſuis ſe contulit, & indignas Catholico Imperatore adverſus Nicolaum exercuit contentiones: quem cum adamante duriorem eſſet expertus, re infecta, reverſus eſt Beneventum. Hæc Rempertus in hiſtoria, quam ſæpe citavimus, Longobardorum M. S. Qui & teſtatur (ut ſuo loco dicturi ſumus) ob injurias in Nicolaum illatas, juſto Dei judicio factum, ut idem Auguſtus in manus inciderit adverſariorum ſuorum. Sed hæc poſtea.

XXVII. Perditiſſimi autem Epiſcopi illi duo, cum deſperatam reſtitutionem viderent, ſchiſmaticis adhæſerunt, quos ſcirent infenſiſſimo eſſe odio in Nicolaum, nempe Photio, ejuſque ſectariis. Ad Photium enim miſerunt epiſtolam hanc, quam ad Nicolaum ab ipſis ſcriptam ex Synodo confinxerunt, calumniis, mendaciis, atque blaſphemiis refertam, ſpiritu plane ſatanico elaboratam, quæ ab eodem veteris Chronici auctore a Pithœo editi ſic recitatur:

Nicolao Pontifici Guntharius, atque Theutgaudus.

Cap. I. Epiſtola ſchiſmaticorum audax nimis & calumnioſa.

Patres Epiſcopi, & fratres Coepiſcopi ad te nos direxerunt, & nos ſponte ivimus conſulere videlicet, expleta generali legatione, tuum magiſterium ſuper his ſpecialiter, quæ pariter prout nobis viſum fuit, & * adiicientibus notum eſſe potuit, judicavimus, auctoritates, rationeſque, quas ſecuti fuimus, ſcriptis oſtendentes, ut tua ſapientia, perſcrutatis omnibus quid inde ſentires, & quid velles, nobis paterno demonſtrares affectu, noſque fraterna charitate procurares, & ſi melius illud tua ſanctitas inveniret, ut nos inſtrueres, & doceres, ſuppliciter obſecravimus, parati quidquid rectius, & probabilius eſſet, libenter amplecti.

Cap. II. XXVIII. Sed nos per tres hebdomadas tuum expectantes reſponſum, nihil certitudinis, nihilque doctrinæ nobis expreſſiſti. Tantum quodam die in publico dixiſti, nos excuſabiles apparere, & innocentes juxta aſſertiones noſtri libelli.

Cap. III. XXIX. Ad ultimum autem nos evocati ad tuam præſentiam deducti ſumus, nihil adverſitatis ſuſpicantes. Ibique obſeratis hoſtiis facta more latrocinali conſpiratione, ex clericis & laicis turba collecta, & permixta, nos violenter inter tantos opprimere ſtuduiſti, longa ſcilicet intercapedine a noſtris, a clericis, & laicis ſeparatos, atque ſine Synodo, atque ſine canonico examine, nullo accuſante, nullo teſtificante, nullaque diſputationis diſcretione dirimente, vel auctoritate, vel probatione convincente, abſque noſtri oris confeſſione, abſentibus aliis Metropolitanis & diœceſanis, & Epiſcopis, & compatribus noſtris extra omnium omnino conſenſum, tui ſolius arbitrio & tyrannico furore noſmet damnare voluiſti: ſubito quadam tibi chartula & improviſe porrecta, lectoris officium aſſumens, aſſiſtente lateri tuo Anaſtaſio olim presbytero ambitus damnato & depoſito, & anathematizato, cujus ſcelerato miniſterio tuus præcipitatur furor.

Cap. IV. XXX. Ergo tuam pravam ſententiam a zelo rectitudinis alienam, injuſtam, & irrationabilem, canonicis legibus contrariam nequaquam recipimus, immo cum omni ritu fraterno quaſi nefas atque male dictum fruſtra prolatum contemnimus, atque abiicimus, tibique anathematizatorum, & religionis ſacræ abiectorum, & contempto-

*ptorum fautori, & communicatori revera communicare nolumus, contenti Eccleſiæ communione & fraterna ſocietate, quam tu arroganter, te ſuperexaltans, deſpicis, teque ab ea elationis tumore indignum faciens, ſegregas.*

Cap. v. *Igitur ex tuæ levitatis temeritate propria tibimet ſententia anathematis plagam inflixiſti, exclamans: Qui præcepta Apoſtolica non ſervat, anathema ſit: quæ multipliciter violare & violaſſe dignoſceris, divinas leges ſimul & ſacros Canones calcans, & quantum in te eſt, evacuans, prædeceſſorum tuorum Pontificum veſtigia ſequi nolens. Nunc ergo, qui fraudulentiam tuam, & calliditatem experti ſumus, indignationem quoque tumidumque potentatum agnoſcimus: nihil tibi, tuæque ſuperbiæ cedimus, qua nos ad vota noſtrorum, quibus fauces inimicorum obruere feſtinabas, ſentientes nos non tuos eſſe, ut retractas, & extollis, clericos, quos ut fratres & Coepiſcopos recognoſcere, ſi elatio permitteret, debueras. Et hæc tibi noſtri ordinis non inſcii, nimium tua improbitate compulſi reſpondemus, non quaſi ad illatam nobis contumeliam provocati, ſed contra tuam iniquitatem Eccleſiaſtico zelo accenſi, nec noſtræ utilitatis perſonam attendentes, ſed omnem noſtri ordinis univerſitatem, cui vim inferre conaris, præ oculis habentes.* Hucuſque epiſtola ſchiſmaticorum, qui mox (ut dictum eſt) ſchiſmaticis illis ſe coniunxerunt, qui erant ſub dominio Orientis Imperatoris, Photii redditi communicatores, ad quem ſcribentes, has confictas ex Synodo litteras miſere.

XXXI. Execrandum ſcelus ſchiſmaticorum. Audiſti non dico Archiepiſcopos, immo nec homines, ſed ipſum ſatanam ſuorum ſervorum ore loquentem. Sane quidem, etſi complures inſurrexere in Eccleſiam Dei Gentiles, Judæi, hæretici atque ſchiſmatici, & rabido ore proſciderunt Romanæ Sedis Antiſtites; nullorum tamen (quod recorder) litteræ extant in Romanum Pontificem ita refractariæ, contumelioſæ, blaſphemæ, mendaces, & arrogantes. Iſta evomuit furor, iſta vibravit jacula iracundia, & ſuperbiæ tumor in tantam erupit ſaniem Deo hominibuſque graveolentem. Meminit harum litterarum Anaſtaſius Bibliothecarius, earumque Auctores non ſolum nominatos Archiepiſcopos fuiſſe tradit, ſed Haganonem Bergomenſem Epiſcopum. Ita, ſicut in conflatorio unitur plumbum plumbo, mali malis aſſociati in Nicolaum calumniarum, & blaſphemiarum ſpicula converterunt. Nam de his hæc Anaſtaſius, qui aderat:

XXXII. *His*, inquit, *in Romana Synodo ita peractis una cum dicto Haganone Epiſcopo, qui (ſicut quidam Epiſcoporum eidem coangelico Præſuli ſcribebant) ob ſermones imperitos, qui in prænominatis profanis geſtis a Theutgaudo ac Gunthario oblatis ſonabant, Heliud nominatus eſt, eo quod ipſe Hagano auctor illorum fuerit, & talia cum iiſdem Archiepiſcopis inconvenientibus mendacibuſque loquelis compoſuerit, Joanne, de cujus ſuperius memoria textus loquitur, adſcito Archiepiſcopo Ravennate cum Gregorio germano fratre illius qui multarum prævaricationum, juramenti, quod præſtiterunt obliti, obnoxii habebantur. Iidem depoſiti pœnitentiæ lamenta non quærentes, & tantum facinus, quod in uxorem Lotharii Regis geſſerant, adhuc non condolentes, cum eiſdem, Haganone ſcilicet & Joanne Ravennate Archiepiſcopo, & Gregorio fratre ejus, contra Sedem Romanam, immo ſpecialiter contra ſummum Pontificem, & populum illi ſubditum, a Domino JESU Chriſto per beatum Petrum Apoſtolum Regni cœlorum clavigerum, multa nefanda, multa contraria, multaque ſacrilega & Chriſtianitatis modum excedentia palam & clam fraudulenter atque procaciter operari cœpere, ita ut eorum nequitiæ montes tranſirent & maria, & in cœlum, os ſuum ponentes, populum Domini crudeliter diſcerperent, & innocentes animas viperea factione deiicerent. Et quibus non ſufficiebant mala præterita, nova & inaudita alia deteriora prioribus, diabolo ſuadente, agere non recuſabant. Quia & quod ſigillatim utriſque prohibitum, & ſynodice ſecundum qualitatem ſceleris interdictum fuerat, audacter contingere præſumpſerunt, & quæ nunc intentando memini Deo contempto, heu, proh dolor, peregerunt.* Hæc Anaſtaſius.

Conſortes ſchiſmatis.

XXXIII. Photius indicit Synodum contra Nicol. Pap. Ita quidem mens perditorum furore percita dictam epiſtolam miſit ad Photium, & per ipſum ad alias Orientales Eccleſias. Hac igitur, quam multo pretio redemiſſet, arrepta Photius occaſione, mox ſcripſit ad Patriarcham Alexandrinum Epiſtolam de cogenda adverſus Nicolaum Papam, & Latinam Eccleſiam Synodo œcumenica: ea quidem epiſtola integra habetur in pervetuſto codice, carie pene conſumpto, bibliothecæ Vallicellanæ in Urbe; eadem vero in codice Collegii Græcorum Romæ exiſtentis habetur carens fine, decurtata illis, quibus agitur de legatione Epiſcoporum Latinorum adverſus Nicolaum Pontificem, eademque nomine Siſinnii Patriarchæ Conſtantinopolitani, ea nimirum ratione quod Siſinnius ipſa uſus, ea abſtulit, quæ tunc ad rem minime ſpectare viderentur de accuſationibus Latinorum quorumdam Epiſcoporum adverſus Nicolaum Pontificem. Cæterum Photii & non Siſinnii epiſtolam eſſe, quæ in ea tra-



ctantur de Bulgaris & Ruthenis ad Fidem converſis, perſpicua luce demonſtrant. Utroque autem inſpecto codice, ſumma diligentia eamdem in Latinum vertit Federicus Metius, qui in his perquirendis plurimum laboravit. Sic ſe habet ejus inſcriptio;

XXXIV. Epiſtola circularis Photii. *Encyclica ſive circularis epiſtola ad patriarchales ſedes Orientis, Alexandriæ videlicet, & aliarum ſedium, &c.*

*Photius miſeratione divina Archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ, & œcumenicus Patriarcha.*

*Humani generis hoſtis nondum videtur noſtris malis ſatis contentus, neque fraudibus, & inventionibus ſuis finem impoſuiſſe, quas ab initio contra nos ſtruere ſtuduit. Sexcentis enim dolis, & verſutiis ante Domini noſtri in carne adventum homines ſeduxit, ad abſurda & iniqua opera illos deducendo, quibus tyrannidem ſuam adverſus eos magna vi obtinuit; infinitis præterea artibus & obſequiis ſupplantare, & attrahere illos non deſtitit qui ſibi obſequuntur. Hinc orti ſunt Simones, & Marciones, Montani etiam & Manetes; hinc varia, & multiformis hæreſum pugna adverſus Deum increbuit. Hinc Arius & Macedonius, & Neſtorius, Eutyches, & Dioſcorus, & reliqua impietatis caterva, adverſus quos ſanctæ & œcumenicæ ſeptem Synodi ſunt congregatæ: ſacrorum etiam & divinorum virorum cœtus alii alibi convenerunt, malos ſtolones illos gladio ſpiritus radicitus evellentes, & Eccleſiæ ſegetem puram germinare facientes. Quibus procul abiectis, & ſilentio & oblivione jam traditis, bona ſpes & magna piis & religioſis viris oriebatur, numquam amplius novarum impietatum futuros alios inventores, dum in omnibus, quæ malus dæmon, ſuo more, efficere tentaverat, ejus conſiliis contrarium evenerit: neque eorum, qui ſynodice damnati ſunt, futuros umquam aliquos propugnatores & defenſores everſione ſcilicet, & malo illorum edoctos, qui malorum priorum auctores fuerunt, ut nullo pacto amplius, ad eorum imitationem alii adducerentur. Et iis quidem ſpebus pia, & religioſa hominum mens acquievit, in hac præcipue religioſa urbe, in qua multa quidem feliciter geſta ſunt divina ope, quæ vix ſperabamus. Multæ etiam linguæ, & nationes, depoſita & abiecta priore impietate, communem omnium Creatorem & auctorem nobiſcum laudare ſunt edoctæ, quaſi ab alto & ſublimi quodam loco Orthodoxiæ fontes hac regia urbe illis præbente, ac puras pietatis aquas in fines orbis terræ largiente, & inſtar fluviorum animas dogmatibus irrigante, quæ antea ſuperſtitionis flamma jam diu arefactæ & infructuoſæ redditæ, doctrinæ pluviam tandem cum accepiſſent, Chriſto fruges jam afferunt in bonam frugem converſæ.*

XXXV. *Illi enim, qui Armeniam incolunt, Jacobitarum impio errore detenti, adverſus veritatis prædicationem audacter antea ſe obiiciebant; ex quo vero numeroſa illa & ſancta Patrum noſtrorum Chalcedone congregata eſt Synodus, veſtris precibus nobis opem ferentibus, veterem illum errorem deponere potuerunt, & Chriſtianam religionem pure amplecti, & orthodoxe venerari. Armeniorum gens, inquam, & plaga Eutychetem & Severum, & Dioſcorum damnando, Petros etiam illos,* Mogum ſcilicet & Gnaphæum, *qui adverſus pietatem petras mittebant & jaciebant, Julianum quoque Halicarnaſſenſem, & univerſum illam multiformem deformitatem, inſtar Catholicæ Eccleſiæ damnat & reprobat, & vinculis anathematis inſolubilibus illos ſubiicit.*

XXXVI. *Bulgarorum præterea gens barbara, & Chriſto antea inimica, ad tantam converſa eſt manſuetudinem & Dei cognitionem, ut rejectis dæmonum, & majorum ſuorum impiis ſacris & ſuperſtitionibus, & abrenuntiata, illa dæmonum adoratione, ad veram Chriſtianam Fidem, præter omnium opinionem mirabiliter ſit converſa. Sed, o iniquum & invidum facinus, & impium conſilium! Cum enim iſtarum rerum narratio & fama, bonorum nuntiorum eſſet argumentum & occaſio: ad mœſtitiam nihilominus e veſtigio tranſmutatur lætitia ipſa, gaudio in dolorem & lacrymas converſo. Gens enim illa cum vix duos annos rectam Chriſtianorum religionem veneraretur, viri quidam impii, & quorum commercium eſt vitandum (& quonam nomine pius aliquis dicere illos poßet?) viri, inquam, e tenebris emergentes, Occidentalis enim plagæ fuerunt genimina (hei mihi? quomodo reliqua narrare potero?) iſti quidem adverſus gentem illam, Bulgarorum videlicet, nuper ad pietatem informatam, quaſi tonitruum quoddam, vel terræmotus, vel grandinis impetus, vel potius (ut magis proprie loquamur) ſingularis (a) ferus, irruentes, vineam Domini dilectam, & nuper plantatam pedibus, & dentibus converſationis videlicet pravæ, malis moribus, & dogmatum corruptela, quod ad eorum audaciam pertinet, deprædantes depaſti ſunt. A rectis enim & puris dogmatibus & Chriſtianorum immaculata Fide evellere malis artibus & corrumpere illos procurarunt.*

In Romanos ſtylum convertit.

(a) Pſal. 79.

XXXVII. *Et primum quidem ad Sabbatorum jejunium ipſos impie tranſtulerunt. Solet autem vel quælibet parva traditionum prævа-*

Hæc in Latinos Photius calumnioſe.

*varicatio, ad univerſi dogmatis contumeliam & contemptum converti. Primam præterea Quadrageſimæ hebdomadam ab alio Quadrageſimæ jejunio intercidentes, in lactis potationem, & caſei comeſtionem, & aliarum rerum hujuſmodi ingluviem protraxerunt. Hic illi viam transgreſſionum aperientes & dilatantes, a recta & regia via alios averterunt. Sacerdotes etiam legitimis nuptiis honeſtatos, iſti quidem, qui multas virgines abſque viris mulieres oſtendunt, & matres filios alentes, quorum patres videre non licet, hi, inquam, effecerunt, ut Dei vere ſacerdotes odio haberentur, & vitarentur, malæ meſſis ſemina in ſeipſis diſſeminantes, & animas, quæ nuper germinare cœperant pietatis ſemen, Zizaniorum ſuper ſeminatione profanantes. Quin etiam illos, qui a presbyteris Chriſmate uncti fuerant, iterum chriſmare ipſi non horruerunt. Epiſcopos ſeipſos jactitantes, & presbyterorum Chriſma inutile eſſe, & fruſtra ab illis confici, portentoſe docentes. Num reperitur aliquis, qui talem umquam auribus acceperit inſipientiam, quam iſti mente capti audere non dubitarunt? Illos videlicet, qui ſemel tincti ſunt Chriſmate, iterum chriſmantes, & Chriſtianorum excelſa & divina myſteria & ſacramenta in magnas nugas, & deriſum magnum convertentes. Sed inquiunt illorum ſapientes & docti, vel potius revera omnino indocti, & a rebus ſacris alieni & imperiti: non licet ſacerdotibus eos, qui ſacro baptiſmate initiantur, & decorantur, Chriſmate ſanctificare: ſolis enim Pontificibus hoc datum eſt. Sed dicant mihi illi, unde venit hæc lex? & quiſnam hujus legis conditor? Quive ex Apoſtolis, vel Patribus, vel Synodis id docuit? Vel ubi, & quando congregata eſt hujuſmodi Synodus, & quorumnam calculis confirmata? Non licet ſacerdoti eos, qui baptizantur, Chriſmate confirmare? igitur neque baptizare omnino licet ſacerdoti, neque ſacrum conficere. Ne vero (licet tu nolis) dimidiatus ſit ſacerdos, ſed integer, neque ad Clerum non ſacrum ſit rejectus, conficit quidem ſacerdos Chriſti Domini corpus & ſanguinem, & eos, qui jam ſunt initiati, ſanctificat per ipſa Sacramenta: quomodo vero non itidem ſanctificabit, Chriſmate ungens, qui baptiſmate initiantur, & perficiuntur? Sacerdos baptizat, baptizandum perficiens: quomodo igitur illius puritati, cujus ipſe eſt auctor, cuſtodiam, & confirmationem auferes a ſacerdote? neque miniſtrum illum eſſe permittes tanti doni? neque in baptizato aliquid ſacerdotem perficere aſſeris? ea videlicet de cauſa, ut tuus ſacerdos vanis nominibus te exornans, te ſolum principem, te Epiſcopum oſtendat in ſella collocatum.*

Detegitur magna Photii ignorantia.

XXXVIII. De Symbolo aucto querela.

*Sed neque hoc tantum impie agendum illi decreverunt, verum etiam ſi quæ eſt malorum ſumma & apex, ad hunc deducti ſunt. Præter enim abſurditates, quas ſupra recenſuimus; ſacrum etiam & ſanctum Symbolum, quod ab omnibus ſynodicis, & œcumenicis calculis irrefragabilem vim habet & auctoritatem, ſpuriis & falſis quibuſdam diſceptationibus, & alienis rationibus, & audaciæ quodam exceſſu adulterare non dubitarunt. O mali dæmonis artes! Spiritum ſanctum non ex Patre ſolum, ſed etiam ex Filio procedere, noviter docentes. Quis umquam talem vocem ab iis, qui alias impie ſunt locuti, prolatam audivit? Quiſnam obliquus ſerpens eorum cordibus hoc inſtillavit, & injecit? Quis omnino eorum, qui inter Chriſtianos agunt, ferre poſſet, in ſancta Trinitate duo introducta principia & cauſas, Filii quidem & Spiritus ſancti Patrem cauſam aſſerendo, Spiritus vero ſancti iterum Filium eſſe cauſam, & item in duos Deitatis fontes unitatem Dei dividendo?* Sequebantur hic in veteri codice argumenta, quibus Photius niſus eſt impugnare Latinorum ſententiam de proceſſione Spiritus ſancti a Filio ſicut a Patre, quæ omiſimus, quoniam eadem repetita habentur in alia ejuſdem Photii epiſtola, quæ inferius ſuo loco ponetur, cum de illis uberius pertractabitur. Tribuuntur autem illa Photio etiam in codice Columnenſi: ſed & Etherianus, qui illa valide confutat, Photii, & non Siſinnii eſſe dicit. Pergit autem: *Hanc impietatem Epiſcopi illi tenebrarum (Epiſcopos ſiquidem ſeipſos nuncupabant & jactitabant) cum aliis etiam impiis rebus in Bulgarorum gente diſſeminarunt. Quorum fama cum primum ad noſtras pervenit aures, mediis viſceribus noſtris læthale vulnus accepimus, non ſecus ac ſi quis ſuorum viſcerum filios oculis ſuis cerneret a ſerpentibus & feris dilaniatos & diſcerptos. Cum enim tot dolores & labores & ſudores pro illorum regeneratione & perfectione impenderimus: quod eorum nunc interitum, & perditionem videamus, intolerabilem dolorem nobis & calamitatem affert. Flevimus enim amare hoc illatum malum, ſicut magna lætitia fuimus affecti, cum vidimus illos ab antiquo errore liberatos. Sed eos quidem flevimus, & adhuc flemus, & quouſque ab hujuſmodi errore & lapſu illi revocentur, non dabimus oculis noſtris ſomnum, neque palpebris noſtris dormitationem, donec pro virili ad Domini gregem eos revocemus. Novos autem iſtos apoſtaſiæ præcurſores, & adverſarii famulos & miniſtros, & ſexcentorum interituum obnoxios, communes & publicos prædones, & qui teneram*

Rurſum in Romanos ad Bulgaros miſſos.



*ram illam, & nuper ad religionem compactam gentem, tot & tantis diſcerptionibus diſſiparunt, hos inquam deceptores, & Dei hoſtes divina ſententia ſynodice condemnavimus; non illam quidem nuper adverſus eos decernentes, ſed jam a Synodis & Apoſtolicis Canonibus & regulis præſcriptam ſententiam adverſus eos ſignificantes, & omnibus notam facientes. Solent enim homines non ita præteritis pœnis emendari, ſicut præſentibus corrigi, & præteritorum exiſtit confirmatio, præſentium conſenſio.*

XXXIX. Rurſum de Sabbati jejunio, & cælibatu clericorum.

*Quapropter iſtos in ſuo vario, & verſipelli permanentes errore, ab omni Chriſtianorum grege & conſortio alienos & extorres illos fecimus Sanctorum enim Apoſtolorum ſexageſimus & quartus Canon illos, qui in Sabbato jejunant, ita percutiens, ait: Si quis clericus fuerit inventus, qui Dominica die, vel Sabbato jejunaverit, &c. Necnon ſanctæ & œcumenicæ ſextæ Synodi quinquageſimus quintus Canon ita decernit: Quoniam didicimus eos, qui in Romanorum urbe exiſtunt, in ſancto Quadrageſimæ jejunio Sabbato jejunare propter ordinem ab Eccleſia traditum: placuit ſanctæ Synodo, ut etiam in Romanorum Eccleſia inconcuſſe Canon ille ſervetur, qui dicit: Si quis clericus inventus fuerit ſancta Dominica jejunare, vel Sabbato, præter unum & ſolum Sabbatum, deponatur; ſi vero laicus, excommunicetur. Quin & quartus Canon Gangrenſis Synodi de illis, qui nuptias abhorrent, & ſtomachantur, hæc inquit: Si quis decreverit a ſacerdote conjugato non oportere oblationes ſuſcipere, ipſo ſacrum faciente, ſit anathema. Eamdem ſententiam ſimiliter profert adverſus eoſdem ſexta Synodus, hoc pacto decernens: Quoniam in Romanorum Eccleſia traditum eſſe accepimus Canonis loco, eos, qui diaconi, vel ſacerdotii ordinationem obtinere debent, profiteri, quod non amplius cum ſuis uxoribus jungentur: nos itaque antiquo inhærentes Canoni Apoſtolicæ puritatis & regulæ ſacrorum virorum, legitimas nuptias ex nunc confirmari volumus, & ratas haberi, nullo pacto illorum cum ſuis uxoribus conjunctionem dirimentes, neque illos mutua converſatione decenti tempore privantes: quapropter ſi quis inventus fuerit dignus ut diaconus, vel ſubdiaconus ordinetur, iſte nullo pacto prohibeatur ad hujuſmodi gradum aſcendere propter uxorem, neque ordinationis tempore ab illo petatur profiteri, ut a legitima cum propria uxore converſatione abſtineat, ne hoc pacto cogamur nuptias vituperare, quæ ſunt a Deo lege ſancitæ, & ejus præſentia benedictæ, & Evangelii vox clamat aperte (a): Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet. Cum etiam Apoſtolus (b) doceat, venerandas eſſe in omnibus nuptias, & cubile immaculatum, & apertis etiam verbis aſſerat (c): Ligatus es uxori, noli quærere ſolutionem: ſi quis igitur auſus fuerit adverſus Apoſtolicos Canones aliquem ſacris ordinibus initiatum, presbyterum inquam, vel diaconum, vel ſubdiaconum privare converſatione & communione ſuæ legitimæ uxoris, deponatur. Similiter ſi quis presbyter, vel diaconus ſuam uxorem religionis prætextu ejecerit, excommunicetur. Si vero perſtiterit, deponatur. Solutio vero primæ hebdomadis Quadrageſimæ, & nova unctio illorum, qui baptizati ſunt, & chriſmate tincti, neque Canonum auctoritate, opus eſſe arbitror, ut illa damnetur, cum vel ipſa ſola rei narratio omnem impietatis exceſſum ſuperet; necnon quæ adverſus Spiritum ſanctum, vel potius adverſus totam ſanctam Trinitatem blaſphemia, qua major nulla eſſe poteſt, licet nihil aliud eſſet eorum, quæ dicta ſunt, ſatis erit illa ſola ipſos ſexcentis ſubiicere anathematibus.*

XL.

*Harum rerum notitiam, & cognitionem juxta veterem Eccleſiæ morem veſtræ in Domino fraternitati inſinuare, juſtum duximus; voſque hortamur, & precamur, ut prompti commilitones nobis ſitis ad tollenda impia iſta & Deo inimica capitula, & ne relinquatis Patrum ordinem, quem nobis majores noſtri ſuis actionibus, & exemplo ſervandum tradiderunt: ſed magna cum celeritate & alacritate aliquos veſtros Legatos mittatis, qui veſtras vices gerentes, pietate & religione & ſacerdotio, doctrina etiam & vita perfulgeant, ut hanc recens exortam impietatis iſtius gangrænam ſerpentem e medio Eccleſiæ tollamus, & eos, qui inſane tantum malum ſeminare auſi ſunt, & inter nuper compactam, & nuper inſtitutam Bulgarorum gentem introduxerunt, cum ipſiſmet radicibus evellamus, & communi omnium ſententia in illum ignem coniiciamus, quem maledictos expectare, Domini pronuntiant (d) eloquia.*

XLI.

*Ita enim impietate procul ablegata, & pietate confirmata, bonam ſpem habemus fore, ut ad traditam ſibi Fidem convertatur Bulgarorum gens nuper Chriſto initiata, & nuper illuminata. Non enim ſola gens iſta a priore ſua impietate ad Chriſti Fidem converſa eſt; verum etiam quod apud multos ſæpenumero eſt dictitatum, gens illa, quæ crudelitate ac cædibus omnes ſuperat, qui Rutheni dicuntur, quique infinitos populos ſibi ſubiecerunt, & propterea multum elati adverſus Roman. Imperium manus iniecerunt, nihilominus etiam iſti puram, & immaculatam Chriſtianorum religionem, depoſita ſua illa Ethnica & impia ſuperſtitione, quam antea ſequebantur, noſtram Fi-*

(a) Matt. 19.

(b) Hebr. 13.

(c) 1. Cor. 7.

(d) Matt. 25.

De Ruthenis ad fidem converſis.

Fidem ſuſceperunt: ſubditorum loco, & clientum humane nobiſcum ſe habentes, pro illa ſua priore adverſus nos deprædatione, & pro magna illa ſua audacia, ita eos Fidei deſiderium, & zelus accendit, ut iterum Paulus clamare videatur (a): Benedictus Deus in ſæcula. Epiſcopum enim & paſtorem receperunt, & Chriſtianorum ſacra magno ſtudio, & diligentia venerantur. Cum igitur iſti clementis Dei gratia, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad veritatis agnitionem venire, omiſſis antiquis ſuis vanis opinionibus, hoc pacto perſpicuam & claram Chriſtianorum Fidem jam ſuſceperint: ſi fraternitas veſtra nobiſcum prompto animo aſſurgat, & cooperetur ad excidendos & comburendos hujuſmodi ſtolones: confidimus in Domino JESU Chriſto vero Deo noſtro, quod ejus lex etiam atque etiam augebitur, & illud adimplebitur: Quod noſcent me omnes a parvo uſque ad magnum ipſorum, & (b): In omnem terram exivit ſonus Apoſtolicæ doctrinæ, & in fines orbis terræ verba eorum. Oportet igitur eos, qui a vobis mittentur, & veſtræ ſacræ, & venerandæ perſonæ vices ſuſtinebunt, ut veſtra etiam perfulgeant auctoritate, quam vos in Spiritu ſancto obtinuiſtis, & de his capitibus & de aliis ſimilibus ex auctoritate veſtræ Apoſtolicæ Sedis abſque ullo impedimento loqui valeant & tractare. Habet quæ ſequuntur codex Vallicellanus, quæ deſiderantur in codice Collegii Græcorum, ea ratione, quam diximus ſuperius:

(a) Rom. 1.

(b) Rom. 10.

XLII. De Occidentalium ſchiſmaticorum epiſtola.

Ex partibus enim Italiæ ſynodica quædam epiſtola ad nos allata eſt, ſexcenta continens mala & delicta, quæ adverſus proprium ipſorum Epiſcopum, illi qui Italiam incolunt, conqueruntur, ſexcentas etiam obteſtationes cum magna iræ Dei comminatione nobis adhibent, ne ipſos prætermittamus ita miſere perditos, & tanta & adeo gravi tyrannide oppreſſos; ſacerdotales præterea leges, & omnes Eccleſiaſticas regulas conculcatas narrant. Quæ jam diu quidem a monachis, & presbyteris inde aufugientibus ad omnium aures devenerunt: inter quos Baſilius fuit & Zoſimus & Metrophanes, & cum ipſis alii multi, qui hujuſmodi tyrannidem deplorabant, & ad Eccleſiarum defenſionem nos vocabant multis cum lacrymis. Nunc vero (ut ſuperius dixi) diverſæ litteræ diverſorum inde venerunt hujuſmodi tragœdiæ, & ſexcentorum malorum plenæ, quarum exempla, juxta eorum preces & obteſtationes (ad univerſas enim patriarchales ſedes illas dari cum horrendis obteſtationibus nos rogarunt, ut ipſæmet litteræ cum legentur, manifeſtum vobis facient) his noſtris litteris adiecimus, ut de his rebus etiam ſancta univerſali Synodo in Domino congregata, quæ placuerint Deo, communi ſententia confirmentur, & magna pax Eccleſiæ Chriſti reſtituatur. Nec enim ſolum veſtram beatitudinem ad hoc advocamus, verum etiam alias patriarchales & Apoſtolicas ſedes, ex quibus quidem alii jam adſunt, alii vero brevi affuturi expectantur.

XLIII. Ne igitur veſtra in Domino fraternitas, aliqua temporis procraſtinatione cæteros fratres ſupra quam par eſt, tempus terere faciat, cum noveritis quod ſi quid propter veſtri abſentiam (quod non deceret) vitioſum ſequeretur, & mutilatum, nullus alius præterquam vos ipſi hujus rei contra vos ipſos damnationem effeceritis: id etiam his litteris adhibendum duximus, ut ſanctam & œcumenicam Septimam Synodum aliis ſex & generalibus Synodis aggregare, & connumerare univerſæ noſtræ Eccleſiæ plenitudini tradatur, & manifeſtetur. Fama enim & rumor quidam ad nos pervenit, quod nullæ Eccleſiæ earum, quæ veſtræ Apoſtolicæ ſubiiciuntur ſedi, uſque ad ſextam generalem Synodum annumerantes, Septimam præter eas non agnoſcunt, licet ea, quæ in ipſa ſunt, decreta, magnam habeant venerationem. Ipſam vero Septimam Synodum in Eccleſia publicare inſtar aliarum generalium Synodorum nondum noverunt, quamvis in omnibus æqualem illi dignitatem tribuant. Ipſa etenim Septima Synodus maximam impietatem e medio ſuſtulit. Cui Synodo præfuerunt, & ſimul decreverunt nonnulli ex quatuor patriarchalibus ſedibus. Affuit ſiquidem (ut patet) ex veſtra Apoſtolica ſede Alexandrina Thomas presbyter, & ejus ſocii, ex Hieroſolymitana ſede etiam & Antiochena Joannes, & illorum ſocii, & ab antiqua Roma Petrus religioſiſſimus primus presbyter, & alter Petrus presbyter monachus, & Præpoſitus venerabilis monaſterii S. Sabæ, quod eſt in Urbe Roma. Qui cum omnes ſimul conveniſſent una cum noſtro magno patruo ſanctiſſimo, & beatiſſimo viro Taraſio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, magna illa & generalis Septima Synodus fuit congregata, Iconomachorum impietatem ut deleret, & conculcaret. Cujus Acta fortaſſe non ita facile fuit, ut ad vos perferrentur, cum barbara & alienigena Arabum gens regionem iſtam veſtram occupaſſet. Qua de cauſa multi etiam illorum, qui illic degunt, ejus Acta licet honori & venerationi habeant, nihilominus quod Septimæ ſint Synodi (ut ipſi affirmant) ignorant.

De ſeptima ſynodo.

XLIV. Oportet igitur hanc etiam Septimam Synodum (ut diximus) magnam quidem & ſanctam & generalem, & una cum aliis ſex Synodis, quæ ipſam præceſſerunt, ſimul promulgare, & prædicare. Hoc enim



niſi fiat, primum quidem eſt magna iniuria afficere Chriſti Eccleſiam, ſi tantam Synodum neglexerint, & tantæ portionis coniunctionem & connexionem ab Eccleſia avulſerint & diſſolverint. Deinde vero quoniam Iconomachorum, quorum impietas nihilo minor eſt aliis, certo ſcio impietatem non abhorrere, aperire eſt illorum ora, ut ſcilicet dicant, non generali Synodo ſuam impietatem damnatam fuiſſe, ſed unius tantum ſedis patriarchalis judicio, & ſententia ſeipſos damnatos pœnas dare. Ne igitur occaſionem habeant hujuſmodi portenta effutiendi, hac de cauſa non ſolum ſynodicis litteris, ſed etiam univerſis Eccleſiaſticis hiſtoriis & quæſtionibus ſeptimam Synodum connumerare oportet, & aliis ſex generalibus Synodis illam aggregare, & Septimam poſt eas ſtatuere. Hæc vos quidem rogamus, & ut fratres decet, fratres hortamur, ea qua par eſt charitate. Chriſtus vero verus Deus noſter primus & magnus Pontifex, qui ſponte ſua ſeipſum pro nobis pulcram obtulit victimam, & ſuum ſanguinem pro nobis pretium perſolvit, largiatur quidem veſtro Pontificali capiti adiacentes barbaras gentes ſuperare. Largiatur etiam vitæ curſum tranquillum & quietum peragere, & cœleſtem hæreditatem cum ineffabili gaudio & lætitia obtinere, ubi eſt omnium exultantium habitatio, & a qua procul abſunt dolor & ſuſpiria & mœſtitia in ipſo Chriſto vero Deo noſtro, cui gloria & potentia in ſæcula. Amen. Huc uſque Photii epiſtola. Verum quæ occaſione calumniarum occidentalium ſchiſmaticorum in Nicolaum Papam ad Photium miſſarum hic recitata eſt, non hoc anno ad Patriarchas, ſed poſt triennium eſſe data cognoſcitur, nempe ut ex ea apparet, poſt irrogatum ſacrilege in eum ab eodem Photio anathema, de quo ſuo loco dicemus. Quoniam autem ipſo ferme epiſtolæ exordio mentio habetur de Armenis, ex erroribus hæreticorum ad pietatem redditis: hic opportune ex ſancto Nicone, qui fuerint Armenorum errores, adducendi ſunt in medium. Sic enim ait (a):

(a) Vide in Bibl. Margar. tom. 3.

Armenorum errores.

XLV. Quæ ab Armenis præter rationem fiunt, & creduntur, hæc ſunt: Dicunt divinam naturam eſſe patibilem, & in Aphartodocitarum hæreſim inducti, Trinitatem pati dicunt. Hoc autem etſi non audent aperte dicere, iis tamen, quæ faciunt, hoc declarant. Tres enim Cruces coniungentes, & uni ligno tamquam jugo affigentes, nominant hoc, Sancta Trinitas. Adiiciunt autem ſancto atque adeo ſanctiſſimo hymno illud: Qui crucifixus es pro nobis, Petri Fullonis rabiem ſequentes, & nobis quidem aſſerunt, ſe de Filio hoc adiicere; ipſi autem, Deum eſſe patibilem, aperte ſentiunt. Exiſtimant quoque Spiritum eſſe Patre & Filio minorem, unde & paulo ante dictarum Crucium mediam minorem ſtatuunt, in Spiritus typum hanc eſſe revelantes. Iidem & duarum Chriſti naturarum unione, confuſionem decernunt. In pane quoque myſtico utuntur azymis, & in ſanctum calicem aquam non immittunt. Porro alia ratione, quam Latini azymo iſti pane in ſacrificio utebantur, nempe quod judaizarent, ut ex aliis inferius dicendis apparet. Pergit Nicon:

XLVI. Et quinto menſis Januarii veſpere feſtum Evangeliſmi celebrant, tum aliam quoque hujus feſti conſequentiam facientes, tum etiam conveniens Evangelium legentes; mane autem Chriſti Natalem celebrant, & in divino ſacrificio ſancta Theophania. An autem eo Evangeliſmi die, venerabiliſſimum Salvatoris noſtri Natalem fuiſſe exiſtimantes hoc feſtum celebrent, incertum. Manifeſtum autem eſt, quod non ſicut nos, carnem Domini in Dei Matris utero formatam eſſe exiſtimant. Quomodo enim fieri poſſet, ut infans uno die perfectus, completuſque naſceretur? & innumerabiles abſurditates ex eo deducuntur. Sin autem exiſtimant poſt duodecim menſes, anno in eumdem reverſo, editum eſſe partum: non tam magis humanam nativitatem, quam ab equis, & aſinis ſimilem introducunt: hæc enim animalia poſt annum pariunt. In feſto autem ſanctorum Theophaniorum non oratione, non Evangelio, non hymno, non aliarum ſcripturarum lectione utuntur, ſed Crucem tantum in aquam immergentes, hoc ſibi ſufficere exiſtimant. Circumciſionem autem octo diebus poſt Theophaniam celebrantes, falluntur, neſcientes, quod prius circumciſus, deinde baptizatus eſt.

Deinde cum magnus Gregorius, qui fuit magnæ Armeniæ Epiſcopus, caviſſet, Armeniæ Epiſcopum a nullo eſſe alio ordinandum, quam ab illius temporis Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo, ubi ipſe quoque ordinatus eſt, & horrendæ execrationes & anathema in eos ſit intentatum, qui aliter faciunt: hæc quidem illi transgrediuntur, a Syriæ autem Amerano univerſalis eorum Epiſcopus ordinatur. Si autem negant magnum Gregorium hæc conſtituiſſe, oſtendant nobis ejus ad filios conſtitutiones, & os eis obturabitur. Sin autem adhuc dubitaverint: dicant, ſi poſſint, cum in eos ſententiam anathematis protulimus, quid ab eis factum novimus? Quando enim univerſalis eorum Epiſcopus non ordinatur ex Canonibus: quomodo qui ab eo ordinantur, fide digni habebuntur?

XLVII. Porro autem a ſacris quoque Evangeliis abſtulerunt vocem, quæ dicit. Et fa-

factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis in terram deſcendentis; hoc eſſe imbecillitatis exiſtimantes, non divinæ majeſtatis, ſed etiam hiſtoriam, quæ nos docet, quod mulier ad JESUM tamquam adultera adducta eſt, cum is autem dixiſſet: Qui non peccavit, lapidem in eam proiiciat, receſſerunt omnes, nec a Chriſto condemnata eſt, reiiciunt; hanc auditionem multis eſſe pernicioſam dicentes. Comedunt autem & in Sabbatis & in Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ, ova, caſeum, & butyrum, & in primis eorum univerſalis Epiſcopus, & eſt apud eos Canon, qui dicit: Si quis butyrum, caſeum, & ovum, vino & oleo non æquivalere exiſtimet, ſit anathema. Septimana quoque τῆς τυροφάγοι carne veſcuntur, jejunantes ſeptimana, quæ eſt ante ἀπόκρεων intenſis jejuniis, præter panem & aquam nihil aliud guſtantes. Vocant autem hanc ſeptimanam Artziburtzia: neſciunt tamen quid ſibi velit vis hujus nominis. Sed nonnulli quidem dicunt fuiſſe hoc cujuſdam Sergii jejunium, nonnulli vero Ninivitarum, aliqui vero Adami, quando ex paradiſo deliciarum ejectus eſt. Et hinc ſine ratione jejunare convincuntur.

XLVIII. Quidam autem dicunt, & videtur verum eſſe, quod ab eis dicitur, fuiſſe quemdam apud eos Epiſcopum, qui utebatur catulo, cui erat cognomen, Artziburtzes (id autem præcurſor, ſeu præceſſor Latine interpretatur) præcedebat enim Epiſcopum in urbem vel vicum ingreſſurum: quo mortuo ſeptem dierum jejunium ab Epiſcopo conſtitutum eſt in memoriam luctus, qui fuit propter canem. Sacrum autem celebrantes, non ſolum capiti tegmen non detrahunt, ſed etiam capiti cucullam adiiciunt, licet divinus (a) Paulus aperte exclamet, detectos eſſe debere in oratione.

(a) 1. Cor. 11.

XLIX. Venerabiles autem imagines non adorant, ſed quod magis eſt, eorum univerſalis Epiſcopus cum reliquis eos, qui adorant, anathemate percutit. Nec Crucem adorant, niſi clavum in eam immiſerint, & ipſam etiam baptizaverint: poſtquam autem clavo fixa, & baptizata Crux fuerit, & alterum duorum lignorum diviſum & relictum fuerit, rectum ſcilicet, vel tranſverſum, id ſolum quod relictum eſt, adorant. Sed & omnia fere, quæ ſunt abolita, legalia, adhuc peragunt. Agnum enim magno Dominico ſacrificant, & limina inungunt, & ejus oſſa comburentes, ſervant cinerem cum ſanguine in ſignum expiationis: & velum ante altare ſtatuunt, & tintinnabula ipſi & altari appendunt. Quin etiam pro mortuis, ovium & boum ſacrificia peragunt, nec defunctum aliter ſervandum exiſtimant, niſi tertiis & nonis & quadrageſimis ejus diebus, ejuſmodi ſacrificia peracta fuerint. Antequam autem hujuſmodi ſacrificia peragantur, ſal benedicentes, dant beſtiis in nutrimentum; & ſuper earum etiam capita dicunt quaſdam orationes, & eas mactant. Nominant autem hæc ſacrificia, Natalitia. Si qui autem aliquid horum negant: eum, qui hoc facit, anathematizant. Hucuſque Nicon de Armenorum erroribus, quos ad Catholicam Fidem eſſe converſos vane Photius gloriatur. Quando autem id acciderit, & cujus opera, ſuo loco dicetur.

L. De lapſis Epiſcopis in Metenſi Concilio.

Jam vero ad Epiſcopos conciliabuli Metenſis redeamus, omnes anathemate a Sede Apoſtolica obligatos: quorum præcipui aliorum ductores & ſeductores Theutgaudus atque Guntharius, cum haud leve bellum (ut vidiſti) in ipſum Nicolaum Pontificem concitaſſent, alter eorum, nempe Theutgaudus, ad ſe reverſus, magna inſtantia pulſavit diu fores Romanæ Eccleſiæ, ut ab ea reciperetur. Sed quod ſicut nemini vere pœnitenti obſerantur eædem ad veniam peccatorum conſequendam; ita ad reſtitutionem honoris priſtini in atrocioribus facinoribus reſerari ſemper minime conſueverunt: hoc ipſe petens, rejectus foras mœrens manſit ſemper extorris, dum idem Nicolaus Pontifex vixit. Alter vero majori in dies averſione a ſacris non ceſſans, obſtinatior perſeveravit. Reliqui vero condemnati Epiſcopi, quorum non erat tanta culpa, libellos ſupplices de his, quæ in Metenſi conciliabulo peccaſſent, eidem Pontifici Nicolao offerentes, ſunt veniam conſecuti, quibuſdam acceptis ab Apoſtolica Sede conditionibus. Id autem in primis præſtitiſſe Adventium Metenſem Epiſcopum, litteræ ab ipſo ad eumdem Pontificem tunc eodem argumento conſcriptæ, ſignificant, quas oblivione diu ſepultas, nuper induſtria noſtri amantiſſimi Broverii ſuppeditavit ex vetuſtiſſimo codice Trevirenſi. Sic enim ſe habent;

*Glorioſiſſimo Dominici gregis paſtori, domino & beatiſſimo Nicolao, ſummo & univerſali Papæ, Adventius humilis Metenſium ſedis Epiſcopus nunc & in æternum valere.*

LI. Purgatio Adventii & veniæ poſtulatio.

*Chriſtus Dominus Deus proprii ſanguinis pretio acquiſito gregi ſolita pietate proſpiciens, vobis ſummi ſacerdotii contulit dignitatem: cui inter plurima ſpiritualium virtutum ornamenta, quibus ſanctam Matrem Eccleſiam inimitabili ſanctitate condecoratis, ſacra etiam priſcæ auctoritatis dogmata affatim reſplendent, quo Chriſtiana plebs efficaciſſimo tanti patris exemplo feliciter imbuta, vitiorum monſtra devitare, & auxiliante Deo, æterna poterit præmia comprehendere: Immo Eccleſiaſtici ordinis diſciplina veſtris temporibus inviolabilis permanere. Unde mea parvitas omneſque divina dignatione mihi crediti multipliciter congaudentes magnas omnipotenti Deo gratias referimus, devotis precibus implorantes, ut Deus omnipotens veſtri Pontificatus apicem diu incolumem cuſtodire dignetur, ad conſolationem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, omniumque Fidelium animarum. Quippe cum inter ſæviſſimas paganorum preſſuras, denſiſſimaſque perverſorum Chriſtianorum ſimultates occuparemur, & per capita humilitatis noſtræ Dominici ovilis ſolicitudinem gerere optaremus, decreta excellentiſſimi Apoſtolatus veſtri nobis directa ſunt, ſuper quibus reſponſa dignitati majeſtatis veſtræ feſtinantiſſime currens præſentialiter dare viva voce deſiderarem, niſi longæva ſenectus me gravidum redderet, & indeficiens corporis ægritudo frequenter atque inopinate ſpiritum exhalare cogeret. Magnum enim, & quaſi totius meriti gaudium obtinerem, ſi ad Limina Apoſtolorum, veſtramque deſiderabilem, & præeminentiſſimam præſentiam, virium imbecillitas me ire ſineret. Sed quia podagrici dolores, & veterani mei artus optata denegant, omnipotenti Deo, & S. Petro, atque incomparabili clementiæ veſtræ magnitudinis, meæ parvitatis quantitatem committo, qui vices Dei tenetis, & in reverentiſſima ſummi Principis cathedra, verus Apoſtolus reſidetis, ut veſtris fovear ſolaminibus. Si enim fallaciter, quaſi fautor vitiorum in conſpectu veſtræ manſuetudinis diffamatus exiſto, ſi non corpore, mente tamen ad veſtra ſacra veſtigia provolutus, humiliter peto, ut excuſationis meæ cauſas nullo mendacii fuco obnubilatas, paternæ pietatis affectu recipere non dignemini, quas capitulatim miſericordiæ veſtræ pandere ſtudui.*



LII. Cap. I.

*In catalogo ſacerdotum nequaquam recipio Teutgaudum quondam Archiepiſcopum qui depoſitionis ſuæ ſententiam a vobis prolatam hactenus patienter ferens, juxta præcedentem conſuetudinem, nihil omnino de ſacro minſterio contingere præſumpſit, ſed quaſi nitiſſimus vir incaute ſe proprio ſermone lapſum, atque alterius pertinaciſſima obſtinatione deceptum fatetur, & per humilitatis, & obedientiæ viam incedens, a veſtra pia largitate locum ſatisfactionis præſtolatur.*

Cap. II.

*Guntharium quondam ſacri Palatii Archicapellanum, in Epiſcoporum numero non ſuſcipio, neque ei, vel fautoribus ſuis communicare præſumo, quoniam vetito uſus eſt officio, & Apoſtolicam floccipendere excommunicationem non metuit.*

LIII. Cap. III.

*Cauſam piiſſimi Regis Hlotharii in præſentia veſtrorum* Legatorum *præfati quondam primates Eccleſiarum, cum aliis Archiepiſcopis, eorumque Coepiſcopis de duobus uxoribus in noſtra urbe ventilantes, & magiſtratus noſtri principatum obtinentes, qui de jam dicti noſtri Principis querela decreverint, veſtram non latet ſanctitatem. Ego igitur, teſte Deo cum Angelis, & Archangelis, arbitratus ſum puriter vera manere, quæ plurimorum Conſulum aſtipulatione effabantur. Interea decernentibus tunc temporis præſcriptis Archiepiſcopis eorumque Coepiſcopis ſolus ego qui eſſem meritis, & ordinatione noviſſimus, qui magiſtrorum auctoritatibus, & judiciis reſiſterem? & ne forte in aliquo contra decretum Leonis Papæ offenderem* verebar, *qui titulo XXXII. ita ſcribit: Igitur ſecundum ſanctorum Patrum Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, Metropolitanos ſingularum provinciarum Epiſcopos jus traditæ ſibi antiquæ dignitatis intemeratum habere decernimus. Si enim a regulis præſtitutis ulla aut licentia, aut præſumptione diſceſſerunt, ego penitus neſciebam. Unde & in Antiocheno Concilio cap. IX. ita ſcribitur: Per ſingulas regiones Epiſcopos convenit noſſe Metropolitanum Epiſcopum ſolicitudinem totius provinciæ gerere: propter quod ad Metropolim omnes undique qui negotia videntur habere, concurrant, & cætera. Sola quippe plurimorum relatione de jam dicta querela, quæ in primordiis geſta ſit, aure, non oculo percepi, quia Epiſcopus non eram, ſed in excubiis templi beati † Stephani Protomartyris occupatus, noviſſime in Regno domini Hlotharii Senioris mei expetitus a Clero, & electus a plebe, paſtoralis officii curam Deus novit, & non ultra ambiens, ſed canonice invitatus excepi. Et multo amplius, ſi fieri poteſt, verbis Archicapellani, ac cæterorum Patrum, qui interfuerunt credulus extiti, quam mihimetipſi; & ſi forte in aliquo ſimpliciter egi, reſtat, ut ad magiſtrum veritatis recurram. Nunc ergo proferat ſingularis ſapientia veſtra normam in hoc facto, & ecce paratus ſum obſecundare edictis veſtræ auctoritatis, veluti Deo, in cujus perſona cuncta profertis. Veſtro enim ſancto, ac ſalubri conſilio uſus, jugo me obedientiæ humiliter ſubmitto. Nam quamvis quorumdam levitate contra me tumultum detractionis ſentiam, niſi de ſimplicitate nullus me in hac re accuſare poteſt: fidenter enim dico (a): Ecce in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. Unde vas electionis dicit (b): Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Hic enim beatus Gregorius Papa in epiſtola* Theo-

† Eſt illa hodieque Cathedralis Metenſium, ſeu Mediomatricum Eccleſia.

(a) Job. 16.

(b) 2. Cor. 1.

*Theoctiſtæ Patriciæ directa, ita ſcribit: In omnibus, inquit, quod de nobis extra dicitur, recurrere ad arcana mentis debemus. Et ſi omnes vituperent, liber eſt, quem conſcientia non accuſat.*

LIV. Cap. iv. *Si decretum veſtræ auctoritatis judicio ſancti Spiritus ab omni paſtoralis officii regimine præfatos Metropolitas exutos definivit, propter exceſſus ſanctionum, & abſolutionem anathematis a Sede Apoſtolica emiſſi ſuper * Ingeltrudem Boſonis uxorem, ſciatis veriſſime, quia in ejus abſolutione nequaquam particeps extiti; & poſtquam illam vera relatione infauſta adulterii genere ſauciatam audivi, ſemper quaſi mortiferum venenum abominatus ſum. Communionem vero cum excommunicatis nullatenus habere univerſos moneo, ſi ſacris uti auſi fuerint, ſicut Capitulum Antiocheni quartum oſtendit, quod communicantes eis ab Eccleſia abiici jubet.*

*al. Engeltrudem

Cap. v. *Sectatorem damnatorum, ac ſeditioſum, vel conjurationis, aut conſpirationis reum me penitus eſſe denego: faventibuſque* quibuſcumque *nequaquam aſſentire fateor, ſed cum capite, id eſt, ſancta & venerabili Sede beati Petri, cui claves Regni cœlorum miſit, in qua etiam petra Chriſtus Rex æternus ſanctam ædificavit Eccleſiam, contra quam portæ inferi non prævalebunt, canonice in omnibus me favere profiteor.*

LV. Cap. vi. *Porro ſanctitas veſtræ paternitatis inviolabiliter cenſuit, nullo modo pavendam bonorum amiſſionem, pro temeritatibus, & ſubſcriptionibus; atque indulgentiam non eſſe denegandam, ſi vobiſcum ſapere noſtrumque per noſmetipſos, aut per Legatos noſtros aſſenſum cum ſcriptis offerre ſtuderemus. Noverit præcellentiæ veſtræ ſanctitas munificentiſſima, quod Legatus noſter, qui jam vobis fatam profeſſionem oſtenderet, & multiplicibus verbis enuclearet, ideo tardavit, quia cæteros confratres noſtros huc illucque de diverſis partibus advocans, vobiſcum ſentire unanimiter, & ſapere hortatus ſum. Eorumque omnium generaliter unanimitate comperta, quaſi præconem Legati noſtri in ipſo margine præſentis vitæ conſtitutus, veſtræ ſanctæ paternitati præmiſi, præſentem videlicet litterarum portitorem. Nihil in me ambiguum, nihilque damnabile remanere patior, cui viam omnis carnis arripere, proprii corporis reſolutio pollicetur. Sed in omnipotentis Dei miſericordiam valde confido, quod mihi peccatori ſpacium hujus calamitoſæ vitæ concedere debeat, quouſque digna ſatisfactione purgatus veſtræ paternæ pietatis gratiam petenti redditam intelligam, meque receptum in veſtro Deo digno conſortio congratuler. Credimus enim, quod favente Deo & Apoſtolorum omnium Principe, qui in eleemoſynis, & jejuniis, & furtivis orationibus ſpiritaliter occupati eſtis, omnibus viribus divina diſpoſitione prævidere debeatis, ne pro falſidica deceptione viventia in Chriſti corpore membra moriantur. Igitur ſi meis lacrymoſis precibus veſtra miſericordia in aliquo flectitur, per ſanctam & individuam Trinitatem humiliter deprecor, ut per latorem præſentium litterarum, ſi amplius eſſe non poteſt, ſaltem de veſtra ſancta manu in naufragio vitæ conſtitutus, illud recipere merear, quod mitis magiſter veſter Chriſtus, quibuſdam diſcipulis hæſitantibus januis * diviſis apparens, imprecatus eſt, dicens: PAX VOBIS. Excellentiam ſanctitatis veſtræ aſſiduis votis & precibus diu incolumem vigere humiliter exoramus.* Hæc Adventius. Pro quo etiam Carolus Rex Francorum ſcripſit litteras commendatitias, quas ex eodem codice Trevirenſi hic deſcribemus; ſic enim ſe habent:

*clauſis

*Sanctiſſimo ac reverendiſſimo Patri Nicolao Catholicæ & Apoſtolicæ Sedis ſummo Pontifici, & univerſali Papæ, Karolus gratia Dei Rex & ſpiritalis filius veſter.* LVI.

Carolus Franc. Rex commendat Adventium.

*Quia ſicut devotio noſtra erga ſanctam Sedem Apoſtolicam omniumque Eccleſiarum Matrem atque Magiſtram, & erga ſancti Apoſtolatus veſtri honorem in iſtis ciſalpinis regionibus longe, lateque, gratias Deo, cognoſcitur; ita & colendæ cum ſummi amoris veneratione paternitatis veſtræ benignitas, erga filialem noſtram dilectionem non ſolum noſtris benevolis, ſed & æmulis auctore Deo, certis indiciis, veluti ſanctitatem veſtram, ſcilicet religionis culmen decet, innotuit. Adventius Metenſium venerabilis Epiſcopus hunc fratrem, nomine Bettonem nobis fidelem, ut credimus, in monaſterio Regni noſtri ab infantia regulariter educatum, & noſtra munificentia ſicut inter nos convenit, ſibi conceſſum, ad nos miſit, petens a nobis veſtræ amantiſſimæ Paternitati pro eo litteras mitti; quas profuturas, & non modice ſibi apud auctoritatem veſtram credidit ſuffragari. Mandavit etiam mihi quod profeſſionem ſuam, ſubreptionum præteritarum correctionem, & futurarum cautelam continentem ſicut regulæ ſanctæ præcipiunt, manu ſua ſubſcriptam, veſtro Apoſtolatui per hunc fratrem vellem dirigere, quatenus & exceſſuum veniam, & Apoſtolicæ Sedis communionem, & veſtri Apoſtolici vigoris gratiam valeat obtinere.*

*Unde quoniam venerandus, & amantiſſimus patruus noſter Drogo, qui licet in Regno fratris noſtri Hlotharii quondam Imperatoris poſt obitum domni, & patris noſtri degiſſet, eo quod ſedes in partem Regni ipſius devenerat, nobis tamen* LVII.



Drogo Metenſis Epiſcop.

*unice dulciſſima dilectione, & obnixa fidelitate conjunctiſſimus fuit; eumdem venerabilem Adventium nutrivit, & domeſtica familiaritate habuit & ipſe Adventius nobis fidelis & amicus exiſtit, ac ſi veſtigia ſanctiſſimæ paternitatis veſtræ deoſculantes, cum omni devotione depoſcimus, ut noſtra petitione, ſicut credit, apud auctoritatem veſtram ſe ſentiat adiuvari, ne ipſe, & ſedes ejus in illo, modo quolibet, quod abſit, dehonoretur; quæ poſtulatione avi noſtri divæ memoriæ Karoli Imperatoris honorari ab Apoſtolica Sede meruit, ut * Engilramus prædeceſſor iſtius, ſummus capellanus ejus, & Apocriſarius Apoſtolicæ Sedis in iſtis regionibus aliquamdiu fieret, & poſtea deprecatione ſanctæ recordationis Pii Auguſti, domni, & genitoris noſtri excellenti genio a Sede Apoſtolica in præfato patruo noſtro Drogone venerando Epiſcopo fuerat honorata, ut una cum prædicto miniſterio, & Imperatoris & Apoſtolicæ Sedis, etiam uſu pallii poteretur.*

Metenſis Eccl. dignitas & prærogativa.

* Angilranus. *Quem Paulus diac. lib. 6. c. 6. edit. rec. nimis elate vocat Archiep. ob iſta, credo privilegia.*

LVIII. *Nam etſi hic vir venerabilis Adventius, aut principis ſui, aut magiſtrorum ſuperſtitione actus, aut favore, ac conſenſu plurimorum attractus, vel alio quolibet modo ſubreptus, vel interceptus in aliquo minus, quam debuerat, providus extitit: ( Quoniam, ut Auguſtinus dicit: Amat Deus confitentibus parcere, & eos, qui ſemetipſos judicant, non judicare; ceſſatque divina vindicta, ſi converſio præcurrat humana) : veſtri Apoſtolatus mitiſſima & præſtabilis cunctis converſis benignitas, in eo ſententiam prædeceſſoris ſui Leonis ſequetur, qua dicit: Sedis inquiens Apoſtolicæ moderatio hanc temperantiam ſervat, ut & ſeverius agat cum obduratis, & veniam cupiat præſtare correctis; quatenus venia concedatur, ſi error aboletur. Petimus ſiquidem, ut iſtum non modo ſuum, verum & noſtrum Legatum Bettonem religioſum monachum, & litterarum ſcientia bonique ingenii capacitate, Dei gratia, & ſedulo ſtudio imbutum, benigne & familiariter recipiatis, quo ea, quæ ſibi injuncta ſunt, manſuetudini veſtri Apoſtolatus domeſtica ſuggeſtione valeat enarrare. Deus omnipotens orantem pro nobis ſanctitatem veſtram ævo longiore conſervare in voluntate ſua dignetur, ſanctiſſime & roverendiſſime pater in Domino.* His Nicolaus acceptis ſupplicibus litteris, Adventio per Theutericum ejus Legatum, quem poſt Bettonem miſerat, iſta reſcripſit:

Nicolai Pap. epiſt. ad Adventium.

LIX. *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo & ſanctiſſimo Adventio Epiſcopo Metenſi.*

*Excuſationis tuæ litteras per Theutericum religioſum presbyterum tuum ſuſcipientes, quoniam his te in extremitate vitæ poſitum indicaſti, mœror nos continuo ingens obtinuit. Sed profeſſio tua, qua te in nullo a Sede Apoſtolica diſſentire manifeſtas, quamque nobis a te minus, quam ab aliis ſperabamus offerendam, inter mœſtitiam merito lætitiam miſcuit. Quoniam licet de exteriori homine, cum ipſius privamur fraterno ſolatio, doleamus, de interiori tamen, quem extinctum putabamus, nunc vero per gratiam Dei vivificatum audimus, incomparabiliter exultamus. Quamvis autem probabilem tua videatur habere excuſatio rationem, teque innocentem comprobetur oſtendere: ſufficeret tamen etiam, ſi qua præteritorum noxa tenereris exceſſuum, ſatisfactio, quam in articulo mortis, ſicut ipſe fateris poſitus, litteris datis Apoſtolatui noſtro, ut decreveramus, oſtendis. Cujus rei teſtis eſt latro, qui in Cruce pendens, in ipſo momento mortis jam jamque conſtitutus, confeſſus eſt, &: Hodie mecum eris in paradiſo, a JESU audire promeruit. Et Propheta ſubitaneam gementis ſalutem demonſtrans: (a) Cum converſus, inquit, ingemueris, tunc ſalvus eris. Veruntamen potens eſt Deus miſericorditer operari, ut qui excuſationes tuas & obedientiæ promiſſa ſuſcipientes de immortali vita tua per id fiduciam ſumpſimus, percipiamus etiam in hoc temporali curſu, longævitate divinitus tibi conceſſa, unde & verbi Dei fructibus multipliciter perfruamur, ac per hoc in Domino gloriemur. Quid autem mirum, ſi Guntharius dudum Archiepiſcopus Apoſtolicam floccipendere ſententiam non metuit, qui divina præcepta toties parvipendiſſe convincitur? Claret vero, & cunctis manifeſte datur intelligi, etiam ſi nulla alia pravitatis ſuæ præceſſiſſent indicia, qualis ante pœnam extitit, qui ſe poſt pœnam talem exhibuit, & quam debite percuſſionem promeruit, qui etiam poſt unde magis percuti debeat, minime admittere recuſavit. Eo igitur ſuadente, nunc Apoſtolicis inſtitutis inobediens effectus eſt, quo nuper cœleſtibus oraculis ſemper obviaſſe repertus eſt, antiquo videlicet adverſario, qui ſicut leo rugiens, juxta primum (b) Apoſtolum, circuit, quærens quem devoret.*

*(a) Iſai. 30. ex 70. Interp.*

*(b) 1. Pet. 2.*

LX. Sacerdotes cum Regibus quomodo ſe habere debeant.

*Illud vero, quod dicitis, Regibus & Principibus vos eſſe ſubjectos, eo quod dicat (c) Apoſtolus, ſive Regi tamquam præcellenti: placet. Verumtamen videte, utrum Reges iſti & Principes, quibus vos ſubjectos eſſe dicitis, veraciter Reges & Principes ſint. Videte ſi primum ſe bene regunt, deinde ſubditum populum. Nam qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit? Videte ſi jure principantur; alioquin potius tyranni credendi ſunt quam Reges habendi, quibus magis reſiſtere, & ex ad-*

*(c) 1. Pet. 2.*

*adverſo aſcendere, quam ſubdi debemus. Alioquin, ſi talibus ſubditi & non prælati fuerimus, nos neceſſe eſt eorum vitiis faveamus. Ergo Regi quaſi præcellenti virtutibus ſcilicet, & non vitiis ſubditi eſtote, ſed ſicut Apoſtolus ait, propter Deum, & non contra Deum.*

Privilegia Sedis Apoſtolicæ ſuper omnia.

*Superfluum autem judico, quod in conventu Epiſcoporum Capitula ſancti Leonis Papæ ac Antiocheni Concilii quidam, ut aſſeris, legerint. Quoniam ſi ſanctus vir Metropolitanos ſingularum provinciarum Epiſcopos jus traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decrevit: privilegia tamen hujus Sedis non abſtulit, & huic divinitus jura conceſſa non minuit. Quia ſicut ipſe ſcribit ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem, ac per eum ad omnes, inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt, ut cæteris præemineret. De qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & magna ordinatione proviſum eſt, ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fatres haberetur prima ſententia; & rurſus quidam in majoribus urbibus conſtituti, ſolicitudinem ejus ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam Petri Sedem univerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil a ſuo capite diſſideret. Itidem ipſe alibi, ut de componendis atque compoſitis relatio ſibi plena, mittatur, præcipit Rurſus ſi fatetur Antiochenum Concilium, per ſingulas regiones convenit noſſe Metropolitanum Epiſcopum ſolicitudinem totius provinciæ gerere, quid præjudicat Sedi Apoſtolicæ ſolicitudinem habenti non ſolum unius provinciæ, ſed & totius Eccleſiæ? Cum idem Concilium magis Metropolitas coerceat, refrænet, & arctet dum eos non amplius, quam ſuarum provinciarum dicat ſolicitudinem gerere. Quorum enim quis ſolicitudinem gerit, & judicium prætendere neceſſe eſt, ut beatus Papa Innocentius ad Maximum Antiochenum ſcribens: Quorum enim, inquit, & maxime expectat cura præcipue tuum debent mereri judicium. Ergo quia totius nos Eccleſiæ maxima cura præſtolatur, noſtrum præcipue debet Eccleſia tota proculdubio judicium promereri.*

LXII. *Sed tandem ad propoſitum redeamus, & votis tuis, quantum poſſumus, Deo præſtante, miſericorditer annuamus. Itaque ſi Theutgaudum dudum Epiſcopum, ſicut profiteris, in catalogo Epiſcoporum non recipis, quouſque de eo humanius tractemus; Et ſi Guntharium * myſterium ſibi vetitum uſurpantem, non ſolum inter Epiſcopos non ſuſceperis, ſed nec ipſi, nec fautoribus ejus communicaveris, & Regi in ſcelere permanenti Epiſcopaliter contradixeris, & ſecundum vires in nullo a Conſtitutis, & ſententiis, ab Apoſtolicæ Sedis Præſule prolatis, deviaveris, ſed de cætero pro Fide Catholica, & correctione Fidelium, ac pro conſervandis * Pontificis Sedis Apoſtolicæ privilegiis nobiſcum ſenſeris, nobiſcum pro viribus decertaveris, fratres quoſque & proximos tuos nobiſcum ſapere hortatus fueris: Deus omnipotens interceſſione Apoſtolorum principum Petri ac Pauli vincula, omnium peccatorum abſolvat, & quidquid humanitus, quod in oculis Majeſtatis ejus diſplicuit, egiſti, tibi miſeratus indulgeat, & benedictionis ſuæ gratia replens ad beatitudinem viſionis ſuæ perducat.* Hactenus Nicolai epiſtola; poſtquam extant redditæ Adventii litteræ ad eumdem Nicolaum pro gratiarum actione de venia impetrata, quas ſuo loco reddemus.

* miniſterium.

* Pontificiis.

LXIII. Sed quid inter hæc accidit. Cum in aliis provinciis Galliarum, quæ Carolo ſubiacerent, innotuiſſet, quid ſtatutum eſſet in Metenſi Concilio, nempe ex Lotharii ſententia cuncta eſſe tranſacta, Legatoſque Apoſtolicæ Sedis omnia comprobaſſe; exiſtimantes quidquid Legati feciſſent, ex Nicolai, qui eos miſerat, voluntate confectum eſſe: ſcripſerunt ad ipſum Pontificem litteras amariſſimas, eaſ-

dem-

PAGIUS V. *Rothadus Epiſc. Sueſſionis ab Hincmaro male habitus.*

A num. LXIII. ad XCIV. Cauſam *Rothadi* Sueſſionenſis Epiſcopi cum *Hincmaro* Remenſi Archiepiſcopo accurate tractavit Natalis Alexander laudatus in Diſſert. VI. Rothadus Hincmari odium incurrit, iſque per octo circiter annos occaſionem quæſivit, qua eum ab Epiſcopatu dejiceret, ut patet ex Nicolao Papa in Decreto abſolutionis ipſius ac reſtitutionis ad omnes Eccleſiæ Romanæ Epiſcopos miſſo. Hanc porro occaſionem *Hincmarus* captavit. Presbyterum quemdam ſuæ Diœceſeos in ſtupro deprehenſum *Rothadus* canonice depoſuerat, & ille ad Metropolitanum confugit, quem Epiſcopo ſuo ſubinfenſum noverat. *Hincmarus* Presbyterum Sacerdotio fungi præcepit poſt triennium, injuſte depoſitum cauſatus, licet XXXIII. Epiſcoporum judicio ejus exauctoratio decreta fuiſſet. Ad hæc Presbyterum alterum, quem *Rhotadus* depoſito ſubſtituerat, *Hincmarus* communione privavit, & in carcerem detrudi mandavit; illum vero qui ob ſtuprum depoſitus fuerat, Eccleſiæ, cui fuerat antea præpoſitus, reſtituit. Tam irregulari judicio *Rothadus* refragatus eſt, & Hincmarus anno DCCCLXI. congregata Synodo in ſuburbio Sueſſionenſi, ipſum ut contumaciæ reum Epiſcopali communione privavit, donec obediret; ut ad annum DCCCLXI. docet Annaliſta Bertinianus Auctor coævus: *Hincmarus Durocortori Remorum Archiepiſcopus Synodo comprovinciali apud martyrium ſanctorum Criſpini & Criſpiniani, ſecus civitatem Sueſſionis Rothadum ipſius urbis Epiſ-*

*co-*



demque ſynodales ex Silvanectenſi Concilio quod collegerant, quibus eum rogaverunt mutare ſententiam, & generale Concilium convocare. Quibus acceptis litteris Nicolaus (a) reſpondit, ſibi non eſſe opus mutare ſententiam, cum ſemper adverſus Lotharium ſenſiſſet, litteriſque ſignificaſſet, Legatis ſuis miſſis in Gallias datis, quarum exemplar ad eos mitteret; nempe ſenſiſſe, ut Lotharius niſi pareret ejiciendo Waldradam pellicem, alienus fieret a communione totius Eccleſiæ Catholicæ una cum fautoribus ſuis. Quæ ſua conſtantiſſima, nec aliquando mutanda ſententia, ut per ipſos univerſo populo innoteſceret, ſic admonuit eos, dicens: *Ne vero ſimplices, quod adulteris aliquando ceſſerimus, falſo nos opinentur: non incongrue noſtri ſuper hoc animi votum omnibus fratribus & Coepiſcopis noſtris intimate, & concionando in Eccleſiis veſtris publice cunctis ad liquidum ſubditis exponite.* Hæc Nicolaus.

(a) Nic. ep. 32. in fin.

LXIV. Hoc eodem anno, menſe Aprilis, Hincmarus ſurripuit a Nicolao Papa confirmationem Concilii Sueſſionenſis ante decennium celebrati, itemque confirmationem privilegiorum Rhemenſis Eccleſiæ, cum idem Pontifex Nicolaus dolum neſciens, ipſi annuens ad ipſum iſta reſcripſit (b).

(b) Ex cod. S. Mariæ ſuper Minervam in Urbe ep. Nic. 38.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo ac ſanctiſſimo confratri noſtro Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo.*

Nic. Pap. ad Hincmarum de Conf. concil. Sueſſ. & privilegiis Eccl. Rhemenſis

*Paſtoralis ſolicitudinis cura conſtringimur, & loci ſublimitate, qua nos ſuperna providentia totius domus ſuæ generalitati præpoſuit, provocamur, ut Apoſtolatus noſtri apex in ea tamquam lapis poſitus angularis ad imitationem ipſius, Fidelibus quidem & humilibus tutiſſimum & firmiſſimum refugium, quo cuncti frangantur tumentes hoſtium fluctus, exhibeat: his autem, qui offendunt verbo, nec credentes in quo poſiti ſunt, ſit lapis iſte offenſionis, & petra ſcandali. Proinde quia dilectio tua ſequens inſtituta majorum, ea, quæ poſſunt aliquam recipere quæſtionem, ad nos quaſi ad caput & ad apicem Epiſcopatus referre ſtuduit: quod nos libenter accepimus, quia hinc dilectionem tuam memorem Canonum comprobamus: Synodum illam, quæ a te, & cæteris venerabilibus Archiepiſcopis atque Epiſcopis in urbe Sueſſionum anno Incarnationis Dominicæ DCCCLIII. Indictione prima, quinto Kalend. Maii fuerat celebrata, & a deceſſore noſtro beatæ memoriæ Benedicto Papa eſt confirmata; ſicut idem ſanctæ recordationis Pontifex illam confirmavit, ita & nos eam confirmatam, & irrefragabilem, perpetuoque manſuram Apoſtolica auctoritate decernimus, SALVO TAMEN ROMANÆ SEDIS IN OMNIBUS JUSSU ATQUE JUDICIO.*

LXV. *Præterea quidem & hoc ſancimus, ne quilibet extremorum Durocortorum provinciæ, regionis Belgicæ, regulariter ſubiectus Eccleſiæ, ve contempto, vel potius habita Coepiſcoporum ipſius diœceſis provinciali Synodo, impune audeat, ſeu valeat aliena expetere, aut expectare judicia, aut alienas contra Canones ordinationes ſuſcipere, vel ad alias provincias irregulariter convolare; ſed ita ut Nicænorum, & cæterorum Conciliorum canonicis definitionibus eſt promulgatum, & beatorum Siricii, Innocentii, Zoſimi, Cæleſtini, Bonifacii, Leonis, Hilarii, Gelaſii, Gregorii, ac cæterorum Romanæ Sedis Pontificum conſtitutionibus eſt decretum, SALVO IN OMNIBUS NOSTRÆ APOSTOLICÆ SEDIS JURE VELUTI AB IPSO CHRISTO ET SACRIS EST CAUTUM CANONIBUS, cuncti ſive in prælatione, ſive in ſubiectione debita ordinem ab Eccleſiaſticis regulis traditum obſervantes, Metropolitanæ tuæ auctoritati honeſte aut canonice præcipienti obediant.*

LXVI. *Et hoc promulgamus, atque Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut te, quem Primatem ipſius provinciæ ſanctæ memoriæ Præſules, prædeceſſores noſtri Leo, ſcilicet in largitione uſus pallii, & Benedictus privilegio ſuæ corroborationis, & ut anteceſſores eorum tuos prædeceſſores canonica auctoritate, & antiqua conſuetudine pro Metropoli Eccleſiæ Rhemenſis genio confirmaverunt, & nos primatu beati Petri Dei voce præcepto pariter confirmamus: nullius umquam infeſtatio contra canonica, Apoſtolicaque decreta ſive judicia opprimat, aut ab Eccleſia tibi commiſſa, virtute vel facultate nudare, aut ante audientiam Romani Pon-*



*ti-*

PAGIUS *copum Regulis Eccleſiaſticis obedire nolentem Epiſcopali privat communione ſecundum decreta canonum, donec obediat.* Baronius num. LXXXII. & Sirmondus Tom. III. Concil. Gall. damnationem illam *Rhothadi* hoc anno in Synodo *Silvanectenſi* factam perperam ſcripſere, decepti inſcriptione Epiſtolæ Nicolai Papæ ordine XXXII. quæ dicitur *ad Epiſcopos Synodi Silvanectenſis* data, cum tamen, ut notavit Alexander citatus, loco *Silvanectenſis* reſtituendum ſit *Sueſſionenſis*, quemadmodum ex Annaliſta Bertiniano eruitur.

VI. *Secunda Synodus Sueſſionen. adverſus Rothadum indicta.*

Interim Synodus altera ab Hincmaro præcedenti anno in ſuburbio Sueſſionenſi congregata, ad quam invitatus eſt Carolus Calvus, & hæc a Baronio & Sirmondo prætermiſſa, ſed ab Annaliſta Bertiniano ad eum Chriſti annum memorata, qui ait: *ſed iſdem* (nempe Rotha-

dus

*tificis; quia nec regulæ hoc permittunt Eccleſiaſticæ, judicare te, vel condemnare præſumat. Quod & ſi temerarius quiſquam forte præſumpſerit, nullius excommunicationis, vel obligationis, ſeu condemnationis ſententia ſine decreto Romani Pontificis tenearis aſtrictus. Sed ſi a quocumque vel undecumque fueris compellatus, ut debeas judicari, Apoſtolici Papæ judicio te reſervamus, noſtra, immo beati Petri Apoſtoli auctoritate decernimus, nec alterius cujuſcumque viri vel judicio te ſubiici, excepta poteſtate Sedis Romani Pontificis, nec ad alterius primatis provinciæ Synodum, niſi ex communi placito poſſe convocari, mandamus. ITA TAMEN SI IN NULLO NEGOTIO APOSTOLICÆ SEDIS ROMANÆ JUSSIONIBUS INVENTUS FUERIS INOBEDIENS.*

LXVII. *Et hoc conſtituimus, ne quælibet provincia Metropolitæ, tibique ſubiecta jus ſecundum Eccleſiaſticas conſtitutiones primatus Eccleſiæ tuæ, & tibi debitum, & ſecundum ſacros Canones, & decreta Romanorum Pontificum ex antiqua conſuetudine traditum ac conſtitutum quoquo modo per contemptum convellere, aut provinciam dividere, aut tibi vel Eccleſiæ tuæ quacumque violentia contra eadem canonica Conſtituta & decreta Romanorum Pontificum pertinaciter inferre præſumat.*

Quibus ex cauſis privilegium amittatur. *Quæ omnia ſupraſcripta violari a quoquam, cum anathematis interpoſitione, beatorum Apoſtolorum Principis auctoritate, & noſtra Apoſtolica ſententia prohibemus. Eo dumtaxat tenore, & conditione hæc per hujus præcepti decretique paginam tibi omnibus vitæ tuæ diebus habenda concedimus, ad tuæque ſecuritatis quietudinem ac decorem valere diſponimus, ſi tam in præſenti, quam ſemper, dum tamen in vita tua ſuperſtes extiteris, in nullo ab Apoſtolicæ Sedis præceptionibus quoquo modo diſcrepaveris. Quod ſi a ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtitutis, vel ab ejus Præſulum juſſionibus quolibet tempore inventus fueris ſegregatus, eorumque ſive per epiſtolam ſive per verba mandatis obedire neglexeris: hujus privilegii atque præcepti tenor nullius momenti penitus judicetur, & cuncta, quæ in eo continentur, irrita in perpetuum atque inania prorſus exiſtant.*

LXVIII. *Si quis autem temerario auſu, magna, parvave perſona contra hoc noſtrum Apoſtolicum decretum agere præſumpſerit: ſciat ſe anathematis vinculo eſſe innodatum, & a Regno Dei alienum, & cum omnibus impiis æterni incendii ſupplicio condemnatum. At vero qui obſervator extiterit præcepti hujus, gratiam atque miſericordiam, vitamque æternam a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequi mereatur. Scriptum per manum Zachariæ Notarii Regionarii & Scriniarii S. R. E. In menſe Aprili, Indictione undecima. Bene valete.*

*Data quarto Kal. Maii per manus Tiberii Primicerii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ. Imperante piiſſimo Domino Imperatore Aug. Hludovico a Deo coronato magno pacifico Imp. an. XIV. Indict. XI.*

LXIX. His acceptis ab Eccleſia Romana per Nicolaum Pontificem Privilegiis, obtentaque confirmatione (ut audiſti) Concilii Sueſſionenſis, Hincmarus jam opere perficere aggreditur, quod conceperat adverſus Rhotaldum Epiſcopum Sueſſionenſem, cujus cauſa Silvanectenſe Concilium paravit; quod eodem tempore, quo Metenſe, de quo audiſti, eſt celebratum hoc anno, menſe Junii, Indictione undecima, in Regno Caroli Calvi, in quo idem Rhotaldus Sueſſionenſis Epiſcopus deponitur, & quantumlibet Sedem Apoſtolicam appellarit, non eſt auditus, ſed in monaſterium detruſus, alio in ejus locum Epiſcopo ſubrogato. Cum & ab ipſa Synodo miſſa eſt legatio per Odonem Bellovacorum Epiſcopum ad Apoſtolicam Sedem, qua peteret per Nicolaum Pontificem confirmari, quæ ab Epiſcopis in eadem Synodo acta eſſent. Quo tempore ad eamdem Apoſtolicam Sedem miſſus eſt libellus ſupplex querelarum Rhotaldi ipſius, de his, quæ injuſte ab eadem Synodo paſſus eſſet. Inſuper & aliæ a vicinis compluribus, tyrannicum factum deteſtantibus additæ ſunt ad eumdem Pontificem querimoniæ pro Rhotaldo. Hæc omnia, & in iis potiſſimum, quæ ad tempus ſpectant, perſpicue demonſtrant ipſius Nicolai Papæ litteræ ad eamdem Synodum redditæ (*a*). Ut autem totius rei geſtæ ſeriem cognoſcamus, eſt hic reddendus libellus Rhotaldi ad Sedem Apoſtolicam appellantis, qui ſic ſe habet (*b*):

Concilium Silvanectenſe.

(*a*) *Nic. epiſt.* 32.
(*b*) *Inter epiſt. Nicol. poſt* 37.

PAGIUS dus) *poſt ejuſdem Concilii judicium, unde appellaverat, expetens, conſtitutis duodecim ab eadem Synodo judicii exequendi judicibus. novus Pharao propter ſui cordis duritiam, & vetera ſæcula repræſentans, homo mutatus in belluam propter exceſſus, quoniam corrigi noluit. in ſuburbio Sueſſorum civitatis detonditur.* Hincmarus tres Epiſcopos miſit Rothadum, qui eum ad Synodum juridice vocarent, quibus ille reſpondit integrum ſibi non eſſe Judicium ſubire Synodi, pendente appellatione ad Romanam Sedem. Secundo & tertio citatus *Rothadus* idem reſpondit, tumque *Hincmari* partiarii, data ipſi fide, perſuaſere, ut ad locum Synodo proximum Regi occurreret, cum ejus Majeſtate collocuturus. Quod etiam innuerunt Sueſſionenſes Clerici. Progreſſus itaque *Rothadus* Rex benigne illi occurrit, ipſumque audivit ſupplicantem, ut antea con-



*Domino meo ſanctiſſimo atque reverendiſſimo Nicolao ſummo Pontifici, & univerſali Papæ.*

LXX. Libellus appellationis ad Sedem Apoſtolicam. *Ego Rhotaldus peccator Sueſſionenſis Eccleſiæ, Sedem appellans Apoſtolicam, irregulariter Epiſcopatu privatus, calamitatum mearum ſuggero lugubrem hiſtoriam: non tamen omnia, quæ paſſus ſum retexens, quod impoſſibile forſitan erat, & nimis faſtidioſa narratio tuis, piiſſime Præſul, auribus importuna videretur. Venerabilis igitur Metropolitanus Hincmarus ſanctæ Rhemenſis Eccleſiæ Antiſtes, quibuſdam occaſionibus exortis, acri circa me infeſtatione certans, diu multis ac variis laboribus meam vexabat exiguitatem. Ego autem quantum poteram, illum tolerans: in his ei nequaquam pro ſuo libitu acquieſcere volui, quæ ſacris perpendebam auctoribus eſſe contraria. Dumque ad Synodum juſſu glorioſi Regis Caroli, pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ convocatam Epiſcopi conveniſſemus, & ipſe quaſi omnium dominus præſidens ac prævalens ſententiam in me damnationis violenter ac præcipitanter jaculari acceleraret; hinc ego Apoſtolicam Sedem, & Apoſtolicum Præſulem univerſalis Eccleſiæ ſummum proviſorem appellare maturavi.*

LXXI. *Cumque mihi hoc denegare non præſumeret, ſancta Synodo decernente, ægre tamen evictus præbebat aſſenſum, dinumerans hos dies, ultra quos omnino non retardarem iter. Inde ego feſtinato curſu ad noſtram civitatem reverſus, de inſtanti itinere moras non patiebar, quam lætus ſi ad Apoſtolorum Limina contendere meruiſſem, ut ad domini mei tanti Pontificis & piiſſimi patris omnium ad ſe confugientium tutiſſimi defenſoris ac protectoris ſacram pervenirem præſentiam. Cumque jam e vicino pacti itineris immineret egreſſus, litteras domino meo Regi & meo Archiepiſcopo dirigere curavi, noſtram illis Eccleſiam committens, multumque poſtulans, ut juxta ſuum utriuſque officium eam dirigere procurarent, donec de me excellentiſſimus Romanæ Urbis Præſul finem determinaret legitimum. Miſi & litteras ad illum olim presbyterum pro cujus ego regulari depoſitione (nam in ſtupro fuerat deprehenſus & abſciſſus) a meo judicabar Metropolitano, ut & ipſe mecum huc ad tuam, domine Papa, audientiam examinandus adveniret, quarum exemplaria præ manibus habeo, & ſi vobis placet, Apoſtolatui veſtro offeram.*

LXXII. *Alia quoque Capitula conſcripta cuidam noſtro confratri & Coepiſcopo tranſmiſi ſub eodem temporis articulo per eaſdem manus deferens, quæ, ut præmiſſum eſt, memorato Regi & Antiſtiti deſtinaveram. In quibus ſane Capitulis mea talis poſtulatio continebatur, aliis Epiſcopis, qui meam damnationem participare nolebant, inſinuanda, ut ipſi parati eſſent ſicut fraternitatis amatores, & ſectatores charitatis, juxta beatiſſimi Apoſtoli ſanctionem, meam defendere & tueri ſalutem. Sed ille meus unanimis frater, cui hanc mei curam committebam, tunc abſens fuit.*

*Hincmarus autem continuo cauſam perſenſit. Adhuc dominus Rex, & idem meus Prælatus in eodem loco manebant, ubi ſub una eademque meæ parvitatis epiſtola, & illa Capitula) uti relatum eſt) perſcrutabantur. Moxque Hincmarus ipſe Archiepiſcopus ſcriptorum petitorem diligenter juſſit inquiri, cur illis non oſtenderet apices, quos ſigillatim detulerat. Qui confiteri compulſus, reſpondendo ſubiunxit, quia ille inquiens, ad quem mihi crediti ſunt perferendi, non hic modo apparet. Nec ceſſavit ille, donec perſuaſo Rege ſubito quaſi collecta Synodo ex ipſis, qui ſupererant, Epiſcopis, presbyterum introduci fecit invitum, ipſum videlicet litterarum latorem.*

LXXIII. *Cœperunt hinc & inde in medio poſitum movere, pulſare, & perurgere, ſicut hoc callide per inſidias argumentatum erat, ut litteras, quas Rhotaldus per eum ſuo ad Synodum Metropolitano decreverat, citius præſentaret: Neque ad Synodum miſſus ſum, ait, nec a Rhotaldo Epiſcopo, cujus nec ego ſum clericus, litteras accepi, Hincmaro reddendas. Cumque nullo modo presbyter ipſa vellet Capitula prodere, jubente tamen Rege, coactus reddidit. Moxque Hincmarus Regem poſtulavit, ut Traſulphum Abbatem ad me dirigeret. Qui ad noſtram civitatem celerrime perveniens, me jam paratum, ut noſtrum iter arriperem, invenit. Tunc ipſe Abbas in atrio Eccleſiæ aſſiſtens, publica voce in verbo Regis, & Hincmari Archiepiſcopi auctoritate prohibere curavit, ut nullus omnino ab ipſa civitate mecum aggredi iter vellet, ac ire vo-*



PAGIUS ceſſam Romam eundi facultatem non tolleret, Sanctamque Apoſtolicam Sedem in ſuis Privilegiis honoraret. Reſpondit Rex, id negotii ſpectare Synodum & Archiepiſcopum Remenſem ejus Metropolitam: ſe vero Epiſcoporum Decreta executioni mandaturum.

VII. Rege ad Synodum regreſſo, tres Epiſcopi rurſus *Rothadum* convenere, ipſum qua minis, qua blanditiis urgentes, ut Synodo ſe ſiſteret. Quem ubi in appellatione ſua conſtantem compererunt, in cella recludi juſſere, donec Synodi judicium excepiſſet. Hincmarus *Rothadum* velut contumacem depoſuit, ut ipſemet Rothadus narrat in libello Proclamationis ad *Nicolaum* Papam, a Baronio num. LXX. & ſeqq. recitato. Denunciata fuit *Rothado* a tribus Epiſcopis

*Rothadus depoſitus ad Pontificem Rom. appellat.*

*volentem Romam me proſequeretur. Nequaquam ita faciam ego ſubintuli, ſed ſicut primum Romanum appellavi Pontificem, ita depoſitus, Deo auxiliante, minime differam.*

LXXIV. *Hinc mirabar & ſtupebam, quid ſibi vellet talis immutatio, aut cur me a meo itinere retardarent. Sed prius per aliquot dies fama vulgabat, quod Hincmarus Archiepiſcopus dicere volebat, quaſi ego aliqua Capitula ſcribens, renovari mihi judicium petiveram. Quod certe falſiſſimum eſt, cum nec illa Capitula ad eum direxi, neque de aliquo tali judicio ibi mentionem egi, nec electorum judicum ſecundum ſacros Canones, aut nomina, aut certe numerum expreſſi. Teſtor Dominum creatorem omnium, quia nec in cogitatione mihi ſubrepſit, ut appellationem hujus eminentiſſimæ Sedis ad aliam aliquo modo rationem diverterem. Proh dolor! ablata eſt migrandi facultas, & circumſeptus cuſtodia, in eadem ſum civitate retentus. Acceleratur itaque de convocanda Synodo, qua in ſuburbio noſtræ civitatis congregata, Rex inclytus a Concilio eſt invitatus. Tunc tres Hincmarus Archiepiſcopus Epiſcopos ad me miſit, mandans ad Synodum ipſam, ut ſine mora venirem. Quibus ego reſpondi, quod non mihi ita liceret, neque ego hoc ullatenus auderem, ut in præjudicium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum Matris, ejuſque excellentiſſimi Rectoris circa poſito cuicumque præbeam aliquo modo aſſenſum: ad illam ſummam auctoritatem ſine intermiſſione appello, cui nullus poteſt contradicere, quæ a Domino JESU Chriſto per beatum Petrum Apoſtolum tantum meruit principatum. Judicium ergo illius, ad quam proclamavi, expeto, nec alibi, niſi Romæ judicari conſentio, quia præpoſterus ordo eſt, inferiorem ſuperiori anteferri.*

LXXV. *His auditis, qui miſſi fuerant, Synodo renuntiaverunt. Iterum ſecundo & tertio me continuatim invitantes, in eadem invenerunt ratione perſiſtere. Noviſſime vero induſtrioſe perſuadebant, ſuam offerentes fidem, nihil me incommodi perpeſſurum, aut ſaltem domino Regi in proximo loco Synodi locuturus occurrerem. Quod etiam mihi noſtri fratres, Eccleſiæ noſtræ filii jam ſuadere cœperunt, ut pio Principi meæ parvitatis præberem præſentiam. Annui ego, & ad locum quo me ducebant, tranſivi, ſacerdotalibus veſtitus indumentis; ſecundum Evangelium, Marci ſcilicet, & lignum ſanctæ Crucis circa mea pectora gerens. Cumque me in quoddam diverſorium pro foribus Synodi a noſtris omnibus ſeparatum introduxiſſent: obnixis precibus poſtulavi per Leudonem diaconum, ut dominus Rex locum mihi indulgeret ſecum loquendi. Qui mox pro ſua pietate ad me indignum venire dignatus eſt; meque benigne audivit, ſed exaudire non eſt permiſſus. Nam cum illum valde ſuppliciter, anxieque rogarem, ut mihi Romam eundi libertatem, ſicut ipſe conceſſerat, non tolleret, ſanctamque Apoſtolicam Sedem in ſuis privilegiis honoraret, reſpondit: hoc ad meum ſpecialiter Metropolitanum, ſanctumque pertinere conventum: ſe tantum ſacris Epiſcoporum monitis ac diſpoſitionibus humiliter obediturum profitebatur. Et illico recedens, in Synodum abiit, ibique reſedit.*

*Rurſus tres Epſcopos conſequenter ad me miſerunt, qui multum fortiter, ad Synodum ut introirem, hortabantur: meque impellebant nunc blandiendo, nunc minando me ſubvertere volentes. Sed ego toto anniſu, juxta votorum meorum primam intentionem perſeverare contendi. Porro cum me perſpicerent ſuis nolle ſtudiis acquieſcere, obſeratis oſtiis in eadem ſum cella incluſus, neque egredi omnino poteram, donec de me peccatore, ſicut quibuſdam tunc placuit, definirent. Meus etenim Archiepiſcopus voluntatis ſuæ propoſitum, quantum poterat, implere curavit, factuſque eſt gravis meus ipſe accuſator, ipſe teſtis, ipſe judex. Et ſicut me abſentem prout voluit, culpabat, ſic & temere judicare nec timuit, nec detrectavit. Sed inter alia, quæ mihi mendaciter obiiciebat, hoc unum ſpecialiter ingeſſit, quod presbyterum, cujus ſupra feci mentionem, injuſte depoſuiſſem: quod procul dubio falſum eſt, ut multi idonei teſtes & Epiſcoporum, & cæterorum clericorum ſive laicorum & noverunt, & noſcunt. Quem tamen ipſe jam tribus annis tranſactis abſque meo conſenſu, ſeu conſultu in ſuam receperat communionem, eique ſacerdotali officio, quo cum triginta Epiſcoporum judicio legaliter privatus erat, citra canonum ſtatuta fungi præcepit. Illum vero presbyterum, quem in locum damnati per tres etiam circiter an-* LXXVI.



PAGIUS pis exauctorationis ſententia, moxque in carcerem conjectus eſt, ſpe ipſi facta Abbatiæ ab Hincmaro, ſi ab appellatione deſiſteret, ordinatuſque Epiſcopus in ejus locum, ut ex eodem libello diſcimus. Cito ad *Nicolaum* Papam delatæ ſunt *Rothadi* querelæ contra Hincmarum & appellatio Synodi illius ac Synodi Sueſſionenſis. Reſcripſit quamprimum ad Hincmarum *Nicolaus* Papa, eique violationem Paternorum Canonum & Privilegiorum Apoſtolicæ Sedis, quæ intemerata a tota Chriſti ſervantur Eccleſia, improperavit. Juſſit, ut intra dies XXX. *Rothadum* Sedi ſuæ reſtitueret, aut Romam cum eo ad cauſam dicendam veniret, Legatumve mitteret pro ſe reſponſurum, ſub pœna ſuſpenſionis a ſacro miniſterio, quam & cæteris Epiſcopis, qui Rothadi exauctorationem cum Hincmaro decrevere, comminatus eſt.





*nos ſubſtitutum habebam, per violentiam, me ignorante, ſibi fecit adduci: nam cum in Dominicorum die ipſe presbyter paratus eſſet in Eccleſia Miſſarum ſolemnia populo celebrare: juſſu Archiepiſcopi repente ibi homines affuerunt, qui presbyterum extra baſilicam doloſe educentes, ſubito rapuerunt, & infatigabili curſu citius ad ejus præſentiam perduxerunt; quem ipſe mox excommunicatum in carcerem detrudi juſſit, illumque depoſitum, genitalibus truncatum in meæ parœciæ Eccleſia reſtituit. Hinc quoque mihi contumaciæ & obſtinationis imputabat reatum, quoniam ſibi in talibus inobediens exiſterem: hoc a me exigere volens, ut non quaſi confrater & Coepiſcopus, ſed ut proprius clericus ad ſua vota famularer: ſimiliterque propter indebitam appellationem ad Apoſtolicam Sedem ſuis obtemperare precibus contemnerem; immo quod ego non opinabar, canonicis inſtitutionibus cantrairet.*

LXXVII. Quæ in Hincmarum. *Hæc autem, & alia pari modo falſa adſcribebat, quæ divina favente gratia, & miſericordia opitulante, quaſi favilla ad nihilum redigentur, & quaſi fumus evaneſcent, te quidem domine clementiſſime & coangelice Papa cum Apoſtolorum meritis cooperante & ſuffragante. Non enim me ipſum a multis meis excuſo peccatis, aut de bonis juſtifico, cum ſciam quam innumera de me dici poſſint non bona. Verumtamen illa, quæ malitioſe ad meam video damnationem eſſe reperta, Deo teſte & judice, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, non vera eſſe pronuntio. Denique ſæpe fatus Archiepiſcopus meus in Concilio eodem tamquam Imperator triumphans, & tamquam ſummus Eccleſiæ Pontifex decernens, ſubjugata ſuo potentatui, & oppreſſa fratrum humilitate, jam mihi intrepide, & ut reor, impie judicium depoſitionis emiſit, parvipendens quod ulli ulterius eſſet inde rationem redditurus, & quaſi hoc nulli debens, & in ſe ipſo confidens, & illud ſatis innotuit quando me, quia ipſum ſolum offenderam, nullius poſſe alterius ſublevari auxilio demonſtrare conabatur, totumque mihi noceret, quod aliud ſperabam, petebamque præſidium.*

LXXVIII *Et ecce tres Epiſcopi, quos Hincmarus hujuſmodi ſimplicitatis eſſe noverat, ſententia excommunicationis, immo conſpirationis ab ipſo meo damnatore accepta, ad me violenter incluſum properabant; & ſicut illis injunctum fuerat, lacrymoſis ſuſpiriis mihi propinabant. Mox ego in terram provolutus orabam, & adjurabam per nomen æterni Dei, ut ab iſto judicio ceſſarent, mihique, ut aſſidue petebam, Romam proficiſcendi licentiam non abnuerent. Tunc e veſtigio tamquam in latronem, more ſatellitum, homines in me manus conjecerunt, meque rapaciter ad carceralem duxere cuſtodiam. Quantis poſtea ſim affectus injuriis, ac per diverſa loca diſtractus, quanto fuerim labore fatigatus; tædetque me, pudetque referre. Ad hoc namque coarctare me ſatagebant, interdum aliquos honores, ideſt unam Abbatiam repromittentes atque ſpondentes; tantum ut in meam damnationem ego ſubſcriberem.*

LXXIX. *Interea ordinatur Epiſcopus in cathedra viventis; quamvis ne umquam poſt appellationem Romani Pontificis hoc fiat, ſacri Canones evidenter vetare noſcuntur. Neque enim, ſancte Pater, tua mandata per Apoſtolicas epiſtolas debita reverentia, moreque ſolemni ſive auditu congruo fuerunt obſervata. Denique requirere dignetur veſtra ſancta * Paſtoris ſolicitudo atque diligentia, quale mihi immerito teſtimonium noſtra perhibuit Eccleſia, quando veſtris venerabilibus Legatis Rodoaldo atque Joanni obvia fuit turba civitatis noſtræ, ac circumjacentis regionis; & quid ab eis expetere magnis clamoribus, multiſque precibus circa ſuum paſtorem ſatagebant, licet a Hilmerado Epiſcopo meo condiœceſano magnis minis, atque percuſſionibus admodum prohiberentur, Regis atque Archiepiſcopi mei interdictione denuntiatâ, ne omnino aliquid hujuſmodi clamare præſumerent.* *al. paſtoralis

LXXX. *Et nunc ego omnium Epiſcoporum minimus (qui tamen apud quoſdam non Epiſcopus, ſed juxta paternitatis veſtræ beatitudinem, Epiſcopus vocor) in Domino valde confidens, ad præcellentiam veſtri Præſulatus, piiſſime domine, confugere elegi, & de magnificentiſſima bonitate veſtra auxilium ſperans, ad ſanctorum Apoſtolorum ſacratiſſima Limina opem ſuffragaminis impetraturus, decenter acceſſi. Ecce jam per dimidium annum ante januam Apoſtolicæ pietatis pulſans aſſiſto, rationem de omnibus, quæ*



PAGIUS Hæc patent ex Epiſtola XXIX. ejuſdem Nicolai; ſed ad ſuperiorem annum pertinent.

VIII. *Geſta adverſus Rothadum reſcindit Nicolaus PP.* Currenti vero Hincmarus *Odonem* Bellovacenſem Epiſcopum Romam miſit, qui Synodi Sueſſionenſis, ac depoſitionis *Rothadi*, quaſi a Judicibus electis in ea factæ confirmationem a Sede Apoſtolica rogaret. Sed *Nicolaus* perſpectis *Hincmari* fraudibus ac tyrannide Acta dictæ Synodi reſcidit, quod Sardicenſes Canones de appellationibus Epiſcoporum dejectorum violaſſet; juſſit etiam omnibus Epiſcopis, qui ad eam Synodum convenerant, ut *Rothadum* ab exilio revocari curarent, & Sedem Apoſtolicam adire permitterent cum eorum Legatis, ut eorum judicium retractaretur. Quod, ni parerent, ſuſpenſionem a Miſſarum celebratione ipſis minatus eſt, ut legitur in Epiſtola Nicolai XXXII. ad Epiſcopos Synodi *Sueſſionenſis*, non vero *Silvanectenſis*, ut Tom. VIII. Concil. perperam legitur, data. Scripſit etiam ad *Hincmarum* per

*mihi falſo, & injuſte ſunt objecta, reddere paratus, nullus eſt, qui in præſenti aliquam adverſus me vocem proferat accuſationis. Et quoniam ante veſtram dignationem neque me falſum exhibere, neque negotii mei cauſas exponere, vel preces meas, ut decuerat, ſcio perorare: reſtat ut ipſi de me ſecundum ſapientiam cœlitus vobis donatam miſericorditer, quod cœpiſtis, perficiatis, ne ſe jactent temeratores propter meam vilitatem & indignitatem, Apoſtolica jura & canonica prævaluiſſe infirmare ſtatuta.* Hucuſque Rhotaldi appellationis libellus oblatus ejus nomine Romano Pontifici Nicolao, cum ipſe Romam venire minime potuiſſet, qui detineretur in carcere, ſed cum miſiſſet, per quem Sedem Apoſtolicam jugi perſeverantia appellaret.

LXXXI. Cæterum ipſe Rhotaldus poſthæc fuit in exilium miſſus, atque detruſus in monaſterium, ut litteræ (a) Nicolai Papæ ad Hincmarum datæ ſignificant, cum alioqui idem Rhotaldus valde bonus eſſet ſenex, emeritæ militiæ miles in Eccleſiæ caſtris magna ſemper cum laude verſatus, ut idem (b) Nicolaus Papa teſtatur. Quamobrem Hincmarus magnam ſibi ex ejuſmodi iniquo judicio notam infamiæ irrogavit, majorem vero, cum diu multumque nempe ad triennium uſque (tot enim annis ejuſmodi controverſia viguit) refractarius obſtitit ipſi (c) Nicolao Rom. Pontifici; ſed & maximam inde contraxit labem, dum in eumdem ſecum trahebat errorem Carolum Regem, & alios, ſi licuiſſet, Epiſcopos, licet apologetica ſe Hincmarus excuſavit; quam recitat Frodoardus, de qua nos agemus inferius ſuo loco.

(a) *Nicol. epiſt.* 29.
(b) *Ibidem*
(c) *Idem* 31.
Hincmarus multiplicibus ſe maculis aſperſit.

Sed quomodo his tandem omnibus ſuperatis, Nicolaus ſublevaverit oppreſſos, erexerit ejectos, revocarit diſperſos, & ſummo cum honore hominem juſtum una cum juſtitia poſtliminio Apoſtolica auctoritate reſtituerit, triumpharit vero de reſiſtentibus veritati Regibus & Archiepiſcopis, jam dicturi ſumus, rerum geſtarum ſerie ad rationem temporis accommodata, quam proſequamur.

LXXXII. Ubi igitur judicium Silvanectenſis Synodi per miſſam inde ſynodalem epiſtolam per Odonem Bellovacorum Epiſcopum ad Nicolaum Pontificem pro ejus confirmatione innotuiſſet, & idem, qui ſupra, libellus appellationis Rhotaldi Sueſſionenſis Epiſcopi eidem redditus eſſet, accepiſſetque pariter per eumdem Legatum litteras ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo, & alias ſeorſum a Carolo Rege favente eidem judicio ſynodali: collecto Romanæ Eccleſiæ presbyterio, atque vicinis Epiſcopis adhibita diligenti totius cauſæ conſultatione, quod conſentiens eſſe ſacris Eccleſiæ regulis novit, ad eamdem Synodum Silvanectenſem reſcripſit epiſtolam, quæ incipit: (d) *Scriptis dilectæ fraternitatis veſtræ ſuſceptis, &c.* Par eſſet ipſam integram hic reddere, niſi nimia prolixitate timerem lectorem tædio afficere, qui ſi eam cupit, cuſam cum aliis pluribus ejuſdem Pontificis litteris habet: ſatis ſit, eas, quæ hactenus non ſunt editæ, recitare.

(d) *Nicol. ep.* 32.
De Nicolai Epiſt. ad Concil. Silvanectenſe.

LXXXIII. Porro quod ad præſentem, de qua agitur, Rhotaldi cauſam pertinet, negat in primis Nicolaus, ſe ab ipſis in Concilio definita poſſe, repugnantibus ſacris legibus, confirmare, quibus cogatur & penitus eadem irritare, atque caſſa omnino reddere. Redarguit vero quod appellantem Rhotaldum Apoſtolicam Sedem, ſuam appellationem ipſum proſequi non permiſerint, ſed eum retruſerint in monaſterium. Excuſationem vero eorum, qua prætexuiſſent Rhotaldi appellationi non fuiſſe deferendum, eo quod adverſarentur ei leges Imperiales, reiicit omnino ex ſacris regulis, Pontificiiſque decretis, quibus caveretur, non utendum ſæcularibus legibus, & Imperatoriis ſanctionibus, cum illis leges Eccleſiaſticæ contradicunt. Magis vero redarguit, eo quod præter jus omne faſque appellatione pendente, alium in ſedem Rhotaldi appellantis intruſerint contra ſacrorum omnium ſancita Canonum.

LXXXIV Significat inſuper iiſdem litteris Nicolaus, ſe jam ante eas litteras commonuiſſe, per epiſtolam eorum Metropolitanum Antiſtitem Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum, ut poſt eam acceptam ſpacio triginta dierum Rhotaldum ſede depoſitum gradui priſtino reſtitueret, vel ipſum Romam mitteret cum ſuo Legato, ſi ipſe Hincmarus venire non poſſet, ut Apoſtolicæ Sedis judicio tota cauſa illa juſte definiretur. Quorum ſi neutrum ageret, tam ipſe,

Prima monitio Nicolai Pap. ad Epiſcopos Synodi Silvanectenſis.

PAGIUS *Odonem* Bellovacenſem, ut *Rothadum* Romam dirigeret. Secundam hanc ſe recepiſſe juſſionem meminiſſet, caveretque, ne ſi tertio ad ipſum pro eadem cauſa reſcribere cogeretur, difinitivam ac peremptoriam in eum ſententiam proferret, ut in Sacrorum Canonum contemptorem. Ea Epiſtola eſt ordine XXVIII. Scripſit & ad *Carolum* Regem, ipſique ſignificavit, quæ ad Hincmarum, alioſque Epiſcopos ſcripſerat, illiuſque Majeſtatem hortatus eſt, ut *Rothadum* ſuo adjutum ſolatio Romam dirigeret, Sediſque Apoſtolicæ Privilegia in ſuo Regno firmaret. Eſt hæc Epiſtola Nicolai ordine XXX.

IX. Dum hæc fierent, *Hincmarus*, qui anno DCCCLIII. *Vulfadum*, alioſque ab *Ebbone* ordi-



quam cæteri Epiſcopi, qui Rhotaldi injuſtæ depoſitioni conſenſiſſent, a Miſſarum celebratione cenſerentur eſſe ſuſpenſi. Fuit iſta Nicolai prima ad Epiſcopos ejus Synodi facta monitio. Cui per hanc ad eamdem Synodum redditam epiſtolam adiecit ſecundam admonitionem qua juberentur omnes, eumdem Rhotaldum ab exilio ſolvere, Romamque dirigere una cum tribus ab ipſis mittendis Epiſcopis, vel eorumdem Vicariis, ad experiendum Sedis Apoſtolicæ in eadem cauſa judicium: adiiciens eamdem, ſi contemnerent obedire, pœnam, qua prohiberentur Miſſæ ſacrificiium Deo offerre, triginta dierum pariter ſpacium ea cuncta implendi præfiniens; comminatur pariter, niſi parerent Apoſtolicæ Sedi, fore ut per eam Concilium cogeretur, in quo ipſi ea pati condemnarentur, quæ irrogaſſent in virum innocentem ſupplicia, diſpendium ſedis, & alia; ipſum vero Rhotaldum in locum priſtinum collocandum, iſtaque omnia dirimenda ex ſacrarum legum præſcripto. Hæc de his, quæ ad cauſam Rhotaldi ſpectare noſcuntur. Ad eamdem vero Synodum ſcripſit per ejuſdem Synodi Legatum in Gallias redeuntem Odonem Epiſcopum, cui & alias ſeorſum ad Hincmarum ipſorum Archiepiſcopum litteras dedit, quæ pariter extant: (a) eſt earum exordium: *Beatitudinis tuæ lectis apicibus, &c.*

Secunda ad eoſdem admonitio.
(a) *Nicol. ep.* 28.

LXXXV. Scribens igitur ad Hincmarum, vehementer ſe dolere ſignificat, quod adeo ſuæ ipſius exiſtimationi contraria facta multiplicet, cum primo inconſulta Apoſtolica Sede damnet Epiſcopum: ſecundo eumdem appellantem proficiſci Romam non ſinat; & tertio quod poſt appellationem, qua pendente nihil debeat innovari, in ejus locum alium Epiſcopum ordinarit. Reiicit eum petentem ſuæ Eccleſiæ privilegia conſervari, qui opere Sedis Apoſtolicæ ſtudeat privilegia infirmare. Monet poſtremo, hanc ſecundam eſſe de reſtituendo Rhotaldo monitionem, cui ſi non pareat, fore poſt tertiam, ut de ſui damnatione ejuſdem ſanctæ Sedis cogatur experiri judicium. Porro prima epiſtola, qua & continebatur prima monitio, perperam ſecundo loco in codice poſita legitur, quæ incipit. (b) *Sanctitatem veſtram, quam ſemper in virtutum exercitiis converſantem comperimus, &c.* Scripſit & tunc ad Carolum Regem, ſignificans quæ de reſtituendo Rhotaldo, & Romam mittendo Hincmaro ſuis litteris dederit in mandatis; eſt epiſtolæ ad Carolum hoc principium: (c) *Nunc laudanda eſt frequens converſatio, &c.*

(b) *Nicol. epiſt.* 21.
(c) *Nicol. ep.* 31.

LXXXVI Secunda autem monitio de reſtituendo Rothaldo per Odonem Legatum Concilii miſſa, hoc pariter anno contigiſſe cognoſcitur, quando & aliis litteris (d) eoſdem congregatos in Concilio Epiſcopos redarguit, quod collegiſſent Concilium illud ſine Apoſtolicæ Sedis præcepto, quod nulli fas eſſe demonſtrat, quodque etiam cavillis niterentur appellationem ad Sedem Apoſtolicam obſcurare, dum fingerent rurſum poſt appellationem imploraſſe illorum auxilium: ita ſubdoli homines male interpretati ſunt quod legimus in libello Rhotaldi, ipſum antequam venturus Romam proficiſceretur, quibuſdam Epiſcopis, qui Synodo interfuerant, commendaſſe res ſuas, quaſi ad ipſorum provocaſſet judicium, cum expetivit auxilium. Quod autem & iſtæ per Odonem datæ hoc anno fuerint, ex eo poſſumus certius intelligere, quod eas Hincmarus accepiſſe (e) ſcribitur octavo Kal. Julii.

(d) *Nicol. epiſt.* 38.
De tempore ſecundæ monitionis & tertiæ.
(e) *Nic. ep.* 41.

LXXXVII At quid poſt hæc contigerit, ubi litteræ Romani Pontificis per Odonem ad Synodum, ad Hincmarum, Carolum atque Rhotaldum pervenerunt: ex epiſtola ejuſdem Nicolai Pontificis poſt biennium ad Carolum data poſſumus intelligere; ait enim: (f) *Hujus contumaciæ nullus auctor, niſi Hincmarus Rhemorum Epiſcopus extat.* Et paulo poſt eadem pagina loquens de epiſtola miſſa pro reſtitutione Rhotaldi ad ipſum Hincmarum, iſta ſubiicit: *Hanc frater Hincmarus quid dicam audire, cum videre illam more Dioſcori velatus, neglexerit?* Et rurſus inferius eadem pagina agens de litteris illis Nicolaus per eumdem Odonem miſſis ad Synodum iſta ait: *Denuo frater noſter Hincmarus in contumelia noſtra verſatus, non ſolum non obedire nobis delegit, verum etiam epiſtolam noſtram, quam ad eum, & ad Epiſcopos qui in depoſitione Rhotaldi ſibi conſenſerant, miſeramus, apud ſe per quatuor men-*

(f) *Nic. ep.* 40.
Hincmari ſuperba nimis contumacia.

PAGIUS dinatos Clericos a ſacris miniſteriis ſuſpendi a Concilio Sueſſionenſi II. obtinuerat, ſed illius Synodi confirmationem a Leone IV. Pontifice Romano fruſtra petierat, eamdem a Nicolao I. per obreptionem impetravit; ſed *Nicolaus* verſatile Hincmari ingenium, fraudeſque magis poſtea intellexit, & Acta illius Concilii Sueſſionenſis reſcidit, ut ſuo loco oſtendemus. Baronius a num. LXIV. ad LXIX. illas Nicolai Papæ literas ordine V. per dolum ab Hincmaro obtentas exhibet, in quarum fine legitur: *Data quarto Kalend. Maii per manus Tiberii Primicerii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, imperante domino piiſſimo Imperatore Auguſto Ludovico, a Deo coronato, magno, pacifico, Imperatore anno XIV. indictione XI.* Qua ex ſubſcriptione liquet primo, Baronium exordium Imperii Ludovici II. perperam copulaſſe cum anno DCCCXLVIII. alio-

*Hincmarus confirmationem Synodi Sueſſionenſis II. dolo obtinet.*

*menſes retinens, quæ de Rhotaldo decrevimus, etiam inter hæc diverſis aliis pro eadem hac cauſa noſtris epiſtolis per nonnullos directis crebro contemptis agere recuſavit.* Aliis enim litteris Nicolaus tertiam adiecit admonitionem: ſed & quartam; verum iſta anno ſequenti, de qua ſuo loco erit agendum, cunctaque ſuis erunt reddenda temporibus.

LXXXVIII. Hic autem primum conſiderans Hincmari miſerandum caſum, atque ruinam admirans, & obſtupeſcens, illud cogor exclamare funeſtum: O livor, omnium virtutum exitium, atque vitiorum cunctorum auctor, atque nutritor! Hincmarus iſte, qui hactenus ab adoleſcentia ſua viſus eſt florere ſcientia & ſapientia in omnibus Conciliis; præ cæteris ſpectatus ab omnibus, cultus a Regibus ſuper omnes hujus ſæculi viros, exiſtimatione præcellens: ubi ſemel ſui oblitus, fraterno infectus eſt odio, omnis in eo mox pulchritudo ex virtutibus florens emarcuit, & exſiccata penitus excidit, atque omnem ſimul deformitatem ſuperinduxit, adeo ut nihil eo turpius excogitari potuerit. Quid enim adeo monſtruoſum, atque portentoſum eſſe poſſit in mundo, quam contra præpoſitum ſibi a Deo caput intumeſcere, erigere male, & ad malum extorta ſuperbiæ cornua, ac ventilare contemptu, quem ſummopere multiplici nomine colere, atque venerari debuiſſet ſummum in Eccleſia Catholica poſitum verticem ac ſacræ religionis Antiſtitem? In iſta tandem erupit damna octo annorum ſpacio natum, concretum, auctumque odium adverſus fratrem Coepiſcopumque Rhotaldum; nullum enim magis, quam Hincmarum Nicolaus Papa ſugillat litteris ſuis Encyclicis ad univerſam Eccleſiam datis, dum ait: (a) *Quidam Gallorum Epiſcopi, zeli & invidiæ facibus accenſi (quia mors, ſicut inſcriptum eſt (b) per invidiam introivit in orbem terrarum) huic fratri noſtro Rhotaldo venerabili viro inſultantes, & per octo circiter annos quemadmodum illum proprio privarent Epiſcopatu, judicio meditati ſunt, &c.* Sed quod in immenſum flamma ſuccenſa vento furoris impulſa in quæque vicina tranſiliit: in Nicolaum Pontificem ipſi Rhotaldo defenſione juſta coniunctum, Hincmari indignatio fervens exarſit: ſed in ipſum incenſorem (ut in fornace contigit (c) Babylonis) flamma ſuccenſa convertitur, Nicolaum vero ſplendore magis illuſtrat.

Hincmari miſerandus ſtatus deſcribitur.

(a) Nicol. ep. 39.

(b) Sap. 2.

(c) Dan. 3.

LXXXIX. Hunc autem quis non miretur tot tantiſque fluctibus pene obrutum, clavum tamen ſumma prudentia, & animi immota tranquillitate, & mente intrepida moderantem? utpote qui fide pollens probe ſciret, in eadem eſſe navi Chriſtum, qui cum vult, fluctibus, & ventis imperat; nec patitur ullatenus ipſam periclitari naviculam, in qua licet dormire videatur, vigilare corde fidelis homo non dubitet. Ecce in Oriente ſchiſmaticus Photius conflans implacabile ſchiſma, univerſas in ſuam ſententiam (ut vidiſti) ſedes patriarchales adverſus ipſum Romanum Pontificem adducit. In Eccleſiis vero trans montes poſitis quos fluctus excitarint Colonienſis & Trevirenſis atque Rhemenſis præcipui illarum provinciarum Epiſcopi, proxime vidimus, atque mirati ſumus. Perſpeximus etiam enormiter, publiceque peccantes Reges, iiſdemque male conniventes Epiſcopos, ut deficientibus propemodum omnibus, uni pro omnibus Nicolao fuerit adverſus Reges, & Epiſcopos inſurgendum, & effrenatæ licentiæ Regum ſe opponere obicem, & enervatæ Epiſcoporum ignaviæ defluenti obiicere ſacerdotalem conſtantiam. Cum tamen (quod deterius videri potuit) interea tam in Oriente, quam in Occidente ipſos ſuos paſſus fuerit Legatos e latere proditores, prævaricatores, & deſertores, ita ut externo & domeſtico bello vexatus, undique ærumnis exagitatus, ab Imperatoribus, Regibus, & Epiſcopis, in Oriente, & Occidente, domi, foriſque turbatus, jure illud Jeremiæ exclamare potuerit (d): *Væ mihi mater mea, quare genuiſti me, virum iræ, virum diſcordiæ in univerſa terra?* Sed qui dixit (e) Apoſtolis: *Confidite quia ego vici mundum:* Eamdem de divino auxilio certam ſecuritatem,

Nicolai Papæ ſpectata in tentationibus virtus.

(d) Jerem. 15.

(e) Joan. 26.

PAGIUS alioquin hoc anno Imperii annum non XIV. ſed XV. numeraſſet. Liquet ſecundo, *Ludovicum* II. a Lothario Aug. anno DCCCXLIX. poſt diem XXVIII. menſis Aprilis deſignatum fuiſſe Imperatorem; cum eo die annus Imperii ejus XIV. hoc anno adhuc in curſu fuerit. Liquet tertio, eamdem ſubſcriptionem in Privilegio Monaſterii Corbeienſis ad Traſulfum Abbatem Corbeienſem inſcripto, cujus meminit Baronius num. XCIV. extatque inter Epiſtolas Nicolai Papæ ordine XXIV. depravatam eſſe; in ea enim habetur: *Data IV. Kalendas Maias, per manum Tiberii Primicerii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, imperante domino piiſſimo Auguſto Ludovico, a Deo coronato, magno, pacifico, Imperatore, anno XIV. & poſt ejus anno XIV. indictione XI.* cum tamen Ludovicus II. anno tantum DCCCL. quo Romæ a Leone IV. Imperator coronatus eſt die ſecunda menſis Decembris, Conſulatum inierit, ut infra videbimus. Quare in ea ſubſcriptione delenda hæc verba, *Et poſt ejus anno XIV.*

X. Graſſatio Normannorum.

Annaliſta Bertinianus hæc de Normannis hoc anno habet: *Dani menſe Januario per Rhenum verſus Coloniam navigio aſcendunt, & depopulato emporio, quod Doreſtadus dicitur, ſed & villa Nommodacam* (vox illa corrupta eſt) *ad quam Friſii confugerant, occiſis multis Friſiorum negotiatoribus, & capta non modica populi multitudine, uſque ad quandam inſulam ſecus caſtellum Nuiſium perveniunt. Quibus Lotharius ex una parte Rheni cum ſuis, & Saxones ex alia parte aggrediuntur, & uſque circa Kalendas Aprilis conſident. Unde iidem Dani conſilio Rorici ſicut acceſſerant, & recedunt.* Paulo poſt narrans quæ circa hujus anni finem contigere, ait: *Interea triſti nuncio comperit* (nempe Carolus Calvus) *quod Normanni Pictavis venerant, & ſub redemptione civitate ſervata, Eccleſiam Sancti Hilarii magni Confeſſoris incenderint.*



tem, quo cuncta adverſantia ſuperaret, in ejus animum jugiter inſtillans, ad omnia fortiter patienda firmiter roboravit.

XC. Nicolaus omnes in urbe poſitos paſcit pauperes.

Qui probe ſciens ex ſancti Ambroſii ſententia, pauperes milites Eccleſiæ eſſe: ex iis validum hoc tempore ſibi exercitum comparavit, quibus ingruentes undique hoſtes ſuperare valeret. At quomodo iſta facta ſint, Anaſtaſius poſt recitata, quæ ſuperius dicta ſunt, ita narrat, reddens ſingula temporibus ſuis: *Hic * etenim Chriſti amicus omnium nomina claudorum, cæcorum, atque ex toto debilium in Urbe Roma conſiſtentium ſcripta apud ſe retinens, quotidianum illis victum miniſtrare curioſe curabat. Nam reliquis pauperibus greſſum, & vires habentibus hujuſcemodi, ut viciſſim eos paſceret, ſapientem reperit modum, ſcilicet bullas ſuo nomine titulatas fieri juſſit, & has eis dari præcepit, ut quanti prima feria, quanti ſecunda, quanti tertia, vel cæteris aliis feriis prandere debuiſſent, per ſignum bullarum facilius noſceretur. Et in illis quidem bullis, quæ eis datæ ſunt, qui prima feria refici debeant, fecit per ſingulas duos nodos, & ſic per omnes uſque in Sabbatum, ut quot feriæ eſſent, tot eſſent nodi per ſingulas bullas, includens in eis * nuſcas, ubi nodi fiebant, quatenus nullus pauper haberetur in Urbe, qui vel uno die ſanctis eleemoſynis non eſſet refectus.* Hæc de pauperum ſtipe, ſive ſtipendio Eccleſiæ Chriſti militum Anaſtaſius, qui præſens his cunctis aderat omnium, quæ fiebant, rerum inſpector, atque fideliſſimus ſcriptor, quique mox his iſta ſubiicit: *Interea Carolus Rex S. Apoſtolo Petro obtulit puriſſimo auro & gemmis conſtructam veſtem, habentem gemmas praſinas hyacinthinas & albas. Sanctiſſimus autem & fulgidiſſimus Pontifex dolens populum tot oppreſſum calamitatibus: Dominum tantummodo innumeris invocabat precibus, & infinitis laudabat præconiis, non tamen Eccleſiarum curam relinquens, ſed potius in tribulatione, & temporali tentatione decenter adaugens, &c.* Huc uſque Anaſtaſius: Sed quæ rerum geſtarum anni hujus ſunt reliqua videamus.

* al. interim.

*

XCI. Nicol. pro Balduino.

Poſtquam autem Legatus Synodi Silvanectenſis Odo Epiſcopus dimiſſus eſt in Gallias cum litteris Nicolai Pontificis ad diverſos, accepit idem Pontifex a Carolo Calvo Rege litteras, quibus inter alia indigno animo ſe tuliſſe ſignificavit, quod Balduinum ejus filiæ raptorem profugum Romæ recepiſſet, atque pro illo preces pariter (ut vidimus) commendaticiis litteris ad ipſum Carolum, & Reginam Hermentrudem adhibuiſſet; quod videlicet homo nefarius indignus eſſet, cui Papa parceret. Similis querela fuit Synodi jam memoratæ (a) Silvanectenſis. Reſcripſit autem ad Regem, & ad Synodum Nicolaus, procul abeſſe, ut ipſe abſolverit anathemate, quo ligatus erat, Balduinum, immo facinus deteſtatus, ipſum acerrime redarguerit, poſtulantem vero ſubſidium Apoſtolorum abiicere non licuerit, idque exemplo prædeceſſorum; nam in fine epiſtolæ iſta habet ad Carolum: *Non plane immemor, quod ante aliquot annos quidam, qui hujuſmodi noxam incurrerat, memoratam etiam Sedem adiiſſet, & cæleſtis clavigeri ejuſdem Vicarii interventu apud piæ memoriæ Imperatorem Lotharium, non * prodita conjuge, pleniſſimam indulgentiam ſimul & gratiam percepiſſet. Nulli * præterea Regum grave videri debet (quod tamen cum pace veſtra dixerimus) conſervo debitum cenſum denariorum dimittere, qui fortaſſe a ſummo Regum, & Domino dominorum decem (b) millia talentorum ſibi relaxari deſiderat.* Hactenus de Balduini cauſa Nicolaus, eodem modo, & iiſdem ferme verbis Synodo ſatisfecit.

(a) Nic. ep. 30. & 31.

* al. reddita

* propterea

(b) Matt. 18.

XCII. Balduinus receptus.

Porro ipſum Balduinum tandem a Carolo receptum fuiſſe in gratiam, ejuſdem Nicolai (c) litteræ ad eundem Carolum Regem traditæ docent, quibus ipſi pontifex eo nomine gratias agit. Quod & Hincmari epiſtola ad Nicolaum Papam, quæ recitatur a Frodoardo (d), plenius oſtendit, ubi Hincmarus hæc habet: *Interim Balduinus, & Juditha leges civiles, quas elegerant, obſervarunt. Similiter Rex noſter filius veſter huic adeſſe noluit, ſed Reipublicæ miniſtros, & officiarios miſit, & ut vobis pollicitus*

(c) Nicol. ep. 52.

(d) Frod. hiſt. Rhem. c. 11.

XI. Corpus S. Germani Pariſios revehitur.

In libro ſecundo de Miraculis Sancti *Germani* Epiſcopi Pariſienſis, ab Aimoino Monacho Pratenſi edito, dicitur *Nortmannis jam amico pacis fœdere regno eductis*, Monachos, qui Sanctum ejus corpus ad *Novigentum* (nempe Novigentum Artaldi, ad Matronam fluvium ſitum) detulerant, ibique illud iiſdem infidelibus furentibus cuſtodierant, hoc anno Pariſios revexiſſe ad Monaſterium ejus nomini dicatum, & die *XIV. Kalendas Auguſti* depoſuiſſe *ſuper ipſum, in quo prius jacuerat ſepulchrum.*

XII. Pergit Annaliſta Bertinianus: *Carolus Lotharii Imp. filius, & Rex Provinciæ, diu epeleuticæ in-*

*tus fuerat, hos inter ſe matrimonium contrahere juxta leges humanas permiſit, & Balduinum maximis honoribus affecit, ut poſtulaveratis.* Hæc Hincmarus.

XCIII. Nicolaus vero eadem epiſtola ad Rhotaldi cauſam converſus de Hincmaro apud eumdem Principem queſtus eſt, & quam conſtanter velit ipſe, integra illibataque ſervari Sedis Apoſtolicæ privilegia, eidem Carolo Regi his verbis ſignificat: *Quæ tanta privilegia*, Apoſtolicæ Sedis videlicet, *uſque ad mortem ope freti divina, prædeceſſorum meorum veſtigia ſequendo, caſſari taliter minime patiemur. Sed & vos, chariſſimi, ut ea, quibus poteſtis cultibus, veneremini ſummopere incitamus. Nam quomodo putatis, ſi opportunitas exegerit, ut veſtro Regno, veſtris juſſibus, veſtri Regni Eccleſiis aliquod præſtemus ſolatium, aut contra adverſarios protectionis clypeum conferamus, ſi * quanti in Regni veſtri partibus eſt, quoniam illa omnino ſcindi non poſſunt, ea vos aliquatenus minorari ſinatis, quibus uſi patres veſtri omne ſuarum dignitatum incrementum, omnemque gloriam perceperunt?* Alludens plane Nicolaus ad Pippinum, & Carolum Magnum, quorum alter regia dignitate, Imperio alter fuiſſet auctus ex Sedis Apoſtolicæ privilegiis: ac proinde ſubiicit iſta Privilegia namque Romanæ Eccleſiæ, totius ſunt Chriſti (ut ita dicamus) remedia Eccleſiæ Catholicæ. *Privilegia, inquam Petri arma ſunt contra omnes impetus pravitatum, & munimenta, atque documenta Domini ſacerdotum, & omnium prorſus, qui in ſublimitate conſiſtunt; immo cunctorum, qui ab iiſdem poteſtatibus diverſis afficiuntur incommodis.* Hæc & alia Nicolaus, qui ad finem Epiſtolæ eidem Carolo gratulatur de victoria adverſus Northmannos, Dei auxilio conſecuta. Præliabatur Carolus adverſus Northmannos per ſuum Comitem Rhuodbertum, quem præ excellentia & multiplicitate rerum in bellis fortiter geſtarum, hujus temporis auctor, qui Francorum ſcripſit Annales a Pithœo editus, Judæ comparat Machabæo.

* Privilegia Rom. Ecc. univerſo Chriſtiano orbi proficua.

Northmanni ſuperati per Caroli Ducem.

XCIV. Hoc eodem anno idem Nicolaus Pontifex ampliſſimum privilegium contulit monaſterio Corbeiæ, quod inter ejus (a) epiſtolas Romæ cuſas extat; idque cum ad hoc Romam veniſſet Odo Epiſcopus Bellovacenſis, qui a Carolo Rege miſſus impetravit pariter ab eodem (b) Nicolao Papa privilegium exemptionis monaſterio S. Carilephi in ejuſdem Regni Caroli Conſtituto pago Cenomanenſi. Faverat ante hæc Nicolaus Rotberto Epiſcopo Cenomanenſi adverſus eoſdem monachos, ab ejus obedientia ſubducere ſe conantes, ut indicant tres ejuſdem Nicolai breves epiſtolæ, quas una cum nonnullis aliis ejuſdem Pontificis a Nicolao Fabro Pariſienſi viro præſtantiſſimo acceptas, ne excidant, hic cudendas, & perpetuitati conſecrandas curavimus; ſic enim ſe habent:

(a) Nicol. ep. 24.

(b) Nicol. ep. 61.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cunctæ congregationi monaſterii S. Karilephi.*

XCV. *Fidelium relatione comperimus quod modum proprium tranſgredi cupientes, a jure Cenomanicæ urbis, in cujus diœceſi moramini, vos ſubtrahere conamini: & ſicut noſtri Apoſtolatus arbitratu cognoſcimus, ad veſtri interitus perditionem, in propria voluntate vivendo, animos elevare videmini. Qua de re, ſalutem veſtrarum deſiderantes animarum, auctoritate Apoſtolica a talibus vos revocare ſtuduimus. Expreſſius jubemus, ut non vos proprius libitus ducat, quo animus erigi prævaleat: ſed ad principalem veſtram Eccleſiam, videlicet Cenomanicam, ſolito more recurrite; ejuſque Epiſcopo obſecundantes, & illam, qua nomine dicimini, vitam implere ſatagite, & veſtri ordinis miniſterium prudenter aſſumite cum ſanctitate. Quod ſi iſta veſtrarum arcana * non penetraverint; tunc in conſpectu ſanctiſſimorum Epiſcoporum, qui a Rotberto Cenomanico præſule convocati fuerint, cauſam edicere procurate, ut quo res ducitur plenius digeratur. Nam ſi illic inter prædictum Cenomanicum E-*

Ut obediant Epiſcopo Monachi.

* f. mentium

*pi-*

PAGIUS *infirmitate vexatus, moritur. Ludoicus frater ejus Italiæ vocatus Imperator Provinciam venit, & quos potuit ipſius regni Primores ſibi conciliavit.* Hic Carolus nullos liberos reliquit.

*Moritur Carolus Rex Provinciæ.*

XIII. Subdit idem Annaliſta: *Carolus Rex Cinomannis civitatem adit, indeque ad monaſterium, quod Interamnis dicitur, procedit. Ubi Salomon Dux Britonum, cum Primoribus ſuæ gentis illi obviam venit, ſeque illi commendat, & fidelitatem jurat, omneſque Primores Britanniæ jurare facit, & cenſum illius terræ ſecundum antiquam conſuetudinem illi exſolvit.*

*Minor Britannia rurſus Francis ſubdita.*

XIV. Denique idem Annaliſta paulo poſt ſcribit: *Judith filiam ſuam per deprecationem Domni Apoſtolici ad pacem, & Legatum Mahometh Regis Sarracenorum* (Hiſpanias incolentium) *cum magnis & multis muneribus, ac literis, de pace & fœdere amicali loquentibus, ſolemni more ſuſcepit* (ſcilicet Carolus Calvus). *Quem cum honore & debito ſalvamento, ac ſubſidio neceſſario in Silvanectis civitate opportunum tempus, quo remitti honorifice ad Regem ſuum poſſet, aperiri diſpoſuit.* Paucis interpoſitis: *Ad Autiſiodorum civitatem uſque pervenit: ibique filiam ſuam Judith, ſicut Domnus Apoſtolicus eum petierat, conſilio fidelium ſuorum Balduino, quem ſecuta fuerat, legaliter ſociari permiſit.* Flodoardus lib. 3. cap. 12. recitat Epiſtolam ab Hincmaro ad Nicolaum Papam datam, qui ei Juditham commendarat, ſignificatque Carolum Regem, Balduinum, & Juditham *uxoria conjunctione ad invicem* copulari permiſiſſe, *& ho-*

*Juditha Balduino Comiti Flandriæ uxor data.*

*no-*



*piſcopum atque vos regulare judicium datum non fuerit, tunc incunctanter præcipimus, ut ex vobis tres eligantur, qui cum ſæpefato Epiſcopo, vel ejus Legato in noſtram Apoſtolicam veniant præſentiam, ut omni repulſa occaſione noſtro examini hujus rei gratia appareat, atque canonico calculo finem accipiat. Optamus vos in Chriſto bene valere.* Ac rurſum de iiſdem ſcribit ad Epiſcopos in Regno Caroli conſtitutos, his verbis:

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus reverentiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris, Archiepiſcopis & Epiſcopis in Regno Karoli glorioſi Regis commorantibus.*

XCVI. *Dignum eſt, ut qui ſacerdotali reverentia decorantur, ſecundum ſanctorum Patrum cenſuram, æqui moderaminis lance ſic cuncta ſtudeant trutinare, quatenus gregum ſibi a Domino creditorum ſepta munire non deſinant, & debitam curam adhibere nequaquam poſtponant: ne forte cum ſegnitia cœperit aboleri, incentori aditus relinquatur, per quem peſtifero more in ovile Dominicum ingrediens, oves Dominicas diſcerpere, ac morſu ferino incipiat lacerare. Quod utique de vobis, fratres, minime dici volumus: quin potius commonemus, ut tantæ ſolicitudinis operam ad cunctorum ſubjectorum profectum aſſumere ſtudeatis; quantum illud audire cupitis, quod Dominus ſe confitentibus miſericorditer repromiſit (a): Euge, inquiens, ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Idcirco ſanctitati veſtræ compertum eſſe volumus, qualiter a primordio conſtructionis ſuæ monaſterium ſancti Karilephi in Cenomania ſitum, ejuſdem Cenomanicæ urbis juri, ejuſque præſulis ſubditum fuerit; & juxta canonica inſtituta, qui ejus diœceſeos curæ præerat, ipſius etiam ſub regimine ejuſdem monaſterii congregatio degebat. Sed nunc, ut noſtris intonuit auribus, monachi ipſius, regulari auctoritate contempta, zelum paternæ traditionis non ducunt, & modum ſervare non cupiunt: cum quod non licet, proprio libitu vivere quærunt; & parochiam, in cujus diœceſi conſiſtunt, jus non tenuiſſe fatentur. Quapropter Apoſtolicæ auctoritatis apicibus omnium veſtrorum reverentiam commonere decrevimus, ut rectitudinis, atque æquæ juſtitiæ intercurrente libramine, Dominum præ oculis habentes, hoc extra inſtitutionem ſanctorum Patrum fieri non ſinatis. Hoc conſiderantes, atque tenentes, Cenomanicam plebem non patiamini per judicium ſuſtinere, atque quæ ejus ſunt inconvenienti calculo diſcernere ac pertractare; quatenus & veſtræ fraternitatis ordo non violetur, & ipſius Eccleſiæ præſul ſua amittere nequaquam cogatur. Igitur ſi ab eodem Cenomanico præſule ex vobis, qui hujuſcemodi quæſtionem diſcutiant, judices electi fuerint, & illa electio in unum convenerit, tunc ſi illuc contentionis finis, aliqua emergente difficultate, dirigi non poterit: jubemus, ut utraque pars in noſtram ſpecialem veniat præſentiam, ut litis intentio legali coram noſtro Pontificio ſententia ventiletur, declaretur, atque luce clarius finiatur. Omnipotens Dominus mentes & corda veſtra ad bene agendum ſemper inclinet, ut bonis operibus inhærendo, æquitatis atque æquæ juſtitiæ culmine videamini ſublimari.* Idem de his ipſis ad Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum ſic cum eo expoſtulans:

(a) Matt. 25.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo, & ſanctiſſimo confratri noſtro Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo.*

*Re-*

PAGIUS *nores Balduino* pro ejus *ſolummodo petitione* donaſſe. Loquitur ad hunc annum de hoc matrimonio Meyerus lib. 2. Annal. Flandriæ, & teſtatur Balduinum totam Regionem *Scalde, Somona, & Oceano terminatam dotalem* a Carolo accepiſſe, appellatumque fuiſſe Comitem Regni, *in hoc maxime, ut adverſus Danos, omnemque Septentrionis barbariem perpetuus foret Galliarum regni propugnator.* Balduinus iſte *Ferreus* cognominatus fuit, & filius ejus ac Succeſſor Balduinus *Calvus* denominatione ex avo materno deducta.

XV. In priori Vita SS. Cyrilli & Methodii a Bollando ad diem IX. Martii recitata, poſt narratam priorem ſacram expeditionem Cyrilli, Conſtantini Philoſophi appellati, legitur: *Philoſopho reverſo Conſtantinopolim, audiens Raſtilaus Princeps Moraviæ, quod factum fuerat a Philoſopho in Provincia Cazarorum; ipſe quoque genti ſuæ conſulens, ad prædictum Imperatorem nuncios miſit, nuncians hoc, quod populus ſuus, ab idolorum quidem cultura receſſerat, & Chriſtianam legem obſervare deſiderabat; verum doctorem talem non habent, qui ad legendum eos & ad perfectam legem ipſos edoceat: rogare ſe, talem hominem ad partes illas dirigat, qui pleniter fidem & ordinem divinæ legis & viam veritatis populo illi oſtendere valeat. Cujus precibus annuens Imperator, eumdem ſuper nominatum Philoſophum ad ſe venire rogavit; eumque illuc, ideſt, in terram Sclavorum ſimul cum Methodio germano ſuo, tranſmiſit, copioſis valde illi de Palatio ſuo datis expendiis.* Cum autem Cyrillus & Methodius in Moravia *per annos quatuor & dimidium* Evangelium diſſeminarint, annoque DCCCLXVII. Romam venerint, ut eo anno oſtendemus, manifeſtum eſt, deceptum eſſe Bollandum in Commentario prævio ad illam Vitam §. IV. ubi exiſtimat, *Cyrillum & Methodium* ante annum DCCCLVI. hanc ſecundam expeditionem ſuſcepiſſe; ſic enim non *per annos quatuor & dimidium*, ut in ea Vita dicitur, ſed per decennium & amplius in Moravia fuiſſent.

*Sacra expeditio SS. Cyrilli & Methodii in Moraviam.*

Præ-

XCVII. *Relatu quorumdam audivimus, quod tua fraternitas contra Rotbertum Cenomanicæ urbis Epiſcopum, pro eo quod monaſterium ſancti Karilephi ad jus Eccleſiæ ſibi commiſſæ vendicare velit, non parum ſit indignata; ita ut animum dilectiſſimi filii noſtri Karoli glorioſi Regis adverſus eum commoverit, & in Synodo, quæ modo dicitur a ſanctitate tua colligi, fertur, quod neſcio quas inſidias, quaſi ex alia ratione, illi nitamini præparare, lædere eum magnopere geſtientes: quod de tanto viro indignum credere judicavimus. Denique ſi Rotbertus Epiſcopus petit, quod petere debet, impetret, ſi vero, quod non debet poſtulat, numquam obtineat: verumtamen ob id nil ſuſtineat omnino læſionis, quod tua, frater chariſſime, ſtudeat ſanctitas ſummopere præcavere; ne, quod non credimus, iniuſte vel obtentu æquitatis, idem Antiſtes a tua lædatur in aliquo reverentia: ſed ſi crimen illi obiicitur, ſic deo examinatio præveniat, ut judicium in illum ex noſtræ auctoritatis libramine ſubſequatur: Nam cum vos ſuſpectos habere videatur, indecorum, imo temerarium, ut a veſtra ſanctitate aliquid patiatur diſcriminis: ſed & devotiſſimi filii noſtri Karoli pii Regis animum veſtra beatitudo circa jam fatum Epiſcopum placabilem ac mitem reddere noſtra vice procuret; quatenus furore depoſito, dum, Domino auctore, mentem ſuam ad * nos adhuc obediendum, & circa ſæpe deſignatum Epiſcopum benigne regere ſtuduerit, quod vere Rex ſit omnibus palam detur intelligi, & cunctis manifeſte ipſius pietas innoteſcat. Optamus faternitatem tuam in Chriſto bene valere.* Ejuſdem ſunt argumenti duæ illæ (a) epiſtolæ quæ cuſæ extant, altera ad Carolum Regem, ad Rotbertum Epiſcopum Cenomanenſem altera. At de rebus geſtis anni hujus hic finis.

* f. nobis ad hoc

(a) *Nicol. ep. 60. 61.*

Va-

PAGIUS XVI. *A Raſtilao Rege ſeu a Duce vocati fuere.* Præterea ibidem *Raſtilaum* cum Swantopluco ſive Sſentipulco, qui & *Zventibaldus* appellabatur, perperam confundit. Ut enim videre eſt in Annal. Fuldenſibus anno DCCCLV. & ſeqq. Raſtices ſeu Raſtizi, qui idem eſt cum Raſtilao, Moraviæ Principatum rexit uſque ad annum DCCCLXX. quo Karlomanni Regis juſſu excæcatus fuit ob infidelitatis crimen, & *Zventibald nepos Raſtizi* in locum ejus ſubſtitutus. De utroque Principe diſerta mentio eſt in poſteriori Vita utriuſque Sancti, diciturque ſeditioſum *Svvadopluk* conatum eſſe *religioſum Principem avunculum ſuum occulte potione veneni occidere*, ſubditurque: *poſtquam vero devotus Rex* (nempe Raſtices ſeu Raſtilaus) *fuiſſet naturali morte præventus, & Svvadopluk regnum Moravia gubernaret*, Chriſtianos perſecutus eſt, qua de re ſuo loco. Qui itaque Cyrillum & Methodium a Michaele Imperatore poſtulavit, ut in Moravia Verbum Dei prædicarent, *Raſtices* ſeu *Raſtizi*, ſeu *Raſtilaus* fuit, eique *Zventibaldus* ſeu *Svvadopluk* nepos ſucceſſit. Dicitur autem loco laudato prioris Vitæ *Ratiſlaum* petiiſſe aliquem, qui ſuos *ad legendum* doceret, quia *Cyrillus*, ubi in Cazariam pervenit, non ſolum Sclavicam linguam Cazaris communem didicit; ſed etiam novos characteres excogitavit ad Barbarorum commodiorem inſtitutionem, & ſacros libros in linguam Sclavonicam vertit.



# VARIANTES LECTIONES

## ANASTASII.

BAronius A. C. 827. pag. 130. lin. 14. Col. 1. *Erat quippe dapſilitate inclytus &c.*

Ante hæc verba Vat. IV. hæc habet: *evitabat. Quem Dominus Paſchalis Papa conſpiciens bonis ornatum moribus, Archilevitam hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtituit; defuncto itaque Domno Eugenio, Valentinus Archilevita ſummum conſcendit apicem. Erat quippe dapſilitate inclytus &c.*

Eod. An. & pag. 131. lin. 27. col. 1. *In eum omnes uno ſpiritu & una anima &c.*

Vat. IV. *in eo ſpiritu, & anima una* &c. *ab eis, in Patriarchium Lateranenſe perductus eſt, abſtractus ab Eccleſia Sanctorum Coſmæ & Damiani. Ipſe autem renuebat, atque aiebat ſe non eſſe dignum ad onus tam magni officii. Hic autem beatiſſimus tempore, quo vixit multa & innumerabilia dona Eccleſiis Dei donavit, atque univerſas Eccleſias decoravit. Hic etiam corpus B. Gregorii Papæ & Doctoris tranſlatum ante novellum ſecretarium, conſtructis abſidibus, ſicuti modo cernimus, ſub altari ſui nominis collocavit, quo ejus anniverſaria ſollempnitas cunctis certatim pernoctantibus veneratione gratiſſima celebratur: in qua pallium ejus & phylacteria, ſed & baltheus conſuetudinaliter oſculantur. Qui beatiſſimus Pontifex poſtquam Romanam & Apoſtolicam ſedem* &c.

### *In Sergio II.*

A. C. 844. pag. 297. lin. 6. col. 2. *Qui relictus a matre &c.*

Vat. IV. *audire, aut videre poſſet. Qui relictus a matre, atque patre, in æde fratris commorabatur. Audiens itaque Sanctiſſimus* Leo Papa III. *qui tunc temporis monarchiam regebat Apoſtolicam eum ſcholæ cantorum tradidit. Mortuo itaque Pontifice, ſuſcepit eum Stephanus, atque Subdiaconum eum ordinavit: & ita ad ſummum Sacerdotii per Paſchalem pervenit apicem. Poſt Paſchalem Eugenius, poſt Eugenium Valentinus, poſt Valentinum Gregorius. Igitur mortuo Gregorio eligitur beatiſſimus Sergius ab omnibus Sacerdotibus atque proceribus. Hujus ſacratiſſimæ conſecrationis* &c. ut in editis.

Eod. an. pag. 302. lin. 26. col. 2. *pacis venerabantur. Ille &c.*

Vat. IV. *pacis venerabantur*. Sequitur: *Ipſe itaque beatiſſimus Pontifex Eccleſiis quamplurimis innumerabilia contulit dona. Eccleſiam denique Sanctorum Silveſtri & Martini, quæ vetuſtate emarcuerat, a novo refecit, atque ibi cum corporibus Sanctorum Pontificum Silveſtri & Martini multa alia recondidit, videlicet Fabianum atque Stephanum & Soterum martyres & Pontifices, ſimulque Aſterium martyrem, ut in editis.*

A. C. 847. pag. 341. lin. 18. col. 1. *perducere cogitarat.*

Holſtenius. *Supple, quæ habentur in Codice Farneſiano: Hic ſanctiſſimus Præſul formam* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 25. col. 1. *reſtauravit * Sed &c.*

Holſtenius. *Supple iterum quæ in eodem Cod. exſtant. Cæterum etiam* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 36. col. 1. *portam Salariam ſita eſt a fundamentis*

Holſtenius ibid. ex eodem Cod. *quæ a priſcis temporibus perincuerat, & pene caſum erat, ſuo almo ſtudio a fundamentis in Signino opere conſtruxit.* Adde ex eodem Cod. *Ubi & poſuit veſtem* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 21. col. 2. *Cyriaco & Mauro*

Vat. IV. *Ciriaco & Mauro, Largo & Smaragdo, Anthemio, Siſſiano, Pollione Theodoro, Nicandro.*

Eod. ann. & pag. lin. 31. col. 2. *ſunt cognita, eoſque &c.*

Vat. IV. *ſunt cognita: & ibi multæ obtulit dona poſt conſecrationem ejuſdem Eccleſiæ. Hic vero inſignis & beatiſſimus Pontifex divina inſpiratione* &c.

Eod. ann. pag. 343. lin. 11. col. 1. *in circuitu de blattin*

Holſtenius: *de blattin Bizanten.* Adde ex Cod. Farneſiano: *Verum etiam ibi ipſum fecit* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 32. col. 1. *Petri Apoſtoli.*

Vat. IV. *Petri Apoſtoli & ceſſavit Epiſcopatus ejus menſ. II. dies XV.*

*In Leone IV.*

Eod. ann. & pag. lin. 51. col. 2. *dies quinque. Hic adeo Catholicus*

Vat. IV. *dies VI. Hic a Deo electus Catholicus.* Vat. I. *Hic a Deo Catholicus* &c.

Eod. ann. pag. 344. lin. 5. col. 1. *Erat enim totius Sanctitatis.*

Vat. IV. *Erat enim omnibus bonis moribus exornatus.*

Eod. ann. & pag. lin. 32. col. 1. *Papæ Gregorii &c.*

Vat. IV. *Gregorius præſul, qui tunc temporis hanc ſanctam Romanam regebat Eccleſiam, audita fama illius, ſubdiaconum fecit, atque juxta ſe manere præcepit. Defuncto autem hujus ſacratiſſimæ Sedis Papa Gregorio, nunc Sergius hujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Archipreſbyter, Præſul effectus eſt, & beatiſſimum Papam Leonem presbyterum conſecravit, eique* &c.

A. C. 849. pag. 366. lin. 23. col. 1. *duodecima inſtante*

Vat. IV. *Duodecima ſiquidem indictione.*

Eod. ann. & pag. lin. 36. col. 1. *muros, quos*

Vat. IV. *muros, verum etiam omnes portas lignis renovare præcepit. Inſuper XV. turres ab ipſo ſolo dirutas novis fabricis reſtaurare præcepit. Quarum duas juxta &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 9. col. 2. *navis pertranſire. Quod. &c.*

Vat. IV. *navis tranſire. Nam ipſe beatiſſimus corpora Sanctorum IV. Coronatorum* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 50. col. 2. *Corpora cum Claudio &c.*

Vat. IV. *Corpora, ideſt Claudii, Nicoſtrati* &c. ſingula nomina genitivo caſu efferuntur.

Eod. ann. & pag. lin. 54. col. 2. *fratribus. Item Marius.*

Vat. I. *fratribus. Verumtamen Marius Abbacum, Feliciſſimo & Agapito, Ypolito quidem cum ſuis f. numero XIX. Aquilina & Priſca, Arſeo, Aquino, Narciſo, Candida, atque Paulina* &c. Vat. IV. *Deinde Marii, Audifax, & Abacuc, Feliciſſimi & Agapiti, Hippoliti cum ſua familia numero decem & novem. Aquilæ & Priſcæ, Arſæque, Aquini, Narciſſi & Marcellini, Felicis, Simmetriique, Candidæ, atque Paulinæ, Anaſtaſii & Felicis, Apollionis, & Benedicti, Venantii atque Felicis, Diogenis & Liberalis, Feſti, & Marcelli, atque Superantii, Pudentianæ, & Benedictæ, Felicis & Benenati, necnon caput S. Petri, ſanctæque Cæciliæ* &c.

Eod. ann. pag. 367. lin. 63. col. 2. *Denique poſt nefandam*

Vat. IV. *Poſt hanc denique deprædationem, quam iniqui fecerant, & aliam*

Eod.



*facere putaverunt: ſed Deus omnipotens precibus Apoſtolorum facere non permiſit. Gens itaque illa ſæva iterum cœperunt Romam veniendi, reminiſcentes priſtinum hunc &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 23. col. 1. *indictione vigente*

Vat. IV. *indictione venire.*

Eod. ann. & pag. lin. 35. col. 1. *diebus in loco &c.*

Vat. IV. *diebus commorantes in loco, qui Torarum dicitur, juxta inſulam Sardinia exire nullo modo potuerunt.*

Eod. ann. & pag. lin. 54. col. 1. *quos benigne &c.*

Vat. IV. *omneſque cum gaudio ſuſcepit. Illi autem videntes ſummum Præſulem, omnes oſculari cœperunt pedes ejus. Summus autem Præſul Miſſam in Eccleſia beatæ Aureæ celebravit, omnibuſque corpus divinum tradidit, atque orationem poſt perceptum corpus ſuper eos donavit: Deus cujus &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 37. col. 2. *Contra quos &c.*

Vat. IV. *præfati autem homines ſuper illos facientes impetum omnes ſuperaverunt orationibus Apoſtolorum, & Sancti Præſulis. Ex quibus &c.*

Eod. ann. pag. 369. lin. 11. col. 1. *juſſimus per hanc &c.*

Vat. IV. *juſſimus cauſa miſericordiæ, quam in Domino habemus. Et poſt hæc &c.*

A. C. 852. pag. 392. lin. ult. col. 2. *Per Dominum &c. In qua &c.*

Vat. IV. poſt verba: *Per Dominum &c. Quamobrem ſecundo Præſulatus ſui anno præfata civitas ſumpſit exordium, & VI. conſecrationis ſuæ anno civitas undique conſummata eſt. In illa itaque die pax & lætitia maxima fuit clericis & proceribus omnibus. Hac itaque civitate expleta condolebat Præſul, quod minime populus ſibi erat ibi ad habitandum. Eodem igitur tempore advenit populus Corſorum, qui propter metum gentis Agarenorum, civitates ſuas & terras, ac poſſeſſiones reliquerat. Cui cum nimio gaudio hanc civitatem ſummus Præſul donavit, multiſque divitiis ditavit, atque multas poſſeſſiones eis contribuit.* In eodem Codice pag. 124. in inferiori margine, alio charactere, ponitur fabella de Johanna Papiſſa.

A. C. 854. pag. 433. lin. 41. col. 2. *exiſteret & abundantiam*

Vat. I. *exiſteret, ea quæ abundantiam miniſtrat etiam lapides, & arenam inibi tribuere, quatenus &c.*

Eod. ann. pag. 434. lin. 11. col. 2. *Codices Canonicorum &c. geſtorum etiam ſermonem, ſed &*

Vat. I. *codices catholicorum &c. geſtarum, & ſermonem, ſeu &*

A. C. 855. pag. 439. lin. 13. col. 1. *ad ſereniſſima Domini Ludovici &c.*

Vat. IV. *ad Sereniſſimum Lodoicum Imp. ire feſtinavit, eique multa, inutiliaque verba ſuper Gratianum eminentiſſimum magiſtrum militum nuntiavit, eo quod ipſe diviſione facere deberet inter regnum & ſacerdotium, imperiumque mutare deberet Conſtantinopolim.*

Idem Vat. IV. prope finem vitæ Leonis IV. *Imperator itaque audita hac cauſa feſtinus Romam pervenit. Audito igitur Dominus Præſul adventu regis, mirari cœpit, & cauſam inſimul tractare cœperunt. Ipſe autem qui in Franciam ivit cauſa accuſandi, traditus fuit Gratiani poteſtati.*

A. C. 855. pag. 439. lin. 42. col. 2. *ſexaginta tres.*

In Vat. IV. ſequitur: *& ceſſavit Epiſcopatus menſ. II. dies XV.*



Eod.

| | |
|---|---|
| | *In Benedicto III.* |
| Eod. ann. pag. 450. lin. ult. col. 1. *Calliſti cum titulo* | Vat. I. *nutu Calliſti eum titulo* Vat. IV. *eum presbyterum in titulo Callixti conſecravit.* |
| Eod. ann. & pag. lin. 3. col. 2. *perfloruit &c.* | Vat. IV. *refloruit, ut ab omnibus.* |
| Eod. ann. & pag. lin. 16. col. 2. *iſtius Romanæ* | Vat. IV. *Iſtius a Deo protectæ Romanæ Sedis.* |
| Eod. ann. & pag. lin. 28. col. 2. *ad Calliſti titulum* | Vat. IV. *in Callixti titulum*. Vat. I. *titulo.* |
| Eod. ann. pag. 453. lin. 33. col. 1. *Expletoque iejunio &c.* | Vat. IV. *Expleto vero jejunio, omnes ſupercilio depoſito, ſe ei coniunxerant, & divino* &c. |
| Eod. ann. & pag. lin. 39. col. 1. *Benedictus reſidebat &c.* | Vat. IV. *Benedictus reſidebat electus, unanimes convenerunt, & quidam procedentes* &c. |
| Eod. ann. & pag. lin. 48. col. 1. *Cordeque benigno &c.* | Vat. IV. *& corde benigno omnes amplectens oſculabatur, quibus etiam & dicebat: Gaudete dilectiſſimi* &c. |
| Eod. ann. & pag. lin. 63. col. 1. *In Patriarchium &c.* | Vat. IV. *in Patriarchium Lateranenſe Pontificali ornatus gloria reverſus eſt.* |
| A. C. 856. pag. 459. lin. 17. col. 1. *omnes aſcenderet* | Vat. IV. *omnes, qui aſcendunt.* |
| Eod. ann. & pag. lin. 19. col. 1. *aquarum,* | In Vat. IV. additur: *non viderentur.* |
| A. C. 858. pag. 475. lin. 53. col. 2. *Sexaginta & ſex* | In Vat. IV. legitur XX. |
| Eod. ann. & pag. lin. ult. col. 2. *Apoſtoli* | Vat. IV. addit: *& ceſſavit Epiſcopatus, dies XV.* |
| | *In Nicolao I.* |
| Eod. ann. pag. 476. lin. 7. col. 2. *manibus tumulo* | Vat. IV. *manibus illum tumulo* |
| Eod. ann. & pag. lin. 54. col. 2. *ſapienti famine* | Vat. IV. *Sophiſtico flamine*, ac ita legendum monet Holſtenius, ut infra: *myſtica ſophia* |
| Eod. ann. pag. 477. lin. 14. col. 1. *Imperiali cum quo &c.* | Vat. IV. *Cum quo imperiale ingreſſus tentorium* |
| Eod. ann. pag. 491. lin. 9. col. 2. *Salvatoris, quæ Cæſarea* | Vat. IV. *Salvatoris quæ Cæſarea nomen* |
| A. C. 860. pag. 532. lin. 6. col. 1. *Pontificis ideſt* | Vat. IV. *Pontificis tempore, ideſt.* |
| Eod. ann. & pag. lin. 8. col. 1. *Ind. nona* | Vat. I. & IV. *Indict. IX.* |
| Eod. ann. & pag. lin. 14. col. 1. *diei tranſcendit* | Vat. IV. *diei decima tranſcendit.* |
| Eod. ann. & pag. lin. 29. col. 1. *redundans* | Vat. IV. *rediens ingreſſa eſt per porticum.* |
| Eod. ann. & pag. lin. 16. col. 2. *qua vocatur Avia* | Vat. IV. *Quæ vocatur Jocia.* |
| A. C. 861. pag. 553. lin. 18. col. 2. *Virginis Mariæ &c.* | Vat. IV. *Virginis, nunc autem nova vocatur.* |





## Mutata vel adjecta a BARONIO hoc Tomo his ſignis ☞ ☜ notantur: rejecta hic vides.

ANno Chr. 853. *in princip. ubi nunc legitur*, per annos tredecim, *legebatur*, per annos ſexdecim: *ibidem pro* ſexageſimum ſextum, *erat* ſexageſimum nonum. *Eodem ann.* §. Prope finem, *ubi legitur*, quatuor Legati, *legebatur*, tres Legati.

# DOMINICI GEORGII MONITUM.

## *In cyclum Paſchalem Dionyſianum, cui ad oram Chronotaxis apponitur.*

IN Apparatu ad Baronianos Annales pag. 247. & ſeq. Paſchales Epiſtolas Dionyſii exigui ad fidem Vaticani Codicis dedimus, atque in Monito, Codicis Reginæ Svecorum num. 755. qui nunc in Vaticana Bibliotheca aſſervatur meminimus. Habet autem & hic Codex epiſtolam primam Paſchalem ejuſdem Dionyſii Exigui, cui titulus iſte præfigitur: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Incipit libellus Dionyſii Exigui de Cyclo magno Paſchæ* DXXXII. *annorum Domino Beatiſſimo & omnium deſiderantiſſimo Petronio venerabili Epiſcopo Dionyſius exiguus perpetuam in Chriſto ſalutem. Paſchalis feſti rationem.* Uſque *cuſtodire dignetur.* Eſt epiſtola I. Dionyſii ad Petronium. Poſt hanc epiſtolam in Codice hæc leguntur: *Conſtitutus a ſanctis patribus, in quo* XIIII. *Paſchales omni tempore ſine ulla reperies falſitate. Tantum memineris annis ſingulis qui cyclus Lunæ, & qui decennovennales exiſtat in præſenti. Namque tertia indictio eſt conſulatu Probi junioris. Decimus tertius circulus decennovennalis decimus Lunaris eſt. Hic autem cyclus Dionyſii quinque decennovennalibus conſtat, hoc eſt.* XCV. *annis, ſumitque exordium a* DXXXII. *Incarnationis Domini, & deſinit in* DCXXVI. *anno. Hunc ergo cyclum prætermiſimus eo quod totus præteriit.* At ſtatim ſequitur in codice. *Primus cyclus decennovennalis, ut infra.* Codex ex ſpecimine characteris, qui exaratus eſt a primo cyclo uſque ad A. D. 1063. primæva manu librarii ſcriptus eſt, atque adeo XI. ſæculum præfert. Quæ deinde ſequuntur uſque ad A. D. 1229. manu minus antiqua deſcripta eſſe conſpiciuntur, atque adeo a calligrapho XIII. ſæculi deſcripta eſſe apparent. Ad oram brevis chronotaxis identidem poſita eſt; quæ tamen non unius librarii manu exarata eſt; nam uſque ad XXVIII. cyclum, ideſt uſque ad annum Chriſti 1063. unius ſcriptoris manu conſcripta eſt. Quæ deinceps ſequitur chronotaxis uſque ad an. 1229. quo deſinit, a variis librariis & alio identidem charactere ſæculi XII. & XIII. confecta eſt. Non unus ergo idemque eſt hujus Chronotaxis auctor, ſed varii; qui prout res ſuis quiſque temporibus contingerent, eas ad oram adnotabant. Ex *Senonenſibus* Epiſcopis, ibidem ſæpe memoratis, ex Eccleſia *S. Columbæ*, & ex monaſterio Senonenſi, ſi divinare licet, hunc cyclum ad monaſterium Senonenſe ſpectaſſe dicendum eſſet, atque ex eo *Clarium* monachum multa in Chronicon S. Petri vivi, a Dacherio tom. II. Spicileg. pag. 705. primæ edit. vulgatum, decerpſiſſe. Permulta certe ſunt in noſtra Chronotaxi, quæ cum Clarii Chronico conveniunt, atque iiſdem fere verbis deſcribuntur, quod ex adnotatiunculis noſtris ad calcem hujus cycli appoſitis, intelliges. Cæterum *Clarius* monachus, ut contendit Pagius in Critica ad an. 1109. num. XIII. XIV. & ad an. 1120. num. XXII. & ſeq. non eſt auctor totius Chronici S. Petri vivi; prout etiam non ab uno eodemque auctore prodit hæc cycli noſtri Chronotaxis. Mutuo tamen juvantur, quum eadem ferme legantur. Noſtra Chronotaxis incipit ab obitu *Drogonis*, Clarii Chronicon ab A. D. 441. & pervenit uſque ad an. 1184. In cyclum, & ipſam Chronotaxim ſphalmata nonnulla irrepſiſſe comperimus, quæ in adnotatiunculis emendare curavimus. In octo laterculos ſeu verſus quilibet decennovennalis Dionyſii cy-

clus

clus in noſtro Codice dividitur, quia, ut animadvertit Petavius in Notis ad I. Dionyſii Exigui Epiſtolam in Appendice operis de Doctrina temporum tom. II. pag. 890. laterculus Dionyſianus *octo*, vel *novem verſibus conſtabat, in quibus erant anni ab Incarnatione Domini, Indictiones, Epactæ Concurrentes, Cyclus novemdecim annorum, Decimaquarta Luna, Dies Paſchæ, & forte an littera Dominicalis, ad eumdem modum, quo in cyclis Bedæ præſcripta ſunt*. Hujuſmodi Chronotaxim Romæ in Bibliotheca Ottoboniana viderat Mabillonius, ac breves Annales monaſterii S. Columbæ appellavit. De his Annalibus non ſemel in Annalibus Benedictinis meminit, præſertim vero lib. XLI. §. LXXIV. an. 912. Appendicis loco brevem alium Dionyſianum cyclum ab A. D. 931. ad 1006. quem in Codice Palat. Vat. 495. ad calcem Sacramentarii Gregoriani invenimus, addendum putavimus, ubi ad oram Hiſtorica quædam adnotantur. Præterea quum cyclus noſter cyclis decennovennalibus XXIV. & XXV. in Paſchatis diebus aſſignandis, mendis ſcateat, cyclus in Sacramentario memorato multo caſtigatior eſt, idcirco haud alienum fuit, hunc etiam vulgare.





# CODEX REGINÆ SUECORUM n. 755.

## Primus Cyclus Decennovennalis.

| | Anni Dñi Nri Jhu Xpi. | Indictiones. | Epactæ Lun. | Concurrentes. | Cyclus Lunaris. | XIIII. MÆ Lunæ Paſchæ. | Dies Dominicus ſcique. | Luna ipſius diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| B. | DXXXII. | X. | Nul. | IIII. | XVII. | Non. April. | (i) IIII. Id. April. | XX. | (i) |
| | DXXXIII. | XI. | XI. | V. | XVIII. | VIII. Kal. Ap. | VI. Kal. Apr. | XVI. | |
| | DXXXIIII. | XII. | XXII. | VI. | XVIIII. | Idus Apr. | XVI. Kal. Mai. | XVII. | |
| | DXXXV. | XIII. | III. | VII. | I. | IIII. Non. Ap. | VI. Id. Apr. | XX. | |
| B. | DXXXVI. | XIIII. | XIIII. | II. | II. | XI. Kal. Apr. | X. Kal. Apr. | XV. | |
| | DXXXVII. | XV. | XXV. | III. | III. | IIII. Id. Apr. | II. Id. Apr. | XV. | |
| | DXXXVIII. | I. | VI. | IIII. | IIII. | III. Kal. Apr. | II. Non. Apr. | XVIIII. | |
| | DXXXVIIII. | II. | XVII. | V. | V. | XIIII. Kl. Mai. | VIII. Kal. Mai. | XX. | OGD. |
| B | DXL. | III. | XXVIII. | VII. | VI. | VII. Id. Apr. | VI. Id. Apr. | XV. | |
| | DXLI. | IIII. | XI. | I. | VII. | VI. Kl. Apr. | II. Kal. Apr. | XVIII. | |
| | DXLII. | V. | XX. | II. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XII. Kal. Mai. | XIX. | |
| | DXLIII. | VI. | I. | III. | VIIII. | II. Non. Apr. | Non. Apr. | XV. | |
| B. | DXLIIII. | VII. | XII. | V. | X. | VIIII. Kl. Ap. | VI. Kal. Apr. | XVII. | |
| | DXLV. | VIII. | XXIII. | VI. | XI. | II. Id. Apr. | XVI. Kal. Mai. | XVIII. | |
| | DXLVI. | VIIII. | IIII. | VII. | XII. | Kal. Apr. | VI. Id. Apr. | XXI. | |
| | DXLVII. | X. | XV. | I. | XIII. | XII. Kl. Apr. | VIIII. Kl. Ap. | XVII. | |
| B. | DXLVIII. | XI. | XXVI. | III. | XIIII. | V. Id. Apr. | II. Id. Apr. | XVII. | |
| | DXLVIIII. | XII. | VII. | IIII. | XV. | IIII. Kl. Apr. | II. Non. Apr. | XX. | |
| | DL. | XIII. | XVIII. | V. | XVI. | XV. Kl. Mai. | VIII. Kal. Mai. | XXI. | END. |

| | Anni Dni Nſtri Jhu Xpi | Indictiones | Epactæ Lun. | Concurrentes | Cyclus Lunaris | XIIII ME Lunæ Paſchæ | Dies Dominicus ſeſque | Luna ipſius Diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | DLI. | XIIII. | NVL | VI. | XVII. | Non. April. | V. Idus Apr. | XVIIII. | |
| B. | DLII. | XV. | XI. | I. | XVIII. | VIII. Kal. Ap. | II. Kal. Apr. | XX. | |
| | DLIII. | I. | XXII. | II. | XVIIII. | Idus Apr. | XII. Kal. Mai. | XXI. | |
| | DLIIII. | II. | III. | III. | I. | IIII. Non. Ap. | Non. Apr. | XVII. | |
| | DLV. | III. | XIIII. | IIII. | II. | XI. Kl. Apr. | V. Kl. Apr. | XX. | |
| B. | DLVI. | IIII. | XXII. | VI. | III. | IIII. Idus Ap. | XVI. Kl. Mai. | XX. | |
| | DLVII. | V. | VI. | VII. | IV. | III. Kal. Apr. | Kl. Apr. | XVI. | |
| | DLVIII. | VI. | XVII. | I. | V. | XIIII. Kl. Mai. | XI. Kl. Mai. | XVII. | OGD. |
| | DLVIIII. | VII. | XXVIII. | II. | VI. | VII. Idus Ap. | Idus Apr. | XX. | |
| B. | DLX. | VIII. | IX. | IIII. | VII. | VI. Kl. Apr. | V. Kl. Apr. | XV. | |
| | DLXI. | VIIII. | XX. | V. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XV. Kal. Mai. | XV. | |
| | DLXII. | X. | I. | VI. | VIIII. | II. Non. Apr. | V. Idus Apr. | XIX. | |
| | DLXIII. | XI. | XII. | VII. | X. | VIIII. Kl. Ap. | VIII. Kl. Apr. | XV. | |
| B. | DLXIIII. | XII. | XXIII. | II. | XI. | II. Idus Apr. | Idus Apr. | XV. | |
| | DLXV. | XIII. | III. | III. | XII. | Kal. April. | Non. Apr. | XVIII. | |
| | DLXVI. | XIIII. | XV. | IIII. | XIII. | XII. Kl. Apr. | V. Kl. Apr. | XXI. | |
| | DLXVII. | XV. | XXVI. | V. | XIIII. | V. Idus Apr. | IIII. Idus Apr. | XV. | |
| B. | DLXVIII. | I. | VII. | VII. | XV. | IIII. Kl. Apr. | Kal. Apr. | XVII. | |
| | DLXIX. | II. | XVIII. | I. | XVI. | XV. Kl. Mai. | XI. Kal. Mai. | XVIII. | END. |

An.



| | Anni Dni Nri Jhu Xpi | Indictiones | Epactæ Lun. | Concurrentes | Cyclus Lunaris. | XIIII. MÆ Lunæ Paſchæ. | Dies Dominicus ſeſque. | Luna ipſius Diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | DLXX. | III. | Nul. | II. | XVII. | Non. April. | VIII. Id. April. | XV. | |
| | DLXXI. | IIII. | XI. | III. | XVIII. | VIII. Kal. Apr. | IIII. Kal. Apr. | XVIII. | |
| B. | DLXXII. | V. | XXII. | V. | XVIIII. | Id. April. | XV. Kal. Mai. | XVIII. | |
| | DLXXIII. | VI. | III. | VI. | I. | III. Non. Apr. | V. Id. April. | XXI. | |
| | DLXXIIII. | VII. | XIIII. | VII. | II. | XI. Kal. April. | VIII. Kl. April. | XVII. | |
| | DLXXV. | VIII. | XXV. | I. | III. | IIII. Id. April. | XVIII. Kl. Mai. | XVIII. | |
| B. | DLXXVI. | VIIII. | VI. | III. | IIII. | III. Kal. April. | Non. April. | XX. | |
| | DLXXVII. | X. | XVII. | IIII. | V. | XIIII. Kl. Mai. | (2) VII. Kal. Mai. | XXI. | (2) OGD. |
| | DLXXVIII. | XI. | XXVIII. | V. | VI. | VII. Id. April. | IIII. Id. April. | XVII. | |
| | DLXXVIIII. | XII. | VIIII. | VI. | VII. | VI. Kal. April. | IIII. Non. Apr. | XX. | |
| B. | DLXXX. | XIII. | XX. | I. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XI. Kal. Mai. | XX. | |
| | DLXXXI. | XIIII. | I. | II. | VIIII. | II. Non. April. | VIII. Id. April. | XVI. | |
| | DLXXXII. | XV. | XII. | III. | X. | VIIII. Kl. Apr. | IIII. Kal. April. | XIX. | |
| | DLXXXIII. | I. | XXIII. | IIII. | XI. | II. Id. April. | XIIII. Kl. Mai. | XX. | |
| B. | DLXXXIIII. | II. | IIII. | VI. | XII. | Kal. April. | IIII. Non. Apr. | XV. | |
| | DLXXXV. | III. | XV. | VII. | XIII. | XII. Kl. April. | VIII. Kal. Apr. | XVIII. | |
| | DLXXXVI. | IIII. | XXVI. | I. | XIIII. | V. Id. April. | (3) XVIII. Kl. Apr. | XVIIII. | (3) |
| | DLXXXVII. | V. | VII. | II. | XV. | IIII. Kal. Apr. | (4) III. Kal. April. | XV. | (4) |
| B. | DLXXXVIII. | VI. | XVIII. | IIII. | XVI. | XV. Kal. Mai. | (5) XII. Kal. Mai. | XV. | (5) END. |

 An.

| | Anni Dn̄i Nr̄i Jħu Xp̄i | Indictiones | Epactæ Lun. | Concurrentes | Cyclus Lunaris. | XIII. mæ Lunæ Paſchæ | Dies Dominicus ſcique | Luna ipſius diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | DLXXXVIIII. | VII. | Nul. | V. | XVII. | Non. April. | IIII. Id. Apr. | XIX. | |
| | DXC. | VIII. | XI. | VI. | XVIII. | VIII. Kal. Apr. | VII., Kal. Apr. (6) | XV. | (6) |
| | DXCI. | VIIII. | XXII. | VII. | XVIIII. | Id. April. | XV. Kal. Mai. | XVI. | |
| B. | DXCII. | X. | III. | II. | I. | III. Non. Apr. | VIII. Id. Apr. | XVIII. | |
| | DXCIII. | XI. | XIIII. | III. | II. | XI. Kal. Apr. | IIII. Kal. Apr. | XXI. | |
| | DXCIIII. | XII. | XXV. | IIII. | III. | IIII. Id. April. | III. Id. Apr. (7) | XV. | (7) |
| | DXCV. | XIII. | VI. | V. | IIII. | III. Kal. Apr. | II. Non. Apr. | XVIII. | OGD. |
| B. | DXCVI. | XIIII. | XVII. | VII. | V. | XIIII. Kl. Mai. | X. Kal. Mai. | XVIII. | |
| | DXCVII. | XV. | XXVIII. | I. | VI. | VII. Id. April. | XVIII. Kl. Mai. | XXI. | |
| | DXCVIII. | I. | VIIII. | II. | VII. | VI. Kal. April. | II. Kal. April. | XVII. | |
| | DXCVIIII. | II. | XX. | III. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XIII. Kal. Mai. | XVIII. | |
| B. | DC. | III. | I. | V. | VIIII. | II. Non. April. | IIII. Id. Apr. | XX. | |
| | DCI. | IIII. | XII. | VI. | X. | VIIII. Kl. Apr. | VII. Kal. Apr. | XVI. | |
| | DCII. | V. | XXIII. | VI. | XI. | II. Id. April. | XVII. Kal. Mai. | XVII. | |
| | DCIII. | VI. | IIII. | I. | XII. | Kal. April. | VII. Id. April. | XX. | |
| B. | DCIIII. | VII. | XV. | III. | XIII. | XII. Kal. Apr. | XI. Kal. ,Apr. (8) | XVI. | (8) |
| | DCV. | VIII. | XXVI. | IIII. | XIIII. | V. Id. Apr. | II. Id. Apr. (9) | XVII. | (9) |
| | DCVI. | VIIII. | VII. | V. | XV. | IIII. Kal. Apr. | II. Non. Apr. (10) | XVIIII. | (10) |
| | DCVII. | X. | XVIII. | VI. | XVI. | XV. Kal. Mai. | VIIII. Kl. Apr. | XX. | END. |





| | Anni Dn̄i Nr̄i Jħu Xp̄i. | Indictiones. | Epactæ Lun. | Concurrentes. | Cyclus Lunaris. | XIIII mæ Lunæ Paſchæ. | Dies Dominicus ſcique. | Luna ipſius diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| B. | DCVIII. | XI. | Nul. | I. | XVII. | Non. April. | VII. Idus Apr. | XVI. | |
| | DCVIIII. | XII. | XI. | II. | XVIII. | VIII. Kal. Apr. | III. Kl. Apr. | XVIIII. | |
| | DCX. | XIII. | XXII. | III. | XVIIII. | Idus Apr. | XIII. Kl. Mai. | XX. | |
| | DCXI. | XIIII. | III. | IIII. | I. | IIII. Non. Apr. | II. Non. Apr. | XVI. | |
| B. | DCXII. | XV. | XIIII. | VI. | II. | XI. Kal. Apr. | VII. Kl. Apr. | XVIII. | |
| | DCXIII. | I. | XXV. | VII. | III. | IIII. Id. Apr. | XVII. Kl. Mai. | XVIIII. | |
| | DCXIIII. | II. | VI. | I. | IV. | III. Kl. Apr. | II. Kl. Apr. | XV. | |
| | DCXV. | III. | XVII. | II. | V. | XIIII. Kl. Mai. | XII. Kl. Mai. | XVI. | OGD. |
| B. | DCXVI. | IIII. | XXVIII. | IIII. | VI. | VII. Id. Apr. | III. Id. Apr. | XVIII. | |
(106) (*a*) Hoc anno IX. Idus . . . . . . . nardus comes . . . . . . . . — (110) (*b*) Sevuinus Archiepiſcopus XV. . . . . . . . . Vitam finivit. Eodem anno . . . . tericus ordinatus ad Epm (*c*) Idus Octob. Heinricus Dux Burgundiæ obiit.

De Luna ipſius Diei.

Luna Paſchæ variatur in anno numero
Die quo ſurrexit Chriſtus, ac Salvator omnium
A quo jure nomen ſumpſit Sanctus, & Dominicus.

Quid inter Paſcha, & Azima diſtet.

Inter Azima, & Paſcha hæc eſt differentia
Paſchæ dies eſt tenenda Luna XIV ma.
Azimorum quæ ſecuntur ſeptena ſolennitas.

De Cyclo Solari.

AnnisXpi prius de . me decennovem numerum
Hos divide per XX. VIII. certum numerum
Abſque dubio probabis jam ſolarem circulum.

De Emboliſmo & Comun Ann.

Quattuor, & trecentorum quinquaginta num.
Recipit communis Annus Duodenis menſibus
Undecim de Solis curſu remanente diebus.

| | Anni Dni Nri Jhu Xpi | Epactæ Lun. | Indictiones | Concurrentes | Cyclus Lunaris | XIIII. MÆ Lunæ Paſchæ. | Dies Dominicus ſeſque. | Luna ipſius Diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| (a)— | MVII. | Nul. | V. | II. | XVII. | Non. April. | VII. Id. April. | XV. | |
| B. | MVIII. | XI. | VI. | IV. | XVIII. | VIII. Kal. Apr. | V. Kal. Apr. | XVII. | |
| | MIX. | XXII. | VII. | V. | XIX. | Id. April. | XV. Kl. Mai. | XVIII. | |
| | MX. | III. | VIII. | VI. | I. | IIII. Non. Ap. | V. Id. Apr. | XXI. | |
| — | MXI. | XIV. | IX. | VII. | II. | XI. Kal. April. | VIII. Kl. April. | XVII. | |
| B. | MXII. | XXV. | X. | II. | III. | IIII. Id. April. | Id. April. | XVII. | |
| | MXIII. | VI. | XI. | III. | IV. | III. Kal. April. | Non. Apr. | XX. | — |
| | MXIV. | XVII. | XII. | IV. | V. | XIIII. Kl. Mai. | VII. Kal. Mai. | XXI. | OGD. |
| — | MXV. | XXVIII. | XIII. | V. | VI. | VII. Id. April. | IV. Id. April. | XVII. | |
| B. | MXVI. | IX. | XIV. | VII. | VII. | VI. Kal. April. | Kal. April. | XIX. | |
| | MXVII. | XX. | XV. | I. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XI. Kal. Mai. | XX. | |
| | MXVIII. | I. | I. | II. | IX. | II. Non. April. | VIII. Id. Apr. | XVI. | |
| — | MXIX. | XII. | II. | III. | X. | VIIII. Kl. Apr. | IV. Kal. April. | XIX. | |
| B. | MXX. | XXIII. | III. | IV. | XI. | II. Id. April. | XV. Kl. Mai. | XIX. | |
| | MXXI. | IV. | IV. | VI. | XII. | Kal. April. | IV. Non. Apr. | XV. | |
| | MXXII. | XV. | V. | VII. | XIII. | XII. Kl. April. | VIII. Kal. Apr. | XVIII. | |
| — | MXXIII. | XXVI. | VI. | I. | XIV. | V. Id. April. | XVIII. Kl. Mai. | XIX. | |
| B. | MXXIV. | VII. | VII. | III. | XV. | IIII. Kal. Apr. | Non. April. | XXI. | — |
| | MXXV. | XVIII. | VIII. | IV. | XVI. | XV. Kal. Mai. | XIV. Kl. Mai. | XV. | END. |

(118) . . . . XIII. Kal. Jul. . . . eid. Comes bonæ memoriæ viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. (119) (a Hoc Anno facta eſt traditio Senonicæ Urbis.

Numerus jam undenorum hic per annos ſingulos.
Ad querendam lunam ſemper annuatam ponitur.
Preconamque ſortiuntur epactæ.
Emboliſmus X. annorum, atque ſeptem diebus.
Curſum ſolis tranſcendendo longeor efficitur.
Habens LXXXIV. & CCC. diebus.
Eſt & alia præfati circuli diviſio.
In qua octodoas annorum undecas requiritur.
Quæ equare circum ſolis atque Lunæ dicitur.
Januarii in Kal. Luna ſi queſieris.
Cyclum ſane tantum Anni extende per XI.
Uno addendo regulari per XXX. divides.
Decennovennalis Cycli ad finem in ultimis.
Regularem non apponens unum, ut in ceteris.
Sed in tribus Duos addes ſemper annis pariter.
Sume retro dies Anni pro lunari computo.
De me quod pronuntiaſti in præſenti numero.
Adde Lunam Kalendarum Menſis Januarii.
Novenos quinquagenos primos ſi partieris.
Nihilominus ſecundo XXX. diviſeris.
Vere Lunam quam querebas facile invenies.
Anno Lunam biſextili tum in Febroario.
Ne paſchalis vacillare videatur Sanctio.
Dierum XXX. cogit computari ratio.





| | Anni Dni Nri Jhu Xpi. | Indictiones | Epactæ Lun. | Concurrentes | Cyclus Lunaris | XIIII. MÆ Lunæ Paſchæ | Dies Dominicus ſeſque | Luna ipſius Diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | MXXVI. | IX. | Nul. | V. | XVII. | Non. Apr. | IV. Id. Apr. | XIX. | |
| — | MXXVII. | X. | XI. | VI. | XVIII. | VIII. Kl. Apr. | VII. Kl. Apr. | XV. | |
| B. | MXXVIII. | XI. | XXII. | I. | XIX. | Id. April. | XVIII. Kl. Mai. | XV. | |
| | MXXIX. | XII. | III. | II. | I. | IV. Non. Apr. | VIII. Idus Apr. | XVIII. | |
| | MXXX. | XIII. | XIV. | III. | II. | XI. Kal. Apr. | IV. Kal. Apr. | XXI. | |
| | MXXXI. | XIV. | XXV. | IV. | III. | IV. Id. Apr. | III. Id. Apr. | XV. | |
| B. | MXXXII. | XV. | VI. | VI. | IIII. | III. Kal. Apr. | IV. Non. Apr. | XVII. | — |
| (a) | MXXXIII. | I. | XVII. | VII. | V. | XIV. Kal. Mai. | X. Kal. Mai. | XVIII. | OGD. |
| | MXXXIV. | II. | XXVIII. | I. | VI. | VII. Id. Apr. | XVIII. Kl. Mai. | XXI. | |
| — | MXXXV. | III. | IX. | II. | VII. | VI. Kal. Apr. | III. Kal. Apr. | XVII. | |
| B. | MXXXVI. | IV. | XX. | IV. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XIV. Kal. Mai. | XVII. | |
| | MXXXVII. | V. | I. | V. | IX. | II. Non. Apr. | IV. Id. Apr. | XX. | |
| | MXXXVIII. | VI. | XII. | VI. | X. | IX. Kal. Apr. | VII. Kl. Apr. | XVI. | |
| | MXXXIX. | VII. | XXIII. | VII. | XI. | II. Id. Apr. | XVII. Kal. Mai. | XVII. | |
| B. | MXL. | VIII. | IV. | II. | XII. | Kal. Apr. | VIII. Id. Apr. | XIX. | |
| | MXLI. | IX. | XV. | III. | XIII. | XII. Kal. Apr. | XI. Kal. Apr. | XV. | |
| | MXLII. | X. | XXVI. | IV. | XIV. | V. Id. April. | III. Id. Apr. | XVI. | |
| | MXLIII. | XI. | VII. | V. | XV. | IV. Kl. Apr. | IV. Non. Apr. | XIX. | — |
| | MXLIV. | XII. | XVIII. | VII. | XVI. | XV. Kl. Mai. | X. Kal. Mai. | XIX. | END. |

(120) (a) Hoc anno mortem obiit Rex Francorum Rotbertus Regis Nugonis filius. Jam regnante Heynrico Rege filio ejus. Et ſequenti Anno obiit Archiepiſcopus Senonum Leotericus, & in eodem ordinatus eſt Anno Gelduinus ejuſdem Urbis Archiepiſcopus.

Item ſume dies Anni divide per ſepties.
Et quod ultra VII. creſcunt teneto memoriter.
Die quo Kalende erunt pone Januarii.
Anno quoque biſextili pro quadrantis cumulo.
Unum tamen ſemper ades ſupraſcripto numero.
Poſtquam dies illa rite in biſexto ponitur.
Niſi unum adunatis ſummam cum colligeris.
Et ſeptenis item ſuis partibus diviſeris.
Argumento quam querebas feriam invenies.
Porro quartus, octavus & undenus atque nonus decimus.
Generale argumentum conſervare nequeunt.
Faciente emboliſmo dum in his inſeritur.
Primo igitur de tribus anno de quo diximus.
In Maiarum Kalendarum conſueta Regula.
Tunc XIV.a demonſtratur eſſe & viceſima.
Emboliſmus quia ſanus martio.
Inſeritur cumque unus dici fuerit ablatio.
In viceno, & ſepteno numero.
Simili idemque modo in Kal. Julias.
Si contenta de XXX. in nona viceſima.
Remanere emboliſmi facit ſuper ſuperfluitas.
Anno undecimo emboliſmi quia luna pridie.
Nona ſolet in Decembris ſolita aſcendere.
Facite ut nunc redire ſic muto ordine.
Ratio namque lunaris in Kal. Martias.
Cum vicena ſimul nona amputare faciat.
Emboliſmus tantum tenet octo nam viceſimam.
Anno decimo & nono, qui eſt horum ultimus.
Certio quia nonarum martiarum ponitur.
Facit Maias in Kalendas hunc ſupernum numerum.

De Saltu Lunæ.

In viceſima ſecunda die Menſis Martii.
Saltus Lunæ eſt tenendus regulari ordine.
Cum per denos, & novenos ſolet annos creſcere.

| | Anni Dni Nri Jhu Xpi. | Indictiones. | Epactæ Lun. | Concurrentes. | Cyclus Lunaris. | XIV. MÆ Lunæ Paſchæ. | Dies Dominicus ſcſque. | Luna ipſius diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | MXLV. | XIII. | Nul. | I. | XVII. | Non. Apr. | VII. Id. Apr. | XV. | |
| (a) | MXLVI. | XIV. | XI. | II. | XVIII. | VIII. Kl. Ap. | III. Kl. Apr. | XIX. | |
| | MXLVII. | XV. | XXII. | III. | XIX. | Id. Apr. | XIII. Kl. Mai. | XX. | |
| B. | MXLVIII. | I. | III. | V. | I. | IV. Non. Apr. | III. Non. Ap. | XV. | |
| | MXLIX. | II. | XIV. | VI. | II. | XI. Kal. Apr. | VII. Kl. Apr. | XVIII. | |
| | ML. | III. | XXV. | VII. | III. | IV. Id. Apr. | XVII. Kl. Mai. | XIX. | |
| | MLI. | IV. | VI. | I. | IV. | III. Kl. Apr. | II. Kl. Apr. | XV. | |
| B. | MLII. | V. | XVII. | III. | V. | XIV. Kl. Mai. | XIII. Kl. Mai. | XV. | OGD. |
| | MLIII. | VI. | XXVIII. | IV. | VI. | VII. Id. Apr. | III. Id. Apr. | XVI. | |
| | MLIV. | VII. | IX. | V. | VII. | VI. Kl. Apr. | III. Non. Apr. | XXI. | |
| (b) | MLV. | VIII. | XX. | VI. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XVI. Kal. Mai. | XX. | |
| (c) B. | MLVI. | VIIII. | I. | I. | IX. | II. Non. Apr. | VII. Id. Apr. | XVII. | |
| | MLVII. | X. | XII. | II. | X. | IX. Kl. Apr. | III. Kal. Apr. | XX. | |
| (d) | MLVIII. | XI. | XXIII. | III. | XI. | II. Id. Apr. | XIII. Kl. Mai. | XXI. | |
| (e) | MLIX. | XII. | IV. | IV. | XII. | Kal. Apr. | II. Non. Apr. | XVII. | |
| B. | MLX. | XIII. | XV. | VI. | XIII. | XII. Kl. Apr. | VII. Kal. Apr. | XIX. | |
| (f) | MLXI. | XIV. | XXVI. | VII. | XIV. | V. Id. Apr. | XVII. Kal. Mai. | XX. | |
| | MLXII. | XV. | VII. | I. | XV. | IV. Kl. Apr. | II. Kl. Apr. | XVI. | |
| | MLXIII. | I. | XVIII. | II. | XVI. | XV. Kl. Mai. | XII. Kl. Mai. | XVIII. | END. |

(a) (121) Hoc anno factum eſt vix incredibile prelium.... inter Hainricum Regem Francorum & gentem Normannorum in ipſa provincia ſuper fluvium Diva. Fuere autem triginta milia Normannicæ gentis peditum, & equitum. Francorum vero tria millia bellatorum a quibus duriter Normanni ceſi ſunt, ex quibus decem milia pene remanſerunt. (b) (122) Anno ab Incarnatione Domini MLV. regnante Henrico Rege Francorum Anno XXV. intrantibus Kal. Auguſti Menſis II. feria Luna IIII. Facta eſt tempeſtas tam valida, & tam nigra infra Urbem Senonicam circumcirca tam prope, quam longe, ut ex tempore quo Moyſes filios Iſrael eduxit de Terra Egipti non fuerit audita tam fortis, & tam valida, itaut vaſtaret omnia Sata, & ſegetes, Jumenta & nemora per plurima loca, ut interficeret homines, & Jumenta. Et in eodem Anno vigilia Cenæ Domini XIV. Luna ante Paraſceven feria IV. poſt primum pullorum cantum effecta eſt ipſa Luna tota nigra ſicut carbo extinctus fere duabus horis, & poſt effecta eſt in Eclypſin, & iterum reacenſa, & ipſo Anno mortuus eſt Imperator Heinricus filius Conradi Imperatoris, & Comes Rainardus. (c) (123) Anno græ MLVI. S. Theobaldus nobli genere natus recluſus in Vincencia *Venitiæ Urbe XII. Converſionis ſuæ anno* obiit miraculis clarus, oſſa ejus in Franciam deferuntur. (d) (124) Hoc Anno pluit Sanguis in Pago Pariſienſi, *Circa* quamdam Eccleſiam ſuper populum audientem *Miſſam* in ſollempnitate omnium Sanctorum. (e) (125) Hoc Anno mortuus eſt belliger Henricus Rex Francorum. (f) (126) Hoc Anno mortuus eſt Mainardus Archiepiſcopus.





| | Anni Dni Nri Jhu Xpi. | Indictiones. | Epactæ Lun. | Concurrentes. | Cyclus Lunaris. | XIV. MÆ Lunæ Paſchæ. | Dies Dominicus ſcſque. | Luna ipſius diei. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| B. | MLXIV. | II. | Nul. | IV. | XVII. | Non. Apr. | III. Id. Apr. | XX. | |
| | MLXV. | III. | XI. | V. | XVIII. | VIII. Kl. Apr. | VI. Kl. Apr. | XV. | |
| (a) | MLXVI. | IV. | XXII. | VI. | XIX. | Id. Apr. | XVI. Kl. Mai. | XVII. | |
| (b) | MLXVII. | V. | III. | VII. | I. | IV. Non. Apr. | VI. Id. Apr. | XX. | |
| B. | MLXVIII. | VI. | XIV. | II. | II. | XI. Kl. Apr. | X. Kal. Apr. | XV. | |
| | MLXIX. | VII. | XXV. | III. | III. | IV. Id. Apr. | II. Id. Apr. | XVI. | |
| | MLXX. | VIII. | VI. | IV. | IV. | III. Kal. Apr. | II. Non. Apr. | XIX. | |
| | MLXXI. | IX. | XVII. | V. | V. | XIV. Kl. Mai. | XVIII. Kl. Mai. | XX. | |
| B. | MLXXII. | X. | XXVIII. | VII. | VI. | VII. Id. Apr. | VI. Id. Apr. | XV. | |
| (c) | MLXXIII. | XI. | IX. | I. | VII. | VI. Kal. Apr. | II. Kal. Apr. | XVIII. | |
| | MLXXIV. | XII. | XX. | II. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XII. Kl. Mai. | XIX. | |
| | | | | | | | (129) | | (129) |
| | MLXXV. | XIII. | I. | III. | IX. | II. Non. Apr. | IX. Kal. Apr. | XV. | |
| B. | MLXXVI. | XIV. | XII. | V. | X. | IX. Kal. Ap. | VI. Kl. Apr. | XVII. | |
| (d) | MLXXVII. | XV. | XXIII. | VI. | XI. | III. Id. Apr. | XVI. Kl. Mai. | XVIII. | |
| (e) | MLXXVIII. | I. | IV. | VII. | XII. | Kal. Apr. | VI. Id. Apr. | XXI. | |
| | MLXXIX. | II. | XV. | I. | XIII. | XII. Kal. Apr. | IX. Kal. Apr. | XVII. | |
| B. | MLXXX. | III. | XXVI. | III. | XIV. | V. Id. Apr. | II. Id. Apr. | XVII. | |
| | MLXXXI. | IV. | VII. | IV. | XV. | IV. Kal. Apr. | II. Non. Apr. | XX. | |
| | | | | | | | (131) | | (131) |
| | MLXXXII. | V. | XVIII. | V. | XVI. | XV. Kl. Mai. | VII. Kl. Mai. | XXI. | |
| | MLXXXIII. | VI. | Nul. | VI. | XVII. | Non. Apr. | V. Id. Apr. | XVIII. | |
| B. | MLXXXIV. | VII. | XI. | I. | XVIII. | VIII. Kl. Apr. | II. Kl. Apr. | XX. | |
| | MLXXVX. | VIII. | XXII. | II. | XIX. | Id. Apr. | XII. Kal. Mai. | XXI. | |
| | | | | | | | (132) | | (132) |
| | MLXXXVI. | IX. | III. | III. | I. | IV. Non. Apr. | IX. Apr. | XVII. | |
| | MLXXXVII. | X. | XIV. | IV. | II. | XI. Kl. Apr. | V. Kal. Apr. | XX. | |
| B. | MLXXXVIII. | XI. | XXV. | I. | III. | IV. Idus Apr. | XVI. Kl. Mai. | .... | |
| | MLXXXIX. | XII. | VI. | VII. | IV. | III. Kl. April. | Kal. Apr. | XXII. | |

(a) (127) Nam ubi inſtructis remis, veliſque paratis.
Conſul VVillelmus multa virtute notatus.
Et caput a ſcapulis Regis mucrone revulſit.
Ipſe Coronatus. Rex eſt de conſule factus;
Tranſiit hoc anno mare fiſus milite multo.
Anglos conſtanti victori virtute ſubegit.
Hoc ita perfectis merito diademate ſumto.

(b) Hic complentur Anni DCCC. ex quo beata Columba martyrio coronata eſt. (c) (128) Hoc anno mortuus eſt Abbas Vuilincus cui ſucceſſit Abbas Arnolfus. (d) Anno ab Incarnatione Domini MLXXVII. facta eſt Hiems magna, & valida nimis qualem unquam ſe vidiſſe, & audiviſſe teſtantur etiam ipſi ſenes ſenio confecti. Fuit autem ipſe hiems in Kalendis Novembris ...... & nullo modo ceſſavit donec media .... Marcius. Defectio autem tanta tritici facta eſt ut vix quiſpiam hominum ...... ſemina terræ ſe recipere crederet. De præſenti autem Anno facta eſt tanta ſterilitas, & ſiccitas Terræ, ut prata, & Campeſtria queque areſcerent, ita ut frumenti, & vini facta eſt .... Menſe collectio frugum eſt facta. (e) (130) Anno græ MLXXVIII. Arnulphus Abbas S. Columbæ oſſa S. Theobaldi fratris ſui ab .... defert, & in eadem Eccleſia locat.

| | Anni Domini | Indictiones. | Epactæ Lun. | Concurrentes | Cyclus Lunaris. | T. Paſchal. | Dies Paſchal. | Luna ipſ. Diei. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | MXC. | XIII. | XVII. | I. | V. | XIIII.Kl. Mai. | XI. Kal. Mai. | XVII. |
| — | MXCI. | XIV. | XXVIII. | II. | VI. | VII. Idus Ap. | Idus Apr. | XX. |
| B. | MCXII. | XV. | IX. | IIII. | VII. | VI. Kl. Apr. | V. Kal. Apr. | XV. |
| | MXCIII. | I. | XX. | V. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XV. Kal. Mai. | XVI. |
| | MXCIV. | II. | I. | VI. | IX. | II. Non. Apr. | V. Idus Apr. | XIX. |
| — | MXCV. | III. | XII. | VII. | X. | VIIII. Kl. Ap. | VIII. Kl. Apr. | XV. |
| (a) B. | MXCVI. | IV. | XXIII. | II. | XI. | II. Idus Apr. | Id. Apr. | XV. |
| (b) | MXCVII. | V. | IV. | III. | XII. | Kal. April. | Non. Ap. | XVIII. |
| | MXCVIII. | VI. | XV. | IIII. | XIII. | XII. Kl. Apr. | V. Kl. Apr. | XXI. |
| (c) — | MXCIX. | VII. | XXVI. | V. | XIIII. | V. Idus Apr. | IV. Id. Apr. | XV. |
| B. | MC. | VIII. | VII. | VII. | XV. | IIII. Kl. Apr. | Kal. Apr. | XVII. |
| | MCI. | IX. | XVIII. | I. | XVI. | XV. Kl. Mai. | XI. Kal. Mai. | XVIII. |
| | | | | | | | (133) | |
| | MCII. | X. | Nullæ | II. | XVII. | Non. April. | Id. Apr. | XV. |
| — | MCIII. | XI. | XI. | III. | XVIII. | VIII. Kal. Ap. | IV. Kl. Apr. | XVIII. |
| B. | MCIV. | XII. | XXII. | V. | XIX. | Idus Apr. | XV. Kl. Mai. | XVIII. |
| | MCV. | XIII. | III. | VI. | I. | IIII. Non. Ap. | V. Id. Apr. | XXI. |
| | MCVI. | XIV. | XIV. | VII. | II. | XI. Kl. Apr. | VIII. Kl. Apr. | XVII. |
| — | XCVII. | XV. | XXV. | I. | III. | IIII. Idus Ap. | XVII. Kl. Mai. | XVIII. |
| B. | MCVIII. | I. | VI. | III. | IV. | III. Kal. Apr. | Non. Apr. | XX. |
| | MCIX. | II. | XVIII. | IV. | V. | XIV. Kal. Mai. | VII. Kl. Mai. | XXI. |
| | MCX. | III. | XXVII. | V. | VI. | VII. Id. April. | IV. Id. Apr. | XVII. |
| — | MCXI. | IV. | IX. | VI. | VII. | VI. Kal. Apr. | IV. Non. Apr. | XX. |
| B | MCXII. | V. | XX. | I. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XI. Kl. Mai. | XX. |
| | MCXIII. | VI. | I. | II. | IX. | II. Non. Apr. | VIII. Id. Apr. | XVI. |
| | MCXIV. | VII. | XII. | III. | X. | IX. Kal. Apr. | IV. Kl. Apr. | XIX. |
| — | MCXV. | VIII. | XXIII. | IV. | XI. | II. Id. Apr. | XIV. Kl. Mai. | XX. |
| B | MCXVI. | IX. | IV. | VI. | XII. | Kal. Apr. | IV. Non. Apr. | XV. |
| | MCXVII. | X. | XV. | VII. | XIII. | XII. Kal. Apr. | VIII. Kl. Apr. | XVIII. |
| | MCXVIII. | XI. | XXVI. | I. | XIV. | V. Id. Apr. | XVIII. Kl. Mai. | XIX. |
| — | MCXIX. | XII. | VII. | II. | XV. | IV. Kl. Apr. | III. Kl. Apr. | XV. |
| B. | MCXX. | XIII. | XVIII. | IV. | XVI. | XV. Kal. Mai. | XIV. Kl. Mai. | XV. |
| | MCXXI. | XIV. | Nullæ | V. | XVII. | Non. Apr. | IV. Id. Apr. | XIX. |
| | MCXXII. | XV. | XI. | VI. | XVIII. | VIII. Kal. Ap. | VII. Kl. Apr. | XV. |
| — | MCXXIII. | I. | XXII. | VII. | XIX. | Id. Apr. | XVII. Kl. Mai. | XVI. |
| B. | MCXXIV. | II. | III. | II. | I. | IV. Non. Apr. | VIII. Id. Apr. | XVIII. |

(133)

(a) Hoc anno commota eſt gens Xpiana apud Hieruſalem contra barbaros Paganos, Saracenos, ſive Turcos. Hoc Anno Richerius bonæ mem. Archiepiſcopus diem clauſit extremum cui ſucceſſit Dainbertus in honore Pontificatus poſt dies octo. (b) Koc Anno magna pars ætatis ſine pluvia fuit, & erat neceſſaria valde Arboribus, & ſatis, quapropter ablatum eſt Corpus S. Lupi in Eccleſia S. Stephani & receptus eſt cum magna devotione, & lacrimis a Richerio Archiep. & Canonicis. Nemo enim eo tempore vivebat, qui eum antea videret in ipſa Eccleſia, & laudaverunt Deum Omnipotentem cantantes. O venerandum Antiſtitem, Illo autem exeunte de Eccleſia deſcendit habundanter pluvia lætante Clero & Plebe univerſa. Hoc anno Richerius bonæ memoriæ Archiepiſcopus diem clauſit extremum. Cui ſucceſſit Dainbertus in honore Pontificatus poſt dies octo. (c) His temporibus fuerunt quamplures unus poſt alium in Abbatia S. Columbæ qui juſtius mercenarii quam paſtores dicendi ſunt de quorum tamen multitudine nullus in honore prælationis vitam finivit. Quorum temporibus ad tantam inopiam Eccleſia devenit, ut vix neceſſaria Fratres haberent, donec Venerabilis Roſcelinus Eccleſiam regendam ſuſciperet. Qui per novem Annorum curricula nobiliter ac honeſte illam rexit: Fuit enim Vir genere, moribus ſapientia, & religione inſignis. Obiit IV. Kal. Maii.





| | Anni Dni. | Indict. | Epactæ | Concur. | Cyc. Lun. | T. Paſchæ. | Dies Paſch. | Lun. ipſ. diei. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | MCXXV. | III. | XIV. | III. | II. | XI. Kal. Apr. | IIII. Kl. Apr. | XXI. |
| | MCXXVI. | IV. | XXV. | IV. | III. | IV. Id. Apr. | III. Id. Apr. | XV. |
| — | MCXXVII. | V. | VI. | V. | IIII. | III. Kal. Apr. | III. Non. Apr. | XVIIII. |
| B. | MCXXVIII. | VI. | XVII. | VII. | V. | XIV. Kl. Mai. | X. Kl. Mai. | XVIII. |
| | MCXXIX. | VII. | XXVIII. | I. | VI. | VII. Id. Apr. | XVIII. Kl. Mai. | XXI. |
| | MCXXX. | VIII. | IX. | II. | VII. | VI. Kl. Apr. | III. Kl. Apr. | XVII. |
| — | MCXXXI. | IX. | XX. | III. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XIII. Kal. Mai. | XVIII. |
| B. | MCXXXII. | X. | I. | V. | VIIII. | II. Non. Apr. | IIII. Id. Apr. | XX. |
| | MCXXXIII. | XI. | XII. | VI. | X. | VIIII. Kl. Ap. | VII. Kl. Apr. | XVI. |
| | MCXXXIV. | XII. | XXIII. | VII. | XI. | II. Id. Apr. | XVII. Kl. Mai. | XVII. |
| — | MCXXXV. | XIII. | IV. | I. | XII. | Kl. Apr. | VII. Id. Apr. | XX. |
| B. | MCXXXVI. | XIV. | XV. | III. | XIII. | XII. Kl. Apr. | XI. Kal. Apr. | XV. |
| | MCXXXVII. | XV. | XXVI. | IV. | XIIII. | V. Id. Apr. | III. Id. Apr. | XVI. |
| (a) | MCXXXVIII. | I. | VII. | V. | XV. | IV. Kal. Apr. | III. Non. Apr. | XIX. |
| — | MCXXXIX. | II. | XVIII. | VI. | XVI. | XV. Kal. Mai. | IX. Kal. Mai. | XX. |
| B. | MCXL. | III. | Nul. | I. | XVII. | Non. Apr. | VII. Id. Apr. | XVI. |
| | MCXLI. | IIII. | XI. | II. | XVIII. | VIII. Kl. Ap. | III. Kal. Apr. | XIX. |
| (b) | MCXLII. | V. | XXII. | III. | XVIIII. | Id. Apr. | XIII. Kl. Mai. | XX. |
| — | MCXLIII. | VI. | III. | IV. | I. | IIII. Non. Ap | II. Non. Apr. | XVI. |
| B. | MCXLIV. | VII. | XIIII. | VI. | II. | XI. Kl. Apr. | VIII. Kl. Apr. | XVIII. |
| (c) | MCXLV. | VIII. | XXV. | VII. | III. | IV. Id. Apr. | XVII. Kl. Mai. | XIX. |
| | MCXLVI. | VIIII. | VI. | I. | IV. | III. Kl. Apr. | II. Kl. Apr. | XV. |
| — | MCXLVII. | X. | XVII. | II. | V. | XIV. Kl. Mai. | XII. Kl. Mai. | XVI. |
| B. | MCXLVIII. | XI. | XXVIII. | IIII. | VI. | VII. Id. Apr. | II. Id. Apr. | XVIII. |
| | | | | | | | (138) | |
| | MCXLIX. | XII. | VIIII. | V. | VII. | VI. Kl. Apr. | III. Non. Apr. | XXI. |
| | MCL. | XIII. | XX. | VI. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XVI. Kl. Mai. | XV. |
| — | MCLI. | XIIII. | I. | VII. | IX. | II. Non Apr. | VI. Id. Apr. | XVIII. |
| B. | MCLII. | XV. | XII. | II. | X. | IX. Kl. Apr. | III. Kal. Apr. | XX. |
| | MCLIII. | I. | XXIII. | III. | XI. | II. Id. Apr. | XIII. Kl. Mai. | XXI. |
| | MCLIV. | II. | IIII. | IIII. | XII. | Kl. Apr. | II. Non. Apr. | XVII. |
| — | MCLV. | III. | XV. | V. | XIII. | XII. Kl. Apr. | VI. Kl. Apr. | XX. |
| B. | MCLVI. | IV. | XXVI. | VII. | XIV. | V. Id. Apr. | XVII. Kl. Mai. | XX. |
| | MCLVII. | V. | VII. | I. | XV. | IV. Kl. Apr. | II. Kl. Apr. | XVI. |
| | MCVIII. | VI. | XVIII. | II. | XVI. | XV. Kl. Mai. | XII. Kl. Mai. | XVII. |
| | MCLIX. | VII. | Nullæ. | III. | XVII. | Non. Apr. | II. Id. Apr. | XXI. |

(138)

(a) 136. Hoc anno mortuus eſt Ludovicus Rex, cui ſucceſſit Ludovicus juvenis, qui Rex Franciæ, & Dux Aquitaniæ fuit. Sequenti anno obiit venera. Roſcelinus Abbas S. Columbæ. Succeſſit ei Teobandus Depahenz filius Hugonis primi Magiſtri Templi Hieroſolymitani. (b) Hoc Anno jecit fundamenta hujus Eccleſiæ Teobaldus Abbas die Annunciacionis Domini. Fuit & hoc Anno bellum inter Regem, & Comitem Theobaldum, & Rex per omnia ſublimior oppida, & munitiones Comitis ferro, & igne cepit. Nam infra XXX. dies Caſtellionem ſuper . . . . . fluvium & in campania niteriacum, cum aliis quibuſdam oppidis cepit & retinuit . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . (c) Hoc Anno apparuit Cometes Menſe Maio. Quam ſecuta eſt mortalitas hominum, & animalium peſtilentiæ, & fames, ita ut Sextarium Tritici venundaretur XIV. Solid. Ordeum X. Avena VIII. In ſequenti Paſcha Rex Ludovicus omni virtutum gratia decoratus Crucem cum ingenti multitudine Virziliaco accepit. Machina vero lignea pre multitudine illorum qui Cruces accipiebant cecidit, ſed abſque leſione alicujus. Ea tamen pars in qua Rex erat illeſa permanſit. Quo in loco Rex Eccleſiam in honore Sanctæ Crucis fieri juſſit, & ſtatim virtutes ibi, & miracula Dominus dignatus eſt operari. In ſequenti vero Anno iter arripientes fame, ac ſiti cruciati inveſtigabili Dei judicio pene omnes conſumpti ſunt. Inter quos Abbas Teobaldus S. Columbæ obiit. Cui Girardus ejuſdem Eccleſiæ Monachus bonis moribus adornatus, religioniſque copia fultus hoc Anno ſucceſſi.. Qui Teobaldus inter cetera quæ ab Eccleſia abſtulit duo pretioſa ornamenta Coronam videlicet auream gemmis micantibus adornatam, quam felicis memoriæ Radulfus Rex moriens eiſdem Eccl. dimiſerat, quæ tunc pro ejuſdem Regis amore, quam pro Eccleſiæ dignitate uſque ad illa tempora ſervata fuerant, Jeruſalem ſecum portavit; Crucemque a S. Eligio opere mirifico fabricatam, diuque in Eccleſia ſimiliter conſervatam per Monachum quemdam de caritate Stephanus nomine. . . .

| | Anni Dñi. | Indict. | Epactæ | Concur. | Cycl. Lun. | T. Paſchæ. | Dies Paſchæ. | Lun. ipſ. Diei. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| B. | MCLX. | VIII. | XI. | V. | XVIII. | VIII. Kl. Ap. | VI. Kal. Apr. | XVI. |
| (a) | MCLXI. | VIIII. | XXII. | VI. | XIX. | Id. Apr. | XVI. Kal. Mai. | XVII. |
| | MCLXII. | X. | III. | VII. | I. | IV. Non. Apr. | VI. Id. Apr. | XX. |
| — | MCLXIII. | XI. | XIV. | I. | II. | XI. Kal. Apr. | IX. Kl. Apr. | XVI. |
| (b) B. | MCLXIV. | XII. | XXV. | III. | III. | IV. Id. Apr. | II. Id. Apr. | XVI. |
| | MCLXV. | XIII. | VI. | IV. | IV. | III. Kl. Apr. | II. Non. Ap. | XIX. |
| | MCLXVI. | XIV. | XVII. | V. | V. | XIV. Kl. Mai. | VIII. Kl. Mai. | XX. |
| — | MCLXVII. | XV. | XXVIII. | VI. | VI. | VII. Id. Apr. | V. Id. Apr. | XVI. |
| B. | MCLXVIII. | I. | IX. | I. | VII. | VI. Kl. Apr. | II. Kl. Apr. | XVIII. |
| | MCLXIX. | II. | XX. | II. | VIII. | XVII. Kl. Mai. | XII. Kl. Mai. | XIX. |
| | MLXX. | III. | I. | III. | IX. | II. Non. Apr. | Non. Apr. | XV. |
| (c) | MLXXI. | IV. | XII. | IV. | X. | IX. Kl. Apr. | V. Kal. Apr. | XVIII. |

(a) Hic contra morem mutavit luna colorem. (b) Anno Incarnati verbi MCLXIV. Regnante Ludovico Francorum Rege. Hugone Senonenſium Pontifice Odone venerabili Abbate preſidente Alexander Papa dedicavit Eccleſiam S. Columbæ Senonis VI. Kal. Maii, quam prefatus Abbas a fundamentis renovavit aſſiſtentibus ibi Romanæ Curiæ Cardinalibus Presbyteris & Diaconibus, & aliis Archiepiſcopis, Epiſcopis plurimis. Ex quibus duo Archiepiſcopi & tres Epiſcopi. Summum Pontificem adiuvabant in conſecratione majoris Altaris, quod ipſe conſecravit, (139) & manibus ſuis in eo pretioſas reliquias poſuit. Tria vero Altaria Sancti ſcilicet Michaelis, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Beati Stephani Prothomartyris tres Epiſcopi Romanæ Curiæ conſecraverunt, & in uno quoque illorum reliquias poſuerunt. Nam Portuenſis Epiſcopus Altare Sancti Michaelis conſecravit. Altare vero Sanctorum Apoſtolorum Hoſtienſis, & Altare Sancti Stephani Silinenſis. Singulis vero Annis omnibus ad dedicationem Eccleſiæ infra tres dies convenientibus perpetuo XX. dies penitentiæ Summus Pontifex perdonavit. *Dedicatio vero cum tanta gloria, & honore celebrata eſt, ut illud pſalmo gravi* compleretur. Venient ad eam omnes gentes. Nam per omnes dies perdonationis Populus adveniens, non diebus, neque noctibus a circuitione & oblatione ceſſavit. Tanta etenim fuit frequentia Populorum, ut una die numerus convenientium eſtimaretur ad XXX milia hominum. Prefatus etenim A Papa pridie Kal. Octobris Senonas ad jemandum intravit, & in die Natalis Domini in Eccleſia S. Columbæ Miſſam celebravit & poſtea coronatus tam ipſe quam Cardinales, & Epiſcopi, qui adfuerunt Sacerdotalibus, vel leviticis veſtimentis induti ſuper equos bene coopertos Senonas redierunt. In ſequenti etiam ſollemnitate S. Columbæ Rege Francorum Ludovico aſtante & Theobaudo dapifero, & aliis Proceribus plurimis prefatus Papa in ſupradicta Eccleſia Miſſam ſollenniter celebravit. (c) Hoc Anno in Anglia martirizatus eſt Archipreſul X. Thomas Cantuariæ.





# NOTÆ IN PRIMUM CYCLUM

(1) Mendoſe (pro III. Idus;) nam Paſcha hoc anno biſextili, quo littera Dominicalis fuit D. C. celebrata eſt die XI. *Aprilis*.

## *NOTÆ IN TERTIUM CYCLUM.*

(2) Varie de Paſchate huius anni. Apud Pagium eſt die XXV. *Aprilis*. Alii die XVIII. *Aprilis*. Alii die XXI. *Martii*. In noſtro cyclo eſt die XXV. *Aprilis*. Hoc anno fuit littera Dominicalis C. quare memoratis diebus *Dominica* fuit.

(3) Mendoſe XVIII. *Kal. Aprilis*, (pro XVIII. *Kal. Maii*,) nam hoc anno fuit littera Dominicalis F. & Paſcha incidit in diem XXV. *Aprilis*. Nunquam dicitur XVIII. *Kal. Aprilis*.

(4) Recte. Apud Pagium librarii mendo omiſſus eſt menſis, quo Paſcha hoc anno fuit. Itaque ſcribendum 30. *Martii*.

(5) Mendoſe, pro XIIII. *Kal. Maii*; nam Paſcha hoc anno fuit die XVIII. *Aprilis*, quod eſt XIIII. *Kal. Maii*.

## *NOTÆ IN CYCLUM QUARTUM.*

(6) Legendum XVII. *Kal. Maii*; nam Paſcha hoc anno fuit die XV. *Aprilis*.
(7) Legendum III. *Non. Aprilis*, quia Paſcha fuit die *tertia Aprilis*.
(8) Scribe III. *Idus Aprilis*; nam Paſcha celebrata eſt die XI. *Aprilis*.
(9) Lege III. *Non. Aprilis*; quod Paſcha fuerit die *tertia Aprilis*.
(10) Legendum VIIII. *Kal. Maii*, quod Paſcha fuerit hoc anno die XXIII. *Aprilis*.

## *NOTÆ IN SEXTUM CYCLUM.*

(11) Mendoſe III. *Id. Aprilis*, pro II. Idus; nam hoc anno biſextili Paſcha fuit die XII. *Aprilis*.

## *NOTÆ IN SEPTIMUM CYCLUM.*

(12) Legendum V. *Idus Aprilis*; nam hoc anno Paſcha fuit die IX. Aprilis.

(13) Legendum VIII. *Kal. Aprilis*, loco VII. Kal. Aprilis. Hoc anno littera Dominicalis fuit G; & dies Dominica incidit in XXV. *Martii*. Mendoſe apud Pagium hoc anno ponitur littera Dominicalis A. & mendoſe item Paſcha ibidem alligatur diei *XXVI. Martii*.

(14) Pro V. *Idus Aprilis* ſcribe *V. Kal. Aprilis*. Littera Dominicalis hoc anno fuit C. quare dies XXVIII. *Martii* fuit Dominica.

## *NOTÆ IN CYCLUM OCTAVUM.*

(15) Scribe IIII. *Idus Aprilis*, pro III.; quia Paſcha hoc anno fuit die X. *Aprilis*, littera Dominicali B.

## *NOTÆ IN CYCLUM DECIMUM.*

(16) Legendum VI. *Idus Aprilis*, non VII.; quod hoc anno littera Dominicali G; dies Dominicu inciderit in diem VIII. *Aprilis*.

(17) Errore librarii pro XIII. *Kal. Maii*; nam hoc anno Paſcha fuit die XIX. *Aprilis* littera Dominicali D.

(18) Vide quæ de obitu *Drogonis* Campaniæ Ducis, filii *Pippini* habet Pagius ad annum 708. n. II.

(19) Bis ante an. 711. victum fuiſſe a *Pippino VVillbearium* Ducem, ac tandem an. 711. tertiam in eum ſuſceptam expeditionem tradit Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. XIX. §. LXIII. ad an. 711. quare prima expeditio recte a noſtro Chronographo in ann. 709. confertur.

(20) Obiit *Childebertus* III. rex Francorum hoc an. 711. die XIV. *Aprilis*, qua de re Mabillonius loco citato, & Pagius an. 709. n. VII.

(21) De obitu *Pippini* hoc anno, Pagius ad an. 714. n. III. & Mabillonius, ut ſupra ad an. 714. §. LXXII.

(22) De obitu *Dagoberti* regis hoc an. 715. vide Pagium ad hunc annum n. V. & Mabillonium, ut ſupra, lib. XX. §. V. De ejus obitu ita Clarius Monachus ad an. 715. *Obiit Dagobertus rex junior decimoquarto Kalendas Februarii, qui regnavit in Francia annis quinque*.

(23) De pugna inter *Carolum Martellum*, & *Radbodum* vide, quæ habet Pagius ad an. 716. n. IX. Clarius ut ſupra: *Secundo anno poſt mortem ejus* (Dagoberti regis) *pugnavit primum Carolus Martellus contra Rhadbodum ad Coloniam, regnante Theodorico filio ſupradicti Dagoberti junioris*.

(24) Librarii mendo ſcriptum eſt in cyclo XIII. *Kal. April.* pro XII. *Kal. Maii*; nam hoc anno littera Dominicali E Paſcha fuit die XX. Aprilis.

## *NOTÆ IN CYCLUM UNDECIMUM.*

(25) Recte in noſtro cyclo, quum hoc anno littera Dominicali F. Paſcha fuerit die XXIV. *Martii*, quod eſt VIIII. *Kal. Aprilis*. Mendoſe itaque Pagius habet die XXV. *Martii*.

(26) Hæc ferme totidem verbis ex pervetuſto Necrologio Senonenſi leguntur apud Mabillonium Annal. Bened. lib. XXXVI. §. LXXXVI. ad hunc annum 868.

### *NOTÆ IN CYCLUM DUODECIMUM.*

(27) De obitu *Caroli Martelli* majoris domus Pagius ad hunc an. 741. n. XI. item Clarius monachus ad hunc annum.

(28) De hoc bello Pagius ad an. 742. n. XV. *Chunoaldus* Dux erat Aquitanorum.

(29) Vide, quæ de anno, quo *Pippinus* in regem eſt electus, diſputat Pagius ad an. 752. n. I. II. & ſeq. Clarius monachus ad an. 750. agit de electione *Pippini* & de *Childerico* tonſurato. Vid. Mabillon. Annal. Bened. lib. XXII. §. LV. ad an. 751.

### *NOTÆ IN CYCLUM DECIMUMTERTIUM.*

(30) Recte in noſtro cyclo Paſcha hoc anno die VI. *Aprilis*, ut & apud Pagium, & apud aliquos eſt die XIII. *Aprilis*.

(31) Mendoſe in cyclo obitus *Pippini* an. 764. alligatus eſt; nam *Pippinus*, ex Pagio ad an. 768. n. IV. obiit anno 768. circiter IX. *Kal. Octobris*, & *Carolus*, ac *Carolusmannus* inaugurati ſunt. Clarius item monachus ad an. 768. *Pipinus rex obiit, & filii ejus Carolus, quidicitur Imp. magnus, & Carlomannus eliguntur in regno*. Vid. Mabillon. Annal. Bened. lib. XXIV. §. XVII. ad an. 768.

(32) Et hic mendo Librarii male collocatur *Carolomanni* obitus, deceſſit enim an. 771. de quo Pagius ad an. 771. n. V. & Mabillon. Annal. Bened. lib. XXIV. §. XXXV. ad an. 771. Male item a Clario Monacho *Carolomanni* obitus an. 769. ſtatuitur.

(33) Recte in noſtro cyclo; nam hoc anno biſextili littera Dominicali E D. Paſcha fuit die XXIX. *Martii*, quod eſt IV. *Kal. Aprilis*. Mendoſe apud Pagium figitur diei XXV. *Martii*.

(34) Mendoſe apud Pagium die XII. *Aprilis*. Hoc anno littera Dominicalis fuit C. Itaque recte in noſtro cyclo ſtatuitur die XVIII. *Aprilis*, quæ Dominica fuit.

### *NOTÆ IN CYCLUM DECIMUMQUARTUM.*

(35) Legendum III. *Idus*, pro IIII. nam Paſcha hoc anno, littera Dominicali C; incidit in diem XI. *Aprilis*.

(36) Hoc prælium a Raynaldo ad an. 1214. ſtatuitur, ut eſt apud eumdem an. 1214. n. 21. & ſeq. idque ex fide Rigordi, Chronici Veſpergenſis, Stadenſis, Matthæi Pariſii, Godefridi, & aliorum.

### *NOTÆ IN CYCLUM QUINTODECIMUM.*

(37) De *Alcuini* obitu hoc anno XIII. *Kal. Junii* Pagius ad an. 804. n. X. Item Clarius monachus ad hunc annum. Vid. Mabillon. Annal. Bened. lib. XXVII. §. XXIX. & LXXI.

(38) Nihil de ſigno crucis, & corona in orbe ſolis hoc anno apud Clarium.

(39) Nihil item apud Clarium de hac eclypſi.

(40) Ita Clarius, & alii Chronographi.

### *NOTÆ IN CYCLUM DECIMUMSEXTUM.*

(41) Mendoſe apud Pagium Paſcha die XIII. Aprilis. Recte in noſtro cyclo dicitur XV. *Kal. Maii*, hoc eſt die XVII. *Aprilis*, quo Dominica hoc anno fuit, littera Dominicali B.

(42) De illius obitu Clarius monachus pag. 710. *Obeunte vero Hieremia Archiepiſcopo, Septimo Idus Decembris, & ſepulto in baſilica S. Columbæ nutu divino S. Aldricus Pontificalem Sedem ſuſcepit*. Item pag. 711. ad an. 829. iterum de *Hieremiæ* obitu. Vide Mabillon. Annal. Bened. lib. XXX. §. XXVIII. ad an. 829.

(43) Clarius monachus pag. 710. *Anno autem vigeſimo Hludovici Imp. regni rebellavit contra eum Hlotharius filius ejus auferens ei regnum Francorum*. Idem ad an. 832. *Hludovicus regnum amiſit, & Hlotharius recepit. Item Hludouvicus recepit*.

### *NOTÆ IN CYCLUM SEPTIMUM DECIMUM*

(44) Ita Clarius ad an. 841. at nihil de Solis eclypſi Vid. Mabillon. Annal. Bened. lib. XXXII. §. XX. an. 840.

(45) De prælio apud Fontanetum hoc anno vid. Mabillon. ibid. §. XXXI. an. 841.

(46) Clarius monachus pag. 712. ſed ſine certa anni nota: *Sub ipſo tempore*, inquit, *VVenilo Archiepiſcopus* (Senonenſis) *Eccleſiam S. Columbæ dedicavit in honore Sanctæ Crucis decimo primo Kal. Auguſti, & in craſtino levata ſunt corpora Sanctorum Columbæ & Lupi de tumulis, ubi fuerunt primo ſepulti, cum honore maximo ab eodem Archiepiſcopo*. De hac dedicatione ex Clario Mabillon. Annal. Bened. lib. XXXIV. §. LXV. an. 853.

### *NOTÆ IN CYCLUM OCTAVO DECIMUM.*

(47) Perperam apud Pagium Paſcha die XXV. *Martii* habetur. Recte in noſtro cyclo IIII. *Kal. Aprilis*, hoc eſt die XXIX. Martii ſtatuitur, littera Dominicali hoc anno ED.

(48) Mendum eſt in cyclo, in quo Paſcha figitur XIII. *Kal. Maii*, legendum XVIII. nam hoc anno littera Dominicalis fuit GF. quare Paſcha fuit XVIII. *Kal. Maii*, ideſt die XIV. *Aprilis*, ut recte apud Pagium.

(49) Legendum VIII. *Idus Aprilis*, pro III. *Idus*. Littera Dominicalis fuit E quare Paſcha ſignatur die VI. *Aprilis*.

(50) Nihil ea de re apud Clarium monachum.

(51) Mendoſe in cyclo. Hoc anno, littera Dominicali D. Paſcha fuit die XIX. *Aprilis*, ut habet Pagius. Igitur legendum XIII. *Kal. Maii*.

(52) Legendum in cyclo III. *Idus Aprilis*, aut VII. *Kal. Maii*. Apud Pagium Paſcha hoc anno, littera Dominicali C. eſt die XI. *Aprilis*.

(53) Pro VII. *Idus Aprilis*, ſcribendum IV. *Non. Aprilis*, quod hoc anno, littera Dominicali BA; Paſcha fuerit die *ſecunda Aprilis*. Pro



(54) Pro III. *Kal. Aprilis* ſcribe X. *Kal. Maii*. Paſcha fuit hoc anno die XXII. Aprilis; littera Dominicali G.

(55) Pro XIIII. *Kal. Maii* ſcribe VII. *Idus Aprilis*, nam hoc anno, littera Dominicali F; Paſcha ſtatuitur die VII. *Aprilis*.

(56) Pro III. *Non. Aprilis* ſcribe III. *Kal. Aprilis*. Hoc anno, littera Dominicali E; Paſcha fuit die XXX. Martii.

(57) Pro VII. *Kal. Aprilis* ſcribe XIII. *Kal. Maii*, quum Paſcha fuerit die XVIII. Aprilis, littera Dominicali DC.

(58) Pro VIII. *Idus Aprilis* lege *tertio Nonas Aprilis*, quum Paſcha fuerit die *tertia Aprilis*, littera Dominicali B.

### *NOTÆ IN CYCLUM NONODECIMUM.*

(59) De obitu *Caroli Calvi*, Vercellis, III. *Kal. Octobris* Clarius monachus ad hunc annum.

(60) Clarius monachus: *Anno vero ſequenti*, hoc eſt an. 878; *Johannes Papa Romanus ad Gallias veniens cum Formoſo Epiſcopo Portuenſe &c.*

(61) Clarius Monachus: *Poſt hæc defunctus eſt Hludovicus rex Caroli Calvi filius, relinquens filium ſuum parvulum, qui ſimplex appellatur, cum regno in cuſtodia Odonis Principis*.

(62) De reliquiis in monaſterium Senonenſe per *Formoſum Portuenſem* Epiſcopum allatis agit Clarius monachus ad an. 877. De electione *Eurardi* in Archiepiſcopum Senonenſem IV. *Kal. Maii*, meminit poſt eundem annum 877. Vid. Mabillon. Annal. Bened. Lib. XXXVIII. §. LIII. an. 881.

(63) De *Ludovici* obitu hoc anno Mabillonius, ibid. §. LIX.

(64) De obitu *Eurardi* Archiepiſcopi *Kal. Febr.* Clarius monachus in Chronotaxi poſt annum 877. ſed nihil de anno, quo hæc acciderunt. Sequitur ibidem: *cui* (Eurardo) *ſucceſſit ſequenti menſe Domnus Valterius nobilitate & ſcientia clariſſimus*. Paullo poſt verba facit de unctione *Odonis* in regem. De his vide Mabillon. Annal. Bened. lib. XXXIX. §. I. & XX. ann. 886. & 887.

### *NOTÆ IN CYCLUM VICESIMUM.*

(65) De his Clarius monachus, ut ſupra: *Igitur Vualterius*, inquit, *Præſul nono anno ordinationis ſuæ, ſexto Idus Junii captus eſt a Richardo Duce Burgundionum, & poſitus in cuſtodia novem menſibus, propter quaſdam contentiones, quas inter ſe habebant, vivente adhuc Odone rege. Poſt novem autem menſes reverſus eſt de cuſtodia Senones cum pace VIII. Kal. Martii, datis obſidibus Richardo Duci ſub titulo ſacramenti*. De *VValtero* ſede pulſo Mabillon. ut ſupra §. LXXX. an. 893.

(66) Clarius pag. 720. agit de obitu *Odonis* regis, ſed nihil de anno. Apud Mabillon. Annal. Bened. lib. XL. §. XVII. obiiſſe dicitur Odo rex an. 898. IIII. *Non. Januarias*.

(67) De Stella, ac fame agit Clarius pag. 720. ſed nihil de anno.

(68) Lege VI. *Kal. April.* nam hoc anno littera Dominicalis fuit CB. & Paſcha incidit in diem XXVII. *Martii*.

(69) Hæc verba ex veterrimo codice, olim Bibliothecæ Chriſtinæ Reginæ Svecorum, dein Ottobonianæ citat Mabillon. Annal. Bened. Lib. XL. §. XXXIX. an. 900. Perperam vero Mabillonius hæc revocat ad an. 900. quum recte in noſtra Chronotaxi anno 910. alligata ſint. Nam VIII. *Kal. Junii*, quod eſt die XXV. Maii, an. 910. in feriam VI. incidebat, littera Dominicali G.

### *NOTÆ IN CYCLUM VIGESIMUMPRIMUM.*

(70) Mabillonius Annal. Bened. lib. XLI. §. LXXIV. an. 912. *Hoc ipſo anno, ut id obiter notem, Othbertus Epiſcopus Trecenſis obiit Kalendis Maii, & Idibus Junii inſequentis Anſigitus ordinatur, ut legimus in brevibus Annalibus monaſterii ſanctæ Columbæ Senonenſis in codice Romano*.

(71) Clarius monachus pag. 721. at fine anni nota: *In tempore illo Bertho præpoſitus S. Columbæ ordinatus eſt Epiſcopus Antiſiodorenſis quarto Idus Martii, peractiſque in Epiſcopatu annis quatuor, defunctus eſt VI. Kalend. Martii*.

(72) Ita Mabillonius Annal. Bened. lib. XLII. §. XX. an. 918. ex brevibus Annalibus S. Columbæ, & hæc eadem verba refert.

### *NOTÆ IN CYCLUM VIGESIMUMSECUNDUM.*

(73) Hæc pertinent ad an. 922. Vide Pagium an. 922. num. II. & an. 923. num. II. Mabillon. Annal. Bened. lib. XLII. §. XLVI. an. 922. & §. LIV. an. 923. Clarius monachus: *Secundo anno poſt mortem ejus* (Richardi Ducis) *Robertus Princeps rebellavit contra Carolum ſimplicem, & unctus eſt in regem a VValtherio Archiepiſcopo tertio Kal. Julii; & nondum anno expleto* XVII. *Kal. Julii factum eſt bellum Sueſſionis civitate inter Carolum ſimplicem & Robertum ipſum, ubi interfectus eſt idem Robertus*. Paulo poſt: *Unctus eſt autem in regem ipſe Rodulphus tertio Idus Julii Sueſſionis civitate a jam dicto VValtherio Archiepiſcopo. In ipſo anno defunctus eſt VValtherius Archiepiſcopus* XIII. *Kal. Decembris, & ſepultus eſt in Baſilica S. Petri*.

(74) Vid. Mabillon. Annal. Bened. lib. XLIII. §. LXV. an. 936.

### *NOTÆ IN CYCLUM VICESIMUMTERTIUM.*

(75) De his Clarius monachus pag. 724.

(76) Eadem iiſdem fere verbis Clarius monachus pag. 724. qui habet XVI. *Kal. Julii*. Mabillonius lib. XLV. Annal. Bened. §. XCII. legendum monet XVII. *Kal. Julii*, quum an. 956. littera *Dominicali* F E. dies Dominica inciderit in diem XV. *Junii*.

(77) Legendum in cyclo III. *Nonas Aprilis*, quod Paſcha fuerit die *tertia Aprilis*, littera Dominicali CB.

 Hic

(78) Hic locus, qui nulli certo anno in cyclo alligatur pertinet ad an. 977. quo *Anaſtaſius* Archiepiſcopus *Senonenſis* obiit. De hujus obitu ad VII. *Idus Januarii* agit Clarius monachus pag. 730. ſed nihil de anno. Paullo poſt idem habet: *Tertio Idus Junii conſecratus eſt Donnus Seuvinus die Dominica in Baſilica S. Stephani*. Legendum eſt *quarto Idus*, ut habet noſtra Chronotaxis, in qua ſuppleri poteſt *menſis Junii*, & loco *Boguini*, legendum eſt *Seuvini*, ſeu *Seguini*. Vide Mabillon. Annal. Bened. lib. XLVIII. §. XLVIII. an. 977. ubi monet hoc anno IV. *Idus Junii*, qui fuit *Dominica*, Sevuinum in Antiſiodorenſi Eccleſia fuiſſe conſecratum, quod Rainardus Comes ejus electioni obſtitiſſet.

(79) Legendum in cyclo *VI. Kal.* Paſcha fuit die XXVII. *Martii*, littera Dominicali B.

(80) Pro XIIII. *Kal. Maii* ſcribe XVI. Paſcha fuit die XVI. *Aprilis*, littera Dominicali A.

(81) Pro IIII. *Non. Aprilis*, lege VII. *Idus Aprilis*. Paſcha incidit in diem VII. *Aprilis*, littera Dominicali GF.

(82) Pro VII. *Kal. April.* lege X. Kal. Paſcha fuit die XXIII. *Martii*, littera Dominicali E.

(83) Pro XIIII. *Kal. Maii*, lege XIII. Paſcha fuit die XIX. *Aprilis*, littera Dominicali D. Apud Pagium ſtatuitur die XII. *Aprilis*; quod ſi ſequi velis, legendum eſſet in cyclo *Prid. Idus Aprilis*.

(84) Pro VIII. *Idus Aprilis*, lege III. *Idus*, aut *Pridie Nonas*. Hoc anno littera Dominicalis fuit C. quare dies Dominica incidit in diem IV. & XI. *Aprilis*

(85) Pro XIII. *Kal. Maii*, lege IX. *Kal.* Paſcha fuit die XXIII. *Aprilis*, littera Dominicali BA.

(86) Pro III. *Idus Aprilis*, lege VI. *Idus*, littera Dominicali G. Paſcha fuit die VIII. *Aprilis*.

(87) Pro III. *Non. Aprilis*, lege II. *Kal. Aprilis*. Paſcha fuit die XXXI. *Martii*, littera Dominicali F.

(88) Pro X. *Kal. Maii*, lege XII. *Kal.* Paſcha fuit die XX. *Aprilis* littera Dominicali E.

(89) Pro VII. *Idus Aprilis*, lege III. *Idus April.* Paſcha fuit die XI. *Aprilis* littera Dominicali DC.

(90) Pro III *Kal. Aprilis*, ſcribe VI. *Kal.* Paſcha die XXVII. *Martii*, littera Dominicali B.

(91) Pro XIII. *Kal. Maii*, lege XVI. *Kal.* Paſcha fuit die XVI. *Aprilis* littera Dominicali A.

(92) Pro IIII. *Non. April.* lege VI. *Idus Aprilis*. Paſcha fuit die VIII. *Aprilis*, littera Dominicali G.

(93) Pro VII. *Kal. April.* ſcribe X. *Kal. April.* Paſcha fuit die XXIII. *Martii*, littera Dominicali F E.

(94) Pro XVII. *Kal. Maii* ſcribe *Prid. Idus Aprilis*. Paſcha fuit XII. *Aprilis*, littera Dominicali D. Aut ſcribendum XII. *Kal. Maii*.

(95) Pro II. *Kal. April.* ſcribe II. *Non. April*. Paſcha fuit die IV. *Aprilis*, littera Dominicali C.

(96) Pro XIII. *Kal. Maii*, ſcribe VIII. *Kal. Maii*. Paſcha fuit die XXIV. *Aprilis*, littera Dominicali B.

(97) Pro III. *Idus Aprilis*, lege VI. *Idus*. Paſcha fuit die VIII. *Aprilis*, littera Dominicali A G.

(98) Pro VI. *Kal. Aprilis*, lege Prid. *Kal. April.* Paſcha fuit die XXXI. *Martii*, littera Dominicali F.

(99) Pro VI. *Kal. Maii*, lege XII. *Kal. Maii*. Paſcha fuit die XX. *Aprilis*, littera Dominicali E.

[100] Pro VII. *Idus Aprilis*, legendum *Nonis Aprilis*. Paſcha fuit die V. *Aprilis*, littera Dominicali D.

[101] Pro X. *Kal. April.* ſcribe VI. *Kal. April.* Paſcha fuit die XXVII. *Martii*, littera Dominicali C. B.

[102] Pro II. *Idus Aprilis*, lege XVI. *Kal. Maii*. Paſcha fuit die XVI. *Aprilis*, littera Dominicali A.

[103] Pro II. *Non. April.* lege *Kalendis Aprilis* Paſcha fuit die *prima Aprilis* littera Dominicali G.

[104] Pro VIIII. *Kal. Maii* ſcribe XI. *Kal. Maii*, aut XVIII. *Kal. Maii* Littera Dominicalis fuit F. quare dies Dominica incidit in diem XIV. & XXI. *Aprilis*. Male apud Pagium Paſcha figitur diei *ſecundæ Aprilis*.

[105] Pro VI. *Idus Aprilis*, legendum II. Idus. Paſcha fuit die XII. *Aprilis*, littera Dominicali E D.

[106] Hic deſignatur obitus *Rainardi* Comitis Senonenſis.

[107] Pro II. *Kal. April.* lege *V. Kal.* Paſcha fuit die XXVIII. *Martii*, littera Dominicali C.

[108] Pro XII. *Kal. Maii*, lege XV. Kal. Paſcha fuit die XVII. *Aprilis*, littera Dominicali B.

[109] Pro III. *Idus April*. lege V. *Idus*. Paſcha fuit die IX. *Aprilis*, littera Dominicali A.

[110] De *Sevuini* Archiepiſcopi obitu an. 999. ad XVI. *Kal. Novembris* agit Clarius monachus; & anno Chriſti *milleſimo* electum fuiſſe *Leothericum* ſcribit. De ejus obitu hoc anno Mabillon. Annal. Bened. lib. LI. §. CVI. Ibid. §. CVIII. ad annum Chriſti *milleſimum* agit de *Leotherici* electione.

[111] Pro VI. *Kal. April.* lege II. Kal. Aprilis. Paſcha fuit die XXXI. *Martii*, littera Dominicali G. F.

[112] Pro XVI. *Kal. Maij* ſcribe *Idibus Aprilis*. Paſcha fuit die XIII. *Aprilis*, littera Dominicali E.

[113] Pro VI. *Idus Aprilis* ſcribe *Nonis Aprilis*. Paſcha fuit die V. Aprilis, littera Dominicali D.

[114] Clarius monachus obitum *Heinrici* Ducis *Burgundiæ* ſine filiis ad an. 1001. ſtatuit. Mabillon. Annal. Bened. lib. LII. §. VII. obiiſſe an. 1001. *Idibus Octobris*, nullis legitimis liberis relictis, ſcribit.



[115] Pro X. *Kal. April.* ſcribe V. *Kal.* Paſcha fuit die XXVIII. *Martii* littera Dominicali C.

[116] Pro II. *Idus Aprilis* lege XVI. *Kal. Maii*. littera Dominicalis fuit B. A. Dies Dominica fuit die XVI. *Aprilis*. Male apud Pagium legitur die XVII. *Aprilis*.

[117] Amanuenſis vitio in cyclo legitur *Non. Kal. April.* legendum XI. *Kal. Maii*. Paſcha fuit die XXI. *Aprilis*, littera Dominicali F. ut notat Pagius, niſi malis recte legi IX. Kal. *Aprilis*, hoc eſt die XXIV. *Martii* quæ hoc anno fuit Dominica.

*NOTÆ IN CYCLUM VIGESIMUMSEXTUM*

[118] Forte eſt obitus *Frotmondi* Comitis, qui a Clario monacho ad an. 1012. collocatur.

[119] Traditio Senonicæ urbis a Clario monacho ad an. 1015. figitur.

*NOTÆ IN CYCLUM VIGESIMUMSEPTIMUM*

[120] Clarius monachus ad an. 1031. *Jam regnante Heinrico filio ejus obiit rex Francorum Robertus*. Idem ad an. 1032. *Obiit Leothericus Archiepiſcopus, & Gelduinus in ſede ſublimatus non electione Cleri, vel populi, ſed muneribus*. Certum omnino eſſe, *Robertum* regem obiiſſe an. 1031.; tradit Mabillon. in Annalib. Bened. lib. LVI. §. XCV. & Pagius ad an. 1033. §. VIII. & ſeq. *Leotherici* Archiepiſcopi obitus a Mabillon. ibid. lib. LVII. §. VII. ad an. 1032. collocatur; quare noſtra quoque Chronotaxis ad an. 1031. figenda eſt.

[121] De hoc prælio ad an. 1046. nihil apud eruditos noſtri temporis Hiſtoricos.

[122] Hæc eadem iiſdem prope verbis Clarius monachus pag. 744. ad an. 1055.

[123] Nihil de S. *Theobaldi* obitu Clarius monachus. De ejus obitu an. 1066. Mabillon. Annal. Bened. lib. LXII. §. CXIII. Hæc nota in noſtra chronotaxi conſcripta eſt charactere ſæculi XIII.

[124] Nihil apud Clarium monachum.

[125] De obitu Henrici regis an. 1060. agit Clarius monachus.

[126] De obitu *Mainardi*, & electione *Richerii*, *Pariſiis* in die Paſchæ ordinati, agit Clarius monachus ad an. 1062.

*NOTÆ IN CYCLUM VICESIMUMNONUM*

[127] Vide Pagium ad an. 1066. n. VI.

[128] Obiit Vuilincus Abbas ex Mabillonio Annal. Bened. lib. LXIV. §. LXXVII. an. 1072. cui ſucceſſit *Arnulphus*.

[129] Pro IX. *Kal. April.* lege *Nonis Aprilis*.

[130] Hanc tranſlationem an. 1074. factam eſſe tradit Mabillon. Annal. Bened. lib. LXIV. §. LXXXIV.

[131] Pro VII. *Kal. Maij*, lege VIII. quia hoc anno littera Dominicali B. dies Dominica fuit die XXIV. *Aprilis*.

[132] Amanuenſis vitio ſcriptum eſt IX. Aprilis, pro *Nonis Aprilis*.

[133] Lege VIII. *Idus Aprilis*.

[134] De hac tranſlatione an. 1106. Mabillon. Annal. Bened. lib. LXXI. §. XIV.

[135] De Philippi Francorum regis obitu vide Pagium ad an. 1106. §. VI. qui obiiſſe an. 1108. tradit.

[136] Pagius ad an. 1136. n. XI. Ludovicum regem an. 1137. obiiſſe cenſet.

[137] De Conventu Vezeliacenſi in Paſchate anni 1146. deque cruce ſumpta Pagius ad an. 1146. n III. De parum fauſta ejuſdem expeditione, ibid. an. 1148. n. I.

[138] Perperam apud Pagium Paſcha ſtatuitur hoc anno die V. *Aprilis*; nam fuit die *tertia Aprilis*, littera Dominicali B.

[139] Hæc habentur in ſchedula membranacea ipſi Codici infixa. Hæc eadem leges apud Clarium monachum pag. 777. an. 1163. & ſequenti.

An-

## Codex Palat. Vatic. 495. pag. 279. col. 2.
## Viceſimus Secundus Circulus Dion.

